SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRÆ, IN TRES LIBROS DISTINCTÆ,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVCTORE,

Liber Primus.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA SEPARATIM EDITVS, AB Auctore ipſo non ſolum reuiſus, ſed maxima inſuper acceſſione locupletatus, ita ut hæc editio prioribus plus duplo fere auctior ſit.

ADIECTVS EST IN FINE INDEX, ARGVMENTA OMNIVM Opinionum, materias item, & res memorabiles continens.

CVM PRIVILEGIO S. CAES. MAIEST. DECENNALI.



FRANCOFVRTI

Cura & ære Rulandiorum, Typis Wolfgangi Richteri.

M. DC. XL.

54. H. 18.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO LOPE GVSMANO, EQVITI DIVI IACOBI,

INVICTISSIMI REGIS PHILIPPI CONSILIARIO præcipuo, & huius Regni Neapolitani omnium cauſarum Recognitori,

FRANCISCVS VIVIVS S. P. D.

NVllus (quod ſciam) Illuſtriſſime, & virtutum præſtantiſſime Domine, de literis hactenus bene meritus eſt, qui aliquam calumniantium labem, ac rabidum morſum non ſubierit, quive ſycophantarum rabiem omnino vitare potuerit. hoc primis illis Iureconſultis (vt de cæteris taceam) accidiſſe præſertim videmus. Taxatus eſt Curtius, quod faciles tantum, & apertos locos explicauerit. Pariſio tributum eſt, quod ſemper eodem ſit reuolutus, atq; eadem ſæpiſſime iteraret; Obſcura Picus ſimul, & confuſa pleriſque viſus eſt dicere; Amputata, & nimis breuia placuiſſe Claudio multi perhibent; Prærancida multa adſcripſe[illegible]t Accurſio; Bartolum accuſant, quod à ſe innumera confinxerit, & leges à vero ſenſu libenter eximere conatus fuerit; Baldum, quod ingenio fretus per inuolucra ſibi plurimum tribuat; Budæi, Alciati, Zaſii, & aliorum [illegible]ia, & emendata ſtructura non admodum placet; Viuii congeriem, ſeu Syluam, non deſunt, qui damnent, quod citra puluerem, & nullo negotio, tam multa congeſſerit, & ſine delectu plantas quaslibet, vel ſeuerit, vel complantauerit, non deprehendentes miſeri, quantus labor in colligendis Communibus Opinionibus ſit impendendus, quanta induſtria in deligendis ſit comparanda, quantum iudicium in ſtatuendis, & confirmandis ſit adhibendum. Et quid quæſo aliud eſt omnium facultatum fundamentum, & finis, niſi doctiſſimorum virorum confirmata ſententia? verum id æquo animo fero, quod mihi cum doctiſſimis viris, & præcipuis Iureconſultis eſt commune: ſatis mihi fieri videtur, ſi ſtudioſis, ac doctis Legum Profeſſoribus, atque vtilitati communi profuero, ſatius hoc quidem eſſe ducam, quam imperitorum inertiam ſectari, & otioſorum deſidiæ animum admouere. Nec refert, quid quiſque de me iudicet, modo viri prudentiſſimi, qualem te omnes confitentur, onus, quod ſuſcepi, æqui, boniq; faciant; quod vbi me aſſecutum eſſe ſenſero, non parum mihi feciſſe videbor. Nam Iuris tam Cæſarei, quam Pontificii fontes aperire, & riuulos in bene digeſtas Communium Opinionum plantulas inducere, ſemitas omnes recludere, viam adire volentibus ſternere, ac demum nihil, quod ad hanc facultatem perineat, deſerere, tantum abeſt, vt vitio mihi vertendum eſſe iudicem, vt meum

X 2 ani-

animum potius ab omnibus commendandum eſſe putem. Et licet plurimi ante me hoc idem, & feliciſſime forte aperire tentauerint, nullum tamen hactenus comperi, qui cuncta Doctorum iudicia, vel collegerit, vel collecta demum potiora confirmauerit, vt colligere, & pro viribus confirmare iugiter ſtudui. Illa namque collegi, quæ rationi finitima, & potioribus cum multis conuenire viſa ſunt, quas quidem iure optimo Communium Opinionum Syluam nuncupaui: ſiquidem illud mihi veri Iuriſconſulti munus eſſe videtur, quod legum ſenſa, & mentem apertiſſime explicet: vt qui ſit illarum vigor, quæ æquitas, quæ vita, quæ ratio boni, & æqui, quiſque per ſe intelligere poſſit. Nam nec cuiquam eſt peruium videre, quę ſit variarum opinionum veritas, nec ad eundem modum ſe omnes habent. Aliæ namq; perſuadentur rationibus, aliæ Ciuitatum moribus confirmantur, aliæ temporibus, locis & perſonis immutantur. In pleriſq; conſideratur, quod ſit magiſtratus in priuatos ſtudium, quod iuſſum, quod imperium, qui ſint magiſtratus præcipui, qui in Republica infimi, quæ rurſus dignitas, quæ obedientia, quis honos cuiq; exhibendus ſit. Alibi conſtituuntur emptiones, venditiones, locationes, conductiones, permutationes, donationes, acceptiones, promiſſiones, & alia generis eiuſdem: hinc ſeligas præmia, & honores his, qui bene, hinc ſupplicia, & pœnas his, qui de bono & æquo, male meriti ſint. Mihi præterea non minori curę fuit, ita temperate omnia pertractare, vt nec obſcuritati locus daretur, nec feneſtræ fraudibus aperirentur. Sic enim quemq; delatores, calumniatores & ſycophantas facile vitare poſſe crediderim. Et (vt Socrates dictitare ſolebat) quam damnoſum ſit litigare, & quam fructuoſum à litibus abſtinere, vel excitatas propulſare, & bene componere. Et (ſi mea me non fallit opinio) non erit opus in poſterum tot euoluere libros, tot volumina inuertere, tot chartulas conterere: nam ad intelligenda omnium fere grauiſſimarum legum, vel ſaltem totius implicati, tenebroſique iuris vtriuſque claſſis ſenſa, has meas, quas & digeſſi, & ſimul delegi, & diiudicaui, Opiniones, ſatis eſſe confido. Nihil enim intentatum, nihil abſtruſum, nihil non pro virili explicatum in vtroque iure reliqui. Nam, & præter Doctorum Opiniones, meum iudicium in pleriſq; adhibui, & meam ſententiam interdum aſſcripſi, vt facilior cuilibet delectus eſſet. Euolui & nonnullos ſacrarum literarum libros, & quod ad veram pietatem potiſſimum conducere videbatur, id inde decerpſi: & vt omnia magis confirmata probarentur, multa ex Oratoribus, Hiſtoricis, Poetis, & aliarum facultatum profeſſoribus ad noſtrum hoc inſtitutum aſſumpta, deduxi. Hæc, & pleraq; alia feci, quæ communi omnium vtilitati prodeſſe poſſe putarem; quod quidem apertiſsime videbit quicunq; æquo animo hanc Communiũ Opinionum Syluã diligenti indagine perluſtrauerit. Sic (quæſo) accipiant illam (qualiſcunq; ea ſit) vtriuſq; iuris ſtudioſi, & optimi viri, quib. tantum me conſcripſiſſe nouerint, non autem obtrectatoribus, quib. ne deſit quod agant, ſemper aliena carpunt. Dicent fortaſſe, facilimum eſſe, Communes conſarcinare Opiniones: colligant igitur, & cudant ipſi, ſi tam peruiũ, & tam facile videtur. Verum ſi tales blaterones ſemel experti eſſent, quã difficile hoc onus exiſtat, palinodiã ilico canerent: ſoli namq; ſtudioſi, ſoli ſapiẽtes, & horum admodum pauci, hoc munus ſubire potuerunt. Videant itaq; multa, audiant, obſeruent, notent, & cenſeant, quid iuris prudentem deceat, & ſic forte fortuna reſipiſcent, ſi animum ad meliorem frugem procliuem aliquatenus habent; alioqui ſciant de ipſis deſperandum eſſe: nam mẽtis agitatio cuilibet eſt innata, ſiue vigilet, ſiue ſomno prematur, ſemper tamen, vel ad opus, vel ad curas, vel ad bonum, vel ad malum, vel ad

ali-

aliquid tale motum habet. Sed alii eadem impellente ad alia impelluntur; partim enim (quæ plurima turba eſt) corrupto animorum affectu, vitiis irretiti tenentur: partim otio torpeſcentes, non ſe, non alios, vtilitate iuuant. Sed cum huiuſmodi oblatrantium aculeis, mihi minus eſt decertandum: vanum enim ſemper eſſe duxi, olidas muſcas, operoſis pellere flabris, vel aureis maſſulis obſtreperos propulſare canes. Quid de aliis commententur, & occinant, quam tabidam impuri pectoris bilem euomant, ipſi viderint. Satis eſſe duxi, ſi doctis, & probatis viris, tuique ſimilimis placuerint meæ lucubrationes, quas ideo tibi dicare ſtatui, illuſtrium virorum illuſtriſſime, & Iuriſconſultorum conſultiſſime; quod non temere in hoc Regnum à Catholico REGE PHILIPPO deſtinatum eſſe putaui, vt omnium cauſas, omnium geſta, ſingulorum adminiſtrationes, res priuatas, & publicas, iura totius Regni ſolus agnoſcas: quod non ſine cauſa in celeberrimum, & ſanctiſſimum Diui Iacobi Equeſtrem ordinem aſſcriptus fueris; quod eidem Regi Catholico à conſiliis præcipuus exiſtas; quod prudentiſſime in omnibus te geras; quod ſingulorum neceſſitatibus, æqua mente proſpicias; quod optimos quoſque foueas; quod vitia cuiuſque generis acriter inſecteris; quod æque ames, & virtutes, & virtutum amatores; quod vir incorruptiſſimus, & conſtantiſſimus, & ſis, & iure ab omnibus prædiceris; quod demum Hiſpaniarum, imo totius ſeculi decus habearis. Tibi (inquam) meam hanc Syluam dicaui, vt tanquam æqui, bonique cultor, putes, amputes, ſuccidas, incendas, & ſi quid frugi reliquum eſſe cognoſces, tuearis; & à deuaſtantibus apris, aliiſque impuris animalibus tutum eſſe velis. Tuum eſt opus, tibi datur, tibi dicatur; accipe, foue, & defende. Nec tibi hoc indignum videatur: nam & ſummi Imperatores, & Reges, ac celeberrimi viri, ſibi laudi, & gloriæ fore duxerunt, ſi literarum monumenta ſibi dicarentur. Conſueuerunt & Scriptores hoc facere, ne ſine alicuius numinis fauore ſuæ lucubrationes paſſim legendæ permitterentur. Hæc autem mea (quæcunque ea ſit) lucubratiuncula, eo libentius tibi committitur, quod nullum præſentius numen, nullum præſtabilius animi iudicium, nullum accuratius ſtudium, (quo quidem meas partes tueri poſſem) quam tuum excogitare poteram. Nam ſi in Neapolitano Regno omnium partes tuendas ſuſcepiſti, iure optimo, & meas benigne ſuſcipies. Sit igitur hoc munuſculum meæ erga te obſeruantiæ, ſempiternæ beneuolentiæ pignus: tibique laudem, honorem, gloriam, & perpetuam felicitatem portendat. Vale. Aquilæ, ſeptimo Idus Aprilis, M. D. LXXXII.

EXCELLENTI DOMINO FRANCISCO VIVIO, V. I. D.

PETRVS FOLLERIVS.

VIDI opus tuum Communium (vt aiunt) Opinionum, præter aliud iam diu in lucem editum; & , mea ſententia, adeo doctum, luculentum, elaboratum, & neceſſarium eſſe arbitror, vt ſi antehac magnam apud omnes vendicaſti opinionem, ac laudem comparaſti, ex hoc maximam & immortalem conſequeris, quippe cum in iudicando & legendo ſemper Communis Opinio, reiectis paradoxis, amplecti ſoleat ab omnibus: ita vt qui à Communi recedant, eos non niſi à veritate delirare contingat. Quamobrem legum Profeſſores omnes quantòpere tibi Herculano nodo deuinxeris, verbis conſequi non poſſum. Plerique enim, dum hoc periculoſum iuris & legum pelagus tranare contendunt, aliquis fluctibus ita agitantur, vt non nauigationem duntaxat abhorreant, ſi tamen periculo ſoſpites euadant, verum etiam ob periculorum memoriam, qua faſtidiuntur, aſſidue propriam vitam odio proſequantur. Plurimi etiam ſcopulis adeo illiduntur, vt offenſione aliqua affecti, ad huiuſmodi nauigationem, in poſterum inhabiles penitus reddantur. Cæteri vero nauigandi ſydere non cognito, vel oculorum ob lippitudinem non perſpecto, quo vela tendant, ignorant: ita vt, quod ducantur potius, quam ducant, confiteri neceſſe ſit. Quot quantiſque aliis (nec ſine maxima iactura) diſcriminibus vſquequaque iactentur, huiuſmodi prouinciam ſuſcipientes, ii qui nauigant (vt ſæpe ſoleo) pericula narrent. O quam induſtriæ tuæ omnes obnoxii eſſe debent, & laboribus; quibus, vt tot Opiniones colligeres, ita vt Syluam, iure optimo, appellares, nulla proprii commodi ratione habita, nullo pacto pepercisti. Induſtriæ, inquam, poſtquam ingenii acie non perſtricta, argute, ſubtiliter, & vberrime adeo cuncta recitaſti; & accurata diſputatione, quæ ſunt reiicienda, confutaſti, vt facile inter dumos aſperrimos, purpureas roſas, inter lolium ſterileſque auenas, tribulos, & zizaniam, optatam Cererem, maxima animi ſatisfactione, capiamur, imo ex profundo Oceani pretioſos lapillos, & quotquot ſunt ibi obruta Attalica, facili negotio ſubtrahamus. Omnium vna voce conclamandum eſt, VIVIO LEX VIVIT, & legum Profeſſores portum appellunt, ſalute, & vita potiuntur, iam, VIVIO DVCE, ad cuncta facilis eſt aditus, facilior progreſſus, facilimus vero regreſſus. Loca præcipua atque neceſſaria, cum ad ciuile ius, & canonicum pertinentia, tum vero ad diuinum, cum eam materiam tam diligentiſſime, qua ad diuinos Philoſophos, ſeu Theologos, qua maiori, nemo poſſet animaduerſione, tractaueris: ita vt omnes, qui huiuſcemodi facultate delectantur, fructus inde capere poſſint vberrimos. Hæc ſunt munera virtutis tuæ, quæ indies magis magisque eluceſcunt; & præſertim, quod omni Ariſtarchorum cura poſthabita, & eorum, qui dum inuidia rumpuntur, praui animi maleuolentia ducti, aliena magis quam ſua facta pendunt; Zoileis dentibus carpunt, & genuinum frangunt, prima à te impreſſa volumina ita locupletaſti, vt eorum omnem liuorem ſuperaris, qui mutato VIVII cognomine, & patriæ appellatione variata, famam tuam denigrare tentarunt. Nihil ſane ad nos, cum his profecto nihil commune habemus, faciunt enim quod ſolent, non quod debent. Lux lucet, & non lucere nequit, nec velo, vel aliquo poteſt impedimento prohiberi. Sed quid in præſenti latrabunt, quid excogitabunt, vel qua pœna plectentur, cum nullo ſoleant inuidi maiori tormento angi, quam propria inuidia, cum Conſilia illa, ſeu Reſponſa, ita mihi probatiſſima emittes, quæ adeo demor-

ſosſa-

ſos ſapiunt vngues, vt non ab homine, verum ab Apollinis Oraculo deprompta videantur; Vel opus illud (non ſine diuino afflante ſpiritu) de Peccato, ita, apud me præcipue, commendatiſſimum, ad communem totius Chriſtianæ gentis vtilitatem, in lucem edes? Tunc vt limaces nimio calore perculſæ, vitam forte, non ſine querula voce, cum morte commutabunt. Garriant; ſemper aliquid monſtri alant, iterum garriant, quod dum ab huiuſmodi more non abhorrent, non aliorum crimina coarguunt, ſed ſua indicant. Lux Viuia cæteris præſtat, & ita ſplendeſcit, vt etiam oculis capti, iter noſtrum tot obicibus obſeſſum, iam facillime proſequantur. Te duce, hodie ſcopulos non timemus, fluctus ſuperamus, portum appellimus, & tandem voti compotes eſſe gaudemus. Quis igitur non charum habebit, & quam maxime non æſtimabit? Procul quidem dubio, ad aſtra vſque euolabis; tecum eſt Aquila, ab illa rapieris, & cum VIVIVS, viues proculdubio. Perge quæſo vt cœpiſti, & quæ dona, diuino numine, & tua induſtria tibi comparaſti, humano generi, cui iure naturali plurimum debemus, impertias. Si enim homini cuncta deſeruiunt, ad hominem tanquam ad finem cuncta diriguntur, hominem hominis cauſa eſſe generatum, non ignoramus. Plurimis, meo iudicio, ſatisfacies, & potiſſimum ſtudioſis, literarum & legum præſertim non ignaris. Cito igitur in lucem prodere cures, & me, vt ſoles, adama. Vale. Neapoli XIII. Kal. Februarias, M. D. LXXII.

X 4 AN-

ANDREAS FLAMMINIVS I.C. CAMPLENSIS ad Authorem.

VIuet adhuc, poſtquam viuis exceſſerit Author
Viuius: hoc virtus præſtat, & ingenium.

IOSEPHI LEONINI I.V.D. AQVILANI CARMEN RETROGRADVM ad operis Authorem.

COmpoſiti tibi qui ſunt mores, ſplendida vita,
Conſcia tum recti, candor & ingenii;
Hic labor eximius, ditans nunc vndiq; mundum,
Feruida tum virtus, tum pia religio;
Ad decus æthereum faciunt te tollere; vitam
Viuere quod poſſis dant tibi perpetuam.

Retrogradiuntur.

INgenii & candor, recti tum conſcia, vita
Splendida, mores ſunt qui tibi compoſiti;
Religio pia tum, virtus tum feruida, mundum
Vndiq; nunc ditans eximius labor hic;
Perpetuam tibi dant, poſſis quod viuere vitam,
Tollere te faciunt æthereum decus ad.

Eiuſdem.

EBibat hos latices, vitam quicunq; perennem,
Viuius vt viuit, viuere deſiderat.

TERENTII TVRCANICI V.I.C. AQVILANI.

QVæ latuere diu tenebroſo ænigmate veri,
Dædaliiſque aderant mille ligata modis:
Vix Ariadneo Theſeus cum ſtamine poſſet,
Ferro hos Pellæus vel penetrare locos.
Sacra igitur cæcis vatum ſic dogmata gyris,
Aut potius nodis intertexta ruunt:
Vt qui Cæſareas optaſſent noſcere leges,
Limine tentarent vix ea ferre pedem.
Inclyta propterea virtus Aſtræa cubabat,
Deſpoliata ſuo ſanè decore lugens.
Viuius aſt tandem ſummo demiſſus Olympo,
Prælucens aliis; lucidus arte noua
Expellens tenebras, ceu fax dans lumina nocti:
Nigra vt radenti lumine clara micent.
En Virgo gaudet priſco donata nitori,
Extulit & lætum ſydera ad alta caput.
Suſcipiat iuſtas Doctor nunc vndique lites,
Improba nec chari dona clientis amans:
Qui regitis terras, iam iam caligine victa,
Hoc duce, vnicuique reddite cuique pium.

Eiuſdem.

QVid tu plus ſolito, volucrum regina, volaſti?
Æternum vt viuat Viuius ingenio.

POMPEII LEONARDII I.C. REATINI.

TEr felix Aquila es, cui Mars, & Pallas honores
Armorum tribuunt, ingeniique decus.
Sed magis hoc felix, quod retro hoc tempore Viuium
Extuleris, tollit qui ſuper aſtra caput.
Aſtræa hunc duxit media in penetralia Iuris,
Ingenteſq; viro larga recluſit opes.
Hinc tibi quæ fulgent emiſſa volumina legum
Depromit doctus de locuplete penu.
Quæ tot erunt annos manibus detrita peritis
Fulgenti cælo quot micuere faces.
Viuium nocturnis digitis, verſaq; diurnis,
Quid reus in cauſis diſce, quid actor agat.

DE FRANCISCO VIVIO I.V.D. celeberrimo, Cæſaris Fabii Æquicoli carmen.

IAm ſilet Oceanus legum, iam vertice nullo,
Turbine, vel vento, corripiuntur aquæ.
Scylla iacet, facilis cubat implacata Charybdis,
Syrtibus, aut ſcopulis, tuta carina volat.
Nauta, nil certat, tuto committe phaſelum,
Præcipuis veniet mercibus aucta nouis.
Viuius effulſit legum qui temperat vndas
Fulgor, inacceſſos ducere vela locos.
Viuius hic fulgor, factis, & nomine viuus,
Sic fugienda monet, ſic facienda docet.
Ius dare cuique ſuum vis, nullum lædere, honeſte
Viuere, depreſſo crimine? diues eris.
Hic legum eſt Tiphys, legum hic eſt Viuius Argo,
Suſtinet hic Atlas Iuris vtrunque Polum.
Cui primas partes, da tot, ſuper æthera, notis
Millibus? huic merito, Iuſtiniane, dabis.

AD CELEBERRIMVM I.C. Franciſcum Viuium Fama, Sylua Veſpaſiani Pandulphi Aquilani.

STat ſuper ingentis flammantia mœnia Mundi
Spes hominum, decus & diuum, atque æterna
voluptas
Fama; animus quodcunq; ſapit, quæ prima ſtupentẽ
Edocuit, prima & rerum primordia duxit
E cælo miſerata genus mortale virorum.
Hæc immenſa polum metitur vtrunque decora
Fronte nitens, puriſque oculis, & lumine puro,
Quæ ſi forte rudi è terra ſata corpora luſtret,
Hæc eadem ſolido diffundunt corpore lucem:
Vt non cuncta vorans tempus, maledicta nec vlla,
Inuidia quæ animus tabeſcens congerat atra
Conterere, aut fœdè maculis effundere poſſint:
Nam neque fons lucis tales fax aurea Phœbi
Aera per medium, per aquas, extremaque terræ
Ducit inextinctos radiis penetrabilis ignes:
Quandoquidem obſcuret niſi imagine noctis opaca

Illa,

Illa, nequit nitida hac dulci ſplendore dici
Illuſtrare, licet magnum per inane feratur
Peruius, & radiis formet vaga ſydera cæli
Luciferis at Phœbus equis decurrat Olympum,
Diſtinctoſque eius rerum Natura colores
Veſtiat aduentu, iuuat hoc, niſi fama loquatur,
Et bene factorum decernat præmia laudes.
Debet enim quiſquis manſura gaudia vitæ
Deligit, & Diuis ſimilis cognoſcit honores
Fama tibi, quæ cum per mille pericula mortem,
Mille per ærumnas homines, quorũ ante timenda
Tartara habent manes, quã terra amplectitur oſſa,
Oppeterent; tua nos primum contemneq; iuſſit
Condita, & tum laude Deam mole perdere ſanam.
Tu cincta altitibus cœlo ſpatiantibus alta
Concelebras Regem ſuperum, ſonat arduus æther,
Et Regem ſuperum referunt conuexa polorum.
Tu quoque ad hæc ima aereas delapſa per auras
Semideos, priſcoſque graues, meritiſque patentes
Tollis humo ſimul ora mouens plebiſq;, patrumque;
Cum iucunda nimis membrorum in cortice cæco
Paſcit honore animum, & curarum temperat æſtus
Vox tua, ſolamen certum, requieſq; laborum.
Quo ſemel audita, interior ſimul excito virtus
Creſcit, & auratis circumuolat aera pennis
Gloria, & hinc hominum miris, clariſq; repertis
Ingentes urbes paſſim florere videmus,
Aruaq;, & eſt pelago ſuper addita ab arte venuſtas:
Sed nimis haud aliquid cupide, nec inutile tentent.
Nam quamuis viſum quondam felicibus aſtris
Eueniſſe quibuſdam ortis quæcunq; cupiſſent
Ex animo, dum audent ſtudio temere omnia famæ,
Felices tamen hi non omni ex parte fuerunt,
Rara nec in medium adducas exempla virorum.
Dædalius linquens iuuenis confinia terræ,
Inſuetum per iter cœloſo credidit, atq;
Immemor ut patrij iuſſi, propriæq; ſalutis,
Altos homines ſenſit nouus ales, & altum
Mirari graue piſcatorem è littore corpus;
Arctoumq; polum dubium te aſcendere curſu
[illegible], tibi non ſceptra, domumque
Fraudiferam auferres temerarius, altior alis,
Vt timor huic, illique ſtupor concreſceret vna,
Impulit in clari pondus tunc mœnia Mundi:
Feruido ſed Phœbe miſera vis magna reſoluit
Remigium alarum, liquidaſq; illiſis in vndas,
Illum Nereides celeres rapuere, perennis
Ille noris compos, ſupero to ſydere, factus;
Et ſic dum laudem cuperet male doctus inanem,
Euaſit fama magnum, & memorabile numen.
Sic potuit fama Phaeton pro talibus auſis,
Et Cycni lacrymas, & carmen triſte ciere,
Carmen, quo puer inuidiam, quo vinceret annum.
Quid nocuit Iouis huic, illi quod Apollinis ignis?
Felices fateor, multas quibus vltima vitæ
Tempora conſtituunt annos quos fata ſecundent.
Sed mage felices ſi nulla extrema ſecuta
Triſtitia, aut timida cura, caſuſque fuiſſent,
Hoc potuere tamen ſapientes prouida tantum
Progenies ſuperare malum, quos inter honeſtis
Muneribus Diuum, & laudum ſunt vocibus aucti,
Non admirantis qui oculis abſcondita vulgi
Principia, & rerum genitalia ſemina pandunt,
Vnde omnes Natura creat res, auget, alitque,
Et tremulos paſcit vitalis ſpiritus artus,
Excitus & luce, & motu maioris Olympi,
Vt perfecto opera ætherias educat in oras
Squamigerum genus, & pecudes, pictaſq; volucres,
Semen & in flores vertens, & gramina rurſus
In ſe mutare cogit, fluuioſque ſonantes
E lapidum venis, infundat in æquora Ponti.
Quæ genus hoc hominum vita præſentia noſtra
Adiumenta tulit? Veri magis vtilis author
Socratis exemplo innixus quicunque laborat,
Vt varios hominum poſſit componere mores,
Quo læti magis, & ſumma cum pace fruantur
Mortales, diui tamen, expertiſque futuri
Mortis; adumbrata hac vita, ſi vita putanda eſt
Tot coniuncta malis, ipſiq; ſimillima morti.
Scilicet id populis iurare in iure coactis,
Fama eſt, Semideum quondam feciſſe Lycurgum,
Veridico quem voce diuumne, hominemue vocaret,
Omnia erant cui nuda prius dubitabat Apollo.
Quid veterũ memorẽ innumeras exempla ſecutos?
Vir bonus at modo, & egregius, formator amœnus
Morum idem exemplo ſatis eſto pro omnibus vnus:
Quem Iuſtinus enim in partem, ſartemq; vocauit
Imperii, is ſimul ac deuicta ex haſte recepit
Regna, ſuoſq; nouis dedit aſpirare triumphis;
Prudentum confuſa nimis reſponſa virorum
Aſpicere vt multos domino, liteſq; fouere
Vidit, & ad cœlum incaſſum iactare querelas
Sanguine, & ære pios hauſtos, quos ſubdola verbis
Impietas aqui, atque boni mentita colores
Prefferat, haud potuit communi deeſſe ſaluti,
Namque ſupernacua, & iuri minus apta decenti
Abſtulit è medio, & quædam correxit, & auxit;
Diſtribuitq; ſua concinne ſingula ſede.
Tranquilla alliciens homines dulcedine pacis,
Ergo poſtq; magiſq; viret nunc gloria claret.
Inde autem ingenij ut quidam ducere iura
Senſus in varios, miſcere & ſacra prophanis
Auſi ſunt, multiſque ſimul contendere ſcriptis,
Tot ſuberant, quibus antiqua veſtigia fraudis,
Quot mare habet piſces, æther quot ſydera paſcit.
Quantos tum gemitus ipſi ſibi, quantaque nobis
(Heu gens plena dolis) peperere incommoda vitæ?
Et niſi re pater omnipotens Franciſce *dediſſet*
Rebus in anguſtis hominum, (tam creuerat ingens
Improbitas, ſpoliandi, & habendi dira cupido)
Legibus exitium tale eſſet tempore partum
Perpetuum, aut potius caſit melioribus ipſis
Omnia torreri ſurgentibus vndique flammis
Corpora vidiſſes rerum, magnumque fluente
Igne mare, & fluuios vndis areſcere ſiccis,
Et picis accenſa, nimbis, & ſulphuris atri
Abſumi, & verti in cineres, tenuiſque fauillas
Humanum genus, ac mutum, plantaſque feraces.
Sed tu librorum dum ingentia corpora ſpectas,
Doctorum & quæ ſit Communis Opinio, pandis,

Vt,

Digitized by Google

Vt, quæ non ſancta leges prouiſa dedere,
Impenſa poſſis parua cognoſcere index
Ex æquo, atq; bono, tua dum monumenta volutat;
Aurea das iterum per terras ſecla videri,
Tanto aliis dignus mage, Iuſtiniqué nepote,
Multorum qui opera eſt vſus, quanto omnia ſolus
Ante alios auſus meliori ex ordine ducis,
Vtile non mittens, nec quod videatur honeſtum.
Salue igitur bonus, atq; viris modo numinis inſtar,
Diuinam duce quem Famam virtute ſecutum

Centum oculis nunc Fama videt, centumq; per ora
Concelebrat, nomenq; tuum nunc tollit ad aſtra.
Viue, tuo felix & præmia digna labori
Parta cape, & tibi, quos Fama elargitur honores,
Et gaude inde tuæ nulla eſſe pericula vitæ:
Nam Dea, quam gelidas Aeſepi ad fluminis vndas
Adraſtus diuino primus donauit honore,
Cuius non nomen vires nouere Latini,
Arridet meritis etiam, vulgusque nocentum
Verberibus petit, atque à te implacabiles arcet.

RANAL-

RANALDVS RIDOLFIVS FRANCISCO VIVIO S. D.

De ratione & modo ſcribendi libros iuris ciuilis.

CREBRIS meecum literis, ac internunciis agere ſoles, Viui doctiſſime, vt de libris à te iam pridem in lucem editis. & nuper ampla corollarii dote, locupletatis, deq; vniuerſo ſcribendi genere, meam dicere velim ſententiam. Tum benigne, & blande hortaris, vt ego quoque aliquid laborum meorum ſtudioſis impertiar. Tibi vero quid negare poſſim? quem vnice diligo, tum ob virtutem tuam excellentem, tum ob veterem, (quæ inter nos intercedit) neceſſitudinem; quem glorior *a* iam diu habuiſſe in hac Perusina Academia, auditorem frequentiſſimum, & ornatiſſimum; & demum in Piſano Gymnaſio, cum ibi ius ciuile publice interpretarer, manu mea, Iuriſconſulti inſignibus ornaſſe. Longiore, & forſan liberiore epiſtola toties efflagitanti, de omnibus nunc reſpondebo, neſcio an ſatisfaciam, non enim tantum mibi tribuo ac perſuadeo; vt putem de re difficillima, poſſe hominem non ſatis e apertum perfecte iudicare *b*; vt igitur librorum tuorum excellentia magis eluceat, facta cum aliis comparatione *c*, breuius quam fieri poterit percurram (quædam etiam ad me pertinentia permiſcens) an, & quomodo ſcribendum; Tu meam excuſationem ſuſcipias, ac defenſionem, ſi quis temeritatis notam inurat, quod cum nihil aut parum ſcripſerim, quaſi alter Phormio *d* coram Annibale de re militari, audeam de modo ſcribendi diſputare *e*; cum ſoleat, quorundam ſermonibus vſurpari, non recte poſſe imperare, qui aliquando non ſeruierit *f*, nec equitandi artem alios docere, qui nunquam in equo ſederit, nec docere qui prius non didicerit *g*; hinc illud, quam quiſque norit artem in ea ſe exerceat *h*. Equidem dubito ne hæc ſint minus vera, alias enim tot Reges & Cæſares, quorum iuſtum imperium hodie quoque celebratur, neceſſe eſſet prius fuiſſe in ergaſtulo, non per ſuorum maiorum manus accepiſſe ſceptra *i*, & cum lacte primum imbibiſſe modum regendi populos; nimirum omnia ſolo vſu atque exercitatione non comparantur, quædam natura hauriuntur, alia librorum lectio ſuppeditat, tum multa à maioribus natu audita, & alia aliunde accipimus. Niſi forte Homerum, & Maronem dicamus ſummos fuiſſe bellatores *k*, qui Græcorum, Troianorum, ac Latinorum prælia, & inſtructas acies, tam egregie depinxerint. Porro penitus ignarus, & rudis huius rei cenſeri non debeam, qui ætatem conſumpſerim interpretando, quo munere vt digne perfungerer, aliqua etiam ſcriptitaui. Dices non emiſiſti, ſi ceſſationis meæ conſilium exponam, de ſcribendi ratione erit vberius diſſerendum, cur ea ſuppreſſerim, cur inchoata non perfecerim, cur tentatam viam deſeruerim? *l* Hæc ſæpius itaque periclitatus, non ſine ratione admonere potero, quæ idem iter ineuntibus obuiam fiant difficultates; & ſalubrius certe ſit, alieno periculo *m* territos pedem caute referre, quam naufragium facere cum iis, qui temere profundum mare ingreſſi *n*, ſero pœnitentes vix tuto enatauerint. Plures ſunt, quos pigeat emiſiſſe, quam nihil ſcripſiſſe, proferendi in publicum ſemper eſt tempus; ſed ſemel in lucem editum non poteſt,

a *Præceptoris gloria eſt, habere bonos diſcipulos. Accur. ad § vlt. in proœm. ff. orum. & in auth. conſt. quæ de dign. § generaliter. vbi Gloſſ. in ver. nobiliores.*

b *Expertus præfertur non experto. Ariſt. 1. Metaph. Luc. de Pen. ad l. expertes. C. de decur. lib. 10. & ad l. agentes. colum. 2. C. de ag. in reb. lib. 12.*

c *Oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt. poſt Phil. Bal. in proœm. ff. vet. §. itaque. num 2. Ioan. Mon. ad rubr. de re nunc. in 6.*

d *De Phormione, poſt M. Tull. refert Alc. de quin. ped. præſcript. num 30.*

e *Perito in arte credendum eſt. l. ſemel. vbi not. C. de re mil. lib. 10. Bar. poſt Odofr. in proœm. ff. vet. nu. 8.*

f *Imperare neſcit, qui prius non ſeruierit, ſed contra infra.*

g *Diſcipulum prius eſſe oportet, poſtea fieri magiſtrum. c. officii & c. cum in magiſtrum, de elect.*

h *Artem quam quis norit, in ea ſe exerceat. ob id pulchra contra Alex. pueri Apellis pictoris, Plin. lib. 35. c. 10.*

i *In Philomenem Regem, aliud ſceptrum, aliud plectrum. Athenæus lib. 8.*

k *Homerus, & Vergilius bellatores non fuerunt, tamen bella egregie depinxerunt.*

l *Artifex dici poteſt, qui incæpit artem exercere, licet deſerat. l. ex agentibus. C. de princ. agen. in reb. lib. 12.*

m *Periculo aliena diſcere ſalubrem eſt. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum*

n *De nauta periculum maris timente, Card. Zab. in proœm. decret.*

poteſt, niſi errorem fatendo, retractari *o*. Et cur magis ſyncerum de hac re iudicium haberi forſan non debeat eorum, qui non ſcripſerunt, quam quod fides habenda ſit iis, quorum appareant opera, & in Scriptorum ſint numero? vt ob id Scribentibus fauendo, cauſam propriam tueri videantur; aut in aliorum ſcriptis reprehendendis procliuiores ſint *p*, vt ſua magis in eo genere probentur. Demum, ſi qua putes negligenda à me prolata, qui nulla, aut parua ſim authoritate, fingas ea emanaſſe ab aliquo grauiſſimo, ac locupletiſſimo Scriptore; & ſi magis libet, ab Origene, qui tot millibus librorum mundum repleuit *q*. Sic enim fiet, vt plus ponderis, ac fidei ſint habitura, quemadmodum olim Lacedæmonii bonam ſententiam à malo viro in Senatu dictam, iubebant ab alio probo, & gratioſo dici *r*, vt placeret, quaſi vinum ea vili vaſe in pretioſum transfuſum gratius euadat. Plerique igitur exiſtimarunt nihil ſcribendum *ſ*, ſed vitam ita agendam, vt vel præclaris factis illuſtretur, vel honeſto fruaris otio, quo tuæ dignitatis gradum teneas, & aliis pro viribus ſtudeas prodeſſe. Vnde illud, qui bene latuit, bene vixit. Hoc Deus & Seruator noſter optimus videtur docuiſſe (ad cuius normam omnis noſtra actio dirigenda eſt *t*) quem ſemel tantum in vita memoratur literas exaraſſe digitis, idque in puluere *u*, ne diutius permanerent. Socratem quoque iudicatum Delphico oraculo ſapientiſſimum, nihil mandaſſe monimentis *x*, ex cuius tamen ore, tanquam ex fonte omnis fere fluxit philoſophorum ſchola; quorum forſan authoritate, ac exemplo à nonnullis doctis viris factum videmus, vt à ſcribendo ſe abſtinuerint, cupientes potius rerum à ſe geſtarum nancisci Scriptores, quam alienæ virtutis eſſe præcones. Quos & illa fortaſſe cauſa mouit, quod arrogantia quædam videatur, & oſtentatio, velle ſua ſcripta circumferri *y*, vt perueniant in manus omnium, ac quaſi Mineruа Phidiæ in arce collocentur; quod non vniuerſos deceat, ſed paucos, qui ſoli docere poſſint, quæ ab aliis penitus ignorentur. Hinc odium excitatur, & inuidia, quibus vix carere poteſt virtus, etiam excellentiſſima *z*: & in ſcriptis conamur inuenire errores magis, quam ex eis haurire doctrinam *a*? Et quidem de hac noſtra iuris ciuilis ſcientia tot iam ſunt ſcriptitata *b*, & indies manant, vt plura eſſent amputanda, quibus ſtudioſi alleuarentur, quàm quod oporteat immenſis ſcriptionibus defeſſos magis onerare, ſicq; Scriptoris vitaretur reprehenſio, & lectoris faſtidium. Conqueruntur nec temere nonnulli Triboniani calliditate, tam ad viuum fuiſſe olim reſecata elegantiſſima illa Iuriſconſultorum reſponſa, in quorum locum ſuffecta videmus infinita noſtratium commentaria *c*, erudita quidem multa, ſi ſententias ſpectes, ſed verbis ob ætatis vitium, ita inquinatis, vt ſtomachum, & riſum moueant; permutatio ſimilis illi Glauci, & Diomedis *d*, quam Paulus noſter attingit Iuriſconſultus. Et quidem, ſi vera eſt Comici ſententia, tot iam ſeculis prolata, nihil dici, quod prius dictum non ſit *e*, non poterunt hodie Scriptores rerum nouitate prodeſſe, vel placere, & præſertim in iure ciuili, quorum profeſſorum illud eſt proprium, vt eandem rem ſexcentum in locis reponant. Quis igitur hoc tempore inſumat laborem in ſcribendo, operam, & oleum perdens, vt moleſtiam, ac ſumptum hominibus augeat, & ipſe multorum ſit potius reprehenſionibus laceratus, quam vllius teſtimonio laudatus? Accedit & alia noſtrorum temporum calamitas, quæ omnes proſternit literatos, qui vel ob magnum ipſorum numerum, ſeu quod ardens vbiq; ferueat auaritia, ita iacent, vt qui in honore eſſe cupiant, amplumque, & copioſum ſibi parare patrimonium, cogantur magis ad ſordida delabi artificia *f*, quam operam fruſtra ponere in liberalibus diſciplinis, cum quarum profeſſoribus hodie agi videtur præclare, niſi cuiq; deſpectui ſint ac ludibrio *g*. Cæterum, qui ita ſentiunt, vereor ne minus grati videantur beneficii in eos diuinitus collati *h*; literæ enim, vnde & libri, poſteritatis, & immortalitatis cauſa tributæ ſunt *i*; natura exiguum vitæ curriculum hominibus circumſcripſit, adeo vt, qui omnem ætatem in ſtudiis egiſſet, tot vigiliis adeptas bonarum artium diſciplinas vna cum ſpiritu amitteret: ſcientia enim teſtamento relinqui non poteſt, ſicut hereditas *k*, cui iacturæ ſubſidio ſunt literæ *l*, vt vero mundus ſtare non poſſet, ſi nemo vellet liberis operam dare: ita ſi libris ſcribendis nemo vacaret *m*, præteritorum memo-

o *Semel editum in lucem, non poteſt retractari niſi confitendo errorem.*

p *Scriptores ſcriptoribus detrahunt. Luc. de Pen. in proœm. trium lib. Cod col. 2. in princ. Ang. in l. 2. alias 3. C. de vſucap. pro empt. Barb. conſil. 1. colum. 17. vol. 3.*

q *Origenes ſcripſit ſex millia volumina, poſt Hieron. refert Alb. in ſuo dic. in ver. Origenes.*

r *Lacedemones iubebant bonam ſententiam à malo viro dictam, ab alio probo viro dici. Plut. in polit. fol. 3.*

ſ *Scribendum nihil eſt, ſed contra infra.*

t *Christi omnis actio, noſtra eſt inſtructio. 1. q. 1. Dem. c. ſolennitatibus. de conſe. d. 1. de ſepult. c. ſignificaſti. de elect. Card. ad Clemen. 1. in princ. de magiſt.*

u *Chriſtus ſemel tantum ſcripſit, & in puluere.* x *Socrates nihil ſcriptum reliquit.*

y *Arrogantia quadam videtur, ac oſtentatio velle ſcripta ſua circumferri. facit l. 3. §. vlt. ff com.*

z *Odio & inuidia vix carere poteſt virtus excellentiſſima. Cicer. in noua Rhet. & Franc. Petrarch. de remed. aduer. for.*

a *In ſcriptis alienis magis notamus errores, quam doctrinam. Luc. de Pen. in proœm. trium lib. C. col. 2. ad medium.*

b *In iure ciuili nimium eſt ſcriptum.*

c *Interpretum noſtratium commentaria barbara, ſunt ſuffecta in locum aliorum, quæ prius eleganter ſcripſerant veteres Iuriſconſulti. Bud. in pand. fol. 16. cum ſeq. 1 part.*

d *Diomedis permutatio. in l. 1. ff de contrah. empt. & Bud. in pand. fol. 54. 1 par.*

e *Nihil dictum, quod prius non dictum. Bald. in proœm. decretal. Zab. in proœm. Clem. de quo infra.*

f *Artes ſordida hodie maioris lucri, quam literarum ſcientia. de ſordidis artificiis, Clem. 1. de vit. & honeſt. cler. Bar. ad l. ne quis. C. de dig. lib. 10. Luc. de Pen. ad l. 2. C. de exc. art. lib. 10.*

g *Literati habentur odio, ac ludibrio. Pet. Rebuf. tract. de priuil. ſch. priuil. 44. nu. 4.*

h *Scribendum eſſe. Bald. in d. proœm. decretal.*

i *Scriptores immortalitatem adipiſcuntur ſcribendo. Luc. de Pen. in proœm. lib. C. col. 2.*

k *Scientia non poteſt relinqui in teſtamento, ſicut hereditas. Papien. in proœm. & Rebuff. de priuil. ſchol. priuil. 48. n. 1.*

l *Libri, & literæ cauſa immortalitatis, ac poſteritatis inuenta. Pract.*

m *Liberorum, & librorum ſimilitudo.*

memoriam non haberet poſteritas; vt porro non ex quolibet coitu procreati liberi probantur[m], ſic non omnes recipiuntur libri, inconſulto exarati; ſed excellenti doctrina, miro artificio, eximio ingenio, & prudenti iudicio compoſiti. Qui in bellis gerendis ſemper verſantur, (cum ſileant literæ inter arma,) digni ſunt, vt eorum res geſtæ per ſtudioſos literis mandentur, at non homines literati, qui in otio vitam degentes, poſtquam ex diuturna aliorum librorum lectione ſatis repleti ſunt, æquum eſt aliquid pariant de ſuo, quod cæteris impertiant, quaſi ignis ex igne, & lumen de lumine accendatur. Qui emendi, aut vendendi quæſtu ducti, proficiſcuntur ad mercatum[n], ſi in alienis tantum ſpectandis negotiis occupentur, & de ſuis rebus nihil agant, non modo incuriæ damnari poterunt, ſed ſtultitiæ. At, inquiunt, pulchrum eſt bene latere, vnde illud λάθε βιώσας, minimeque quidem[o], cum & is, qui hoc dixit, latere noluerit, & pulchrius ſit immortalibus monimentis perpetuo viuere, & aliis bene viuendi iter oſtendere. Si noluit aliquid ſcriptis prodere Seruator noſter, multis id rationibus, & quidem optimis factum eſt[p]. Tum quod in hominum animis, & cordibus, magis quam in chartis imprimi curauit diuinam ſuam legem, ac præcepta; Tum quod auferre voluit occaſionem malitioſe interpretandi iis, qui de religione male ſentientes, ſcriptum cum voluntate pugnare obſtinate contenderent[q]; quare illius quoque Apoſtoli plura voluerunt verbo, & doctrina tradere per manus, quam ſcriptis mandare[r], de qua re cum ſit à religioſis, ac doctis viris acute, & copioſe diſputatum, non eſt cur actam rem temere agamus[s]; inde enim ſitim explere poterit, qui in hoc exquirendo magis ſit curioſus, atque ibi intelliget, quamobrem Socrates, & Pythagoras eundem morem inſtituerint. Quod vero obiicitur de arrogantia, odio, ac inuidia, ita dilui poteſt; homines ea conditione natos, vt nequeant carere calumniis[t], vt mors, ac Siſipho ſaxum ſemper impendet, ſic vitari non poſſunt Momi, & Zoili morſus. Hominis eſſet nimium impudentis optare, quæ nemo mortalium aſſequi vnquam potuit, vt de ſe omnes bene ſentirent, & honorifice loquerentur; vix multa arte poteſt in fidibus, muſicus, congruum inuenire concentum, quid ergo in hominibus, quorum proprium eſt diſſentire[u]? & potius mille reperias, qui minimum aliorum erratum reprehendant, quam vnum ex cuius ore aliquando excidat frigida laudatio alieni facti, alioquin præclariſſimi[x]. Noſti illud de mantica ante pectus & à tergo. Qui literis nihil mandant inſimulantur ignauiæ; ſi in Scriptoribus notatur temeritas, at aliquando etiam contingit laudatio, & gratius eſt à paucis bonis, & doctis laudari, quam acerbum à multis improbis, & imperitis vituperari[y]. Nec eorum damnandus eſt labor, qui ſcribendo interdum labuntur, cum & ipſi ſtuduerint pro viribus ſuis prodeſſe, & ſapientioribus addiderint animos corrigendo edendi meliora[z]. Communis eſt laus eius, qui ſtatuam diligentius expoliuit, cum altero, qui rudem prius, & informem materiam ſuppeditauit. Immenſa ſunt certe, ac prope infinita volumina Iuris ciuilis, at non ideo ceſſandum à ſcribendo[a], noua ſiquidem ſolent placere, vtque in [illegible]atrimonio, ſic Scriptoribus in fama, & authoritate ſucceditur[b], & nouiſſimi ſæpe antiquorum extinguunt, ac delent memoriam. Nos cunctarum rerum capit ſatietas, ac faſtidium, in victu, in veſtitu, in ædificiis continua ſit mentio, & varietas. Demum cum hodie homines inexhauſta auiditate inflammati rapiantur ad ſcribendum, non puto aliquam adhibendam curam deſperato huic morbo[c]. Mihi quæſo non ſuccenſeant Critici, quod & ipſe quaſi ligna ad ſyluam ferens, noua hac ſcriptione velim ſtudioſos onerare, cum quod ita erit perbreuis atque exigua, vt nec manus nec oculos ſit multum defatigatura; Tum quod id contineat argumenti, quo aliqui forſan admoniti abſtinebunt ab edendo, aut ſaltem non ita longas proferent Iliadas. Permutanda porro ſcripta ſic deſidero, vt huius artis Scriptores æmulentur veteres Iuriſconſultos, non modo in ſententiarum pondere, ſed in verborum quoque elegantia, atque ita de ſedibus depellant noſtros Docto[illegible], qui ob illius temporis vitium, tam barbare loquuntur[d]; Eſt, inquiunt, antiquiſſima ſententia, noui nihil dici poſſe, vereor, ne & ipſa minus vera habenda ſit[e], qui enim ex eadem materia nouam exprimit dicendi formam, nouum facit: qui aliquid addit priorum inuentis, plus interdum, quam primus author laudatur[f]. Virgilius ex ſtercore Ennii, ſe aurum colligere profeſſus eſt. Bartolus noſter ex Accurſii, & aliorum dictis, immortales ſuos confecit commentarios. Magnam ſtudioſi feciſſent iacturam, ſi illud Comici, quod nihil ſit non prius dictum, tot doctiſſimorum virorum ſtudia à ſcribendo reſtinxiſſet, quorum multo maior & forſan melior eſt numerus, quam eorum, qui ante ipſum Comicum ſcripſerunt.

)( )(Vti-

n *Similitudo proficiſcentium ad mercatum, cum ſtudioſis.*
o *Latendum non eſt.*
p *Ratio duplex, cur ſcribere noluerit noſter Seruator.*
q *Hieronymus ad Galat. 4. & ad Paulin.*
r *Papias apud Euſebium, lib. 3. cap. 33. eccl. hiſtor.*
s *Melchior Canus Epiſcopus Canarienſis de locis Theolog. libr. 3. cap. 3. fundamento 4.*
t *Reprehenſores vitari non poſſunt. Tul. Tuſc. 2. Hieron. ad præſid. & in ebron.*
u *Hominis facile eſt ad diſſentiendum, l. item ſi vnus, § principaliter, ff. de arb.*
x *Reprehenſores facilius reperiri, quam laudatores. Luc. de Pen. dict. proœm. column. 2. Sylua nuptial. libr. 4. numer 49.*
y *Laudari à bonis eſt honor, ſed turpe à turpibus laudari. Abb. in c. inquiſitionis, § vlt nu. 5. de accuſat.*
z *Error ſcribentis prodeſt aliis, & cuiuſque Scriptoris laudandus eſt conatus, Bertachin. in tractat. de gabell. in proœm. num. 3.*
a *Scribendi occaſio adhuc reſtat, quamuis plurima fuerint ſcripta, poſt Senecam Bal. in proœm. decretal.*
b *Scriptores ſuccedunt Scriptoribus, Anch. in proœm. 6. decretal.*
c *Morbo deſperato non eſt adhibenda medicina, quia nihil fruſtra, l. hæc ſtipulatio, § Diuus, ff. vt leg. nom. cau. facit c. gaudemus, de diuor.*
d *Doctores noſtrates ob vitium ætatis barbare ſcripſerunt. Bud. in pand. fol. 87. 1. par.*
e *Noua adhuc poſſunt dici. Bald. in d. proœm. decretal. & Card. Zab. in proœm. Clem. in princ.*
f *Formam dans alienæ materiæ, ſuum facit opus: idem ſi aliorum dictis tribuat authoritatem, etiam qui expoliuit, l. Iulianus, ff. ad exhib. l. 1. § omnia, C. de vet. iur. enucl.*

VTinam ſic falſa eſſet illorum querela, qui hoc tempore cum viris literatis peſſime agi deplorant g; ſed animo magno & fortiter hæc ferenda ſunt, & deuorandæ hominum ſtultitiæ, quibuſque poſſumus rationibus conſolatio adhibenda. Et quidem modica pecuniola, eorum induſtriam, ac virtutem remunerari, iniquiſſimum eſt, at ij non ſordido quæſtu, nec pretio, ſanctiſſimam iuris ciuilis ſcientiam æſtimandam cenſent h. Atrox magis eſt, ac inſignis iniuria, videre in eorum ciuitate haberi honorem ſane maiorem otio otio affluentibus, quam his, qui (vt viuentibus proſint, & poſteris) patrimonium, ætatem, ac vitam conſumunt in ſtudiis literarum. Hæc tamen ſuis propriis aluntur præmiis, quæ ſummi Principes auferre non poſſunt i. Dum quis in legendo, & ſcribendo eſt occupatus, nec corpore, nec animi cogitatione Deum ſuum lædit k. quæ res ponenda eſt in maximo lucro, cum alias otioſi, vix diuini numinis vnquam vitemus offenſionem. Et ſtudium animi pabulum ſuauiſſimum l cunctas helluonum ſuperat epulas, & cōdimenta. Præſertim quod ſcribendo rapimur ad ſpem immortalitatis, qua (animæ ſalutem excipio) nihil iucundius; nec iiſdem ſemper legibus, moribus, & Regibus mundus gubernatur m. Scribendum igitur, ſed cum diligentia, & latenti artificio, vt lectores dulcedine allecti inchoatam lectionem non dimittant, & cauti imitandi ſunt mercatores n, qui nundinarum tempore varias, & pulchriores omnium generum merces explicant, & oſtentant, vt diuerſarum rerum varietate, ac pulchritudine, prætereuntes ad illarum emptiones incitentur. In eis porro, qui cupiunt libros edere, (vt alias in publicis Profeſſoribus ſimilia requirit Cæſar,) quatuor exiſtimo eſſe ſpectanda o, perſonam ſcribentis, propoſitum ſeu finem, materiam vel argumentum, modum ſiue diſpoſitionem. Si Oratorem virum bonum eſſe oportere, eius indicat diffinitio, An impurum eſſe ſcriptorem, & ſceleſtum concedamus p? An cuiuſquam ſcripta probari poterunt, cuius vita damnetur? Ex cuius ore virus euomitur, calamo quoque opinionum prauitate inficiat neceſſe eſt. Nec quorundam morem probandum vnquam putaui, qui quaſi aculeis, & maledictis, aliquem inimice inſectari profitentur; vt præ ſe ferant ardere potius impia cupiditate hominis reprehendendi, quam veritatis inueniendæ q. In Papinianum notæ ab aliis Iureconſultis conſcriptæ olim nihil roboris habebant, vt niſi poſtea Triboniani opera ſecus fuiſſet ſtatutum, præciſa forſan eſſet poſterioribus ætate tanta licentia, temere effutiendi ſimiles notas, & antiparadoxa r; nec tot diſquiſitionibus, apologiis; & huiuſmodi pertinacibus concertationibus obtunderemur, vbi contumeliis interdum pugnatur magis, quam rationibus. Philippi Decii ſcriptis non parum detrahitur de fide, dum tam præceps fertur in detrahendo de honore Iaſonis. Et multorum hoc eſt vitium, vt eos, qui eiuſdem ſint patriæ, quin (ſi diis placet) ipſos præceptores libentius, quam alios exagitent, quos excuſari, ac tueri potius deceat s. Exquirenda ſane eſt veritas, ſed non ita garriendum, & æmulandum, vt altercando amittatur t; & lepidis interdū ſcommatib. ludendo, quis oſtendat ſe non odio in perſonā, ſed amore veritatis ductū, nec dente canino carpens mordeat vt lupus; ſed lābat vt lepus u. Quamobrē laudanda eſt ſummorum Principum hodierni temporis prouidentia, qui curarunt prohibendo, ne quid in publicum edi poſſit,

quod

g Literati male tractantur, & à diuitibus odio habentur, cum in æſtate dicantur algere, Rebuff. de priuilegiis ſchol. priuileg. 44. nu. 4.

h Sapientia iuris ciuilis non æſtimanda eſt ſordido quæſtu, l. 1. § proinde. ff de var. & extraord. cognit. Ioan. And. in c. 1. lo. Mon. in cap. 2. de cenſ. in 6. Plac. in tractat. de alt. perſ. titul. 1. numer. 2. tom. 16. folio 39. & Pann. de viſi 7. quæſtion. 1. part. folio 148. numer. 28. tom. 3. Facitunt concernata per Tiraquellum de nobilitat. capit. 29. numer. 20. cum ſequent.

i Studioſorum propria præmia, quæ ſummi Principes non poſſunt auferre, Cicer. pro Arch. poet. Alb. de Ferrar. de hor. can. n. 21. fol. 56. tract. tom. 3. & D. Viuius in Sylua com. opin. in opin. 36. Aduocato, n. 4. lib. 1. quibus præmiis incitamur ad bene operandum. Commen. 2. Phyſic.

k Studendo quis non lædit Deum, quod vix contingit in negotiis, Caccialup. de aduoc. q. 5. nu. 4.

l Doctrina eſt vita animæ, 36. diſt. per totum.

m Leges, Reges, ac mores mutantur, c. non debet, de conſang. & affin. 15. q. 1. alim, Auth. de nupt. in princ. de reſt. & ea quæ par. in princ. Gam. de veri. & excel. legal. ſcien. in prin. num. 3. cum ſeq. tract. vol. 1.

n Mercatores cautos in explicandis mercibus imitentur ſcripturi libros.

o Quatuor ſpectanda in eo, qui ſit ſcripturus, arg. l. vnic. C. de profeſ. qui in vrb. Conſt. lib. 10.

p Scriptor debet eſſe vir probus, vt Orator. faciunt dicta per Luc. de Pen. ad l. magiſtros, in prin. C. de profeſ. & medic. libr. 10. Rebuf. de priuil. ſchol. priuileg. 48. nu. 2. cum ſeq.

q Scriptor non ſit petulans, nec odium præ ſe ferat in perſonam reprehendendo, tanquam inimicus hominis, magis quam amicus veritatis.

r Reprehenſores acerrimi diſcipulorum, & magiſtrorum, ac æmulantium. Ranerius Forliuienſis contra Bartolum diſcipulum, in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. idem contra Signo. de Homod. vt habetur inter Sign. conſil. 263. Baldus in Bartolum præceptorem, refert Tiud. in tract. de teſtib. cap. 1. fol. 81. tom. 13. In eundem Bartolum inuehuntur præter Bal. Homod. Ang. Pau. Cuman. & alii, de quibus Iaſ. in l. quidam cum filium, n. 38. cum ſeq. ff. de ver. obl. Paulus Caſtrenſis contra Baldum præceptorem in repet. l. vnica, col. 2. in prin. C. quando non pet. part. Rumus præceptor irridetur ab Alciato lib. 2. c. 42. parerg. iur. ciuil. mordetur parad. lib. 1. cap. 5. ad fin. & lib. 2. cap. 8. ad fin. Decius ad rub. C. qui adm. nu. 64. & 66. 3. lect. contra Iac. de Nigris. Barbatius vituperatur à Calcan. conſ. 1. in prin. Antiparad. contra parad. Alciat. Zaſii, & Petri Stellæ inuicem concertatio, cenſura, & apologia, in repet. l. repetitio. ff. de cond. ind. Chaſſanei concertatio, & ira cum Tiraq. de legib. connub. gloſſ. 3. nu. 3. & 5. Marcelli Bertucutii Senenſis apologia contra Belog. de iur. & fact. ignor. Plantii nota in Crauettam. Apologia Doctoris Nauarri de redditibus eccleſ. Hominum eſt diſſentire, & ab antiquis temporibus Ariſtoteles aliquando Platoni aduerſatur. Hieronymus, & Auguſtinus, & Paulus, & Barnabas, Act. 15. interdum diſſenſerunt, quod fas eſt pro veritate inuenienda. ſed abſtinendum à contumeliis, & petulantia.

s Præceptores defendendi, ſed non reprehendendi, l. dicere, § dicere, ff. de arb. & l. Attilius, ff. de don.

t Veritas exquirenda, ſed cauendum ne amittatur nimium altercando. Sylua Nupt. in prin.

u Mordendum non eſt vt lupus, ſed lambendum vt lepus.

q[illegible] i religioſis, & doctis viris, qui huic muneri præfecti ſunt, diligenter ventilatum, & expurgatum [illegible] fuerit *x*. M[illegible] itaque probitatem, ingenium, iudicium, & doctrinam in Scriptore deſidero, quæ omnia ſi in vno inueniantur cumulatiſſime erit ſatisfactum, ſi aliquod deſit, tolerari interdum poterit; (dummodo abſit malitia) reliquum humani generis imbecillitati condonandum *y*. Qui obtuſo ſit ingenio, nihil poterit inuenire de ſuo [illegible] aliorum ſenſa abſtruſa vix percipiet, quod ſi docilitas deficiat, quo modo poterit alios docere, dilucide explanare, priorum inuentis addere, acute diſceptare, argute reſpondere *z*? Oportet enim Scriptorem in docendo, & ediſſerendo eſſe ſubtilem, vt ſcite alias Baldus noſter admonuerit, pinguioris Mineruæ aduocatis, non eſſe arduas cauſas committendas *a*; ſubtilitatem vero non in[illegible] ligo illam perniTioſam *b*, in qua ſæpiſſime errari Celſus inquit Iuriſconſultus; quam ridicole quidam [illegible] proferunt, qui tanquam vaſa anguſti oris, cum ob nimiam ipſorum inſaniam, nequeant etia verba efferre, hærentes vo[illegible] ,& reuoluuntur dumque nec ipſi, nec alii intelligunt, quænam eorum ſit ſententia, ſubtiles ſe[illegible] affectant, & verborum inuolucris, quaſi velis quibuſdam eorum tegitur inſcitia, vt illud [illegible] ſtet [illegible] ius, qui clare ſcit, clare loquitur *c*. Verum quia ingenii proprium eſt inuenire, & in illa re cum non tam ſit opu[illegible] inuentione quam iudicio, quo tot aliorum ſcripta perfecte diiudicentur; ideo ſe[illegible] atus ſum, ſicut actioni primas, ſecundas, & tertias partes in dicendo tribuit Demoſthenes *d*, ſic iud[illegible] in hac noſtra ſcientia dari oportere. M. Tullius ſuo tempore memoriam videtur in Iuriſconſulto celebrare *e*, ego noſtris temporibus c[illegible]nſeo in Iuris profeſſore iudicium eſſe maxime perquirendum *f*; memoria enim hodie non videtur admodum neceſſaria, in tanta librorum copia, vbi cuilibet volumini præponitur, vel ſubſequitur generalis rerum elenchus, quo omnia ante oculos poſita in promptu ſemper habeantur. Et quanquam inanis quædam memoriæ oſtentatio in dicendo, admirationem pariat, tamen in ſententiis ferendis prudens tantum iudicium efflagitatur. Doctrina quoque non mediocris debet eſſe, nec vulgaris *g*: itaque ve[illegible] iuris profeſſorem, qui eo ſit animo, vt libros aliquando componat, in primis aliorum volumina diligenter reuoluat, Iuriſconſultorum reſponſa, & Cæſarum reſcripta lectitet, Azonis, Accurſii, Bartoli, & aliorum interpretationes *h*, è quibus ſolidam hauriat iuris ciuilis diſciplinam; tum in iuris Pontificii ſcriptis ſit admodum verſatus, libros Decreti, Decretalium, Clementinarum ſaltem percurrens *i*, tum ab Hoſtienſi, Innocentio, Zabarella, Ioanne Imolenſi, Butrio, Panormitano, & Sandeo hanc ſcientiam edoctus, vnum & alterum ius ſimul coniungens, ex vtroque, tanquam apes ex floribus, meliora excerpat, artis præcepta notet, vnde copioſa ſupellex, & rerum ſylua comparetur; vt ſi quando aliquod [illegible]ndi genus ſibi in mentem veniat, ſtatim res habeat in promptu, ac ſine vllo labore poſſit ſua ſenſa explicare, & authoritatibus communire, prouidos imitatus fabros *k*, qui antequam aliquod opus faciant, dom[illegible] ædificantur, res neceſſarias præparant; ſit denique omnium librorum helluo, quorum multiplici lectione refectus, vt mulier grauida, aliquod deinde pariat. Aliqui laudantur, quod ſint magnæ eruditionis, non[illegible] multæ lectionis, quidam longæ ſcriptionis cupiunt appellari *l*, quorum neſcias ridenda ne magis [illegible] miſeranda ſit ambitio; ii enim cum vix Iuſtiniani Codicis inſpexerint tegumenta, nec dum quatuor pa[illegible]ellas commentariorum Bartoli euoluerint, libros vndique reconcinnatos emittunt ſuo nomine *m*. qui cum perennis ſint ſpiritus, tanquam bulla in ipſo ortu occidunt. At non ita Bartolus noſter coryphæus, [illegible]m memoriæ proditum eſt aliquando integrum luſtrum contriuiſſe in valde parua vnius reſponſi explanatione, ſcriptis abſoluenda *n*, Zeuſis illius pictoris exemplo, cuius in perficiendis picturis tarditatem c[illegible]m quidam exprobarent, ita fertur ſcite reſpondiſſe, equidem lente & longo tempore, pingo quippe æternitati *o*. Si poetis aliquando operam dediſſent, Icari infelici caſu à tanta forſan temeritate ſe abſtinerent quod ſi ob arti[illegible] norationem non percipiant, at naturæ ſaltem vt, ac impulſu intelligant, infantes pedibus adhuc tenellis, ob virium imbecillitatem currentes cadere, & volucres pennis nondum

)( )(2 muni-

[illegible] ficis, & aliorum Principum laudatur prouidentia qui non ſinunt imprimi libros, qui prius non ſunt ab inquiſitoribus approbati. Conc. Trid ſeſ.4. & Prag. in Regno Neap tit. de impreſſ. libr.

y Probitas in[illegible] enium, iudicium, & doctrina in ſcriptore deſideratur.

z H[illegible]bes ingenio non recte docere poteſt, vel ſcribere.

a A[illegible] Aduocatis pinguioris Mineruæ non ſunt committenda cauſæ arduæ. Bald. ad l. vlt nu 37. C. de hered. inſt.

b Subtilitas quædam laudatur, quædam damnatur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. obligatio. c. dilecti. & ibi Abb. & alii Canoniſtæ, de iud. Gloſſ in l. ſi mulier. §. ex aſſe. in ver. ſubtilitatem. ff. de iur. dot. Spec. in tit. de aduoc. §. nunc de exordiis. colum 8. & in tit. de denunc. §. 2. Bald. ad l. 2. qu. 4. C de cont. tab. & ad l. ſcimus. 2. not. C. ad Trebell. & Dd. omnes, & præſertim Marc. Ant. Bauer. num. 7. & Socin. iun. num. 16. in l. cum filio ff. de leg. 1. & ſubtilitas minus deſideratur, quam veritas. Arch. in c. hoc habetur. 46 diſt. Luc. de Pen. ad l. vnic. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſt. lib. 12. Pet. Rebuff. in rep. l. vnic. num. 166. cum ſeqq. C. de ſent. quæ pro eo quod int. & Sap. 6.

c Qui clare ſcit, clare loquitur. Ariſt. 6. Metaph.

d Actioni in dicendo primas, ſecundas, & tertias partes tribuit Demoſthenes.

e Memoria Iuriſconſultorum à Cicerone de Orat. celebratur.

f Iudicium in Iuriſconſulto hodie magis neceſſarium.

g Doctrina non mediocris, nec vulgaris in ſcriptore debet ineſſe. [illegible] ad l. 2. §. poſt originem. num. 2. in ver. Iuriſperitus, [illegible] de orig. iur.

h Antiqui authores iuris ciuilis legendi. Roman. ſing. 87. nu. 2. & ſing. 105. nu. 2.

i Iuris Pontifi[illegible] iuris libri euoluendi.

k Fabri ædificaturi [illegible] prius præparant res neceſſarias, ſic ſcripturi libros. Cyn in proœ. ff. ve. col. 2. & verſ. ad quartum. nu [illegible]

l Aliqui [illegible] agnæ eruditionis, nonnulli multæ lectionis, quidam longæ ſcriptionis nomine latantur.

m Feſt[illegible] minimum ambitioſa, in emittendis libris damnatur.

n Bartolus conſumpſit quinque annos in componenda explanatione ad l. de ætate. ff. de minorib. refert Caſtr. ad l. ſi minorem nu 3. C. de in integr. reſt. & Iaſ. in l. quidam cum filium. nu. 37 ff. de verb. oblig.

o Zeuſis argute reſponſum, quare tardius pingeret. Plut. de amic. in mul. diff. mihi fol. 221.

monitas ruere præcipites, ſi è nidulis euolare intempeſtiue tentent. Animadue[illegible] qualicunque ing[illegible] monumento, & opuſculo, quod ex iuuenum manibus excidat, magnam p[illegible] da[illegible], in quo etiam quid erretur, conniuendum eſſe, homines arbitrentur. His vero qui aliquid em[illegible] d[illegible] m[illegible] mque differant, grauiorem indies conſtitui aduerſariam, maleficam nempe expectant nem[illegible]m faciliùs ſit d[illegible]pere, quam vincere; cum in tanta cunctatione, eorum, quibus exacta ætas authoritate [illegible]fferat vix exquiſitiſſima probentur, & maiora ſemper deſiderentur p; vt veriſſimum ſit creſcenti virtut[illegible] iuuen[illegible] adultæ autem inuideri q. Cum aliquando de huius facti ratione, nonnullos doctos, ac [illegible]identes vi[illegible] per[illegible] nctarer; ita reſpondebant, paucum noſtrorum ætate ſapientiores, calamo frenum adhibui[illegible] h[illegible] ver[illegible] temporibus multos habenas intemperanter relaxaſſe, cuius rei cauſas reperio duas r. Viriani quod acri iudicio præditi, vix ſibi vnquam ſatisfaciant, & adeptam exiſtimationem ſperant tutius non ſcribendo tueri, quam in illius venire diſcrimen, & ancipitem aleam ſubire; iis vero, quorum nomen adhuc non ſit admodum illuſtre, ſtimuli ſemper admoueantur, vt aliquid expromant, vnde celebres fiant ac inſignes. Altera quod iis, qui ad ſummam peruenerunt authoritatem, nulla hora detur vacua, & magnus vndique ad eos fiat concurſus, ita vt vehementer ſint occupati in publicis interpretationibus, in reſponſis de iure reddendis, & in reis apud ſubſellia iudicum defendendis; vt ingenio prope diuino opus ſit, quo homo opere ac animo diſtentiſſimus, aliquod pangat publica luce dignum. Sed otio abundantes, qui eiuſmodi muneribus minori diligentia & nominis ſui commendatione funguntur, omni conatu & ſtudio id agunt, vt ſaltem ſcriptis aliqua celebritate famæ abſentibus ſæpe magis quam præſentibus eſſe videantur. Itaq; dicebant, Romæ non bene audire, qui abduntur in tenebris, vt libros componant, quaſi id ſit argumentu, plus eos habere otii, quam negotii, quoſdam tam haud piget abire in ſolitudinem, & interim latere ingloriòs, vt gallina fouens oua, donec ex eis pullos excludat, & ipſe Bartolus memorat *in 1. conſt. ff. vet. §. vlt nu 2.* ſe per m[illegible]tum tempus delitescere voluiſſe in Bononienſi rure amœno, vt diligentius libros ſuos reuideret. Ve[illegible] nec nimia feſtinatione properandum ſ, nec ita procraſtinandum, vt quaſi partus elephantis expect[illegible] ſed tamen præclara primum eruditio comparanda, oportetque ſcriptorum eſſe locupletem, & ita abund[illegible]te, vt tanquam fluuius extra ripas, ſcientiam vndique, ac doctrinam diffundat. Etenim, qui in bonorum authorum ſcriptis non ſit admodum verſatus, quid ex ſolo animi ſui impetu in medium afferat, niſi puerile, rude, ac nugatorium t? Agri inculti herbas tantum aſperas, & agreſtes ſponte ſua ferunt; at diligenti hominis adhibita cultura, iucundiſſimos, & vberrimos edunt fructus. Si aliquis quantum deſiderari poteſt magno præditus ingenio, adiumenta doctrinæ quærat neceſſe eſt. Admirabilem vim naturæ paſſim videmus, quod vt homines corporis forma plurimum differant, ſic vnus altero ingenioſior, aut hebetior edatur in lucem; ſed acumen ad aliquid percipiendum indiget ſtudio, & doctore, quibus ad bonarum artium diſciplinas erudiatur. Cui natura deeſt, ardenti ſtudio u, & multis laboribus ſe frangens, nonnihil tandem aſſequitur, vt docti nomen mereatur, ſi non ingenioſi; Zenocrates x Chalcedonius, quem Plato, cuius fuit auditor, calcaribus indigere dicebat, ob ingenii tarditatem, philoſophus factus eſt clariſſimus ob vehementem ſtudiorum aſſiduitatem. Qui vero reconditas literas ſcrutari negligat, nec veli[illegible] artis alicuius ſcripta volutare, eximio ingenio ſuo fretus, atque elatus; arrogantiæ plenam magis, quam doctrinæ orationem effutiet. Felix is quo vtrunque perfecte conſpicitur, talis olim Diuinus Plato y, & philoſophorum princeps Ariſtoteles, & recentiore memoria Picus ille Mirandulanus, qui vt excellenti, ac ſingulari ingenio, ſic aſſiduo, & indefeſſo ſtudio mortales omnes ſuo tempore ſuperarunt, vt non immerito Phœnicis nomine fuerit decoratus z. Tales ſunt viri vel Heroes potius, qui non vna contenti ſcientia, omnium bonarum rerum variam, & multiplicem diſciplinam complectuntur. In horum numerum puto referendos eſſe veteres noſtros Iuriſconſultos, ex quorum reſponſis hodie ius ciuile pendet, illorum enim ſcripta redolent omnes artes liberales a. Non me latet de hac re contrariam quorundam extare ſententiam, qui contendant naturam eſſe ad vnum, & neminem poſſe pluribus rebus excellere. Sic enim fieri videmus, vt tantum quiſque laudet, quantum ſe aſſequi poſſe confidat b. Ob idque in vnius tantum cura & cogitatione dicant eſſe verſandum, cum ſagittarius collimare nequeat, ſi ad duas diuerſas res eodem tempore oculos defigat c; Plato d aiunt Rempublicam, M. Tullius Oratorem expreſſit, Iuriſconſultus quoque omnibus ſcientiis ornatus à nobis effingi poteſt, quem animo complectamur, magis quam oculis intueamur. Equidem fateor plures reperiri graculos, quam olores; ſed neminem aliqua ætate floruiſſe in omnibus diſciplinis verſatum, ex ipſorum Iuriſconſultorum exemplo falſum eſſe reuinco. Et cur de ſcientiis non idem ſtatuatur, quod de virtutibus, vt qui vnam habeat cæteras omnes cenſeatur habere e? ob illam encyclopædiam, qua cunctæ diſciplinæ arctiſſimis nexibus ſimul connectantur. Riſum tenere vix poſſum, cum quorundam audio ineptias, qui grammatices artem vt ieiunam, ac puerilem Iuriſconſultorum maieſtati non conuenire cauillantur f, quam Plato ille diuinus, & Ariſtoteles (vt plurimos omittam) docere non erubuerunt g, & Marc. Tullium poſt forenſia negotia Gniphonis grammatici ſcholam legimus frequen-

p *Procraſtinandum nimis non eſt in editione.* q *Iuuenibus fauere, at adultis inuideri.*
r *Cauſæ cur aliqui feſtinent, aliqui procraſtinent edere opera.* ſ *Virtus conſiſtit in medio l. 1. de offic. caſt.*
t *Ingenium ſine doctrina non ſatis ad ſcribendum in [illegible] ciuili. c. relatum. 37. diſt.*
u *Ingenio minus pollentes longo ſtudio aliquid proficiunt Bald. in proœm. decretal. col. 2.*
x *Zenocrates diſcipulus Platonis indigebat calcaribus, quia tardi ingenii.*
y *Plato, & Ariſtoteles ingenio admirabili, & ſtudio indefeſſo.* z *Picus Mirandulanus dictus Phœnix.*
a *Iuriſconſulti veteres attigerunt omnes artes liberales. Alc. in præfat. ad l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod int.*
b *Qui tantum laudat, quantum ſe aſſequi poſſe ſperat.* c *Vnus non poteſt pluribus artibus excellere.*
d *Plato in dialogo 9. de rep. [illegible] fol. 381. ad fi. dic, vt infra mox declaratur Goth. de ra. ſtu. lib. 1. cap 2.*
e *Virtutem vnam habens, omnes habere cenſetur, an idem de ſcientiis ob encyclopædiam: Bud. in pand. fol. 2. [illegible] par.*
f *Grammatica ICtis neceſſaria.*
g *Plato, Ariſtoteles, & M. Tullius profeſſi grammaticam.*

frequentaſſe [illegible] temere poſtea A[illegible] latori æquam oratoribus, Iuriſperitis, & Grammaticis munerum immunitatem [illegible] tatis tribuerint præmia *h*; vtque viuendi leges ab ipſis Principibus, ſic loquendi, & ſcribendi præcepta [illegible]ammaticis dari permiſerint, quibus non ſeruatis, tanquam ſi lineas quis tranſiret omnia euertuntur, quæ cum falſa Grammatica ſint enunciata *i*. Quamobrem Bartolus, Albericus, Caſtrenſis, & alii ſummi Interpretes, poſt ipſos Iuriſconſultos, de ſingulis dictionibus, ſyllabis, ac pene literis acute, & exquiſite diſputarunt. Et non modo dicendi, ſed etiam benedicendi artem callere deceat Iuriſconſultum *k*, vt inde diſcat, quæ ſcripturus ſit, recte accommodare temporibus, locis, perſonis, cauſis, rebus, eaque ornate, diſtincte, copioſe, ac prudenter diſponere. Hanc quoque abhorr[illegible]nt plerique legulei, dum quaſi miſere eſurientes, quæſtum duntaxat facere quoquo modo poſſint, ſemper ſtudeant; cæterum vt fili[illegible]am amplecterentur, ſi ſperarent ex eloquentia hodie tantum lucri ſe facturos, quantum olim Georgiam Leontinum [illegible]eciſſe memoratur, qui ex hac bene dicendi arte, ſtatuam auream, & ſolidam conflatam Delphis poſitam ſibi erexit *l*. Equidem eloquentiam ſine iuris ciuilis ſcientia in iuris profeſſore contemno *m*: [illegible] eloquentiam [illegible] iuris ciuilis ſ[illegible]entia coniunctam admiror. Ad quam etiam adiungi velim ſociam & comitem veri & [illegible]lſi indagatricem Dialecticam, à διαλέγεσθαι, vel ſi malis etiam cum Ariſtotele ſcientiam percipiendi, quod in vnaquaque re ſit probabile, quam vocant [illegible], vnde ſuppeditatur argumentandi ſylua, adhibito tamen modo, ne in huius artis gyris, & Meandris conſeneſcat *n*. Non deſuerunt ex iuris peritis, qui Dialecticam legalem (vt nos orationes legales) ediderunt. Philoſophiæ porro, cuius plura eſſe genera non ignoras, æquo animo feres, ſi ex multis partibus vnam duntaxat aut alteram noſtro quoque tribuam iuriſperito. Naturalem *o* vero de mondo, tum de altiſſimis, & [illegible]timis cauſis, iam pridem traditam Athenis ab Archilao, Anaximene, Talete, & Anaxagora libens equidem concedam Democrito & Crat[illegible] [illegible]hebano [illegible] aut ſi quis velit fieri eorum ſimilis, quorum alter non paruum argenti atque auri cumulum fertur in mare proieciſſe, alter ſibi ipſi eruiſſe oculos, vt magis attent[illegible] rerum contemplationi vacaret. Moralem vero nobis merito vendicabimus *p*, qui veram profitemur philoſophiam, expendendo mores, non modo ſingulorum, ſed familiarum, & ciuitatis [illegible]niuerſæ *q*. Hæc enim philoſophia eſt lex, & dux vitæ, & vitiorum expultrix, quæ animum noſtrum format, & fabricat ad bene, beateque viuendum, ob quam Græcia olim admirata eſt ſeptem illos ſapientes, quorum maiorem hodie videmus numerum in hac præſertim Ciuitate noſtra *r*, vbi qui Iuriſconſulti veſtes induit, idem ſapientis nomen adipi[illegible]tur, & de moribus cognoſcere, actionibuſque iudicare ſolet. Nec diuinæ hunc deceat expertem eſſe philoſophiæ [illegible], non dico illius ad fabulas pertinentis, quæ ſi adſit, hominem ornat, ſi deſit, non ideo minus iuris profeſſor poterit excellere: n[illegible] alteram deſidero, quam falſis reſponſis, ac dæmonum oraculis miſeri olim imbibebant, ſed myſticam propono Theologiam, per quam ſummi boni habetur cognitio, & hanc neceſſe ſit noſtrũ odorari Iuriſconſultum; vt propoſitas controuerſias recte poſſit dirimere, cum de Chriſtiani hominis factis, & de animæ ipſius ſalute aliquando diſceptetur ob hæreſin, ob vſuras, ob decimas ſacerdotibus perſoluendas, & alia eiuſdem generis plura. Mathematicorum porro artem quis diſiunget à iuris ciuilis diſciplina *t*, cum paſſim oporteat rationes ſubducere, & ſummam facere hereditatum ob quartam Falcidiam, Trebellianicam, & alimenta homini relicta ad vitam *u*. Hæc quidem Arithmeticæ prorſus ignarus, & ſi Iuriſperitiſſimus, per ſe neſciet diffinire, vt non immerito hanc ſcientiam tanti fecerit Pythegoras Samius (numerorum vt quidam putant inuentor) quod diceret in ipſis numeris, vt in regula certiſſima, contineri omnium diuinorũ cognitionem. Turpius ſane carebit Geometria iuris Scriptor *x*, ac profeſſor, qui ad terminandos agros quotidie euocatur, & ad diuidenda, quæ per alluuionem prædiis adiunguntur, adeo vt ſi Euclidis libros nonquam euoluerit, tanquam ſtupidus ſpectabit figuras, legetque, at non intelliget, quæ per Bartolum noſtrum poſt ipſum Euclidem artificioſe conſcripta ante oculos ſibi ponentur. Vt pluimum laudem vnum aut alterum ex recentioribus noſtris S[illegible]riptoribus *y*, qui hoc obſcurum, & incognitum argumentum, de alluuione frequentiſſimum, & nece[illegible]arium d[illegible]us, & diligentius ſtuduerint explicare; cum ob Geometriæ ignorationem ipſa flumina iuſtius, quam iudices i[illegible]terdum iudicent de eiuſmodi agrorum acceſſionibus.

h *Grammaticis conceſſa eadem priuilegia, quæ iuriſperitis. l. vnic. C. de profeſſ. quæ in vr. Conſt. lib. 10. Scholaribus grammaticis eadem priuilegia, quæ ſcholaribus iuris. Rebuff. de priuil. ſchol. priuil. vlt.*

i *Grammatica falſa an, & quando vitiet. l. Planeus. ff. de aur. & arg. leg. c. ad audientiam. de reſcript. Gl. in c. forus. de verb. ſign. Bart. ad l. 1. ff. de cond. & demonſtr. Luc. de Pen. ad l. 2. C. de profeſſ. & med. lib. 10.*

k *Rhetorica non ignoranda à iuris profeſſore. Bud. in Pand. fol. 443. 1 par. & fol. 45.*

l *Gorgias Leontinus ex eloquentia tantum fecit lucri, vt auream ſtatuam ſibi erexerit.*

m *Eloquentia ſine iuris ciuilis ſcientia contemnitur in iuris profeſſore, ſimul coniuncta, ſunt admirabiles. Put. de ſynd. §. ſequitur. nu. 2. poſt Alb. ad l. 2. §. poſt hos. ff. de ori. iur. & ad l. 2. nu. 6. C. de vet. iur. enuc. Luc. de Pen. ad l. vnic. C. de ſtu. lib. vr. Rom. colum. 3. in princ. lib. 10. Bud. in Pand. fol. 44. cum ſeq. 1 par.*

n *Dialectica prodeſt ICto, ſed in ea non eſt conſeneſcendum.*

o *Philoſophia naturalis non pertinet ad iuris profeſſores.*

p *Philoſophia moralis tractatur à ICtis. l. 1. vbi Bud. ff. de iuſt. & iur. idem ad l. 1. ff. de cont. empt.*

q *Gam. de vers. ac excell. legal. ſcien. in princ. nu. 16. cum ſeq. tract. tom. 1.*

r *Sapientes hodie plures appellari, quam olim ſeptem illi in Græcia.*

ſ *Theologia conuenit iuris profeſſoribus. de hac poſt Varronem, & Auguſtinum, Fr. Connan. commen. iur. ciuil. lib. 3. c. 5. in princip.*

t *Mathematicorum artes non alienæ à iuriſperitis.*

u *Tot. tit. ff. & C. ad [illegible]rebell. & ad [illegible] Falc. l. hereditatum.*

x *Geometria non debet carere ICtus. Geometriæ tres ſpecies refert Luc. de Pen. ad l. 2. C. de excuſat. artific. lib. 10. de hac in l. Geometra. ff. de excuſa. tu. tot. tit. ff. ſi menſ. fal. mod. dix.*

y *Barto., & Bapt. Aym. Parmenſis de alluuione.*

Imp[illegible], ac putidulum ſi Aſtrologi[illegible] ſtum [illegible] ſuſpe[illegible], qui [illegible] verum H[illegible]pi gradum in naturalibus cogno[illegible] vt ſapiens *a*, a[illegible]um ad fortiter ferendos caſus, qui euitari non poſſint, & aliquos, qui porten[illegible] ſua prudentia effugiat, aſt[illegible] dominetur. Sed hæc mittamus cœleſtia, quoru[illegible] vt perfecta habeatur cognitio, vel in cœlos opus eſſet aſcender[illegible], vel aliquem è cœlis regreſſum conſulere. De humanis er[illegible]o agentes, manſuetiores muſas, & muſicam noſtro non auferes Iuriſconſulto *b*, cum & Socrates philo[illegible]phus grand[illegible]tmus tam ſenex [illegible] erubuerit *c*. Temiſtocles vero habitus fuerit indoctior, quod in epulis eam recuſauer[illegible]. [illegible]rs, quæ in vocum & ſonorum modulatione c[illegible]ſiſtit, non eſt quærenda ad animi tantum oblectationem [illegible] da, vt v[illegible] ab animo non diſcrepet. Altera vero pars, quæ eſt poeſis *d*, complectitur leges cum nat[illegible] [illegible] otium, & ſicut hodie iuris profeſſores, ſic olim [illegible]oli poetæ habiti ſunt ſapientes [illegible] & poeſis H[illegible] phiæ ſtudium appellata eſt. Tum Socrates Homeri di[illegible]pulus à Dione nomin[illegible]ur. Modeſti[illegible]ſter Iuriſconſultus celebris eſt ac poeta, qui in ſingulos Vergilianæ Æneidos libros elegantiſſimam ep[illegible]com poſuit *f*. Non auderem noſtratium Doctorum conſiliis, & (vt aiunt) cauteli[illegible], medicorum quoque [illegible]ria, & pharmaca commiſcere *g*. Verum cum legerim, veteres Iuriſconſultos, ſuis reſpo[illegible]ſis, propoſi[illegible] dirimere controuerſias ex teſtimonio, & authoritate doctiſſimi Hippocrat[illegible] *h*, illorum in[illegible]tus exemplo, non verebor requirere in Iuriſcon[illegible]ulto medicinæ quoque cognitionem *i* non dic[illegible] exactam; ſed vt ſal[illegible]tem in manus aliquand[illegible] [illegible]umat, percurrend[illegible] Hi[illegible]cratis aphoriſmata, [illegible] de [illegible]dine tuenda opuſculum, itemque Plutarchi, Cornelii, Ce[illegible], & aliorum, ex quibus & præſentem p[illegible]ſit ſanitatem conſeruare, & ab[illegible]entem reducere. De Græcis literis nihil dix[illegible] *k*, de quibus ſi meam velis audire ſententiam, ſcito me omnium literarum eſſe auid[illegible]mum, ad inſtar auari hominis, qui vniuerſa n[illegible]morum genera in ſuam arcam recondi ſtudeat. Bartolos noſter tot occupationibus, & i[illegible]la ætate natus, cum bonæ [illegible]ræ exulabant, Hebraicam quoque linguam olfecit *l*, proximis vero temporibus Gulielmus Budæus vir d[illegible]ctiſſimus, quot obſcuriſſima iuris ciuili[illegible] [illegible]oca ex grauiſſimorum librorum fontibus illuſtrauit, vnde Alciatus multa hauſit, quæ iuris ſtudioſis [illegible]tilite[illegible] communicando imper[illegible]uit. Illud conſtantius affirmo ſine hiſtoriarum cognitione non po[illegible] iuris [illegible]ſcientiam intelligi *m*, quod eſt diuerſis temporibus ex variis authoribus reſectum, hinc multi emanant [illegible]rrores *n*, dum quidam ſine delectu ſanctionem Reipubl Romanæ tempore latam, æque interpretantur, ac aliam, quæ poſt mille annos à Iuſtiniano, vel aliquo alio Cæſare in Græcia facta ſit. Ex temporum igitur diſtinctione, multa ſunt [illegible]olligenda, & ad concordiam redigenda, quod ex Liuio, Plutarcho, Suetonio, Plinio iuniore, Lampridio, Pau[illegible]o Diacono, & aliis Scriptoribus colligi poteſt. Verum vt mulier, quæ deformis nata ſit, calamiſtris, & pigmentis plurimis fucata, riſus magis quam ſui amores excitare ſolet: ſic Iuriſconſultus, qui cunctis ſupra relatis diſciplinarum abundet ornamentis, niſi in iuris ciuilis diſciplina, quam potiſſimum profitetur, excellat *o*, vt c[illegible]nſultoribus ſuis iuſtum reſpondere, & recte cauere ſciat, plures inueniet, qui moltip[illegible]ci, & copioſo ipſius ſermone oblectentur, quam qui ſua opera in cauſis vtantur. Etenim quæd[illegible]unt, quæ in ſola rerum [illegible]gnitione verſantur *p*, vt naturalis Philoſophia, Aſtrologia, Coſmographia, Hiſtoria, A[illegible]quæ vero ad hominum vitam facta, & mores pertinent, vt ars militaris, medicin[illegible], & noſtra iuris ciuil[illegible] ſcien[illegible]ia, cuius finis eſt [illegible] vt homine[illegible] bene, beate que viuentes, humana, [illegible] fieri poteſt, fruantur felicitate. Quum [illegible]orru vari[illegible] & multiplex cauſa homines mouere ſoleat ad [illegible]bendum, & pleroſque auaritia impellat, vel amb[illegible]io *q*, aut vna & altera ratio vrgeat, tamen toleranda erit hæc cupiditas; dummodo præclarum aliquod opus inde appareat *r*; non de tot viris illuſtribus mundus poſſet gloriari, niſi ad eos [illegible]gnend[illegible] [illegible]tua [illegible]llati [illegible] parentes incitaſſet. Natura effinxit homines laborum impatientes [illegible] comm[illegible]u[illegible] ver[illegible] m aud[illegible]mos, à quibus ſi gloriæ ſpem adimas *ſ*, laborandi quo[illegible]que voluntatem tollas; libenter [illegible]nemus labore[illegible], nec ſumptibus parcimus *t*, vt q cupimus conſequamur l[illegible]ogo [illegible]tiani temp[illegible]ri intetual[illegible] Agricolæ genium fraudantes *u*, frumentum tri[illegible] horreis ian[illegible]r conditū, liberali man[illegible] ſp[illegible]rgū [illegible]q[illegible]ellus cum gremio mollito ac ſubacto receptū cum[illegible]latiore deinde reſundit menſura. Nautæ ac mer[illegible]t[illegible]res merc[illegible]um ſpe, non dubitāt hyeme tranſire vaſtiſſimū mare,

nullu

z Aſtrologiæ aliqualis cognitio non aliena à Iuriſperito. teſte D. Viuia in Sylua Communium Opinionum, in opin 950. n. cum aliis ſeqq. lib. 5. vbi vt [illegible] ponit theoricam, & practicam planetarum, & lunæ, & ortus ſignarum.

a Sapiens dominatur aſtris, de qu[illegible] B[illegible] [illegible]dc. [illegible] vt lit. penden. Tiraquell. de leg connub. l. 8. num. 5.

b Muſica non aliena [illegible] iuris ciuilis ſtudio.

c De Muſicæ laudibus, [illegible] [illegible]tanus, lib. 2 orat inſtit. Tiraquell. de nobilit. cap. 34 num. 10.

d Poeſis apta Iuri[illegible]onſulto.

e Poetæ olim dicti [illegible]apientes, de his poſt Platonem, & alios, Tiraquel. de retract. in præfat nu 11 & de nobil c 31. n 521,

f Modeſtinus [illegible] tus compoſuit epitomen ad Æneid. Verg.

g Medicinæ cognitio vtilis ICto.

[illegible] Hippocratis authoritas habetur in l. ſeptimo menſe. ff de ſtat. hom.

[illegible] D[illegible] medicina & medicis vſque ad nauſeam, per Tiraq de nobilit. c. 21.

k Gr[illegible]arum literarum peritia non inutilis Iuris profeſſori. Bud. in Pand f[illegible] 55. 1. par.

l Bar[illegible]us etiam olfecit linguam Hebraicam.

[illegible] [illegible]ſtorias callere debet ICtus. Bud. in Pand. fol 87. 1 par Grib. de mod ſtud cap. [illegible]5. lib. 1.

n Errores plures apud iuris profeſſores ob ignorationem hiſtoriarum.

o Iuris profeſſor ridiculus ſine [illegible]cientia iuris, etſi aliis diſ[illegible]i[illegible]linis ornatus.

p Artes quædā verſantur in ſola cognitione. quædā pertinent ad facta, & vitam hominū, vt iuris ciuilis diſciplina, & alia.

q Cauſa ſcribendi aliquando auaritia & ambitio.

r Ambitio ob virtutem toleratur. Luc de Pen. ad l. 2. col. 11. C. de his qui ſp[illegible] [illegible] ſub. lib. 10.

ſ Gloria virtutis præmium, Ci[illegible]. Tuſc offic. & pro Planc

t Honor dicitur ſignum virtutis. Io. de Lign. in tract. de amicit. §. conſequenter nu 4 fol. 93. tom 6.

u Laborant ſpe præmii: Agricola, Nauta, Mercatores, O[illegible], Milites, Imperatores[illegible], [illegible]ges

[illegible] ſatur [illegible], qui [illegible], ac mediis a [illegible] ctum ſeipſum non [illegible] ſed [illegible] quod [illegible]. Sequuntur [illegible] tum duces, exercituum Imperatores, a [illegible], tum inuadunt [illegible] regiones, [illegible] cul [illegible] didiſſimis artibus, & eorum Regno, vt omnibus diuiſis, & [illegible] tant non tam ſui Regni fines quam ſui nominis famam amplient. [illegible] animantium [illegible] præcipue [illegible] nisi vitus ad virtutes [illegible]. Laudandi eſt, quæ ad virtutem [illegible] amorem [illegible], & æmulatio, [illegible] exemplo [illegible] Alexander cognomento Magnus, [illegible] victoriis, cum Achilli [illegible] ſed [illegible] Achillis [illegible]. [illegible] Alexandri [illegible] Cæſar [illegible]. Miltiadis triumphis [illegible] Themiſtocles in Athenienſem [illegible]. Thucydides æmulatus eſt Herodotum, Craſſus Pompeium [illegible]. In [illegible] æmulatio [illegible], Pacratius, [illegible] De literis [illegible] Xenophontem & Platonem æmulatio [illegible] apertiſſima; In Ciceronem [illegible]. [illegible] Rom [illegible] conata eſt [illegible] nobis [illegible] æmulatio præ virtutis [illegible] ad [illegible] parit, & quod [illegible], auget gloriam [illegible] tum [illegible], tum [illegible] ſcriptores [illegible] & poſteris, ne [illegible] Senatores [illegible] ipſæ [illegible] um [illegible] nobis [illegible], & large eis donauit natura d; homo [illegible] ſed Deus [illegible] ingenio & prudentia iudicio præditi, [illegible] & [illegible] quæ cæteri [illegible] indigentibus communicarent. Longe, lateque [illegible] quod [illegible] conſulendumque eſt poſteris f; quod ſi facere enitimur [illegible], quæ ſint labiles tum & caducæ, multo magis id contendere debemus [illegible] entis [illegible] ecratur. Poſſum [illegible] facile ſic turpe eſſe [illegible] ſcribere [illegible] ſi pondi id malum quaſi ſi [illegible] iſtis impendere, [illegible], taceant [illegible] & [illegible] aliquando aſſerunt veritatem cum faciant errores [illegible] ſententia [illegible] h. vt [illegible] errores, alia nihil [illegible] tantum, niſi illam nactus occaſione [illegible] & qui [illegible] authorum [illegible] abditos, compilare ſolent in apertum referentes, [illegible] ſunt fortè [illegible], etiamſi [illegible] edant i, præſertim ſi de infectis faciant perfectos, vt qui infantes à patre [illegible] recipiunt, & pro ſuis alunt [illegible] enim eſt aliquid ad communem fructum afferre, quam [illegible] priuati rationem habere k. Tanta humani ingenii varietas, cum nec deſint, qui ſua [illegible] alios faciant parentes l quos [illegible] maioris authoritatis, vt ferunt de Origene, [illegible] multa a [illegible] volumina, quæ ab aliis dicuntur compoſita, ſicque Bartolo noſtro aliqua ſcripta [illegible], quæ vere ab aliis putantur exarata. [illegible] porro libros componunt, aut operis ſunt inuentores m, aut aliorum interpretes, quidam nec authores ſunt, nec interpretes ſed vt qui ex variis lapidibus ſparſis maceriam [illegible] ſtruunt, ſic iſti ex aliorum libris aliquod coaceruant; Poetæ, Oratores, Hiſtorici, & ſi qui [illegible] ſuo marte vt dicitur [illegible] inuenta promere, nunc artis præcepta dando, nunc res [illegible]. In iure autem noſtro ſolus Princeps & Reſpublica, aut qui ab ipſis habeant authoritatem [illegible] poſſunt libros emittere, nobis aliis nefas eſſe, vel explanationes legiſlatorum libris annectere [illegible] Cæſar n. & ſi contrarium morem videmus paulatim irrepſiſſe, ita vt ingenti [illegible] explanationum immenſis voluminibus prima legiſlatorum axiomata iam obruantur. Horum porro [illegible] diuerſa [illegible] eſſe animaduerti, vnum [illegible] de ſimplici veritate inuenienda, & oſtendenda quæ [illegible], alterum [illegible] partes acutius diſputando de ſubtilitate laborat magis, quam de veritate o; ex [illegible], vt qui [illegible] frequentant Speculatoris Papienſis Angeli Aretini, Marantæ, & nouiſſimorum [illegible] ad [illegible] pertinentia, di [illegible] contentur; Obſeruationes in pandectas, [illegible] nes, declarationes, & eiuſdem [illegible] plura, quæ nil contineant [illegible] nihil [illegible] ingenioſorum [illegible] m. Sic [illegible] philoſophos duo librorum genera p, vnum populare [illegible], alterum acroamaticum, quod [illegible]. Multis ab [illegible] annis [illegible] in lucem, non magis laborem autoris, & diligentiam præſeferat, quam ingenium, & induſtriam redoleat q.

quod

x *Æmulatio quædam non improbanda.* y *Æmul. in re bellica.* z *Æmul. in pictura.*
a *Æmul. in literis [illegible].*
b *Baldus Bartoli æmulus. Tiraq. in tract. de teſtib. c. [illegible] fol. [illegible] tom. [illegible].*
c *Finis verus, ac propoſitum ſcriptoris debet eſſe, vt aliis proſit. faciunt dicta per Fortun. in tract. de vlt. fin. iuris canon. & ciuil. nu. [illegible] ad 8 fol. 7 tract. tom. 1.*
d *Theſaurus non abſcondendus.*
e *Homo homini non lupus, ſed Deus. l. ſeruus [illegible] de ſeru. exportan.*
f *Poſteritati [illegible] endum non ſolum ferendo arbore [illegible] ando [illegible] ſcribendo.*
g *Errores ſcribentis tolerandi, [illegible] laudandus [illegible] Bertach. de gab. in proœm. nu 3*
h *Errores ſcribentis impellunt [illegible] ad [illegible]*
i *Libri compilati, & aliqui ſine nomine [illegible] tract. tom [illegible] tom 15. fol. 12.*
k *Aliena edere vtilius eſt quam pati, vt pereant.*
l *Iaſon l. qui dam cum filium nu 39. [illegible] q. ff de ver. [illegible]*
m *Librorum aliqui ſunt inuentores, nonnulli interpretes [illegible] nec authores, nec interpretes.*
n *Iuſtinianus [illegible] ne ſuis libris adderentur commentaria [illegible] noſtram. C. de vet. iur. enucl. Alcia. lib. 9. c. 20 parerg. iuris ciuilis.*
o *Libri vel in veritate tantum rerum verſantur, vel de ſubtilitate laborant. Rebuff. in commen. ad conſt. Regii in epiſtola ad lectorem.*
p *Cic. de fin. lib. 5.* q *Libri hodierni temporis non ingenium redolent, ſed laborem ac diligentiam.*

quod breuitas vitæ, prolixitas Scriptorum, & lucri cupiditas non ſinat in contemplando diutius commorari, ac in rebus, (vt putant) inutilibus tempus fruſtra conterere. Inter hos autem libros diuerſos, alii interiecti ſunt medii, quorum Scriptores omne (vt ille ait) tulerunt punctum, è quibus veritas habeatur in foro, & ſubtilitas redundet in ſcholis, quod Accurſius, Bartolus & alii, leges explanando præſtiterunt. In iuris noſtri compoſitione, quædam præcipua accidunt, vt illud, quod hæc ſcientia non ſit nobis tradita per generales regulas r, nec in certa genera conſtituta; ſed per indiuidua Iuriſconſultorum reſponſa, & Cæſarum reſcripta, ex quibus poſtea interpretes elicuerunt theoremata præſcribendo normam, ad quam dirigendum ſit quicquid de iure ciuili, vel in controuerſiam, & diſputationem vocetur ſ, vel lites dirimendo ſtatuatur; hoc præter eos, quos ſupra diximus, optime perfectum eſt à pluribus, qui multo artificio ſcripſerunt libros ab ipſis Tractatus nominatos t, vbi diſtincte dicitur quodcunque pertinet ad rei propoſitæ argumentum, incipiendo à diuiſione, & diffinitione, tum cauſas, vim, ac affectus ſubtiliter, & copioſe explicando. Alterum quoque quod videri poteſt mirandum, in iuris ciuilis contingit diſciplina, vt qui minus acumine ingenii polleant, libros aliquando populo edant magis plauſibiles, & minori labore, quam illuſtri ingenio præditi, ſumma induſtria conſequantur u; cum popularis hæc videatur ſcientia, quæ à vulgi opinione multum pendeat x: ingenioſi vero facile veniunt in ſuſpicionem rudium y, qui ſapientiam ſæpe appellant calliditatem, nec eiuſmodi authoribus, neç eorum libris fidem habent. Scribentique aliquando minus ingenii, & laboris, plus tamen honoris contingit, dummodo vtilitas legentibus gratiſſima afferatur, præſertim ſine multa eorum moleſtia; adeo vt quamuis ex nonnullis artibus, quædam oblectatio capi ſoleat, ex hac emolumentum, & quæſtus potiſſimum quæratur, iamque ars incipiat eſſe minus difficilis, & obſcura, etſi longe, lateque diffuſa, ita ſatietate legendi defatiget, vt aliquid cogitandi tempus, & animus eripiatur, & (quod ſine multa nauſea fieri non poteſt) eandem penitus rem bis mille in locis repoſitam legere, & relegere contingat z, ita vt illud Pythagoricum optime in iſtis libris agnoſcas, quod vnus in alterum, imo plures in vnum mirabiliter & miſerabiliter transferatur, & mutato ſolum libri nomine eiuſdem argomenti plures authores glorientur, & plura volumina circumferantur, vt ſi quis quod ſuum eſt repoſceret, aliquis interdum ſpoliatus, vt illius cornicula plumis ablatis moueret riſum. Et quemadmodum multi homines, quibus idem ſit nomen, exempli cauſa Ioannes, cuncti eodem Ioannis nomine ab aliis nuncupantur: ſic qui eiuſdem penitus argumenti libros contexunt, ſinguli nominantur, etſi nihil addant de ſuo a, & ob id plerique, quos varios dicam an prudentes, eam ſcribendo ſeligant materiam, quæ in vſu quotidiano ſit poſita, vt ipſorum quoque nomen, quamuis eodem ſemper cum aliis reuoluatur, in ore, ac ſermone hominum frequenter verſetur. Si maiorum noſtrorum ætate, morem hodiernum ſeruatum videremus, refertæ eſſent libris Iuriſperitorum omnes mundi officinæ, cum nemo fuerit alicuius nominis, nec hodie ſit Iuriſperitus, qui ſignata reſponſa conſultoribus non reddat, quæ omnia ſinguli ſi typis excudere tam diligenter curent, quis ex contritis linteis papyrum conficiet, sibi ſatis omnia ſcribentem b? Nimium ſunt aliqui ſui fœtus amatores, qui nihil vnquam ſinunt perire, cuiuſdam hominis inſtar, qui quod noctu ſomniabat, ſummo mane exporrectus, ne obliuione obrueretur, libris commendabat. Satius (niſi iudicium me fallit) nomini ſuo conſulerent ſi qua præludii quaſi loco exarata perire deſiiſſent, contenti fructu, quem ex hac cœperint exercitatione, qua ſcribendo ingenium & prudentia plurimum acuitur c. Compeſcenda eſt tanta noſtrorum temporum ſcribendi ambitio, dicam an inſania; & abſtinendum, ne omnia inſulſa, & nullo aliquando iudicio exarata ſine ſale, ſine methodo emittantur, quæ tanquam inter mortua prius videantur ſcripta, quam cogitata. Selectioque habenda, agricolarum more, ſi enim diligenti educentur cultura ſingula virgulta ſponte ſua naſcentia, breui tempore omnis ager erit ſylua d; ergo vt vtilium ſit ſarmentorum amputatio in vitibus, ſic in iſtis ſcribendis imitemur naturam, quæ non omnes flores in arboribus emiſſos ſinit conuerti in fructus, ſed turbine, ardenti Sole, nimio frigore, aliiſque cauſis ſæpius permittit plurimos euaneſcere. Admirabilis certe eſt in hominibus diſſimilitudo non modo corporum, ſed animorum; quot videas humilioris fortunæ, qui coguntur non tantum mutuo, ſed etiam fœnori pecunias ſumere vt ſumptuoſiſſima extollant ædificia, & alienis nummis ampliſſima mercentur prædia? Contra vero, qui auri reconditos habeant aceruos, nec nummum quidem ex arca velle eruere, quo lapſas ædes reſtaurent. Idem in Scriptoribus, quorum aliqui nimium forſan moroſi, ac putidi, nunquam ſibi ipſis ſatisfaciunt e, multa inueniunt, plura notant, nihil emittunt, ſed tabeſcere, & demum perire ſuas ſinunt lucubrationes. quod vitio datum eſt Apelli, vt neſciret vnquam tollere manum de tabula f; contra alii in ſuis inuentis continendo geſtiunt, & contineri nequeunt, donec proponant in publica opera non dicu abſoluta, ſed vix inchoata, vt perdifficile ſit mediam eligere viam, qua vitioſa extrema euitentur.

Longior

r *Scientia iuris ciuilis non eſt tradita per regulas generales, ſed per indiuidua. Dyn. in c. nullus pluribus, de reg. iur. in 6. Gribal. de modo ſtudendi. c. 11. lib. 1.*

ſ *Ariſtot. 1. Phyſ. comm. 2. Metaphyſ. Porph. in lib. prædicam. in c. de ſpecie ac indiuiduo.*

t *De tractatibus iuris ciuilis.*

u *Libri iuris ciuilis minori ingenio compoſiti aliquando plus placere.*

x *Iuris ciuilis profeſſio popularis pendet ab opinione vulgi.*

y *Ingenioſi facile veniunt in ſuſpicionem vulgi.*

z *Libri in librum transfuſio, vt de vna anima in plura corpora ſecundum Pythagoram.*

a *Scriptores ſumunt materias quotidianas, vt ipſorum mentio fiat, quamuis nihil dicant de ſuo.*

b *Natura non ſinit colligi omnia quæ apparent.*

c *Exercitatio ſcribendo facienda qua prodeſt. l. legatis §. ornatricibus ff. de legat. 3. vbi Bart.*

d *Natura imitanda in rerum affluentia, & patiendum aliqua ſcripta perire.*

e *In tardos Scriptores.*

f *Apelli obiectum, quod neſciret tollere manum de tabula.*

L[illegible] endi [illegible] ſtant proſequerer [illegible] ſoni [illegible], A[illegible] commendat [illegible] Ego vero poſt Barto[illegible] dem [illegible] ioſa breuitat[illegible], m[illegible] ordine in ſui in[illegible] componendis; explanationes enim non [illegible] tatione & eloc[illegible] con[illegible] conſiſtit. Primum [illegible] is m[illegible] qu[illegible] n alias di[illegible]nguuntur; ſed pleraque ex [illegible] m[illegible], quæ ab ipſis [illegible] onſi[illegible] di[illegible] tur, vbi non ſit capi[illegible]um [illegible] aut [illegible] rum, [illegible] m[illegible] perdu[illegible] m v[illegible] m eius, [illegible] magnitu[illegible] vt [illegible] manibus geſtari [illegible] trouerſiam [illegible] m din f[illegible] iſſe vocat[illegible] [illegible], & vehemen[illegible] d[illegible] m[illegible] liq[illegible] q[illegible] tam in [illegible], ho non deſiderari contendu[illegible] verbus & doctrinæ [illegible], ſic lo[illegible] n[illegible] non in li[illegible], ſed in corde eloquentiam habere debent, nec oratio[illegible] em decere [illegible] q[illegible] m nec in v[illegible] obe[illegible] tur fuci, & calamiſtri [illegible] hæc ſcienti[illegible] doceri conten[illegible] non [illegible] qu[illegible] ipſas ac ſententias ponderari oporteat, non i[illegible] ani verborum ſono ubi[illegible] C[illegible] er[illegible] qui vt rem p[illegible] m, & quaſi [illegible] lutulenti [illegible] us non eſſe con[illegible] ctandam, ſic iuris ſcientia [illegible] n debeat [illegible]; n[illegible] m[illegible] orn[illegible] rum verboru[illegible] non [illegible] pern[illegible], ſed eo tan[illegible] pr[illegible] ta, ſpectatior, [illegible] At in[illegible] uiunt n[illegible] ne a[illegible] u[illegible] ipend[illegible] e an[illegible] tur, quæ ſi[illegible] v[illegible] it. [illegible] ho[illegible] art[illegible] o interdu[illegible] ef[illegible] tut p[illegible] ius, quam il[illegible] ſtretur, vt [illegible] arm[illegible] ea domu[illegible] d[illegible] iba[illegible], pu[illegible] udi[illegible] ſuam a[illegible] ttit. [illegible] tis f[illegible] uibuſc[illegible] nque verbis ſenſ[illegible], & cogi[illegible] on[illegible] noſtras ex[illegible] licare. A[illegible] v[illegible] ocur[illegible] m[illegible] [illegible] dıu[illegible] umen, qu[illegible] ibi indiget human[illegible] op[illegible] bus, tanta a[illegible] tudin[illegible] exc[illegible] lentia, diligen[illegible] e p[illegible] mar[illegible] ore cælata, [illegible] hominum labore, ac [illegible] duſtri[illegible] n[illegible] opere, diuturno tempore [illegible] cui tota [illegible] teis, & aureis v[illegible] lis, tot [illegible] mm[illegible] cor[illegible] maræ cxn[illegible] antu[illegible] uſtra ergo tanta re[illegible] cæremonia[illegible] dotes purpurati pre[illegible] ioſi[illegible] mis veſtibus orn[illegible] inſul[illegible] s etiam aureis thura datu[illegible], & [illegible] incendente[illegible] ſacri[illegible] cium faciunt. [illegible] am admirabili pompa. Si naturæ tantum neceſſitati velimus ſatiſ[illegible] n[illegible] hominum operib[illegible] liqu[illegible] m oculis auribus, & [illegible] ate[illegible] is corpor[illegible] [illegible] nſibus vel animi præbere oble[illegible] ationem. Val[illegible] ant p[illegible] ores ſtatuarii, & qui [illegible] unqu[illegible] in [illegible] uſtate calceos, & veſt[illegible] [illegible] nta in[illegible] es [illegible] o[illegible] ueńtione lepidius & belliſſime [illegible] bi[illegible] cari [illegible] bora[illegible]. Qa[illegible] ru[illegible] i[illegible] t, agric[illegible] æ veſtit[illegible] [illegible], & ſordido palliolo [illegible] humilique ſocco a frig[illegible] e defenduntu[illegible]: [illegible] bi[illegible] æ nobilior [illegible] us, atq[illegible] nat[illegible] ſimis veſtibus, non tam frigus [illegible] ent depellere, qu[illegible] m p[illegible] ul[illegible] vt in [illegible] lu[illegible] [illegible] ſpiciantur. Qui ergo ruſticorum more veſtiri [illegible] nantur, cæte[illegible] e vt in[illegible] be[illegible], q[illegible] d[illegible] ratio animi [illegible] i im ſit, ve[illegible] rp[illegible] tegimentum. H[illegible] & ali[illegible] & alii [illegible] emac[illegible] e altercantur; Me[illegible] vero hæc eſt ſententia, mult[illegible] eper[illegible], quibus carere ſine reprehenſione [illegible] umus, iis tamen ſine ceſſ[illegible] tio[illegible] ſemper vti minime d[illegible] t. Veſtimenta habemus hiberna, ac [illegible] is tempo[illegible] b[illegible] eorum [illegible] t v[illegible] is opportunus. Locuple[illegible] paterfamilia habere debet, animi cauſ[illegible], rus [illegible], at villas aſſidue incolere, vrbe relicta, turpe eſſet; Viro nobili opus eſt alere equum, ſed aſſidue eq[illegible] [illegible] nu[illegible] ni[illegible] odo enim [illegible] edes ire debet, modo eques. Si matronæ generoſæ ſtirpis, deeſſent veſtes [illegible] ta ſupe[illegible] x, marga[illegible] itæ, & [illegible] lia muliebri ornamenta, dedecus videretur: at ſi ita ornata popi[illegible] m irriſione [illegible] l[illegible] denda. Quod locor[illegible] m, temporum, ac perſonarum in omni actione [illegible]: ſicuti Profeſſorem bene [illegible] cendi artem tener[illegible] oportet, eam autem ſine intermiſſione [illegible] m. Si[illegible] cos p[illegible] ca[illegible] ioſi o apud [illegible] bſellia [illegible] ſen[illegible] is, iudicem (vt [illegible] olet [illegible] tſan offe[illegible] [illegible] infeſtum, ex ſolum Aretini, Ma[illegible], & aliorum de criminibus puniendis [illegible] on[illegible] ma verborum [illegible] non t[illegible] heo[illegible] aut choreo or[illegible] tionem coram ipſo termin[illegible], ne iudici[illegible] uſm[illegible] d[illegible] u[illegible] ſtomach[illegible] moueat. Cumque [illegible] uditoribus ſit aliqu[illegible] um, v[illegible] refer[illegible] turu[illegible], nou[illegible] ta[illegible] m, inflatum, a[illegible] uoſum dicendi genus [illegible] dulus v[illegible] tnt[illegible] p[illegible] th[illegible] ipſo b[illegible] r. n[illegible] ſ[illegible] onſis quo[illegible] iure [illegible] natis interdum re[illegible] vbi multa a[illegible] or[illegible] m Do[illegible] orum [illegible] gan[illegible] ora[illegible] lente oac[illegible] non aliquam pul[illegible] ceronis periodum[illegible], quaſi gemmam ma[illegible] uni pret[illegible] umbeum annu[illegible] m temer[illegible] at. Dem[illegible] quælibet ars habeat præcipua quædam & peculiaria vo[illegible] bula[illegible] qua mutari no[illegible] poſſunt, ipſa q[illegible] ſcientia magnis inuolucris obnubiletur, popu[illegible] ribus ver[illegible] is, & [illegible] itatis [illegible] tatur. Cum vero in demonſtr[illegible] deliberatiuo, aut iudiciali genere orationem habuer[illegible] tunc omnem in[illegible] n, & eloquentiæ vim [illegible] dat, & quam maiori poteſt artificio, verborum habeat de[illegible] ctum, [illegible] ente[illegible] as ver[illegible] i[illegible] tret, & pro[illegible]

)) 5 cau.

[illegible] *Alciatus parer. lib. 5 cap. 26.*

b *Bartoli, Alexan. in reſponſis, & Dec. methodus laudatur.*

[illegible] *Libri conſiliorum non diſtinguuntur in volumina, aut capita, ſed eos metimur magnitudine. idem aliqui dicunt de inforciato in rub. ff. [illegible] l. mat.*

k *Eloquentia & ornatus verborum non adhibendus in libris Iuriſperitorum & ſententiæ tum ponderanda. Pu[illegible] ſequitur nu. 2. ſed contra infra.*

l *Bud. in Pand. [illegible] ol. 44 & 45. 1. part. Alci. in præfat. ad tit. C. de eo quod int.*

m *Iuris Prof[illegible] m tenere artem oportet bene d[illegible] ce[illegible] di at non ſemper tenetur eam exercere.*

n *Lenocinium verborum non vtendum, apud iudicem infeſtum bonis literis.*

o *Explanando iudicoſsibus non afferenda verba a[illegible] bis[illegible] nec interpre[illegible] ſit ob[illegible] urior authore. Rebuf. in rep. l. vn. n. 1[illegible] ſent. qui pr. eo quod int. & ibi Bereng. n[illegible] Pet.[illegible] ſnau in tract. de Do[illegible] priuileg. 4. par. q. 6. & q. [illegible] 2. tract. [illegible] Ioan. An. in pr[illegible] m. 6. lib. Goff. & Hoſt. in ſumma de magiſt.*

p *Conſilia & reſponſa iuris ſine affectatione ac elegantia verborum reddenda.*

q *Scientia quælibet habet ſuum proprium modum loquendi, & vocabula peculiaria. [illegible] in tit. de adul. [illegible] nunc de exordin. Fr. Ponz. in tract. de lam. n. 26 fol. 34 tom.*

r *Iuris profeſſor habitur[illegible] orationem, [illegible] omni artificio in verbis, ac ſententiis.*

caue *r*, ne oratio fluens, diſſipata, & numeris carens proferatur; ſed puris, & electis verbis compoſita ſplendidiſſima, atque ornatiſſima eluceat, vt Periclis Athenienſis exemplo fulgurare, ac tonare videatur *s*; atque in ſumma cum Oratoribus de eloquentia, cum iuris tantum Doctoribus de Iuris ſcientia æqualiter certet *t*. Sed quamuis in verborum delectu nimis moroſum Iuriſconſultum non expetam: tamen exquiſitam rerum & vocum compoſitionem requiro, vt nihil redundet, vel deſit; at breuitas ſit ſine obſcuritate; nec quidam interpretes imitandi, qui eandem in ſcriptis adhibent affluentiam ſermonis, qua diſcipulis ore explanando vtuntur *u*; Tum quod rudibus vt plurimum interpretamur, ſcripta vero etiam ad manus Doctorum ſoleant peruenire; tum quod oculus arbiter ſit acrior, quam auris. Qua in re (vt in aliis) admirabilis eſt Ariſtoteles *x*, in cuius libris, nec verbum adimas ſuperuacaneum, vel addas neceſſarium; cuius videtur hac in re fuiſſe imitator D. Thomas Aquinas *y*. In iure autem Pontificio Innocentius, Ioannes Andreæ, Archidiaconus, Hoſtienſis, Cardinales, Calderinus, & Zabarella, Præpoſitus, Imola, Ancharanus, & ſi qui ſimiles *z*. In Iure vero ciuili Azo *a*, Petrus Perticenſis, Dynus, Cynus, & omnium maxime Bartolus, Angelus, Paulus, Franciſcus Aretinus, Socini veteres, Claudius Seyſſellus, & pauci alii. Non deſunt tamen eruditiſſimi Scriptores, qui ad hanc rem noluerint conferre diligentiam, ſed calamo quaſi currenti de rebus tantum ſoliciti, ac ſententiarum veritate hunc artificioſum ſcribendi modum non curent, vt Diuus Auguſtinus ingenio ac doctrina ſingulari *b*, & ex noſtratibus Baldus, & aliquando Alexander, quibus ſi ob ſummam illorum excellentiam id condonetur, qui tanquam amnes incitatiores noluerint curſum cohibere, ſenſuum, quæ ob ingenii fœcunditatem aſſidue veniebant in mentem, non ideo ſimilis ſit concedenda licentia inferioris ordinis Scriptoribus *c*, quibus laborandum eſt, vt modos, quibus placere poſſint, vndique expiſcentur. Qui igitur ita compoſiti erunt libri, an ſtatim in publico proponi debeant *d*? vel ex Venuſini Poetæ præcepto nonus debeat expectari annus *e*, donec minus inuentionis amor refrigeretur? Quod non ſat video quantum proficiat, cum ſemper in ipſomet authore eadem vigeat philautia, quæ non ſinat eum de ſuis rebus recte iudicare, nec probare aliena, vt mirum ſit à parente generari filium valde abſimilem *f*, quippe quod ſui ipſius amor gignat odium in alios ac inuidiam. Melius forſan Platonis præceptum *g*, ne cui liceat, quæ compoſuerit edere in vſum publicum, antequam à iudicibus huic muneri præfectis, fuerint diligenti ſtatera ponderata & comprobata. Nec iſtud quidem mihi videtur ſatis, cum perdifficile ſit, tales inueniri Ariſtarchos, qui prudenti ac ſyncero iudicio poſſint omnium Scriptorum delectum, & diſcrimen habere. Quid ergo faciendum? nimirum, vt loquendi, ſic ſcribendi omnibus detur libertas *h*; & quiſquis vel optima proferat, vel ineptias effutiat ſuo arbitratu, Tum veritas temporis (vt dicitur) filia aliquando eluceſcet, ſaltem apud poſteros *i*, vbi ſine amore, aut odio in Scribentem, de eius opere iudicabitur; vtque liberis, ita libris continget, vt quidam adhuc infantes extinguantur, aliqui adoleſcentes diem ſuum obeant, pauci virilem attingant ætatem, rari ad extremam perueniant ſenectutem. Idem igitur erit exitus librorum *k*. ex quorum authoribus ii felices dici poterunt, qui perpetuo viuent: vt in qualibet fere diſciplina primas ſedes videmus iam dudum eſſe occupatas ab iis, qui per tot iam ſecula omnium hominum ore celebrantur. Quod non inficior ex Scriptoris proficiſci excellentia, tamen interdum dubitaui, ne & iſtud fato fieret, cum videam, vt in aliis humanis rebus, ſic in libris fortunam vehementer dominari *l*.

HÆc habui, Franciſce amantiſſime, quæ de ratione, & modo ſcribendi ſentirem: ſi itaque in vno eluceant vniuerſa, quæ diximus, (vt in te ipſo admiramur) magnus ille vir merito exiſtimabitur, ex cuius ingenii ſemine mirabiles colligentur fructus; at cui aliqua deſint, non ideo deterritus abſtineat à ſcribendo, vt non à ducenda vxore, & liberis procreandis abhorret *m*, qui non admodum eleganti ſit forma. Fortiter tamen ferendum eſt, tum benigne excipiendus quicunque edatur fœtus, cum in ſecundis, tertiiſque conſiſtere non ſoleat vituperari. Tibi igitur *n*, quem omnibus ſcientiis præditum eſſe immortalia tua teſtantur monimenta, mirum in modum gratulor, quod tam ſingulare ſpecimen dederis ingenii, prudentis iudicii, & doctrinæ admirabilis; qui ætatem tuam florentem, & iam confirmatam non in voluptatibus, homine docto indignis, impenderis; ſed in laboribus, & bonis diſciplinis aſſidue exercitatus: & ſi negotia publica, & amicorum in patria, & Neapoli gerendo *o*, patrocinium tuum indigentibus nunquam defuit; tamen doctrinarum

ſtudia

s *Pericles Athenienſis orando dicebatur tonare, ac fulgurare.*
t *De eloquentia cum Oratoribus, de iuris ſcientia cum Doctoribus certandum.*
u *Interpretandi ore ac explanandi diuerſus modus, quam ſcribendi, Luc. de Pen. ad l. magiſtros, col. 1. in fin. C. de prof. & med. lib. 10.*
x *Ariſtoteles admirabilis etiam in verborum compoſitione.*
y *D. Thomas Aquinas in hoc videtur imitatus Ariſtotelem.*
z *Pontificii iuris Scriptores ſummi clara vſi breuitate, & qui.*
a *Idem in iure ciuili qui.*
b *D. Auguſtinus in ſacra Theologia, Baldus noſter in iure non curarunt artificium orationis, ſed rebus tantum ſtuduerunt.*
c *Hodiernis Scriptoribus non ſit licentia ſcribendi ſine arte, ac ſelectu.*
d *Tempus dandi foras libros compoſitos.*
e *Horatii Poetæ ſententia de nono anno non probatur.*
f *Pater gignit filium ſibi diſſimilem, videlicet amor ſui, odium in alios.*
g *Platonis præceptum de eligendo iudices antequam libri ederentur, non ſatis*
h *Libertas libros edendi vt loquendi concedenda*
i *Veritas temporis filia eluceſcet apud poſteros de librorum præſtantia.*
k *Liberorum & librorum interitus ſimilis.*
l *Fortuna, & Fatum etiam in libris videtur dominari.*
m *Abſtinendum non eſt à ſcribendo cui aliquid deſit. ſicut non ab vxore ducenda qui forma non ſit valde eleganti.*
n DE FRANCISCO VIVIO.
o *VIVIVS Aduocatus in patria, & Neapoli.*

ſu [illegible] ini [illegible] emittens, [illegible] ſemel [illegible] rerum in apertum retul [illegible] non modo vtilis eſt, ſed neceſſarius: in tuos enim libros di [illegible] ſunt p, quæ ex infinitis pene voluminibus diffuſa, & diſſi [illegible] & [illegible] longum tempus diſſi [illegible] poſſent. Vt ingrati nomen me [illegible] non hab [illegible] ſibi viam q, qua citiſſime, & ſine incommodo ad locum deſti [illegible] ingratus, & [illegible] nominari poſſit, [illegible] quis gratias tibi ingentes non agat, qui [illegible] diſcendi viam oſten [illegible] dum, ac profundum Iuris noſtri pelagus, cum paruis [illegible] tranare docuiſti, quanquam nemi [illegible] tem mu [illegible] piuto qui te iuris laudibus [illegible] non exto [illegible] & mu [illegible] as agendo gratias indu [illegible] tuæ, ſe plurimum debere ingenue non f [illegible] ed [illegible] end [illegible] di [illegible] G [illegible] ondum ſunt abducti r, ex tuis libris doctrinam, vt inf [illegible] p [illegible] m [illegible] uſum [illegible] bum fac [illegible] imbibent. Publicis P [illegible] argumentorum copias, rerum [illegible] lua & [illegible] maximus numerus authorum ſuppeditatur, dum [illegible] nquam [illegible] pien [illegible] Imperatori [illegible] enſiſſi [illegible] 1 [illegible] s [illegible] or [illegible] m act [illegible] præbeatur, demum tua opera & iudicio ad iciendum [illegible] dus add [illegible] t [illegible] Az [illegible] ſumm [illegible] non eſſe [illegible] uriam accedendum, ol [illegible] quaſi prouerbii loco [illegible] ſurpari ſo [illegible] ine V I V [illegible] bri [illegible] catus, cauſidicus, [illegible] pragmaticus ſe conf [illegible] d [illegible], vt de [illegible] ipuli. Ipſe di [illegible] ſi V I V I [illegible] S C [illegible] mmunem Opi- [illegible] n [illegible] iudices au [illegible] tanto [illegible] eſtimonio, ſu [illegible] unt [illegible] ntias. Quare ſi hoc tuum [illegible] munes O [illegible] conſeratur cum aliis generibus [illegible], ſine controuerſia [illegible] p [illegible] Scripto [illegible] m, d [illegible] igentiam, & induſtri [illegible] m [illegible] amur, ſine legentium vtilitate [illegible] ctem [illegible] N [illegible] ctior [illegible] ct [illegible] vo [illegible] ant, multo artificio, atque [illegible] ditione compoſitos laudari [illegible] , cum [illegible] rium [illegible] m [illegible] in tractandum ſuſcipiant, [illegible] ero vniuerſam Iuris ſcientiam [illegible] a ar [illegible] attus [illegible] antecellunt, quanto [illegible] niuer [illegible] litas vni tantum homini p[illegible] Non enim [illegible] tibu [illegible] de pignoribus, de compenſationibus, & aliis [illegible] tem gen [illegible] ropriatac [illegible] tractatu, adeo vt cum de aliis diuerſis rebus contingat diſ [illegible] ari, eius ſino [illegible] am [illegible] pulueru [illegible]. At de Communibus Opinionibus ſemper ſoliciti, in quaecunque lite anxie inquir [illegible] ctoriam reportemus, Vt lætatur inuento lepore venator y, ita incredibili [illegible] phat gaudio [illegible] aut [illegible] patronus, v [illegible] um aduerſario orta altercatione, Communem ſtare O [illegible] n pro [illegible] potest o [illegible] endere authoritate alicuius Scriptoris, cui ob id bene precatur, il [illegible] que doctrinam, [illegible] veritatem [illegible] commendans, non minus authoris dictum, quam clientis cau [illegible] pro viribus tue [illegible] A [illegible] has po [illegible] o Communes Opiniones ſimul connectendas, quantum temporis inſu [illegible] duin [illegible] bendum? quot omnium [illegible] criptorum abditiſſima loca lynceis oculis luſ [illegible] ndæ? quam exacte argumenta, rationes, ac ſententiæ ponderandæ? nomina ſingulorum numeranda? ne vno, aut altero prætermiſſo, vel imperitia notetur, vel non integer teſtis detegatur. Vt ex diuerſis pratulis, varios & electos ca [illegible] flores corollam contexentes, ſic ex plurimis libris, Communes haſce Opiniones excerpere opus eſt. [illegible] dam laborioſum hoc eſſe magis, quam ſubtile per calumniam vociferantur, ego velle [illegible] ius quam futile appello a; tum ab iſtis peto cur ſubtile dici non debeat eiuſmodi ſcribendi genus, quod [illegible] tum el [illegible] oporteat, [illegible] multorum interpretum inter ſe diſſentientium diſputationibus acutiſſimis b, vbi ſingula ar [illegible] ment [illegible] voluuntur & reuoluuntur in vtranque partem, repercuſſa decertando refelluntur, [illegible] rum retorquentur, & [illegible] ntes venal [illegible], atque excuſſa eorum cognitio, multis obſtructa difficultatibus capi non poſſit ſine magni ingenii acumine: quod lumen præbeat ad euadendum ex tot obſcuris & longis anfractibus, [illegible] is, & [illegible] byrin [illegible] retorquentur, cum ſeſe nequeant ex iſtis laqueis expedire. Adde quod tu non ſemp [illegible] lis, at ſæpe etiam Iudicis munere fungi ſoles, non modo aliorum referendo [illegible] nti [illegible] ſed [illegible] interponens iud [illegible] nouis excogitationibus, Communes interdum Opiniones con [illegible] e, aut quo [illegible] unda [illegible] lab [illegible] factatas atque conuulſas erigis, ac ſuſtentas. Quid igitur ego iudicem de tuis libris, ex quorum præ [illegible] o, iudices iudicant, controuerſias dirimendo d? Digni perpetuo volitare per docta virorum o [illegible] e. [illegible] cum non vno [illegible] nium in loco [illegible] uæ tua eſt humanitas nomen quoq; meum honorifice apponi volu [illegible] & qu [illegible] nonnunquam magiſtro vſus fueris, profitendo f, immortales pro immortalitate, quam [illegible] gratias ago; [illegible] enim ſpero quod teſtimonio tuo ampliſſimo vna tecum ſemper ſim vi [illegible] rus, v [illegible] rem compl [illegible] in ſublime [illegible] ur, & vere dici poſſit, multos diſcipulos meliores eſſe ſuis præcep [illegible] enario Græco optime ſignificatur. [illegible]

Hic

p *V I V I I in libris omnia diſtincte continentur quæ in voluminibus prope infinitis ſunt diffuſa.*
q *V I V [illegible] O qui neget ſe debere ingratus ſit [illegible]*
r *V I [illegible] libri vtiles commorantibus adhuc in Gymnaſiis*
s *V [illegible] libri proſunt publ [illegible] profeſſoribus.*
t *[illegible] I abſque libris non accedendum in forum.*
u *Communium O [illegible] ionum [illegible] pus ali [illegible] anteponendum, & quare*
x *[illegible] latus vnam [illegible] tum materiam, Communes Opiniones vniuerſam complecti Bertach. de gab. in procem.*
y *Aduocatus lætatur inuenta Communi Opinione vt venator inuento lepore.*
z *Labor maximus ac ſtudium in coaceruandis Communibus Opinionibus.*
a *Vtile opus [illegible] ommunium Opinionum; conſtat enim l. non eſt veriſimile, ff quod met. cauſ. ſumptam ex lib. 5. Opin. Domitii Vlpiani, ipſumque libros ſex Opinionum ſcri [illegible] ſſe, vt apud Bernardinum Rutilium in vita Vlpiani.*
b *Subtile opus ac in [illegible] colligere Communes Opiniones, & iudicio opus eſt.*
c *V I V [illegible] mu [illegible] addidit de ſuo & iudicauit aliena.*
d *Ex V I V I [illegible] ſententia iudices [illegible] erunt ſententias.*
e *V I V I I libri digni volit[illegible]re per docta ora virorum.*
f *V I V I I modeſtia profitentis aliquando vſum præceptore ipſo R A N A L D O.*
g *Diſcipuli multi meliores magiſtris.*

H[illegible] poteramus ad facti mei [illegible]em, quam repoſcis reddendam. ſed cum admonea-mor de no[illegible] neutram partem eſſe loquendum *h*, ſolum referam bre[illegible] ſummam cuiuſdam ſermonis, inter aliquos prudentes, ac doctos viros, hac de re habiti, dum inuicem colloquendo percontarentur, cur ego nullum adhuc pangerem opus, quod appareat, & quod omnibus aliis calentibus, ipſe ſolus frigerem; & cunctis vbique laborantibus, gurguſtiolum ſaltem, Diogenis exemplo, non reuoluerem, quod illi poſtea ſic vehementiſſime tuebantur, an RANALDVS *i*, & ſi quis [illegible] de vniuerſi [illegible] Iuris ciuilis interpretibus nunc agimus, qui in contentionem, & comparationem veniant, cum eiuſdem [illegible] Scriptoribus) videatur turpi languare otio, qui clientum cauſis ſemper exter patroous, conſulto[illegible]bus [illegible] due reſpondeat, qui in publica Iuris ciuilis interpretatione *k*, in primis ſemper fere conſiſtens, [illegible] conſumpſerit in hoc & illo celeberrimo Gymnaſio, quorum alterum eius voce quotidie perſonat [illegible] ore per tot annos plura millia iuuenum (quod cum veriſſimum eſſe, palam ſit, vitioſa foret verecundia, & forſan inuidia tacere) attentiſſime pendeant? è cuius ludo tot indies prodeant, cauſarum patroni *l*, iudices ciuitatum, ac prouinciarum rectores, & ipſi deinum librorum Scriptores, ibi edocti iudicia, ac leges populis adminiſtrate? in cuius frequentiſſimo auditorio omnibus temporibus affulgeant, tanquam cœleſtia ſydera [illegible] norum Principum filii, qui maioribus mox nec ſacerdotiis ornati, nec ampliſſimos excipimus Cardinales, vt Dominiamanaiſſimi præceptorem amore & honore proſequantur? Ex libris vtilitas legentium, & gloria Scribentium quæri ſolet, quorum vtrunque plena manu præſtat Iuris ciuilis interpretatio; nimirum [illegible]uctus vberrimos capi videmus ex voce Doctoris, quem in ſumma quoque librorum copia delider[illegible] Cicero teſtatur *m*. Quis porro publico Profeſſore illuſtrior? cuius dicta conſtanti fama celebrantur per tot auritos, & oculatos teſtes præcones illius virtutis, quæ ſæpe eorum prædicatione [illegible] maior, & vt d[illegible]tur de manu in manum, ſic de ore in ora latiſſime diffunditur. Contra vero quanta volumina conſpicias in bibliothecis, ſitu & in ſordibus iaceotia, quorum authoris nomen, vel penitus ignoretur, vel ſi quando ad aliquorum aures perueniat, pauciſſimi ſint, qui eum de facie norint; cum ipſius publici interpretis vultum, ac [illegible]lum innumerabiles ſpectatores intentis oculis contemplentur, quorum animis impreſſam præceptoris imaginem omnibus notam facere non deſinant, vt Cleanthes Zenonem, cui aſſiduam nauabat operam, [illegible]genter expreſſit. At ſi obiiciatur, quod ore docere non habeat dignitatem, nec Doctoris diuturnam con[illegible] memoriam, ſcriptis vero immortalitatem comparari *n*; tunc fatendum erit, omnes dici ſeruiles, quos inſtituendi alios cura attingit; Quis vero eſt ſummus magiſtratus, vel magnus Rex, qui populorum commodis non ſeruiat? non igitur reprehenſione carebit Socrates, dignitati Platonis labes aſpergetur, A[illegible]ſtotelis, & [illegible]. Tullii minuetur gloria, qui omnes ludum aperire *o*, eorumque domum tanquam ſapientiæ officinam his, qui eos audiebant, erudiendis patere voluerint; vt Azoonem *p*, Accurſium, Bartolum, Baldum, & alios Iuris ciuilis Profeſſores clariſſimos omittamus, quorum paucos numeres, qui prius vero non fuerint ſummi interpretes, quam magni euaſerint Scriptores: prius enim legere diſcimus quam ſcribere à primis incunabulis *q*, & rudimentis, ſic enim libet, ſi licet, in re graui lepide iocari. Tum gratiſſimi interdum diſcipuli magiſtrorum nomina ab obliuione hominum, & ſilentio ſolent vindicare, vt Plato Socratis *r*, qui nihil ſcripſit, ſermones æternitati conſecrauit. Age porro, quis munus publice docendi, & homines erudiendi honorificentiſſimum dicere non debeat? quo fungi non recuſauit æterni numinis filius dum terras incoleret *s*, quotidie concionando, vt latentem veritatem per vniuerſum terrarum orbem, gentibus omnibus detegeret? Qui hoc explanandi onus ſolent eum dignitate ſuſtinere, ingenue fatebuntur, non minori præmio interpretum induſtriam, quam Scribentium laborem eſſe remunerandum *t*. Præſertim hoc tempore cum memoriter recitare explanando ſoleant publici interpretes omnia, quæ aliquando infinita fere ſunt. Experti ii facile iodicant, quam magna res ſit quotidie prodire in publicum, de ſuperiore loco interpretaturum & ſatisfacturum, quibuſcunque auditoribus, qui aliquando curioſi & cenſores improuiſo opponuntur. Quam graue eſt cum doctiſſimis collegis, quaſi fortiſſimis athletis maxime corona ſeptum audacter congredi, quæ pericula ſubeunda ſunt non tuo arbitrio, ſed ex præſcripta Gymnaſiorum lege, vel minus belle aliquando habeas, vel animũ vexet ſolicitudo, cum nemo mortalium omnibus horis ſapiat; Quod ſecus Scriptoribus contingit, qui ſponte ſua, laborem ſuſcipiunt, cum animum habeant omni cura vacuum intra priuatos parietes, & in bibliothecis abditi, ſponte aliquod pangere incipiunt opus ſolitudinis ac otii teſtimonium, tum defeſſis aut fatigate captis libera eſt ceſſatio. Singuli ſingula, ſed non plura poſſunt perfecte abſoluere, præſertim eodem tempore *u*, & paucos videas, imo ætate noſtra nullum, qui interpretandi publice, & ſcribendi munere recte penitus fungatur; aut enim explanando auditorum aures nõ implebit, aut ſcribendo legentium oculis non ſatis-

h *De nobis ipſis in neutram partem loquendum.*

i *Sermo & iudicium nonnullorum ſapientum, cur RANALDVS plura ſcripta non emitteret*

k *Publicorum interpretum ore, comparatio & contentio cum Scriptoribus.*

l *Docere homines ſcientia, non minus eſt quam ſubminiſtrare alimenta vita, vt poſt Bern. Zaſ. ad l. 2. §. Iuris ciuilis ſcientia, ff. de orig. iur.*

m *Præceptoris & Doctoris viua vox deſiderat tantum Iuris ciuilis ſcientiam, poſt Cicer. & alios, Rebuf. de neceſ. ſcholar. neceſ. 4 nu. 2. fol. 415. tom. 5.*

n *Docere ore, num habeat dignitatem, quod ſic*

o *Ludum literarium aperuerunt Socrates, Plato, Ariſtoteles, M. Tullius.*

p *In iure ciuili Azo, Accurſius, Bartolus, Baldus.*

q *Legere prius diſcimus, quam ſcribere.*

r *Plato nomen præceptoris Socratis, qui nihil ſcripſit, ab obliuione vindicauit.*

s *Chriſtus æterni numinis filius, non indignatus, dum terras incoleret, docere contionando, & aliquando munere Aduocati fungendo, Tiraq. de nobilit. c. 29. n. 19. & D. VIVIVS in Sylua Communium Opin. in Opin. 27. nu. 12 lib. 1.*

t *Pulchrum exemplum, publicorum interpretum labores, munera, diſcrimina, ſolicitudines.*

u *Plato d. dialogo, 3 de Republica.*

ſatisfaciet [illegible] vni, aut alteri maneat, vel forſan vtrique deſit neceſſe eſt. Non igitur etiam Interpp. dum viuunt, ſua [illegible] oriola defraudentur, quam vbi amplius lingua tueri non poterant, abeuntem calamo reuocabunt. Hæc illi, & alia plura, quibus amice, & beneuole ornabant me, potius quam excuſabant. Ego vero non tam arcte in Interpretum numerum aſcribi velim, vt ex Scriptorum grege penitus reiiciar *x*, vt enim fœmina no[n] debet amplius appellari virgo *y*, quæ ſemel fœtum qualemcunque ediderit vel fecerit abortum: [ita] nobis nomen Scrip[t]oris omnino eripi non poteſt, a quo iudicialium orationum libellus tam olim exaratus in publicam lucem (aliorum tamen facto) prodierit, qui ſi non multæ doctrinæ, at magni certe laboris, & nouæ cuiuſdam inuentionis poterit eſſe teſtis; ibi enim iuris ciuilis ſcientia (quo[d] [a] nemine huc vſque tactum vidimus) cum eloquentia coniungitur, quem ii parum olfaciant qui ſtomacho ſint languenti; at ſpero non improbabitur iis, quibus cor ſapiat & palatus; [i]mo etiam qui politiorem orationis elegantiam h[abe]ten[t], ac damnant, multa ex eo percipiant (ad legitimos præſertim filios pertinentia) vnde fructum p[ossin]t facere, à quibuſdam tam auide expetitum. Sed de iis alias, nunc ad te redeundo cuius potiſſimum cauſa hanc di[s]putationem ſuſcepimus, libros tuos tales eſſe cenſeo, vt commendandi ſint ab omnibus *z* quos plures admirari, pauci vero imitari poſſint, & reprehendere nemo debeat. Gaude igitur ac tot, tantique tuis boni[s] fruere, & perge vt cœpiſti, quantum potes ſemper ſcribas, deque æmulis tuis [illegible] ui ſint glorioſe triumpha, dum non ſolum viuos atque præſentes; ſed poſteritati quoque ſeruiendo, etiam qui poſt mille annos naſcentur, erudias, & immortalibus tuis monumentis perpetuo viuas.

x *RANALDUS ex Scriptorum grege non penitus reiiciendus.*

y *[Vir]go non dicitur quæ ſemel peperit, vel fecerit abortum, l. mulierum. & ibi D.L. ff. de verb. ſignif. l. alioquin. ff. de cont. emp. l. ex empto. § ſi quis virginem ff. de act. empt. hinc Cic. ſenex ducens vxorem virginem reſpondit, cras mulier erit. Plut. in vita Cic.*

z *Summa laudum de libris VIVII.*

Idem de eodem.

VIVIT Ius noſtrum, VIVI, ſplendore coruſcum
Perſpicua methodo, quod fuit ante chaos.
VIVIVS vt vitam dat Iuri in ſecla futura,
Per Ius ſic, VIVI, vita perennis erit.

COM-

COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRÆ

Liber Primus.

CVM QVAMPLVRIMIS DECLARATIONIBVS IN PRAXI neceſſariis, Authore FRANCISCO VIVIO, *Juriſconſulto Aquilano.*

OPINIO I.

SVMMARIA.

1 *Abbas ſolus poteſt hereditatem, ſeu legatum monacho delatum, abſque eius conſenſu repudiare.*
2 *Monachus eſt ſeruus, eiusq; ratio.*
3 *Monachus æquiparatur potius ſeruo, quam filio, quoad acquiſitionem.*
4 *Monachus æquiparatur filio, vel ſeruo, prout eſt vtilius monaſterio.*
6 *Monachus non poteſt adire hereditatem, vel capere legatum ſine licentia ſuperioris.*
7 *Prælatus an hereditatem, aut legatum eccleſiæ delatum repudiare poſſit abſque Capituli conſenſu.*
8 *Monachus electus in Prælatum vel Papam an à poteſtate Abbatis liberetur. n. 9.*

1 ABBAS ſolus, † ſeu monaſterium poteſt hereditatem, vel legatum monacho delatum, abſque eius conſenſu repudiare, ſeu agnoſcere. & ſic ſi monachus vellet adire hereditatem, & monaſterium vellet illam repudiare. & refutare, præferretur monaſterium ipſi monacho, ſecundum Cyn. & Iac. de Aret. *in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler.* Bar. *in l. tutor. in fin. ff. de bon. poſ.* Bal. *in l. 1. q. 10. C. qui admitti.* Paul. Caſtr. & Alex. *nu. 2. in l. legatum ſeruo. ff. de leg. 1.* & Canoniſtas omnes vnanimiter *in c. in præſentia. de probat.* præſertimque Fel. *col. pen. q. 10.* & eruditiſſimum D. Brunorum *ibi in add.* Quia † monachus ipſe per ſe non dicitur habere velle, neque nolle, *cap. ſi religioſis. de elec. in 6.* Sed omne ſuum velle dependet à velle Abbatis, cum monachus profitendo, ſicut propriis renunciauit, ita voluntati ſuæ renunciaſſe cenſetur vouendo illa tria ſubſtantialia regulæ, *c. nullam 18. q. 11.* & opinionem iſtam meminit magis communem eſſe Alex. *in d. l. legatum ſeruo, nu. 2. & in l. 1. nu. 24. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* Bertran. *conſ. 68. ad euidentiam dicendorum præmitto, ſub nu. 1. vol. 6.* & Vaſquius cum aliis ſignatis per eum *in tractatu de ſucceſ. proceſ. libr. 2. de acquir. hered. § 18. nu. 1.* & veriorem dicit Pomates in ſcholiis ad Bar. *in d. l. tutor.* & Berous *in c. Raynutius, nu. 384. de teſtamen.* *(margin: Cõis opin.)*

Contrariæ † vero parti, videlicet, quod monachus in acquirendo magis ſeruo, quam filio æquiparetur, cuius certe factum omnino requiratur, & domino præiudicare poſſit: & conſequenter, quod antedicta hereditas, ſiue legatum deferantur immediate, non monaſterio, ſed monacho, acquieuerunt omnes Legiſtæ, Innoc. *in c. cum olim. de priuil.* Spec. *in tit. de ſtatu monach. verſ. 8. quæritur.* Bar. *in l. cum heredes. in prin. ff. de acquir. poſ.* Bal. & Rom. *in l. 1. C. qui admit ti.* Ang. *in l. Papinianus. in prin. ff. de acquir. hered.* Bar. Bal. & Fulg. *in l. fin. in princ. C. de bonis quæ liber.* & Rom. *in l. is qui heres. in fin. ff. de acquir. hered.* & ita conſuluit Ang. *conſ. 91. ſancta Carmelitarum religio fundata eſt ſub regula mendicantium, col. 1. & ſeq.* & ita firmant cæteri Legiſtæ magis communiter in locis præcitatis, & iſtam eſſe magis communem ſententiam enodate deducit Bertran. *in d. conſ. 68. ſub nu. 1.* Berous *in d. c. Raynutius, nu. 283. circa medium, & nu. ſeq. circa fin.* Sed omiſſa omni diſputatione, prima opinio videtur verior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, conſulendoque ſequutus eſt Berous, vt ipſe recenſuit *in d. c. in præſentia, nu. 115. & in d. c. Raynutius.* & comprobat pariter, atque magis communem eſſe, ac tuetur efficacioribus rationibus, quam alius quem hucuſque viderim illuſtris D. Rimioaldus *in rubr. nu. 37. cum aliis ſeq. Inſtit. per quas perſ. nis nob. acquir.* & Franciſ. Marci *deciſion. 311. in prima par.* & Vaſq. *in d. §. 18. nu. 1. cum cæteris ſeq.* & Iulius Clarus *in tract. de teſt. lib. 3. quæſt. 30.* vbi ponit etiam vtilitates maximas huius quæſtionis, & ſuadet iudicibus, quod non errarent ſequendo in foro Cæſaris opinionem iſtam, & in foro canonico primam ſententiam Canoniſtarum. Sed melius loquutus eſt Barbatius *in d. c. in præſentia, nu. 127.* in caſu hoc attendi, & conſiderari debeat vtilitas monaſterii, quod ſi melius † eſſet monaſterio, quod monachus æquipararetur filiofamilias, 4
tunc æquipararetur filiofamilias. Si vero vtilius foret monaſterio, quod æquipararetur ſeruo, tunc ipſi ſeruo æquipararetur, & hoc amplectitur cum aliis aggre-

(margin: 3; Cõis opin.)

aggregatis per eum, & tuetur Riminal. *in d. rub. Inſtit. per quas perſ. ius nobis acq. nu. 42. cum aliis ſeq.* Imo tutius loquutus eſt Bertran. *in d. conſ. 68. nu. 2.* aſſerendo ibi,
6 quod in omnem euentum † monachus nō poſſet adire hereditatem, ac capere legatum ſine licentia, & authoritate ſuperioris.

Cæterum iſta communis ita dilucidata, & am-
7 plexa interpretatur vtiliter non habere locum † in Prælato, ac Rectore eccleſiæ, qui hereditatem, ſeu legatum ipſi eccleſiæ delatum repudiare nullo modo poteſt abſque Capituli conſenſu; quia huiuſmodi repudiatio dicitur eſſe alienatio, ſecundum Bald. *in l. contra. §. 1. ff. de pact.* Paul. de Caſtr. *in dict. leg. legatum ſeruo.* Anchar. & Imol. *in c. 1. de rebus eccleſ. non alienan.* & alios relatos per Lamber. *in tractat. de iure patron. libr. 3. quæſtion. 2. artic. 9.* per Alexan. *in d. l. legatum ſeruo.*
Cōis opin. vbi ſupponit, iſtorum opinionem magis communem eſſe, contra Fed. de Senis *conſ. 9.* contrarium aſſeuerantem.

¶ Sed aduerte, quod ſententiæ Federici de Senis, quod Prælatus cum Capitulo poſſit hereditatem, vel legatum ſibi delatum repudiare, acquieuerunt Abb. *in c. Abbate, ſub numer. 20. de verborum ſignification. & in c. 1. num. 22. de dolo & contum.* Francus *in c. 1. num. 26. & ſeq. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6.* Barbat. *conſ. 3. ſcribitur, num. 24. & conſ. 41. illud, num. 29. & 31. vol. 1.* Soc. *in tract. fallentiarum, reg. 110 ſub num. 6.* Bal. titubanter reuocando conſilium in melius, *in l. pupillorum. C. de repud. hered.* Aret. *in l. ſi quis heres. §. fin. ff. de acquir. her.* vbi
Cōis opin. meminit opinionem Federici communem eſſe apud Canoniſtas, & obſeruari in practica, & ſequuntur etiam Lapus *in allegat. 25. diſputat primo, ſub nu. 4. & ſeq.* Rolandus à Valle *conſ. 15. in præſenti cauſa, num. 29. cum quatuor aliis ſeqq. vol. 1.* Rom. *conſ. 184. viſis quæ narrantur in facto, poſt prin.* & ibi cautus D. Horat. Mandoſ. *in addit. in litera A,* qui in medium expoſuit eandem opinionem approbaſſe Rotam Romanam de anno 1549. & eam comprobat etiam Anch. *conſ. 150. ex conſiliis, ſub nu. 3.* Gemin. *in c. 1. num. 19. de reb. eccleſ. non alienand. libr. 6.* & Iaſ. *num. 13. & 16.* Socin. reſpondendo obſtaculis, & contrariis omnibus, & Ripa *num. 9. in d. l. legatum ſeruo.* qui ſimiliter ad lucem adducunt iſtam eſſe communem opinionem, cum qua tanquam canonica, ſacroſanctiſſima, & veriſſima libenter con-
8 curro. Imo † eatenus vera ſunt omnia allegata, quod ſi monachus ipſe euaderet, efficereturque Papa, & ſic eligeretur in Papam ſine licentia ſui Abbatis, non vtique liberaretur tunc de honeſtate, à poteſtate Abbatis; & iden teneretur redire ad monaſterium, vt per Gloſſ. *in c. quæſitum, 10. quæſt. 2.* & Abb. *in c. non eſt, ſub numer. 5. de regularib. & tranſeuntib. ad relig.* & ibi Seb. Sap. *in addit. in litera A,* vbi annectit etiam, quod
9 tunc Abbas cogi poſſet ad conſentiendum; ita † vt monachus, electus in Prælatum ab extraneo, non poſſet conſentire electioni ſine licentia ſui Superioris, vt *in c. ſi religioſus, de elect. lib. 6.* nec non monachus ipſe ad Epiſcopatum promotus, per dignitatem epiſcopalem, minime liberatur hoc caſu à nexibus regulæ monachalis, vt notatur *in c. de monachis, 16. q. 1.* licet quicquid acquirit poſt promotionem, acquirat Epiſcopatui, non autem monaſterio primo, *c. ſtatutum, 18. q. 1.* Innocen. & Pet. Anchar. *in c. cum olim, el 2. de priuileg.*

OPINIO II.

SVMMARIA.

1 *Abſolui à iuramento an quis debeat, de eo ſolus Papa cognoſcit & abſoluit.*

2 *Abſolutio à iuramento an fieri poſſit parte non citata. & nu. 3.*

4 *Abſolutio à iuramento ſi fuit obtenta per obreptionem & ſubreptionem parte non citata non valet, & iudex ſecularis poteſt de eâ cognoſcere.*

5 *Differentia ſub & obreptionis.*

6 *Abſolutio à iuramento peti non poteſt à debitore poſt tempus lapſum ſoluendi, & effecto periuro. & ſi forte fuiſſet conceſſa abſolutio poſt periurium incurſum, non releuaret.*

7 *Reſcriptum à Papa pro abſolutione iuramenti quomodo impetrandum. & n. 8.*

9 *Surreptionis ſpecies circiter ſex ſuper habilitatione à iuramento ponuntur hic remiſſiue.*

10 *Abſolutus à iuramento ad effectum agendi & excipiendi an cenſeatur etiam abſolutus ad effectum reſcindendi contractum.*

11 *Abſolutio peti poteſt à iuramento, non obſtante renunciatione illius in obligatione facta.*

12 *Abſolutio à iuramento quibus perſonis concedi debeat, & quibus caſibus.*

13 *Abſolutio à iuramento in decem aliis caſibus poteſt licite peti, & concedi, vt remiſſiue diſcurritur.*

ABSOLVTIO à iuramento, † vbi dubitatur v- 1
trum quis abſolui debeat ab ipſo iuramento, necne, nullus inferior à Papa poteſt de hoc cognoſcere, vel talem abſolutionem facere, ſecundum Ioan. de Imol. *in c. cum contingat. in 3. membro, in fin. de iureiurand.* Alexand. *conſil. 42. volumin. 1 & conſil. 223. volumin. 2.* Socin. *conſil. 115. column. 4. volumin. 1.* Corn. *conſil. 71. column. final. volumin 3.* & hoc idem videtur innuere, & habere pro conſtanti Afflict. *deciſ. 220. num. 9. & 11.* Bertran. *conſ. 65. quoniam & ad bonos, n. 9. & conſ. 135. vidi caſum mihi exhibitum, ſub nu. 13. vol. 8.* & Felin. *in c. 2. ex literis Syluani, de ſponſal.* licet ipſe, & male, variauerit *in c. 1. ext. de iureiuran.* Et † abſolutio iſta nihil 2
prodeſt impetranti, parte non citata: quoniam requiritur citatio in obtinendo abſolutionem prædictam, ſecundum Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de iureiur. ſuper rubric. in addit. fin.* Ant. Imol. & Card. *in c. debitores. de iureiuran.* Federic. de Senis *conſ. 300. factum proponitur eſſe tale.* Anch. *conſ. 198. prædictis ſubtiliter.* Alex. *conſ. 36. vol. 3. & conſ. 90 viſis actis. vol. 2.* cum aliis cumulatis per Curt. *conſ. 43. col. 7. & fin. & conſ. 65. col. pen.* vbi concludit, quod pars ſemper citanda ſit, quando abſolutio concedi non poſſit ſine cauſa, quod tenet etiam Soc. *conſil. 59. vol. 3. nu. 15.* & Corn. *conſ. 45. col. fin. lib. 2.* vbi dicit, & firmat, quod ſemper pars quæ læditur citanda eſt, quando iuramentum eſt confirmatorium contractus, & Paul. Caſtren. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.* inquit, fatuos eſſe iudices, qui putant poſſe abſoluere à iuramento confirmatorio; & opinionem hanc ſequitur etiam Alexan. *in l. heres abſens. ff. de iudic.* vbi ponit eſſe veram, & eandem magis communem aſſeuerat ſequendo, & approbando Marſ. *in* Cōis opin.
repetit. l. de vnoquoque. numer. 193. & ſequent. ff. de re iudicat. & conſulendo Ioan. de Amic. *conſil. 34. numer. 7. & ſeq.* Berous *conſil. 50. numer. 75. cum aliis ſeq. volumin. 1.* & Bertran. *in d. conſ. 135. ſub nu. 11. cum aliis ſeq.* & pro iſta parte ait ſe pluries conſuluiſſe Card. *in d. c. debitores.* licet Doct. *in c. 1. de iureiuran.* videantur ponere regulam, abſolutoriam à iuramento poſſe concedi parte non citata, & quod habilitatio, ſeu abſolutio à iuramento, quoad effectum agendi, fieri poſſit etiam parte non citata; & eſt communis opinio omnium Scriben. teſte Alciato *in dict. c. cum contingat, numer. 124.* & magis communem fatetur Afflict. *in dict. deciſ.* Cōis opin.
220. num. 10. & Hannib. Cauenſ. *in pragmat. 21. & ſi aliqua Partium ſe grauatam ſenſerit, numer. 4.* vbi affirmat ita practicari, & Vincentius Maxilla etiam in

con-

conſuetudinibus ciuitatis Bari in conſuetudine à ſeruitio galearum, *nu. 30. fol. 30. & ſeq. in tit. de immun. no xiiii.* Couarr. *in tract. var. reſolut. lib. 1. cap. 4. nu. 5. & ſeq.* & Rolan. à Valle quoque cumulatiſſime *conſ. 13. viſa tranſactione facta inter dominum Antonium, nu. 38. vol. 1.* & Ioſephus Ludouici *deciſ. 18. nu. 8. & ſeq. in 1. par.* vbi deducit ita vidiſſe practicari Maceratæ, Firmi, & Perusii, & ſic extitiſſe ſimiliter deciſum in ſacro regio Conſilio Neapolitano meminit Vrſillus in annotationibus Afflicti *in d. deciſ. 220. nu. 14.*

¶ Nihilominus quoad numerum illuſtrium Doctorum iudicio meo prior opinio apparet magis communis. ideo rationabiliter dixit eam magis communem Vrſillus in addit. Afflicti *in d. deciſion. 220. num. 11. & 14.* & Martil. in loco præcitato, & eam tanquam veriorem, & frequentiorem ipſe amplector, & affirmat in practica obſeruari Bononiæ Berous *in c. quoniam contra, nu. 93. de probation.* & ſequitur Abb. & Felin. *num. 23. in c. 1. de iureiur.* Gozad. *conſ. 69. num. 22.* & ſequitur quoque pluribus rationibus, atque limitat in ſex caſibus Tiraquell. *in tract. res inter alios act. 2. in limitation. 30. fol. paruo 20.* & Albericus Olius in interpretatione rituum Archiepiſcopalis Eccleſiæ Neapolitanæ *in ritu 12. nu. 8. cum aliis ſeq.* Sed v-
3 bicunque peteretur † abſolutio à iuramento ad finem, & effectum diſſoluendi contractus, penitus & omnino citatio requireretur, & neceſſaria eſſet abſque dubio aliquo, ſecundum Doctores omnes *in d. c. cum contingat.* vbi Alciat. prædicat iſtam eſſe commu-
4 nem opinionem. Et dato, quod concedi poſſit † abſolutio à iuramento interpoſito in contractu ex cauſa iuſta in reſcripto apoſtolico allegata quoad effectum agendi abſque Partis citatione; ſecundum communem præmiſſam, tamen ſi Papæ, vel Epiſcopo fuit obreptum, vel ſubreptum in impetratione huiuſmodi abſolutionis, talis abſolutio non valet, neque tenet, & iudex ſecularis poteſt cognoſcere de iſtis cauſis, & ſubreptionibus abſolutionis à iuramento, ſecundum Anch. *conſil. 382. retento ordine,* vbi tenet, quod iudex ſecularis non obtemperat eccleſiaſtico iudici; niſi quando ipſe proceſſit iuris ordine ſeruato, alias ſecus, & ſequitur Felin. ad id plura adducens *in c. cum ſit. de foro competent. columna 5.* & Vrſillus etiam cumulatiſſime in ſcholiis ad Afflictum *in d. deciſion. 220. numer. 9. & ſequent.* ¶ Et ſic oppoſitione facta per Partem, quod abſolutio eſt ſubreptitia, poteſt de hoc cognoſcere iudex ſecularis, & ita fuit deciſum per ſacrum Conſilium Neapolitanum, ſecundum Afflictum *in dict. deciſion. 220. numer. 9. & 11.*
5 Et ſubreptio † ipſa, ne ignorentur termini, illa dicitur quæ per veri taciturnitatem, ſeu per confuſam, atque perplexam expoſitionem, vel narrationem veri fit. Sed obreptio ea eſſe videtur, quæ per narrationem falſi committitur, ſecundum Bal. *conſ. 252. quavis, col. 2. vol. 1.* Abb. *in c. cum dilectus, nu. 15. de reſcrip.* & ibi Pet. Rauennat. *col. 29. verſ. volo tibi dicere vnum dictum ſingulare Innocentii.* Gemin. *conſ. 120. in fin.* Alex. *conſ. 60 in fin. vol. 2.* Ruin. *conſ. 28. nu. 8. vol. 1.* Bero. *in c. ſuper litteris, lect. 1. ſub nu. 1. & lect. 2. de reſcrip. nu. 1.* vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem. ¶ Et vt aiunt plerique ex memoratis Doct. ſubreptio vitiaret reſcriptum ope exceptionis, obreptio vero ipſo iure, vt apertius concludunt etiam Capicius *deciſ. 32. nu. 12.* Gozad. *conſ. 26. nu. 21.* & Crauet. *conſ. 68. nu. 5. & conſ.*
6 *296.* Item huiuſmodi abſolutio † à iuramento poſt periurium incurſum minime peti poſſet, & conſequenter conſtituto in mora debitore, & effecto periuro ob tempus lapſum ſoluendi non concederetur aliquo modo ei abſolutio. Et ſi extitiſſet petita, & conceſſa, vtique non releuaret abſolutum, ſecundum Innoc. Ioan. And. Ant. de But. Abb. & alios *in c. debitores. de iureiur.* Anchar. *conſ. 198. prædictis ſubtiliter, & ad plenum deductis, ſub numer. 3. & conſil. 200. in quæſtione prædicta, ſub numer. 4.* Afflict. *deciſ. 31. ſub num. 1.* Alex. *conſil. 17. ponderatis his, ſub numer. 3. volum. 3.* qui explicat iſtam eſſe communem opinionem, & Gozad. etiam *conſil. 69 videtur prima facie, quod dominus Horatius, nu. 21.* & citat etiam, ſequitur, & ait ita vidiſſe ſæpe iudicari, & limitat in tribus caſibus Fel. *in c. 1. nu. 28. de iureiur.*

Cōis opin.

¶ Et iſthæc communis opinio, quod concedi nequeat abſolutio à iuramento ei, qui venit contra iuramentum prius quam petierit abſolutionem ab ipſo iuramento, probatur ea ratione: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui in illud committit. *l. auxilium, in fin. ff. de min. & l. ſi ex cauſa, Cod. de furt. & c. quia fruſtra de vſu. & not.* Anch. *in c. [illegible] prima columna. de reſcrip. lib. 6.* ¶ Et limitatur quoque in altero quarto caſu ſatis vtili infra poſito *in opinion. 4. 29. iuramentum ſuper contractu ſimulato, ſub numer. 6.* videlicet, quod nullatenus dicatur periurus interitaos, vtensque præuentione, ſecundum regiæ pragmaticæ normam. ¶ Vnde non immerito inoleuit practica in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, de qua meminit Afflict. *in dict. deciſion. 31.* & Albericus Olius *in dict. ritu 12. numer. 10. & ſequent.* quod viginti dies debeant ſupereſſe ante terminum ſolutionis pecuniæ prius quam petatur abſolutio à iuramento. Ideo aduertere debent impetrantes † reſcripta a ſummo Pontifice ab 7
abſolutione à iuramento quoad effectum agendi, vt petere debeant relaxationem ab ipſo iuramento nedum ab vno, ſed ab omnibus etiam iuramentis præſtitis in contractu, ſeu contractibus gradatim, ordinatim, ſucceſſiue, ac explicite, & expreſſe, non autem relatiue, & implicite, ſecundum Socin. *in dict. conſil. 59. numero decimo.* & Felin. *in dict. c. debitores.* vbi allegat Bald. *in leg. 2. ff. de iureiurand. in repetition fol 9.* Et
ſimiliter † animaduertere debent impetrantes iſti 8
abſolutionem à iuramento, vt faciant mentionem in reſcripto apoſtolico, quod impetrans ipſe iurauit in contractu ei non contrauenire, ſed omnia, & ſingula vera eſſe, & non petere abſolutionem, etiam ad effectum agendi, vbi hoc in contractu ipſe promiſit modo & forma, vt ſupra, & prædictis clauſulis appoſitis, alias hoc non expreſſo ſpecifice abſolutoria contra tale iuramentum non valet, & ſic impetrans iſte non eſt abſolutus, neque habilitatus, ſecundum Bald. & Ioan. de Imol. *in leg. hac ſcriptura. ff. de condition. & demonſtration.* Curt. *in dict. conſil. 43 columna 8. & ſequent.* & Socin. *in dict. conſil. 59 numer. 10.* Ant. & alios *in dict. c. 2. de iureiurand.* Bertrand. *in dict. conſil. 135. ſub numer. 10. & ſequent.* & Afflict. *in d. deciſion. 220. numer. 11. & ſeq.* Alias vero † ſubreptionis ſpecies circiter 9
quinque ſuper habilitatione, ſeu abſolutione à iuramento ponit, & explicat Vrſillus in add. Afflict. *in deciſion. præmemorata 220. per totam.* & alteram ſpeciem ſubreptionis ſatis vtilem, ponit Bertran. *in d. conſ. 135.*
nu. 9. Cæterum † caſu quo quis habilitatus foret à iu- 10
ramento ad effectum agendi, atque excipiendi, cenſeretur quoque abſolutus ad effectum reſcindendi contractum, ſecundum Paul. de Caſt. *conſ. 219. col fin. vol. 2.* Afflict. *in conſtitution. abſcurrit autem, ſub nu. 24. rubrica 40. lib. 2.* & ſacrum regium Conſilium Neapolitanum, teſte Afflicto *deciſ. 382. Dominus, ſub nu. 11. & ſeq.* & ita fuit deciſum etiam in Camera Imperiali, vt teſtatur Ioachimus *in obſer. 57. centur. 2.* & ſequitur etiam Couar. *in tract. var. reſol. lib. 1. c. 4. ſub nu. 6. verſ. ex his tamen notanda ſunt quatuor.*

Digitized by Google

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod neceſſario peti debeat iterum abſolutio, & quod prima nequaquam ſufficiat, inclinauit Felin. *in d. c. 4. column. penultim. de iureiurand.* & Rota Bononienſis, atteſtante Petro de Benintendis *deciſion. 14. quidam fuit abſolutus.* quorum quidem opinionem tanquam tutiſſimam, veriſſimamque ipſe ſequor. Et denique aduerte
11 quod † aliquando quis ad contemplationem ſui creditoris in inſtrumento promittit, ſeu obligatur mediante iuramento, de non petendo abſolutionem ipſam à iuramento, tunc equidem licet iuramentum de non petendo abſolutionem validum ſit, nihilominus ab illo abſolutio peti poſſet, vt firmat Bald. *in repetit. l. 2. column. 29. verſicul. & quoad primam. ff. de iureiurand.* ad cuius rationes ſe adiungit Felin. *in dict. c. debitores. column. 5. verſicul. tertio quaero.* Ruin. *conſil. 103. ponderatis. column. final. volumin. 4.* Socin. *conſil. exordiente, cauſa nobilium, in ſecundo dubio, volumin. 3.* & Afflict. *in d. deciſion. 220. nu. 12.* & ibi Vrſillus *in additionib.* & ita doctiſſime, & cumulatiſſime conſuluit Gram. *conſil. ciuili 23. in cauſa honorabilium, num. 1. cum aliis ſeq.*
12 Aduerte etiam, quod † minoribus viginti quinque annis donantibus omnia bona ſua cum iuramento, ac filiabus nubentibus, renunciantibusque cum iuramento bonis paternis, & conſequenter omnibus, & quibuſcunque enormiter læſis vltra dimidiam concedi poſſet ipſa abſolutio à iuramento, vt voluerunt Anton. de Butr. *in c. cum contingat, in 4. caſu principali, de iureiurand.* Anchar. *in c. canonum ſtatuta, quaeſtion. 2. de conſtit.* Felin. *in c. in præſentia, numer. 8. de probation.* vbi adiicit iſtam communem opinionem, & reddit efficacem rationem, & Vrſillus etiam in addit. Afflicti *deciſion. 179. ſub numer. 4.* & Afflict. *deciſion. 388.* *Dominus Cucus Abbas, numer. 8. cum aliis ſequentib.* vbi meminit antiquiores Dominos de Conſilio aſſerentes eorum temporibus vidiſſe hanc ſententiam obſeruari. Curt. *conſ. 53. nu. 10. & ſeq. & conſil. 141. nu. 9.* & Ruin. *conſ. 60. n. 13. vol. 4.* vbi refert, ſecundum hanc opinionem ſæpiſſime per viros doctiſſimos, & præſtantiſſimos extitiſſe conſultum, & D. Brunorus veritatis fideliſſimus aſſertor in add. Felin. *in d. c. in præſentia, ſub nu. 8. in litera A.* Alios vero caſus circiter de-
13 cem, in quibus † licite peti poteſt, ac etiam concedi abſolutio ab ipſo iuramento, ponit, & explicite reſoluit ſanctus Antoninus *in ſua ſumma in 3. par. tit. 10. c. 6. de iuram. promiſſ.*

Com. opin. (margin)

OPINIO III.

SVMMARIA.

1 *Abſolutio ab excommunicatione iniuſta valet, nullo præſtito iuramento ab abſoluto.*
2 *Excommunicatus abſolui non poteſt, niſi prius ſatiſfecerit de expenſis.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione an requirat cauſæ cognitionem, & partis citationem.*
4 *Abſolutio à cenſuris latis in Curia Roman. ad effectum agendi non conceditur, niſi paritum ſit, ab aliis vero latis ſemper abſolutio ſine cauſæ cognitione conceditur.*
5 *Abſolutio probatur per depoſitionem pœnitentiarii.*
6 *Abſolutio ſpecialis eſt petenda, nec ſufficit generalis à quibuſcunque cenſuris.*

1 ABSOLVTIO † ab excommunicatione valet, & tenet, nullo præſtito iuramento ab abſoluto, ſecundum Gloſſ. *in c. cum deſideres, de ſen. excom.* cum qua ſentiunt Abb. cæterique communiter ibi, teſte Decio *in c. quæſtioni. nu. 5. de app.* vbi ipſe ſequitur quoque iſtam communem, & vtiliter limitat. ¶ Sed hoc iudicio meo abſque dubio procederet in excommunicatione iniuſta, & non aliter: quia abſoluendus ab excommunicatione iniuſta iuramentum ipſum præſtare non tenetur de parendo iudici, vel de reſtituendo, vt concedunt Doct. *in d. c. quæſtioni. de app.* & Gloſſ. fin. *in c. ab excommunicato, de reſcript.* cui accedunt omnes Doct. concorditer, & communiter,
Com. opin. (margin) affirmante ibi Barbatio, *nu. 61. & ſeq.* Et licet iura-
2 mentum † hic neceſſario non requiratur, tamen excommunicatus abſolui non debet, niſi prius ſatiſfecerit de expenſis, *c. fin. de offic. deleg.* Gloſſ. *in c. venerabilem, de election.* & Bertach. *in ſuo repertorio, in prima parte ver. excommunicatus, ſub verſ. ſeu nu. 40.* vbi hoc late probat, & declarat Ang. de Clauaſio *in ſua ſumma in ver. contumacia, poſt prin.* Ioan. Tabienſis *in eius ſumma Tabiena. in ver. contumacia, §. 3.* & Bartholomæus Fumus *in ſumma armilla. in ver. contumax, §. 3.* in quibus quidem locis prædicti ſummiſtæ aiunt hoc procedere in excommunicato per veram contumaciam, non autem per præſumptam, ſeu fictam. Et hinc eſt, quod
3 abſolutio † ab excommunicatione requirit cauſæ cognitionem, & etiam citationem eius, in cuius fauorem emanauit, ſecundum Gloſſ. *in c. excommunicatos. 11. q. 3. in verbo vtriuſq.* ¶ Et ſic ex opinione ipſius Gloſſ. abſolutio ab excommunicatione abſque Partis citatione concedi poſſet, ſi ex officio vtique excommunicatus quis extitiſſet: ſecus vero ſi ad Partis inſtanciam, & ſequitur Innoc. *in c. ab excommunicato. in Gloſſ. in verbo obtentu, de reſcrip.* & Philip. Franc. *in c. qua fronte. in prima quæſt. de appel.*

Com. opin. (margin) ¶ In contrariam vero partem inclinarunt Hoſt. Ioan. And. Ant. But. Abb. & cæteri communiter ibi, & Doct. *in d. c. cum deſideres.* indiſtincte, quod concedi poſſit abſolutio ipſa etiam parte non citata, ſed quod appellari poſſit. ¶ Imo abſolutio ab excommunicatione parte non citata, etiam vbi citanda erat, valet, & tenet, ſiquidem ipſa abſolutio ſemper ab arbitrio, voluntateque excommunicantium pendet, & ob hoc ſemper valet, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, *c. venerabilis. §. vbi autem. de ſent. excom. lib. 6.* & ita firmat Felin. *in rubric. de ſententia, & re iudicata, ſub numer. 15. verſicul. non obſtat.* Gloſſa *in leg. 1. & in c. 1. de iureiurand. ſub numer. 23. in fin. ipſius numer.* Rom. *in ſingul. 590. tu habes.* & ibi Nic. Pignol. *in add.* vbi firmat abſolutionem ipſam nullo caſu reddi nullam ex defectu citationis.

Ex his itaque concludo denique, quod à cenſuris
4 latis † in Curia Romana, ad effectum agendi, non abſoluitur quis in eadem Curia, niſi paruerit, ita Ioan. Paul. *in deciſ. 32. & 119.* à latis vero cenſuris in Partibus, ſemper ſine cauſæ cognitione abſoluit memorata Curia, ſaltem ad beneplacitum, atteſtante Auguſt. *in deciſ. 3. & 130.* & præſertim ſi de nullitate dicatur, ſecundum Car. Put. *deciſ. 3. in tit. de abſolutione.* Sed
5 aduerte, quod ad iuſtificandum, † probandumque abſolutionem prædictam, ſufficit, quod ea probetur per depoſitionem Pœnitentiarii, ita Creſcen. *deciſ. 163.* Et aduerte etiam, ne erres in practica, ſuper im-
6 petratione † abſolutionis poſt declaratoriam, quoniam abſolutio ipſa ſpecialis petenda eſt, nec generalis quippe ſufficit à quibuſcunque cenſuris, vt efficax teſtimonium eſt Moed. *in deciſ. 193.*

OPINIO IV.

SVMMARIA.

1 *Actiones inuentæ ſunt iuris gentium; ſed quoad formam, & ſolennitatem ſunt iuris ciuilis.*
2 *Teſtamentum verum ſit introductum iure ciuili, vel gentium.* [illegible]

Con-

5 *Contractus emphyteuticus eſt mere iuris ciuilis. Et de ſui ſubſtantia ſcripturam non requirit. n. 5.*

6 *Legitimatio ſcripturam requirit.*

7 *Canonis ſolutio per teſtes probari poteſt, & perditis inſtrumentis conſtitutionis; emphyteuſis per inſtrumenta recognitionis, vel venditionis probari poteſt.*

1 ACTIONES † iure ciuili inuentæ, introductæque ſunt, ſecundum Gloſſ. & Bar. n. 17. & cæteros omnes *in leg. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure.* vbi Pariſ. *in add. Bar. in litera C,* perhibet iſtam eſſe communem opinionem, quam copioſe tuetur Iaſon *Inſtit. de act. in prin.* Com. opin.

¶ Et licet non deſint qui ſentiant contrarium, videlicet, quod de iure gentium ipſæ actiones inuentæ ſint, nihilominus opiniones iſtæ poſſent facilime concordari, ſcilicet inuentam actiones eſſe iuris gentium, & per conſequens eo iure inuentas extitiſſe, & cognitas: ſed quoad formam, & ſolemnitatem eſſe de iure ciuili introductas non me latet, & hac nempe ratione poſſunt ciuiles appellari, *l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iur.* prout ita concludunt diſtinguendo Bal. *in d. l. ex hoc iure.* Claud. Aquen. *in l. vt vim. nu. 8. ff. de iuſtit. & iur.* Zaſ. *nu. 52.* & Cagnol. *nu 93. & ſeq. in l. 2. ff. de origin. iuris.* & ex hac quæſtione effectus maximus colligitur, quem refert, & ponit Bar. *in d. l. ex hoc iure, nu. 3.*

2 Similiterque † teſtamenta, ſucceſſiones, ac hereditates ſunt de iure ciuili poſitiuo, & nonnulli Doct. concludunt, à iure ciuili introductas fuiſſe, & ab eo originem habuiſſe, vt voluere Gloſſ. *in ver. domina. in fin.* & Bar. *col. 3. in d. l. ex hoc iure.* Ang. *in Auth. vt facta noua conſtitutiones in pr.* Bal. *in l. lege 12. tabularum. C. de leg. hered.* vbi ſubdit, omnes ſucceſſiones eſſe iuris ciuilis, & poſitiui, & iſtorum ſententiam veriorem ait Paul. Caſtr. *in l. 1. in prin. ff. ad leg. Fal.* & Corn. *in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam.* & ſequuntur, ſcribuntq; communem Port. *in §. 1. in prin. Inſtit. de teſtam.* & Tobias Nonius ibi cum aliis congeſtis per eum, *nu. 11. cum aliis ſeq.* Corn. *conſ. 137. nu. 5. & conſ. 150. nu. 5. vol. 2.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius. in ver. teſtamentum, il primo, nu. 2. & 6. & in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 43. 216. & 387.*

¶ In contrariam vero partem, quod teſtamentum, & omnes omnino ſucceſſiones ſint iuris gentium quoad inuentionem, quamuis quoad earum formam, & ſolemnitatem ſint iuris ciuilis, & poſitiui, inclinarunt Bar. *in l. interdum. nu. 7. ff. de cond. indebiti.* Rom. Fulg. & Iaſ. *nu. 6. in d. l. ſi teſtamentum.* Ang. *conſ. 88. & 126.* Paul. Caſtr. *in l. teſtandi. C. de teſtam.* & Iaſ. *in d. l. ex hoc iure, nu. 46.* qui docet iſtam eſſe communem opinionem, Ant. & Barbatius *col. 8. in rub. de teſt.* Alex. *nu. 4.* & Iaſ. *nu. 14. in rub. de acq. her.* Alex. *conſ. 1. nu. 7. vol. 1. & conſ. 208. col. 3. vol. 2.* Dec. *conſ. 455. nu. 3. conſ. 516. nu. 6. conſ. 557. nu. 5. & conſ. 608. nu. 5.* Pariſ. *conſ. 1. nu. 49 vol. 2. & conſ. 46. nu 32. vol. 3.* & Clarus *in tract. de teſtament. in 2. q.* & in effectu iſtorum opinio magis communis, magiſque vera apparet. ¶ Et quæ ſint vtilitates, vtrum iure ciuili, an gentium † teſtamentum introductum ſit, ponit vtiliter Tobias *in d. § 1. Inſtit. de teſt. in nu. 29.* Item contractus † emphyteuticus eſt etiam mere iuris ciuilis, ſecundum Gloſſ. Bar. Fulg. Iaſ. & cæteros omnes communiter, & indifferenter *in d. l. ex hoc iure.* Et contractus ipſe † emphyteuticus de ſui ſubſtantia ſcripturam non requirit, maxime de conſuetudine, vt concedit cum ſuo neceſſario apparatu Laurentius de Pinu, *conſ. 116. nu. 6. 9. 12. 13. & 15.* & Barbatius cum aliis aggregatis per eum *conſ. 14. nu. 18. vol. 2.* vbi commemorat ſe ita alias conſuluiſſe, & in facti contingentia extitiſſe obtentum in Curia Romana. Et iſta eſt reuera magis communis opinio, non obſtante quod Ang. de Gambiglionibus Aretinus *conſ. 2. n. 36 vol. 1.* inclinauerit in contrariam partem, variis rationibus, quæ cum fragiles reputentur à pleriſq; Modernis, antiquiſq; Scriptoribus, variis in locis iuris noſtri, non me occupo in remouendo difficultates ipſas, iam ſublatas, & annihilatas.

Com. opin.

3

4

Com. opin.

5

Eſt nihilominus bene verum, quod † legitimatio ſcripturam requirat, vt firmat, & probat, reiectis contrariis, Lud. de Sardis *in tract. de natural. liberis, legitimatione, & ſucceſſione eorum, quæſt. 6. tit. de legitimatione impetranda.* In tantum, vt nedum ſolutio cenſus, vel † canonis poſſit per teſtes probari, ſed perditis etiam inſtrumentis, vel literis conſtitutionis, ipſa emphyteuſis probetur ex prioribus, vel poſterioribus ſolutionibus cenſus, vt & per inſtrumenta recognitionis, vel venditionis, in quibus id fatetur emphyteuta, & negans rem eſſe emphyteuticam ſcienter, perdit illam abſque ſcrupulo aliquo, vt aperit Celſus Hugo *conſ. 56 agit Sebaſtianus, nu. 1. cum aliis ſeqq.* 6 7

OPINIO V.

SVMMARIA.

1 *Actiones, iura, vel nomina debitorum non comprehenduntur in generali obligatione omnium bonorum; & quæ ſit ratio.*

2 *Actiones perſonales numerantur inter bona mobilia.*

ACTIONES, † iura, vel nomina debitorum non comprehenduntur in generali obligatione omnium bonorum mobilium, & immobilium: quia actio, ſeu nomen debitoris conſtituit tertiam ſpeciem bonorum, & conſequenter non comprehenditur appellatione mobilium, vel immobilium, *argum. text. in leg. à Diuo Pio. §. in venditione. ff de rei iud.* & ita voluerunt Bar. *in leg. poteſt. ff. de auctorit. tut.* Alber. & Bar. & Alciat. *in l. mouentium. ff. de verborum ſignificat.* Abb. *in c. nulli, numer. 9 de rebus eccleſ.* Ang. de Clauaſio *in ſua ſumma angelica. in ver. alienatio. §. 8.* Alex. *conſil. 45. numer. 8. volumin. 1. & conſil. 24. volumin. 6. & in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione in 1. not.* Bertrand. *conſil. 153. numer. 3. volumin. 3. & conſil. 275. appellatione bonorum mobilium, numer. 1. volumin. 8. & conſil. 142. vidi caſum mihi exhibitum. eodem volumin. 8.* Ant. Negusan *in tractat. de pignor. in 2. part. ſecundi membri, numer. 9.* Dec. *conſil. 414. numer. 11. & in l. 1. in 2. lectur. numer. 8 ff. ſi certum petat.* & ibi Cagnol *numer. 63. cum aliis ſequentib.* Crauet. *conſil 213. in fin.* Cagnol. *in leg final. ſub numer. 255. cum aliis ſeq. C. de pactis.* Guid. Papæ *quæſt. 291. nu. 1.* & Alex. *in l. 1. nu. 9. ff. de vulg.* & iſtorum opinio concors eſt, & communis contra Accurſium *in l. fin. in ver. quærere. C. quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſſaria.* aſſerentem actiones indiſtincte inter immobilia connumerari, quam communem ſententiam ſequitur etiam, & citat vltra præmemoratos Doct. Boer. *in conſ. 2. vol. pen.* poſito poſt lecturam Dyni *de reg. iur. in fin.* Tiraq. *in tract. de vtroque retract. glo. 7. §. 1. nu. 9.* Pinellus *in rub. C. de bonis maternis, parte 1. concluſ. 10. nu. 24.* & Iacob. Philip. Portius, ſeu potius Ant. Gabriel *in concluſ. 10. lib. 3.* Bene tamen verum eſt, quod actiones perſonales computentur, & † connumerentur inter mobilia. *l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. & l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt.* Bar. *in d. l. mouentium.* & Tiraq. *in tract. de vtroque retract. glo. 7. nu 8.* Com. opin. 2

OPINIO VI.

SVMMARIA.

1 *Iniuriarum an agi poſſit contra dicentem, tu mentiris, ſaluo honore.*

2 *An veritas conuicii excuſet iniuriantem?*

3 *Actio iniuriarum non competit contra dicentem alicui* traditore, *id eſt*, ô proditor, *ex iuſta cauſa.*

4 *Compenſatio, vel relatio ſimilis vel maioris iniuriæ contra iniuriantem an locum habeat.*

5 *Iniuria an infertur, ſi cui dicatur*, tu dicis falſum, vel non dicis verum, vel non dicis veritatem. *& num. 6.*

7 *Dicens contra obiicientem crimen, tu mentiris, an iniuriarum conueniri poſſit.*

8 *Poetarum authoritas an allegari poſſit.*

1 ACTIONE † iniuriarum experiri, atque agi poteſt contra dicentem, *tu mentiris per gulam*: & ſic iſte iniuriam ob huiuſmodi verbi iniurioſi prolationem; non obſtante proteſtatione præmiſſa, & facta ſaluo honore, pace vel reuerentia tua, tenetur ſimul, ac puniri poteſt actione iſta iniuriarum; ſecundum Dy. Bar. Ang. Paul. Caſtr. Alex. & cæteros omnes *in l. ſi quis extraneus. in prin. ff. de acq. her.* per tex. ibi, Abb. *in c. cum te, de re iud.* Ang. Aret. *in tract. maleficiorum. in ver. fama iniurioſa, & contumelioſa, nu. 9.* & ibi Auguſt. in add. Alber. de Roſ. *in tract. ſtatutorum in 2. par. quaſt. 43.* Bar. *in l. apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur.* Fel. *in c. quæ in eccleſiarum. col. 34. de conſt.* Alex. *in l. & ſi peperrerit, n. 5. ff. de lib. & poſthum.* Corasium *in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 6. cap. 24. nu. 4.* Soc. iun. *conſ. 122. nu. 11. & conſ. ſeq. nu. 20. vol. 2.* & Iaſ. *in l. non ſolum. §. morte, nu. 47. ff. de operis noui nunc.* vbi oſtendit illam veram, communemque opinionem fore, & Bertran. *conſil. 191. non eſt dubium, ſub n. 7. vol. 5.* & Ceph. etiam *conſ. 296. primo quæritur, n. 7. vol. 2.* vbi aſſignat rationem efficaciſſimam, & ipſam communem ſequuntur, & limitat inſimul Alex. *n. 2.* & Iaſ. *nu. 3. cum aliis ſeq. in l. fin. ff. quod quiſque iuris.* Alciat. *conſ. 6. cum contentio, atque diſcordia. n. 24. tomo 2 lib. 5.* Boer. *conſ. 4. n. 10. 24. 25. 27. 29. & 32. & in conſuet. Bitur. conſ. 1.* & Thom. Ferrat. *in cautela 39.* vbi vtiliter tradit remedium, poſt alios ſignatos per eum, euitandi actionem iniuriarum in caſu iſto, quod tutiſſimum eſſe reor. ¶ Cæterum hoc coarctaretur non procedere, vbicunq; quis diceret, *tu mentiris*, prouocatus, & ad defenſionem ſuæ innocentiæ, quemadmodum ſi alicui diceretur, quod eſſet latro, vel homicida, tunc enim iniuria non colligeretur, nec colligi poſſet ex iſta reſponſione, & verbis ita, & taliter prolatis, ſecundum Bar. *in l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* Gul. de Cu. Bal. Aug. Alex. *nu. 3.* & Iaſ. *in d. l. fin. ff. quod quiſque iuris.* Abb. *in c. fin. extr. de iniur.* Philip. *in d. c. cum te, col. fin.* Boer. *in d. conſ. 4. ſub nu. 25. & 29.* Alex. *in d. l. ſi peperrerit, ſub n. 7.* & Soc. iun. *in d. conſ. 122. nu. 12. & ſeq. & in d. conſ. 123. nu. 21.* ¶ Et de hoc mirandum quippe non foret: nam reſpondens, *tu mentiris*, laceſſitus reſpondere videtur, *l. quæ omnia verſ. ſed ſi aduerſarius.* & ibi Bar. *ff. de procur. l. qui cum maior. §. ſi libertum. ff. de bon. liber. & d. l. fin. ff. quod quiſque iur.* & ibi Iaſ. *verſ. tertio facit.* vbi ſubiungit notabile verbum, & ibi Paul. Caſtr. ante eum, quod non poſſet à primo replicari, *imo tu mentiris*, & bene quidem, ex quo iniuriatus laceſſitus fuerat; ille vero qui primo loco protulerat verba iniurioſa, non. imo nec etiam laceſſitio iterato ſic dicere liceret, ex quo prima vice propulſatio eſt iniuriæ licita omni iure, *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & l. 4. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dica. l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi armata, & c. ſuggeſtum, de appel.* poſtea vero iniuria, & offenſio, a lege prohibita, *c. facta autem ſunt leges. 4. diſt. l. legis virtus. ff. de legib. & §. iuris præcepta, Inſt. de iuſt. & iur.* ¶ Sed aduerte, quod iſthæc limitatio ſic roborata, & enucleata ita demum procedit, ſi is qui laceſſitus, dicendo *tu mentiris*, veritatem protulerat, vt declarat Præp. *in c. ſuſcep. col. 48. de app.* & Fel. *in c. dilecti, col. 6. de excep.* & alii *in d. l. vt vim.* & probatur *in l. eum qui nocentem.* & ibi Bar. *ff. de iniur. & in l. ſi non omnes, & in l. ſi quis extraneus, C. eod. & Inſtit. de iniur. in prin. & in l. ſi quis extraneus. ff. de acquir. hered.* & in ſimili multa diffundit Rom. *conſil. 96. in princip.* ¶ Similiterque eadem limitatio locum obtineret, quando conſtaret, quis ipſorum rixantium prius prouocauerit. aliter vero hoc non apparente neuter agere poſſet, vt per Bar. *in l. cum pater, §. libertus. ff. de legat. 2.* Bal. & Moder. *in l. ſemel mora. ff. ſolut. matrimon.* & Rom. *in l. cum mulier, colum. 31. ff. eod.* vbi concedit etiam, quod quando non appareret, quis primo pacem violauerit, quod tunc neuter agere valeret. ¶ Quod verum, & indubitatum interpretatur quantum ad actionem Parti competentem, non autem quoad alia: quia quatenus ad vindictam publicam ſpectat, vterque tenebitur, ex quo etiam vterque delinquit, ſecundum Bald. *in dict. l. vt vim.* & Felin. *in præcitato c. dilecti.* Item † nec obtineret locum memorata com- 2 munis ſententia, quando quis improperaret alicui delictum extra iudicium, & conſequenter infamaret eum de certo crimine, videlicet, quod iniuriatus extitit, vel eſt latro, vel ſpurius, & crimen, & infamia hæc vera quidem ſit, atque interſit reipublicæ ſcire, vt infamia ipſa appareat, ne ad dignitates admittatur, non teneretur actione iniuriarum, vt firmarunt Pet. Cyn. & Alberic. *in l. ſi non conuicii. in quaſt. 2. Cod. de iniur.* Bar. *in dict. l. eum qui nocentem.* Bald. Aret. & Nic. de Neap. *Inſtit. de iniur. in princip.* Alexan. *in dict. l. ſi peperrerit, numer. 6.* vbi iſtorum opinionem communem vocat, & ſequitur etiam late conſulendo, & communem pariter exprimit Boerius *in dicto conſilio quarto, ſub numer. 36. cum cæteris ſequentibus, & 46.* & Paleotus *in tractatu, de nothis, & ſpuriis, capit. 64.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit ſacrum regium Concilium Neapolit. teſte Grammatico *deciſion. 37.* nullam mentionem faciendo de communi præmemorata, quam quidem deciſionem citat, & declarat Vrſillus in annotationibus Afflicti *in deciſion. 206. numer. 13.* Et † hinc eſt, quod ſi quis diceret a- 3 licui, *traditore*, ex iuſta cauſa, & hoc verum ſit, accuſari non poſſet de iniurioſis verbis, & accuſatus non teneretur aliqua pœna quantumuis leuiſſima, nec puniri deberet, prout ita, in facti contingentia ſuper caſu relato per Vrſillum *in dict. deciſion. Afflict. 206. numer. 13.* deciſum extitit in ipſo ſacro prætorio Neapolitano, & ſequitur Coraſius *in miſcellaneis iuris ciuilis libr. 6. cap. 24. num. 7.* Cyn. *in d. l. ſi non conuicii. Cod. de iniur.* Bartol. *in alleg. l. qui innocentem. ff. eod. titul.* & Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in titul. de iniur. §. 2.* Sed aduerte, † quod compenſatio non habet locum in a- 4 ctione iniuriarum, & conſequenter iniuriatus reproperare nequit iniuriam aduerſus iniuriantem, proferendo ſimilem, ſeu maiorem iniuriam, ſecundum Doctores præcitatos, Boer. *in dict. conſil. 4. num. 20. & ſequ.* & Capicium cum aliis congeſtis per eum *deciſion. 58. in cauſa Nicolai de Capua*, vbi recitat in facti contingentia ita deciſum fuiſſe in ſacro Concilio Neapolitano. Item † iniuria non infertur alicui ex 5 eo, quod quis ei dicat, tu dicis falſum, vt admittit Salic. eleganter *in l. de tutela. per illum text. Cod. de in integrum reſtitut. minor.* quem ſequitur Iaſ. *in l. 9. columna. de liber. & poſthum.* & reddit rationem, & rationes Roman. *conſil. 96. ſuper eo, quo quæritur, an actione iniuriarum*, & ibi Horat. Mand. cum aliis aggregatis per eum *in addit. in litera C.* & Oldrad. *conſil. 33. conſueuit dubitari, an dicens verbum contumelioſum, numer. 1. cum aliis ſequentibus.* vbi conſulit, quod quis teneatur

Com. opin.

Com. opin.

tur de verbo iniurioſo prolato in iudicio, vel extra animo iniuriandi, & non aliter, nec alio modo. Et dum ſuperioribus annis in facto euenit, quod Peregrinus Sperantia, de oppido Tuſſii prope Aquilam, vrbanè alloquendo Ioannem Angelum Melone de eodem caſtro, & facta ſibi reſponſione quadam, protulerat contra eum hæc formalia verba, *tu non dicis veritatem*, pro quo quidem verbo, credendo idem Ioannes Angelus ſe fuiſſe iniuriatum, incaute egerat, criminalem proponendo querelam contra ipſum Peregrinum, qui ex præmiſſis, & ex notatis per Doctor. *in l. illud elegantèr. ff. quod quiſque iuris.* mediante meo patrocinio extitit abſolutus per Gubernatorem tunc temporis prædicti caſtri Tuſſii, de voto magnifici D. Ioannis Vincentii Burri Iuriſconſulti Aquilani.

6 Et † continuando præſentem materiam, animaduertendum eſt in præſenoarum, quod dicens quis in ſua reſponſione alicui, *tu non dicis verum*, vel *falſum dicis*, tunc nulla planè iniuria cenſetur ob hoc illata, ne tantula quidem, vt vltra Saliceet. *in allegata l. de tutela* firmauere etiam Iaſ. *in l. turpia ff. de legat. 1.* & Lancillotus Conradus *in tractat. de duello, & pace, concluſion. 19. numer. 9. & in breuiario curiali, libr. 1. capit. 9. de pratore, titul. de iniuriantibus, numer. 31. fol. 410. & ſequen.* vbi *numer. 26 cum aliis ſequentib.* recenſuit, trutinauitque alios caſus quamplurimos, in quibus verbalis iniuria non inferatur, & ceſſet, tollaturque iniuriarum actio, & querimonia. & hoc comprobatur quoque ex textu claro Hieremiæ 37. ad Chaldæos, vbi transfugis reſpondit Hieremias; falſum eſt; & ex traditis per Mutium Iuſtinopolitanum *in tractatu de duello, libr. 1. cap. 3. ante fin.* vbi profert hæc formalia verba, *La doue il dire; ciò non è il vero, & le altre riſpoſte tali, viene à ſignificare, non che colui dica, il falſo, ma che poſſi credere di dire il vero, cō tutto, che la coſa coſi non ſia, & che egli ne debbia eſſere male informato, ch'anche queſta è riſpoſta da fare ſenza carico.* Id eſt: *Itaque cum dicitur; hoc non eſt verum; & alia ſimiles reſponſiones, non ſignificant quod ille dicat falſum. ſed quod poſſit credere ſe verum dicere, licet res ita ſe non habeat, & quod ipſe fuerit male informatus; quia & hæc eſt reſponſio, quæ dari poſſit ſine inculpatione.* Ex nihil mirum, quia proferens, ſeu reſpondens alicui; *tu non dicis verum*, vel *falſum dicis*; non præſumitur hæc doloſe aſſerere, nec intendere in hoc ſermonis genere dicere; *tu mentiris*; vt per Boſſium *in practic. criminal. in titul. de iniuriis, numer. 7.* vbi planum quoque facit, hoc procedere ſine ſcrupulo aliquo apud Italos: ſed dato, quod iſta verba largo quippe modo reputentur iniurioſa, tamen ſecundum Doct. vnanimes omnes, non ſunt punibilia, vt ſupra oſtenſum eſt. Imo ſtante, quod verba iſta; *tu non* Com. opin. *dicis verum*; vel *falſum dicis*, communiter non reputentur mala, iniurioſaque, & contra bonos mores in ciuitate, & ſtem loco, in quo prolata ſunt, tunc profecto aſſerens huius generis verba reputari iniurioſa, tenetur hoc probare, dum habet contra ſe expreſſam præſumptionem, vt per Nicolaum de Milis *in ſuo repertorio, in ver. iniuriarum ita tenetur quis ex delicto, in fine.* Et tanto magis, cum in explicatione iſtorum verborum, ita & taliter prolatorum, videatur ceſſare dolus, & animus iniuriandi, qui certè neceſſario debet interuenire; cum crimen iniuriarum non committatur ſine dolo, & intentione iniuriandi, & conſequenter actio iniuriarum requirat dolum, *l. ſi non conuicii, C. de iniuriis, & la. § 1. & l. ſi illud, & l. non ſolum, §. ſi mandato, & §. Proculus. ff. eod. tit.* Alex. *conſ. 212. col. 3. vol. 2.* Rom. *conſ. 96. col. 2.* Card. Alban. *in lucubrat. ad Bar. in l. lex Cornelia, nu. 5. ff. de iniuriis.* & Crauet. *conſ. 9. nu. 36. & conſ. 13. nu. 2.* Vnde dum dolus requiratur in actione iniuriarum, pro iniuria condemnari quis non debet, vbicunque animum iniuriandi non habuit, vt per Crauet. *in eodem conſ. 9. ſub nu. 35. & ſeq.* & Pariſ. *conſ. 73. nu. 14. & ſeq. & conſ. 149. nu. 17. vol. 4.* Imo iſta verba, etiam ſi apud aliquos videantur iniurioſa, nihilominus recipienda ſunt ſincere & in bonam partem: nam iniuriatum non tenetur qui nocendi voluntatem non habuit: voluntas enim, & propoſitum diſtinguunt maleficia, *l. qui iniuria. ff. de furtis.* Ita vt ex voluntate, & propoſito committatur omne delictum, *§. 1. 15. q. 1.* ergo ita reſpondens proferendo huiuſcemodi verba; *tu non dicis verum*, vel *falſum dicis*; nullatenus de iniuria tenetur, cum nullam habuerit nocendi voluntatem. Et ſic, vbicunque vnum haberet ſe æquiuoce ad malum, & ad bonum, ſemper reuera capitur in bonam, non autem in malam partem, ita Bald. *in l. ſi ad excludendum, Cod. de iuris & facti ignorant.* & Bar. etiam *conſil. 108. in quæſtione, in fine.* vbi ipſe quoque concedit, quod vbicunque vnum verbum poteſt ſe habere ad iniuriam, & ad alium etiam ſenſum, quod capi quidem debeat tunc in ſenſu, in quo iniuria nullatenus inferatur; & ita conſuluit in terminis Ruin. *conſil. 81. viſa inquiſitione, numer. 3. & ſequentib. volumin. 4.* Et hinc eſt, quod proferens verbum æquiuocum, tenetur illud declarare, vt aduerſarius inſtrui poſſit, ita Alberic. *in l. ſi duo, numer. 5. ff. de ſolut.* Ita vt verba non accipienda ſemper ſint, vt ſonant *c. paratus. 23. quæſt. 1.* Deus enim non iudicat verba, ſed intentionem proferentis, *c. humanæ aures, 22. quæſt. 11.* & ob hoc verba inſtituta ſunt, vt eis mediantibus, homines in aliorum notitiam cogitationes ſuas proferant, *c. in autem, 22. quæſt. 11.* Et verba intelligenda ſemper ſunt ſecundum mentem, & intentionem proferentis, *c. ſecundo requiris, de appell. cum aliis adductis infra in opinione 1031. verba in dubio interpretanda, numer. 10.* Quamobrem ſtante reſolutione, ſenſuque genuino prædictorum verborum in bonam partem, intellectus, ex quo reſultare poteſt inhumanitas, eſt fugiendus, & prorſus explodendus, *l. furti, §. palam, ff. de his qui notan. infamia.* Sed iſta opinio ita corroborata, quod ex prolatione iſtorum verborum; *tu non dicis verum*, vel, *falſum dicis*, vel ſimilium, nulla inferatur iniuria, limitatur vtiliter quidem per Mutium Iuſtinopolitanum *in tract. de duello, lib. 1. c. 3. ante finem,* vbi ita ad vnguem loquitur, atque diſcurrit circa talem limitationem: *Ben'vero è, ch' in un caſo falla queſta regola, ch' ſe io diceſſi di hauer fatto coſa alcuna, & ch' altri me riſpondeſſe. non è vero, mi ſarebbe carico, non potendoſi dire, ch' io foſſe male informato, parlando di quello, che diceſſi hauer fatto io. & perciò queſta tal riſpoſta con una altra negatione ſi conuerebbe ributtare, & la negation mia ſarebbe la repulſa, & quella di colui, la ingiuria, ſaluo ſe in quel dir mio, che io haueſſe fatto coſa neruna, io faceſſi carico altrui, che in tal caſo, non è il vero, ſarebbe repulſa, & io col carico ne ne rimarrei. & da tutto queſto diſcorſo ſe uiene in queſta concluſione, ch' s' altri ſi guarderà di offendere altrui, col ſuo parlare, egli in maniera alcuna non potrà eſſer mentito.* Id eſt: *Verum quidem eſt, quod vno caſu fallat iſta regula; vt ſi ego dicerem me feciſſe aliquid, & alius mihi reſponderet, non eſt verum, mihi id graue foret, cum dici non poſſet, me fuiſſe male informatum, loquentem quippe de eo, quod dixi me ipſum feciſſe; & propterea tale reſponſum, cum altera negatione poſſet retorqueri, & mea negatio foret repulſio; alterius autem iniuria, niſi forte in illis meis verbis aliquem forte grauaſſem; tali enim caſu verba: non eſt verum: forent repulſiua, & ego grauatus remanerem. Et de tota hac re, ad hanc tandem peruenitur concluſionem: quod ſi alter cauebit, ne alterum*

 offen-

Digitized by Google

offendat ſuis verbis, ipſi nullo modo mendacii crimen conſebitur impactum.

Reliquum eſt ergo, vt his temporibus reuertamur quoque, non ab re quidem, ad perfectam explanationem, & reſolutionem verbi prolati per prouocatum, laceſſitumque iniuria, contra obiicientem
7 crimen, *tu mentiris*, num † illud iniurioſum ſit. Vnde in his finctibus non equidem intempeſtiue dicendum, reſpondendumque venit, quod prouocatus contra obiicientem crimen, iure ſuadente, reſpondere licite poſſit, *tu mentiris*, vt ſupra, non obſcure
Cōis opin. quippe denudatum extat ex communi ſchola Scribentium, *ſub nu. 1. verſ. contrarium hoc coarctaretur non procedere.* & ita affluentiſſime quidem conſuluit etiam in terminis Menoch. *conſ. 41. non leui ſtudio, vol. 1.* vbi ſimiliter tollit, & remouet omnia obſtacula contraria. Imo pro confirmatione præſentis veritatis legitur apud Danielem Prophetam, *cap. 13.* Danielem ipſum, iterum examinatis teſtibus ſuper innocentia Suſannæ, inueniſſe illoſmet teſtes in prima eorundem depoſitione falſum depoſuiſſe teſtimonium contra huiuſmodi innocentiſſimam mulierem, ac inſimul protuliſſe recte, eos mentitos fore in illo facto in caput ſuum. Legiturque itidem in vita ſancti Hilarionis, cum varias, horribileſque tentationes diaboli ſuperaſſe, & præſertim in eius obitu, qui tunc aduerſus diabolum ipſum, imputationes quaſdam falſas proponendo, replicabat contra eum, *tu mentiris, tu mentiris, tu mentiris*; concludebatque denique hoc religioſiſſimo ſuo ſermone, egredere anima mea quid dubitas? ſeptuaginta annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times? quibus in verbis ſpiritum exhalauit; teſtificaturque ſimiliter in vita S. Hieronymi, & apud non paucos grauiſſimos authores, illum vna die, ſeu potius nocte interrogatum à Deo; quiſnam eſſet, reſpondiſſe tunc, ſe Chriſtianum eſſe, ſed audiuit eodem inſtanti reſponſum; *tu mentiris*, quia potius Ciceronianum, quam Chriſtianum te oſtendis. Et hoc idem teſtificatur Hieronymuſmet etiam, *in epiſtola ad Euſtochium*, ibi: Cum ante annos plurimos, domo, parentibus, ſorore, cognatis, & quod his difficilius eſt, conſuetudine lautioris cibi me caſtraſſem, miſer ego lecturus Tullium, ieiunabam, poſt noctium crebras vigilias, poſt lachrymas peccatorum, Plato ſumebatur in manibus. Si quando autem Prophetas legere cœpiſſem, horrebat ſermo incultus. Dum mentemq; ſerpens antiquus ſic illuderet, membris infuſa febre, ſic membra depaſta ſunt, vt oſſibus vix hærerent; interim parabantur exequiæ: tunc ſubito in ſpiritu ad tribunal Iudicis pertrahor, vbi tantum erat luminis, tantum ex circumſtantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram ſurſum aſpicere non auderem; interrogatus conditionem; Chriſtianum me eſſe reſpondi, & Index, *tu mentiris*, ait, Ciceronianus es, & non Chriſtianus. Vbi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit: & inter verbera: nam me cædi iuſſerat: clamare cœpi eiulans, miſerere mei Domine, miſerere mei; tandem ad Præſidentis genua prouoluti, qui aſtiterant, precabantur, vt veniam tribueret adoleſcentiæ, & errori locum pœnitentiæ commodum: & ego vero, qui tanto conſtrictus articulo, vellem etiam maiora promittere, Deum iurare cœpi, & nomen eius obteſtans, dicere, Domine, ſi vnquam habuero codices ſeculares, ſi legero, te negaui; in hæc ſacramenti dimiſſus, reuertor ad ſuperos, & mirantibus cunctis, oculos aperio, tanto lachrymarum imbre perfuſos, vt etiam incredibilis fidem facerem ex dolore: nec vero inanis ſopor ille fuerat, aut vana ſomnia, quibus ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribunal illud, ante quod iacui, teſtis iudicium triſte, quod timui, ita mihi nunquam contingat talem incidere quæſtionem, liuentes habuiſſe me ſcapulas, plagas ſenſiſſe per ſomnium, & tanto dehinc ſtudio diuina legiſſe, quanto mortalia ante non legeram. Et quamuis Iulius Clarus *in pract. crim. lib. 5. §. iniuria. nu. 14.* alleget communem Doctorum Cōis opin.
opinionem in contrarium fore receptam, nihilominus animaduertendum eſt, quod ea, ſi vera foret, & communis, prout non eſt, dum inaduertenter citatur communis, locum non obtineret, quotieſcunq; prouocatus iniurianti, *tu mentiris*, reſponderet, animo ſe purgandi potius, quam iniuriandi, & ad defendendam innocentiam ſuam, vt per Bar. in *l. quæ omnia. ff. de procur.* ſecus vero, ſecundum eundem Bart. *eo in loco*, foret, ſi conuicium concerneret aliud forte factum, tenderetque potius ad vindictam, quam ad tuendam innocentiam alicuius, prout ita diſtinguendo affirmat Abb. *in c. cum et, nu. 25. de re iudic.* cui aſſentiuntur Alciat. *in ſuo conſilio poſt tract. de ſingulari certamine, fol. 24.* Corn. *conſ. 80. nu. 10. vol. 3.* Iaſ. *in l. vt vim, nu. 36 ff. de iuſt. & iur.* Paris de Puteo *in tract. de duello, in §. aliqui vocant, nu 4.* & Dec. *conſ. 487. & conſ. 686* nu 14. & Menoch. *conſ. 41. nu. 8. & ſeqq. vol. 1.* Sed dato, quod in omni quippe caſu iniuria ſit, dicere alicui, *tu mentiris*; tamen aliquando non eſt punibilis, prout in præſcoti caſu, iniuria iſta largo modo ſumpta punibilis non foret modo aliquo, & ſic prouocatus aſſerendo contra iniuriantem, *tu mentiris*, in totum excuſatur, vt concedit Lancellottus Conradus *in tract. de duello, concluſ. 19 nu. 4.* vbi annectit, id etiam receptius eſſe, & ſequuntur, & commendat quoq; Iulius Clarus in loco præmemorato, vbi ſimiliter teſtificatur ita iudicaſſe Senatum in facti contingentia de menſe Ianuarii 1557. prout ita itidem iudicauit ſuperioribus annis ſacra Regia Audientia Barenſis, non ſemel tantum in caſibus in ea tunc occurſis, atque deciſis. Imo licet quoq; impune propulſare prouocato iniuriam etiam coram Rege, dicendo prouocanti, *tu mentiris*, prout hoc reſoluitur, ac probatur expreſſe exemplo, & textu ſacræ paginæ, *3. libro Regum, cap. 3. verſ. 16 cum aliis ſeqq.* vbi mulier, cui ablatus filius proprius fuerat, altera muliere aduerſaria contradicente, negant eque coram Rege Salomone, contra illam protulit verbum hoc, *tu mentiris*; & ſequitur, & commendat Lucas etiam de Penna *in l. errat, l. 3 C. de Caſtren pecul. verſ. item tertio Regum, col. 2. lib. 12* vbi ſimiliter aduertit, quod non legitur, illam mulierem ex eiuſmodi verbis prolatis contra alteram mulierem ſecum altercantem, à Rege Salomone punitam fuiſſe modo aliquo, & Menoch. quoque *conſ. 41. ſub nu. 10. vol. 1.* & re vera in illo textu, *d. cap. 3. lib. 3. Regum*, nulla admodum fit mentio, nec verbum vllum de pœna, taliter quod licuerit mulieri ita prouocatæ hęc verba proferre, *tu mentiris*, etiam coram Rege, vt conſuluit Soc. iun. *conſ. 83. in caſu reſoluto. ibi per eum per totum. vol. 3.* Et firmat etiam Ludouic. Arioſt. ſuper Orlan. furioſo *cant. 46. ſtant. 107. ibi:*

Ruggier, à quel parlar ritto leuoſſe,
Et con licenza riſpoſe di Carlo,
Che mentiua egli, & qualunque altro foſſe,
Che traditor voleſſe nominarlo,
Che ſempre co'l ſuo Rè coſi portaſſe,
Che giuſtamente alcun non puo biaſmarlo,
Et ch' era apparecchiato à ſoſtenere,
Che verſo lui fè ſempre il ſuo douere.

& hoc idem abſoluimus quoque *in deciſ. 63. frater incipiens rixam, ſub nu. 13. & ſeqq. lib. 1.* Ita quod iſta traditio comprobetur ex textu allegato, & authoritate

Docto-

Doctorum illuſtrium, & etiam Poetarum, † quibus quoque, iure ſuadente, ſtandum eſt: nam authoritas etiam Poetarum, & Philoſophorum, & Oratorum poteſt ad deciſionem emergentium cauſarum allegari, ſecundum Gloſſ. *in §. item pretium, in ver. Poetæ, Inſtit. de empt. & vendit.* & ibi Ozerius *nu. 2.* Gloſſ. fin. & Doct. *in l. in tantum, ff. de rerum diuiſ.* Spec. *in tit. de aduo. §. nunc de exordio, verſ. vel ſi allegauerit.* Innocen. *in c. cum venerabilis, de except.* Cagnol. *in l. 2. nu. 203. ff. ſi cert. pet.* & Budæus *in l. 1. ff. de contrah. empt. per tex. ibi, & in l. Fulcinius, § quod ſi latitare, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. & in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin.* quod verum quidem eſt, niſi lex contradicat, ſecundum Decium *in l. ·. ſub nu. 84. ff. ſi certum petat.* Et ſic arguere licitum eſt à dictis Poetarum, *l. 1. ff. ſi cert. pet.* & ibi Bart. vbi ſcribit hoc procedere in dictis approbatis, non autem in reprobatis, prout concedit hoc idem etiam Io. de Imol. *in c. quemadmodum, nu. 54 de iureiurand.*

Vnde attingendo centrum præſentis ſpeculationis conſiderandi neceſſario veniunt duo caſus. Primus itaque ille erit, vbicunque dicens iniurioſum verbum alicui, licet probet illud verum eſſe, nihilominus tamen tenetur tunc de iniuria; ſecus vero ſi iudicialiter accuſando dicat, hoc profecto caſu non tenetur actione iniuriarum, prout de vtroque caſu extat textus *in l. 1. C. de fam. libell.* Et ratio differentiæ eſt euidens; nam cum iudicialiter profert quis verba iniurioſa, liquet, quod animus proferentis, non fit ad iniuriam, ſed potius ad Reipublicæ vindictam, & vtilitatem. Verum quoties extraiudicialiter dixit, non cadit vllo modo illa coniectura, ſed quod dixerit ad iniuriam, & ex odio, vt plane diſcernitur eo in loco; & iſtam diſtinctionem, de verbo contumelioſo, prolato in iudicio, vel extra, commendat, & approbat conſulendo in terminis magiſtraliter Oldrad. *conſ. 52. conſueuit dubitari, nu. 2. & ſeqq.* & Rom. *conſ. 96 ſuper eo quo quæritur, ſub nu. 2. & 6.* & iſta fuit opinio Gloſſatoris *in c. ſi peccauit, 2. q. 1.* ſecundum Rom. eo in loco, quæ appar et communis; quod proferens verbum iniurioſum in iudicio, non teneatur actione iniuriarum, ſi vero extra iudicium prolatum ſit tale verbum, tunc proferens ſine dubio tenebitur iniuriarum actione. Quæ omnia, his facibus extiterē illuminata in Academia Aquilana de præſenti anno 1601. per præſtantiſſimos DD. Academicos, opere, & vigilantia Iuriſconſulti D. Iohannis Baptiſtæ Angelini conciuis noſtri, & eiuſdem Academiæ Principis tunc meritiſſimi, & in legali Philoſophia ſideris fulgentiſſimi, & zelantis maximis ſuis laboribus eo tempore, tanquam etiam Camerarii ciuitatis noſtræ Aquilanæ, publicam potius, quam priuatam vtilitatem.

OPINIO VII.

SVMMARIA.

1 *Actiones reales, & perſonales an tollantur per præſcriptionem, ponitur vtraque opinio communis.*

2 *Actiones perſonales de iure canonico, & in conſcientia cum mala fide debitoris non præſcribuntur ſpatio 30. vel 40. annorum, & præcipue interueniente iuramento.*

3 *Mala fides defuncti impedit præſcriptionem heredis etiam volentis eam de nouo inchoare.*

1 ACTIONES † reales iure canonico, & ciuili tolli non poſſunt per præſcriptionem 30. vel 40. annorum, ſed actiones perſonales vtique extinguuntur præſcriptione inducta iure ciuili triginta annis, etiam mala fide, ſecundum Hoſt. *in ſumma de præſcrip. rerum immob. §. rei, col. 1. ver. actiones perſonales.* Bar. *in l. hoc autem iure, ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Bal. *conſ. 437. vol. 1.* Bar. & Rom. *in l. ſequitur, §. ſi viam ff. de vſucap.* Bonif. *in clemen. col. 3. de verb. ſig.* Corn. *conſ. 206. vol. 2. & conſ. 296. vol. 3* Bellamer. *in c. fin. de præſcrip.* Deciſ. Tholoſan. *93.* Papien. *in ſua pract. in for. reſponſionis rei conuenti ſuper ver. præſcriptionis.* & Apoſtillam ad Alex. *conſ. 99. col. 2. vol. 4.* qui præſupponunt iſtam opinionem, ac diſtinctionem veriorem, & communem fore, & in practica obſeruari. Com. opin.

§ In contrariam vero partem inclinarunt Panor. & alii omnes *in d. c. fin.* Gloſſ. Anch. & Franc. *in regula poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. lib. 6.* Paul. Caſt. *conſ. 98. lib. 2.* Alex. *in d. conſ. 99. col. 2. vol. 4. & conſ. 102. vol. 1. in fin.* Anch. *conſ. 5.* quorum opinionem ſequuntur, & explicant communem eſſe Imol. *nu. 19.* & Felin. *col. 2. in d. c. fin.* Balb. *in tract. præſcrip. in 2. par. tertiæ partis principalis, quæſt. 13.* Imol. *in d. l. ſequitur. §. ſi viam.* Gozad. *conſ. 56. nu. 13.* Caot. *in l. nemo poteſt, col. 4.* & ibi Rip. *nu. 110. ff. de leg. 1.* Grat. *conſ. 41. col. fin. vol. 1.* Gomeſ. *in ſtit. de act. in prin. nu. 68.* & eandem ſententiam tuetur Fortun. *in tract. de vltimo fine, illation. 2.* & tenet Matthæſ. *ſing. 23.* & ibi Gabriel Saray *in add.* videlicet, quod actiones perſonales præſcribi non poſſint à debitore, qui ſciuerit ſe debitorem eſſe, etiam triginta, vel quadraginta annorum curriculo, & conſequenter actiones pariter perſonales cum mala fide nullo tempore præſcribuntur, ſecundum opinionem iſtam vltimo loco relatam, quæ ex deductis magis communis apparet, & ab ea in iudicando, conſulendoque tanquam ſacroſancta nullo pacto diſcedendum eſſe opinor. Et hinc deducitur altera concluſio, quod actiones † ipſæ perſonales de iure canonico, & in 2 conſcientia cum mala fide debitoris nullo modo præſcribuntur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum; & præcipue interueniente etiam iuramento, ſecundum Ang. & Rom. *in d. l. ſequitur, §. ſi viam.* Gloſſ. Bal. & Imol. *in d. c. fin.* & Iaffred. poſt alios relatos per eum complures *deciſ. 148. actiones perſonales.* nam vbi de peccato vitando agitur, lex ſecularis cedit, & ſubiicitur pontificiæ, quoad vtrunque forum, Gloſſ. eſt ordinaria *in d. reg. poſſeſſor.* cum qua tranſeunt ibi Francus, & omnes, & Felin. *in c. in cauſis, col. 2. de teſtibus, & in c. . col. 8. & in c. eccleſia, col. 16. de conſtit.* Sed aduerte vtiliter, quod mala fides † defuncti no- 3 cet etiam eius heredibus, qui etiam à ſeipſis minime poſſent inchoare præſcriptionem etiam cum longiſſimi temporis, ſtante mala eorum prædeceſſorum, vt efficax teſtimonium eſt Abb. Ant. de But. & Felin. *in c. vlt. ſi diligenti. de præſcrip.* vbi perhibet iſtam eſſe magis communem opinionem, cui inhæret etiam cum aliis aggregatis per eum Gozad. *conſil. 56. numer. 15.* & Bertran. *conſ. 226. themà quæſtionis talis eſt, nu. 7. vol. 3.* qui ſimiliter prædicat iſtam ſententiam fore communem. Com. opin.

OPINIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Actiones datiuæ an tranſmittantur ad heredes.*

1 ACTIONES † datiuæ non tranſmittuntur aliquo modo ad heredes, ſecundum Gloſ. fin. *in c. cum precario. ff. de precario, in l. fin. §. fin. ff. de adm.* Iaſ. cum aliis congeſtis per eum *in l. naturalem, ff. de poſſ. col. 2.* & Couaruu. *in c. poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6. parte 3. § 1. numer. 4.* vbi profert iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod ipſæ actiones datiuæ tranſeunt ad heredes, inclinauere Dec. cum quamplurimis coaceruatis per eum *in l.*

cum nota. num. 7. C. de tranſact. & Gregorius Lupus in *l. 7. tit. 4. part. 5.* & Æmilius Ferretus *in d. l. iuriſgentium. §. & ideo*, vbi exiſtimat iſtorum opinionem commu-
Com. opin. nem eſſe: tamen prima opinio verior, & tutior appa-
ret, prout oſtendit Couar. *in d. cap. poſſeſſor*, & ei tan-
quam magis communi, ac ſacroſanctiſſimæ inhære-
re tutiſſimum arbitror.

OPINIO IX.

SVMMARIA.

1 *Actio redhibitoria præſcribitur ſex menſibus vtilibus in vtroque foro, etiam aduerſus eum, qui malam fidem habuit. num. 5.*
2 *In dubio tempus reputatur vtile, ſi ignoranti noceret.*
3 *Actio redhibitoria cui & quando competat. & num. 4.*
6 *Actio redhibitoria non competit emptori, qui ſciuit vitium rei emptæ.*
7 *Vendens animal cum omni magagna, non liberatur, ſi ſciens morbum tacuit.*
8 *Actio redhibitoria quanto minoris, & ſimilis, licet extinguatur, remanet tamen obligatio in animæ iudicio ad damni compenſationem.*
9 *Actio quanto minoris datur intra annum vtilem.*
10 *Propter vitium ornamenti, ſella videlicet vitioſa, quæ apparebat bona, equus redhiberi poteſt intra 60. dies continuos.*

1 ACTIO redhibitoria durat † ſex menſibus vtilibus. *vt l. cum propenas. C. de ædilitiis actio. & l. ſecundum. §. fin. ff. eod. tit.* quod nempe tempus vtile eſt in ſui principio, ſecundum Gloſſ. *in l. 2. Cod. de ædilitiis actio.* & ideo non currit ignoranti, niſi ignorantia ſit ſupina, vbi Bal. reddit rationem. quod quidem tempus vtile eſt etiam in progreſſu, vt notatur *in l. annus. ff. de calum.* & tenent Gloſſ. *in 2. lect. & in l. cum ſex. ff. de ædil. act.* Cyn. poſt Iacob. Butr. & Bal. *in d. l. 2.*
2 vbi aſſignant rationem. Imo in † dubio tempus hoc reputatur, ac dicitur vtile, ſi eius cuius nocet ignoranti, vt voluit Socin. iunior *conſil. 19. num. 16. cum ſeq. volum. 4.* Præterea conceditur † actio hæc redhi-
3 bitoria emptori per actionem ex empto ex quatuor cauſis, ſcilicet ob morbum, ob vitium, nec nō quando promiſſum fit quod adeſſe quod abeſt, vel abeſſe quod adeſt, item quando non cauerit venditor de his, de quibus iubent cauere ædiles, ſecundum Azo. in ſumma ſuper *Cod. de ædili. actio. §. ſit autem*, & Gaſp. Cabal. *in tract. de ædilitiis actionibus, cap. 2. num. 5.*
4 Et vt clarius, apertiuſque hoc intelligas, aduerte, quod actio † prædicta redhibitoria datur, quando emptor ſi ſciuiſſet rei venditæ vitium, eam nullo modo emiſſet, *l. 1. § quicunque. ff. de ædil. actio.* ideo agit intra ſex menſes ad redhibitionem, vt venditio redundatur omnino, *l. redhibere. ff. de ædil. edi. l. 2. Cod. de ædil. actio. & in d. l. ſecundum. §. tempus*, & actio iſta redhibitoria perſonalis quanto minoris, & ſimilis, competit etiam contra eum, qui bona fide contractum fecit, *l. emptor. ff. de act. empt.* Sed limitatur, ſeu
5 interpretatur hoc, quod † actio iſta redhibitoria præſcribatur, tollatur, & extinguatur quo ad vtrunque forum, pontificium ſcilicet, & ſeculare, ſpatio, & tempore memorato ſex menſium legibus definito, etiam aduerſus eum qui malam fidem habuiſſet, ſecundum Paol. Caſtr. *in l. ſequitur. §. ſi viam. numero 6. poſt medium. ff. de vſucap.* Panor. *colum. 2.* Felyn. *colum. 2. in cap. fin. de præſcript.* Balbum *in tract. de præſcript. in 2. par. tertiæ par. tu principalis. quæſt. 13.* Croc. *in l. nemo poteſt. num. 117. ff. de leg. 1. & in l. omnes populi. concluſ. 11. ff. de iuſt. & iur.* & iſtorum opinio communis
Com. opin. eſt, prout teſtantur Modæt. *in d. l. cap. fin.* & eidem communi accedunt etiam Matthæſil. *ſing. 23.* & Panorm. poſt Butr. *in cap. quoniam. col. 5. de præſcript.* vbi Felyn. quoque *colum. 2.* meminit de ipſa communi. Interpretanturq; prædicta ſimiliter non procedere,
6 vt non † competant actiones prædictæ emptori, qui ſciuerit rei emptæ vitium, *l. 1. § ſi intelligatur. ff. de ædil. actio.* & notat Corn. *conſil. 81. num. 1. volum. 3.* Tamen
7 vendens † animal alieni, diceníque illud vendere cum ſoperoſſibus, ſchinellis, pro bolſis, marcio, & fragido, & cum quacunque alia generali proteſtatione, & quod non vult denique de aliquo alio vitio teneri, tunc quippe ſi animal hoc morbo aliquo vexatum ſit, de quo venditor ipſe quomodolibet notitiam habuiſſet, tenetur ſpecifice ſignificare proprium vitium, nec ſufficit proteſtatio memorata ſub generalitate verborum, & quod non vult teneri, & cætera, & ſic venditor ex quo non notificauit proprium vitium, tenetur in hoc caſu redhibitoria, & reſtituere pretium, & reaccipere ſuum animal, vt ita in terminis conſuluit Corn. *in d. conſil. 81.* & Bernardinus ille ſanctiſſimus protector noſter in ſuis ſermonibus *de euangelio æterno, ſermone 33. art. 2. ſub cap. 7. ante fin.* Iaſ. poſt Angel. & Paul. Caſtr. *in l. pacificante fin. ff. de pactis*, Port. *in § ſuſpectus autem. ſub num. 8. Inſtit. de ſuſpectis tutor. & curator.* Alex. *conſil. 14. in fin.* & ibi Ilias *in addit. volum. 5.* & idem Alex. *conſil. 95. eod. volum.* & ita voluit originaliter Specul. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc videndum. verſic. quid ſi venditor equi. & verſ. quid ſi vendo tibi.* Angel. & Imol. *in l. ſi quis quam aliter ff. de verb. oblig.* Cyn. Bald. & Salyc. *in l. Cod. de ædil. act.* Cæterum extincta † actione redhibitoria quan-
8 to minoris, & ſimili, adhuc remanet obligatio in animæ iudicio ad damni compenſationem, iuxta diſtinctionem Sancti Thom. *in ſecunda ſecundæ quæſt. 77. art. 3.* Maior. *in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 40. art. 4.* Syl. *in ſua ſumma. in verb. emptio. quæſt. 19.* Caiet. *iudic. art. 3.* & Matthæſ. *in d. ſing. 23.* ¶ Imo ſi quis egerit redhibitoria, & ſuccubuerit, poſſet quippe poſtea agere intra annum quanto minoris, ſecundum Bal. *in l. poſt col. 2. C. de ædil. actio.* Cremen. *ſing. 160.* & Cor. *in memorabilibus, in ver. actio redhibitoria.*

¶ Et cum in principio oſtenſum planè ſit, actionem redhibitoriam durare ſex menſibus vtilibus, addendum quoque neceſſario venit ad inſtitutum
9 noſtrum, quod † actio quanto minoris detur ſimiliter intra annum vtilem, *l. ſecundum. § fin. ff. de ædil. edic.* quod quidem tempus ſemper eſſe vtile, & à principio, & ex poſt facto, vt poſt Gloſſ. notat Bal. *in l. annus ff. de calum. & in l. cum ſex. ff. de ædil. act.*

¶ Similiterque annectendum quoque eſt hoc in
10 loco, concluditur quippe, quod † propter vitium ornamenti, vtputa cum traditur ſella vitioſa, quæ appareret bona, & ornata, quia ob hoc ſolum poſſet equus redhiberi tunc intra 60. dies continuos, ita Gloſſ. & text. in d. l. *ædiles aiunt, in principio, ff. de ædil. edict.* Et vide vberrimè quidem pro enucleatione huius materiæ Ang. Aret. *in § in duplum. num. 7. 8. 9. & 10. Inſtit. de actionib.*

OPINIO X.

SVMMARIVM.

1 *Actio dotis quæ competit mulieri conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam, an cum iuramento alteri cedi poſſit.*

1 ACTIO dotis competens † mulieri, conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam, cum iuramento per ipſam mulierem alteri cedi non poteſt, vt efficax teſtimonium eſt Bal. *colum. 4.* & [illegible] *col. 2. in l. 1. C. de pericul. dotis*, & Iaſ. cum aliis concurrentia-

pſ-

per eum in l. ſi conſtante. col. fin. ff. ſolut. matrim. Curt. Se-
nior conſil. 57. per totum. vbi refert Doct. omnes con-
trariæ ſententiæ, tollitque omnia obſtacula, & ſequi-
tur etiam Socin. Iunior conſulendo conſ. 55. n. 11. vol. 2.
Cōis opin. vbi iſtam opinionem æquiorem communioremque
vocat.

OPINIO XI.

SVMMARIA.

1 *Donatio non vallata ſtipulatione, vel traditione, ſed nudo pacto, agitur ex eo, & maxime ad pias cauſas. & actio iſta appellatur condictio ex lege.*

2 *Actio non oritur hodie ex nudo pacto donationis, ſed propter pactum lex introducit condictionem ex lege.*

3 *Actio an hodie oriatur ex nudo pacto de donando, an ex lege, diſcutitur hic.*

4 *Donatio cauſa mortis nudo pacto perficitur. Item donatio facti. n. 6. vbi limitatur.*

5 *Donatio præſumpta dicitur, velut quando quis promittit ſcienter abſque cauſa.*

LEx. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat. vbi dicit tex.
1 quod licet donatio † non ſit vallata ſtipulatione,
vel traditione, ſed nudo pacto, tamen agitur ex eo,
præcipueque ad pias cauſas. Et actio iſta appellatur
condictio ex lege, vt notat Zaſ. in prin. de action. ſub nu-
mer. 10. Vnde ampliatur primum iſte §. final. vt actio
2 non oriatur † hodie ex nudo pacto donationis, ſed
propter pactum lex introducat condictionem ex le-
ge, ſecundum Bar. in l. legitima. ff. de pactis. quem ſe-
Cōis opin. quuntur communiter Scribentes, atteſtante ibi Ale-
xan. & Iaſ. & Caccialup. in tractat. de pactis. quæſtion. 6.
3 ſub num. 48. Lex enim in donatione † non fouet pa-
ctum; imo illud nudum remanet, nec actionem pa-
rit, verum lex ipſa ob pactum producit actionem, vt
firmauerunt Bar. & Imol. in l. fideiuſſor. §. 1. ff. de fideiuſ.
obſeruatque lex in caſu illo quod Rex quandoque,
qui licet valeat vnum paruum Comitem potentem
facere, ſic vt ipſe per ſe bellum faciat, id certe non fa-
cit Rex ipſe. ſed, illo paruo Comite in ſua poteſtate
dimiſſo, propter ipſum facit bellum, vt tradit exem-
plum hoc congruenter Bar. in dict. leg. legitima. cum
Cōis opin. quo ſentit Communis Schola omnium Scriben-
tium, vt ſupra deduximus; & de communi iſta teſta-
tur etiam Iaſon in §. in perſonam, numer. 47. Inſtitut. de
action. & Portius in §. 1. numero tertio, Inſtitut. de do-
nation.

¶ In contrariam vero partem inclinarunt Gloſſ.
Fulg. & Zaſ. in d. l. legitima. quorum fundamenta tol-
luntur per Scriben. in d. §. 1. ſed Iaſ. in præcitato §. in per-
ſonam, nu. 58. noſcens, perpendensque quæſtionem i-
ſtorum fore de lana caprina, ac fruſtra laborare circa
præſentem altercationem, protulit magnum & vtile
quippe verbum, quod quatenus attinet ad quæſtio-
nem hanc, nullius aut paruæ admodum vtilitatis ſit,
an hodie oriatur actio ex nudo pacto de donando,
an vero ex lege propter pactum. Secundo etiam lo-
co ampliatur d. §. fin. vt obtineat locum ſimiliter in
4 donatione cauſa mortis, vt ſcilicet † ipſa nudo pacto
perficiatur, ſecundum Gloſ. ſingularem, & ibi Bar. in
l. cum pater. §. Manio. ff. de leg. 2. & hoc idem firmat Bal.
poſt Cyn. in l. 1. C. de donation. cauſa mor. & Coraſ. in mi-
ſcellaneis iuris ciuilis lib. 3. cap. 15. nu. 14. & aſſertionem i-
Cōis opin. ſtorum ait communem eſſe Ioan. de Imol. in l. cum ex
cauſa. ff. de re iud. quamuis ipſe ibi præcipitanter aſſe-
ueret per complura fundamenta, contrariam ſen-
tentiam veriorem, quæ omnia tollit Ang. in d. §. in
perſonam nu. 61. & ab hac opinione Gloſ. & tantorum
Patrum non fore recedendum in iudicando, & con-
ſulendo ſuadet Rom. in dict. leg. 1. Cod. de donation. cauſa
mort. & Iulius Clarus in tractat. de donation. quæſtion. 14.
vbi enunciat iſtam eſſe communem opinionem, &
ſequitur cum magna caterua Doctorum per eum re-
lata. Tertio ampliatur prædictus §. final. vt procedat
etiam in donatione † præſumpta, vt puta quando a- 5
liquis promitteret ſcienter abſque cauſa; quo caſu
præſumitur dubio procul donatio, ſecundum Gloſ.
in l. hactenus. §. 1. & ibi Bar. ff. de conſtit. pecun. & huic o-
pinioni accedunt complures Doctores, quos cumu- Cōis opin.
lat Iaſon in dict. §. in perſonam. numer. 65. & ſincere ap-
paret magis communis. Quarto loco ampliatur et-
iam dict. l. ſi quis argentum. §. final. vt locum habeat in
donatione † facti: verum hoc non tranſit ita abſolu- 6
te, & ſimpliciter: nam Aret. in §. 1. inſtit. de donat. relatis
opinionibus hinc inde tenet diſtinctionem Bald. in
l. ex placito. quæſt. 9. C. de rerum permut. & in tract. de pa-
ctis nu. 33. & Imol. in l. ædibus. §. 1. col. 2. ff. de donat. cui in-
hærent Caccialup. in tractat. de pactis. in 6. quæſt. num.
45. Alexand. & Iaſ. in d. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff.
de pact.

¶ Propterea duo caſus conſiderandi ſunt. Primus,
quando donatio contineret merum factum, vt ire
Romam, quando animo donandi tibi promitto, &
circa iſtum primum caſum Guil. & Rayner. in d. §. ſed
cum nulla. inclinarunt in partem negatiuam, & alii
plures etiam, quos congerit ibi Iaſ. num. 29. & opinio-
nem iſtorum fatetur audacter communem eſſe Ru- Cōis opin.
in. col. 2. ff. de leg. 1. ſed contrarium aſſeuerant Soc. Iu-
nior ibi, Bald. Fulg. & alii plures, quos citat, & ſequi-
tur Iaſ. in d. §. ſed cum nulla. quorum fundamenta opti-
me, atque doctiſſime tollit Garzi. in c. 1. numer. 39. de
pactis. & communem iſtam in deciſiuis tanquam ve-
riſſimam ſequendam, amplectendamq; totis viribus
ſuademus.

¶ Secundus vero caſus eſt, quando factum mi-
ſtam habet traditionem, puta quando factum ani-
mo donandi promitto tibi, quod cretam, vel lapi-
dem poſſis eximere de fundo meo, videor donare
cretam illam, vel lapidem per te eximendum, & pa-
tientiam eximendi promittere, vt Imol. declarat in
dict. l. ædibus. §. 1. & iſtam partem affirmatiuam circa
præmiſſum ſecundum caſum poſt Bald. in memora-
tis locis tenet Caccialup. Imol. in dict. l. ædibus. §. 1. A-
ret. in dict. §. 1. Inſtit. de donat. Alex. in d. §. ſed cum nulla. &
fuit de mente Bar. in leg. qui ſaxum. vbi etiam ſentit I-
mol. ff. de donat.

¶ Ampliaturque poſtremo dict. l. ſi quis argentum.
in duobus aliis caſibus per Iaſ. in dict. §. in perſonam.
& per Clarum in dict. quæſtion. 14. quos videre per te
poſſes.

OPINIO XII.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio de donando, facta pacto nudo, non producit actionem.*

2 *Promiſſio de contrahendo, vxore ducenda, vendendo, & renunciando, etiam cum iuramento facta, an actionem producat.*

ACTIONEM † non producit, nec parit promiſ- 1
ſio de donando facta pacto nudo, cum aliud ſit
donatio, aliudque pactum de donando, ſecundum
Ioan. Fabr. in §. alia. inſtit. de action. Alex. in l. iuriſgen-
tium. col. 3. ff. de pact. Salic. in l. ſi quis argentum. C. de do-
nat. & in l. 2. C. de condict. ob cauſam. Imol. in l. ædibus. ff. de
donation. Alciat. & Dec. in l. ſi pactum quo pœnam. num.
6. C. de pact. Gallia. in rub. nu. 113. & Soc. iun. num. 247.
& 256. ff. de verb. oblig. Tiraq. in tract. de retract. lib. 2. ad
fin.

Digitized by Google

fin. nu. 47. & Pet. Duenn. *in reg. 19. actio oritur ex pacto* Cōis opin. *nudo in prima limitat. ſub nu. 8.* & iſta eſt communis ſchola contra Bar. in princ. & Fort. Garzi. *col. 31. in d. l. iuriſgentium.* & Ang. *in d. l. ſi quis argentum. §. fin.* contrariam partem ſuſtinentes.

2 Et † hinc eſt, quod longe diſtet promiſſio contrahendi ab ipſo contractu, etſi promiſſio facta ſit, etiam cum iuramento, vt fundatiſſime concedit Boër. *deciſ. 3.* Et aliud eſt, accipere vxorem, & aliud, id promittere, teſte Vincen. cui innititur ibi Io. And. *in c. ſi inter, de ſponſ.* Henric. *in c. is qui fidem, col. pen. eod. tit.* Tiraquel. ex coaceruatis per eum *in tract. de retract. §. fin. nu. 53. cum aliis ſeqq.* & idem Io. And. *in c. fin. de ſponſ.* Idque ea ratione fulcitur; quoniam promiſſio de vendendo, & reuendendo, nuda conuentione, non producit actionem: cum differant vendere, & promittere vendere, vt conſuluit Barthol. Soc. *conſ. 253. vol. 2.* Et eò commodius hoc locum ſuum ſortitur, vbicunque promiſſio ſimpliciter emanata, & facta eſt, ex ſimplicitate quadam ſine cauſa, quæ de iure non obligat, niſi adiecta ſit re ipſa ſtipulatio, *l. cum de indebito, §. ſed hoc, & ibi Bar. de probat.* Et facit quoque ad hoc in argumentum, *l. amplius. ff. rem rat. hab.* vbi aliud eſt agere velle, & aliud petere, & aliud velle petere, vt tradit Salic. *in l. ſi quis argentum, §. ſed & ſi quidem, C. de don.* & Domi. *in c. à collatione, de appell. in 6.* Congruitque denique etiam prælibatis omnibus concluſionibus; quod promiſſio de renuntiando beneficium, non eſt renuntiatio, *Clem. 1. de renun.*

OPINIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Actio hypothecaria, & actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt.*

2 *Cumulatio perſonalis actionis, & hypothecariæ admittitur, licet non proponantur, aut intentetur ſimul, & ſemel à principio; ſed vna actio poſt aliam.*

3 *Proteſtatio qualis neceſſaria, cum actor proponit plures actiones ad idem competentes in caſibus permiſſis.*

4 *An omiſſa tali proteſtatione libellus vitietur.*

5 *Hypothecaria cumulari poteſt cum perſonali, ſed coram eodem iudice, non diuerſo.*

6 *Hypothecaria actione agens contra tertium poſſeſſorem, etiam ſi cauſam habeat à debitore, an teneatur probare poſſeſſionem debitoris, & titulum, diſcurritur, & reſoluitur.*

7 *Hypothecaria, vt agi queat contra tertios poſſeſſores, opus eſt, vt præcedat legitima excuſſio bonorum debitoris, & fideiuſſoris; etiam vbicunque ſit eorum. n. 8.*

9 *Pronunciatio iudicis quoque præcedere debet.*

10 *Hypothecaria actione tertius poſſeſſor conueniri non poteſt, niſi prius facta excuſſione in bonis principalis debitoris, vel eius fideiuſſoris, etiam ſi in inſtrumento vltra obligationem bonorum fuiſſet appoſitum conſtitutum, ſeu precarium de poſſidendo.*

11 *Hypothecaria actio datur contra tertium poſſeſſorem, tam pro tacita, quam pro expreſſa hypotheca.*

12 *Poſſeſſores tertii debent generaliter vocari, acciri in declaratione hypothecariæ actionis. Limitatur 12. caſibus. n. 13.*

14 *Cumulatio petitionis hereditatis, & rei vendicationis ſimul, & ſemel in eodem libello pro eadem re admittitur.*

15 *Hypothecaria, & perſonalis actio an competant penſionario pro exigenda penſione, contra ſucceſſorem in beneficio, penſione grauato. Et an res, quæ penſio vel alimenta debentur, ſint pro ſolutione penſionis & alimentorum tacitè obligatæ. nu. 16. 17. & 18.*

19 *Poſſeſſorium verum non datur pro iuribus perſonalibus, ſed ſolummodo datur poſſeſſorium fictum, ad ſtatum competens, ex can. querelam, de electionib.*

20 *Penſionario, an & quando detur remed. can. reintegrandæ, contra ſucceſſorem in beneficio recuſantem ſoluere penſionem ex beneficio ſibi reſeruatam. Et quando penſionarius hoc caſu mandatum de manutenendo in poſſeſſione, contra eum petere poſſit. nu. 21.*

ACTIO † hypothecaria, & actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt, 1 *§. ſed neque. in Auth. de fideiuſ.* Nam hypothecaria ipſa eſt acceſſoria ad perſonalem actionem, ſecundum Cyn. Bar. *nu. 8.* Fulg. & Bolog. cumulatiſſime *nu. 117. in l. edita. C. de eden.* Fab. *col. antepen.* Iaſ. *nu. 101. in §. item Seruiana inſtit. de action.* & hoc non habet contradictorem aliquem, teſte Balbo *in tract. de præſcript. in 4. par. n. 15.* & Boer. *deciſ. 334.* Cōis opin. Ergo † acceſſorium hoc ſapit naturam ſui principalis, iuribus vulgatibus, & text. *in d. §. ſed neque.* debet intelligi, vt ibi ab initio ſimul, & ſemel fiat cumulatio perſonalis, & hypothecariæ, vt voluit Dyn. *in reg. nullus pluribus lib. 6.* Cæterum *d. l. edita.* loquitur de vna actione poſita poſt aliam, tunc enim cumulatio non admittitur. & iſtam opinionem Dyni enuntiat communiter ſeruari Alber. *in d. l. edita.* & ita iudicauit Senatus Burdegalenſis in facti contingentia, atteſtante Boer. *in d. deciſ. 334. nu. 3.* Cōis opin. Bal. vero in prælibata *l. edita.* voluit eleganter, quod etiam ex poſt facto cumulatio iſta perſonalis actionis, & hypothecariæ admittatur, & ita per hanc Baldi doctrinam deciſum extitit in ſacro regio conſilio Neapolitano, Capicio teſte *in deciſ. 80.* Aliqui etiam ex præcitatis † Doct. voluerunt circa præmiſſa 3 vnum valde curioſum, ſeu potius pompoſum, videlicet, quod actor proponens plures actiones ad idem competentes in caſibus permiſſis proteſtari debeat, quod non intendit ſolutionem conſequi, niſi ex vna. Tamen quicquid Doct. † iſti ſuadeant, ob 4 hoc libellus non vitiatur propter omiſſionem huiuſce proteſtationis, ſecundum omnes Canoniſtas communiter *in c. conſtitutus. de in integ. reſtit.* quorum opinionem communem eſſe atteſtatur Rip. *in l. 1. §. quia autem, nu. 21. ff. quorum legatorum.* Cōis opin. contra Glo. *in l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribu.* contrarium aſſeuerantem, & communiter damnatam ibi ab omnibus. Et licet † redeundo ad inſtitutum noſtrum, hy- 5 pothecaria cumulari poſſit, cum perſonali, tamen id intelligitur cum grano ſalis coram eodem iudice, & non diuerſo, vt probat, & firmat Gram. *in d. conſ. civili 95. nu. 30.* vbi in medium affert iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Vnde † proſequendo materiam huiuſcemodi a- 6 ctionis hypothecariæ, aduerte, quod hypothecaria actione agens contra tertium poſſeſſorem, tenetur probare non ſolum eum qui hypothecauerat rem, quæ aliena prætenditur pignori data tenuiſſe, & poſſediſſe tempore ipſius hypothecationis, ſed etiam, quod illam met tenuerit, & poſſederit cum titulo, ſecundum Glo. & Bar. *in l. rem alienam. ff. de pignor. action.* Alber. *in l. cum res circa fin. C. ſi aliena res pignor. dat. ſit,* vbi etiam adiicit hoc vidiſſe communiter obſeruari, & opinioni huic accedit quoque Ang. Aret. *in §. item* Cōis opin. *Seruiana. Inſtit. de action.* vbi recitatis opinionibus explanat ita eam in practica obſeruari, niſi appareret de fraude facta in damnum creditoris. Et ſic ex hac opinione in praxi recepta creditor agens contra extraneum, etiam ſi cauſam haberet à debitore, teneretur proculdubio indiſtincte probare poſſeſſionem ipſius debitoris, & titulum. Cynus vero *in d. l. cum res.* in hoc articulo diſtinguere videtur inter extraneum

babeo-

habentem cauſam lucratiuam à debitore, & eum qui
habet oneroſam, & quod in primo caſu ſufficiat pro-
bare poſſeſſionem debitoris, in ſecundo vero non;
quam quidem diſtinctionem amplectuntur Flor. *in*
l. ante omnia. ff. de prob. Iac. But. *in d. l. cum res.* & Bal. *in l.*
de rebus. C. de donat. ante nup. & in d. §. item Seruiana. vbi
Cōis opin. Moder. aiunt iſtam eſſe communem opinionem, &
veriorem patefacit Bertran. *conſ. 77. perſcrutato proceſ-*
ſu dudum capto, ſub nu. 4. vol. 4. In alteram vero ſenten-
tiam inclinauit Sal. *in d. l. cum res.* videlicet, quod pro-
batio ſolius poſſeſſionis ſufficiat, & ita iudicatum ex-
titiſſe in eminenti Curia Parlamenti Delphinalis aſ-
ſerit Guid. Pap. *deciſ. 432. ſupra, nu. 6.* ſcilicet quod de-
ducto & probato, quod debitor poſſidebat rem hy-
pothecatam, vt ſuam, tamquam dominus tempore
obligationis iudices illius Curiæ conſueuiſſe decer-
nere hypothecariam creditori contra tertios poſſeſ-
ſores, & iſta eſt veritas. Sed vbicunq; ageretur actio-
7 ne ipſa † hypothecaria contra tertium poſſeſſorem,
deberet vtiq; prius fieri excuſſio legitima & ſolemnis
in bonis principalis debitoris, vel ſui fideiuſſoris, *vt*
in §. hoc autem, Auth. de fideiuſſ. & in Auth. hoc ſi debitor.
cum ibi not. C. de act. & obligat. & per Dd. *in l. fin. ff. ſi cer.*
pet. & per Corn. *conſ. 246. in hac conſultatione, n. 2. vol. 4.*
& per Bart. Ang. & alios *in d. Auth. hoc ſi debitor.* & no-
tat firmatq; etiam Soc. *conſ. 24. n. 19. vol. 1.* Alex. *conſ. 100.*
col. 2. vol. 5. Pariſ. *conſ. 50. nu. 40. vol. 1.* Ioſeph. Lud. cum a-
lijs concinnatis per eum *in deciſ. Vmbriæ 45. Ioannes. nu.*
1. par. 1. & Bertran. *conſ. 77. perſcrutato proceſſu, n. 1. & ſeq.*
vol. 4. Vbi hoc ampliat procedere etiam, vt excuſſio
8 ipſa † fieri debeat in bonis debitoris, ſeu fideiuſſoris
vbicunq; ſitis, & ſequitur Cephal. *conſ. 98. n. 9. & 11. vol.*
1. Et ampliat quoque Bart. & Alex. *in l. prætor. § hoc in-*
terdictum. ff. de non. oper. nunt. & Anch. *conſ. 363. in nomi-*
9 *ne indiuiduæ Trinitatis, num. 3.* vt non tantum † debeat
præcedere excuſſio ipſa, verum etiam iudicis decre-
tum, & pronunciatio, vt excuſſio hæc ſit legitime e-
manata, & facta; & huic opinioni Bart. accedunt Iaſ.
in l. ſtipulatio. § habet autem. ff. de noui oper. nunt. & Ant.
Neguſ. *in tract. de pignor. in 1. memb. in 8. par. ſub n. 11.* qui-
bus in locis ad lucem adducunt iſtam eſſe commu-
Cōis opin. nem opinionem; & ita meminit obſeruari in Curia
Parlamenti Delphinalis Guido Pap. *in deciſ. 432. nu. 2.*
Imo regula iſta ſic ampliata obtinet quoq; locum, ſi
10 in inſtrumento † vltra obligationem bonorum fuiſ-
ſet appoſitum conſtitutum, vel precarium de poſſi-
dendo, vt concedunt Bal. *in l. 1. C. de reuocan. his quæ in*
fraud. credit. & in c. cum veniſſent circa fin. de reſtit. ſpol. &
Cōis opin. Dd. communiter, quos refert Alex. *conſ. 137. col. 2. vol. 2.*
& conſ. 70. & conſ. 73. vol. 5. ¶ Et hoc quippe abſq; ſcru-
pulo aliquo locum haberet, ſi creditor egiſſet actio-
ne hypothecaria contra fideiuſſorem, ſeu tertium
poſſeſſorem omiſſa via executiua, hoc eſt, non agen-
do remedio *l. fin. C. de acq. poſſ.* nec ex reuocatione pre-
carii, tunc nempe excuſſio omnino foret neceſſaria,
11 ſecus vero ſi via executiua creditor ex conſtituto, ſeu
precario egiſſet, vt voluerunt Rom. Aret. & Alex. *in l.*
cautio. ff. de acq. poſſ. Guid. Pap. *in d. deciſ. 432. nu. 12.* Ne-
guſ. affabre *in d. tract. de pign. in 1. memb. octaua parte, ſub*
n. 17. & Alex. *in practicatu conſilio*, & eſt de mente Bal. *in*
d. l. 1. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. & Ang. *in l. fin. C. de*
act. & oblig. & ita debet intelligi id quod firmarunt A-
ret. *conſ. 127.* & Alex. *in d. conſ. 70.* ¶ Et licet omiſſio diſ-
cuſſionis principalis debitoris non reddat iudicium
nullum, ex teſtimonio Bart. *in l. 2. C. commun. diuid.* ta-
men tutius foret, ſecundum Corn. *conſ. 85. videtur pri-*
ma facie dicendum, n. 9. & 14. vol. 4. quod pendente lite
diſcuſſio fieret; & idem firmat Guido Papæ *in d. deciſ.*
432. nu. 8. & ſeq. Ampliatur itidem regula antedicta,

quod † quemadmodum pro hypotheca expreſſa a- 11
ctio hypothecaria contra tertium poſſeſſorem con-
ceditur, vt *l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. cum aliis concor-*
dantibus prææallegatis. ita ſimiliter conceditur datur que
pro hypotheca tacita, *arg. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & eſt
textus *in l. 1. C. de precar. & Salu. interdict.* ſecundum
communem intellectum Gloſſæ, & omnium alio- Cōis opin.
rum ibi: ſiquidem textus ille in locatore & condu-
ctore intelligitur, prout conſtanter firmat Bar. *in l. 3.*
C. de pign. in 4. quæſt. princip. vbi concludit, quod vbi-
cunq; conductoris res, quæ tacite hypothecata erat
locatori, in tertium cauſam habentem à conductore
perueniret, vtique locator contra tertium poſſeſſo-
rem ipſum ius executiuum de ingrediendo propria
authoritate exercere nequiret: vtpote quia pactum
illud executiuum ad certum locum cenſetur limita-
tum, videlicet, donec & quouſque res in domo repe-
riuntur; cæterum vbicunq; extra domum reperian-
tur penes tertium habentem à prælibato conducto-
re cauſam, deberet contra eum agi hypothecaria; &
allegat Bar. textum *in d. l. 1. C. de Salu. interdict.* Finali-
ter ampliatur etiam regula antedicta, vt in † huiuſ 12
modi pronuntiatione declaratione que actionis hy-
pothecariæ facienda per iudicem mediante decreto
debeant citari, ac vocari tertii poſſeſſores, & fideiuſ-
ſores, generaliter quidem, mediante præcone, ſecun-
dum Bar. *in l. decem. ff. de ver. oblig.* cuius opinionem ibi
ſequitur, tuetur, enuntiatque communem eſſe Iaſ. & Cōis opin.
Ant. Neguſ. *in d. tract. de pig. in 1. memb. in 8. par. n. 12.* ſed
Guido Papæ *in allegata deciſ. 432. n. 3.* meminit hoc de
ſtylo eminentis Curiæ Parlamenti Delphinalis non
ſeruari. Et iſtam regulam † ita vtiliter ampliatam li- 13
mitat in duodecim caſibus Ant. Neg. *in d. tract. de pig.*
in 1. membr. in 8. par. à n. 14. vſque ad n. 34. Sed ad prouin-
ciam vnde incepimus redeamus, concludendum
eſt, quod † quemadmodum actio hypothecaria, & 14
actio perſonalis de dote cumulari queunt in eodem
libello, ita etiam petitio hereditatis, & rei vendicatio
ſimul, & ſemel in eodem libello intentari, cumulari-
que poſſent pro eadem re, ſecundum Ang. *in l. qui in-*
terrogatus. ff. de interrog. act. Bal. poſt Pet. & Cyn. *in l. 2.*
in fin. C. de petit. hered. Paul. de Caſt. *conſ. 138. in cauſa quæ*
vertitur coram locumtenente, vol. 2. Alex. *conſ. 184. viſo*
proceſſu inter Balthaſarem, ſub nu. 1. & ſeq. vol. 5 & Iaſ. *in l.*
vt reſponſum, n. 2. C. de tranſact. & iſta eſt veritas, licet &
male, & turbanter contrarium aſſerat idem Paul. de
Caſtr. *in d. l. 2. C. de petit. hered.* & Ruin. *conſ. 54. viſo pro-*
ceſſu, & quantum in me eſt, ſub nu. 8. vol. 4. dicens ibi hoc
maxime procedere, vbi actor proponeret iura ſua ſi-
mul, & diuiſim, copulatiue, & alternatiue.

Nec non proſequendo, continuandoque præſen-
tem vtiliſſimam materiam, manifeſtandum quoque
eſt his temporibus in caſu de quo agitur, poſtquam
Deus nobis hæc otia fecit, quod Scipio Aliger Eques
militiæ Regis Luſitaniæ, habens † penſionem ſcuto- 15
rum 40. reſeruatam ſibi ſuper Archidiaconatu Ec-
cleſiæ Reatinæ, & exiſtens in poſſeſſione percipiendi
poſt mortem Fabritii Aligeri, Archidiaconi, ſui pa-
trui, Modernus Archidiaconus ſucceſſor, præten-
dens huiuſmodi penſionem minus legitime reſerua-
tam fuiſſe, ſoluere recuſat. quocirca agendo pro con-
ſecutione penſionis lite pendente, quæritur, quanam
actione ipſe talem penſionem conſequi poſſit, & an
contra Modernum prædictum Archidiaconum ei-
dem Scipioni competat remedium *can. reintegranda.*
an vero aliud remedium? Quoad primam dubitatio-
nem, firmiter ſuſtinendum eſt, Scipioni competere
non tantum actionem hypothecariam, verum et-
iam actionem perſonalem, contra Modernum Ar-

chidiaconum ſucceſſorem, pro conſequenda penſione iſta, & libere profecto, quoad hypothecariam; hęc opinio compluribus probatur rationibus: & primo, quia, ſicut colligitur ex tenore literarum conceſſionis penſionis, penſio hæc aſſignatur ſuper fructibus beneficii, ipſa penſione grauati. quæ dictio. *ſuper*, inuecta in oratione certæ rei, eius rei, cui adiungitur, hypothecam inducit, vt probat text. *in l. codicillis, § inſtituta ff. de leg. 2.* quem textum ad hoc notat Bart. *in l. fundum, ff. de ann. legat.* Ripa *ſuper rub. n. 5. ff. de pign.* Neguſ. *in tract. de pign. in 4. memb. 2. part. princip. verſ. vigeſimus tertius caſus.* Sarnen. *ſuper reg. de trien. q. 11. ante nu. 7. verſ. nam clarum eſt, quod iſta verba.* Rom. *ſing. 625.* Cremenſ. *ſing. 45.* Bellamera *conſ. 44.* & Quintil. Mandoſ. *ſuper reg. de ſignat. per ſiat q. 9. n. 6.* quam opinionem huic fundamento innixus, comprobauit Roman. *conſ. 388. in princ.* & Horat. Mandoſ. ibi, *in add.* poſt prædictos, & alios, quos allegat; & eiuſdem ſententiæ fuerunt quoq; Gigas *de penſionib. q. 51.* & Caccialupus *de penſionib. quæſt. 9.*

26 Secundo. † quia quicquid aſſeruerit Gigas *de penſion. d. q. 51. poſt n. 2. cum ſeq.* tamen defendi poteſt opinio Romani *in allegato conſ. 388. poſt n. 9.* vt cum penſio dicatur aſſignata ſuper redditibus alicuius eccleſiæ in cauſam alimentorum eius, ad cuius fauorem aſſignata eſt, quod ideo res illa, ex qua mandat alimenta concedens præſtari, ſit pro ſolutione alimentorum tacite obligata, iuxta Gloſſ. *in l. Lucius, ff. de aliment. legat. & in l. Cains, ff. de ann. legat. & in l. cum hi, verſ. idem eſt ſi ageret, ff. de tranſact.* per textum, ex quo id probatur, *in l. 2. in fin. ff. de alimen. legat.* quam Gloſſ. ſequitur idem Roman. *ſing. 432. in fin.* Tiraquel. *in tract. de priuileg. piæ cauſa, priuileg. 63. in fine.* & Horat. Mandoſ. *in add. ad Rom. d. conſ. 388. in litera D.* & proinde conſequatur, vt pro huiuſmodi penſione, ad fauorem eius, cui debetur ſolui, competat hypothecaria.

27 Et quamuis Gigas, † ſequutus ſententiam Pauli Caſtrenſis *conſ. 338. vol. 1.* fuerit contrariæ opinionis, ea ratione, quod fructus beneficii, vel menſæ, ſuper quibus eſt reſeruata penſio, non ſint pro penſione obligati, cum obligatio rei, ex qua alimenta præſtari debent, ſuccedat tantum in alimentis, *d. l. Lucius, & l. 2. ff. de alimen. & cibar. legat.* ſecus autem in aliis præſtationibus, per textum *in l. Gaius. & quod ibi notatur, ff. de ann. legat. & in l. fin. § fin. cum notatis eo in loco, ff. de contrahen. empt.* & hanc Pauli Caſtrenſis opinionem diuulgauit Felin. eſſe de iure veriorem, *in c. ad audientiam, il 2. col. 6. verſ. ſed aduerte, de reſcript.* quia Romanus non probauit effectualiter fundamentum, cui innititur, videlicet, quod præſtatio penſionis dicatur præſtatio alimentorum. Tamen, quicquid ſcripſerint Paulus ipſe Caſtrenſis, & Gigas in locis memoratis, cum attento tenore ſolito literarum huius generis reſeruationum penſionis, expreſſe dicentium, quod huiuſmodi penſiones deputentur pro ſuſtentatione alimentorum penſionarii, veluti loquitur Romanus, qui vti maximus Practicus in Curia Romana, ac illuſtris ſua tempeſtate Romæ Aduocatus, hac ratione prædictam opinionem amplexus eſt, quam non me latet veriorem fore, & hodie receptiorem, prout aſſeruere Felin. *in d. c. ad audientiam* & Caccialupus *de penſionib. quæſt. 9.* quam quidem per eandemmet rationem certo ſcio ſuperioribus temporibus Rotam Romanam non ſemel tantum ſimiliter approbaſſe, & potiſſimum in quadam cauſa Mediolanen. coram R. P. D. Robuſterio. Quocirca hæc Romani opinio hodie ſine difficultate aliqua tenenda erit, vt Scipioni Aligero penſionario competat hypothecaria, quæ ſententia adeo vera eſt, atteſtante

Cõis opin.

Caccialupo, in loco mentionato, vt poſt mortem Fabritii Archidiaconi, nominati in literis penſionis, & grauati, adhuc penſio duret, cum ſit realis annexa dignitati; menſæ, & beneficio. & ideo Manſuetus Cappellettus, ſucceſſor, tenetur, & compelli poteſt etiam ſoluere, *c. dilectus, de ſoro compet. & c. 1. de ſolut.* cui opinioni aſſentitur quoq; Paul. Caſtren. *in conſ. pranotato.*

Qua quidem ſententia admiſſa, vti veriſſima, hypothecariam competere certum eſt, etiam eo caſu, quo res eccleſiæ, menſæ, vel dignitatis, cui penſio reperitur impoſita, aut fructus bonorum venderentur, & reperirentur penes ſingularem ſucceſſorem, non obligatum aliqua perſonali actione, neq; compellibilem iudicis officio ex perſona ſua; quia ſi conuenitur actione hypothecaria, iuſte quidem conuenitur, vti in hac opinione tradidit Caccialupus, quam commendauit etiam Rota Romana in cauſa prænominata Mediolanenſi coram D. Robuſterio.

Præterea etiamſi argumentatio Romani minime admittenda foret de alimentorum præſtatione ad alias præſtationes, tamen veriſſima eſt illius opinio, etiamſi in reſeruatione annuæ penſionis non ſit expreſſum, quod penſio detur pro alimentis. quia ſemper obligatio rei, ex qua penſio præſtanda venit, ſubintelligitur; veluti hanc opinionem commendauit Gigas *de penſionibus, quæſtion. 51. poſt numer. 17.* quæ ab omnibus tutiſſima reputatur; quia quicquid alii aſſeruerint, verius nempe eſt, id minime ſpeciale fore in cauſa alimentorum; cum regulariter quando aliqua res ſpecialiter deſignatur pro præſtatione alimentorum, vel alterius annuæ præſtationis, tunc illa res ad hoc onus ſpecialiter deſignata, cenſetur hypothecæ obnoxia, vt notatur per Bartol. *in l. Lucius, ff. de alimen. & cibar. legat.* per textum *in l. 2. eodem titulo.* & per eundem Bartolum *in leg. fundus quem, ff. de annuis legat. & in leg. codicillis, § inſtituto. ff. de legat. 2.* quæ opinio maxime admittenda eſt, quando talis annua præſtatio eſſet perpetua, vt probat textus *in leg. hæredem, ff. de vſufructu.* Guid. Pap. *deciſion. 432.* Corneus *conſil. 296. volumin. 1.* & ita in terminis, quod nulla ſit ſpecialitas quoad ius hypothecæ in cauſa alimentorum, ſentit Neguſan. *de pignorib. part. 2. in quarto membro, columna 2. verſicul. vigeſimus tertius caſus.* Vbi probat, quod alimenta non habeant ius tacitæ hypothecæ, niſi quando reperiantur in teſtamento relicta; tunc enim priuilegio potiuntur tacitæ hypothecæ, veluti alia legata, iuxta *l. 1. C. commun. de legat.* & Bart. *in d. l. Lucius, & in l. Gaius, ff. de annuis legat.* cuius deciſionis illam ſubiicit eſſe rationem, quia in particulari fuere bona pro alimentis, ſeu annuis præſtationibus deſignata, quæ ſpecialis deſignatio efficit, vt cenſeatur ſuper dictis bonis inducta tacita hypotheca, vt notatur à Gl. & Bart. *in d. l. Lucius, & in l. codicillis, § an ſtituto. ff. de leg. 2.*

Ita vt † attingendo centrum præſentis ſpeculationis, concludendum ſit, Scipioni prædicto non tantum competere hypothecariam, ſed etiam perſonalem actionem contra ipſum nouum Archidiaconum, ſucceſſorem in beneficio: quia beneficiatus acceptans beneficium penſione grauatum, videtur quaſi contrahere, & obligare ſe ad onera ipſi beneficio impoſita. & actio perſonalis oritur ex quaſi contractu, *§ omnium, inſtit. de actionib.* Guid. Pap. *deciſion. 577.* & probat textus *in l. Lucius, ff. de alimen. & cibar. legat.* Quam opinionem, nempe vt pro penſione detur perſonalis & hypothecaria, tenuit etiam Gigas *de penſionibus, quæſtion. 51. per tot.* & ita iudicauit quoque Rota Romana, atteſtante Verallo *deciſion. 13. libr. 1.* 28

& de-

[illegible] lib. 2. in vna Mediolanen. pensionis, die [illegible] bruarii 1552. coram domino Reomano.

19 Quo vero ad aliam dubitationem, quamuis † videatur respondendum esse, Scipioni competere remedium *can. reintegranda*, quia & si pro iuribus personalibus non detur possessorium verum, vt tradidere Doctores *in l. fin. C. quorum bonorum*. vbi Ripa, & Paul. Castren. *in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollen.* & Abb. *in c. peruenit, de censib. in 2. casu.* nihilominus tamen datur possessorium fictum ad statum competens, *ex canon. querelam, de election.* quoniam huiusmodi possessorium datur etiam pro iure non reali, vt scribit Afflict. *decis. 395. n. 4.* qui testificatur, post longam disputationem, ita demum in sacro Consilio iudicatum fuisse, quod licet pro annua præstatione non sit dare possessorium, nihilominus est dare quendam statum, ad quem peti potest, vt fiat restitutio, quam opinionem sequuta est Rota Pedemontana *decis. 90. in fine*. vt habetur in recollectis Cacherani, & Hieron. Gabriel. etiam *consi. 141. n. 7. vol. 2.* & in summa opinio ista, recepta magis, vt ex prædictis apparet. Com. opin.

20 Vnde † stante tam perspicua resolutione, nihil mirum, si agi possit tanquam quidem possessorio recuperandæ, & sic remedio *canonis reintegrandæ*, quicquid asseruere Caccialup. *de pensionib. q. 58.* & Gigas *de pensionib. q. 42. post nu. 2.* qui opinantur dari possessorium recuperandæ ad statum, in quo ante subtractam pensionem pensionarius reperiebatur: quia tenendum, quod pro consecutione pensionis, pensionarius non agat vti contra debitorem, sed vti contra possessorem beneficii onerati illa pensione, ideo eidem competet verum reale possessorium, quemadmodum in censibus dari huiusmodi verum reale possessorium asserit Hieron. Gabriel. *cons. 141. nu. 8. vol. 2.* quam opinionem in terminis nostris, vt pensionarius, qui extat in possessione exigendi à prædecessore titulari, si eius successor nolit soluere pensionem, dicatur spoliari, vt competat remedium *canonis reintegrandæ*, sequuta Rota Romana in vna Alboren. pensionis coram domino Puteo, vt habetur in ipsius recollectis, *decis. 131. lib. 3.* quam opinionem antea approbauerat Guid. Pap. *decis. 624.*

Verum in terminis nostris, cum pro parte Scipionis [illegible] non prætendatur, eum fuisse spoliatum, imo allegetur eum esse in possessione percipiendi, idcirco certum est, quod hoc casu soluere denegans non dicatur spoliare, vt competat remedium *canonis reintegrandæ*, vt voluit Bal. *cons. 425. in princ. vers. circa primum, vol. 3.* Sed tamen bene verum est, quod pro parte

21 ipsius Scipionis † peti possit mandatum de manutenendo, quod manutentionis mandatum habet naturam interdicti retinendæ, & obtinet locum, si in possessione ante litem contestatam probetur, vt notat Bart. *in l. ait prætor § quod ait, n. 2. & 14. ff. vti possid. & hodie, Instit. de interdict.* Imo potest illud quoque concedi lite pendente, quia per continuationem possessionis antiquæ nihil innouatur, vt per Imol. *in clem. § si vero, de [illegible] pendent.* & ita fuisse decisum in Rota Romana, testificatur Verallus *decis. 398. lib. 2. die 4. Maii 1551. in vna Bergen. iurispatron. coram Domino Guidobono.* Et opinionem istam, vt soluere deneganti, non dicatur spoliare, ita vt contra eum competat remedium *d. c. reintegrandæ*, quando agens non prætendit se spoliatum, sed imo se esse in possessione percipiendi, sed peti absque scrupulo posse mandatum de manutenendo, approbauit Rota Romana in vna Barchinon. Iuris Fabricæ coram Domino Acchille de Grassis, 24. Octobris 1552. attestante Verallo *decis. 162. lib. 3.* Nec ad rem pertinet, quod contra eam prius sit resolutum in eadem Rota; scilic. dari remedium *can. reintegranda*, vt pensionarius, existens in possessione exigendi à prædecessore titulari, si eius successor nō velit soluere pensionem, dicatur spoliari, vt competat huiusmodi remedium, veluti supra denudatū discernitur ex *decis. Putei 15. lib. 3.* quia adaptatur percommoda responsio, quod Rota in hoc casu nullatenus contraria reddatur, quoniam in dicta causa Barchinon. coram Acchille de Grassis, agens contra negantem soluere, non prætendebat se spoliatum, sed esse in possessione percipiendi, veluti contingit in terminis casus nostri, & ideo extitit rationabiliter conclusum, non competere remedium *c. reintegranda*, sed posse peti mandatum de manutenendo, in alia vero causa Alboren. pensionis coram D. Puteo, pensionarius agēs ad pensionem contra successorem, soluere recusantem, erat in possessione, seu quasi exigendi, sed tamen prætendebat se spoliatum, & ideo non abs re determinauit tunc Rota, dari remedium *d. c. reintegrandæ*. Quamobrem sentio, ex prædictis omnibus concludendum esse, Scipioni competere, non solum hypothecariam, verum personalem etiam actionem contra successorem Archidiaconi præmortui, ac etiam concedendum fore contra successorem ipsum, mandatum de manutenendo pro exigenda pensione, de qua agitur, vt Rota Romana iudicauit in dicta causa Barchinon. Iuris Fabricæ 24. *Octobris 1552. coram Domino Acchille de Grassis.*

OPINIO XIV.

SVMMARIVM.

[illegible] Actio Seruiana, seu interdictum Saluianum, pro quibus rebus, & contra quem competat.

ACTIO Seruiana, seu † interdictum Saluianum competit locatori pro rebus coloni illatis, etiam contra extraneum possessorem, & consequenter pro rebus coloni inuectis competit locatori directum Saluianum ipsum, vtile autem locatori competit pro rebus inquilini, & cuilibet creditori etiam, vt est casus *in l. 1. C. de Salu. interdict.* competitque non solum contra conductorem, ac debitorem, aut inquilinum & eorum heredes, *d. l. 1.* & ibi Bal. verum etiam contra quemlibet extraneum possessorem, vt est text. *in l. 1. § 1. ff. de Salui. interdic.* & ibi Bar. & sic vtile Saluianum competit pro rebus inquilini, secundum Gloss. *in ver. colonis*, Fab. Aretin. & Bellonum, *num. 29. in § item Seruiana, Instit. de action.* vbi adducit istam esse communem opinionem, & ita sentiunt quoque Bar. *in d. l. 1. ff. de Saluian. interdict.* Bal. & Salyc. *in l. certi iuris. C. locati*, & Negusant. *in tract. de pignoribus. in 2. part. 4. membro, num.* [illegible]. Sed excussio bonorum principalis nullatenus [illegible] foret in præsenti Saluiano interdicto, vt [illegible] Ioseph. Lud. *in decis.* [illegible] *num.* [illegible] *vi* [illegible], [illegible] in facti contingentia iudicasse. Com. opin.

OPINIO XV.

SVMMARIVM.

1 Descriptio actionis Publicianæ.

PVBLICIANA est actio in rem origine prætoria, vtilis, perpetua, competensque acquisitione iuris, seu rei bona fide quæsita facta traditione, vel quasi à possidente, quem certe putabam esse dominum ex titulo habili ad translationem dominii, contra habentem facultatem restituendi ad declarationem iuris sui, secundū Pet. de Bellaper. Io. Fabr. *col. 3.* & omnes *in § sed iste. Inst. de actio.* quorum opinionem, seu definitionē secunde prosequitur Iaf. *ibi, n. 2. cum multis seq.* & latius ibidem eam explicat, declarat, sequitur, & asserit communem esse Gomesius, *nu. 6.* Com. opin.

OPINIO XVI

SVMMARIA

1 *Actio publiciana cui competat.*

2 *In actione publiciana vt actor obtineat quid requiratur.*

3 *Ad actionem publicianam acquirendam ſufficit, vt à quocunque fuerit habita poſſeſſio.*

1 **A**Ctio † publiciana competit emptori bonæ fidei cauſam habenti à malæ fidei poſſeſſore, nec competit aliquo modo vero & directo domino, ſecundum Spec. *in tit. de act. & pet.* §. *ſequitur.* Az. *in ſumma in tit. de public.* Iac. But. Fab. Nic. de Neap. & omnes *in* §. *ſed iſte. Inſt. de act.* Legiſtas omnes etiam *in l. cum qui* §. *prætor ait. ff. de publician.* & Canoniſtæ *in c. Abbate de ſent. & re iud. in 6.* & iſtorum opinionem ſequitur legendo Iaſ. *in d.* §. *ſed iſte, nu. 59. cum 5. aliis ſeq.* vbi recitat eam eſſe magis communem, Alex. quoq; *nu. 9.* & Ripa *n. 91. in l. rem quæ nobis ff. de acq. poſſ.* quia acquirens rem iuſto titulo & bona fide à non domino, qui mala fide poſſedit, certe iſta mala fides authoris ſibi bona fide acquirenti nocere non poteſt, nec debet; quo minus ſibi publiciana prædicta competat, & agens publiciana iſta actione non tenetur neceſſario probare ipſum non dominum, vt firmant Spec. *in d.* §. *ſequitur, verſ. ſin autem reus.* Bal. *in d. l. cum qui.* §. *in publiciana.* Aret. & Iaſ. *n. 7[illegible] d.* §. *ſed iſte.*

Com. opin.

2 Quia † vt quis obtineat in publiciana requiritur ex parte ipſius agentis, vt probet de eius titulo, & qualiter rem poſſedit ex traditione ſui authoris, *d.* §. *ſed iſte. l. 1. ff. de public. & c. Abbate, cum ibi not.*

3 Et † ad acquirendam ipſam publicianam ſufficit à quocunque fuerit habita poſſeſſio, vt voluerunt Bal. *in d. l. cum qui.* §. *prætor ait.* Bar. *in l. [illegible] ff. de vſu.* & Ang. *in* §. *ſuper longi. C. de præſcr. longi temp.*

OPINIO XVII

SVMMARIVM

1 *Actio publiciana non competit eccleſiæ, niſi actualiter tradatur poſſeſſio.*

1 **I**N † eccleſiam transfertur dominium ex ſolo titulo donationis ſine traditione, *l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.* tamen ipſi eccleſiæ publiciana non competit, niſi actualiter tradatur poſſeſſio, *l. 1. & l. traditionum. ff. de public.* & ita voluit Spec. *in tit. de locato.* §. *nunc aliqua. verſ. 52.* Bal. *in l. quoties, col. 1. C. de rei vendic.* Ioan. And. Ant. Card. Flor. Imol. & Panor. *in c. 1. ext. de conſuet.* & in terminis Corn. *conſ. 148. nu. 7. & ſeq. vol. 4. & conſ. [illegible] nu. 26. vol. 4.* & iſtorum opinionem nonnihil declarat Iaſ. *in* §. *ſed iſte. n. 36. & 75. Inſt. de act.* & Gomeſ. quoque *n. 36.* vbi narrat eſſe communem.

Com. opin.

OPINIO XVIII

SVMMARIA

1 *Actio publiciana an & quando conceda[illegible] contra eum qui poſſidet cum titulo. & n. 2.*

2 *Actio publiciana datur ad inſtar rei vendicationis, & in ea veniunt fructus, quos etiam præcedit rei vendicatione.*

1 **R**Ei † vendicatio datur conceditur q; contra poſſidentem cum titulo, *l. ſi quam. in fin. ff. de rei vend.* ſed publiciana nunquam conceditur contra eum, qui poſſidet cum titulo, *l. ſiue autem,* §. *ſi duobus,* vbi Bar. & alii notant, *ff. de publ.* & rationem diuerſitatis aſſignant Bar. & omnes *in l. hereditatis. C. de pet. hered.* quam amplectitur Iaſ. *in* §. *ſed iſte. n. 19 & ſeq. Inſt. de act.* & communem dicit ibi Gomeſ. *nu. 13.*

Com. opin.

2 At † hoc non procedit, quando titulus eſt tranſlatus ab extraneo, ſed non ab herede poſt mortem defuncti: quo tunc publiciana conceditur contra titulo poſſidentem, ſecundum Sal. *in l. 1. C. de pet. her. & in l. fin. C. de rei vind.* & Alex. *conſ. 96. vol. 2.*

Fallit † etiam antedicta communis, quando per [illegible] excipieretur de titulo [illegible] quia eo caſu publiciana datur contra titulo poſſidentem, ſecundum Cyn. Bal. & Paul. Caſtr. *in l. cogi. in fin. de pet. hered.* Sed hoc verum eſt, quod † actio ipſa publiciana datur ad inſtar rei vendicationis, & in ea veniunt fructus, *l. cum qui.* §. *in publiciana. ff. de public.* Et in rei vendicatione fit etiam condemnatio fructuum perceptorum, *l. fructibus, & l. ex diuerſa.* §. *1. ff. de rei vendic.*

OPINIO XIX

SVMMARIA

1 *In actione publiciana ponitur hæc quadruplex forma libellandi.*

2 *Publiciana cum petitorio alternatiue cumulari poteſt, & libellus iſte procedit de ſola conſuetudine.*

1 **I**N † actione publiciana quadruplicem formam libellandi ponunt Gl. Dyn. Faber, Aret & alii *in* §. *ſed iſte, Inſt. de act.*

2 Sed tertia † forma libelli in publiciana tradita ibi per Gl. eſt iſta, quando actor alternatiue libellum ipſum conciperet, peteretq; rem ſeu bona ad ſe ſpectare, & pertinere ratione dominii, vel quaſi, & ſic poſſet publicianam cum petitorio alternatiue cumulari, & libellus iſte de ſola conſuetudine procedit, ſecundum Gloſſ. præmiſſam, & idem tenet Gl. *in l. 2. de lib. obl. ext.* & alii congeſti per Fel. *in c. cum contingat de offic. deleg. & in c. 2. de appell.* & ita conſuluit Socinus *conſ. 128. n. 1. cum aliis ſeq. vol. 2.* & opinionem iſtam vſque ad ſaturitatem explicat & declarat, quomodo & quando procedat, Iaſ. *in d.* §. *ſed iſte, n. 76. cum aliis [illegible]* vbi ſcribit eam communem, videlicet, quod libellus prædictus alternatiuus formatus de conſuetudine procedat.

Com. opin.

OPINIO XX

SVMMARIA

1 *Actio publiciana vt competat quæ requirantur. & n. [illegible]*

2 *Actio publiciana non competit ei qui nō poteſt vſucapere.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei poſt curſum 30. vel 40. annorum acquirit exceptionem, & publicianam actionem contra dominum: imo vtilem in rem; & conſequenter acquirit vtile dominium, vel effectum dominii.*

4 *Bonæ fidei ab agente publiciana, etſi non probari, tamen allegari debet, alioquin ſuccumbit.*

1 **A**Ctio † publiciana ad hoc vt competat, neceſſe eſt, q actor non modo habuerit titulum à non domino, bonamq; fidē, verum requiritur etiā, quod habuerit poſſeſſionem vacuam, id eſt, quod abſens ciuilē poſſeſſionem non habeat: & ſic neceſſario requiritur, q agenti prædicto publiciana tradatur poſſeſſio vacua, ſecundum Cyn. & Bar. *in l. cum res, n. 2. & 9. C. de probat.* & alios relatos per Alex. *conſ. 45. col. 2. & ſeq. vol. 5.* & per Dd. *in d. l. cum res.*

2 Et etiā † per ſupradictos Dd. & Iaſ. *in* §. *ſed iſte, nu. 16. & ſeq. Inſt. de act.* aſſignatur illa ratio, quia publiciana non competit ei qui nō poteſt vſucapere, *l. cum qui. ff. de public.* & ſic procedit argumentū de vſucapione ad publicianā, & opinionē iſtam perhibet eſſe magis cōmunem Alex. *in l. rem quæ nobis, nu. 8 circa fin. ff. de acq. poſſ.* & Prap. *in c. redintegranda. 3. q. 1.*

Com. opin.

3 Vnde aduerte † ad vnum valde vtile circa prmiſſa, quod bonæ fidei poſſeſſor poſt curſum 30. vel 40. annorū habet, ſiue acquirit exceptionem, & publicianam actionem contra dominum; imo vtilem in rem; & conſequenter acquirit vtile dominiū vel effectum dominii, *l. ſi duo,* §. *1. ff. de iureiur.* ſecus autem ſi foret malæ fidei poſſeſſor: quia tunc non acquireret niſi exceptionem; & diſtinctionem iſtam tradidit Gloſſ. & omnes *in l. 1. C. de public.* quam ſcribit magis communiter approbari Alex. *ibi n. 3.* à Doctoribus, & Additionator ad eundem Alex. in loco præmiſſo fatetur iſtam eſſe magis communem opinionem inter Scribentes ibi, quam etiam communiter ſequuntur in variis [illegible]. Deinde ad

Com. opin.

inſtr-

inſtitutum redeundo, concludo, quod ad hoc, vt a-
4 ctio huiuſmodi † Publiciana competat, deturque a-
licui, & quæ requirantur ad obtinendam in ea, mul-
ta quippe ſunt neceſſaria, de quibus per Bartholom.
Soc. *conſ. 61. in præſenti, vol. 1.* per Specul. *in tit. de action. & petit. §. ſequitur, verſ. quid ſi velis intentare Publicia-
nam, & ſeq. & in tit. de cauſa poſſ. & propriet. §. 2. circa
prin. & in tit. de locat. §. 1. verſ. cæterum, & in §. 6. verſ. 56.
& ſeq.* & per Gloſſ. magnam *in d. §. ſed iſte.* & per alios
Doct. præſertimque Iaſ. *num. 66.* ibi, vbi ipſa Gloſſa
ponit, & commemorat quinque neceſſaria. Ang. ve-
ro decem, inter quæ eſt bona fides, quæ vtique neceſ-
ſaria diſcernitur in authore, tam tempore emptio-
nis, quam traditionis. ¶ Et quamuis probatio illius
neceſſaria non ſit, opus eſt tamen, quod illa dedu-
tur ad hoc vt præſumatur. & conſequenter agens
Publiciana, ſi bonam fidem non alleget, ſuccumbit
dubio procul, licet ea præſumatur, *l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem Pollenti ff. de adul.* & firmat, & concedit
Bal. *in c. vnico §. ſi quis per triginta. in tit. ſi de feud. fuer.
controuer. inter dominum & agnatum.* Ang. *in l. cum quo.
§. fin. ff. de Publiciana.* Alciato *conſ. 94. in cauſa, & lite ver-
tente coram arbitris, vol. 2. & conſ. 67 in cauſa & lite, vol. 3.*
Bal. & Ang. *in l. ſuper longi. C. de præſcrip. long. temp.* Iaſ.
*in l. cum quid. col. 5. in 1. lectur. & in 2. lectur. col. 7. ff. ſi cer.
pet.* & Felin. *in c. fin. de præſcrip.*

OPINIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis, late ſumpto vocabulo, venit appella-
tione actionis.*

2 *Officium iudicis, & actio in quo differant, remiſſiue.*

1 ACTIONES † appellatione late ſumpto voca-
bulo venit officium iudicis, *l. actionis verbo, ff. de a-
ction. & oblig. iuncta l. inquilinos cum ibi notatis. ff. de da-
mno infect.* & ita firmant Gloſſ. *in l. 1. ff. de eden.* Tiraq. *in
tract. de vtroque retract. in tit. de retractu conſanguineo-
rum. §. 35 gloſſ. 4. nu. 30 fol. 127.* & Doct. omnes com-
Cõis opin. muniter *in c. fin. de offic. iud. & in l. 1. ff. de iuriſd. omnium
iud.* prout de illa communiter facit mentionem Alex. i-
bi, *nu. 28* & Dec. *nu. 23.* & Iaſ. *in prin. inſt. de action. nu. 54.
cum aliis ſeq. & in d. l. 1 nu. 8. & ſeq.* vbi ponit octo diffe-
2 rentias † inter officium iudicis, & actionem: & duo-
decim alias differentias diffuſe refert etiam ibidem
Cardinalis Albanus *in lucubrationibus in Bar. nu. 8. cum
aliis ſeq.*

OPINIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Dies tacita, licet impediat natiuitatem actionis, non
tamen impedit natiuitatem obligationis.*

1 ACTIONIS † natiuitatem licet dies tacita im-
pediat, tamen non impedit natiuitatem obliga-
tionis, quæ ſtatim naſcitur ante diem, quæ tacite in-
eſt, & ſubintelligitur ratione loci, ſecundum Bart. &
omnes *in l. interdum. ff. de ver. oblig.* quorum doctri-
nam ſequitur vltra alios ibi Alex. & ſupponit eſſe
Cõis opin. communem, *n. 3.* Cagnolus quoq;, & Dec. *n. 9. & ſeq.
in l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.* vbi eam pluri-
mum declarat, & ab omnibus fere contrariis tuetur.

OPINIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio an vitietur, ſi confinia, & locus delicti in li-
bello non exprimantur.*

1 ACCVSATIO † non vitiatur ob confinia in li-
bello non expreſſa, & præſertim ſi locus erat ſa-
tis cognitus, & ſic in criminalibus, quamuis requira-
tur pro ſolemnitate, & forma libelli accuſatorii lo-
cus commiſſi delicti cum ſuis finibus, vt *in l. libello-
rum. ff. de accuſat.* nihilominus ſi per expreſſionem i-
pſius loci citra vlla confinia expreſſa ſatis certus poſ-
ſit eſſe iudex, id ſufficit, & valet, ſuſtineturq; accuſa-
tio ipſa, non aliter, quam ſi confinia præmemorata
omnia ſigillatim expreſſa forent, ſecundum Bar. &
reliquos omnes *in l. demonſtratio falſa. in 7. quæſt. ff. de
cond. & demonſtr.* Iaſ. *in l. 1. nu. 13 ff. de liber. & poſthum.*
Bar. Alex. Iaſ. *nu. 14.* & cæteros communiter *in l. 2. per* Cõis opin.
textum ibi. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. *in l. de pupillo. §. qui
nuntiat. ff. de noui oper. nuntiat.* & iſta eſt vera, commu-
niſq; opinio, licet, & male quidem, Ang. *in l. hac con-
ſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſ.* contrarium aſſerat.

OPINIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *An accuſator etiam diem, cum loco, anno & menſe deli-
cti exprimere debeat in accuſatione. Et quid in ciuili-
bus cauſis n. 2.*

3 *An iudex ex officio cogere poſſit accuſatorem ad expri-
mendum diem delicti.*

4 *Accuſatio, ſeu inquiſitio quando valeat, non expreſſo in
ea loco, & tempore.*

5 *Accuſatio, vel inquiſitio valet, etiam ſi ignoretur perſo-
na delinquentis.*

ACCVSATOR, vel † fiſcus in cauſis criminali- 1
bus non cogitur exprimere diem in accuſatio-
ne; ſed ſufficit ſolummodo exprimere locum, an-
num, & menſem delicti, *l. libellorum. ff. de accuſ. & l. in
cauſis. C. eod. tit.* vbi tex. & Dd. Et † hoc idem habet lo- 2
cum in cauſis ciuilibus, nam actor in ipſis cauſis ci-
uilibus non tenetur exprimere diem contractus, nec
diem confeſſionis, dicti, vel proteſtationis, nec diem
rogitus Notarii, ſed ſufficit exprimere ſolum annum
& menſem abſq; die, *l. 1. §. editiones. ff. de eden.* vbi text.
Gloſſ. & Dd. tamen vbicunque reus in criminalibus
negotiis petit per accuſatorem, vel fiſcum, aut dela-
torem, ſeu denuntiatorem, vel inquirentem exprimi
diem delicti prætenſi, pro quo vexatur inſtando vel-
le diem in præmiſſis exprimi ad ſui defenſionem, &
pro ſui defenſione: quia velit, determinetq; probare
ſe illa die, quæ nominabitur, alibi fuiſſe, puta Aquilæ,
vel velit probare teſtes contra eum deponentes illa
die fuiſſe alibi, vel velit redarguere de falſo indicia, &
probationes, quæ contra eum proponuntur, tunc
accuſator denuntians, delator, & inquirens, & teſtes
tenentur exprimere diem præciſum, & locum loci,
ad hoc vt poſſit probari contrarium: nam vbicunq;
omiſſio loci, vel depoſitionis teſtium eſſet damnoſa
Reo, & ei [illegible] defenſionem, tunc exprimi debet
locus loci, & dies certus, alioquin non valet actus
contra eum, nec probatio, text. eſt *in l. arbitraria, §. ſi
quis Epheſi.* vbi not. Bar. per illum textum, & ibidem
Bal. & Ang. *ff. de eo quod cer. loco.* & hoc idem tenet Bar.
in l. is qui reum, n. 1. ff. de publ. iud. & in d. l. libellorum, nu. 12.
& Octauianus Veſtrius *in ſua pract. lib. 5. tit. de reſpon-
ſionibus Rei ad poſitiones actoris, col. 2. fol. paruo 79.* & iſta
eſt magis communis opinio, prout narrant Doct. in Cõis opin.
locis præmemoratis, & Hieronymus Chuccalon in
add. Bonifacii *de maleficiis, in rubric. quid ſit accuſatio in
forma productionis cauſæ, num. 12 ſuper litera B.* & eam ſe-
quitur Bal. *in l. 1. C. de re iud.* Rom. *in l. Pantonius. §. rei
perduellionis. ff. de acq. hered.* Ang. *in tract. maleficiorum, in
verſ. de anno præſenti. in prin. nu. 2.* & Auguſt. *in add. ibi.*
Franciſ. de Aret. *in c. qualiter, & quando. § debet. col. 7. de
accuſat.* Iaſ. *in d. l. arbitraria. §. ſi quis Epheſi.* & eruditiſſi-
mus D. Follerius *in pract. crim. in verſ. audiantur exce-
ptiones proponendæ per eos, nu. 49.* & Franciſ. Marci *deciſ.
724. in 1. par.* licet contrarium ſentiat conſulendo

Bertran. *conſ. 8. vol. 3. & conſ. 16. nihil opponit. vol. 6.* ſed ſi iudex cogeret accuſatorem ipſum ad exprimendum diem, tunc accuſator poſſet deponere cum iuramento, ſe non recordari de die, & excuſaretur quippe, &
Cōis opin. ita communiter practicatur, atteſtante Iulio Claro *in pract. crim. lib. 5. §. fin. quaeſt. 12. verſ. dixi etiam in fine.* & Bertran. *in d. conſ. 16. in fin.* & ita etiam vidimus obſeruari innumeris fere vicibus in praxi in variis tribu-
3 nalibus regni Neap. Sed aduerte, quod hoc † facere non poſſet iudex ex officio, verum duntaxat ad partis requiſitionem, & petitionem, vt admonet Octauian. Veſte. *in d. tit. de reſponſionibus Rei ad poſitiones actoris, col. 2. & ſeq.* Item text. *in d. l. libellorum.* requirens
4 exprimi locum, & † tempus maleficii, non procedit, ſecundum Bal. *in l. edita. in repet. Paduana. in 9. oppoſ. C. de eden.* ſubſiſtente iuſta cauſa ignorantiae in iudice, vt puta, quia ſecreto maleficium fuerit commiſſum, adeo, quod iudex ignorans tunc locum, & tempus, inquiſitio ipſa valeret & teneret, etiam ſi non apponeretur, alias maleficia remanerent impunita, quod
Cōis opin. eſſet abſurdum; & idem ſcribit Bal. *in c. 1. col. pen. quibus modis feud. amit.* quem ibi omnes alii Dd. ſequuntur.
5 Imo inquiſitio, vel accuſatio † procedit, & valet etiam ſi ignoraretur perſona, qua mediante delictum commiſſum eſſet, & conſequenter ſi ignoraretur perſona adulteri, qua mediante Titia accuſata, commiſiſſet adulterium, adhuc valeret, & teneret accuſatio, vt voluit Gl. *in c. libellorum 2. q. 8. in ver. Gaio Seio.* cui ibi inhaeret Archid. Bal. & Ang. *in l. ſi cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod met. cauſ.* Flor. *in l. item Mella. § ſi plures. ff. ad legem Aquil.* Aret. *in §. quadrupli col. 1. Inſt. de act.* Bal. Ang. Paul. de Caſt. Imol. & alii *in l. quoties §. ſi quis nomen. ff. de hered. inſt.* Alex. *conſ. 19. circa primum, col. 2. vol. 7.* & Imol. *in c. tua, col. 3. de procur.* & iſta eſt
Cōis opin. communis opinio, vt per Doct. memoratos. vnde ex his concluditur, quod perſona, cum qua commiſſum eſt delictum, debeat nominari in inquiſitione, ſi ſciatur, ſecus ſi ignoretur.

OPINIO XXV.

SVMMARIA.

1 *Accuſatus, pendente accuſatione electus ad aliquam dignitatem, licet poſtea abſoluatur, non tamen eſt retinendus in dignitate.*

2 *Accuſatus criminaliter, accuſatione pendente, non poteſt eſſe teſtis contra alium in cauſa criminali.*

1 ACCVSATVS, vel † inquiſitus pendente accuſatione promotus, vel electus ad aliquam dignitatem, & poſtea abſolutus non foret retinendus in dignitate, ſed deponendus, & puniendus, *l. qui ſtatus, & l. fin. ff. de re mil.* & ita concludunt Innoc. *in c. accuſatum. de ſimon.* & omnes Dd. *in c. omnipotens Deus, de accuſ.* vt per Auguſt. Beroum *ibi, nu. 5.*
Cōis opin. contrarium vero aſſerit Ioan. And. cum aliquibus aliis relatis per ipſum *in d. c. omnipotens.* per text. *in l. qui de libertate. ff. de liber. cauſ.* quorum tamen opiniones conatur more ſuo concordare Berous *in d. c. omnipotens, nu. 5. poſt Abb. ibi.*
2 Et ſimiliter iſte accuſatus † criminaliter, accuſatione pendente, non poteſt eſſe teſtis, nec in teſtem admittitur contra alium in cauſa criminali, *c. fin. de teſt.* & ibi Dd. & Spec. *in tit. de teſte. §. 1. verſ. item pendente.* & ibi Ioan. And. & Bal. *in add.* quia ea pendentia huiuſmodi accuſationis aggrauatur opinio accuſati, vt non dicatur integri ſtatus, ſecundum Dd. praecitatos.

OPINIO XXVI.

SVMMARIA.

1 *Infamis infamia iuris non poteſt accuſare.*

2 *Infamia iuris quae.*

3 *Infamis infamia iuris accuſare non poteſt in criminibus exceptis.*

4 *Infamis infamia facti repellitur ab accuſando de iure canonico, non autem de iure ciuili.*

5 *Infamia facti quae.*

6 *Infamis eſt ipſo facto, habens vxorem, & concubinam; item habens duas concubinas. n. 7.*

8 *Concubinarius non poteſt accuſare eum, qui ſuam concubinam cognouit, niſi eſſet eius patronus.*

9 *Subditus non poteſt accuſare ſuum ſuperiorem, maxime ſi opponat eum eſſe criminoſum & malae famae.*

10 *Familiares, ſerui, ac liberti an poſſint accuſare dominos.*

11 *Proceſſus factus ſuper accuſatione non valenti accuſare, valet, ſi non fuit oppoſitum accuſationi.*

ACCVSARE † non poteſt infamis infamia iuris, & ſic ab accuſando omnino repellitur, *l. qui accuſare, ff. de accuſ.* vbi Bar. & *c. infames. 6. q. 1.* & idem Bar. *in l. infames ff. de pub. iudic.* Salic. & omnes Legiſtae communiter *in l. criminis. C. qui accuſ. non poſſ.* Ang. *in tract. maleficiorum, in ver. ad querelam Titii infraſcripti, ſuper verſ. accuſare non poteſt ille qui eſt infamis, num. 23.* 1
Abb. *nu. 7.* & omnes Canoniſtae communiter *in c. 1. de. accuſ.* & opinionem iſtam aiunt eſſe communem tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum, Moder. inibi, & Hier. Cucchalon *in add. ad Ang. in tract. maleficiorum, in loco praecitato.* Et illa dicitur † infamia iuris, (ne ignorentur termini praemiſſae communis) ſecundum Abb. *in d. c. 1.* quae eſt ſecundum leges ciuiles, vel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, vt *l. 1. & ſeq. ff. de his qui notan. infam.* vel mediante ſententia, vt habetur *in l. infamem ff. de pub. iud. & in c. probibetur. 2. q. 1. & in d. l. qui accuſare.* Et iſte infamis, † ſeu potius infamis ex damnatione publici iudicii, minime poteſt in exceptis criminibus accuſare, vt per Gl. eleganter *in d. l. qui iudicio. ff. de accuſ.* quam ſequitur Bar. ibi, & Berous *in d. c. 1. n. 43.* vbi recitat communiter approbari, quamuis regulariter inhabiles in criminibus exceptuatis admittantur ad accuſandum, *l. famoſi. ff. ad legem Iuliam maieſt. l. mulierem. ff. de accuſ.* & notat Spec. *in tit. de accuſatore. §. 1. circa fin.* Idemq; obſeruari † videmus in infame infamia facti, qui ab accuſando repellitur, ſecundum Gloſſ. Abb. *nu. 7.* & omnes Canoniſtas communiter *in d. c. 1.* Goffr. *in c. omnipotens Deus, de accuſ.* & Spec. *in d. §. 1.* ſed opinio iſthaec procedit de iure canonico, & eſt communis, vt per Moder *in d. c. 1.* Caeterum de iure ciuili huiuſmodi infamis infamia facti accuſare poteſt, & ab accuſatione ipſa nullo pacto repellitur; vt efficax teſtimonium eſt Bar. *in d. l. qui accuſare, n. 7.* Abb. Marian. Soc. & Ioan. de Imol. *in d. c. 1.* & iſtam ſcribunt fore communem opinionem Berous *ibi n. 44* & Hieronymus Cucchalon *in add. ad Ang. de maleficiis in loco praecitato.* Vnde aduerte, quod iſta † infamia facti dicitur, vbicunq; eſt laeſa fama, ſeu aeſtimatio alicuius propter factum ab eo commiſſum apud bonos & graues viros, vt per Dyn. *in c. infamibus. de reg. iur.* & Bar. *in l. 1. de his qui not. infam.* Et concludit Bal. *in l. neminem. C. de inceſt. nupt.* quod † habens vnam vxorem, & vnam concubinam eſt infamis ipſo facto; & non admittitur ad accuſandum de publico crimine. Idemque habens † duas concubinas infamis apparet, vt voluit Gloſſ. ſecundum eum *in § final. in Authent. quibus modis natur. effic. legit.* Imo iſte concubinarius † accuſare non poteſt eum, qui eius concubinam carnaliter cognouit, niſi eſſet eius patronus; ſecundum Bar. *in leg. ſi vxor. in princip. ff. de adulter.* & ibi Alexand. Necnon ſubditus † accuſare nequit ſuum ſuperiorem, & eo praeſertim caſu, quando ſuperior in accuſatione propoſita, vel proponenda aduerſus eum opponat, quod ſubditus iſte reperia-

periatur criminoſus, vilis opinionis, & malæ famæ, vt voluit Abb. *in c. nulli Epiſcoporum, num. 7. de accuſat.* vbi refert ita tenere Innoc. & communiter omnes Doct. *Cōis opin.*
10 Idemq; videmus † in ſeruis, familiaribus, & libertis, qui nullo modo accuſare poſſunt eorum patronum, ſeu dominum, *l. pen. & fin. Cod. qui accuſ. non poſſ.* & ita firmat Ang. *in d. tract. maleficiorum. in verſ. ad querelam Titij, nu. 27.* & Gand. *in tract. de maleficiis, ſub rubr. qui accuſare poſſunt, n. 2.* imo ſeruus, vel familiaris ipſe non ſolum repellitur ab accuſando dominum, ſed etiam puniri debet, *l. unquam. C. qui accuſ. non poſſ. & c. fin. 3. q. vltima*; ſed hoc vtiliter limitat, declaratq; Felyn. in quatuor caſibus non obtinere locum *in d. c. nulli*, qui text. intelligitur, ac interpretatur in familiari criminoſo procedere, ſecundum communem intellectum, de quo per Dec. *in d. c. dilectus col. 4. de excep.* *Cōis opin.*
11 Sed ſi accuſatio facta eſſet à perſonis iſtis prohibitis † parte non opponente, procederet quippe, & valeret proceſſus, ſecundum Doct. omnes *in d. cap. 1.* Bar. & Alex. *in l. 1. § accuſationem. ff. ad Turpi.* & ſolennem Doctorem D. Follerium *in pract. crim. in verſ. audiantur exceptiones proponendæ per eos, num. 41.* Ang. *in d. verſ. ad querelam Titij, num. 40.* & iſta eſt communis, teſte Aret. *in d. c. 1.* & Hieronymo Cucchalon. in add. ad Ang. *in d. verſ. ad querelam Titij, ſub num. 40.* *Cōis opin.*

OPINIO XXVII.

SVMMARIA.

1 *Accuſatio falſi, & cæterorum criminum, regulariter durat vſque ad viginti annos.*

2 *Inquiſitio formata ex officio iudicis, tollitur viginti annis.*

1 ACCVSATIO falſi, ac † cæterorum criminum regulariter durat vſq; ad viginti annorum curriculum, & ſpatium; & conſequenter accuſatio, ſeu querela in iſtis criminibus poteſt tolli præmemorato tempore; quo elapſo amplius de falſo cognoſci nequit, *l. querelam. C. ad legem Cor. de falſ.* vbi Gloſſ. & omnes Doct. hoc firmant, & Angel. Aret. *in tract. maleficiorum in verſ. falſario. in queſt. incip. quare vſq; ad quantum tempus*, Gandinus *in tract. maleficiorum. in tit. qui accuſare poſſunt, nu. 28.* Paul. Caſt. *conſ. 184. vol. antiquo*, & iſtam explanat magis communem opinionem fore, Boer. *deciſ. 26. n. 5. & ſeq.* & ita extitiſſe iudicatum in Camera Imperiali, planum facit Ioachimus *in obſeruatione 35, centuria 4.* *Cōis opin.* Idemque videmus
2 in inquiſitione † ex officio iudicis, quæ tollitur ſimpliciter viginti annis, ſecundum Bar. Salyc. Raph. & omnes *in d. l. querelam*, & Anchar. *conſ. 90.* vbi tenet, quod ſublato iure querelandi, ſublatum ſit etiam ius inquirendi, & iſtorum Doctorum opinionem demonſtrat communem eſſe Iaſſ. eedus *deciſ. 486.* *Cōis opin.* Sed caſu quo tranſactis ipſis viginti annis, agererur in caſibus præmiſſis, tam vigore accuſationis, quam inquiſitionis antedictæ contra accuſatum, vel inquiſitum, & tunc vexatus, ac moleſtatus præſcriptionis exceptionem non opponeret, poſſet quippe iudex procedere in cauſa ad condemnationem, vt determinatum reperi in Conſiſtorio Imperiali, atteſtante Ioachimo *in præallegata obſeruatione 35. ante finem.*

OPINIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus abſolutus per pœnitentiam, an de crimine commiſſo ante baptiſmum accuſari poſſit.*

1 ACCVSARI poteſt Iudæus † abſolutus per pœnitentiam de crimine ante baptiſmum cōmiſſo; & ſic baptiſmus iſte non tollit accuſationem, & pœnam delicti, vt concedunt Gloſſ. Hoſt. Innoc. Ant. Abb. & Pet. de Peruſio *in c. gaudemus. de diuor.* Card. Alex. *in c. deinde. 26. diſt. & Domini 25. diſt. 1.* Abb. Marianus, & Aret. *in c. de his extr. de accuſ.* vbi Ioan. de Anna. & Berous, *num. 15.* aſſeuerat iſtorum opinionem magis communem eſſe, idemque fatetur Dec. *conſil. 130.* *Cōis opin.* Marquardus *in tract. de Iudæis, & infidelibus, in 3. par. c. 5. num. 1.* & Felyn. *in c. teſtimonium, ſub num. 31. de teſt. & atteſtationibus*, & ibi diligentiſſimus D. Brunorus à Sole, vir & eruditus, & diſertus in add. & Additionator ad Thom. Ferrat. *in cautela 24. ſub num. 4. in litera A.* & Dec. & Marcus Mantua *in c. quæ in eccleſiarum, num. 42. de conſtit.* vbi allegat communem iſtam, eamque ſimiliter ab omnibus contrariis iuerit. *Cōis opin.* In contrariam vero partem, videlicet, quod Iudæus per baptiſmum euitet accuſationem criminis, per ipſum perpetrati, & quod ipſi Iudæo baptizato plenaria delictorum præteritorum remiſſio concesſa ſit, & quod intelligatur facta remiſſio fori ſecularis, inclinauerunt Gloſſ. *in c. quod autem. 32. quæſt. 1.* Cald. Ant. Ioan. de Imol. & Felyn. *in d. c. de his.* & Ruin. *conſil. 9. col. fi. 1. vol. 5.* vbi ſcribit, quod in iudicis arbitrio reſidet eligere hanc vltimam ſententiam, & hoc idem concedunt Marcus Ant. Blancus *in pract. crim. in cautelis pro reis defendendis. caut. 1. nu. 3. & ſeq.* & Thomas Ferrat. *in d. cautela 24. nu. 4. poſt medium*, vbi nunciat, quod ita tenent communiter Theologi, & in facti contingentia mediante patrocinio prædicto, per Ruin. cuidam Iudæo effecto Chriſtiano, poſt cōmiſſum magnū furtum fuit obtentum Paduæ. *Cōis opin.* Et ita cōſuluit etiam Ang. de Vbald. *conſ. 31. n. 4. cum aliis ſeqq. inter conſ. crimin. diuerſor. tom. 2.* Ang. de Caſtr. *conſ. 32. n. 1. cum aliis ſeqq.* Ant. Vilatus *conſ. 33.* vbi *n. 10.* meminit ita Paduæ fuiſſe iudicatum, & Io. Baptiſta de Roſellis, *conſ. 34. n. 1. cum cæteris ſeqq.* & Ant. Turchetus *conſ. 35.* & Ang. de Caſtro *conſ. 36. eod. tom. 2.* Et demum iſtorum opiniones non abſq; modico labore conatur reducere ad facilem conſonantiam, & concordiam Berous *in d. c. de his, nu. 15. & 19.* & Brunorus à Sole. in add. Felyn. *in d. c. teſtimonium*, ſed ipſe fretus ſtabili fundamento veræ fidei, amplector primam opinionem tanquam magis piam, & canonicam ob rationes citatas, & aſſignatas per omnes Doct. præmemoratos: prout hoc idem nouiter mediante lege fuit ſtabilitum in Catechiſmo, ex decreto Concilii Tridentini, ad Parochos, Pii Quinti iuſſu edito *in tit. de baptiſmi ſacramento, ſub verſ. iam vero in baptiſmo non ſolum peccata remittuntur, fol pagina 204.* vbi determinat Catechiſmus peccata, & peccatorum pœnas per baptiſmum remitti, non autem pœnas illas condonari, quæ ciuilibus iudiciis perſoluendæ forent.

OPINIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *Maior viginti annis regulariter poteſt accuſare, quamuis ſit minor vigintiquinque.*

2 *Crimina probātur per teſtes, non autē per accuſatores.*

3 *Maior 25. annis poteſt in criminalibus eſſe teſtis.*

4 *Argumentum de teſte ad accuſatorem valet affirmatiuè.*

ACCVSARE regulariter † poteſt maior viginti 1 annis, quantumuis ſit minor vigintiquinque; vt notat, & firmat Bar. poſt Gl. *in l. 2. ff. de accuſa.* quorum ſententiam innuit cōmunem fore, Abb. & Moder. *in c. 1. de accuſat.* *Cōis opinio.* Vbi eam comprobant ſimiliter, hac ratione; quia † qui poteſt in criminalibus teſtificari, 2 a multo facilius poteſt accuſare; maior n. h. bil: as in teſte, quā in accuſatore requiritur. vtpute quia crimina per teſtes, non aūt per accuſatores probantur,

3 c. licet Heli de ſimonia. c. de cætero. & fin. de teſt. Sed † maior viginti quinque annis valet in criminalibus teſtificari, *l. in teſtimonium. cum ibi notatis.* ergo & cætera.
4 Imo valet argumentum † de teſte ad accuſatorem, argumento notatorum per Gloſſ. & Bar. *in l. qui iudicio. ff. de accuſ.* quod quippe procedit affirmatiue, hoc modo quis admittitur ad teſtificandum in criminalibus, ergo & ad accuſandum admittetur, *cap. teſtes. 4. quæſt. 3.*

OPINIO XXX.

SVMMARIA.

1 *Acta curiæ non requirunt teſtes, eiuſq; ratio.*
2 *Donatio ſi inſinuetur, non eſt neceſſaria teſtium ſubſcriptio.*
3 *Teſtes in actis extraiudicialibus de neceſſitate adhiberi debent.*
4 *Actis iudicij creditur ſine teſtibus, dummodo in illis dies appoſita ſit.*
5 *Acta iudicialia, vt valeant, debent continere diem, locum, & menſem, in quo celebrantur.*
6 *Notarius actorum conficiens acta, tenetur explicare à quibus perſonis, & ad cuius inſtantiam geſta ſint; eiuſque ratio. num. 7.*
8 *Notarius actorum an poſſit committere alteri, vt acta, tanquam eius ſubſtitutus, ſcribat.*
9 *Acta inchoata per vnum notarium an poſſint per alium perfici.*
10 *Acta coram arbitro facta, an teſtes exigant pro eorum firmitate.*
11 *Inſtrumentum mandati, & alij contractus an poſſint fieri apud acta ſine teſtibus & infra ſub num. 14.*
12 *Scriptura quælibet facta coram iudice, dicitur de actis.*
13 *Acta vocantur, quæ fiunt coram iudice.*
14 *Acta propriè dicuntur quæ facta ſunt in iudicio.*
15 *Sententia diffinitiua dicitur de actis, ſeu proceſſu iudicij, & ſufficit, quod ea ſcripta in actis ſit abſque teſtibus.*
16 *Clerici, vel monachi poſſunt exercere officium tabellionatus, & ſcribere acta in cauſa hæreticorum, cum in ea ſoli religioſi ad ſcribendum acta admittantur.*
17 *Notarius inquiſitionis licet iurauerit in principio ſui officij, tamen iteratum tenetur iurare, dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis.*
18 *Teſtes contra hæreticos coram duobus teſtibus religioſis examinari, & corã eiſdem eorum dicta ſcribi debent.*
19 *Teſtium examinationi, in omnibus cauſis arduis, vt res ſine ſuſpicione procedat, aliqui teſtes fide digni adhiberi debent.*
20 *Teſtes hodie mala conſuetudine per actuarium iudicis examinantur.*
21 *Negligentia omnia lædit, maxime cum negligitur quod eſt de neceſſitate ſalutis. num. 22.*
23 *Negligentia in eo quis tenetur diligentiam præſtare, eſt peccatum mortale, maxime in prælato. num. 24.*
25 *Dominus negligens punire ſubditum priuatur dominio directo.*
26 *Iudex negligens, ab officio remouetur. Item tutor, executor, procurator, medicus, curator, cuſtos, & vigil. num. 27.*
28 *Iudex diligenter tenetur aſſiſtere examinationi teſtium in cauſis criminalibus.*
29 *Negligens nemo eſſe debet in ſuo officio.*
30 *Negligentia iudicis in quibus committatur.*
31 *Iudex negligens, ſi ex negligentia ſua damnum inferat partibus, tenetur id illis reſtituere in foro conſcientiæ, ſi fuerit in dolo, vel lata culpa.*
32 *Teſtes ſuper canonizatione alicuius ſancti examinandi, debent examinari ſecreto, & ſeparatim, cum ſolita diligentia.*
33 *Teſtium examinatio fieri debet ſecreto, & non in præſentia partium.*

ACTA curiæ non † requirunt aliquo modo teſtes ad eorum corroborationem: ſiquidem abſque teſtibus habent publicam fidem, ex quo acta ipſa ſuſcipiunt authoritatem ex præſentia iudicis, non autem ex perſona tabellionis, & actuaris curiæ, vt per Bar. *in l. emancipatione. Cod. de fide inſtrum.* cum quo ſentiunt Doct. apoſtillantes ibi, & Bal. *in l. geſta. C. de re iud.* Gloſſ. *in l. fin. C. de re iud.* Bal. & Salyc. *in l. in donationibus. C. de donat.* Specul. *de fide inſtrum. § 1. eſtat. verſ. ſed cum literis. col. 9.* Ang. *in l. poſt mortem. ff. de adopt.* Gloſſ. Bal. Ant. de But. Abb. Imol. & alii *in d. cap. quoniam contra,* & iſta eſt communis opinio; de qua teſtatur Lanfran. *in repetit. c. quoniam contra; num 24. in rub. de probat.* & Moder. inibi, & præſertim Mantua, *num. 40.* & Berous *ſub num. 74. cum alia ſeq* & Maranta *in tract. de iudiciis. in 6. par. principali. ſuper 10. actu, nu. 51.* Com. opin. 1
Et mouentur Doct. præcitati † ad ita dicendum per 2
textum *in l. in donationibus. Cod. de donat.* ſecundum communem intellectum Bar. ibi, & aliorum, Gof. & Innoc. *in c. poſt ceſſionem. de probat.* vbi ſi donatio inſinuetur, non eſt neceſſaria ſubſcriptio teſtium, cum publica monumenta ſufficiant, dicit textus.

§ Et ratio, quod acta curiæ non requirant teſtes, eſſe poteſt; quia inducunt notorium, *c. fin. de cohab. cleric. l. ciues. C. de appellat. c. euidentia. de accuſat.* Iaſ. *in l. aut prætor. num. 2. ff. de iureiur. & in l. cum qui in prouincia. nu. 9. ff. ſi cert. petatur.* vbi de communi, Alex. *conſ. 106. num. 27. vol. 3. viſo themate.* Bart. *in l. in ſumma num. 1. ff. de re iudic.* Zaſ. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 47. ff. de acquir. poſſeſſ.* Andr. Gail *lib. 1. obſer. Cameral. obſ. 51. num. 10.* vbi in fine limitat, per *l. iudices C. de fid. inſtrum.* Iac. Beret. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 59. nu. 6.* addo Innoc. *in c. ex inſinuatione. in fin. extr. de appel.* & Roman. *conſ. 227. ante num. 4.*

§ Et acta ipſa ſunt tanti momenti, vt non ſolum actis prædictis, ſed etiam inſertis apud acta parte citata detur fides, ita Puteus *deciſ. 28. in tit. de fide inſtrumentorum.* Et ſic inſerto in ſententia creditur quoq; atq; plena fides præſtatur, teſte Creſcen. *deciſ. 134.*

§ Et quamuis teſtes in actis curiarum non requirantur, vt ſuperius oſtendimus: tamen in actis extraiudicialibus teſtes omnino, & de neceſſitate debent 3
adhiberi, ſecundum Gloſſ. *in l. fin. C. de re iudic. & in l. donationibus. C. de donat.* vbi Salyc. profert magnum quippe verbum ita communiter ſeruari, & refert Com. opin.
Dec. *in d. c. quoniam contra, num. 76. & ſeq.* vbi diffuſe iſtam materiam explicat. Secundo claudit † eadem communis opinio, vt credatur actis iudicii ſcriptis per actuarium ipſius iudicii, etiam ſine teſtium ſubſcriptione, dummodo in illis actibus dies contineatur, ſecundum Specul. *in tit. de inſtrumen. editio. §. oſtenſo, verſ & ſciat, & in § reſtat videre, verſ. ſed cum literis. in fin. §.* Imo acta ipſa iudicialia † non ſolum 5
diem, ſed etiam locum, & menſem, & annum, in quo celebrantur, continere debent, alias non valent modo aliquo, *d. c. quoniam contra,* & ibi notant Gloſſ. & Doct. Gloſſ. Bar. Bal. *col. 4.* & alii *in l. 2. C. de eden.* Innocen. *c. in primis. de probat.* Maranta *in d. tract. iudiciorum. in 6. par. principali. in 10. actu. de actorum editione, num. 49.* & Bal. *in rubr. de fide inſtrum. colum. 2.* vbi ponit exemplum in iudiciis, curiis, & in decretis. Imo ſcriba, acta † conficiens, denique explicare tenetur, & 6
debet etiam neceſſario, à quibus perſonis fiant ipſa acta, *d. c. quoniam contra,* & ibi omnes Canoniſtæ, &

præſer-

7 præſertim Beroius num. 210. Et ratio † aſſignatur iſ- hæc, quoniam acta ipſa ſcribi debent ad inſtantiam Partis, ita Dec. *in d. c. quoniam contra*, poſt Ang. *conſil. 286. col. 1* & eſt Gl. not. *in l. ſancimus. C. ad Trebel.* & habetur in *l. peremptorium. ff. de iudic.* Et propterea iudex cautus ſemper debet facere, & curare, vt ſcribatur ad cuius petitionem actus iudicialis geritur, vt ſententia lata, aliaque geſta eſſe videantur ad Partis petitionem, neque poſſint aliquo prætextu retractari. 8 Tertio coarctatur etiam † communis prædicta, vt licet authoritate iudicis faciant fidem acta ſcripta per eius actuarium, iuxta notata *in d. c. quoniam contra*, non tamē actuarius ipſe alteri penitus extraneo hoc committere poſſet, vt voluit Innoc. ibi. Et ratio eſt, nam ex quo iudex authoritatem, induſtriam, & fidelitatem antedicti tabellionis elegit, non videtur ei committere, quod habeat nudum, & induſtrioſum officium, vt illud alius committat, niſi ſpecialis iudicis authoritas interueniat, vt in c. fi. §. *in cæteris de offic. deleg.* & Doct. *in d. c. quoniam contra.* Vnde acta per 9 vnum Notarium † inchoata, per alium nullatenus perfici debent, niſi primus ipſe Notarius impeditus fuerit, & ibi Bald. & omnes alii *C. de ſportul.* Bar. *in l. 2. ff. de offic. conſul.* Ang. *in §. hanc nobis. col. 2. in auth. de hæred. & falcid.* Lanfran. *in d. c. quoniam contra. in verſ. [illegible] col. 10.* & ibi etiam Dec. *in ſe. Rom. conſ. 283. in ne pr[illegible] n. 6.* & Maranta *in d. ſpe. de iudiciis. in 6. par. [illegible]* 10 *ſub tit. de actis, de actorum ad[illegible], n. 14.* Quarto † limitatur quoque communis præmemorata, quod licet acta coram iudice, teſtes non requirant, tamen acta coram arbitro facta abſque dubio aliquo teſtes exigūt. Alex. *conſ. 19. in his, quæ in themate narrata ſunt, ſub n. 3. vol. 2.* & Soc. *in tract. fallentiarum reg. 9.* & vide Ang. *con. 198.* ¶ Cæterū aduerte, quod iſta opinio procedit poſſet in arbitris voluntariis, non autem in arbitris neceſſariis electis à ſtatuto habentibus ordinariam iuriſdictionem, nā tunc acta facta coram eis probarent, nempe ſine appoſitione teſtiū; cum nulla admodum foret differentia ſtatutis iudices ordinarios, & ipſos arbitros ſtatuto electos, & vocatos, & acta tamē coram arbitris neceſſariis facta ſine teſtib. fidem facerent, quemadmodum acta facta coram iudice ordinario, ſecundū Marc. Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſis. n. 9.* & *de ord. [illegible]*, *ſub n. 2. 4.* & Barbatiam *in d. c. quoniam contra. n. 24. & ſeq.* vbi Abb. & Aug. Ber. *ſub [illegible]* palā facit iſtam eſſe communem opinionem, & ita obſeruatur quotidie in regno, abſque ſcrupulo aliquo in actis factis coram arbitris, à regia pragmatica [illegible] 11 cata. Quinto † interpretatur quoque prædicta communis, quod inſtrumentum factum in iudicio foret propter dictis, non requireret vel tunc teſtes de neceſſitate, niſi appareret conſuetudo contraria, ſed ineſſet propriè [illegible]tractus, vt inſtrumentum mandati factum apud acta, & in hoc quippe caſu requireret teſtes, vt per Bal. *in rub. C. de fide inſtr. col. 2.* & per Innoc. *in c. poſt ceſſionem. in gl. 1. de probat.* & *in c. cum in iure peritum de* 12 *offic. deleg.* Ant. & Abb. *in d. c. quoniam contra*, & Ruin. *conſ. 126. ſuper dubio, ſub n. 3. vol. 2.* vbi ita conſuluit, & in medium reſeruauit iſtam eſſe magis communem opinionem, & Io. Bapt. Ferretus etiam *conſ. 22. de delegatis, & ſubdelegatis ſub n. 2. & ſeq. vol. 2.* ſed ego in tribunalibus maioribus, atque minoribus regni, ſemper vidi obſeruari opinionem contrariam Aretin. *in d. c. quoniam contra*, & ſic fieri penes acta curiarum inſtrumenta mandati ſine teſtibus, & aliorum contractuum emptionis, & venditionis, locationis, & cuiuſcumque 13 alterius generis. Et non dubito † hoc de iure ſubſiſtere poſſe, nam quælibet ſcriptura facta coram iudice, dicitur de actis, ita Bar. *in prin.* & Bal. *col. 4. in l. [illegible] C. de ſacroſ. eccleſ.* Imo etiam omnia, quæ fiunt coram iudice, dicuntur, & † nuncupantur acta, *d. c. quoniam* 13 *contra*, & Card. *in c. ſæpe. §. & quia. in 2. q. de verb. ſign.* Nec non etiam acta † propriè dicūtur, quę facta, celebra- 14 taque ſunt in iudicio, *l. acta de re iud.* & Alex. *in l. 1. in pr. ff. de verb. oblig.* ¶ Vnde ex his concludo contra Bal. & ſequaces, omnes quippe contractus poſſe fieri apud acta curię ſine teſtibus, vtpote quia tunc acta ipſa, & conſequenter contractus celebrati coram iudice, & tabellione in iudicio, & ſcripta in libro ordinario curiarū, in quo ſolent ſcribi alia acta, ſine teſtib. inducunt pleniſſimam fidem, ſiquidē acta iudicii propriè dicūtur omnes ſcripturæ. Notarii actorum factæ de commiſſione iudicis, Bal. *in auth. quæ ſupplicatio. col. 1. C. de preci. impe. offe.* & ita in facto contingentia iudicauit Rota Romana, atteſtante conſummatiſſimo D. Quintil. Mand. in add. ad Lap. *in alleg. [illegible]* *ſub lit. E.* quod mandatum celebratum, ſed prāmiſſis partibus [illegible] acta præſente, & mandāte iudice ſine teſtiū interuentu valeat, & teneat, & pleniſſimam fidē inducat, & illa eſt veritas, vt oſtendit 15 in terminis Dec. *in d. c. quoniam contra n. 77. & ſeq.* & ita obſeruatur vbique de communi antiquiſſimo ſtylo curiarum omnium. ¶ Et quamuis aliqui ex noſtris Doct. & præſertim Gl. & Abb. *in d. c. quoniā contra*, in medium expoſuerint, cautius fore in omnibus actib. præiudicialibus, quæ de ſui natura in iudiciis exercentur, & poſtiſſimè alicuius momenti, teſtes apponere, & præſertim in appellationū interpoſitionibus, in mandatis, & prolationib. ſententiarum, tamen iſta eſſet nimis ſcrupuloſitas dubitandi de geſtis coram iudice, & in iudicio, eo præſente, & authorizante, & de ſcripturis, quæ, vt Margaritæ precioſiſſimę conſeruari conſueuerunt in archiuis publicis, vt illa acta teſtes exigerēt. vnde tutius eſſet iudicio meo, vt Partes ſuſpicantes de aliquo præiudicio quomodolibet oriendo, ſumerent copiā authenticā de actibus prædictis præiudicialibus, & eam penes ſe retinerēt, & conſeruarent. Retenta † itaque opinione iſta, vt veriſſima, 16 concludo in publicatione ſententiæ, conſtitutione procuratoris apud acta, & in appellatione à ſententia ſtandū eſſe actis ſine teſtibus. cū ſententia diffinitiua dicatur de actis, ſeu proceſſu iudicii, & ſufficit, quod ea ſcripta ſit in actis ſine teſtibus, ſecundum Io. And. Abb. & Aret. *in d. c. quoniā contra*, Cyn. Bal. Paul. Caſt. & alios *in l. 2. C. vt lite pen.* Alex. & cæteros omnes *in l. a diui. ff. de re iud.* & iſta eſt cōmunis opin. teſte Dec. *in d. c. quoniā contra*, & Aug. Beroio, *n. 56. cum aliis ſeq. poſt* Bar. *in l. in fraudem. § nouiſſ. ff. de iure fiſ.* & *in l. 2. in p. C. de edend.* Sexto non habet hæc †, eadem communis locum in cauſa hæreſis, in qua, fauore fidei Chriſtianæ, 16 & religionis, & in odium hæreticorum, acta debent neceſſario ſcribi à Notario, qui ſit clericus, vel monachus, *c. vt officium. § verū. quia in ſinalib. verbis*, vbi Gl. *in ver. compete. de hæret. in 6.* & not. cum aliis cōgeſtis per dom. Nic. de Arela. *in tract. de hæretico. n. 37.* Quia † quidē Notarius inquiſitionis, etiam quod in initio, in principio officii ſingulariter illud exercere, 17 tenetur quoque iterū iurare, *c. ſi aſſumantur in cauſa inquiſitionis*, *§ ex. eſt in clem. 1. §. porro.* & ibi Gl. *de hæret.* & Nic. Arelat. *in d. tract. de hæreticis ſub [illegible] n. 2. cum aliis aggregatis ibi per eum.* Et † in ipſa cauſa hæreſis ſingu- 18 ter de forma eſſentiali ſunt examinandi teſtes coram duob. teſtib. religioſis, *d. c. vt officiū. § verum quia*, & Io. Gundiſſaln. de Villadiego *in tra. contra hæreticā prauitatē q. 13. n. 18.* vbi firmat ēt per tex. *in d. § verum quia*, quod non ſolū examinationi teſtiū contra hæreticos, duę perſonę religioſę adhiberi debeāt, ſed ēt in conſcribendo eorundē depoſitiones interueniunt tenerētur

duo

duo religioſi. & ſic habes caſum in quo, licet cum iu-
dice adſit tabellio, tamen iudex debet examinare
teſtes coram duobus teſtibus religioſis, & coram eiſ-
dem teſtibus tenetur actuarius ſcribere eorum di-
cta. Adde Menoch *de arbit. iudic. quaeſt. q. 29. in fin. lib. 2.*
Illud autem hoc requiritur, quod in cauſa hæreſis
publicatio non fiat, teſte eodem Menoch. *quaeſt. 33.*
19 *num. 5.* Et hoc eatenus † procedit, & amplificatur, vt
iſta practica examinandi teſtes obſeruari deberet e-
tiam; vt res ſine ſuſpicione aliqua procederet, in o-
mnibus factis arduis, ſecundum Abb. *in c. cauſam de*
teſtib. & Gundiſſaluum de Villadiego *in d. tract. con-*
tra hæreticam prauitatem quaeſt. 15. ſub num. 17. ¶ Et hinc
vtiliter proferebat non ab re Bal. *in l. nullam. col. 2. C. de*
teſtib. Nic. Ma. ſolitum aſſeuerare, quod in omni-
bus cauſis arduis teſtes deponere deberent, hone-
ſtis perſonis, & fide dignis præſentibus: nam lau-
dabilis vigilantia eſt iudicum, & examinatorum, &
optimum nempe conſilium, quod teſtes in ipſis ne-
gotiis arduis examinentur coram aliquibus teſti-
bus idoneis, honeſtis, & in dignitate conſtitutis, qui
iurarent non reuelare teſtium depoſitiones, donec
fuerit publicatum; vt hoc ſecretum ſit Partibus, ac
etiam aduocatis, & procuratoribus, ne examinator
etiam ſuſpectus ſit partibus, vt per Gloſſ. & Bart. *in l.*
cuſtodiae ff. de public. iudic. & per eundem *in l. ſi poſtulaue-*
rit. § qui ſtrone ff. de adult. & per Paul. Caſtr. *in l. lege*
20 *obuenire ff. de legib.* Sed hodie † in hac pœnitus calami-
toſa tempeſtate noſtra plena ſentibus, & ſpinis, in
qua non ſolum in negotiis arduis, in quibus de ſtatu
hominis, & eius vita, & honore agitur, non exami-
nantur teſtes coram teſtibus idoneis, verum etiam
ad informationem, inſtructionemque curiarum te-
ſtes ſæpiſſime examinantur per eorum actuarios,
nullo iudicum modo in ſuis depoſitionibus inter-
uenientibus iudicibus: vnde ſilentio prætereun-
dum non arbitror, cæterum multarum ſaluti, ſi re-
feratur, fore proficuum; quod ſumma negligentia
hodie cernitur in aliquibus iudicibus in omni gene-
re boni operis & ſic in examinandis teſtibus in cau-
ſis grauibus; dum ſæpenumero toleratur, vt exami-
nentur teſtes in cauſis grauiſſimis, per ſuos tantum-
modo actuarios, ob quod equidem euenit illud
21 quod non [illegible] loqui. Vnde † nemini debet
mirum videri ſi negligentia [illegible] § *ſed & ſi pi-*
gritia collat. [illegible] *de quaeſt. & ſpen. C. de collatio.* Et
22 potiſſimum quando † prætermittitur illud, quod
eſt de neceſſitate ſalutis, & tunc, ſiue ſciens, ſi-
ue ſit circumſtantia, ſemper erit peccatum morta-
le, præcipueque ſi illa negligentia fuerit aliqua ſen-
23 tilla craſſa, vel ſupina: Merito itaque † negligen-
tia in eo, qui tenetur diligentiam præſtare, inducit
peccatum mortale, ita Mar. Socin. *conſ. in. proſequendo*
col. 2. vol. 2. & Crauett. *conſil. 152. num. 4.* ſic concedit in
terminis Calder. *conſil. 4. in fine, in tit. de conſuet.* per
text. in c. illa, 12 diſtin. & in c. tam, 1. q. 2. Quod negli-
24 gentia † dicitur peccatum mortale in Prælato obli-
gato aliquid facere, vbi firmat etiam, quod non ad-
mittitur paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit,
etiamſi ipſe ignoret, per textum *de reg. iuris. c. quanu-*
is. Et ſic negligentia in Prælato eſt peccatum mor-
tale, vt per Gloſſ. *in c. vnum* [illegible] *in ver. negligentia*
25. diſt. vbi affirmat, quod Prælatus negligens redu-
cere diſcordes ad concordiam, peccat mortaliter.
Alii vero qui non ſunt Prælati, vel Superiores peccant
venialiter, vt inquit textus eo in loco, & hoc idem,
quod Prælatus obnoxius ex officio ſubditum corri-
gere, non corrigendo eum, peccet mortaliter, ſequi-
tur, & commendat quoque S. Bernardinus prædictus
noſter, in ſuis ſermonibus, *in ſermone de* [illegible]
bon. & mal. cap. 2. in littera D. fol. 473. vbi hoc ſimiliter
comprobat magiſtraliter ratione, authoritate, & ſi-
militudine. Et facit Gl. *in c. ad apoſtolicæ, in ver. pacem, de*
re iudic. lib. 6. quæ dicit, quod ille, qui non amat pa-
cem, non erit hæres Chriſti. Et propterea Dominus
negligens † punire ſubditum priuatur dominio di- 25
recto, vt per Felyn. *in c.* [illegible] *de hæret.* cum
negligens in puniendo delinquentem, dicatur fau-
tor eius, *c. quanto, de ſent. excommunic. c. nec regimini,*
2. quaeſt. 7. ca. negligere, 2. quaeſt. 7. & c. error, 83. diſt. Imo
non ſolum Prælatus tenetur ex perſona propria va-
care viſitationi Monaſteriis, *cap. vnico, § pen. de cler. ægrot.*
ſed etiam de omnibus ſibi commiſſis rationem red-
dere: & ſic de fratribus, ſi non corrigat, moneat, &
informet, vt de iure tenetur, & neceſſitas expoſcit,
c. vlt. de conſ. in 6. & procurationes, *extr. de conſ.* vbi Petr.
de Anchar. Vnde non † immerito quoque iudex ab 26
officio remoueri poteſt, ſi valde negligenter verſe-
tur, ita Bal. *in l. 1. § quare, in fin. ff. de offic. præfect. vrb.* &
Dec. *in l. pen. C. de poſt.* Prouidem in tutore de iure
probatum ſimiliter eſt, negligere circa adminiſtra-
tionem bonorum pupilli, vt per Corn. *conſ. 119. vol. 4.*
Roman. *conſ. 80.* Ac idem in executore teſtamenti
hoc idem prouiſum reperitur, vt voluit Paul. Caſtr.
conſ. 332. vol. 2. Idemque ſtatutum eſt etiam in ſimpli-
ci procuratore, quem iudex remouere debet ab offi-
cio propter negligentiam, iuxta *l. eum qui ſurrogit, C. de*
procurat. Nec à prædictis excluditur quoque medi-
cus negligens, circa curam infirmi tenetur l. Corne-
lia, de Sicar. & voluit Ang. *in l. neceſſarias, § ſi quis, ff.*
ad Syllan. Vnde qui tenetur mederi ægroto, & pro lo-
co & tempore ſubtrahit medicationis viam, morta-
liter quippe peccat, & hinc eſt, quod medicus, qui
aut ex negligentia, aut ex imperitia non ſanauit in-
firmum, non poſſet ſine diſpenſatione promoueri,
vt per Ant. de But. *in c. ad aures, in 2. not. de ætat. & qua-*
lit. Sicque poſſeſſor hæreditatis illam ſimiliter con-
ſeruare tenetur, *l. Diuus ff. de petit. hæred.* Ergo denique
in curatore, & cuſtode, *ff. de ma.* [illegible] Et ſimili-
ter de negligentia Prælati pœna eſt depoſitio, *c. 4. de-*
ſtinauit, diſt. & c. placuit, [illegible] Præterea hoc idem ſta-
tuitur quoque locum in cuſtodibus nocturnis caſtrorum,
ciuitatum, & aliorum locorum, qui alias excubitores
vel vigiles appellantur. nam negligentia ipſorum puni-
enda eſt, ſecundum Gabr. *l. 3. ff. de offic. præfect. vigil. l. mi-*
lites & l. carceris, in fin. ff. de cuſtod. reor. & l. vnicam, C. de
annon. & tribu. lib. 10. Vtpote quia ad officium cuſto-
dis ſpectat pulſatio campanarum, vt per Io. Andr. *in*
c. clementes, de homicid. & Doct. vniuerſaliter omnes *in*
c. 1. de offic. cuſtod. Vnde Ezech. *33. cap.* ſcriptum eſt, ſi
ſpeculator viderit gladium venientem, & non ſo-
nuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, vene-
ritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem
in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem eius
de manu ſpeculatoris requiram. Quia negligentia
eſt traductionis † nouerca, vt in ca. nihil, 83. diſt. & no- 27
tat. & firmat Card. *in clemen. 2. § 1. de ſepul.* & Specul.
de aduo. verſ. 9. ver. item cautus. Et hinc † admonitos eſ- 28
ſe volo iudices omnes, vt vigilantiſſimos ſe oſten-
dant in examinandis teſtibus, in negociis grauibus,
nec in ſe ipſis ſpem, rationeſque collocatas habere ve-
lint, expectantes repetitionem ipſorum teſtium, co-
ram eis faciendam congruo loco, & tempore, ſiqui-
dem ſæpe teſtes aſſerunt, quod tabellio aliter ſcripſe-
rit, quam ipſi depoſuerunt ad cauendum aliqua diſ-
crimina [illegible] potius ad dicta quam re-
ſtitit expeditiſſime ſe primis coram depoſitionibus [illegible]
[illegible] per omnia, & ego tanquam
exper-

expertus loquor vidiſſe hiſce oculis, quamplures depoſitiones ex propria ceruice tabellionum ſcriptas, & poſtmodum inuitis quippe dentibus confirmatas à teſtibus tempore repetitionis factæ, potius lugen-
29 das, quam referendas. Et tanto magis, quod † nemo debet eſſe negligens in ſuo officio, *l. ſi duas. §. nemina. ff. de excuſ. tut. l. cum plures. §. minimum ff. de admin. tuto. & l. Diuus Marcus. in fin. ff. de offic. præſid.* Et aduerte, quod
30 negligentia iudicis † committitur in non recipiendo libellum querimoniarum, nec teſtes, nec in aduertendo quid ſcribatur apud acta, nec in prouidendo reis inquiſitis, & miſerabilibus perſonis de aduocato, nec in curando reuoluere libros, & de illis excutere puluerem, & facit ipſum teneri, *l. mancipia,* & ibi Bal. *C. de ſer. fugi. & in l. ſi quando, col. 1. C. de teſtib.* & Io. Tabienſis *in ſumma Tabiena. in verbo iudex. §. 21. in 2.*
31 *par.* Et ſic iudex † negligens, ſi ex negligentia ſua damnum aliquod illatum ſit Partibus, tenetur ad reſtitutionem, & ad illud reſarciendum, ſecundum Gl. *in ver. negligentia,* Abb. & alios omnes, tam antiquos, quam Modernos communiter *in d. c. quoniam contra,* & Tabienſem *in d. ſumma Tabiena in ver. index. §. 20.* vbi concedit iſtam communem veram eſſe, & locum obtinere in foro animæ, ſi iudex fuerit in dolo, vel
32 lata culpa. Sed vt ad † rem noſtrã veluti longo poſtliminio redeam, coarctatur etiam ſeptimo antedicta communis, vbicunq; examinarentur teſtes ſuper canonizatione alicuius Sancti, *c. venerabili. de teſtib.* nam deberent tunc examinari ſecũdum eſſentialem formam traditam per Papam ibi, ſcilic. ſecreto, & ſigillatim, ac ſeparatim, cum ea quippe diligentia, quę ſolet, conſueuitq; in teſtibus adhiberi. Et hoc iuſti-
33 ficatur, ea nimirum † ratione, nam examinatio teſtiũ fieri debet ſecreto, & non in præſentia partium, vt habetur per Gl. *in l. minime,* & ibi per Paul. Caſt. & alios omnes *ff. de legib.* & per Specul. *in tit. de teſte in § id tractandum, col. fi.* & per Gl. *in l. laudabile. C. de aduoc. diuer. iud.*

Septimo & vltimo reſtringitur quoq; eadémmet communis, per regiam pragmaticam de præſenti an. 1603. editam, atque in Regno promulgatam, in qua diſponitur, his formalibus verbis; *In tutte le obligantie, ò plegiarie, che ſi piglieranno ſi qualſiuoglia tribunale, da qualſiuoglia Maeſtro di Atti, ſi debba l' obligante ſottoſcriuerſi di ſua propria mano, in preſentia di doi teſtimonij, ch' aſſerchino di conoſcerlo, & declarino la qualità dell' obligato. e non ſapendo ſcriuere, ſi debba ſottoſcriuere il notario per eſſo, ch' aſſeriſca conoſcere detto obligato. i. e. In omnibus obligationibus, aut literis, quæ ſumuntur de quocunque Tribunali, aut de quocunq; Actorum magiſtro, debet obligatus ſubſcribi propria manu, in præſentia duorum teſtium, qui aſſerant ſe eum nouiſſe, & declarent qualitatem obligati, & ſi neſciat ſcribere, ſubſcribet Notarius pro ipſo, qui aſſerat ſe ipſum nouiſſe.*

OPINIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus contra iuramentum tenet, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, licet contrafaciens ſit periurus, vt in promittente alicui non vendere rem ſuam alteri, cum iuramento, quod pactum licet iuratum, non poteſt impedire venditionem, & dominij translationem.*

1 ACtus geſtus in † temporalibus contra iuramentum valet & tenet, licet gerens, & contrafaciens periurus ſit, ſecundum Innocent. Hoſtien. Ioan. Andr. Abb. *ſub num. 17. & ſeq.* Ioan. de Imol. & alios omnes communiter *in cap. dilecti. de præben.* & Io. de Imol. *in repe. c. cum contingat. in 9. membro, verſ. ſed circa iſtud. de iureiur.* & Oldr. *conſil. 127 viſo inſtrumento pacti muniti, ſub nu. 2.* vbi tradit exemplum congruum huiuſcemodi communis ſententiæ, in promittente alicui de non vendendo rem ſuam alteri, etiam cum iuramento, quod pactum hoc tunc [illegible] iuramento roboratum ſit, nihilominus impedire non poſſet venditionem, & dominii translationem. & ſic iſtorum opinio communis eſt, quæ ſecundum Io. Andr. *in d. c. dilecto,* procedit quoque in ſpiritualibus, *c. ſicut ex literis. de ſponſ.* ſaltem ſi illa non ſint mere ſpiritualia, vt voluit Ioan. de Imol. *in d. c. dilectio, & in d. c. cum contingat in 9. membro.*

OPINIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *Acta facta in iudicio ſummario, non obſtant in iudicio ordinario.*
2 *Teſtes examinati in iudicio ſummario, non probant in iudicio ordinario.*
3 *Acta in vno iudicio ſummario probant inter eaſdem perſonas, in alio iudicio ſummario.*
4 *Acta coram iudice ſeculari facta, fidem faciunt coram iudice Eccleſiaſtico inter eaſdem perſonas. Et an acta in vno iudicio facta, probent etiam in alio, non ſolum, inter eaſdem, ſed etiam diuerſas perſonas. nu. 5. 6. & 7. Item an atteſtationes, & teſtes in vno iudicio examinati. Item confeſſio faciat fidem in alio. nu. 8. 9. & 10. Et an acta producens, inſtrumentum publicum cenſeatur producere. num. 11. & 12.*

ACta facta in iudicio † ſummario, ſiue iuramentum ibidem præſtitum, ſiue ſententia lata, 1
ſeu vbi articulus incidens ſummarie, verbi gratia dominii, vel poſſeſſionis ventilatur non obſtant in iudicio ordinario, ſecundum Bar. *in l. ſi iudex. in fi. ff. de bo. qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. oblig.* vbi hoc idem firmant Iaſ. Ripa, & omnes Scriben. vnanimiter, & concorditer, Corne. quoq; *conſ. 126 n. 2. vol. 4. per tex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. & in l. ſed ſi ante. ff. de except.* & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. *in d. § duo fratres.* Et ratio videtur iſta; quia † teſtes examinati in iudi- 2
cio ſummario nõ probant in iudicio ordinario, text. & Dd. *in c. veniens. de teſt.* Bar. *in l. ſæpe. in fin. ff. de re iud.* Bal. & Dd. *in l. 2. C. de eden.* Tamen nota, quod † acta 3
in vno iudicio ſummario probarent vtiq; inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario, ſecundum Corn. *in prætitato conſ. 126. n. 3.* & Moder. *in d. c. veniens, & in d. § duo fratres.* Alex. Cagnol. *n. 10.* Ripam, *n. 33.* Bolog. *32.* & alios vnanimi voto omnes *in l. 2. C. de eden.* Ant. Crofium *conſil. 48. Magnifici, vol. 1.* Imo acta coram iudicibus † ſecularibus facta fidem quoq; fa- 4
ciunt ſine omni dubio, etiam coram iudicibus eccleſiaſticis inter eaſdem perſonas, vt per Bal. *in l. 2. num. 3. ff. de feriis,* Felyn. *in c. cauſam quæ, num. 4. de teſtib.* Menoch. *conſ. 367. Duo ſunt, n. 25. vol. 4.* Prout etiam acta facta in vno iudicio † probant itidem in alio, non 5
ſolum inter eaſdem perſonas: ſed inter omnes, nõ de effectu facti: verum de facto ipſo, *c. cum olim, de verb. ſignif. l. geſta, C. de re iud. c. quoniam contra, de probat.* vbi habetur acta iſta perpetuo probare: atque inducere notorium, vt per Alex. Ripam, *n. 33* & Cagnol. *n. 100. in allegata l. 2. C. de eden.* Et demum acta ipſa † inter 6
diuerſas perſonas facta, in omnem euentum ſemiplenam inter alios inducunt probationem, vt aperit cum ſuo apparatu D. Vincent. de Franchis *deciſ. 138. Venationes, num. 4. 8. & 12.*

Et quamuis acta † in vna cauſa facta non probent 7
in alia cauſa nihilominus tamẽ depoſitiones, atteſtationes-

tioneſque teſtium abſque vllo ſcrupulo probant, atque fidem faciunt, ita Alex. poſt Bar. *in l. eos, de falſis,*
Cōis opin. Bar. & alii omnes conformiter, & præſertim Bolognet. *in l. 2. num. 59. C. de eden.* & Carauit. *in ritu 241.* vbi affabre quidem concedit, reum, contra quem atteſtationes ipſæ reproducuntur, habere electionem illas acceptandi, procurandi repetitionem eorundem teſtium, alias examinatorum, & ita conſului, & vidi in practica obſeruari, in Curia noſtra Aquilana, de menſe Ianuarii. 1586. aſſidente tunc ibi ea iudice integerrimo, D. Baptiſta Cacciauino de Ciuitate Do-
8 cali. Et ſic † teſtes examinati in vno iudicio faciunt fidem in alio inter eaſdem perſonas, vt per Menoch. *conſ. 366. in controuerſia, nu. 14. & ſeq. vol. 4.* vbi hoc amplificat, & vtiliter declarat, *& conſ. ſequenti, nu. 24. cum aliis ſeqq.* & Simon de Prætis *conſ. 129. ex facto propони-*
9 *tur, num. 30. vol. 1.* Alios vero † ſeptem caſus, in quibus teſtes examinati coram vno iudice, faciant fidem coram alio, refert cum ſuis circumſtantiis Io. Campeg. *in tract. de teſtibus, in reg. 335.* Eſt tamen bene ve-
10 rum, quod † confeſſio facta in vno iudicio per principalem, atq; inter eaſdem perſonas nullam admodum facit fidem in alio iudicio, vbicunque aduerſus confeſſionem illam extiterit iudicatum, vt firmauere Alex. *num. 27.* Ripa, *num. 21.* & Bolognet. *n. 68. cum ſeqq. in d. l. 2. C. de eden.* & Paul. Æmil. Verallus *deciſ. 197. Confeſſio facta in vno iudicio, in 1. par.* vbi depromit ita in Rota Romana iudicatum extitiſſe.

11 Vnde attingendo † centrum præſentis ſpeculationis, animaduertendum eſt, quod producens acta, non videtur producere inſtrumenta publica, & præſertim non regiſtrata in actis, ita Innoc. & alii con-
Cōis opin. formiter omnes *in c. quoniam contra, de probat.* & Alex. *in l. in fraudem, §. neque inſtrumenta, de iure fiſci.* Sed v-
12 bicunque † producerentur acta, & omnia contenta in eis, tunc vtiq; cenſeretur productum inſtrumentum, in actis deductum: ſicut in eo, qui producit ſacculum cum omnibus in eo contentis: quæ quidem productio valeret tunc, atque teneret abſque dubitatione aliqua, vt voluit Ioan. Andr. *in tit. de inſtrument. edit. in §. videndum reſtat, in verſ. item non exhibeat, in add. incipiente de facto ſeruatur.*

OPINIO XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Adulteri & adultera qua pœna puniri debeant. & n. 2.*
3 *Adulterium eſt grauiſſimum delictum, & crimini læſæ Maieſt. proximum. & num. 4.*
5 *Conatus in adulterio, & raptu an puniatur.*
6 *Adultera de iure authenticorum & regni, qua pœna afficiatur.*
7 *Maritus reperiens vxorem cum adultero, an ambos impune poſſit occidere. Et an familiares & amici, ad occidendum adulterum conuocati, vlla pœna ſint mulctandi num. 9.*
8 *Maritus grauius fert adulterium, quam proprii filii mortem.*
10 *Pater, ſeu maritus, licet poſſint impune adulteros occidere, tamen non poſſunt committere alteri licentiam propria authoritate occidendi adulteros.*
11 *Pater licentiam proprio filio dare poteſt occidendi adulteros propria authoritate.*
12 *Pater, & filius eadem perſona reputantur.*
13 *Pater, & filius pro vna perſona tantum ſoluunt tributum, vni perſonæ impoſitum, quia cenſentur vna, eademque perſona.*
14 *Filius pro patre ſeruire poteſt, vbicunque eſt electa induſtria perſonæ patris.*
15 *Pater, & filius ſunt copulatiue nexu diuino.*
16 *Filius de alio confidere plus non debet, quam de patre, & è conuerſo.*
17 *Filius non eſt integer homo, ſed pars paterni corporis.*
18 *Patris nomen non ſolum naturæ nomen eſt, ſed religionis etiam, & reuerentiæ.*
19 *Filius pro patre mori debet.*
20 *Pater dicitur ſuperior, cui filius obedire tenetur.*
21 *Patris iuſſus excuſat filium à periurio.*
22 *Filius excuſatur ex præcepto patris.*
23 *Patris iuſſu honeſtis obſequendum eſt, turpibus vero nequaquam.*
24 *Filius poteſt propulſare violentiam illatam patri, pro eo liberando, ac ſi ipſi filio illata eſſet.*
25 *Occidens adulteram, ſeu adulterum, etiam lege permittente, incurrit peccatum mortale.*
26 *Maritus recipiens vxorem adulteram, & eam ſibi reconcilians, non poteſt in poſterum eam de adulterio accuſare.*
27 *Adultera in quibus caſibus accuſari, & dimitti, & in quibus excuſari, & non accuſari poſſit remiſſiue.*
28 *Mulier lucratur dotis augmentum ex adulterio mariti.*
29 *Adulter grauius peccat, quam adultera.*
30 *Adulterari magis licere maritis, quam vxoribus ſuis, maxima eſt cæcitas.*
31 *Luxuria amarior eſt ipſa morte.*
32 *Remedium ad euitandum adulterium quod ſit, cum exemplo Ioſephi, & nonnullis authoritatibus noui, & veteris Teſtamenti.*
33 *Adulterium maius peccatum in viro quam in vxore.*
34 *Adulterii crimen non extinguitur per matrimonium ſubſecutum.*
35 *Lenonum pœna quæ.*

ADVLTERI puniri † debent pœna mortis naturalis, vltimique ſupplicii, ſecundum omnes 1
Doct. per text. *ibi, in l. quamuis. C. de adul.* Gloſſ. & ceteros *in c. tua. de procurator.* vbi Imol. explanat, quod legiſtæ ita communiter tenent, & iſtam magis communem opinionem fore aſſeuerat Alex. *conſ. 13. nu. 3.* Cōis opin.
vol. 7. imo adulterum ipſum eadem pœna mulctat in matrimonio putatiuo, qua in vero, ſecundum Paul. Caſtr. *conſ. 147. vol. 2.* & Crauet. *conſ. 205. num. 36.* ¶ Nec lex iſta contra adulteros promulgata, iniqua cenſeri debet, cum de ea meminerit in ſpecie Caietanus *in 2. ſecunda quæſt. 64. art. 11.* Thom. & Palud. *in 4. ſententiarum. diſt. 37. quæſt. 11. art. 1.* Ioan. Maior. ibi *diſtin. 35. quæſt. 1.* & Frater Ioannes noſter vir illuſtris doctrina, & ſanctitate in ſermonibus quadrageſimalibus, *in ſerm. 22. de adulterio. q. 2. col. 10.* imo ſimiliter lege Moſaica erat ſtatuta eadem mortis pœna contra adulteros, *Leuitici 20. Deuter. 22. Dan. 13.* & ob hoc ſcribæ, & Phariſæi adduxerunt ad Chriſtum mulierem, in adulterio deprehenſam, dicentes, quod Moyſes iuſſerat, huiuſmodi mulieres lapidari, *Ioan. 8.*
Sed † ſi hodie omnes tales adulteræ lapidarentur, 2
tela, & camiſæ, ſeu interulæ virorum caro precio venderentur propter mulierum paucitatem. Et ſic patet, quod leges ciuiles ſunt conformes legi diuinæ. Quoniam adulterium † eſt grauiſſimum crimen, 3
vt per Doct. in *c. at ſi clerici. §. de adulteriis. ext. de iudi.* & per Coraſium in *miſcel. iur. ciuil. lib. 2. cap. 1. num. 1. cum aliis ſeqq.* vbi etiam aliqua adducit in contrariam partem. Imo † probat Bertran. *conſ. 316. num. 12. & 14. vo-* 4
lum. 2. adulterium crimen fore læſæ Maieſtatis proximum, & furto longe grauius. Imo ſunt † ita etiam 5
grauiſſima facinora adulterium, & raptus, quod conatus in eis puniri ſoleat, vt firmat Bertran. *conſ. 169. num. 4. vol. 3.* licet contrarium tenuerit in raptu Marſ. *conſ. 105.* & hoc apertè oſtenditur *in c. quod in omnibus. 32. quæſt.*

quæſt.7. reprobante adulterium, vbi ſic dicitur, quod
in omnibus peccatis adulterio grauius eſt? ſic tamen
loquitur ille text. ad deteſtationem criminis: quia
multa crimina contra præcepta ſecundæ tabulæ ſunt
grauiora adulterio: vt homicidium, inceſtus, ſacrile-
gium, & fractio voti continentiæ. ſecundum namq;
in pœnis tenet locum, vbi Gloſſ. in pœnis, ideſt, in
prohibitionibus ſecundæ tabulæ Moyſi, nam pri-
ma prohibitio ſecundæ tabulæ eſt illa, non occides.
ſecunda vero prohibitio illa videtur, quæ immedia-
te ſequitur, ſcilicet non mœchaberis: ex qua itaq; con-
cluditur, quod adulterium eſt grauius furto, ſcilicet
ex genere: poteſt tamen aliquod furtum eſſe grauius
aliquo adulterio ex circumſtantia: vtpote de illo,
qui multum furatur, & cum magna libidine, reſpe-
ctu illius, qui parum delectatur in adulterio. Et hæc
mortis pœna in adulterio ipſo in regno Neap. muta-
ta non reperitur, teſte Andr. de Iſer. & Afflict. *in prim.*
in Conſtit. legum aſperitate. lib.3. rub 42. & haemet pœ-
na mortis, plectebatur adultera quoque, *l. caſtitatem,*
& dict. l. quamuis. Cod. de adult.
6 Sed iure authenticorum † mutata extitit in aliam
minorem, videlicet, vt adultera verberari debeat, &
poſtmodum in monaſterium detrudi, iuxta *authen.*
ſed hodie. Cod. de adulter. & not. Placentious *in tractat.*
de accuſat. tit. 3. num. 14. Conſtitutione autem regni
præcitata, legum aſperitate, punitur adultera con-
fiſcationis bonorum pœna, niſi ea matrimonio vio-
lato, ſeu alio filios habeat, traditurque viro ſuo, vt
truncare ei naſum debeat, atque poſſit. verum ſi vir
hoc agere nolit publice flagellanda venit, & ſic in
iudicio, probato adulterio conceditur marito vindi-
cta prædicta truncationis naſi. Et antedicta conſti-
tutio legum aſperitate videtur ſimilis legi alias con-
ditæ, & promulgatæ per Seleucum Locrenſium
Principem, qui teſte Valerio *lib.6.cap.7.* ſtatuerat le-
gem, vt quicunque adulteraretur, vtroque oculo
priuaretur. accidit autem vnicum filium ſuum adul-
terari: ob quod equidem ipſe Seleucus iuſſit legem
in eum adimpleri, ſed multitudo populi hoc exequi
penitus renuebat: quo viſo dixit, ea quo tantum in-
ſtatis pro filio meo, ſic fiet: nam mihi alter oculus,
& illi alter eruetur: vt ſaltem ſic lex mea impleatur;
quod & ita executioni demandatum extitit. Imo
ipſa conſtitutio, ſeu Imperator ibi ſumpſit exem-
plum à legibus, ſeu moribus Cumæorum, vt refert
Plutarchus in problemat. quia apud Cumæos ipſos,
mulieres in adulterio deprehenſæ, tali verecunda
pœna affligebatur: eas etiam aſino inſidentes, nudas
per vrbem trahentes, vt etiam adnotuit Alciat. *Pa-*
rerg. lib.11.cap.47. quod apud nos obſeruatur ſolum-
modo in mulieribus, quæ pluribus maritis eodem
tempore inuentæ ſunt nupſiſſe.

Nam adulterii pœna iam pro nihilo habetur, &
de ea iudices ridere ſolent, vt commemorat Socin.
iunior *conſil.34. num.8. volum. 2.* & Paulus de Caſtro
conſil. 277. in cauſa incarceratorum, ſub num. 3. volum.2.
Sed Martialis *in quodam ſuo epigrammate ad maritum,*
in 3. libro promolgauit, quodammodo ſententiam
ſuam contra prælibatam regni conſtitutionem le-
gum aſperitate, aſſerendo ibi, quod dum abſciderat
maritus nares mœcho, opportuiſſe determinat po-
tius abſcidere mentulam, qua peccauerat. inquit ita-
que inibi:

Quis tibi perſuaſit nares abſcidere mœcho?
Non hac peccatum eſt parte marite tibi.
Stulte quid egiſti? nihil hic tua perdidit vxor.
Cum ſit ſalua tibi mentula Deiphobi.

Epigrammaton. Martialis ad maritum:

Chi t' hà moſſo à tagliar, marito, il naſo
Al tuo Berton, che con quel membro fatto
Vergogna non t' hauea, ne vero danno?
Folle, ch' has fatto? che tua moglie quinci
Perdita alcuna non riceue. poi
Che del Ruffiano il battiſteo le reſta.

Si vero in † actu ipſo adulterii maritus reperit v- 7
xorem cum adultero, ambos ſine mora protracta
poteſt impune occidere, conſtitutione regni, exor-
diente ſi maritus vxorem, & hoc non ab re conſtitu-
tum extitit. Nam tam † ægre fert maritus adulterũ 8
ipſum, vt moleſtius id patiatur, quam proprii filii
mortem, *l. codicillis. § matre. ff. de legat. 2.* & notat Oze-
rius in *§. eſt autem, ſub num.5. Inſtit. de hered. inſtit.* & li-
bentius etiam, atteſtante Hieronymo *in Amos cap. 7.*
audiat vxorem ſuam interfici, quam pollui. Et licet
vnus ex adulteris deprehenſus in adulterio aufuge-
ret, tũc nihilominus maritus poſſet occidere alium,
qui non aufugit, text. eſt *in l. adulter. in princ. & in l.*
nihil intereſt. ff. ad legem Iuliam. de adult. Et quemad-
modum patri, ſeu † marito permittitur adulteros 9
ſuæ vxoris, & filiæ impune occidere, ita hoc amplia-
tur etiam, vt pater, vel maritus adulteros ipſos occi-
dere, & trucidare impune ſimiliter poſſit conuoca-
tis amicis, & familiaribus ſuis, ſecundum Iaſ. *in l.1. §.*
fin. nu.5. ff. de oper noui nunci. Felyn. *in c.1. ext. de praeſcri.*
num.5. & in c. fi. § is autem. col.2. ext. de offic deleg. Marſil.
ſing.175 conceſſo vno, Paul. Caſtr. *in l. raptores. C. de epiſc.*
& cler. Tyraq. *in tract. de retract. § 26. gl.1. nu.68. & ſeq.*
Soc. iun. *conſ.34. in cauſa nobilis viri, nu.12. cum aliis ſeq.*
vol.2. & Alex. *in l. ſi plagis, nu.20. ff. de ver. oblig* vbi ad lu-
cem adducit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Sed aduerte, quod quamuis † marito, & patri li- 10
ceat impune occidere adulteros etiam conuocatis
amicis, tamen idem maritus ſeu pater non poſſet al-
teri cõmittere, vt filiam, ſeu vxorem adulteram occi-
deret, vt firmat Bar. *in l. nõ ſolum. § ſi mandato meo col. 2.*
ff. de iniur. Bal. *in l. accuſationibus. C. quod met. cauſ.* Sa-
lyc. *in l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult.* & Rol. à Valle
cum aliis congeſtis per eum, *conſil. 34. ſcio etenim apud*
legum vertices, n.19 cum aliis ſeqq. vol.2. vbi ita conſuluit, Cōis
& in medium retulerit iſtam eſſe communem ſen- opin.
tentiam. Quod equidem † non procederet in fi- 11
lio, cui nempe pater committere poſſet, vt adul-
teros occideret, ſecundum Bar. *in d. l. non ſolum. § ſi*
mandato meo, Salyc. *in d. l. Gracchus,* Felyn *in c. ſi vero.*
de ſent. excom. Diaz *in regula 534 pater,* Hyppolitus Ri-
min. *in l. vt vim, nu.384.* & Rul. à Valle *in d. conſ.34. ſub*
nu.11. & 27. & ſeq. cum aliis quam plurimis aggregatis
per Couarruuiam *in epit. in 2. par. c.7. §.7.* vbi admonet
iſtam opinionem communem eſſe, licet ab ea ibi a- Cōis
liquibus artificioſis argumentis male recedat. Sed opin.
iſthæc opinio communis, tanquam veriſſima fulci-
tur † optima hac quidem ratione, nam pater, & filius 12
eadem perſona cenſentur, & eſſe reputantur, *l. fin. C.*
de impub. & aliis ſubſtitutionibus, & c. contradicimus. in ſi.
35. q.3. & not. Spec. *in tit. de feudis. § 2. n.14.* Marſ. *in ſing.*
160. pater, & filius, & Pariſ. *conſ.84 nu.47. vol.1.* & eſt tex.
etiam expreſſus *in l. cum ſcimus. in fin. C. de agric. & cenſ.*
lib.11. quem aſſerit aureum Bald. *conſ.234. col. 1. vol.1.*
& hanc rationem ad deciſionem præſentis quæſtio-
nis plurimum extollit Rol. à Valle *in d. conſ.34. nu.27.*
& ſeq. Et adeo hoc † verum eſt, quod pater, & filius 13
vna, eademque perſona cenſentur, ſtante, quod pro
vna tantum perſona ſoluunt, & ſoluere tenentur tri-
butum vnicuique perſonæ impoſitum, ſecundum
Bar. *in l.1. §. domini. il 2. ff. ad Syllanianum,* Iaſ. *in l. filius*

paciſcendo.colum.1. C.de pact. Bal.in l.etiam.colum.penult.
Cod. de exec.rei iud. & Crauer.conſil.249.numer.49.&
Nicolaum Feſtaſium in tract. de aſtimo, & collectu. in
1.par.in princip.num.62.cum aliis ſeqq.vbi aſſignat ratio-
nem, & ampliat hoc procedere etiam in filio eman-
cipato.

Comprobatur etiam ſecundo eadem commu-
14 nis, quod † licet pater authoritate propria trucidare
queat adulteros, lege permittente, ex priuilegio ab
eadem lege ſibi elargito; tamen vbicunque indu-
ſtria perſonæ electa foret, filius tunc pro patre de-
ſeruire poſſet abſque dubio aliquo, ſecundum Lud.
Roman. in l.1.ff.de in ius vocan.allegantem textum in l.
ſciendum. §. legati.ff. de leg. quem refert, & ſequitur
Marſil.ſing.160.

Tertio comprobatur quoque prælibata commu-
15 nis opinio ex eo, quod † pater, & filius cenſentur co-
pulatiue, iure quoque diuino, ita Bal.in l.cum in adopti-
16 uis. col. 2. C. de adop. Et ideo † pater ipſe de alio plus
confidere non debet, quam de filio, & verſa vice fi-
lius de alio confidere plus non debet, quam de pa-
tre, l quidam cum filium ff.de hered.inſtit. & tradit Iaſ.in
17 l.1.colum.fin.C.de collat. Vnde cum † filius non ſit ho-
mo integer, ſed potius pars corporis patris, d.l. cum
ſcimus.circa princip.& notat Franciſc.Aret. in l.quod di-
citur. colum.1.ff. de verb. oblig. Mar. Soc.conſil.31.proſe-
quendo volum. 1. & conſil. 252. viſis, num. 13. volum. 2. Et
18 cum nomen pater † non tantum naturæ nomen ap-
pareat, ſed etiam religionis, obedientiæ, & reueren-
tiæ, atteſtante Syluestro Aldobran. in proœmio Inſtit.
19 Non mirandum ergo erit, ſi † per patrem deman-
dari poſſit filio vindicta occidendi adulteros. & eo
magis, cum teſte Cicerone in orat.ſua. pro Roſcio Ame-
rino. filius pro patre mori deberet, ſi res poſtularet,
iura diuina, atque humana cogebant. Illuſtratur ſi-
20 militer præmemorata communis, ſtante, quod † pa-
ter dicitur ſuperior, cui tenetur filius obedire, l.2.ff.
21 de cuſt.& iure. In tantum, quod † eius iuſſus excuſa-
ret quippe filium à periurio, Alex. in l.ſin.ff. qui ſatiſd.
cog.& Feder.de Senis conſil.191.quaeſt.talis eſt, electis. Et
22 quod filius † excuſetur ex præcepto patris, eſt textus
in l.fur.§ qui iuſſu.ff.de his qui no infa.per quē ita firmat
Spec. in tit.de feudis in §.2. ſub nu. 29. Adde in materia
Cagnol.in l. Velle non creditur. ff.de reg.iur. vbi quam
23 plurima congerit, & declarat. Et licet † patris iuſſis,
honeſtis quidem omnino obſequendum ſit, tamen
in turpibus, & penitus iniquis iuſſis iniunctis per pa-
trem filio parendum non eſt modo aliquo, teſte Au-
lo Gellio lib 2.cap.7. vbi ponit diſtincte caſus, in qui-
bus obſequendum ſit patri per filium, & in quibus
non ſit parendum.

24 Poſtremo ſubſtinetur † itidem communis prædi-
cta ex doctrina Innoc. in c. cum locum in princ. extra de
ſpon. concludentis ibi, quod ſi violentia corporalis
inferetur patri, & filius tunc egiſſet ad tutelam, de-
fenſionemque ſui patris, vt illum liberaret, dicere-
tur, ac præſumeretur ille actus eo quippe caſu geſtus
per metum, perinde ac ſi violentia ipſa eidem filio
illata extitiſſet. alios vero caſus, in quibus pater, & fi-
lius pro vna perſona habeantur, & reputentur, po-
nit Iaſ. in l.ſecundum, num.26.cum 2.aliis ſeqq.ff.qui ſatiſd.
25 cogan. Sed aduerte, quod † licet adulter, ac vxor, ſeu
filia deprælienſæ in adulterio occidi à ſtatutis, & le-
gibus concedatur, nihilominus hoc agendo, etiam
lege permittente, ſemper incurrerent peccatū mor-
tale, ſecundum Gloſſ. in c.inter hæc 33.quaeſt.2. Petr. de
Palu.& Thom.in 4.ſententiarum.diſt.37. & S. Antoni-
num Archiepiſc. Floren. in ſua ſumma in 3.par. tit.7.§.
8.de homicidio.col.7.verſ.ſed quaeritur vtrum liceat marito,
DD.communiter in l.vt vim ff de iuſt.& iur.& alios fe-
re innumeros aggregatos in tract.meo, de peccato in pri-
mo conſcientiæ caſu, vbi huic opinioni frequentiori-
bus votis approbatæ tale lumen attuli ex propria of-
ficina, vt manus nullatenus deſiderari queat. eidem-
que communi ſententiæ accedunt etiam S. Diony-
ſius Cartuſianus in ſua ſumma fidei orthodoxæ. tomo 2.
artic.178.ſub §.2.& S. Auguſt.in lib.1.de libe o arbitrio, v-
bi firmat, quod lex iſta, quæ regendis ciuitatibus fert
multa concedit, atque impunita relinquit, quæ per
diuinam prouidentiam vindicantur, & hoc idem
concedunt Abb. & Præpoſ.in c. veniens.al 2.de ſpon.Fa-
ber in l.Gracchus. C.de adul Abb. Ant.& Felyn.in c.in-
terfeciſti de homic. Alex.col.1. Iaſ.col.1.& Ripa in l.ſi pla-
gis ff de verb.oblig. Petr.à Plaza in epito. cauſarum crimi.
libr cap 38. num.12. & 18. Iaſ.num.22. & Oroſci. colum.2.
in d.l. vt vim, & Couarruuias in epitom. de matrimonio.
in 2.par.cap.7.§.7.num.8.& ſeq. vbi ſtrenue tuetur opi-
nionem iſtam, & eam communem vocat. Sed ad- Com. opin.
uerte, quod quando maritus † receperit mulierem
adulteram, & eam reconciliauerit, non poſſet vtique 26
eam amplius accuſare, vt concedit Afflict. in Conſti-
tut. qui poteſt crimen.lib.2. & Roſarium Buſti, in ſermo-
ne 24.in litera L. in prima parte. Vbi ponit ſex alios ca-
ſus, in quibus † mulier adultera pro adulterio excu- 27
ſari deberet, nec equidem in ipſis caſibus accuſari,
vel dimitti poſſet. Vnde quemadmodum † mulier 28
vltra pœnam corporalem punitur confiſcationis
bonorum pœna, ita etiam mulier ex adulterio mari-
ti lucraretur dotis augumentum, ſecundum Neutra-
num cum aliis aggregatis per eum, in ſilua nuptiali
lib. 4.num.50.cum determinetur in cap.Chriſtiana. 32.q.5.
quod Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſe-
xu pari ratione condemnat. Quinimo quantum
ad † aliquid, grauius peccat vir adulterans, quam 29
mulier, in quantum ſcilicet, quod maior naturalis
ratio in eo vigere debet, c indignantur.32.quaeſt.6.pro-
pterea ait Auguſtinus de verbis Domini, ſerm.46. & ſi-
militer recitatus, in c.ſi ducturi.32. quaeſt. 6. ſi (inquit)
vos viri ducturi eſtis vxores: ſeruate vos quales vultis
eas inuenire, tales & ipſæ inueniant vos. quis viuens
eſt, qui non caſtam velit ducere vxorem? & ſi acce-
pturus es virginem, quis non intactam deſideret? in-
tactam quæris? intactus eſto, puram quæris? noli eſſe
impurus non enim illa poteſt eſſe caſta, aut pura,
& tu non potes. ſi fieri non poſſit caſtus, nec illa po-
teſt: quia vero illa poteſt, decerte, quia fieri potes.
hęc ille, & notant etiam Cyn.& omnes per tex.ibi, in
l.1. C. de adult.

Nec non idem Auguſtinus in libr. 1. de decem chor-
dis, ad propoſitum loquitur, dicens, ô homo dicitur
tibi: non mœchaberis, id eſt, non ibis ad aliquam a-
liam præter vxorem tuam. tu autem exigis hoc ab
vxore, & non vis reddere hoc vxori tuæ? & cum
debeas in virtute præcedere vxorem, tu ſubito vno
impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victri-
cem eſſe libidinis, tu victus iaces? & cum in capite
ſis vxori tuæ, præcedit te ad Deum illa, cuius caput
es? vis domum tuam capite deorſum pendere? ca-
put enim mulieris eſt vir. vbi ergo mulier melius
viuit, quam vir, capite deorſum pendet domus. id-
circo debet vir, tanquam caput in omnibus bonis
factis præcedere vxorem ſuam, vt illa imitetur i-
pſum vt caput ſuum. Ideo ô infelices † viri adulte- 30
ri, maxima vtique, & euidens cæcitas, & ſtultitia ve-
ſtra eſt, qui creditis, vobis magis licere adulterari,
quam vxoribus veſtris; cum totum oppoſitum ap-
pareat ex recitatis authoritatibus, & legibus. vn-
de ſi viris ipſis ſemel compertum fuerit vxores ſuas
adulte-

adulterium perpetraſſe, tam maximo odio eas proſequerentur, quod vix cuncti conſanguinei vtriuſq; partis poſſent ipſos coniuges conciliare, & ſi fieret pax inter eos parum, aut nihil forſan duraret: ſed ad nimiam offenſam (aut forſan ſine offenſa) illi quotidie improperarent vxoribus, quæ commiſerunt, & ea etiam quæ nullo modo commiſerunt.

31 Cæterum ſi contingeret ipſos viros † adulteras acciperent quaſi pro riſu, ſi vxores hoc ſcirent. Et licet amara ſit mors corporalis ſtatuta contra adulteros, quia ſeparat animam à corpore, nihilominus amarior eſt luxuria, vel mulier, quoniam ſeparat animam à Deo, & cœleſti curia: & hinc Salomon *Eccleſiaſtes 7.* breuiter concludebat mulierem amariorem
32 morte ipſa. Vnde ad † euitandum hoc genus peccati, & mortis nullũ reperitur tutius remedium, quam recurſus ad orationem, & ieiunium, & nunquam tradas obliuioni, quod narrat Ioſeph. *in lib. de Teſtamentis 12. Patriarcharum,* vbi ad lucem adduxit admonendo filios ſuos, quomodo liberatus ſit de periculo adulterii, ad quod aſſidue eum Domina ſua inuitabat, & hoc quippe mediantibus continuis ieiuniis, & orationibus, vbi in mediũ expoſuit etiam omnes fraudes, quibus illa peruerſa mulier ad huiuſmodi adulterium inducere procurauit. Primo quidem cũ filiis careret, admonuit eum velle in filium recipere, & quia adoleſcens erat 16. annorum, cum primum fuit venditus frequenter amplexabatur, & tangebat, vt filium improbo animo, quod apertius perpendit, cum cepit ad malum impellere, ſub colore præſertim, vt filium ſuſciperet ex eo, quem maritus proprium putaret, & ſic omnia bona, quæ multa erant ad eum deuenirent, ſed cum ille recuſaret, dicens fuiſſe à Deo ſuo Domino cœli prohibitũ adulterium. Suggeſſit alterum modum, offerens ſe virum necaturum veneno, ſi decreuiſſet ipſam in vxorem accipere. quod audiens ille nõnihil horruit, proteſtando, quod ſi hoc ageret, manifeſtaret equidẽ tale crimen, nec ſibi iungeretur aliquo pacto. Tertio promiſit ei, quod dimitteret idola, & virũ ſuum ad idem induceret, ſi ei aſſentiret, adoraretque etiam Deum ſuum, & conſequenter præbuiſſet anſam eorum ſaluti, & conuerſioni: cui reſpondit Ioſeph, huiuſmodi conuerſionem Deo ſuo minime gentium placere, cum conſtitutiſſimum ſit, mala facienda non fore, vt bona contingerent, vt not. Gl. *in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. magnæ ne cler. vel mona contra c. dixit Sara. 32. q. 4.* Quarto miſit ei epulum ſolenne, ſed incantatum diaboli opere, vt inflammaret, incideretq; eum ad ſuum proprium amorem, atq; concubitum; quod nempe ipſe Domini reuelatione comprehendens, facta oratione ſuper cibum, nil nocumenti percepit ex huiuſmodi comeſtione. Quinto eum monuit, quod niſi cum ea rem haberet, dubio procul gladio, vel veneno mortem ſibi ipſi cõſciſceret, & ſic ipſe facile ſuæ morti occaſionem præbuiſſet: ſuper quo increpuit eam, exprimens, quod concubina viri ſui, ſi hoc ageret, poſtea omnium bonorum ſuorum heres remaneret: & quia æmula eius erat, ideo retraxit ſe, inuidens fœlicitati ſecuturæ æmulæ ſuę. Demum deſperatione ducta quadam die, apprehendit eum per laciniam veſtimenti, quaſi vim inferendo, dicens dormi mecum, quod expreſſe recuſauit, fugam arripiens, vt teſtimonium reddit Scriptura *Gen. 39.* Quoniam, vt habetur *Prouer. 6.* mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ, non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius: precium enim ſcorti vix eſt vnius panis: mulier autem viri precioſam animam capit; numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mũdus cum tetigerit eam, non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim, vt eſurientem impleat animam; deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam: turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur; quia zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Et legitur etiam *Eccleſiaſtici 41. cap.* erubeſcite à patre, & à matre de fornicatione, à reſpectu mulieris fornicariæ, ne reſpicias mulierem alienę viri, & ne ſcruteris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. Et dicitur *Thobiæ 4. c.* omnibus diebus vitæ in mente habeto Deum, & caue, ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Domini Dei noſtri. Et oſtenditur *ad Thimoth. 5.* nam quæ (vidua) in deliciis eſt, viuens mortua eſt, te ipſum caſtum cuſtodi. Et ad *Heb. 13.* honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Et legitur deniq; *Eccleſia. 9.* ne reſpicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius cum ſaltatrice, ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. nec des animam tuam in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam: noli concupiſcere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc cõcupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. ſpeciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. cum aliena muliere ne ſedeas omnino, ne accumbas cum ea ſuper cubitum: & non altercaris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. Et dicitur *ad Epheſ. 4.* hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut, & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Et *ad Coloſ. 3.* nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. & paulo ſuperius: mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Et concluditur *Iob. 31. cap.* pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hereditatem Omnipotens de excelſis? ſi deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea, & cætera. hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. Et concluditur etiam in *Amos 6. cap.* Væ qui opulenti eſtis in Sion, & cætera, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui canitis ad vocem Pſalterii: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, &

nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio laſciuientiũ. iurauit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus exercituum, deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis.

33 Eſt autem adulterium † maius peccatum in vxore, quam in viro, arg. Gloſſ. *in l. illud. C. ad leg. Iul. de adult.* eo reſpectu, quo facit prolem de ſuo patre incertam, & maius ſcandalum generat, vt tenet alios referens Nauarr. *in ſumma, in tit. de 6. præcepto Decalogi, non mœchaberis, cap. 16. verſ. de coniugum luxuria peccatis, in princ. num. 23. fol. 171.* ſed alio reſpectu expreſſo ſupra, *num. 29.* adulter grauius peccat, quam adultera. Et nihil mirum, quia adulteriũ ipſum eſt origo omnium malorum, per ipſum violatur ordo naturæ primitus inſtitutę, cum fecerit Deus maſculum, & fœminam, fecit eos, vt eſſet vna vnius mariti vxor, nec alter ab altero diuideret carnem ſuam, per illud turbatur Chriſti euangelium, *Matth. 19. quos Deus coniunxit & cætera,* & quamplurima alia notatu digna refert Cardin. Clemens Monil. *in compendio Theologic. Inſtitut. in tit. de præceptis diuinis, cap. 46.*

34 Et inde eſt, quod † crimen adulterii commiſſi non extinguitur per matrimonium ſubſecutum, *l. commiſſum, Cod. de adult. ex qual. inſcr.* vt per Beluiſ *in pract. criminu. in tit. de lenonibus, num. 32.* Et quemadmodum

35 adulteri † puniri debent mortis pœna: ita etiam lenones, id eſt, maſculi, ob patratum lenocinium in quacunque fœmina, condemnandi veniunt mortis naturalis pœna, ita Afflict. *in conſtit. lenas.* Gomezius *ſuper l. 80. tauri,* & eſt textus etiam *in auth. de leno. § præconizamus, col. 3.* & in regno Neap. *in prag. deſiderantes, in tit. de lenonibus.* Et licet de cõſuetudine contrarium ſeruetur in Hiſpania, vt lenones ipſi cum mitra fuſtigentur, & flagellentur, atteſtante Gomezio in loco anteſignato, & Iodaco *in ſua pract. in c. 89. n. 43.* tamen in regno præmemoratæ pragmaticæ vigore, lenones vltimi ſupplicii pœna damnandi ſunt, & præſertim vbicunque leno ſaltem proſtituiſſet duas mulieres ad miſeram vitam, vt videtur innuere text. *in d. prag. deſiderantes.* Et eo magis hoc de plano procedit, vt ſine ſcrupulo, quando maritus leno ſuæ vxoris foret: tunc quippe puniendus eſſet pœna mortis naturalis, ita Afflict. *in conſtit. mariti lenocinium:* & ſic in facti contingentia iudicauit regia Audientia Apuliæ, Comitatuſque Moliſii, *ſub die 2. Maii 1583.* me aſſidente tunc auditore in ea, & cauſæ commiſſario, cõtra Nicolaum Rubeum de Ciuitate Larini, condemnando eum pro lenocinio commiſſo contra Cyllam eius vxorem, ad torquendum vigore indiciorum contra eum exiſtentium.

OPINIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Adulter laicus, an, & quibus pœnis à iudice eccleſiaſtico puniri poſſit.*

ADVLTER laicus † per iudicem eccleſiaſticum de iure canonico puniri poteſt, & contra eum deueniri ad excommunicationem, ad detruſionem in monaſterium, ad ſeparationem thori, & ad ſciſſionem panni, & capilli per ipſum iudicem eccleſiaſticum; ſecundum Abb. *in c. intelleximus. per tex. ibi, de adult.* Arch. *in c. tex. 23 q 5.* Sand. *col. 7.* & Felyn. *in 2. in c. cum ſit generale, de foro competen.* Abb. *in c. tuæ. de procur.* Rom. *ſing. 674. nos ſumus in materia adulterii,* Fely. & Dec. *in princ. in c. conſuluit. de appella.* Alciat. *in c. 1 in 5. notab. de offic. ord.* Clarum *in pract. crim. in § adulterium. in verſ. alia quoque eſt pœna adulterii,* & Couar. *in epit. de teſtamen. in 2. part. § 7. cap. 7. nu. 20.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem contra Ioan. And. *in c. fin. de foro competen. lib. 6* in nouella contrarium aſſerentem, & ſequitur etiam prælibatam communem Mantua *in d. c. cum ſit generale, nu. 47. vbi poſt Abb.* Concludit, quod ſi ageretur contra laicum pro adulterio perpetrato de iure ciuili ad pœnam ſanguinis, tunc crimen hoc eſſet mixti fori, & ſolus iudex ſecularis id cognoſcere poſſet, alias ſi interueniret iudex eccleſiaſticus, vbi pœna ſanguinis imponeretur, efficeretur proculdubio irregularis, poſſentque eius beneficia impetrari. Com. opin.

Et ita in facti contingentia iudicauit regia quoq; Audientia Apuliæ, Comitatuſq; Moliſii, etiam contradicente iudice eccleſiaſtico, *de menſe Maii 1583* me exiſtente tunc in ea auditore, & cauſæ commiſſario in cauſa Nobilis de Nobile de Ciuitate Larini, inquiſiti de adulterio, condemnando eum pro tali crimine ad torturam, ex indiciis contra illũ vrgentibus.

OPINIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Clericus adulter quomodo puniatur. Et Mulieres in adulterio cũ clericis deprehenſa qua pœna plectãtur, n. 2*

ADVLTER clericus † deponitur ab officio, ac beneficio, & in monaſterium pariter detruditur toto tempore vitæ ſuæ, vt habetur *in c. ſi quis clericus. 81. diſt.* & idem tenet Gl. & Arch. *in c. lator. 2. q. 7.* Goffre. Bernar. Lauden. Ioan. Andr. Abb. & Imol. *in c. vt clericorum. de vita, & honeſt. cler.* Ioan. de Ana. *in c. ſignificanti. ext. de adul.* & iſta eſt communis opinio, teſte Ana. ibi, Ioan. Ber. Diaz *in pract. crim. cap. 79 in prin.* & Paulo Grillando *in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti, q. 6. nu. 1. cum aliis ſeqq.* licet & male ibi contrarium ſubſtinere, probareq; audeat. Et mulieres quæ reperiuntur † prolapſæ in adulterium cum clericis, diſtrictione adhibita, diſtrictioni ſubiacent, prout ſacerdoti viſum fuerit; & a ciuitatibus, vt ſacerdos præceperit, propelluntur, vt ex Concilio Aurelianenſi quarto conſtare videtur, *cap. 17. de mulieribus in adulterio cum clericis deprehenſis.* 1 Com. opin. 2

OPINIO XXXVI.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus, ſeu Doctor, an poſſit exigere ſalarium, vel honorarium à ſuis clientibus.*

2 *Clerico aduocato ad idem liceat.*

3 *Aduocatus reſpondens, aut conſulens abſq; labore, & librorum reuolutione, an petere poſſit mercedem.*

4 *Aduocati ſalarium à quo Imperatore conſtitutum ſit, & quis Imperator primus in regno Neap. officium aduocatorum pauperum ordinauerit.*

ADVOCATO, ac Doctori † pro eorum aduocatione, & conſultatione licitum eſt petere ſalarium à ſuis clientibus, habita tamen conſideratione negocii de quo agitur: & ſic aduocato licet vendere iuſtum patrocinium, & Iuriſconſulto rectum conſilium, atq; pro eorum laboribus recipere honorariũ, mercedemq; condignã, ſecundum Gl. *in l. 1. § ait prætor. il 1 ff. de poſtu. & in l. 1 ff. de ſuffra.* Guid. Pap. *q. 102. & 190.* Gl. & Card. *in c. qui ſtudet. 1. q. 1.* & Gl. *in c. non licet. 11. q. 3.* S. Antoninum *in ſua ſumma, in 2. par. t. 19. de iniuſtitia, quæ fit in iudiciis, ante ſi.* & Alex. de Hales *in 3 part. ſummæ. q. 44. memb. 2.* & Auguſtinum *in epiſt. 54 ad Macedonium,* & ſimiliter recitatur *in d. c. non licet, & in c. non ſana 14. q. 5.* & iſta eſt cõmunis ſchola Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum. Imo clerico † aduocato et licet ſalariũ accipere, vt not Gl. *in c. 1. 15. q. 2.* & Abb. *in c. 1. in ſi. ext. de poſtulan.* Sed iſthæc † cõmunis ſentẽtia limitatur nõ pcedere in Doctore, qui abſq; labore, & librorũ reuolutione reſpõderet, cõſoleret, ſeu aduocaret, qa is gratis conſulere in tali caſu tenetur. 1 Com. opin. 2 3

retur, ſecundum Gloſſam *in d.c.non licet*, Spec. *in tit. de Salario.§.ſequitur.poſt princ.* & Alex.de Ales vbi ſupra,& Bertran. *conſ.34.col.19 vol.2.*

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod aduocatus, ſeu Doctor reſpondens ſine chartarum reuolutione debeat,& licite poſſit condignam mercedem recipere, & petere, habita conſideratione præcipue ad remunerationem præteriti laboris, inclinauerunt Ioan. And.in add. Specul. *in d.§.ſequitur* Archid. *in d.c.non licet*, Imol.& Flor. *in r.cum ab omni. col. fin.de vit. & honeſt.cler.* Alex.in add.Bar. *in l.1.ff.de var. & extraordin.cogn.* S. Antoninus *in 1.part.tertiæ partis principalis ſuæ ſummæ tit.6 cap.2.§.de Salariis aduocatorum poſt prin.* Gabr. Biel. *in 4 ſententiarum diſtin.15.in 6.concl.2.* Barbaous reuocando iudicium in melius *in c.ex literis.de conſtit. in proœmio cle. in 2. lect. in ver. ſalutem.col.15. & in l.2.§.item ſi in facto, iuncta l.ſequenti*, Alber. *in l.1.C de poſtulan.* Soc. *in tract. fallentiarum reg.229.n.3.* S. Anton. *in d.2.par.ſua ſumma.c.19.verſ.aduocatus,& procurator in fin.* Iaſ. *in l.nec quicquam.§.vbi decretum.citum.2.ff.de offic procon.& in §.ſed iſte.col.antepen.inſtit.de actio.* Purpur. *in l ſi me, & Titium.in prin.ff.ſi cer.pet.* Alciat. *de verb ſign lib.1.fol.8.* Cagnolus *de offic.aſſeſſ.col.2.* Scala de conſilio ſapientis, *lib.3.c.11.honorarium, poſt prin.* Ripa *in tract. de peſte.in 3.par.* Lud. Bolog *in repet, auth. habita fol 9. C ne filius pro patre*, Lallus de Tuſcia *in Conſtitutione regni aduocatos.n.8.& in Conſtit.ſeq.n.3.lib 1.* Rebuf. *in 46.priu legio ſcholaſticorum*, & Dec. *in c.cum in cunctis,n.33.de elect.* vbi reddit rationem,& tollit omnia contraria, & iſta eſt magis communis opinio, vt ex præmemoratis authoritatibus facile dignoſcitur, communiter reprobatam Gloſſ. *in d.c.non licet*,& ſecundum ipſam communem tuta conſcientia obſeruatur quotidie, & omnibus in locis.

¶ Sed bene verum eſt, quod opinio contraria ſuperius declarata poſſet ſaluari, vt procederet, vbicunque petens conſilium eſſet pauper, ſi vero diues, non ſolū aduocatus poſſet aliquid ab eo recipere, verum etiam exigere, vt voluit Hoſtien ſed fabulantur multi ruſtici, quod aduocatus non laborat in cauſa eorum, quibus reſpondere poteſt, quod tunc laboret ſtudiis præmemoratis, aut quod prius laborauit ſtudendo,& diſcendo. Et hinc eſt, quod † Nero Impe-
4 rator apud Romanos primus fuit, qui inſtituit, vt litigatores pro patrociniis certam, iuſtamque mercedem darent, teſte Suetonio, *in eius vita c.17.* licet Cornelius Tacitus *lib. 11.* aliud ſentiat, quod Claudius Cæſar, qui ante Neronem præfuit Imperio Romano, iam modum impoſuerat aduocatis pro capiendis pecuniis, vſq; ad dena ſeſtertia, quæ egreſſi repetundarum tenerentur. ¶ Et in regno Neap. Rex inclytus Carolus ſecundus primus fuit, qui iaoquam Princeps clementiſſimus, piiſſimus, & miſericordiſſimus, ſtatuit certum officium aduocatorum pauperum, in ciuitate Neapolis, vt adiuuēt Eccleſiam, pupillos, viduas, orphanos, pauperes,& cæteros omnes indigentes, qui habent ſalarium à regia curia, textus eſt in *Conſtitutione lege præſenti*, vbi Andr. de Iſer. Afflict. & alii, vbi etiam iubet Imperator, quod prædictis miſerabilibus perſonis, ſiue in iudicio litigent, & ſic actores, ſiue Rei cum perſonis potentibus, vel non potentibus, ſiue cum Fiſco expenſis ipſius regiæ Curiæ, dari debeant aduocati.

OPINIO XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus poteſt compelli ad ſuſcipiendum delegationem.*

2 *Aduocatus cogi poteſt litigatoribus conſulere, & patrocinium ſuſcipere, etiam per iudicem delegatum, ſub pœna priuationis officii. fallit in procuratore.*

3 *Aduocatus an cogi poſſit ad ſubeundum officium aduocationis, & poſtulationis.*

4 *Aduocatus pro ſuo patrocinio quale ſalarium petere poſſit.*

5 *Aduocatis olim per Neronem prohibitum, ne acciperent ſalarium pro eorum poſtulatione.*

6 *Aduocatus poteſt exigere ſalarium promiſſum, etiamſi lis,& cauſa non terminetur per ſententiam diffinitiuam iudicis, ſed per amicos.*

7 *Aduocatus promittens poſtulare per annum, pro certo ſalario id licite petit, licet eo tempore nullas lites, & cauſas habuerit.*

8 *Aduocatus ſi recepto integro ſalario pro toto tempore aduocationis, ob superuenientem ægritudinem aduocare nequeat, & cliens alium aduocatum conducat, an teneatur ad ſalarium reſtituendum.*

9 *Aduocatus deſerens cauſam tanquam iniuſtam in proſecutione ipſius, quam exiſtimabat à principio iuſtam eſſe, poteſt recipere ſalarium, nec tenetur ſecreta cauſæ ſui clientis reuelare.*

10 *Aduocatorum Neapolitanorum laudes.*

11 *Aduocatus pro ſolutione ſui ſalarii poteſt cogere clientem officio iudicis mercenario.*

12 *Aduocatus ob non ſolutum ſibi ſalarium, an dimittere queat clientem ſuum, & parti aduerſæ adhærere?*

13 *Aduocationis officium eſt de iure diuino, & Chriſtus pro ſalute humani generis ſuſcepit munus aduocationis.*

14 *Aduocatus æquiparatur confeſſori, & quemadmodum confeſſor confeſſionem reuelare non poteſt, ita nec aduocatus ſecreta cauſæ.*

15 *Aduocati an cogi poſſint ad teſtificandum contra ſuos clientes.*

16 *Aduocatus inſtructus de iuribus vnius partis, cui patrocinium promiſerat, ſi eam relinquat, & pro altera parte patrocinetur, incidit in crimen falſi, non autem præuaricationis.*

ADVOCATVS poteſt † compelli ad ſuſcipiendum delegationem ſibi factam, ſecundum Bar. *in l.ſancimus. la prima, n.2.* & Bal.& alios omnes ibi, *C. de aduo. diuerſ. iud.* Et ſimiliter aduocatus † ipſe cogi poſſet litigantibus conſulere, vt concedit Gl. *in l.2.C.de proxi ſacro ſcri.lib.12.* & Bar. *in d.l.ſancimus*, quorum opinionem indicat communem eſſe Felyn. *in c.ſi pro debitore.col.fi.de offi.deleg.* Iaſ. *in l.3.alias cum quis vel,n.13.C.de procuratoribus*, & Ripa *in tract.de peſte.in tit de remediis ad curandam peſtem, n.29.* & ita conſuluit Corn. *conſ.150 in princ. vol.4.* & ſequitur eoſ Scala de conſilio ſapientis *lib.3.c.7.* Imo aduocatus ipſe de iure poteſt per iudicem, etiam delegatum, compelli, vt patrocinium ſuſcipiat, *l.1 § ait prætor, il.1.* vbi Gloſ. *in ver. non habebunt, ff. de poſtul. l.prouidendum.§.1. C.eod.c.1.de offic.iud.* vbi Felyn *nu.2.& in r.ſi pro debilitate,n.9. de offic.deleg.* & Iaſ. *in l.3.C.de procur.* Compellitur quoque ſub pœna priuationis officii, *d.l.prouidendum.* Et remoueri ab officio non eſt leuis pœna, *l.nullus. §.ſub pœna,ff.de procur.* vbi Gloſſ. *in ver denegatur*, Rom. *conſil.326.num.1. vt præmiſſa.* & Guid. Pap. *deciſ.561.* Fallit vero in procuratore, vt traditur infra. *in opin.647. in addit.* Quia officium aduocationis eſt publicum, ad quod quis compelli poteſt, niſi iuſtam habeat cauſam excuſationis, *tot.tit.ff.de muner. & honor. l.pen. §.qui autem,ff.de vacat.& excuſ mun.l.ſancimus, la 1.Cod de aduoc. diuer.iud.* Gl. *in l.2 in ver.conſenſu, C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12.* Felyn. *in c.ſi pro debilitate,de offic.deleg.* Et eſt honorabile, laudabile, vitæque humanæ non minus neceſſarium, quam ipſa armata militia, *l.aduocati, C.de aduoc.diuer.iudic.& l.1.& l.laudabile,eod.tit.*

3 Sed idem † aduocatus cogi non poſſet ad ſubeundum officium aduocationis, & poſtulationis, & ſic ad præſtandum ſuum patrocinium, niſi vrgente neceſſitate, vt per Bar. *in d. l. ſancimus. in ſummario*, & per Rip *in l. fin. n. 32. C. de reuocan. donat.* & per Beroum *in c. quoniam contra, num. 44. de probat.* vbi hoc vtiliter limitat, & interpretatur. Et aduocatus † iſte pro ſuo 4 patrocinio poteſt petere, & conſequi ſalarium, & mercedem ſecundum qualitatem negocij, conditionem clientis, conſuetudinem loci, & grauitatem, facundiam, & excellentiam ſuam, dummodo non excedat centum aureos, *l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraord. cognitio.* per quem tex. ita voluit Gl. *in l. 2. §. ait prætor. in ver. non habebunt ff. de poſtbu.* Afflict. *in Conſtit. hac edictali, ſub art. 3.* & ibi Barius *in ſcholijs lib. 1. rub. 87.* Roſar. Buſti. *in ſerm. 25 in litera V. in 1. par.* & Zaſ. *in §. tripli. n. 20. Inſtit. de actio.* Et hoc non ſolum procedit de iure ciuili, ſed de iure etiam canonico, vt habetur *in c. non licet. 2. q. 3.* & tenet Gl. & Card. *in c. qui ſtudet. 1. q. 1.* & Guid. Papæ *in q. 190.* Et ſic irrita, & † penitus 5 caſſa remanet ſanctio Neronis aduerſus aduocatos, à quo factum ita fuit, vt cauſarum patroni abſque mercede, ſalario, munereve cauſis adeſſent, teſte Alex. ab Alexan. *lib. 3. dierum genial. c. 5.* Et ſalarium † hoc 6 aduocatus petere poteſt, etiam, quod cauſa, & lis non terminetur mediante ſententia diffinitiua iudicis, ſed per amicabilem compoſitionem, Gl. *in l. ſi. in ver. executum. ff. mand.* Spec. *in tit. de ſalar. in §. ſequitur verſ. ergo ſi litigator.* & Iaſ. *in § tripli. col. fi. Inſt. de actio.* quia non ſtat per eum cauſam, ipſam adiuuare, & pactum obſeruare, ſecundum Guid. Pap. *in q. 102. n. 2.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem; quam ſequitur Cagnol. *in l. diem functa n. 156 ff. de offic. aſſeſſ.* Si7 militerq; † aduocatus promittens poſtulare per annum ſub aliquo ſalario, ſi eo tempore nullas habuiſſet cauſas, tunc quippe licite petere poſſet prælibatum ſalarium, ob rationem in ſuperiori proximo caſu allegatā; & ita firmat Afflict. *in d. conſtit. hac edictali n. 5.* vbi teſtimonium reddit iſtam eſſe veriorem opinionem. Et eadem ratione ibi, *nu. 6.* concludit ad8 uocatum † recipientem totū ſalarium pro toto tempore aduocationis, & interim ſuperueniret ægritudo, vel infirmitas, taliter, quod ob hoc impediretur aduocare, & cliens alterum aduocatum conduceret, non teneri aliter ad illud reſtituendum. Necnon ad9 uocatus † deſerens cauſam tanquam iniuſtam in proſecutione, poteſt recipere ſalarium: nec mirum eſt. quia ſi aduocatus ipſe ignoranter à principio iniuſtam cauſam ſuſceperit, quā in curriculo ipſius iniuſtam eſſe cognouerit, teneretur eam nempe omnino deſerere, vel clientem cuius cauſam agit ad cedendum inducere, ſuadendo eidem aperte nullum ius fouere, ſeu ad componendū eum inducere cum 10 aduerſario ſine eius damno. Nec † debet ob hoc eam ſuo aduerſario prodere, vt ipſum releuaret. nec itidē deberet ſecreta cauſæ alteri parti aduerſæ releuare; vt voluit S. Thom. *in 2. ſecunda quæſtione. 71. artic. 3.* & eſt textus *in l. rem non nouam. C. de iud. ciu.* & ita obſeruant excellentiſſimi, eloquentiſſimi, doctiſſimi, ſtrenui, & religioſi aduocati Neapolitani, qui vbi primum facta publicatione in cauſa, & reperta cauſa iniuſta, quam à principio iuſtam exiſtimabant, ſtatim eam deſerunt, & religioſe quidem more eorum a11 gunt. Et hinc aduerte, quod † aduocatus pro præſtatione, & ſolutione ſui ſalarij poſſet cogere clientem ſuum officio iudicis mercenario, ſecundum Bar. & omnes *in l. properandum. §. illo proculdubio. in prin. C. de iudic.* Imo Amanellus *in ſing. 253.* intrepide 12 aſſerunt, quod aduocatus † ob non ſolutum ſibi ſalarium dimittere poſſit clientem ſuum, hæreretq; parti aduerſæ, & eam totis viribus iuuare. per Gloſſ. *in fin. in l. 1. C. de adu. fiſci.* ſed id agens in regno Neapol. certe nedum maxima reprehenſione dignus foret, verum pœna etiam non leui plectendus veniret, quod religioſe ſancitum eſſe exiſtimo, tam pro conſeruanda grauitate aduocatorum, quam etiam pro falſitatibus excludendis, remouendis, & penitus euitandis. ideo potius ſuaderem aduocato, vt totū ſalarium ſibi occaſione poſtulationis debitū amitteret, quam cum perpetua eius infamia parti aduerſæ inhæreret.

Quinimo meminiſſe eos oportet † aduocationis 13 officium de iure diuino eſſe, & Chriſtū Saluatorem noſtrum quandoq; pro ſalute humani generis multorum aduocati ſubiiſſe munus, quod eleganter pluribus comprobat Caccialupus *in tract. de aduocat. q. 1.* Bene tamen verum eſt, quod vbicunque in regno fieret præiudicium, per aliquem clientem ſuo aduocato in eum deſerendo, & in eligendo alterum aduocatum, conſueuere alias aduocati ita abſq; eorum culpa à patrocinio amoti connolare, recurrereq; mediantibus ſupplicationibus, ad ſacrum regium Conſilium, in quo ſolitum eſt concedi, ex rationabili cauſa, aduocatis ita expulſis licentia, & facultas aduocandi, & poſtulandi pro contraria parte in eadem cauſa, prout alias vidi conceſſam licentiam per memoratum ſacrum Conſilium ſic agendi, impune excellenti D. Federico Fardinando, aduocato Neapolitano. Imo aduertere quoq; † tenetur, quod aduo- 14 cati æquiparantur confeſſori: quia eis veritas coacte dicitur, quemadmodū confeſſori, vt probat Neura. *in ſilua nuptiali. lib. 3 ſub n. 47.* & ſic ſecundum eum ibi, quemadmodum confeſſor non poteſt reuelare confeſſionem, ita etiam aduocatus ſecreta cauſæ propalare non debet modo aliquo. Imo ſecundū eundem cum † alijs aggregatis ibidem aduocati ipſi de iure, 15 ne vocarentur proditores cauſarum contra eorum clientulos ad teſtificandum cogi nō poſſent, licet in contrariam ſententiam inclinare videatur Andr. de Iſer. *in tit. de inueſtit. ara ſi inter dominum, & vaſallum quæſtio oriatur*, & Guid. Papæ *in ſing. 982 aduocatus aduerſarij*, videlicet, quod aduocatus aduerſus clientem teſtimonium dicere cogi poſſit, vt ita iudicatum extitit etiam in facti contingentia, in ſacro regio conſilio Neap. atteſtante D. Vincent. de Franchis *in deciſ. 422.* & vide infra *in opin. 459. Teſtis eſſe non poteſt aduocatus.* Vnde aduocatus † inſtructus, informatus, & e- 16 docta de iuribus vnius partis, cui promiſerat patrocinium præſtare, ſi deinde eam relinquat, & pro altera patrocinetur; incideret in crimen falſi, non autem præuaricationis, vt concedit Bar. *in l. 1. ff. de præuaricat.* cui omnes communiter inhærēt, Alciat. quoque *in l. præuaricatores ff. de verb. ſig.* Boſſius *in pract. crimin. in tit. de præuaricatoribus, n. 2 & 5. fol. 164.* vbi mentionem facit de hac opinione communi, & Roland. à Valle etiam *conſ. 36 num 23. & ſeq. vol. 3.*

OPINIO XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Aduocati ſalarium non poteſt excedere centum aureos in cauſis ciuilibus.*

2 *Pacta de quota litis & immenſi ſalarij facta, etiam cum iuramento non valent.*

3 *Aduocati poſſunt exigere magnum ſalarium in negocijs capitalibus, etiam vltra centum aureos.*

4 *Aduocati quando poſſint exigere ſalarium, etiam vltra centum aureos.*

5 *Aduocatus propriā agens cauſam, & obtinens, nō poteſt petere mercedem aduocationis quod declaratur inf.*

6 Pacta

6 *Pœna Aduocatorum male in officio verſantium.*
7 *Aduocati omnia mala nouerunt, & ſupple fecerunt.*
8 *Mentiri non licet in iudicio, etiamſi quis foueat iu-*
ſtam cauſam.
9 *Procuratores non certi de veritate ipſa ſalua conſcien-*
tia per verbum, credit, *vel,* non credit, *reſpondere*
non poſſunt, ſed debent petere dilationem ad conſu-
lendum principalem.
10 *Malorum Aduocatorum vita & mors hic deſcribitur.*
11 *Dynus fuit damnatus ad inferos propter doloſam con-*
ſultationem.
12 *Aduocati an & quando cum clientulis ſuis de certo ſa-*
lario paciſci, & ad id agere poſſint. & nu. 13. 14.
13 *Aduocatus licite paciſci poteſt de re, qua non eſt in lite,*
& de proſequenda lite ſuis ſumptibus.

1 ADVOCATI † ſalarium non poteſt excedere
centum aureos, *l. 1. §. pen. ff. de var. & extraord. co-*
gnit. & ibi gl in verb. aureos & in l. ſalarium. in verb. extrà
2 *ordinem ff. mandati.* Ideo non mirum eſt, ſi pacta † de
quota litis & immenſi ſalarii facta, etiam iuramento
firmata non valeant, ſecundum Cæſarem Vrſillum
in add. Afflict. in deciſ. 23. n. 6. vbi fatetur, ita bis fuiſſe de-
ciſum in ſacro regio Conſilio Neap. Tamen in cri-
3 minalibus † capitalibus hoc non procederet, eſto,
quod tunc poſſent recipere magnum ſalarium, et-
iam vltra centum aureos à legibus ſtatutos: quia de-
fendere delinquentem in cauſa capitali, in effectu i-
ſta poſtulatio foret merces eximii laboris, *l. ſi pater, in*
fin. & ibi ſingulariter Bal. & Ang *ff. de don.* Barius *in*
ſcholiis ad Afflict. in conſtit. hac edictali, lib. 1. rub. 82. Tiraq.
cum cæteris adductis per eum *in tract. de nobilitate, c.*
29. an Aduocati munus, ſub nu 37. & Ioan. de Amicis *conſ.*
4 *148. nu. 8.* Et pariformiter † vbi ageretur de infamia,
ſeu de ſtatu dignitatis Magnatum conſeruando Ad-
uocati ipſi licite poſſent exigere ſalarium vltrà cen-
tum aureos, per ea quæ notat Gloſſ. *in l. iuſta cauſa. ff.*
de manumiſ. vindict. & c. vno delegatorum, ext. de offic.
deleg & ita Rayn. de Forliu & Bal. mirabiliter *in l. 1.*
C. mandat. teſtificantes, quod ſicut pro vita tuenda
ſalarium eſt debitum Aduocato, ita etiam pro ſtatu
dignitatis conſeruando: nam à pari procedunt mors
& infamia; & opinionem iſtam ſequitur etiam Tira-
quel. *in d. tract. de nobilitate, cum aliis aggregatis ibi per*
eum, c. 29. n. 37.
5 Sed aduerte, quod † ſi Aduocatus propriam con-
duceret cauſam, & obtineret in ea, vtique non poſſet
pro ſalario aliquid petere ratione aduocationis &
poſtulationis, ſicut pro aliena cauſa petere poſſet, vt
per Rotam Roman. *deciſ. 434. in antiquis,* & Canoni-
Com. ſtas omnes communiter *in c. finem litibus, de dolo &*
opin. *contum.* Lanfran. *in repet. c. quoniam contra falſam, nu. 15.*
de probat & Legiſtas concurditer omnes *in l. properan-*
dum, §. ſin autem alterutra parte, C. de iudiciis. & Iacob.
de Aretio *in tract. de expen. fol. 4. verſ. ſed quid ſi ipſemet.*
& opinionem hanc communem ſequuntur etiam &
citant Moder. *in d. c. quoniam contra, & in d. c. finem liti-*
bus. & Ioachimus *in ſingularibus obſeruationibus, obſ. 2.*
centuria 1. nu. 1. vbi deducit ita bis fuiſſe iudicatum in
Camera Imperiali.
Sed hoc non procedit in Aduocato qui propriam
cauſam conduxerat petente ſuum ſalarium tan-
quam damni & intereſſe, vt concedunt Doct. præci-
tati, & Ioachimus *in d. obſ. 2. ſub num. 1.* vbi in medium
Com. affert iſtam eſſe communem opinionem, *& in obſ. 66.*
opin. *centuria 4.* vbi Conſiſtorium Imperiale ita iudicaſſe
6 planum facit. Similiterque † Aduocati vtentes ſa-
thanica doctrina, & inſtruentes clientulos ſuos ad
negandum veritatem, vel ad petendum terminos
indebitos, & dilationes ſuperfluas, ſeu corrumpen-
tes Iudices Notariosve, aut inducentes falſas vel cor-
rectas leges, aut falſas probationes, ſeu producentes
falſos teſtes, vel produci facientes, tunc non ſolum
ſalario carere debent, verum etiam tenentur offen-
ſo ob huiuſmodi cauillationes ad reſtitutionem o-
mnium damnorum & expenſarum, & peccant et-
iam mortaliter, vt firmat & probat Gloſſ. *in c. 1. de con-*
feſſ. lib. 6. Frater Ioannes compatriota noſter celebris
Theologus *in ſermonibus quadrageſimalibus, in ſerm. 38.*
de reſtitutione, quæſt. 3. col. 5. & S. Antoninus *in ſua ſum-*
ma in 2 par. cap. 19. de iniuſtitia, qua fit in iudiciis, ſub ver-
ſicul. Aduocatus, Procurator, & Iuriſconſultus. & Roſar.
Buſt. *in ſerm. 25. in litera V, in prima part.* vbi etiam ad-
ducit exemplum ſatis congruum, quod quilibet Ad-
uocatus pro animæ ſalute, & vitæ emendatione a-
nimaduertere deberet, & eſt tex. *in c. ſæpe diſt. 5 & in c.*
ſi. de iniur. & in l. qui occidit. §. fin ff. ad legem Aquil. Vnde
non ab re promit Gloſ. *in l. ab Anaſtaſio. C mand.* quod
mali † Aduocati omnia mala nouerunt, & deberet 7
ſuppleri non abſque propoſito, & fecerunt, per id
quod affirmauit Gloſſ. *in d. c. 1. de confeſſ. in 6.* Ait enim,
quod Aduocatus dicit clientolo, ſi confiteris cau-
ſam perdes, non tamen dicit ei, tu perdes animam
negando Plot. *in tract. de in lit. iurand. §. 37. n. 2.* Quia in
iudiciis † mentiri non licet, etiamſi aliquis foueat iu- 8
ſtam cauſam, vt explicant Aret. *in l. decem. ff. de verb. o-*
blig. & Abb *in c. olim, el primo, circa fin. de reſtit. ſpoliat. &*
in c. ſicut. al 3. q. 4. de iureiur.
Imo † procuratores de veritate facti interrogati, 9
ad reſpondendum per verbum, *credit,* vel, *non credit,*
& non ſat certi de veritate ipſa, non poſſent tuta
conſcientia facere ſimiles reſponſiones per verbum,
non credit, ſaltim præuia petitione dilationis ad con-
ſulendum Principalem, & non obtenta, quia ſi fo-
rent certi, non poſſent, neq; deberent aliter reſpon-
dere; alias enim temere cauſæ clientis ſui præiudicare
poſſent, & anceps ſubire periurii periculum, quod
non deberent, *per l. videamus. ff. de in litem iurando, & l.*
Marcellus. §. qui rerum. ff. de rerum amotarum. Gloſſ. *in c.*
in pertractandis. ext. de iuram. calum. Sunt & alii abuſus,
& innumeræ quaſi deceptiones & fallaciæ, quas do-
mini Aduocati non ignorant. propter quod de o-
mnibus talibus poteſt verificari illud *Eſaiæ 1.* Princi-
pes tui, id eſt, Aduocati, Procuratores & Cauſidici,
qui quaſi Principes videntur in populo, infideles,
ſupple ſunt, agentes modis prælibatis, ſocii furum, ac
ſi aperte diceret, quod ſi tales recipientes aliquid in
antedictis caſibus ſunt ſocii furum per culpam.
Poteſt etiam verificari illud *Prouerb. 17.* Semper
iurgia quærit malus, ſupple Aduocatus cupidus, a-
ſtutus Procurator, aut Cauſidicus.
Vnde non mirum eſt, ſi mali Aduocati, Procura-
tores, & Cauſidici ſunt alienæ ſubſtantiæ raptores,
dilationum innumerabilium inductores, vani & fal-
laces promiſſores, odiorum & litium amatores, ſalu-
tis propriæ neglectores, auidi ſalarii receptores, cau-
ſarum iniquarum ſuſceptores, traditionum peſſima-
rum fabricatores, & veritatis agnitæ ſubuerſores. &
denique vires deficerent, membraq; caderent, ſi o-
mnes defectus, dolos, fallacias, fraudes, callidirates,
& aſtutias, quibus hoc hominum genus implicari ſo-
let, enumerare voluero. Congrue † ergo deſcribitur 10
vita & mors talium his verſibus:

O vos iuridici, qui linguam venditis illi:
Vos vocat infernum, vos reſpuit ordo ſuperum.

Ideo iuſto Dei iudicio inhumani Aduocati mo-
riuntur ſine lingua, vt explicat Gloſſ. iuncto textu
Inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſt. ibi: ſæpe enim & lite-

rati, & eruditi homines variis caſibus & audiendi, & loquendi facultatem amittunt. Gloſſ. ibi *in ver. amittunt.* dicit, & maxime impii Aduocati. Verum Dei benignitate non omnes ſunt tales: & ideo non ægre ferant, qui boni ſunt, ſi detegantur vitia malorum; hoc enim fit, vt tales à malis deſiſtant, & vt boni à talibus ſibi caueant.

Ea propter vos moneo, ne vtamini cauillationibus, ambagibus, filatteriis, applauditionibus, ſubornationibus, & corruptelis penes iudices, inſtructionibus falſis penes teſtes, & partes, & colluſionibus, & cautelis doloſis in præiudicium animarum veſtrarum; nam ſecundum Cyni opinionem *in l. 1. C. vt quæ deſ. adu.* qui huiuſmodi cautelis vtuntur, gloriam reportant in hoc mundo, verum in futuro ſeculo pœnam habebunt æternam.

11 Vnde ad † propoſitum narrat Ang. *in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiect.* quod quidam vir ſanctus retulit, Dynum ſibi in ſomniis apparuiſſe, eique reuelaſſe, quemadmodum erat propter doloſam conſultationem ad ſupplicium æternum damnatus; & idem refert etiam Barbatius *conſ. 65. clementiſſimi Dei, col. 3. vol. 2.* & Guliel. de Benedictis *in repet. c. Raynutius. de teſtamen. in ver. teſtamentum. il primo, nu. 60.* & Dec. *in l. eademum. C. de collat.*

Sed vt eò, vnde egreſſa eſt, reuertatur oratio, con-
12 cludendum venit in his fluctibus, quod † licet prohibitum ſit Aduocatis alienas lites intercipere, *l. ſalarium, ff. mandati, & l. ſi quis Aduocatorum, C. de poſtulando.* neceis liceat vllum contractum, pactionemve cum litigatore, quem in ſuam fidem recepit, inire, *l. quiſquis, verſ. preterea nullum cum eo litigatore, C. de poſtulan.* nihilominus tamen iura iſta loquuntur, quando paciſcitur de quota litis, vt per Gloſſ. Bar. & Bal. *eo in loco*, tunc enim Aduocatus, qui de quota ipſa litis paciſcitur, debet officio Aduocationis priuari, ſeu priuatus declarari, tanquam deprædator. ita Bal. *in d. l. ſi quis Aduocatorum.* non autem loquuntur, diſponuntque iura præmentionata vllo modo, quando promittitur aliquid in pecunia pro labore, ac ſalario Aduocatorum, vt Scribentes allegant ita rem & veritatem iſtam claram reddunt. & videtur facere textus etiam *in l. 1. C. de ſuffrag.*

13 Imo *d. l. quiſquis.* loquitur † de ſalario lite pendente promiſſo, vt in textu, & ibi Gloſſ. *in ver. contractum.* ſimiliter hoc idem concedit, & *in l. 1. §. ſi cui cautum. verſ. ſuſpenſa lite ff. de var. & extraord. cognit.* ſecus vero foret vbicunque ſalarium Aduocatis promiſſum reperiretur per clientulos ante litis inchoationem. Et ſic quando extat ſimpliciter facta promiſſio ſummæ à lege permiſſa, ea ſoluenda eſt Aduocatis, *l. 1. §. & ſi nomine palmarii. ff. de variis & extraord. cognit.*

Et ſic huiuſcemodi pactum de ſoluendo ſalarium Aduocatis pro eorum patrocinio, iuſtove labore non videtur vllatenus reprobatum, ſed potius permiſſum à iure. & ita iudicauit ſacra regia Audientia Barenſis ad fauorem Iuriſconſulti Aſcentii Sereni de Altamura, *ſub die 20. Februarii 1592.* referente D. Octauio Lanario noſtro Collega, digniſſimo quidem filio D. Ioannis Antonii Lanarii dulcis memoriæ Comitis, & Regentis.

14 Imo † licet Aduocato ſalarium non ſit promiſſum, poteſt tamen agere, vt ſibi conſtituatur, *l. 1. §. in honorariis, & §. Aduocatos. ff. de variis & extraord. cognit.* Quoniam debetur ſalarium hoc Aduocatis, etſi conuentum non ſit, ratione ſui laboris, *d. l. 1. § iudi. in fin.* & ibi Bar. *in fin.* Cyn. *in 3. quæſt.* & Bal. *ſub nu. 2.* ſed ſalarium Aduocato per clientem ſolui non debet niſi lite, & cauſa finita. vt per Iaſ. *in l. diem functo, nu. 11. ff. de offic. Aſſeſſor.* & Pet. Ducennas *in tract. regularum, in reg. 63. in 2. ampliation.* in contrariam vero partem videtur inclinare Gloſſ. *in l. vnica, in ver. conſequantur, C. de ſuffragiis.* quod ſalarium præſtandum vtique ſit Aduocato per clientulum, eo ipſo, quod Aduocatus offert ſe promptum, paratumque patrocinium præſtare eius clientulo. Qua autem actione petatur ſalarium, nempe ex ſtipulatu, certi condictione, & officio iudicis, tradit gl. *in verb. conſtrinxerint, in l. 1. C. de ſuffrag.* Spec. *in tit. de ſalar. Aduoc. §. 1. n. 4.* Et tale ſalarium eſt liquidum, & à præcepto iudex incipere poteſt; ita Alex. *conſ. 13. n. 1. vol. 4.* & Dd. *in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc.*

Eſt nihilominus bene verum, quod huiuſmodi pactum de ſoluendo ſalarium Aduocatis per ſuos clientes reprobatum ſit, quando illud conſertur in euentum victoriæ, puta, ſi vincam hanc cauſam, volo habere tantum; vt exquiſite quidem determinat Paul. Caſtren. *in l. ſi quis Aduocatorum, C. de poſtulan.* prout hoc pactum quoque exoſum, atque inualidum reputatum extitit non indigeſte profecto *in anno 1582. ſub die 6. Martii*, in caſu diffinito in ſacro Conſilio, relatoque per D. Vincentium de Franchis *deciſ. 465. Aduocatum, in 2. par.* ſuper promiſſione facta per clientem Aduocato ſuo ducatorum centum pro patrocinio in caſu victoriæ.

Et nihil mirum, quia pactum hoc fundatum videtur fallaciter in quota litis, & ſic videtur contra diſpoſitionem iuris ciuilis, *in d. l. ſi quis Aduocatorum.* vbi hæc formalia proferuntur verba in textu, quæ tuendam ſuſceperint emolumenta ſibi certæ partis. & itidem verba iuris pontificii ſunt etiam, videlicet, *in c. infantes. 3. q. 7.* quæ tuendam ſuſceperint emolumentum ſibi certæ partis. Nam appellatione partis ſi nulla admodum adiiciatur quota, dimidia continetur, & ſic pars continet omni dubio procul in dubio dimidium. textus eſt *in l. nomen, § portionis, ff. de ver. ſignif.* Gloſſ. notat *in d. l. ſi quis Aduocatorum, in ver. immenſa.* Afflict. *deciſ. 44. nu. 38.* & Mathæ. Brunus cum aliis aggregatis per eum *conſ. 11 nu. 3.* imo pars etiam eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt ipſum totum, *l. ſi quis cum totum, ff. de excep. rei iudic.* nec non partis appellatione erga filium prolatæ, legitimam importare dicitur. ita Bar. Bal. Salyc. & Iaſ. *in 3. notab. in l. ſcimus, C. de inoffic. teſtamen.*

Et quamuis † hæc ita dicantur, nec liceat Aduo- 15
cato paciſci cum clientulo de quota litis, *l. quiſquis. §. preterea nullum, & l. ſi quis. C. de poſtul. l. ſi contra. C. mandat. & l. item, C. de procurat.* tamen ratione victoriæ, vel palmarii pactum, vel ſtipulatio tenet. text. eſt *in l. 1. §. litis. ff. de var. & extraord. cognit. & d. l. quiſquis.* quinetiam licite poteſt Aduocatus paciſci de re, quæ non eſt in lite, & de proſequenda lite ipſa vſque ad finem ſuis ſumptibus & expenſis. vt per Guid. Pap. *deciſ. 190. in honorario Aduocatorum.*

Et licet regia pragmatica edita *in anno 1586.* quinquageſima in ordine per Illuſtriſſimum Ducem Oſunæ, videatur diſponere; Aduocatos, procuratores, vel agentes, ſollicitatoreſque cauſarum non poſſe cum ſuis clientulis paciſci, pro ſolutione eorum patrocinii, etiam ſub quauis forma, ſub pœna trium annorum, & amiſſionis officii: tamen animaduertendum eſt huiuſmodi pragmaticam localem fore, procedereque tantummodo in cauſis vertentibus in regiis tribunalibus ciuitatis Neapolis, maioribus, & minoribus: nec non in regiis etiam Audientiis regni, vt facile colligitur ex verbis ipſius, non quippe obſcuria, dum in ea ita diſponitur: *Ordiniamo, & commandiamo, che da qua auanti neſſuno Aduocato, procurato-* [illegible] *re, ſol-*

re, ſollecitatore, ò agente delle cauſe, & liti, che vertono nelli tribunali di queſta magnifica, & fedeliſſima città di Napoli, tanto maggiori, come minori, come in quelle, che vertono nelle regie Audientie di queſto Regno preſuma ne per ſe, ne per interpoſta perſona per qualſiuoglia uia, ne diretta, ne indiretta pigliare ſimili promeſſe, ne per albarano, ò poliſa, ò qualſiuoglia altra ſcrittura, publica, ò priuata, ſotto pena di tre anne di relegatione, & priuatione di ſuo officio, oltra le pene impoſte dalla lege commune à coloro, che fanno patto de quota litis. caſſando, & annullando per la preſente pramматica tutti li albarani, poliſe, ò qualſiuoglia altra cautela publica, ò priuata, & promeſſe fatte, che non fuſſero ſodisfatte, & faciende per tal cauſa. Et quod ſit localis iſthæc pragmatica colligitur apertiſſime etiam in fine ipſius, dum ibi proferuntur, iteranturque iſta formalia verba: *Et accio ch' ſia nota à tutti hauiamo ordinato, che della preſente ſe ne affighino copie autentiche in ciaſcuno delli regii tribunali, eſiſtenti in queſta fedeliſſima città di Napoli, & in quelli delle dette regie Audientie.* de qua nempe pragmatica, tanquam ſacroſanctiſſima, atq; diuino inſpirata numine, diſcurrendo ſuper Aduocatorum patrocinium ſoluendum per ſuos clientes non ab re mentionem fecit D. Iacobus de Graffiis in *deciſionibus caſuum conſcientia, cap. 8. de Aduocatis & Procuratoribus, ſub nu. 11. lib. 3.*

Et ſic iſthæc pragmatica ſimpliciter loquens, ſimpliciter, iuribus triuialibus, debet intelligi: cum verbis legis inhærendum ſit, niſi aliter de mente conſtet, *c. ad audientiam, de dec. c. tranſlato, de conſtit. l. non aliter, ff. de leg. 3. & l. 1. §. ſi ii qui, ff. de excuſat. tut.*

Et tanto magis hôc de plano procedit, ſtante etiam, quod in ipſa prag. ita promulgata, nulla admodum extet facta mentio de ſpecialitate, vt in ea diſcernitur, *in verſ. nella fedeliſſima città di Napoli, &c.* taliter quod ea ſimpliciter debet intelligi, & localis quippe dici poteſt, & non aliter. in tantum quod merito quidem ſtatuta ſunt iuſte intelligenda, *l. 3. §. hæc verba ff. de negotiis geſtis.*

Nec non incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cum prætor, ff. de iudic. l. cum ita, ff. de condit. & demonſtrat. & l. Pomponius, § ſed et ſi is, ff. de proc. & c. nonne, cum ibi traditis per Doct. de præſumpt.* & per Curt. *conſ. 34.* per Ant. Cioſium *conſ. 69 nu. 3. vol. 1.* Ruin. *conſ. 96. nu. 1. vol. 1.* & Io. Bottam *conſ. 81. nu. 49.*

Imo cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum, *tot. tit. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* cum ſecundum qualitatem locorum, & bonorum, & temporis indocatur ſtatuens ad ampliandam pœnam.

Et vt demum attingam ſcopum præſentis ſpeculationis, concludendum eſt, quod ſtante præfatione huiuſcemodi pragmaticæ, circa deſignationem tribunalium & locorum, præfatio ipſa legis demonſtrat finalem intentionem condentis, *l. regula. §. licet, ibi initium conſtitutionis demonſtrat. ff. de iur. & facti ignoran.*

Et ſi lectio huiuſce pragmaticæ me plurimum incitauerit, recto quidem tramite ad diſcurrendum omnia præmentionata, nihilominus ne inchoata interpretatio imperfecta iaceat, inaniſq; hodie ſimiliter reſtet, in medium adduco etiam ſtringendo clarum eandem pragmaticam loqui, diſponereque in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus. quodq; demonſtratur ex illis verbis in ea prolatis: *Commandiamo, che di qua auante neſſuno Aduocato, procuratore, ſollecitatore, ò agente delle cauſe, & liti, che vertono nelli tribunali, &c.* taliter quod pragmatica ipſa expreſſe loquitur in cauſis & litibus, non autem in accuſationibus, querelis, & inquiſitionibus. & ita iudicauit Curia Altemuræ, *ſub die 10. Decemb. 1596.* abſoluendo IC. Aſcentium Serenum, cui promiſſi extiterant ducati centum pro patrocinio præſtando Antonio de Caſa Maſſima in cauſa homicidii in perſonam ſui filii patrati, atq; condemnando prędictum Antonium ad ſoluendum ipſi Aſcentio iuſtam mercedem taxandam, &c. prout ea taxata extitit in ducatis 40. In tantum quod pragmatica iſta loquendo per verba generalia lites & cauſas diſponit abſque ſcrupulo aliquo ſuper cauſis ciuilibus deductis in iudicio. vt habetur *in l. litis nomen, ff. de ver. ſignif. & in pragmatica, odia quæ inter coniunctos, in tit. de arbitr.* in qua diſponitur, compromiſſum faciendum inter coniunctos vſque ad quartam gradum conſanguinitatis, vel affinitatis incluſiue computandum ſecundum ius ciuile in cauſis ciuilibus, vel miſtis. & ille textus diſpoſuit ſolummodo ſuper litibus, & cauſis ciuilibus, vel miſtis, & noluit vllatenus diſponere ſuper cauſis criminalibus. imo iſte textus loquitur etiam in cauſis miſtis ad veram demonſtrationem ipſarum cauſarum ciuilium, & miſtarum. ex quo ſi ſimpliciter diſpoſuiſſet ſuper litibus, videbatur diſpoſitum in vno caſu cauſarũ ciuiliũ: vt diſpoſitum reperitur *in d. prag. ſu. Ducis Oſuna.* Et ꝙ iſta vox lis, & cauſa ſimpliciter ꝓlata in lege intelligatur de lite ciuili demõſtrat affabre quidẽ D. Camil. Borrell. *in commen. ſuper præalleg. prag. odia inter coniunctos, in §. 2. gl. 1. n. 1. cum aliis ſeqq.* in tantũ ꝙ hoc verbũ *cauſa*, idem ſonat quod *lis*, ſecundũ Bar. *in l. amplius non peti, ff. rem rat. haber.* Et ſic demũ pragmaticæ pmentionatæ loquentes de cauſis & litib. neceſſario intelligi debẽt de ciuilib. non a. de criminalibus: cũ lites ciuiles trienio extinguãtur, criminales vero biennio de iure ciuili, *l. properandũ. C. de iudic.* vnde de Aduocato paciſci licet, licitũq; eſt pro ſuo patrocinio in cauſis criminalib. vel de ſtatu dignitatis Magnatũ tuẽdo, prout *ſup. in prin. n. 3. & ſeq.* ꝓpalauimus.

Et hoc eo clarius demõſtratur, ſtante, ꝙ lis à contentione limitis prius nomẽ aſſumpſit, vt per Vergiliũ: *Limes erat poſitus litẽ vt diſcerneret aruis.* & per tex. et *in c. forus, de ver. ſignif.* ob quod equidẽ inficiari nõ poteſt ex deriuatione litis & cauſæ, illam dictionem *litis, & cauſæ*, prolatam ſimpliciter in lege intelligendam de cauſa, & lite ciuili, & eo magis cum in aliquibus legibus interdum diſponitur de cauſis ciuilibus, & interdum etiam de criminalibus, eſto, quod cauſarum genera tria ſunt, ſcilicet ciuilis, criminalis, & ſpiritualis, ita Gloſſ. *in c. 1. de colluſione detegen.* Vnde nihil mirum, ſi Gloſſ. conſtituat qualemqualem differentiam inter cauſam, & litem *in l. 1. ff. de teſtibus, in ver. litibus.* aſſerendo, quod cauſa proprie dicatur dum res extat deducta in controuerſia extra iudicium. lis vero incipiat eſſe lis ſi deducatur in iudicium. Et conſequenter litis nomen actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit, ita textus formaliter *in l. litis nomen, ff. de ver. ſignif.* vbi Gloſſ. explanat illud verbum, in perſonam, ſiue miſta ſit, ſiue officium iudicis locum habeat.

OPINIO XXXIX.

SVMMARIA.

1 *Alienari res eccleſiæ propria natura non poſſunt.*
2 *Alienatio rei eccleſiæ non confirmatur iuramento.*
3 *Emptores & venditores bonorum eccleſiæ immobilium ac mobilium, pertinentium ad diuinum cultum, tam in caſu non licito, quam licito, ſed non ſecundum formam traditam à lege, ſacrilegium committunt, & mortaliter peccant.*
4 *Alienationis rerum eccleſiæ prohibitio an extendatur ad res mobiles eccleſiæ.*
5 *Calix laico ſeu priuato an & quando vendi vel obligari poſſit.*

6 Reli-

6 *Reliquia ſanctorum non poſſunt vendi, neque obligari.*
7 *Alienari poſſunt fructus ex prædiis eccleſiæ percepti, abſque iuſta cauſa & ſolemnitate.*
8 *Alienatio ab Epiſcopo facta rerum menſalium eccleſiæ ad vitam ſuam valet, non obſtante eius iuramento de non alienando.*
9 *Venditio valet, etiamſi venditor iuret non vendere, & poſtea vendat, licet periurus remaneat.*
10 *Alienans res eccleſiæ non menſales Epiſcopus, qui iurauerat non alienare res eccleſiæ menſales, non incurrit periurium.*
11 *Res eccleſiæ, & vaſa myſtica quibus caſibus alienari poſſint.*
12 *Decimas in feudum dare tur laicis conceſſum.*
13 *Alienatio rerum eccleſiaſticarum exigit, & requirit cauſam neceſſitatis, & euidentis vtilitatis, quæ & probanda eſt.*
14 *Iuſta & neceſſaria cauſa alienandi rem eccleſiæ quæ ſit.*
15 *Alienatio rei eccleſiæ vtilis an ſit permiſſa ſine ſolemnitate iuris. & n.16. Et quomodo conſideretur illa vtilitas. n.19.*
17 *Solemnitas à iure, ad fauorem eccleſiæ exigitur, ad effectum, vt eccleſia vtiliter contrahat præſumptiue.*
18 *Alienari poteſt ſine iuris ſolemnitate res eccleſiæ parua.*
20 *Alienatio bonorum eccleſiæ in potentem facta, vt bona eccleſiæ occupata recuperet, valet.*

1 ALIENARI † non poſſunt res eccleſiæ ex propria natura, quia humanæ conuentioni nullatenus ſubiecta ſunt, vt cumulatiſſime notat Afflict. *de-*
2 *ciſ.75.* & ibi Cæſar Vſillus *in add. nu.1.* Ideo † minime
huiuſmodi contractus, ſeu alienatio confirmatur iuramento, & conſequenter ſi iuramentum præſtitum
foret ab alienante, nequaquam iure alienationis
poſſet in emptorem transferri, cum iurantis poteſtati non ſubſit, *l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. 1. & l. inter*
ſtipulantem, § ſacram. ff. de ver. oblig. & ita voluit Bar. *col.*
fin. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. cuius opinionem indicat communem eſſe Corn. *in Auth. ſacramenta puberum. quæſt.16. C. ſi aduerſus vend.* & Alciat. *in c. cum con-*
3 *tingat, nu.179. de iureiur.* Imo † emptores, & venditores ipſi bonorum eccleſiæ tam immobilium, quam
mobilium pertinentium ad diuinum cultum in caſu
non licito, ſeu in caſu licito, ſed non ſecundum formam, *c. Epiſcopus, & c. ſi quis Epiſcopus, ext. de rebus eccleſiæ non alienan.* & aliorum canonum ſuper hoc promulgatorum ſacrilegium committeret, & mortaliter peccaret, ſecundum induſtria refertiſſimum Fratrem Ioannem conciuem noſtrum, *in ſermonibus quadrageſimalibus, in ſermone 50. de ſacrilegio, quæſtion. 3. col. antepen. verſ. decimus modus eſt.* & emptor tunc perdit
etiam pretium, *l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccleſ.* Imo
alienans bona eccleſiæ abſque ſolemnitate, & iuſta
cauſa, bona ipſa poterit reuocare cum fructibus; tex.
eſt cum Gloſſ. *in c. ſi quis presbyterorum, de reb. eccleſ. non alienan.* Dec. *conſ. 142. nu. 4. in fin.* & Pet. Ancharan. *in quæſtionib. familiarib. quæſt. 52. nu. 3. & ſeq. lib. 2.*

4 Et licet lex † prohibeat alienationem rerum eccleſiæ, vt ſupra oſtenſum eſt: tamen talis prohibitio
non trahitur ad res mobiles, vt tradit Iacob. de Aret.
quem refert Cyn. *in l. vnica, §. & cum lex. C. de rei vxor. action.* adde niſi mediante noua prouiſione facta ſuper hoc, *l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. & §. ſacra. inſtit. de rerum diuiſ.* quæ prouiſio per præmemorata iura ſi
de nouo facta non eſſet, quod res ſacræ etiam mobiles pertinentes ad cultum diuinum, vt ſunt paramenta, calices, & huiuſmodi alienari prohibeantur,
& vt ipſa vaſa ſacra, veſtes, & calices vendi nequeant,
procedit poſt conceſſionem prædictarum rerum,
non autem ante; quia tunc vendi poſſunt, vt cæteræ
res, ſed poſt conſecrationem ipſam, quia ſpiritualibus annexa ſunt ratione conſecrationis, alienari
prohibentur, ſed ratione materiæ referendo intentionem ad temporale, non ad ſpirituale, vendi poſ-
ſunt eccleſiis, & in eadem forma. Verum † laico, ſeu 5
priuato vendi non poteſt calix, niſi conflatus, vel
confractus præmiſſa prius oratione, *c. hoc ius, 10. q. 2.*
ſed Pet. de Palu. *in 4. ſentent.* concludit, quod vaſa ſacra laicis vendi non debent, niſi conflata, quibus tamen obligari poſſunt. & ſubdit etiam ibi, quod idem
eſt de † reliquiis, quæ gratia auri & argenti vendi poſ- 6
ſunt, & obligari, non aliter: hoc enim negotium nullam habet difficultatem, neminem martyres diſtrahere, mercarique poſſe, *l. nemo, C. de ſacroſan. eccleſ.*

Et hodie † quoque res ipſæ mobiles, vt ſunt fru- 7
ctus, qui ex prædiis eccleſiæ percipiuntur abſque alia
iuſta cauſa & ſolemnitate, paſſim alienari poſſent, vt
aperte demonſtrat cum aliis aggregatis per eum
Menochius *de arbit. iud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſu 172.* Imo
hoc eatenus procedit, & ampliatur, quod ſi Epiſco-
pus † res menſales eccleſiæ iuraret non alienare, & 8
poſtmodum illas alienaret, quod tunc alienatio facta ab ipſo Epiſcopo rerum prædictarum ad vitam
ſuam valeat, & teneat, non obſtante iuramento ſuo
de non alienando, ita Moeda *deciſ. 7. & 250.* Et quam-
uis † Epiſcopus periurus remaneat in præſenti caſu, 9
nihilominus alienatio facta per eum de rebus memoratis valet, atque firma remanet, ſecundum Creſcen. *deciſ. 150.* Innoc. *in c. dilecto, extra de prob.* & Paul.
de Caſt. *conſ. 339. dico non obſtante iuramento, nu. 3. vol. 1.*
Si vero † Epiſcopus alienaret res eccleſiæ non men- 10
ſales, non incurreret quidem vllo modo periurium,
& teneret alienatio, quia iuramentum de illis interpoſitum nullatenus intelligitur, *c. fin. de feud.* & notat
Paul. de Caſt. *conſ. 134.* quod in variis tribunalibus &
cauſis allegari intellexi, & nunquam illud reperire
potui. Itidem Gloſſ. *in c. quamuis. de decim.* ponit tres
alios † caſus, in quibus licitum ſit etiam vaſa myſtica 11
alienari.

Primus ergo caſus eſt, vbi neceſſitas vrgeret, puta
ſi parochiani illius eccleſiæ caperentur, *c. ſicut omnino 12. q. 2. & l. ſancimus.* & ibi Bart. *in prin. C. de ſacroſan. eccleſ.* Et pro pauperibus alendis & conſimilibus quoque alienatio rerum ſacrarum fieri poſſet, *c. aurum habent. 12. q. 2.* Gloſſ. Bar. & alii omnes *in d. l. ſancimus. in prin. C. de ſacroſan. eccl.* Et ſimiliter captiuitatis cauſa ipſa vaſa myſtica pignori dari poſſent, *c. illa autem penes. de non alien. reb. eccl.* & not. Ant. de But. *in c. nullus de pig. in fin.* & præmiſſorum reddit rationem Ant. de
But. *in d. c. nullus.* quod veriſimile eſt Chriſtum velle
pretium ſuarum rerum fundi pro redemptione animarum, pro quibus fundit ſanguinem proprium.
Sed hoc non procederet, vbicunque bona eccleſiæ
ea conditione vel lege acquiſita forent, vt nullo modo ea alienari poſſent, tunc enim illa bona, ita alienari prohibita, nec redimendorum captiuorum gratia, nec ex quacunque alia cauſa, etiam alias à iure
permiſſa alienari valerent, *§. ſanctiſſimas, in Auth. de alien. & emphyt.* Gloſſ. *in c. verum. de condit. appo.* Alex. *col. 1.* & Marian. Socin. *nu. 63. in l. filiusfamilias. § diui ff. de leg. 1.* Auguſt. Bero. *conſ. 49. facti ſpecie, nu. 11. vol. 2.* vbi ad
lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem.
Necnon ſi res eccleſiæ reperirentur alienatæ, puta
laicis datæ, vel conceſſæ, vt eccleſiam defenderent,
valeret quippe, & teneret alienatio, ſeu ipſa conceſ-
ſio, *d. c. quamuis.* Vbi profert Ant. de But. in vltima
oppoſitione Gloſſ. quod † olim ex diſpenſatione 12
eccleſiæ fuit conceſſum, vt decimæ poſſent dari in
feu-

feudum, & hoc neceſſitate inſtante, vt defenderent
eccleſias ab hæreticis & oppreſſionibus. Poſtea verò
cauſa ceſſante non fuerunt aliter conceſſæ, imo pro-
hibitæ, *c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat.* vnde
decimas ab antiquo conceſſas hodie poſſident eo-
rum ſucceſſores, & addit, quod noualia, quæ inſur-
gunt in decimatione laicorum, non accreſcant eis, *c.*
13 *ſuæ nobis, de decim.* Sexto valet † & tenet ipſa alienatio
etiam rerum eccleſiaſticarum, dummodo in ea in-
terueniat iuſta cauſa, & non aliter, & ſic in alienatio-
ne rei eccleſiæ exigitur, requiriturque ad hoc vt ſub-
ſiſtat, & valeat, quod in ea interueniat iuſta cauſa, ſci-
licet neceſſitatis & euidentis vtilitatis ipſius eccleſiæ,
interueniantque ſolemnitates à iure introductæ, a-
lias his ceſſantibus ipſo iure nulla eſt, text. eſt *in c. 1. de*
reb. eccl. non alienan. in 6. & ita per illum text. firmat
Corn. *conſ. 243. col. 3. vol. 2.* Ruin. *conſ. 86. col. 1. vol. 1. &*
conſ. 40. col. 1. vol. 5. Barbatius *conſ. 40. col. 1. vol. 1. & conſ.*
14. col. 2. vol. 2. & conſ. 61 col. 2. volum. 3 Socin. *conſ. 15. col.*
8. vol. 1. & conſ. 52. col. 2. vol. 4. Dec. *conſil. 174. col. 1. & conſ.*
142. col. 2. & Gloſſ. *in c. 1. de in integrum reſtit.* vbi Abb.
Cōis opin. admonet iſtam eſſe communem opinionem, prout
atteſtantur etiam de ipſa communi plerique ex alle-
gatis Doctoribus, & Ioan. Bapt. Ferret. *conſ. 294. viſo*
14 *conſilio reuerendi ac excellentis, nu. 4. vol. 2.* Et iuſta † ne-
ceſſariaque cauſa alienandi res eccleſiæ ea eſſe vide-
tur, qualis eſt æris alieni ſoluendi, aut reparationis ec-
cleſiæ, vt in Gloſſ. *in ſumma, 12 q. 2.* Et ſic intellige ne-
ceſſitatem omnem iuſtam cauſam alienandi, ſecun-
dum Lau. quem refert, & ſequitur Archidiac. *in c. pla-*
cuit, 12. quæſt. 11. quod nota procedere, & de plano lo-
cum obtinere, vbicunque debitum vrgeret, nec ec-
cleſia haberet aliunde, vnde illud ſoluere valeret,
iuxta c. hoc ius porrectum. 10. quæſt. 11. Imo hoc in tan-
tum procedit, & amplificatur, vt licitum quippe ſit
etiam Prælato ſtante neceſſitate alienare nedum bo-
na præmemorata, eccleſiæ ab antiquo conceſſa, ſed
etiam bona prohibita alienari à teſtatore, vt conce-
dit & firmat in propriis terminis Ioan. And. *in c. ve-*
rum. de condit. appoſ. Septimo præmiſſa limitantur et-
15 iam non procedere, vbicunque † alienatio rei eccle-
ſiaſticæ vtilis eſſet eccleſiæ, tunc enim, etiam quod ea
facta foret ſine iuris ſolemnitate, & forma à iure re-
quiſita, valeret & teneret, ſecundum Gloſſ. *in l. cum*
hi. §. eam tranſactionem, in ver. alimentarum. & ibi Bald.
& Ang. *ff. de tranſaction.* Abb. Sicul. & alios omnes *in c.*
Cōis opin. *1. de his quæ fiunt à prælat.* Gloſſ. *in c. 1. ne ſede vacant.* &
Alexand. *in leg. cum lex, de fideiuſſ.* Roman. *conſil. 316.*
circa propoſitam, & conſil. 453. viſa principali. & ibi Ho-
rat. Mandoſ. *in addit.* & Iacob. Philip. Port. ſeu potius
Anton. Gabriel. cum aliis prope innumeris relatis
per eum *in ſuis concluſionib. libr. 4. concluſion. 13.* ex qui-
Cōis opin. bus facile conſtat iſtam eſſe communem opinio-
nem, licet ibi recenſeat alteram opinionem ſimiliter
16 communem. Sed † retenta prima ſententia tan-
quam ſacroſanctiſſima; ea quippe probatur *in dict. §.*
eam tranſactionem. vbi valet tranſactio ad fauorem
pupilli ſuper alimentis, non ſeruata ſolemnitate le-
gis, ſi pupillus conditionem ſuam vtiliorem ac me-
liorem fecerit. Et comprobatur hoc idem etiam, ſi-
17 quidem huiuſmodi † ſolemnitas à iure requiritur ad
fauorem eccleſiæ ad finem & effectum, vt eccleſia v-
tiliter contrahat præſumptiue, vt inquit Baldus *in c.*
1. column. 2. qui feud. dar. poſſ. & ſequitur Alexand. *conſil.*
79. volumin. 1. & idem Bald. *in c. ſicut. in fin. de re iudicat.*
18 Octauo alienari poſſent † bona eccleſiæ ſine iuris ſo-
lemnitate ea cauſa, & ſic ex cauſa incommoditatis,
vbicunque res ipſa alienanda parua eſſet, foretque
magis damnoſa eccleſiæ, quam vtilis, *c. terrulas. 12. q.*
2. & notat Abb. *in c. nulli liceat. de reb. eccl. non alien.*
Gloſſ. *in ſumma 12. q. 2.* Canophylus Sangrius Mona-
chus Caſinas *in tract. de rebus eccleſ. non alien. in limit.*
4. fol. par. 14. & Io. Bapt. Ferr. *conſ. 294. viſo conſ. reueren-*
di, nu. 2. & 8. vol. 2. vbi tradit genuinum ſenſum & in-
tellectum *ad d. c. terrulas.* & Tiraquel. cum aliis aggre-
gatis per eum, *in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo,*
quæſt. 23. fol. 36. & Thomas Zerola *in practica epiſcopali,*
in verbo, alienatio rerum eccleſiaſticarum, nu. 6. fol. 10. vbi
concedit, *d. c. terrulas.* extendi ad valorem centum
ducatorum, aut ad annuum cenſum quinque duca-
torum, & ita audiuiſſe practicari in Archiepiſcopali
Curia Salernitana. & licet Gloſſ. *eo in loco, in ver. exi-*
guas. determinet, terrulas dici poſſe, quæ non valeant
vltra viginti ſolidos, vel extent nullius admodum
redditus, tamen hoc videtur arbitrarium iudici, vt
per Redoan. *in tract. de reb. eccleſ. non alien. q. 52. nu. 77.* &
Donnum Thomam Zerolam, vbi ſupra. & nihil mi-
rum, quia compertum eſt modicam rem fore exclu-
ſam à ſolemnitate & iuris rigore, contineríque ſub
Prælati iuramento, quo iuraret ſe nullatenus alie na-
turum inconſulto Superiore, vt per Feder. de Senis
conſ. 210. & Tiraq. cum aliis congeſtis per eum *in tract.*
de iudicio in rebus exiguis ferendo, q. 23. fol. par. 36. Nono
res † eccleſiæ ex cauſa maioris vtilitatis alienari poſ- 19
ſent, ſi eccleſia ipſa reciperet alteram rem meliorem,
vt in c. vt ſuper. de reb. eccl. non alien. & notat Aug. Berous
in conſ. 88. in cauſa mota, vol. 1. nu. 25. vbi *nu. ſeq.* declarat
etiam vtiliter, quomodo conſideretur vtilitas maior
in re eccleſiæ, *& in conſ. ſeq. quoque, ſub nu. 13. & ſeq.*
Decimo † alienatio bonorum eccleſiæ facta in Po- 20
tentem, vt occupata bona ipſius eccleſiæ de manu al-
terius potentis recuperaret, valeret equidem, & te-
neret, textus eſt *in c. 2. de feud. in 3. & vltimo caſu, ibi* ali-
cui laico in feudum concedere, qui & illud recupe-
ret, & in feudum recognoſcat, *& in fine eiuſdem capi-*
tuli, ibi, poteris ei licenter concedere, per quem illud
eccleſia valeat rehabere, quem textum ſumme ex-
tollunt ad hoc ibi Doctores. Alias vero limitationes
circiter 56. in quibus eccleſiaſticæ res ſine ſolemnita-
te alienari regulariter queant, ponit vtiliter Cano-
phylus *in d. tract. de reb. eccl. non alienan. fol. par. 12. cum a-*
liis ſeq.

OPINIO XL.

SVMMARIA.

1 *Alienari an poſſit per maritum res immobilis in dotem data. & nu. 2. & 3.*

4 *Æſtimatio an & quibus caſibus emptionem faciat, vel non; & quando bona æſtimata remane in reſtitutionem, quando æſtimatio. & n. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. & 14.*

10 *Dotis in locum quando ſubrogetur res empta ex pecunia dotali.*

15 *Maritus ſi non eſt ſoluendo, mulier non ſolum pecuniam in dotem traditam petere poteſt, verum etiam in ſubſidium poterit res emptas ex tali pecunia dotali vendicare.*

ALIENARI † non poteſt res immobilis in do- 1
tem data, etiam cum conſenſu mulieris, & con-
ſequenter cum ſolemnitate, *Auth. ſine a me. C. ad Velle-*
ianum. vt voluerunt ibi Gloſ. & omnes, Bar. *in l. ſi æſti-*
matis. ff. ſol. matr. Hipp. Rimin. *in rub. Inſt. quib. alien. li-*
cet, vel non, n. 15. cum aliis ſeq. Alex. & alii in *l. 1. eod. tit. ſol.*
matr. præſertimque ibi Ripa *nu. 106.* qui prorumpit i-
ſtam eſſe communem opinionem, quam limitat Ri- Cōis opin.
min. *in d. rub. Inſt. quib. alien. licet vel non.* in quinq; caſi-
bus, *à n. 139. vſque ad n. 209. & ſeq.*
Et limitatur vtiliter † quoq; non procedere, vbi- 2
cunque res ipſa immobilis fuiſſet data æſtimata,
tunc quippe alienari poſſet tanquam res mariti, cu
quia

quia per æſtimationem videretur fieri venditio, nec
eſſet res ipſa in dote, ſed eius pretium, *l. quoties, & l.*
plerunque. §. ſi ante. ff. de iure dot. & concedunt hoc
Gloſſ. Bar. Oduſr. Bal. Alberic. Salyc. & cæteri omnes
in l. ſi inter virum. C. de iure dotium. & Riminal. cum a-
liis prope innumeris relatis per eum *in d. rub. Inſtit.*
quibus alienar. licet, vel non, nu. 33. & ſeq. ex quibus facile
Cōis apparet, iſtam eſſe communem ſententiam, quam i-
opin. bid. Riminal. *nu. 39. cum aliis ſeq.* pluribus modis am-
pliat, & limitat copioſe, docte & vtiliter.

3 Hoc vero † de plano & abſque dubio procederet,
niſi expreſſe vel tacite inter contrahentes ageretur,
quod æſtimatione ipſa non obſtante res illa eſſet in
dote, & vt eadem poſtea reſtitueretur: eo enim caſu
diceretur res dotalis, nec effecta foret vera emptio,
& ſic eadem reſtitui deberet, & non pretium, vt ele-
ganter determinat Bald. *in l. ex conuentione. C. de pactis.*
& Aret *conſ. 84. diligenter ponderatis, col. 2.*

4 Æſtimatio † autem fundi, qui in dotem datur, mi-
nime facit emptionem, quando ex coniecturis con-
ſtaret contrarium actum fuiſſe inter contrahentes, *l.*
æſtimatio. & Bar. & alii vnanimes omnes, *ff. ſolut. ma-*
trim. Soc. iun. *conſ. 141. nu. 2. vol. 1.* vbi poſt Aretin. & a-
lios dicit de dicta mente poſſe apparere, & expreſſe,
quod ita actum fuerit, & per coniecturas; idem Soc.
iun. *conſ. 118. nu. 16. vol. 3.* & Hieronym. Gabriel. *conſ. 60.*
5 *in princ. vol. 2.* Vbi inquit, inſpiciendum † eſſe pa-
ctum, quod fit ſuper reſtitutione ad cognoſcendum,
an bona immobilia, vel eorum æſtimatio potius ve-
niat in reſtitutionem, veluti ipſe reſpondit in caſu
ſuo. & explanauimus ampliori apparatu *in deciſ. 261.*
dat aliu res, nu. 7. lib. 2.

6 Sicuti etiam † vbicunque ſunt data bona marito
æſtimata pro certa ſumma, & dictum eſt, pro fundo
dotali, tunc reſtituenda eſſe bona, & non eorum
pretium æſtimatum, tradunt Oldradus *conſ. 245.*
Corn. *conſ. 137. nu. 10. vol. 1.* Berous *conſ. 163. nu. 12. conſ.*
204. nu. 22. & ſeq. vol. 1. & conſ. 165. nu. 42. vol. 2. Natta
conſ. 652. nu. 8. & ſeq. vol. 4. Simon de Pratis *conſ. 148. nu.*
8. & ſeq. Cephal. *conſ. 532. vol. 4.* Afflict. *deciſ. 270.* licet
contrarium, ſed male conſuluerit Iacob. Beretta *conſ.*
23. non videtur ſub nu. 3. & ſeqq.

7 Idcirco † inſpiciendum eſt pactum, quod fuit in
reſtitutione dotis appoſitum, vt probat textus *in l. ſi*
inter virum, C. de iur. dot. & notat Hieronym. Gabriel.
conſ. 62. in prin. vol. 2. quo nempe pacto inſpecto res
redditur clara; nam ſi in inſtrumento dotali conti-
netur, quod bona ſtabilia promiſſa in dotem, æſti-
mataque fuerint conſignata marito pro ſua vxore, &
eius heredibus, tunc bona ipſa remanent dotalia,
nec dicitur per æſtimationem huiuſmodi bonorum
facta emptio per maritum.

Perſpicuum eſt enim ac notiſſimum, heredibus v-
8 xoris † hoc caſu iſta bona eſſe reſtituenda, vti ipſis ex
ſtipulatione acquiſita, veluti in terminis reſpondit
Oldradus *conſ. 245.* vbi conſuluit, quod data æſtima-
tione facta pro vxore, res nullam habeat difficulta-
tem. imo fortius voluit Oldradus eo in loco, quod
dato, quod res ipſæ extitiſſent datæ æſtimatæ, vera æ-
ſtimatione marito, nomine proprio, tamen prædia
æſtimata venirent in reſtitutionem, quia illud, quod
datur contemplatione mulieris, ab ipſa muliere pro-
fectum eſſe videtur, *l. dedit dotem. ff. de collat. bonorum.*

9 Cæterum † dictum hoc Oldradi nullo modo ve-
rum eſſe puto, quia vrgeret pactum in contrarium,
ſcilicet quia eſſet facta æſtimatio pro marito: verius
igitur eſt, vt res non habeat dubitationem aliquam
in caſu iſto, in quo eſt facta æſtimatio pro vxore, & il-
lius heredibus, quod tum huiuſmodi bona ſtabilia,
etiam æſtimata, omnino veniant in reſtitutionem:
ſecus vero quando eſſet facta æſtimatio pro marito,
& eius heredibus, vt in hiſce terminis reſponderunt
Berous *conſ. 63. nu. 11. vol. 3.* & Rolan. *conſ. 87. nu. 8. & 19.*
vol. 4. vbi ita explicat intelligendum eſſe conſilium
Oldradi præallegatum, quod videlicet in illius caſu
ſit facta æſtimatio pro vxore & eius heredibus. Vt in
terminis etiam, idem reſpondit Rom. *conſ. 221. in prin.*
vbi inquit, quod † licet res empta ex pecunia dotali, 10
per alium, ipſius ementis nomine, in locum dotis
non ſubrogetur, *vt in l. fin. C. de ſeruo pign. dato manu-*
miſ. & in l. ex pecunia, C. de iure dotium. vbi Bar. Alberic.
Salyc. Ang. Pet. de Bellapertica, Odofred. Io. Fab. &
alii vniuerſaliter omnes, & Ant. Ciotius cum aliis ag-
gregatis per eum *conſ. 32. nu. 8. vol. 1.* tamen ſi ex ea pe-
cunia emptum ſit aliquid nomine mulieris, ſuccedit
tale emptum in locum dotis, ſi hoc mulieri expediat,
l. res quæ ex dotali, & ibi gloſſ. ff. de iure dotium.

Imo hoc catenus † procedit, atque amplificatur, 11
quatenus non ſolum dictum ſit in inſtrumento, *pro*
vxore, & eius heredibus, ſed etiam, *pro ſuis.* quia illud
verbum, *ſuis*, exponeretur *pro heredibus*, ſecundum
Alex. *conſ. 26. col. 2. vol. 5.* vbi tradit, quod feudum con-
ceſſum pro ſe, & ſuis, intelligatur, intelligique de-
beat, *pro heredibus*, & ſequitur Rolan. *conſ. 87. poſt nu. 10.*
vol. 4. vbi annectit quoque ita reſpondiſſe Cardina-
lem Simonettum *conſ. 25. inter conſilia ſtatus Montiſ-*
ferrati.

Similiterque † ſi æſtimatio fundi dotalis tantum 12
facta fuiſſet ad ſciendum rei valorem, tunc minime
ea faceret emptionem vllo modo, vt per Afflict. *deciſ.*
270. Ruin. *conſ. 134. ſub nu. 5. vol. 4.* & planum fecimus
etiam ex communi opinione *in deciſ. noſtra 261. dotalis*
res, nu. 5. lib. 2.

Poſtremo, licet controuertant Doctores recen-
tiores, an † cum tempore conſignationis dotis mari- 13
tus non habeat vnde ſoluat, nec poſſideat bona, ex
quibus æſtimationem rerum dotalium facere poſſit,
tunc faciat emptionem, vel non; veluti hoc caſu
nullatenus facere emptionem, ſed eſſe adiectam ad
ſciendum valorem rei, opinantur Bal. & alii Inter-
pretes *in l. ex conuentione, C. de pactis.* Soc. iun. *conſ. 141.*
nu. 12. vol. 1. Couarruu. *in lib. practicar. quæſt. cap. 28. verſ.*
octauo quibuſdam. vbi allegat Cremenſ. Iaſ. & Dec. Syl-
ua nuptialis *lib. 2. nu. 69. & ſeq.* Io. Ant. Trigona *ſing.*
62. æſtimatia, nu. 1. Cæterum licet hanc opinionem
improbent Rolan. *conſ. 92. nu. 8. & 82. & ſeqq. vol. 2.* &
Couarruu. *in loca præcit.* & opinionem veriorem eſſe
aſſerat Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 10. verſ. ſubdit Rolan-*
dus, chart. 20. in lib. commun. opin. tamen quicquid ipſi
opinentur, puto priorem ſententiam non ſolum re-
ceptiorem, ſed etiam veriorem, tutioremque eſſe,
quia dum liquet, maritum non eſſe vere ſoluendo, v-
tique non poteſt operari fictio, quam ſubintelligi
cenſuit Rolandus *in allegato conſ. 92. nu. 14.* vt pecuniæ
datæ marito cenſeantur ab vxore, & maritus breui
manu illas dare vxori pro emptione bonorum intel-
ligatur; & hanc opinionem, quicquid dicant Rolan-
dus, Couarruuias in locis præmemoratis, ſincerio-
rem, iuſtioremque in lucem adduxit Caualcanus *in*
repertorio ſuarum deciſionum, in ver. maritus, & eius he-
res. poſt nu. 1. & iſtam partem ſequitur commendatq;
licet neminem prædictorum Doctorum alleget,
Hieronym. Gabriel. *conſ. 60. nu. 3. vol. 2.* vbi non per-
plexe deliberat, quod † dote data in bonis æſtimatis, 14
ſi pro reſtitutione maritus nihil obliget de ſuo, vi-
deatur actum, vt reſtituatur dos in ipſis bonis æſti-
matis, & annectit etiam, id potiſſimum procedere, v-
bi de reſtitutione nihil actum eſt. Et ſic minime du-
bitan-

bitandum eſt, quin iſthæc ſententia ſit verior, atque robuſtior. Et ſi alicui magis placeret opinio contraria Rolandi & Couarruuias, quam iſta, tamen iunctis aliis adminiculis ſupraſcriptis, ſcilicet, quod bona immobilia ſint data æſtimata marito, recipienti & ſtipulanti pro vxore, & vxoris heredibus, tutiſſime quidem affirmandum eſt, eam ſequendam eſſe in iudicando, & conſulendo: ita enim ſæpiſſime arguunt Scribentes, & propter alia adminicula aliam opinionem ſequuntur, quam ſimpliciter non amplecterentur, vt notatur *in Auth. itaque. C. communia de ſucceſſion. l. qua in prouincia. §. 1. ff. de ritu nupt.* Ruinus *in l. filiusfamilias, §. diui, col. 51. ff. de leg. 1.* taliter quod ſtante paupertate mariti, tempore conſignationis huiuſmodi bonorum immobilium, æſtimatio illa emanata non faceret emptionem, etiamſi facta foret pro dicto marito, & eius heredibus, vt videatur actum, vt dos hoc caſu reſtitueretur in bonis ipſis æſtimatis, vt reſpondit Hieronym. Gabriel. *in citato conſ. 60. nu. 3. vol. 2.* aſſerendo eo in loco id potiſſimum procedere, quando de reſtitutione nihil actum eſt.

15 Eſt nihilominus † bene verum, quod ſi maritus non foret ſoluendo, tunc vxor, nedum petere poſſet pecuniam ei in dotem datam, verum etiam in ſubſidium, valeret quoque vendicare res emptas ex ipſa pecunia dotali. ita Bal. *conſ. 226. iſta confeſſio, vol. 2.* Cyn. Pet. de Bellapertica, Bar. Alberic. Salyc. Ang. & alii vnanimes omnes *in l. ſi vt proponis, C. de rei vendicat.* Neguſan. *in tract. de pignorib. par. 2. in 1. memb. nu. 38. & ſeq.* & Aot. Cioſiua conſulendo *conſ. 32. rei ſeries, nu. 9. & ſeqq. vol. 1.* vbi tollit etiam non intricate omnia obſtacula contraria.

OPINIO XLI.

SVMMARIA.

1 *Alienari an poſſit res mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, vt ſunt annuli, gemmæ, torques, & aliæ res ſimiles in dotem datæ inæſtimatæ.*

2 *Conſenſus ſecundus mulieris, qui requiritur ad excludendam eam à re dotali, præſumitur interueniſſe elapſis triginta annis.*

3 *Alienari poſſunt res mobiles in dotem datæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt veſtes, & ſimiles, quæ vſu conſumuntur.*

4 *Res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quænam dicantur.*

5 *Tutor etiam res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, alienare prohibetur. Vt & eccleſiæ res pretioſæ, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, abſque iuſta cauſa & ſolemnitate alienari non poſſunt.*

6 *Tutor aliquando bona pupilli immobilia ante mobilia diſtrahere debet, quod exemplis illuſtratur & rationibus. nu. 7. 8. 9. 10.*

11 *Mulier alienare poteſt dotem ſuam abſque iuris ſolemnitate, vt ſuos ab hoſtibus redimere poſſit.*

12 *Filiusfamilias poteſt alienare abſque patris conſenſu ad redimendum patrem ex carcere.*

1 ALIENARI † hodie non poteſt res mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, vt ſunt annuli, gemmæ, torques, & aliæ res ſimiles in dotem conſignatę, ſi inæſtimatæ conſignarentur, niſi ab initio conſentiret vxor, & iterum lapſo biennio accederet alter conſenſus ipſius mulieris; & ſic accedente bino conſenſu, atque viro remanerent tot in bonis, quæ ad dotis reſtitutionem optime ſufficerent, & iſta eſt ſolemnitas *Auth. ſiue à me. C. ad Velleian.* de qua loquitur Bar. *in l. 1. ff. ſol. mat.* & cum eo ſentiunt omnes communiter, attestantibus Alex. Iaſ. *n. 33.* Crot. *n. 53.* & Ripa *ibi n. 103.* & Hippol. Rimin. *in rub. Inſt. quib. alien. licet vel non, nu.* Cōis opin.

128. vbi ſimiliter meminit de communi, & refert duas alias contrarias opiniones, *nu. 120. cum aliis ſeq.* Sed aduerte, † quod antedictus ſecundus conſenſus mulieris, qui requiritur ad excludendam eam à re dotali, præſumitur abſque dubio aliquo interueniſſe poſt lapſum triginta annorum; & conſequenter requiruntur anni triginta ad inducendum præſumptionem dicti actus neceſſarii, ſeu ſolemnitatis extrinſecæ, atque ad præſumendum hunc ſecundum conſenſum, ſecundum Gloſſ. & alios omnes *in c. per tuas. de empt. & vendit.* Alex. *nu. 19.* & Claud. Aquen. *nu. 22 in l. ſecundum. ff. de ver. oblig.* Felin. *in c. ſicut, nu. 30. de re iud.* Alex *conſ. 1. col. pen. vol. 4.* & Ripa *in d. l. 1. n. 104. ff. ſol. matr.* vbi vocat iſtam eſſe communem opinionem. Res vero † mobiles in dotem conſignatæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſunt veſtes, & alia, quæ vſu conſumuntur, alienari poſſunt, ſecundum omnes Doct. communiter, prout refert Ang. Bal. Nouellus *n. 125.* & Ripa *n. 102. in d. l. 1.* Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter virum & vxorem, §. 17. n. 8.* Faber *in rub. Inſtit. quib. alien. licet vel non.* Bal. Nouellus *in tract. dotu, 1. priuilegio, fol. 7.* & Franc. Aret. *in c. prælatorum, de accuſ. nu. 10.* poſt Innoc. ibi, & Coraſius *in miſ. iur. ciu. lib. 5. cap. 6. ſub nu. 2. & ſeq.* 2 Cōis opin. 3 Cōis opin.

Cæterum animaduerte hoc in loco pro vera intelligentia huius materiæ, quod † res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ex dicantur, quę vltra triennium in naturali ſua bonitate ſine corruptione conſeruari non poſſunt, ita Gl. ſingularis *in l. vnica, in ver. vſucapione, C. ſi aduerſ. vſucap.* Alex. *col. 2.* & Iaſ. *n. 31. & ſeq. in 2. lect. in l. 1. §. ſiue quæſitum, ff. ad Treb.* & Berous *in c. nulli, ſub n. 66. de reb. eccl. non alien.* vbi hoc ponit pro regula, cum iſta declaratione, quod illa cenſeantur quoq; de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ vltra triennium abſq; notabili deterioratione durare nequeunt. Et quemadmodum † alienari nequit res mobilis dotalis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, ita itidem per tutorem res pupilli, quę vltra triennium durant, alienandæ non ſunt, vt per Gl. communiter receptam *in l. vnica, C. ſi aduerſ. vſucap.* prout etiam bona mobilia eccleſiæ pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt ad ipſius eccleſiæ vtilitatem, abſque iuſta cauſa & ſolemnitate non alienantur, vt per Gloſſ. *in c. tua, de his quæ ſiunt à prælat. & in c. nulli, de reb. eccleſ. non alienan.* & ibi Abb. & Berous *nu. 68.* Imo ſi res pupilli † alienandæ forent per tutorem, neceſſitate vrgente, poſſet etiam dici, quod non ſemper mobilia diſtrahi debeant ante ſtabilia, per ipſum tutorem, ſed ita demum, ſi mobilia commode vendi poſſint, vt originaliter affirmauit Specul. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum.* quem ſequuti fuere Alex. *conſ. 53. viſis, vol. 5.* Roman. *conſ. 321. in caſu propoſito* & Corn. *conſ. 71. quod non valeret, vol. 3.* Nam in alienatione rerum mobilium † pupilli ſolet ſemper aliqua verſari difficultas, atque detrimentum, ita quod tutor debeat vendere in caſu neceſſitatis illud, quod eſt vtilius pupillo, quoniam damnum euitare certans potior eſt eo, qui lucrum captat, ita Specul. *in tit. de prob. §. 3. ver. ſed pone, & in tit. de in integ. reſtit. §. 11. ver. ſed qualis.* & eo magis cum damnum dicatur diminutio patrimonii, *c. ſi Canonici, de offic. ordin. in 6. l. damnum, ff. de dam. infect.* Card. *in clemen. 1. §. ciuitas, de pœnis.* & Crauet. *conſ. 119. ſub nu. 6.* In tantum † vt vtilius ſæpe foret alienari per tutorem bona ſtabilia, quam mobilia pupilli, inſtante neceſſitate; quia bona mobilia ſolent vendi minuendo, & ſub haſta, in quibus venditionibus ſemper adeſt enormis læſio, maxime rerum, quarum ſtatim, atque factæ ſunt, non reperitur dimidium iuſti pretii, vt ſunt veſtes muliebres, & cætera muliebria 4 5 Cōis opin. 6 7 8

ornamenta, ſicuti experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra, *c. quam ſit, de elect. in 6. §. pen. Inſtit. de ſatis. vbi Ang.*

9 Et nihil mirum, † quia huius generis bona mobilia ſuut valde neceſſaria pupillæ tempore nuptus, quæ ſi vendita forent, alia redimi neceſſe eſſet, & damnum duplex tunc contingeret ipſius læſionis, ſcilicet in vendiuione, & læſionis in emptione noua facienda, & cum maiori ſumptu, & peiorum forſitan bonorum, propter quæ circuitus iſte venditionis, & redemptionis vitandus eſt, tanquam magis damnoſus, quam vtilis pupillæ, *ad l. dominum teſtamento, ff. de condict. indebit. l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. ne in arbitrn, §. fin. C. de arbitr. l. fin. C. de adoption. & clemen. auditor, de reſcript.*

10 Et in ſumma nulla admodum lex dicit, talia mobilia, † quæ pupillo ſeruiunt, eſſe alienanda, etiam pro ære alieno; nam leges, quæ de mobilium distractione loquuntur, omnes dicunt de mobilibus, tempore perituris, & quæ pupillo non ſeruiunt, veluti frumentum, vinum, & his ſimilia, & fortaſſe ſuaderi poſſet à lege, tales alienationes improbari potius, quam iuberi, argumento eorum quæ dicit text. in eius ratione, *in l. lex quæ tutores, §. nec vero, C. de adminiſtratione tutorum.* dum prohibet alienationem domus paternæ, in qua Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut videre reuulſas, ſatis eſt lugubre: cum enim veſtes muliebres, & cætera muliebria ornamenta, eſſent materna, & quæ ſolent ſemper per matres filiabus, etiam à tenera ætate, vſquequo nubant, reſeruari, cum quibus & creſcunt, & aluntur iuuenes, ſatis lugubre dici rationabiliter poſſet, ea ab ipſis pupillis auellere, in quibus quendam particularem, innatumque amorem cum ætate inſigunt. ideo frugaliter, temperate, ac fauorabiliter ſe geret tutor in non diſtrahendo ea, quæ neque pater, neque mater pupillæ diſtraxiſſent: cum tantum de iis teneatur rationem reddere, quæ diligens paterfamilias facturus eſſet, *l. à tutoribus, de adm. tutor.*

11 Poſtremo † limitatur etiam eadem met communis ſententia, vt mulier alienare ſimiliter poſſit dotem ſine ſolemnitate à iure tradita pro redemptione ſuorum, & ſic vt ſuos ab hoſtibus redimere valeat, ita Roman *conſ. 316. circa propoſitam conſultationem, ſub nu. 7.*

12 Et quemadmodum † mulier in hoc caſu res dotales alienare poteſt, ita filiusfamilias prohibitus alienare ſine patris authoritate, poſſet vtique alienare nullo patris conſenſu interueniente ad redimendum ipſum patrem in carceribus detentum.

Et ratio eſt, quoniam iura loquentia de redemptione captiuorum, obtinent etiam locum in captiuis pro maleficio, vt firmat Boerius *in conſuet. Bitur. in titul. de iuriſdict. omn. iudic. §. 12. in gloſſ. fin.* per textum ſingularem *in §. fin. in Auth. vt cum de appel. cog.*

OPINIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Pater tanquam legitimus adminiſtrator filii minoris, carente tutore, vel curatore, poteſt alienare bona aduentitia immobilia ipſius filii, in quibus habet vſumfructum ſine decreto iudicis, ob cauſam neceſſariam æris alieni.*

1 ALIENARE † poteſt pater legitimus adminiſtrator filii minoris, vbi caret tutore, vel curatore, bona aduentitià immobilia ipſius filii, in quibus habet vſumfructum abſque Iudicis decreto, ob cauſam oecceſſariam æris alieni, ſecundum Azon. *in ſumma, C. de bon. quæ liber.* Bal. *in fin.* Paul. de Caſt. *col. 4.* Fulgoſ. & Corn. *in l. fin. §. ſin autem, C. de bonis quæ liber.* Afflict. *deciſ. 393. nu. 1.* & Cæſarem Vrſillum cum cæteris ſignatis per eum *ibi in add. nu. 1.* Cumanum *in l. 1. ff. de rebus eorum.* Bal. Paul. Caſt. & Alex. *in l. præſes. C. de tranſaction.* & ibi Iaſ. qui ad lucem adduxit iſtam eſſe communem opinionem, & cum ea concurrit quoque Caccialupus *in tract. de tranſaction. q. 7.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius, in ver. duas, n. 255. de teſtam.* Couarruuias *lib. 1. var. reſol. cap. 8. nu. 6.* & Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in princ. nu. 28. C. de reuocan. donat.* Roman. Aret. Dec. Socin. & cæteri, quos ipſe refert ibi, vbi ſimiliter meminit de communi præmiſſa; & licet Curt. iun. *nu. 15.* poſt Salyc. *in d. l. præſes.* Crot. *in l. frater à fratre, nu. 31. ff. de condict. indebiti.* Gomeſ. *in l. 48. Tauri, circa fin.* & Chaſſan. *in conſuetudin. Burgun. rub. 6. §. 5. nu. 14.* in ſubtilitatibus iuris freti videantur ſentire contrarium, nihilominus fatuum foret, & nimis periculoſum recedere in actu practico ob ſuaſiones iſtorum ab antedicta communi, quæ ſacroſanctiſſima apparet ex ſcriptis præmemoratorum Doctorum cum ea tranſientium, & Cæſaris Vrſilli *in add. Afflict. in deciſ. 393. num. 1.* Com. opin.

OPINIO XLIII.

SVMMARIA.

1 *Alimenta præterita & futura peti poſſunt.*

2 *Alimenta præterita etiam per heredes peti poſſunt.*

3 *Alimenta præterita quomodo petenda.*

ALIMENTA † præterita, non ſolum futura, peti poſſunt, *l. libertis quos. §. manumiſſis. ff. de alimen. & cibar. legat.* & ibi Bartol. *l. alimenta.* & ibi Bald. & alii, *Cod. de tranſaction.* Imo † heredes etiam petere poſſent alimenta præterita, ſecundum Bar. *in leg. ſolent. verſicul. ſed quæro, ff. de aliment. & cibar. legat.* Tamen quando † peterentur alimenta ipſa præterita in iudicio per actorem, libellans ipſe deberet tunc petere frumentum, & vinum, & ſimilia; & conſequenter ipſam ſpeciem, & non illius æſtimationem, vt magiſtraliter docet Bar. quem omnes Scribentes communiter ſequuntur *in d. l. libertis quos. §. manumiſſis, in 3. membro ſua diſtinct.* vbi in medium expoſuit, quod quædam ſunt, quæ hodie habere expedit, vt frumentum, vinum, & ſimilia, & tunc ipſa ſpecies debet peti, non autem eius æſtimatio, allegat *l. nulli. C. de eroga. milit. anno. lib. 12.* niſi propter moram deueniatur ad æſtimationem, & de præcitata communi atteſtantur Moder. *in d. §. manumiſſis.* & in variis diuerſiſque locis iuris noſtri. Com. opin.

OPINIO XLIV.

SVMMARIA.

1 *Alimenta præſtare obligatus an teneatur quoque ad medicinas, ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt.*

2 *Alimentorum appellatione quænam veniant. & numer. 3.*

4 *Victus appellatione quænam veniant.*

ALIMENTA † præſtare obligatus, ſeu qui alere tenetur, tenetur quoque medicinas præſtare, ſine quibus corpus languens ſanari non poteſt, ſecundum Specul. *in titul. qui filii ſint legitim. verſicul. ſed nunquid n qui præſtare.* quem ſequitur Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. columu. 1. ff. ſolut. matrimon.* Corn. *conſil. 145. numer. 9. & ſequent.* Papien. *in ſua practic. in forma libelli pro legat. rei ſingul. numer. 100.* & ibi iuſtus, & peritus D. Ziletus *in addition. in litera N.* Bertran. *conſil. 275. viſo caſu, & aliis mihi exhibitis, numer. 10. volum. 1.* Ang. *conſ. 30. vol. 2.* Ioan. de Ana. *conſ. 37.* Bolog. *conſ. 48.* 1

Socin,

Digitized by Google

Socin.*conſ.161.in fin.* Chaſſan. *in comment.ar.Burgun. in titul. des enfans de pluſieurs lict.. §. 5. in ver. & alimenter.* Roland. à Valle *conſ.62. circa primum, nu.3. volum.1.* & Dec. *in l. de alimentis, colum.1. C. de tranſaction.* vbi prodidit iſtam eſſe communem opinionem. Quę de plano & abſque dubio procederet, quando alimenta ipſa deberentur ratione ſanguinis iuris diſpoſitione, ſecundum Bar. *in l. qui filium, in 1. lectur. ff. vbi pupil. educ. debeat, & in tract. aliment. quæſt.2.* & Ial. *in l. cum hi. §. qui*

Cōis opin.

2 *transfigit. de tranſaction.* Et appellatione † alimentorum veniunt quoque omnia neceſſaria ad vitam, & ſine quibus corpus ali, ac nutriri non poteſt, teſte Bartol. *in d. tract. de alimentis.* Gloſſ. *in l. legatis. ff. de alimen. & cibar. legat.* Bar. *in l. fin. de liber. agnoſcen.* Et appellatione alimentorum veniunt non ſolum cibaria, ſed etiam veſtimenta, & habitationes, *d. l. legatis, & l. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & l. victus. de ver. ſig.* Gloſſ. *in l. ſi quis a liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnoſ.* & Gloſſ. *in c. Epiſcopus, in ver. victu. 10. q. 2.* & Roland. *in d. conſ.22. nu.1.* Imo appellatione ipſorum alimentorum venit etiam calciarium, *l. cum hi. §. de calciario. ff. de tranſact.* quod voluit expreſſe Crauet. *conſ.199.* & Bar. *in d. tractat. alim.* vbi firmat, quod venit etiam lectus, & idem comprobant Doct. *in d. l. cum hi. §. qui transigit.* & Bartolus *in d. l. legatis, in fin.* & Rolan. *in d. conſ.22.*

3 *nu.6.* vbi aſſignat rationem. Nec non † alimentorum appellatione veniunt etiam veſtes, & monilia, quæ perſona, cui ſunt alimenta relicta de more ciuitatis, deferre debet, *l. verbo victus. ff. de verb. ſignif.* Alciat. *conſil.241. nu.4.* & Rolan. *in d. conſ.22. nu.4.* Imo quemad-

4 modum † alimentorum appellatione veniunt victus, & habitatio, & alia ſupra relata, ſine quibus viuere non poſſumus, ita etiam omnia iſta veniunt appellatione victus, quoniam, vt inquit Bar. *in d. tract. alim. col.1.* idem iudicandum eſt de illo, qui habet victum, quod iudicatur de eo, qui habet alimenta, *l. verbo victus. ff. de ver. ſig.* ſed Flor. *in l. ſicut impendia. ff. de vſufruct.* videtur inclinare in contrariam ſententiam, concludens ibi, quod cibariorum appellatione non continentur medicamenta, nec calceamenta, nec veſtes, Gloſſ. eſt *in d. c. Epiſcopus. in ver. victu. per l. antepen. de alimen. leg.* & apud Spec. *in tit. qui filii ſint legit. verſ. in ſumma, & ſeq.*

OPINIO XLV.

SVMMARIA.

1 *Pater tenetur præſtare alimenta filio de iure naturali.*

2 *Pater quando poſſit denegare alimenta filio. & nu.3.11. & 12.*

4 *Statutum, quod pater non teneatur alere filium, non valet.*

5 *Pactum, quod pater non teneatur educare filium, cui conſignauit partem ſuam, an valeat. & numer. 6. & 7.*

6 *Filius, qui conſumpſit partem ſuam, quam habuit à patre, poteſt petere alimenta.*

7 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet.*

8 *Filio conſumenti legitimam ſibi aſſignatam à patre leuis culpa, pater non poteſt alimenta denegare.*

9 *Pater non ſolum tenetur alere filium, ſed etiam eius vxorem, & filios, quod infra declaratur.*

10 *Auus an & quando teneatur dotare neptem, & filiam filii ſui.*

11 *Alimenta quæ debentur filiis, præſtantur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel officio iudicis.*

12 *Alimenta quæ debentur ex diſpoſitione hominis, puta teſtatoris, vel ex contractu, & conſequenter iure actionis, an à diuite, & qui ſe ipſum alere poteſt, peti poſſint, & an hoc caſu poſſent etiam peti alimenta præterita.*

13 *Filius licet alimenta præterita petere non poſſit, tamen ille, qui eum aluit, alimenta iſta repetere poteſt.*

14 *Alimenta in victualibus conſiſtentia, in menſes ſingulos danda.*

ALIMENTA † tenetur præſtare pater filio iure 1
naturali, *l.1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. & c. ius naturale. 1. diſtin.* Sed hoc limitatur non procedere, quotieſcunque † filius poſſet viuere à ſeipſo, tunc 2
quippe poſſunt denegari ei alimenta per partem, *l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agn.* Anton. & Abb. *in c. cum haberet. col.3. de eo qui dux. in matr.* Caccialupus *in l. ſi quis illuſtris, col. pen. C. ad Orfic.* Soc. *conſ.161. nu.47. volum.4.* Calca. *conſil.59.* & Dec. *conſ.476* quodque interpretatur cum grano ſalis per præcitatos Doct. procedere, & per Abb. etiam *in c.2. col. 2. de conuerſ. infidelium.* & Ioan. Lup. *in repetition. c. per veſtras. §. 23. numer.6.*

Limitatur etiam † antedicta regula in omnibus 3
cauſis, per quas poteſt exheredari filius, quæ quidem cauſæ habentur *in §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cum de appel. cognoſcitur.* & pariter ex illis cauſis alimenta ipſa denegari poſſunt, vt notat Bar. *in d. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. & in l. diuus. ff. de part. & in l. ſi patrem. C. de alen. liber.*

Sed amplia † iſtam regulam ita explicitam in tan- 4
tum procedere, quod etiam non valeat ſtatutum, quod pater non teneatur filium educare, ſecundum Iacob. de Aret. *in d. l. ſi quis à liberis.* Galeottum *in tract. de alimentis, in ver. pone quæſtionem.* Spec. *in tit. qui filii ſint legitimi, col.4. ver. ſed pone quidam.* & Alber. de Roſat. *in 1. par. ſtatutorum, in quæſt.40. verſ. item quero.* & ita tranſeunt cum hac opinione omnes Canoniſtæ communiter, atteſtante Roch. Curtin *in rep. c. quanto. col.12. de conſuet.* Cōis opin.

Amplia ſecundo, non † valere etiam pactum, 5
quod pater non teneatur alere filium, cui dedit partem ſuam, ſi poſtmodum ad paupertatem neceſſitatemque peruenerit, ſecundum Spec. *in d. verſ. ſed pone quidam. in tit. qui filii ſint legit.* Alber. *in d. l.1. §. ius naturale. col. fin.*

Idemque tenet Bal. quod † filius, qui conſumpſit 6
partem ſuam, quam habuit à patre, poſſit petere alimenta. *in d. §. ius naturale, & in l. ſcimus, C. de inoffic. teſtamen. in prin. & in Auth. ſi captiui. in fin. C. de epiſ. & cleric.* & tradit etiam Barbatius *in c. quæ in eccleſiarum. col. 5. de conſtit.* Alex. *in l. ſi cum dotem. §.1. col.3. ff. ſolut. mat.* Etiam ſi pactum ſit iuratum, Domin. *in c. quamuis pactum, col.2. de pact. in 6.* & Felin. *in c. ex reſcripto, nu.12. de iureiur.* & aſſeuerat Bar. *in l.1. §. parens. circa fin. ff. de liber. agnoſcen.* iure non valere pactum, quod filius alimentari non debeat. Nec de hoc mirandum eſt, quia valet † argumentum de pacto ad ſtatutum, vt voluit 7.
Ludouicus Bolog. *conſ.21. col.2. & 7.* cum igitur retulimus, quod non valet ſtatutum prohibens alimenta præſtari filiis, ergo nec valebit pactum.

Cæterum hoc dictum videtur limitare Bal. *in Authen. quod ſi rogatus, col.2. C. ad Trebel.* niſi filius partem ſibi datam perdidiſſet dolo, vel eius lata culpa, & Bal. ſequitur Alex. *in d. l. ſi cum dotem. §.1.* Vbicunq; † vero 8
filius etiam legitimam aſſignatam per patrem in vita conſumeret leui culpa, adhuc non poteſt pater ei alimenta denegare, ſecundum Bal. *in l.2. §.1. ff. ſolut. matrim. in d. Auth. ſi captiui, C. de epiſcop. & cleric. & in d. l. ſcimus. in prin. & in d. Auth. quod ſi rogatus.* Spec. *in tit. qui filii ſint legitimi, §.1. ver. ſed pone tertio.* & Alex. *in d. l. ſi cum dotem, §.1.*

Digitized by Google

9 Amplia etiam tertio, quod † pater non tantum filiis teneatur præſtare alimenta, ſed etiam liberis, & vxoribus eorum, vt concedunt Gloſſ. & Bar. *in dict. leg. ſi quis à liberis. §. non tantum. per l. ſi à filio. §. 1. ff. fam. herciſcund.* Et ita conſuluit Natta cum aliis aggregatis per eum *conſil. 278. circa hunc caſum, volumin. 2.* vbi declarat hoc procedere vbicunque filius duxiſſet vxorem de conſenſu patris, & ſibi parem, & ſe dignam.
10 Imo plus pater cogitur † pro filio onus dotandi filias ipſius ſubire, *l. dotis dotem. de collation. bonorum.* vbi officium aui erga neptem ex officio patris erga filium pendet, & ita firmauerunt Bar. & alii *in leg. 1. ff. ſolut. matrimon.* Bald. *in Authent. res quæ. Cod. communia de legat. in l. pater de euiction.* idem Bald. & Salycet. *in leg. final. Cod. de dotis promiſſion.* & idem Salycet. *in leg. ſi filius. ad Macedon.* Et procedit hoc ſecundum antedictos Dd. quando filius non haberet vnde dotaret filiam ſuam.

11 Et aduerte, quod iſta † alimenta per patrem filiis præſtantur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel officio Iudicis, *l. ſi quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoſcen.* Alexand. *conſil. 7. numer. 31. volumin. 2.* Bar. *in l. libertis quos. §. 1. de aliment. & cibar. leg.* Et tunc alimenta ipſa non deberentur, nec peti poſſent, vbicunque filii haberent vnde ſe alere poſſent, vt ſupra oſtendimus, & ſic alimenta liberis præſtanda non ſunt, cum poſſint ſe ipſos ſuis laboribus, ſuisque operibus ſuſtinere, *l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit ff. de liber. agnoſcen. & l. ſi libertis. ff. de condition. & demonſtration.* Paul. Caſtrenſ. *in l. diuortio in princip. ff. ſolut. matrimon.* Bald. Ang. & Salycet. *in l. 1. Cod. de legat.* Bartol. *in l. Caio. §. final. ff. de
12 aliment. legat.* & Alciat. *in conſil. 243.* Sed † quando alimenta deberentur ex prouiſione, ſeu diſpoſitione hominis, puta teſtatoris, vel ex contractu, & ſic iure actionis indiſtincte, tunc peti poſſent, dato, quod quis eſſet diues, & poſſet ſe alere de ſuo, ſecundum Bar. *in dict. l. libertis quos. §. 1.* Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. *volumin. 6. in fin. in l. diuortio. ff. ſolut. matrimon.* Alex. *in l. de alimentis, Cod. de tranſaction.* & ibi Moder. per illum textum, & Corn. *conſil. 216 volumin. 3 in princip.* Et hoc caſu peti poſſent etiam alimenta præterita non ſoluta, vt concedunt Bartol. & Iaſ. *in dict. l. de alimentis.* & Alciat. *in conſil. 247. numer. 4.* Secus vero quando deberentur officio Iudicis, quia hoc caſu alimenta præteriti temporis peti nequirent, teſte Decio, *numer. 5. in dict. l. de alimentis, & aliis omnibus ibi.* Et quamuis fi-
13 lius † alimenta pro præterito tempore petere non poſſit, tamen ille, qui eum aluit, huiuſmodi alimenta petere & recuperare valet, *l. ſi quis à liberis, § ſi vel parens. ff. de liber. agnoſcen.* notat Bartol. *in l. libertis. § manumiſſis. ff. de aliment. & cibar. leg.* & Doct. *in l. alimenta. Cod. de negot. geſt.* & ita conſuluit Bar. Soc. *conſ. 57. num. 37. vol. 4.*

OPINIO XLVI.

SVMMARIA.

1 *Alternatiua, vel diſiuncta quando reſoluatur in coniunctiuam ſeu copulam.*

2 *Pater inſtituens filium, & nepotem heredes, an cenſeatur eos ſimul & eodem gradu, vel ordine ſucceſſiuo vocare. & nu. 3. Quod tamen in heredibus extraneis locum non habet. nu. 4.*

3 *Teſtator inſtituens fratrem, & eius filium heredes, cenſetur vocare omnes ſimul, & non ordine ſucceſſiuo, & omnes ſimul ad hereditatem admittuntur æquis portionibus.*

1 ALTERNATIVA, † ſeu diſiuncta reſoluitur in coniunctam propter abſurdum euitandum, ne extraneus propriæ ſucceſſioni præferatur, *l. ſi is qui ducenta. §. fin. ff. de rebus dubiis, l. Lucius, ſt. 2. ff. de hered. inſtitu. & l. generaliter. in princip. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Et ſic quando fuiſſet appoſita conditio, ſi ſine filiis, & ipſa conditio locum non obtineret: vt quia deceſſiſſet cum filiis: cum eo caſu fauore filiorum, & ad ipſos excludendos requiratur, quod omnes conditiones eueniant, propter quod ipſa alternatiua reſoluitur in coniunctam: adeo, quod oportet, vt omnes conditiones obueniant, vt in memoratis iuribus notatur.

Vnde quando apponeretur conditio, ſi ſine liberis, & aliæ conditiones alternatiuæ: tunc alternatiua ipſa poneretur pro coniuncta ob illam conditionem, ſi ſine liberis: vt quia veniſſet alia conditio, ſed non conditio, ſi ſine filiis: cum eo caſu propter præſumptam mentem teſtatoris, quæ eſt, vt exiſtentibus liberis non ſit locus ſubſtitutioni, prout voluit Bartol. *in dict. leg. generaliter.* & Bar. & Imol. *in dict. leg. Lucius.* Et ſic apparet communis reſolutio, & opinio omnium Scribentium vbique per memorata iura; Com. opin. quod alternatiua poſita inter conditiones in vltima voluntate appoſitas reſoluatur in copulam, ſecundum Iaſon. vbertim *in leg. Gallus. §. quidam recte, numero vigeſimo ſecundo, cum aliis ſequentib. ff. de liber. & poſthum.* & illuſtrem D. Sigiſmund. Loffredum *in conſil. 6. num. 51.*

Cæterum alternatiua † ipſa poſita inter perſonas, 2 inter quas caderet ordo charitatis, ſemper intelligeretur ordine ſucceſſiuo; & conſequenter ſi filius, & nepos inſtituti heredes per patrem reperirentur, vtique non intelligerentur inſtituti, ſeu vocati ſimul & eodem gradu, ſed inſtitutio hæc filii, & nepotis ex eo concepta per copulam, &, intelligeretur quippe ordine ſucceſſiuo, & cenſeretur facta ordine neceſſitatis, cum filius ipſe inſtituendus ſit in primo gradu, *l. inter cætera. ff. de liberis & poſthumis.* & ſic in huiuſmodi caſu neceſſitas requirit, vt ſucceſſorius ordo ſeruetur, ſcilicet vt filius primo ſit inſtitutus vniuerſaliter, ſecundo illi ſit vulgariter ſubſtitutus nepos, ſecundum Gloſſ. Bartol. Bald. Ang. Paul. Caſtrenſ. Cuman. Alexand. Iaſon. *numero vigeſimo ſeptimo.* & alios *in leg. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & poſthumis.* quos ſequuntur Doctores communiter, vt admonent ibi Com. opin. Iaſ. *dict. numer. 27.* Galliaul. *numer. 57.* Alciat. *numer. 25.* & Rubeus *column. 12,* Matthæſ. *ſingul. 156. poſt princip.* Curt. iunior *conſil. 111. præſupponitur in facto, numer. 5.* & Bero. *in cap. Raynutius, de teſtament. numer. 61. cum aliis ſequentibus.* vbi inhæret communi memoratæ, atque eam ab omnibus contrariis ſincere & copioſe tuetur.

In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod hoc caſu pater, & filius eius dicantur ſimul vocati in primo gradu, inclinarunt Doctores relati per Socinum iuniorem *in dict. §. quidam recte, ſub numero decimo octauo, cum aliis ſequentibus.* vbi iſtam partem communem eſſe admittit poſt Socinum ſeniorem, & ſequitur quoque conſulendo, & communem vocat Com. opin. Bertran. *conſ. 215. num. 5. volum. 3.* & Couarruu. *in dict. c. Raynutius. §. 2 nu. 4.* tamen prima opinio Bar. & ſequacium magis communis, & magis vera, & magis tuta apparet: imo ex allegatis zothoritatibus indubitata redditur in actu practico. Quæ † qoordem communis 3 ſta retenta, vtiliter ampliatur procedere, non tantum in nepote naſcituro, verum in nepote etiam iam nato, vt ſi teſtator filium & nepotem iam natum heredes inſtituerat, hoc caſu nepos cũ filio nõ concurrit, neq; in eodẽ gradu vocatus, ſed filius inſtitutus, nepos v. ſecundo gradu ſubſtitutus videtur, vt concedit

Digitized by Google

dit Bar. *in d. §. quidam recte, nu. 4.* cum quo omnes Scribentes communiter ſentiunt, atteſtante Alex. *ibi col. 3.* Iaſ. *nu. 2.* Soc. *nu. 2.* Fortun. *nu. 23.* Galliaul. *n. 12. & 20.* Alciat. *nu. 15.* & Soc. iun. *nu. 19. cum cæteris ſeq.* vbi ſimiliter fuſiſſime atque doctiſſime iſtam communem tuetur, admonetque ab ea non fore recedendum in practica, atque ſemper vidiſſe obſeruari. Com. opin.

4 Verum iſthæc communis † ita amplificata limitatur quippe non procedere, ſi teſtator inſtituerat Mæuium, & filios Gregorii, quando omnes eſſent extranei: tunc enim ſimul admittuntur, non ordine ſucceſſiuo, ſecundum Bar. *in d. §. quidam recte, n. 6.* cum quo proculdubio concurrunt omnes Dd. communiter, & concorditer, vt per Galliaul. *ibi nu. 16.* & Fortun. *n. 43.* & Bero. *in d. c. Raynutius, ſub n. 104. & ſeq.* Com. opin.

5 Secundo limitatur † etiam eadem communis, non habere locum in patris & filii inſtitutione, aut ſubſtitutione facta, conceptaq; per copulam, *&*, quia cum intellectum habet, vt ordine ſucceſſiuo intelligatur, vt ſi inſtituiſſem fratrem meum, & eius filium heredes, adhuc ordine ſucceſſiuo, & non ſimul admitti deberent ad huiuſmodi ſucceſſionem, ſecundum Bar. *in d. l. Gallus, §. quidam recte, n. 4.* ſed aduerte, quod communis ſchola reperitur contra eum, & eius opinio vnanimiter ab omnibus Dd. confutatur, vt conſtanter aſſeuerant Alex. *col. 4.* Soc. *n. 3.* Iaſ. *n. 24.* Fortun. *col. 18.* Galliaul. *n. 65.* Rub. *col. 4.* & Alciat. *n. 20. in d. §. quidam recte.* Dec. *conſ. 236. col. 11.* Alex. *conſ. 22. col. 3. vol. 3.* Corn. *conſ. 17. vol. 4.* & Guliel. Benedict. *in d. §. Raynutius.* & Card. Albanus *in lucubrat. ad Bart. in d. §. quidam recte, nu. 5.* & Couar. *in præalleg. c. Raynutius, §. 8. nu. 1. & ſeq.* quodque etiam comprobat Bal. *in l. ſi quis heres inſtitutus, §. fin. ff. de acquir. hered. & in l. ſi mulieri cum liberis, in prin. per tex. ibi ff. de vſufruct. accreſcen.* Matthæſ. *ſing. 156* Bero. *in d. §. Raynutius, nu. 93. & ſeq.* Bal. & Salyc. *in l. fin. per textum ibi. C. de impub.* Alex. conſulendo *in d. conſ. 22. conſ. 44. & conſ. 129. vol. 5.* in quibus locis plane deducit iſtam eſſe magis communem opinionem: & ſic omnes præcitati Dd. confirmant, quod pater & filius ſimul, & æquis ex partibus admittantur. Com. opin.

OPINIO XLVII.

SVMMARIA.

1 *Alluuio transfert dominium. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſsiue.*

2 *Alluuio non habet locum in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorii, quia non mutantur aliquo modo per alluuionem, nec inde diminutionem, ſeu augmentum recipiunt.*

1 ALLVVIO † fluminis, hoc eſt, additio, vel detractio, quæ fit à flumine ipſo per alluuionem ſuam, transfert dominium, *l. ergo ſi in ſula. §. alluuio. ff. de acquir. rerum domin. & §. præterea. Inſtit. de rerum diuiſion.*

2 Sed hoc limitatur, vt † locum non obtineat in iuriſdictione, & confinibus alicuius territorii, qui non mutantur modo aliquo per alluuionem, nec inde diminutionem, ſeu augmentum recipiunt, ſecundum Bar. *in tract. de flum. in 1. par. verſ. acquiritur nobis.* Bal. *in rub. de rerum diuiſ. col. 5.* Cæpol. *in tract. ſeruit. ruſtic. prædiorum, in tit. de flumine priuato, cap. 32. fol. paruo 416.* Corn. *conſ. 146. col. 2. lib. 1. & conſ. 287. lib. 3.* Iaſ. *conſ. 146. col. 4. vol. 2.* Riminal. *conſ. 64.* & Soc. *conſ. 127. nu. 5. vol. 1.* vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & admonet ab ea minime gentium fore recedendum in iudicando, & ſequuntur quoque, & aiunt communem eſſe Hippol. Rimin. *in §. 1. Inſt. quib. alien. licet, vel non, n. 51.* & Hieron. Brixian. *in tract. de confinibus, c. 24. n. 6.* & Boſſius *in pract. crim. in tit. de principe, & priuileg. eius, n. 280.* Com. opin.

Contrariam vero partem tenuit Curt. iunior *conſ. 56.* per plures rationes, argumenta, & authoritates planum facit conſilium illud fuiſſe factum per Collegium Papienſe: tamen quicquid ipſe ſuadeat amplector opinionem Bar. & ſequacium, quam fatetur etiam communem eſſe ipſemet Curt. *ibi col. 2.* Et duas alias limitationes ſeu caſus, in quibus ius alluuionis non vendicet ſibi locum, ponit Hippolyt. Riminal. *in d. §. 1. nu. 48. cum aliis ſeq.* & Boerius *conſ. 24. nu. 31. & ſeq.* & Papien. *in ſua pract. in forma libelli action. real. nu. 73. fol. paruo 18.* Bene verum eſt, quod Hippol. Rimin. *loco de quo ſupra, nu. 39. cum multis ſeq.* non ſolum limitat præmemoratam regulam in principio poſitam, verum ampliat etiam tribus modis fœcunde & docte more ſuo.

OPINIO XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Amicus an poſſit agere pro amico ſine mandato. & nu. 2*

3 *Amicus agere poteſt pro amico interdicto recuperandæ.*

4 *Statutum diſponens, coniunctos, ſeu affines agere ſine mandato pro conſanguineis, extenditur ad amicos.*

5 *Legatum in teſtamento minus ſolemni relictum, quemadmodum debetur propinquo, ita etiam amico.*

6 *Coniunctus pro coniuncto licet audiatur abſque mandato in cauſis profanis, tamen in cauſis beneficialibus & ſpiritualibus ſine mandato non admittitur.*

AMICVS † non poteſt agere pro amico ſine mandato. *l. tutori. ff. de neg. geſtis.* Alex. *in l. exigendi. col. 2. C. de procurator. & in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid.* ſed Iaſ. *in d. l. exigendi.* aſſerit, quod in puncto iuris poſſit ſuſtineri contraria opinio, & intelligit: quod amicus admittatur pro amico, vbicunque eſt coniunctus maxima amicitia. Felin. tamen *in c. coram. de offic. deleg. col. 1.* Alex. & Moder. *in d. l. exigendi.* Ripa *in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 61. de conſtit.* & Blancus *in tract. de compromiſſis, in 3. quæſt. nu. 48. in verſ. amicus.* atteſtantur communem opinionem eſſe, amicum non admitti pro amico ad agendum abſque mandato. Hoc vero, quod † amicus non admittatur pro amico ſine mandato, fallit, quia amicus admittitur pro amico abſque mandato cum cautione rati, ſicut coniunctus pro coniuncto, ſecundum Tiraq. cum ſignatis per eum *in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis, in cauſa 22. nu. 34.* Gulielm. de Cun. *in l. ſed & hæ. ff. de procurat.* licet ibi Fulgoſ. intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia, de quo per Roman. *in ſingul. 656. incip. Cynus.* & per Bar. *in l. non ſolum. §. qui alieno. col. 1. ff. de procurator. & ibi per Alex.* Vbi annectit etiam, quod † amicus agit interdicto recuperandæ, *l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo.* & per eundem *in l. cum alienam. Cod. de legi. & in dict. l. exigendi.* & per Felinum *in dict. c. coram.* & Marcum Mantuæ *in ſuis apophtheg. 75.* 1 Com. opin. 2 3

4 Interpretatur † etiam hoc non procedere de iure municipali: nam ſtante ſtatuto exorbitante, diſponenteque, coniunctos ſeu affines agere ſine mandato pro conſanguineis, extenditur ad amicos, vt notat Gulielm. de Cun. *in d. l. ſed & hæ. in prin.* Cyn. Salyc. *in d. l. exigendi.* Bar. *in d. l. non ſolum. §. qui alieno.* Specul. *in tit. de aduocat. §. adiicitur, verſ. extat quartus ordo.* & Ioan. And. *in c. fin. de poſtulat.*

5 Et de hoc mirandum non eſt, quia † ſumma amicitia & familiaritas nihil à ſanguinis coniunctione differt. & hinc fit, vt quemadmodum propinquo legatum, & in teſtamento minus ſolemni relictum de-

betur, ita etiam amico debeatur, *l. cum allegas. C. de eccleſ. pœnal lib. 12. gloſſ. pen. in c. 2. de teſt. in 6.* Ioan. And. *in c. fin. de poſtul.* Gloſſ. & Abb. *in c. requiſiſti. de teſt.* Cyn. Salyc. Alex. & Iaſ. *in d. l. exigendi.* Bal. *in l. vt vim, quæſt. 4. & ſeq ff. de iuſt. & iur.* Barbatius *conſ. 22. col. 1. & conſ. 73. col. 4. vol. 4.* Doct. *in l. eam quam. C. de fideicom.* Matthæſ. *ſing. 41.* Felin. *in c. quoniam Abbas, col. 3. de offic. deleg.* Marſil. *ſing. 351. & l. cum teſtamento. & ibi gloſſ. ff. de fideicom. libert.*

6 Et licet, vt ſupra oſtendimus, quod † coniunctus pro coniuncto in cauſis prophanis audiatur abſque mandato, prout obſeruatur etiam in ſacro Rotæ auditorio Roman. atteſtante Octauiano Veſtrio *in ſua pract. lib. 3. in rub. ſiue tit. duplex in iudiciis perſonarum ſpecies.* nihilominus in beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus cauſis quis tanquam coniuncta perſona ſine mandato aliter non auditur, ſecundum Rotam Roman. *deciſ. 42. in cauſa de procur. in nouis.* & ita obſeruatur in practica in eodem ſacro Rotę auditorio, vt indicat Octauianus Veſtrius, *vbi ſupra.*

OPINIO XLIX.

SVMMARIA.

1 *Res tota in dubio venit appellatione rei, non autem pars illius.*

2 *Rerum appellatione comprehenduntur iura & actiones, quod limitatur infra.*

3 *Crediti appellatione an veniat id quod ex delicto debetur, item legatum, & an iſta comprehendantur ſub ſtatuto mentionem faciente de credito. & nu. 4.*

5 *Debiti dictio capi poteſt ſtricte, & minus ſtricte.*

1 APPELLATIONI † cuiuſlibet rei, venit in dubio tota res, non autem pars illius, vt notatur in *l. ſi in rem in princ. ff. de [illegible] vendic.* & probatur in *l. Titia cum teſtamento. § 1.* & ibi notat Bal *ff. de leg. 2. & in l. de pupillo. § quis nunciat* vbi hoc firmant Bartol. & alii Doctores communiter *ff. de oper. noui nunciat.* Ruin. *conſ. 5. num. 18. & conſ. 94. num. 10. vol. 4.* & Rolan. à Valle *conſ. 89. ſuper 1 artic. num. 17. vol. 3.* vbi meminit de iſta communi, & hoc idem explicat, & apertius declarat *in conſ. 61.* eiecta verborum prolixitate, *nu. 5. cum aliis ſeq. eod. vol.* vbi ponit aliquos alios caſus ſimiles, *& in conſ. ſeq. num. 15. cum cæteris ſeq.* & Ruin. *conſ. 110. num. 4. vol. 5.* Com. opin.

2 Similiterque † appellatione rerum etiam iura & actiones comprehenduntur, cum ſit nomen generale, *l. rei. ff. de verb. ſig.* Gloſſ. Gulıel. de Cug. & Bar. *in l. 3. ff. de ſtat. homin.* & Bart. *in l. Quintus § argento. ff. de auro & argen leg.* Sed hoc non procedit quotieſcunque quis donaret res ſuas, tunc enim donatio ipſa non poſſet in actionibus verificari, ſecundum Guid. Pap. *deciſ. 584. fuit dubitatum inter nos, nu. 1.* Item nota vtiliter,

3 † quod appellatione crediti non venit id quod ex delicto debetur, neque legatum, nec iſta ſub ſtatuto mentionem faciente de credito, ſeu de re credita comprehenduntur, ita Bar. *in conſ. 169. ſtatutum ciuitatis Tudertı.* & idem Bar. Ang Paul. Caſtren. Aret. Socin. & Moder. Taur. *col. 25.* qui exprimunt iſtam eſſe communem opinionem, *in l. 1. ff. ſi cer. pet.* Com. opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod ille, cui debetur ex delicto vel legato, ſit proprie creditor, inclinarunt Salyc. Roman. Alex. Curt. Dec. Ripa. Alciat. & Iaſ. *in d. l. 1. ff. ſi cer pet.* vbi planum facit, iſtorum opinionem communem fore contra Bar. & huic ſententię accedit etiam Roman. *conſ. 124. iſta carpentra facta, n 9.* & Ioan. Bolog *in d. l. 1. n. 45 & ſeq. ſi cert. pet.* vbi ſententiam hanc vocat veriorem, & communem, & re ipſa magis communis eſt, prout in medium reſeruauimus *infr. in opin. 771. ſtatutum loquens de creditore.* Com. opin.

4 Et aduerte, quod † quemadmodum creditor ex delicto & ex legato dicitur proprie creditor, ita ſimiliter concludendum eſt, quod debiti appellatione proprie loquendo venit quoq; illud, quod debetur ex delicto & ex legato, ſecundum communem opinionem omnium Scribentium, quam approbant & atteſtantur Aret. Soc. *col. 7.* Curt. *col. 16.* & Moder. Taur. *col 26. in d. l. 1. ſi cer. pet.* Quapropter ſi de debito fieret quippe mentio, comprehenderetur debito procul proprie, & in quauis diſpoſitione debitum ex delicto, & ex legato, vt probatur *in l. ſi is cui. § Flauius. ff. de ſol. & in l. debitor. ff. de verb. ſig.* Et vocabulum † hoc, *debitum*, capi poſſet ſtricte, & minus ſtricte, vt notatur per Soc. *in l. 1. col. 47. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Com. opin. 5

OPINIO L.

SVMMARIA.

1 *Conuictus, & confeſſus, an appellare poſſit, ſiue in ciuilibus, ſiue criminalibus. & nu. 2. 3. 4. 5.*

APPELLANS † conuictus, ſimul & confeſſus, tam in criminalibus, quam in ciuilibus non auditur, nec à iudice, qui ſententiam pronuntiauit, nec ab eo, ad quem pronuntiatum eſt, *l. 2.* & ibi Gloſſ. Bart. & omnes, *C. quor. appellat. non recip.* Aret. *in tract. malef. in ver. præſente Caio.* Gl. Abb. *nu. 5.* Præpoſ. *nu. 7.* Franceſ. *n. 5.* & cæteri *in c. cum ſpeciali. § porro. de appell.* vbi Dec. in medium reſeraurt iſtam eſſe communem opinionem, cui accedunt etiam Dyn. Bar. Imol. & Aret. qui pariter docet, communem fore, *in l. creditor. § iuſſus. ff. de appell.* Iaffredus *deciſ. 431.* & cumulatiſſime tradit Carrer. *in pract. crim. in princ.* & ponit pro regula cum octo limitationibus Pet Duen. *in reg. 136. conuictus legitimis probationibus.* & ſequitur Boſſius quoque *in ſua pract. in tit. de appellat. n. 27.* Com. opin. 1

2 Sed opinio † hęc communis de plano procederet, locumq; obtineret in atrocioribus criminibus, tunc enim Reus voce propria ſponte confeſſus, & teſtibus plene conuictus, appellans non audiretur, ſed poſt latam ſententiam in continenti, & immediate fieret executio, *vt d. l. 2. C. quor. appell. non recip. & l. fin. C. de cuſtod. reor. & l. ſuſtollitas. ff. de pub iud.* Imo, ſi Reus ipſe † poſt ſententiam latam vellet in continenti appellare, non vtiq; audiretur vllo modo, atq; eius appellatio tanquam calumnioſa penitus reiiceretur, vt diſponitur *in d. l. 2.* vbi determinatur, quod homicida, veneficus, maleficus, adulter, & is, qui manifeſtam violentiam intuliſſe probatur, ſi voce vtique propria confeſſus ſit ſponte crimen, & teſtibus plene conuictus reperitur, non auditur appellans, præſertim in caſibus, & criminibus expreſſis. 3

Et aduerte vtiliter hic, quod hoc ampliat Gl. & Bal. *in præcitata l. 2.* procedere † etiam in aliis minoribus criminibus, extra illa quæ ſunt ibi expreſſa, vt Reus appellare tunc non poſſit, & ſi forte appellauerit, non erit nimirum audiendus. & licet *in præmemorata l. 2.* Iac. But. ſentiat contrarium, tamen Bal. ibi accuratiſſime tollit omnia eius fundamenta. 4

Cæterum iſta communis opinio † ita explanata procederet equidem duobus concurrentibus, vt appellandi remedium tollatur. Primum itaque erit, quod Reus ſit teſtibus plene conuictus, qui luce clariorem probationem oſtendant. ſecundum vero erit, quod ſponte ſuapteque natura idem Reus abſq; impedimento aliquo confeſſus fuerit: iſtis enim, vel ipſorum altero deficiente non denegatur vllo pacto appellatio, vt firmat Gloſſ. Bal. & alii vnanimiter, & concorditer omnes *in allegata l. 2.* [illegible] Com. opin. 5

OPI-

Digitized by Google

OPINIO LI.

SVMMARIA.

1 *Sponte confeſſus, ſed teſtibus non conuictus, an appellare poſſit.*

2 *Confeſſus poteſt opponere de nullitate proceſſus.*

3 *Iniuſtitia euidens æquiparatur nullitati.*

4 *Iniuſtitia apparens notoria præbet occaſionem iudicibus recedendi à regulis iuris communis.*

5 *Appellari poteſt à qualibet ſententia, etiam Principis, ſi illa contineat manifeſtam iniquitatem.*

6 *Sententia notorie iniqua eſt nulla.*

7 *Sententia manifeſtiſſime iniqua, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

8 *Confitens ſe occidiſſe aliquem, non poteſt ad pœnam vltimi ſupplicii condemnari, & condemnatus poteſt appellare.*

1 APPELLANS confeſſus † ſponte, etiamſi teſtibus conuictus non ſit, nec in ciuilibus, nec in criminalibus regulariter auditur, & conſequenter ad appellandum non admittitur modo aliquo, text. eſt *in c. ſpecialit. §. porro, & in c. Romana, §. ſin autem. de appellat. in 6.* Vbi Io. And. Domi. & Francus. Abb. & cæteri communiter *in d. §. porro*, Capella Tholoſana, & ibi Aufre. *nu. 176.* Corne. *conſ. 159 nu. 2. vol. 1.* quorum ſententia communis eſt, & de conſuetudine quoq; obſeruatur, teſte Carrerio *in pract. crim. in princ. nu. 17.* Com. opin.

In contrariam vero partem inclinauere Gl. *in d. § porro*, & plerique alii affirmantes admittendam eſſe appellationem eius, qui ex propria tantum confeſſione damnatus fuerit. Sed opinio hæc procederet, iudicio meo, ſi cauſa iuſta expreſſim ſit in appellatione dicta: tunc enim eſt admittenda appellatio, Gloſ. eſt *in d. §. ſin autem. in ver. mandetur*, cum qua tranſeunt ibi omnes, & Dec. *in c. 3. & in c. conſuluit. in 1. de appellat.* not. Bar. *in l. à ſententia. ff. de appella.* Cuman. *conſil. 60.* & Lanfran. *in clem. diſpendioſam. colum. 3. de iudic.* Com. opin. Vbi vero error, ſeu alia iuſta cauſa in appellatione non allegaretur, tunc quippe procederet prima opinio communis, & iudex non obſtante appellatione ſimpliciter interpoſita, ſententiam exequi poſſet, vt clarius, & latius proſequitur copioſus Doctor Dom. Follerius *in pract. crim. in ver. pœnis debitis feriantur, ſub nu. 6.*

2 Et quamuis † confeſſus appellare nequeat, tamen confeſſus ipſe poſſet dubio procul opponere de nullitate proceſſus, ita Ang. *in l. ſi vacantia. col. 10. verſ. de vno artic. C. de bonis vacan. lib. 10.* & licet Bar. *in l. confeſſus. de cuſto. reo.* & Bald. *in l. mercalem. de condi. ob turpem cau. & in l. 2. C. de re iudic. & in l. quod mulier. ſoluto matri.* ſentiant contrarium, nihilominus in regno ſemper vidimus obſeruari opinionem Angeli, tanquam tutiſſimam, & veriſſimam. Necnon confeſſus valeret

3 quoq; † opponere de iniuſtitia manifeſtiſſima proceſſus, quæ quidem iniuſtitia eo ideo æquiparatur nullitati, *c. inter cæteras. de ſenten. & re iudic.* vbi etiam Abb. Felyn. & cæteri omnes, Bal. *in l. 1. C. ſententiam reſcin. non poſſ.* Paul. de Caſt. *in l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ad Trebel.* Imol. & Felyn. *nu. 40. in c. quoniam contra. de probat.* Alex. *conſ. 77. num. 3. vol. 5. & conſ. 39. num. 25. vol. 6.* Afflict. *deciſ. 39 nu. 5.* Peruſi. *in c. dilecto 4. 55. de appel.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſump. 9. nu. 25.* & Com. opin.

4 Dec. *conſ. 6. nu. 5.* Et de hoc † mirandum quippe non eſſet, ſiquidem, vbicunque iniuſtitia foret notoria, tunc abſq; dubio, recederetur à regulis iuris communis, ita Dec. facunde *in l. vt vim, nu. 26 ff. de iuſt. & iur.*

5 Imo concludo, quod ab omnium ſententia † etiam Principis appellari poſſet, vbicunque ſententia ipſa contineret manifeſtam iniquitatem, ſecundum Peruſ. *in rub. col. 3. de appellat.* Imo etiam aduerte, quod ſententia † notorie iniqua, eſt ſimiliter nulla, textus 6 eſt *in d. c. inter cæteras.* Et deniq; † ſententia ipſa manifeſtiſſime iniqua nuſquam tranſit in rem iudicatam, 7 ſecundum Abb. *in c. ſuborta de re iud.* Butri. *in c. ſuam. de pœnis*, Card. *in clem. 1. §. pen. de foro competen. & in clem. 2. § rurſus. de re iudic.* Marſ. *in pract. crim. in § ordine, n. 15.* & Iaſ. *in l. de periurio. de iur. iur.* Et hinc eſt, quod ſi Reus confiteretur † in iudicio ſe Titium occidiſſe, 8 non poſſet vtique tunc vllo modo ad pœnam mortis condemnari, niſi de corpore occiſi conſtaret, vt firmat Ang. *in l. certum in princ. de confeſſ.* & Bal. *in c. at ſi clerici de iudic.* & iſto nempe caſu ſi condemnaretur confeſſus ex allegatis, & ex notoria iniuſtitia, poſſet appellare.

OPINIO LII.

SVMMARIA.

1 *Appellari non poteſt à ſententia interlocutoria de iure ciuili.*

2 *Appellare licet à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, quia non eſt mera interlocutoria, ſed mixta.*

3 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicii imponens perpetuum ſilentium, an habeat vim ſententiæ diffinitiuæ. n. 4. & 5.*

6 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicii, regulariter dicitur interlocutoria, cum nõ diffiniat negotium principale.*

7 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicii ad fauorem Rei, propter ineptam actionẽ actoris, dicitur interlocutoria.*

8 *Appellatur ab interlocutoria de iure canonico.*

9 *Appellari ad Papam poteſt ab interlocutoria.*

10 *Appellari ab interlocutoriis Vicarii ad Epiſcopũ poteſt.*

11 *Appellare licet ab interlocutoriis Vicarii foranei ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum.*

12 *Appellari nequit à ſententia interlocutoria de iure ciuili, quotieſcunq; grauamen illatum per appellationem à ſententia diffinitiua reparari poteſt.*

APPELLARI nequit † à ſententia interlocutoria de iure ciuili, ſecundum Bar. Paol. Caſtrenſ. 1 cæteroſque communiter per textum ibi, *in l. 2. ff. de appel. reci.* Gloſſ. Bar. & Ang. *in l. fin. C. de ſenten. & interlo. omnium iudic.* Bar. & Bal. *in l. 2. Cod. de epiſcop. audien.* Maran. *in tract. iudiciorum. in 6. par. 3. partis. actu 2. num. 292.* & Ioan. de Amicis *conſ. 128 num. 2.* vbi explanat iſtam eſſe communem opinionem legiſtarum, & ponit hoc pro regula cum tribus limitationibus Com. opin. Lanfran. *in c. quoniam contra de probat. in caus. de interlocutoriis, & appellat. num. 68.* & Pet. Duennas *cum 14. fallentiis in reg. 52. appellari à ſententia interlocutoria*, & cum vna limitatione Ferrarien. *in ſua pract. Papienſi in forma appellatio. ab interloc. in §. fuiſſe.*

Cæterum eandem regulam limito vltra alios etiam, quod appellare † ſimiliter liceat à ſententia ab- 2 ſolutoria ab obſeruatione iudicii, quia non eſt mera interlocutoria, ſed mixta, ita Creſcen. *deciſ. 182.* & Gom. *deciſ. 1. & 83.*

Et deciſionem hanc iudicio meo crederem, poſſe de † plano procedere, vbicunque per ipſam abſolu- 3 toriam ab obſeruatione iudicii imponeretur perpetuum ſilentium, tũc enim illa haberet dubio procul vim diffinitiuæ, ſecundum Bal. *in auth. qui ſemel, col. 4. in caſu illius authentica, C. quomodo, & quando iudex.* Nec obtineret † poſſet etiam locum in caſu Bar. *in* 4 *l. Titia. ff. de accuſa.* & Iaſ. *col. penult. in l. properandum. §. & ſi quidem C. de iudic.* aſſerentium, reum ſoluentem debitum, pendente iudicio, non abſolui tunc diffinitiue, ſed abſolui ab obſeruatione iudicii, quæ abſolutio habebit vim diffinitiuæ. Et deniq; † proce- 5 dere quoq; poſſet in aliis caſib. poſitis, & expreſſis per Philip. *in c. cũ ceſſante. col. fi. de appel.* vbi explicat quando huiuſmodi abſolutoria poſſit eſſe diffinitiua. In cæ-

6 terit autem omnibus caſibus † generaliter, & indi-
ſtincte procedi vllatenus non poſſe, hac ratione ſua-
deo, & demonſtro, nam regulariter abſolutoria ipſa
ab obſeruatione iudicii dicitur interlocutoria, cum
non diffiniat negotium principale, ſecundum Bal. *in*
d. l. properandũ. §. & ſi quidem, & in l. anteb. qui ſemel. col.
fin. & Gloſſ. *in l. & harum. ff. ſi cer. petat.* Ioan. de Imol.
7 & alios *in c. examinata. de iud.* Et † Spec. *de offic. iud. § de*
ſeruit. ver. quid ſi opponens, vbi concludit, quod ſi reus
abſoluatur ab obſeruatione iudicii propter ineptam
actionem propoſitam contra eum, quod tunc abſo-
lutoria ipſa ſententia dicitur interlocutoria. De iure
8 vero † canonico contrarium ſancitum reperitur, ap-
pellaturque ab interlocutoria, vt voluit Bar. *in l. 1. §.*
fin. ff. à quib. appe. non licet, Bernus *in quaeſt. famil. q. 52.*
Com. *num. 9.* Maranta vbi ſupra, & omnes canoniſtæ com-
opin. muniter *in c. ſicut Romana. de reſcript.* vbi Ripa, *num. 20.*
cum aliis ſeq. indicat iſtam eſſe canoniſtarum opinio-
9 nem. Imo appellari † ab interlocutoria ad ſummum
etiam Pontificem poteſt, *c. de appellationibus. de appell.*
10 Ioan. Crot. *conſ 87. num. 14.* Necnon † ab interlocu-
toria Vicarii appellari poteſt ad Epiſcopum, ita Car-
11 din. Puteus *deciſ. 15. de appellat.* Et ſimiliter † ab inter-
locutoriis Vicarii foranei ad Epiſcopum, vel Archie-
piſcopum appellare licet, ſecũdum Modea. *deciſ. 133.*
12 & Gom. *deciſ. 1. & 27.* Sed retenta prima † opinione
de iure ciuili aduerte, quod appellari minime debet,
ac permittitur ab interlocutoria quotieſcuoq; gra-
uamen illatum per appellationem à diffinitiua re-
parari poſſet, vt firmauerunt Cyn. Paol. Caſtr. & cæ-
teri omnes *in l. poſt ſententiam C. de ſent. & interlo. omn.*
iud. Bal. Ang. Salyc. Paul. Caſtr. Fulgoſ. Iaſ. & omnes
in l. arbitrio. ff. qui ſatiſd. cogan. Bar. Imol. Paul. Caſtren.
aliiq; omnes concorditer *in d. l. 2. de appellat. recipien.*
& Ioan. de Amicis *in d. conſ. 128. num. 4. & ſeq.* vbi ita
Com. conſuluit, nunciauitque iſtorum opinionem com-
opin. munem eſſe, ac nullum profecto habere contradi-
ctorem, tamen reperio Petrum de Benintendis *de-*
ciſ. 90. ſimul cum Bal. aliiſque ſignatis per eum aſſere-
re, & concludere expreſſe contrarium.

OPINIO LIII.

SVMMARIA.

1 *Appellari an poſſit à ſententia arbitri, vel reclamari, vel*
peti reductio ad arbitrium boni viri. & nu. 2. & 3.

1 APPELLARI non poteſt à † ſententia arbitri,
nec reclamari, nec reduci ad boni viri arbitrium
de iure ciuili, etiam in caſibus, in quibus oritur
actio ex compromiſſo; & ſic ab arbitris ipſis, qui
compromiſſo iure perfecto, & partium voluntate
adeuntur appellari non poteſt. *l. 1. C. de arbit.* vbi Bald.
& Imol. Aret. Alex. *num. 19.* Iaſ. *num. 56. in 1. lectura*, cæ-
terique omnes *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* qui ad lucem
Com. adducunt iſtam eſſe communem opinionem con-
opin. tra Bar. ibi contrarium aſſeuerantem, & Maranta et-
iam *in tract. iudic. in vi. par. in cap. de appellatione, nu. 259.*
fol. partuo 184. Imo generalius traditum eſt à iudici-
bus, quos communis conſenſus elegerit prouocari
non poſſe *c. à iudicibus, 2. quaeſt 6.* Et appellatio à ſen-
tentia arbitri ideo non valet, quia non eſt ſententia;
et quo ex ea non naſcitur actio in factum, Cardin. in
Clemen. *1. quaeſt. 7 de appel.*
2 Sed limitatur † primo hæc communis ſententia
non procedere de iure canonico, nam eo iure à ſen-
tentia arbitri licet appellare, ſecundum Gloſſ. *in d. c.*
iudicibus, Hoſtien. & Ant. *in cap. quintauallis. de iureiur.*
Anchar. *in Clemen. ſaepe de verb. ſign.* Gloſſ. Hoſtien. Io.
And. & Abb. *in c. 2. de arbit.* Bal. & Salyc. *in d. l. 1.* & A-
lex. cum aliis multis aggregatis per eum, *in d. l. nemo*
poteſt, num 21. vbi prodidit iſtam eſſe communem o- Com.
pinionem, atq; in practica obſeruari. Limitatur et- opin.
iam ſecundo † non habere locum in ſententia arbi- 3
trorum iuris, electorumque ex forma, ac neceſſitate
legis, præcepto iudicis, vel ſtatuti inter coniunctos,
à qua poteſt appellari, ſecundum Gloſſ. & Doct. &
Alex. *in l. arbitro. in ver. appellare. ff. qui ſatiſd. cogan.* Bar.
in l. 1. C. de nouo codice componendo, & in l. fin. in 11. not. C.
de iudi. Ioan. de Imol. *in l. 1. circa fin. ff. ſolut. matri.* Paul.
Caſtr. *in l. à Diuo Pio. in princip. ff. de re iudic.* Ant. *in d. cap.*
quintauallis, Oldr. *conſ. 16.* Domi. de Sancto Gemi. *in c.*
ab arbitro. quaeſt. 6. de offic. deleg. Angel. *in l. apertiſſimi. C.*
de iudic. Maranta *in loco praecitato, nu. 261 & ſeq.* vbi do-
cet practicam Regni Neap. circa hoc, & huic opinio-
ni inhæret etiam Iaffredus *in deciſ. 467.* vbi narrauit,
ita per Doct. communiter teneri. Alias vero limita- Com.
tiones vtiliſſimas ponit, & diſcurrit Bertachi. *in ſuo* opin.
repert. in ver. appellatio ab arbitro, vel à ſententia arbitri
iuris non valet, & Ioan. Thierry Lingonenſis *in ſcho-*
liis ibi.

OPINIO LIV.

SVMMARIA.

1 *Appellari an poſſit ab executore. Item an ſententia iudi-*
cis de exequendo, num. 2.
3 *Appellari an poſſit à futuro grauamine.*
4 *Appellationi quando cenſeatur renunciatum remiſ-*
ſiue.
5 *Appellari an poſſit à ſuperſeſſione in cauſa, remiſſiue.*
6 *Appellari an poſſit à formatione inquiſitionis, & pro-*
ceſſus remiſſiue.

APPELLARI ab exequutore † non poteſt ali- 1
quo modo, vt *l. ab executione. Cod. quorum appellat.*
non recipi. & in l. ab executore, & ibi Bartol. *ff. de appellat.*
& hoc pro regula ponit Socin. *in tract. fallen. in reg. 26.*
ſub num 5. limit. & Petr. Duennas *in reg. 41. appellare ab exe-*
cutore permiſſum non eſt cum octo fallentiis, & limitat et-
iam Bertachi. *in ſuo repert. in ver. appellatio ab exequu-*
tione, verſ. 1. & Maranta *in tract. iudic. in 6. par. 3 partis in*
d. actu, num. 248. Capic. *deciſ. 34. num. 4.* vbi limitat.
Et licet appellari nequeat ab exequutione nihilomi- 2
nus à pronunciatione, ſiue interlocutione, ſenten-
tiave iudicis de exequendo appellatio permiſſa eſt,
ſecundum Gloſſ. Bar. Iacob. But. & Ang. *in d. l. ab exe-*
cutione, vbi parefacit ita in practica ſeruari, & ſequi-
tur ibidem Salyc. in medium afferens iſtam eſſe com- Com.
munem opinionem, & Lanfranc. *in c. quoniam contra.* opin.
de probatio in c. 18. de interlocutoriis, & allatio. ſub num. 60.
& ſententiæ huic inhæret quoque Gloſſ. & Rayn. *in*
d. l. ab executore, & Spec. *in tit. de appellat. § quibus. verſ. 9.*
Bar. *in l. ſi cum exceptione. § hoc autem. in fin ff. quod met.*
cauſa, Abb. *in c. quo ad conſultationem, de re iudic.* Ioan.
de Ananta *conſ. 36. in princ.* & Berous *q. 131.* latis pluri-
bus ſententiis conformibus *num. 3.* & Iaffredus *de-*
ciſ. 341. exequutor recuſari. An autem id verum ſit, vide
Socin. *in reg. 24. lit. A. Appellatio. in 2. fallent.*
In contrariam vero partem, videlicet, quod à ſen-
tentia de exequendo appellari nõ poſſit inclinauere
Odofre. Cyn. Bar. contra morẽ ſuum ſibi contrarius,
Bal. & Imol. *in d. l. ab executore.* Guid. de Suzza. & Ful-
goſ. *in d. l. ab executione*, Alex. *conſ. 95. col. 2. vol. 2.* Dec. *in*
c. nouit, num. 6 de appellat. & Coro. *conſ. 71. num. 10. vol. 1.*
& Dec. *in c. nouit, num. 6. de appellat.* in quibus locis pa-
lam faciunt iſtam eſſe magis communem ſenten- Com.
tiam. opin.
Sed exploſa iſtorum opinione reſideo cum pri-
ma Gloſſæ, aliorumque opinione, quæ ſincere com-
munis

munis eſt, ſeruaturque in praxi, teſte Lanfran. *loco de quo ſupra*, & Alex. *conſ. 113. col. fin. vol. 5.* & ita conſuluit, obtinuitque Florentiæ Syluester Aldobrandi prout ipſe teſtatur in add. Dec. *in dict. cap. nouit. in litera a.*
3 Item appellari † non poteſt à futuro grauamine, & appellatio taliter interpoſita valet, ſi non admittantur exceptiones, vel ſimilia, ex oune, & cætera, appello: quia nondum illato grauamine non licet appellare: & quamuis contrarium videatur tenere Panor.
Cōis opin. *in c. ſignificauerunt. de teſt.* tamen veritas eſt, & communis opinio contra eum, vt per Doct. *in cap. 2. de lit. non conteſt.* & ſeruluet per Corne. *conſil. 80. vol. 1.* Vbi
4 an, & quando † etiam cenſeatur appellationi renun-
5 ciatum. Et an à ſuperſeſſione † in cauſa poſſit appel-
6 lari. Et an à formatione † proceſſus, & inquiſitionis, planum facit.

OPINIO LV.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ſemper admittitur, niſi ſit ſpecialiter iure prohibita.*

2 *Appellatio admittitur in criminalibus.*

3 *Appellatio admittitur in crimine læſæ Maieſtatis humana.*

1 APPELLATIO admittitur † ſemper, niſi ſpecialiter ſit iure prohibita, ſecundum Gloſſ. *in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic.* quæ ſingularis eſt, teſte Franco *in rub. de appellat. col. 5.* & eam commendant Bald. *in l. vnica col. 2. C. ſi de momen. poſſ. & in c. paſtoralis col. 3. de appellat.* & Dec. *in c. Romana de appellat.* Iacob. Menoch. *in patrocinio 25. appellationem interpoſitam, num. 13.* Lanfran. *in c. quoniam contra. de probat. cap. 10. de interlocutoriis, & appellationibus, ſub num. 60.* & Crauet. *conſil.*
2 *203. num. 24.* Ideo in criminalibus † appellatio admittenda eſt, ſecundum Bar. *in l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœn.* & opinionem hanc demonſtrant cōmunem
Cōis opin. eſſe Boſſ. *in ſua pract. in tit. de appel. n. 4.* Felyn. *in c. querenti. de offic. deleg.* Abb. & cæteri omnes *in c. 2. de iudic.*
3 Quodq; admittatur inibi procedere etiā † in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, cum & in eo admittenda ſit appellatio, vt voluit Gloſſ. & ibi Aret. *in l. Pantonim. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hered.* Dec. *in d. c. cū ſit Romana § fin.* Carrerius *in pract. crim. in princ. nu. 85. cum duob. aliis ſeqq.* & Boſſ. *in d. pract. crim. in tit. de app. ſub nu. 1. & ſeq.* vbi perhibet opinionē iſtam veriorem fore, & ita conſuluit Rolā Val. *conſ. 77. ſi vidiſſem. per tot. vol. 3.* & idem firmauit Amanel. etiā *in ſing. 3.* And. de Iſer. *col. 9.* & Afflict. *n. 42. in c. 1. in tit. quæ ſint regal.* & Hieron. Gig. *in tract. de crimine læſæ Maieſtatis. q. 13.* vbi vocat eandem opinionē æquiorem, limitatq; in tribus caſib. & deniq; ex memoratis authoritatibus iſtā
Cōis opin. eſſe communem ſententiam apertiſſime diſcernes.

OPINIO LVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex nō poteſt torquere reum conuictum, ad effectum, vt habita ab eo confeſſione, non audiatur appellans.*

2 *Iudices tenentur vti quæſtionibus, & tormentis contra reos inquiſitos in omnibus caſibus, in quibus crimen non probatur.*

3 *Iudex licet non poſſit torquere reum legitime conuictum, tamen poteſt torquere ad detegendum ſocios in caſibus a iure permiſſis.*

1 IVDICI, ſubiicere † quæſtionibus, & tormentis reum legitime conuictum ad effectum, vt reus cōfiteatur ore proprio delictum, ac appareat vere conuictus, & confeſſus, & tandem appellare nequeat, licitum non eſt aliquo modo, ſecundum Ang. & Io. Igne. *in l. & ſi certus. ff. ad Syllanianum*, Ang. Arimin. in add. ad Ang. *in tract. de malef. in ver. fama publica*, And.
Appellatio.
de Iſer. *in Conſt. Neap. in tit. de homicid. & damnis clandeſtinis, n. 33.* quorum opinio communis eſt, vt fatentur,
Cōis opin. eam amplectendo Marſ. *in l. 1. n. 2. ff. de quæſt. & in conſ. 51. n. fi. & in pract. crim. §. nunc videndum, n. 27.* & Carrer. *in pract. crim. in princ. n. 188.* & eidem ſententiæ videtur inhærere Bal. *in l. qui ſententiam. C. de pœn.*, vt recenſuit Curr. *in tract. de indiciis, & tortura. q. 5. n. 16.* In contrariam vero partem, videlicet, quod iudex conuictū plenis probationibus torquere poſſit, vt habita confeſſione oris ſui, appellatio admittenda non ſit, facere valeat, & ſibi licitum, permiſſumq; ſit, inclinauit Bal. titubanter *in l. obſeruare, n. 9. C. de app. non recip. & in l. 1. n. 9. C. de iuramen. calum.* & Gram. *in voto 1. col. 1.* Sed opinio iſtorū falſa eſt, imo manifeſte iniqua cēſetur, nam tormentis locus nō eſt, vbi delictū aliis proba-
tionibus apparet. Cęterum tunc demū † iudices his 2
vti debent, cum aliis probationibus crimen nō probetur, tex. eſt *in l. Diuus Pius, & in l. edictū ff. de quæſt. & c. illi qui, 5. q. 5.* Gl. *in ſumma 15. q. 6.* & hoc voluerūt Dd.
Cōis opin. omnes communiter vtriuſque cenſuræ, præſertim Gandin. *in tract. maleficiorum. in rub. de quæſtionibus. in princ.* Aret. *in tract. maleficiorum, in ver. fama publica, q. 2.* Paul. Caſtr. *in l. ſi quis in hoc. C. de epiſc. & cler.* Alberic. *in l. 2. C. quor. app. non recip.* Franc. Brunus *in tract. de indiciis, & tortura. q. 5. verſ. 6.* & Carrer. *in pract. crim. in princ. num. 188.* Sed bene verum eſt, poſſe † per iudi- 3
cem torqueri conuictum teſtibus ad detegendos ſocios, & participes criminis in caſibus, in quib. poteſt interrogari de ſociis criminis, ſecundū omnes Doct.
Cōis opin. præcitatos, & ita quotidie obſeruatur in practica.

OPINIO LVII.

SVMMARIA.

1 *Appellatio à ſententia lata ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, an, & quatenus admittatur.*

2 *Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper dote, quo ad effectum retardandi executionem ſententiæ.*

3 *Dotis cauſa eſt ſummaria, & in ea coarctari debent per iudicem termini, & dilationes.*

4 *Dotis cauſa licet ſummaria ſit, tamē in ea debet ordinarie pcedi, quantū ad libellū, & alia ſubſtātialia iudicii.*

5 *Dotis cauſa, ſeu in cauſa dotis proceditur die feriata.*

6 *Dotis cauſa eſt fauorabilior, quam cauſa alimētorum.*

6 *Appellabilis non eſt cauſa alimentorum futurorum, quo ad effectum ſuſpenſiuum: aliud autem eſt in cauſa alimentorum præteritorum.*

7 *Argumentum de dote ad alimenta validiſſimum eſt.*

8 *Dos debet ſuſtinere onera matrimonii.*

9 *Dotis cauſa an, & quando pia cenſeatur.*

10 *Dotis cauſa, & ſtudii æquiparantur.*

11 *Appellari non poteſt à ſententia lata in cauſa ſtudii, quo ad effectum retardandi executionem ſententiæ.*

12 *Dotis cauſa, ſeu pro cauſa dotis in dubio iudicandum eſt, quamuis pro ea eſſent pauciores Doctores.*

13 *Appellare non licet in multis caſibus poſitis remiſſiue.*

APPELLATIO admittenda † non eſt à ſenten- 1
tia lata ſuper iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, quo ad effectum ſuſpenſionis, *l. vnica. C. ſi de mom. poſſeſſ. fuerit appella.* ſed admitti debet quoad cauſæ deuolutionem, ſecundum Bar. *in l. 2. ff. de appel. reci. nu. 6.* Ang. *conſil. 107.* Panor. *in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia. n. 30.* Spec. *in tit. de app. §. in quibus. verſ. ſexto non appellatur*, Aufre. *in capella Tholoſana deciſ. vltima*, Bal. *in l. 2. n. 22. C. de epiſc. audien.* Arch. *in c. de poſſeſſione. 2. quæſt. 6.* Cyn. Bar. Bal. Ang. Alberi. & alios omnes *in d. l. vnica*, Corne. *conſ. 190. vol. 1.* Dec. *conſ. 28.* Rip. *in c. ſæpe, nu. 3. de reſtitut. ſpol.* & Pariſ. *conſ. 108. nu. 20. vol. 1.* & opinionem iſtā in practica receptā eſſe meminit Afflict. *deciſ. 269. & in lib. conſtitutio. regni. in tit. de proba. in appellationibus.*

Com. opin. *in rubrica, Iuriſperitorum. col. 3.* & communem ait Marãta *in tract. iudiciorum. in 6. par. cap. de appellatione, num. 294.* & Pariſ. *in d. conſ. 108. num. 20.* & procedit de iure ciuili, ſecundum omnes præmemoratos Doct. & ponit pro regula cũ viginti limitationibus Io. Ant. de Nigris, *ſuper capitulis regni. in c. 6. incip ſubditorum, à num. 106. vſque ad nu. 127.* & communem exprimit poſt alios aggregatos per eum, & ponit etiam pro regula cum quinque limitationibus Pet. Duennas *in reg. 44. appellare à ſententia ſuper poſſeſſorio*, Octau. Veſtrius *in ſua pract. lib. 7. tit. de appellatione, apoſtolis, ac eiuſdem appellationis proſequutione, colum. 5. verſ. addo alios caſus.* Octauian. Cachetan. *deciſ. 25. mortuo inteſtato, ſub nu. 9. cum aliis ſeqq.* & Vrſillus *in add. Afflicti. in deciſ. 269.* Vide Albert. Brun. *conſ. feud. 98. num. 9. lib. 1.* vbi ampliat, ac allegat Bal. *in l. 2. in fin. C. de epiſc. aud.* Panor. *conſ. 55. lib. 2.* & Paul. Caſtren. *conſ. 159. in cauſa mota, in antiqua,* Beroum *in ſuis quæſtionibus, quæſt. 52. nu. 8.* vbi de communi.

De iure vero canonico à ſententia lata in poſſeſſorio poteſt appellari, & admittitur appellatio quo ad vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, *clem. 1. & ibi Gloſſ.* Cardin. & omnes alii Canoniſtæ, *de ſequeſtr. poſ. & fruct.* Gloſſ. *in d. c. cum ad ſedem,* Bal. *conſ. 126. vol. 3.* Specul. & Ioan. Andr. *in add. in tit. de app §. 2. ver. 6.* Federic. de Senis *conſ. 77.* & iſta eſt com-

Com. opin. munis opinio, teſte Abb. *in d. c. cum ad ſedem,* Dec. *in d. conſ. 28.* Ripa *in d. c. ſæpe, nu. 3.* Ioan. Ant. de Nigris cum aliis fertiliter congeſtis per eum, *in d. c. ſubditorum, ſub num. 106* Neguſ. *in tract. de pignoribus. in 8. par. in primo membro, num. 3.* & Hieron. Grat. *in conſ. vltimo, requiſitus, num. 9 cum aliis ſeq. vol. 2.* vbi ita conſuluit, & Cæſare Contardo in repet. *l. vnica. C. ſi de momentanea poſ. fuer. appel. in 3. limit.* vbi etiam hanc opinionem communem de iure canonico ampliat, & limitat.

Sed prima opinio negatiua de iure ciuili videtur magis communis, & magis tuta, vt ad lucem adducunt Rolan. à Valle *conſ. 38. num. 13. & conſ. 77. nu. 9. 14. & ſeq. vol. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 35. Tarentinu. num. 1. & ſeq. vol. 1.* & Petr. de Beointeodis *deciſ. 17.* vbi poſt longam diſceptationem fatetur ita deciſum in Rota Bononienſi, & in Rota Romana ſic ſæpiſſime concluſum ſimiliter extitiſſe, refert Horatius Mandoſius, in add. Romani *conſ. 324. in litera A.* vbi annectit etiam hoc ſeruari hodie in omnibus terris Eccleſiæ, propter conſtitutionem Ægidianam.

Siquidem Ægid. Card. Marchiæ legatus ſtatuit, in poſſeſſoriis non licere appellare, reducendo ius canonicum ad ius ciuile. Vnde ſummi Pontifices non ſunt dedignati, ſecundum varietatem temporum, imitari Imperatorum iura, vt à ſententia lata in terris Eccleſiæ in poſſeſſorio ſuper re prophana propter ipſam Ægidianam, & in aliis de iure ciuili minime appelletur, etiamſi condemnetur Reus in fructibus, & expenſis, ita Creſcen. *deciſ. 120.*

Sed iſta ampliatio non videtur tuta, nam licet in cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellandum non ſit, nihilominus hoc verum foret, quando de poſſeſſione ipſa iudicaretur, ſecus autem ſi condemnaretur quis ad intereſſe ratione poſſeſſionis non reſtitutæ, ſeu turbatæ, vt firmat Bar. *in l. creditor, §. iuſſu. ff. de appel.* cui accedit ibi Alex. in apoſtil. ad eundem Bart. & Ioan. de Amicis *conſ. 148.* & ita iudicauit Sacrum conſilium Neap. teſte Afflicto *deciſ. 77. fuit ſatis excitatum, ſub num. 8. & ſeq.*

Quia quo ad iſta acceſſoria, & ſic quo ad condemnationem fructuum, & expenſarum, & intereſſe valet appellatio etiam de iure ciuili, atque ſuſpenditur executio, ſecundum Bal. *col. 11.* & alios omnes in *l. 1. C. ſi de momen. poſ. fuer. app.* & Bar. *in d. l. creditor. §. iuſſu. in fin.* Rolan. à Valle *conſ. 77. num. 13. vol. 2.* & Virg. de Boccat. *in Conſtit. Ægid. num. 113. cum aliis ſeqq.* & Hieron. Gabr. *in d. conſ. 35. ſub num. 1. & ſeq.* Et ita ſolent obſeruare DD. de Rota Romana, qui conſueuere admittere appellationem quo ad fructus, & expenſas in iudicio ipſo poſſeſſorio, & illam denegare quo ad poſſeſſionem, atteſtante Ant. Auguſt. *in reper. ſub §. 1. de app. prohibita.* Sed hoc quippe non procederet in fructibus pendentibus, nam fructus pendentes tempore ſententiæ habentur pro parte rei, & ſoli, vt explicat, & concludit Hieron. Gabr. *in d. conſil. 35. ſub num. 1. & ſeq.* & conſequenter tunc executio, non obſtante appellatione, in iudicio prædicto poſſeſſorio, relaxatur in re ſpoliata, & in fructibus ipſi pendentibus, ſecundum Ant. Auguſt. *in loco præcitato,* & Afflict. *in d. deciſ. 77. in fine.*

Cæterum opinio præmemorata communis ita ampliata, claudicat primo non habere locum, vbicunque aliquid contineretur in ſententia, propter quod liceat appellare, tunc profecto non foret locus Ægidianæ, ita Card. Put. *deciſ. 9. de Ægid.* Secundo etiam coarctatur eadem opinio, vt non defendatur quis, aut tueatur clypeo Ægidianæ, ſi ſententia reuocari queat ex eiſdem actis, ſecundum Card. Puteum *deciſ. 4. de Ægidia.* & Virginium de Boccat. *in Conſtitut. Ægid. num. 139. cum aliis ſeqq.* vbi quamplurima non minure diffundit in perſcrutanda veritate prædictarum deciſionum. Et hinc eſt, quod vbicunque in Sacro conſilio Neap. cauſa reuidetur ex eiſdem actis nunquam Sacrum conſilium prædictum declarat appellationem deſertam, ſed procedit ad expeditionem cauſæ, non obſtante appellationis deſertione, pronunciatque bene, vel male iudicatum, teſte Afflicto *deciſ. 79. in cauſa appellationis, & deciſ. 243. Nardus. ſub num. 4. & ſeq.* & hinc facile colligit falſum fore, quod aſſeruere Gozad. *conſ. 50. num. 4.* & Aufrer. *in d. capella Tholoſana, deciſ. vltima,* & Pet. de Benintendis *deciſ. 79. num. 1. 6. & ſeq.* conſtanter affirmantes iure canonico appellationem à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio nõ habere effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum tantum. quia contrarium probatur *in d. clem. vnica, ſeu prima,* vbi Imol. *col. fin.* poſt Lapum hoc ipſum aſſeuerat, & Grat. *in d. conſ. vlt. nu. 16. cum aliis ſeqq.* vbi ita conſuluit: nec Doct. ab eis citati hoc voluerunt, nec probauerunt quod ipſis adſcribitur, alioquin nulla foret differentia inter ius canonicum, & ciuile, quam tamen omnes conſtituerunt, & præſertim Ioan. Coraſ. *in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ.* Item à † ſenten- 2
tia lata ſuper dote appellari nequit, quo ad effectum retardandi ipſius ſententiæ executionem, ſiue mulier agat pro dote, ſeu vir ad dotem promiſſam pro ſuſtinendis matrimonii oneribus. & ſic ſententia ipſa dotis in fauorem mulieris, vel viri promulgata habet paratam executionem; ſecundum Bal. Nouel. fœcunde *in tract. de dote. in 9. par. priuil. 7.* Afflict. *deciſ. 271. ſub num. 1. ver. item & in dote,* & Vrſillum *in add. ibi, ſub num. 3.* & Ioan. Lup *in repet. c. per veſtras. §. 15. num. 5. & ſeq. de donat. inter vir. & vxor.* & ita obtinui in facto *de menſe Octobris 1573.* in cauſa propria, mota, & agitata contra Magnificum Iacobum Caſella, coram D. Ioanne Baptiſta Marcheſio, de Ciuitate Ducali meritiſſ. tunc auditore ſereniſſ. Margaritæ de Auſtria, & iudice ſecundarum cauſarum ciuitatis noſtræ, iuris peritiſſimo, & ſummo ingenio prædito.

Et ita deciſum quoq; fuit in Sacra Regia Audientia Prouinciæ Terræ Bari, *ſub die 24. Decembris 1597.* ad fauorem Beatricis de Vaena, de Ciuitate Trani, me aſſiden-

aſſidente in ipſa Audientia, tunc auditore, & præ-
ſentis cauſæ Commiſſario exiſtente D. Didaco de
Pareſa Hiſpano, viro emunctæ naris, atq; tractabiliſ-
ſimo. Et ſic iudicatum fuit etiam iure ſuadente, in ea-
dẽmet Sacra Audientia Barenſi, *ſub die 15. Maij 1598.* ad
fauorem ſimiliter Andrianæ Mauteſcinæ, de Ciui-
tate Trani, me interueniente eo tempore iſtius cau-
ſæ Cõmiſſario; ipſam videlicet ſententiam ſuper ſo-
lutione dotis prolatam, exequendam, tanquam fa-
uorabilem, habentemque iidem paratam execu-
tionem, prout executæ fuere illis temporibus ambæ
ipſæ ſententiæ, non obſtantibus partium variis con-
tradictionibus, & oppoſitionibus allegatis, reiectiſ-
que tanquam friuolis.
3 Et ratio antedictæ † opinionis aſſignari poſſet
iſta: nam in cauſa dotis, quæ pia eſt, proceditur ſum-
marie, & de plano, & in ea termini, atque dilationes
abbreuiari, & coarctari debent per iudicem, vt ce-
leriter terminari queat, ſecundum Roman *in authen.
ſimiliter. in 9 ſpeciali. Cod. ad legem Falcid.* Bal. & Salycet.
in l. vltima. Cod. de ſent. quæ ſine certa quantitat. Imol.
in l. 2. per text. ibi, ff. de eo indic. Barbat *conſil. 87. prope eſt
Dominum. colum. 5. volum. 4.* Calcan. *conſil. 13. pro parte ne-
gatiua. colum 4.* Bertran. *conſil. 244. viſo proceſſu, num. 12.
lib. 2.* Corne. *conſil. 151. ſub num. 9. volum. 1.* Gloſſ. Bartol.
& omnes alios concorditer *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.*
Bertran. *conſil. 94. vtilitatem piam cauſam. num. 11. vol. 1.
prima partis*, & Cephalum *conſ. 213. n. 19. vol. 2.* & iſta eſt
Cõis communis opinio, atteſtãte Marino Frecciæ *in tract.*
opin. *de repræſentat. inſtrumen. ſecundum formam ritus magnæ
Curiæ Vicariæ. in 12. par. quæſt. 2. num. 10.* Ripa *in d. l. 1 ſol.
mat num. 44.* & Ioan. Lup. *in d. § 25. num 6.*
4 Et quamuis dilationes, vt † ſupra in cauſa dotis,
coarctari debeant, nihilominus quantum ad libel-
lum, & alia ſubſtantialia iudicii, debet ordinate pro-
cedi; vt firmauere Bar. *in l. ſi conſtante. quæſt. 6. tertia
partis. ff. ſolut. matrimon.* Bald. Angel. & Franciſc. Are-
tin. *in dict. l. 1. eod. tit.* Bal. *in l. 9. per text. ibi, Cod. de dot.
promiſſ.* & Tiraq. *in tract. de vtroque retract. § 1. gloſſ. 14.
n. 98.* licet ſuper hoc diſtinguat Ripa *in d. l. 1 ſub n. 44.*
5 Secundo eadem opinio poſſet † comprobari,
quia in cauſa ipſa dotis proceditur etiam die feriata,
vt concedunt Bal. Angel. Imol. Paul. Caſtr. & Franc.
Aretin & Rip *in d. l. 1. num. 46.* vbi ſimiliter Alex. *col. 3.*
videtur ſuper hoc diſtinguere.
6 Tertio roboratur ſententia prædicta, nam † cau-
ſa dotis eſt magis fauorabilis, quam cauſa alimen-
torum, ſecundum Abb. *conſ. 115.* & Cyn *in l. non omni.
C. de admin. tut.* & quod dotis cauſa ſit fauorabilior,
quam cauſa alimentorum, vel ſaltem æque fauora-
bilis, firmauerunt etiam Bar. & Bal. *in l. legatum. C. de
6 cond. inſte.* Et hinc eſt, quod quemadmodum † non
appellatur à ſententia ſuper dote ſoluenda, lata, quo
ad effectum ſuſpenſiuum, ita etiam per appellatio-
nem non impeditur, ac retardatur executio ſenten-
tiæ latæ ſuper ſolutione futurorum alimentorum.
Et ſic cauſa alimentorum minime gentium appella-
bilis eſt reſpectu futurorum alimentorum, quo ad
effectum prædictum ſuſpenſiuum, ſecundum Ioan.
And. in add. Spec. *in tit. de app. verſ. in quibus, ſuper ver.
aliorum*, Bar. *in tract. de alimentis, num. 47.* Aret. *conſ. 97.
col. 3.* Bal. *in l. ſi inſtituta. § inofficioſo. n. 2. ff. de inoffic. teſt.*
Bal. Nouel. *in tract. de dot. 7. ſpeciali, in 9 par.* Iaſ. & Dec.
in l. de alimentis. C. de tranſact. Tiraq. *de priuil. piæ cauſæ,
priuil. 153.* & Albert. *in l. pen. in fi ff. de his, qui ſunt ſui, vel a-
Cõis lien. iur.* vbi in mediũ expoſuit iſtam eſſe magis com-
opin. munem opinionem, & ita indicauit in facti contin-
gentia Rota Rom. atteſtante Caputaquenſe *deciſ. 118.
lib. 1.* Et iſthæc communis ſententia procedit quippe

de plano, vbicunque ageretur de alimentis futuris,
non autem de alimentis præteritis, vt hoc vnanimi-
ter omnes præmemorati Dd. expreſſiſſime cõce- Cõis
dũt. Et licet validiſſimũ † ſit argumentũ de dote ad opin.
alimenta, niſi contrarium expreſſe à iure caueatur, 7
iuxta notata *in l. ob as. C. de præd. min.* nihilominus ma-
ior ratio eſt dotis, quam alimentorum, vt concedunt
Cyn. *in l. 1. C. de alen. libe.* Abb. *in c. peruenit. ext. de arbit.*
Alex. *in l. Centurio. col. 11. ff. de vulg. & pup.* Nicol. Euerar.
in ſua centuria loco 29. Quarto ſuſtinenda † eſt eadem 8
opinio, quia dos ipſa onera matrimonii ſuſtinere de-
bet, *l. dotis fructus ff. de iure dot. & l. pro oneribus. C. eo. tit.
cum vulgarib.* & quamuis aliqui plebei, & ruſtici ex-
pellant à domo vxores, ob nõ ſolutionem dotis pro-
miſſæ debito congruo tempore, tamen melius, tu-
tius, & honeſtius eſſet præſtare alimenta intuitu pie-
tatis vxoribus, iuxta *l. Neſennius. de nego. geſt.* & interim
agere pro dote promiſſa, & procurare ſententiam
proferri in eorum fauorem, cum ſtatim, non obſtan-
te appellatione, executioni demandari poſſit. Quin-
to fulciri poſſet, quod cauſa † dotis dicitur pia vere, 9
& proprie, & ſimpliciter, ſecundum Bal. *in l. 1. vol. 16.
C. de ſacroſ. eccleſ.* & Io. Bapt. de S. Blaſio *in tract. de pri-
uil. dot. in priuil. 206.* & propterea ibi infert de legato
dotis, falcidiam detrahi non debere, tanquam de le-
gato ad piam cauſam, *auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* &
hoc idem videtur firmare etiam Bal. *in l. cũ tu. § ſi mu-
lier. de cond. & demon.* vbi infert, legatũ pro virginibus
maritandis dici piũ, & non pati falcidiam, & cauſam
dotis eſſe cauſam piam, voluit etiã Soc. *conſ. 291. col. 6.
vol. 1.* & Hieron. Alban *conſ. 39. magnifice, & illuſtris do-
mine, n. 2.* & eſt tex. *in c. donare. in tit. qualiter olim feud.
alie. poſ.* æquiparans dotem, & piam cauſam, & multa
alia congerit ad hanc rem Nic. Euerar. *in locis legalib.
in loco de dote ad piã cauſam.* ſed Dec. *conſ. 72.* aſſeruit cõ-
trarium, quod hoc procedat large, & improprie: niſi
quãdo detur dos pro paupere puella, ſeu pro ea, quæ
quamuis pauper non ſit, tamen eius dignitate inſpe-
cta, non põt nubere pari; Et ſic ob paupertatem cau-
ſa dotis pia dicitur; vt *l. eum his. § ſi in ea. ff. de cond. in-
debi.* quem tex. ita communiter interpretantur, & in- Cõis
telligũt Scriben. præſertim Iaſ. *ibi*, Rom. *in d. auth. ſi-* opin.
militer. col. 3. Io. Campeg. *in tra. de dote. in 9. q. prima par.*
Dec. *conſ. 120. & pro tenui, n. 4.* Bal. Nou. *in tract. de dote,
in 5. par. principali, n. 2.* & Boer. *deciſ. 94.* & tex. eſt, & Ri-
pa *in d. l. 1. ſub n. 46.* Sexto facit ad † corroborationem 10
opinionis prædictæ cauſa dotis, & cauſa ſtudii, quæ
æquiparantur, ſecundum Bar. Alex. Iaſ. *n. 3.* & alios o-
mnes *in d. l. 1.* Et quemadmodum in cauſa dotis non
appellatur ad effectum † retardandi executionem 11
ſententiæ, ita etiam à ſententia lata in cauſa ſtudio-
rum appellari nequit, vt voluit eleganter Natta *con-
ſil. 210 legatum factum per nobilem, nu. 8. & ſeq. vol. 1.*
Septimo ad confirmationem eiuſdem † opinionis 12
congruenter adduci poſſet, quod licet ſuper re præ-
ſenti eſſent opiniones hinc inde, prout non ſunt, ni-
hilominus in dubio amplectenda venit opinio præ-
libata, quæ fauet doti, & eo magis, cũm non appa-
reat communiter reprobata, & ſic in dubio pro cau-
ſa dotis eſt iudicandum, quamuis pro ea eſſent pau-
ciores opin. Doctorum, ſecundum Abb. *int. ſiu. de re
iud.* Socin. *conſ. 111. in fin. volum. 3.* Cephal. *conſ. 298. nu. 19.
vol. 2.* Bar. *in d. l. 1. ſolut. matrim. num. 4.* cum quo omnes
communiter tranſeunt, teſte Iaſ. *ibi, ſub nu. 1.* & Imol.
col. 4. & quod iſta ſit communis opinio, aperit Negu- Cõis
ſantius *in tract. de pignorib. in 4. memb. 11. par. num. 111.* A- opin.
lios vero caſus, in quibus † appellatio iure prohibea- 13
tur, & omnes ipſos caſus, in quibus non liceat appel-
lare, poterit lector colligere ex Spec. qui complures
ponit

ponit in tit. de appellat. §. in quibus, & Ferrarien. in ſua pract. Papienſi. in forma appellationis à ſententia diffinitiua, in princ. num. 9. Lanfran. in repet. c. quoniam contra de probat. in cap. 10. de interlo. & appellatio. num. 60. Socin. in tract. fallentiarum. reg. 24. per totam, Nicellus in concordia gloſſarum, concordia 6. Marſil. in l. vnica, num. 156. cum aliis ſeqq. C. de raptu virginum, Maranta in tract. de iudiciis in 6. par. cap. de appellatione, nu. 269. & Doct. omnes in c. paſtoralis. § præterea. de offic. deleg. in c. non ſolum. de appell. in 6. & in c. qua fronte. de appellat. Gloſſ. ſumma 11. quæſt. 6. & Bertach. in ſuo repert. in ver. appellatio à ſententia poſſeſſorii realiter non valet, & Virgin. de Boccat. in Conſtit. Ægid. num. 190. vſque ad num. 210. vbi recenſuit decem & ſeptem caſus, in quibus appellare licet.

OPINIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tempus proſequendæ appellationis à iure ſtatutum, non poteſt de conſenſu partium, etiam expreſſo prorogari.*

1 APPELLATIONIS proſequendæ † tempus à iure ſtatutum, non poteſt de conſenſu partium, etiam expreſſo prorogari, maxime ſecundum Bar. in authen. ſi tamen. Cod. de temp. app. Abb. in c. ex ratione. de app. vbi Dec. num. 33. & ſeq. aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, idemq; concedunt Gloſſ. Bart. & cæteri omnes in l. properandum. C. de iud. Ioan. Andr. in add. Specul. in tit. de app. § nunc breuiter, verſ. licet autem, Roman. conſ. 174. in fin. Alex. conſ. 24. circa fi. vol. 4. Matthæſ. ſing. 24. & ſententiam iſtorum ſimiliter explanat communem eſſe Maranta in tract. iudiciorum. in 6. par. tertiæ partis. in 2. actu, nu. 225. cum aliis ſeqq. vbi & male diſputando poſt alios multos aggregatos per eum tuetur, ſuſtinetque contrariam partem, & Lanfran in c. quoniam contra. de probat. in cap. 10. de interlocutoriis, & appellatio. num. 52.

Cōis opin.

Cōis opin.

OPINIO LIX.

SVMMARIA.

1 *Aqua de flumine publico, non nauigabili, an diuerti poſſit.*

2 *Aqua duci poteſt ex flumine nauigabili, dummodo poſtea reuertatur in alueum ſuum.*

3 *Aquam licite quis ducere poteſt ex riuulis ad ſua prædia.*

4 *Aqua naturaliter ad inferiorem fundum deſcendit.*

5 *Aqua ſi per ſe deſcendat ad loca inferiora, abſque aliquo facto, & vſu hominis, non propterea aliquod ius ſeruitutis inferior fundus aduerſus ſuperiorem acquirit.*

1 AQVA de flumine † publico, non nauigabili (vt eſt Rhenus Bononiæ) ingrediens flumen nauigabile, ſcilic. Padum, licite ducitur, & diuerti poteſt, dummodo poſtea reſtituatur, & remittatur in flumen nauigabile. & ſic ex quo ceſſat intereſſe nauigantium, & vſus eiuſdem fluminis nauigabilis non læditur, quia aqua ipſa ducta ex flumine publico reſtituitur in flumen nauigabile, hoc prohibitum non eſt, ſecundum Bart. in l. quominus. num. 1. ff. de flumin. Alex. conſ. 192. vol. 2. Corn. conſ. 268. col. fin. vol. 4. Curt. ſen. conſil. 33. num. 2. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, idemque fatetur Ripa in d. l. quominus, num. 17. & eam ſequitur ibi Iaſ. num. 15. Cæpol. in tract. ſeruit. ruſt. præd. in tit. de ſeruitut. aquæductus. cap. 4. nu. 39. & ſeq. Specul. in tit. de cauſa poſſ. & propriet. § quia vero, verſ. ſex eum autem, & Boſſius in pract. crimin. in tit. de aquis, & flumin. nu. 7. Et hoc ſuaderi poſſet hac ratione, quia aqua fluminis publici communis eſt, teſte Bald. in c. 1. in princ. quæ ſint regalia. in vſi. feud. Imo Corne. in d. conſ. 268. circa fin. iſtam opinionem communem ampliat, vt etiam ex flumine nauigabili † licitum ſit aquam ducere, dummodo reuertatur poſtea in alueum ſuum, & ſequitur, & approbat Ripa in d. l. quominus, num. 17. Amplificaturque etiam antedicta communis, vt vnuſquiſque † ex riuulis quoque poſſit, & licitum ſit aquas ducere, ac deriuare ad eius prædia, vt concedit Bertran. cum aliis aggregatis per eum conſil. 158. præſtatio inſolitorum ſeruitiorum, num. 5. volum. 6. Et ratio poſſet aſſignari iſthæc, ſiquidem aqua ex † ſua natura ad inferiorem fundum deſcendere debet, l. in ſumma. in princ. ff. de aqu. pluu. arcen. & Ioan. Cephal. conſ. 130. num. 16. vol. 1. Sed ſi † aqua per ſe ſine aliquo facto, & vſu hominis, ſemper ad inferiora loca, vt conſueuit, deſcenderit, non propterea aliquod ius ſeruitutis inferior fundus aduerſus ſuperiorem acquiſiuit, l. ſolent, & ibi Gloſſ. fin. ff. de offic. procon. & legat. & notant Bart. Cæpol. in tract. de ſeruit. & aqu. in 4. & 8. q. princ. Doct. omnes in l. 1. C. de ſeruit. & aqu. & in c. poſſeſſiones. 17. q. 1. Iaſ. in d. l. quominus, nu. 170. & Pariſ. conſ. 112. num. 29. & ſeq. vol. 1. 2 3 4 5

OPINIO LX.

SVMMARIA.

1 *Debitori ad ſoluendum quodnam tempus concedendum ſit.*

2 *Iudices qualem hodie de conſuetudine terminum ad ſoluendum concedere ſoleant.*

3 *Tempus decem dierum conceſſum debitori ad ſoluendum, an ſit ſtatutum à iudice, vel à lege, & cuius ſit effectus remiſſiue.*

4 *Iudex neceſſario tenetur actori deferre iuramentum in litem, vbi ſubeſt cauſa, vel concurrentibus requiſitis neceſſariis.*

5 *Iuramentum in litem an ſit arbitrarium, & quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur.*

ARBITRIO iudicis † relinquitur, eiuſque arbitrio determinari debet, quoties tempus indeterminatum à lege conceditur, & cõſequenter tempus, quod à lege indulgetur ſoluere debenti miſerationis cauſa, non taxatum, arbitrarium cenſetur, moderandumve iudicis arbitrio venit, ſecundum Bar. Albert. & alios omnes in l. quod dicimus. ff. de ſolutio. Cagnolum in l. quod te, nu. 88. & ſeq. ff. ſi cert. pet. Iacobum Menochium de arbit. iudicum quæſt. lib. 1. centur. 1. caſu 27. num. 1. cum aliis ſeq. vbi refert alias opiniones contrarias, Gloſſ. in §. fin. Inſtit. de inutilibus ſtipulatio. & in c. inſtitutum. 27. quæſt. 11. Fabrum, Aret. Porti. num. 5. Ozerium, ſub num. 5. & Tob. Non. cum cæteris aggregatis per eum, num. 8. & ſeq. in §. omnis. Inſtit. de verb. oblig. vbi cum Portio, & reliqua caterua Modernorum oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, limitantque in tribus caſibus non procedere, & eandem communem ſequitur quoque Bar. in l. ita ſtipulatus. la grande. num. 34. & ſeq. ff. de verb. oblig. Vbi aſſerit de conſuetudine † hodie iudices, eorum arbitrio ſtatuere ſuper huiuſmodi caſu terminum decem dierum ad ſoluendum. Sed Gellius lib. 20. cap. 1. in medium affert confeſſis, ſeu condemnatis de debito conceſſos fore triginta dies ad quærendam pecuniam, intra quos, ſi ſolutionem non fecerint contracto æris alieni facta eſt manuum iniectio, & ferro, ac compedibus vincti ſunt. Et an † iſtud tempus decem dierum ſit ſtatutum à lege, vel à iudice, & cuius ſit effectus, vide Imol. in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verb. oblig. & Bar. Ruinumque, num. 11. vtiliter declarantes in d. l. ita ſtipulatus. Similiterq; † in iudicis arbitrio 1

Cōis opin.

2 3 4

bitrio reſidet, ac ab eius mera poteſtate, voluntateve pendet an iuramentũ in litem actori deferat, vel neget, vt voluit Gloſ. *in §. praeterea. in prin. Inſtit. de actio.* & Iaſ. *in l. in actionibus. in primo not. ff. de in litem iuran.*

In contrariam vero partẽ, videlicet, quod iudex, vbi ſubeſt cauſa deferendi iuſiurandum, vel concurrentibus requiſitis in delatione talis iuramẽti neceſſario teneatur illud deferre, nec poſſit aliter facere, & ſic non habet in eum merũ arbitrium, ſecundum Bar. & Alex. *in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iurand.* Fabrum, & Iaſ. reuocando ſententiam in melius, *n. 3. in d. §. praeterea.* Ang. Fulg. Alex. Zaſ. Dec. *n. 10. & ſeq.* Franc. Duar. *n. 29.* & Bolognettum, *n. 37. in d. l. in actionibus.* & eundem Iaſ. *in l. admonendi. in 2 lectu. col. 9. verſ. quid autem ſit. ff. de iureiur.* & iſta eſt vera, communiſque opinio, & obſeruatur in practica, atteſtantibus praememoratis Modernis *in d. l. in actionibus.* Com. opin.

3 Et hoc iuramentum in † litem quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur, vide Marantã ſuſe explanantem *in tract. iudiciorum. in 6. par. in q. actu. n. 16.*

OPINIO LXI.

SVMMARIA.

1 *Iudicis arbitrio committitur, quae perſonae dicantur digniores.*
2 *Iudicis arbitrio relinquitur, quae cauſa dicatur grauis, ardua, vel parua.*
3 *Iudicis arbitrio terminatur quis dicatur pauper, vel diues in caſibus, in quibus id non reperitur expreſſum vel determinatum.*
4 *Iudicis arbitrio declaratur, quae perſonae dicantur miſerabiles.*
5 *Iudicis arbitrio terminatur, quando aliquid non eſt à iure deciſum.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur infra quantum tempus pignora pro executione ſententiae vendi debeant.*
7 *Iudex ad ſecundum decretum quando deuenire poſſit.*
8 *Iudicis arbitrio terminatur infra quod tempus mora ſemel contracta purgari poſſit.*
9 *Iudicis arbitrio relinquitur, quando indicium oriatur ad torturam, vel quae indicia ſufficiant ad torturam.*
10 *Iudicis arbitrio terminatur, an reuocata confeſſio indicium faciat ad torturam.*
11 *Arbitrium iudicis relictum in cauſis, & caſibus criminalibus quale eſſe debeat.*
12 *Iudicis arbitrio debet declarari vtrum indicia ſint ſufficienter purgata.*
13 *Iudicis arbitrio definitur an inquiſitus ſit repetendus in tormentis.*
14 *Cum eſt diſcordia inter partes de puncto formando, relinquitur id arbitrio iudicis. Et iudicis arbitrium locum habet 62. caſibus remiſſiue. nu. 15.*

1 ARBITRIO iudicis relinquitur, † quae perſonae dicantur digniores ſecundum Gl. Imol. Abb. & Dec. *n. 23. in c. ſedes apoſtol. de reſcrip.* vbi in medium expoſuerunt ſimul cum modernis omnibus iſtam eſſe communem opinionẽ, & eam ſequitur etiam Spec. *in tit. de reſcrip. praeſenta. §. fin. col. 1. verſ. ſed quae ſunt per-* Com. opin.
2 *ſonae digniores.* Item cõmittitur iudicis † arbitrio, quae dicatur cauſa grauis, ardua, vel parua, ſecundum Gl. Bar. & Bal. *in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breu. recit.* Alex. *conſ. 32. col. 2. vol. 1.* Ant. Corſet. *in tract. de manum. col. 3. verſ. 16.* Iaſ. *in l. admonendi. n. 231. ff. de iureiur.* Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam. in ver. omnia, vel partem aliquam, ſub nu. 35. C. de reuocan. donatio.* Dec. *in c. ſi pro debilitate. n. 38. & ſeq. de off. deleg.* & Marſil. *in l. quaeſtionis modum. n. 4. ff.*
3 *de quaeſtio.* Similiterq; in iudicis † arbitrio reſidet, quis dicatur pauper, vel diues in illis caſibus, in quib. hoc non reperitur determinatum, vt concedunt Gl. Bal. Albert. Faber. Saly. Alex. Corne. & Dec. *nu. 10. in auth. praeterea. C. vnde vir & vxor,* vbi denudat iſtã eſſe communem opiniunem, *& in d. c. ſedes apoſtolica, nu. 25.* Com. opin. *conſ. 120. col. 2.* & ſequitur Ang. *in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan.* Corne. *conſ. 131. in prin.* Anchar. *in c. per veſtras. col. 5. de donat. inter vir. & vxo.* Abb. & Felyn. *in c. de accuſ. & in c. qui teſtium. de teſtib.* Rum. *conſ. 55. n. 4. vol. 1.* Tiraq. cum aliis aggregatis per eum, vbi ſupra, & Ripa *in l. ſi conſtante, n. 29. ff. ſolut. matrim.* & iſtam fore communem docuimus etiam infra *in opin. 932. teſtis propter ſolam paupertatem.* Nec non ar-
4 bitrio † iudicis declaratur, quae dicãtur perſonae miſerabiles, vt efficax teſtimonium eſt Ioan. And. *in c. ſignificantibus. de off. deleg.* Alex. *conſ. 17. col. 1. vol. 4.* Barbatius *conſ. 3. col. 2. vol. 1.* Dec. *in d. c. ſedes apoſtolica. num. 28.* Marſil. *in d. l. quaeſtionis modum n. 11.* & Ripa *in d. l. ſi con-*
5 *ſtante. n. 30.* Item terminatur iudicis † arbitrio, quando aliquid non eſt à iure deciſum, *l. 2. vbi Bal. ff. de iure deliberan.* Ripa *in d. l. ſi conſtante, nu. 31.* & Marſil. *in d. l. quaeſtionis modum n. 41.* & iſtam propalat communem regulam fore Iaſ. *in l. & ſi poſt tres nu. 6. ff. ſi quis cautio.* Com. opin.
6 Indem relinquitur arbitrio † iudicis infra quantum tempus pignora pro executione ſententiae vendi debeant, vt firmauerunt Gloſ. Bar. & caeteri omnes *in l. cum proponas. C. de bonis auct. iudicis poſſ.* Bar. & alii *in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto.* & Marſil. *in d. l. quaeſtionis modum, n. 12.* & iſta eſt communis opinio, vt latius deduximus infra *in opin. 614. pignus praetorium.* & Com. opin. communem inſinuat etiam Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. par. in ver. contumacia. n. 12.* Ex aequitate vero
7 ad ſecundum, † decretum iudex procedere nequit, niſi tranſacto integro anno à die primi decreti, ſecundum Fely. *in c. conſultationibus col. 2. de off. deleg.* vbi planum facit hanc communem ſententiam fore. in Com. opin. Regno vero Neapol. eſt ſtatutũ tempus trium menſium per pragmaticam relatione, & ſeq. infra quod iudex poſſit peruenire ad ſecundum decretũ, vt cumulatiſſime deducit Maranta *in loco praecitato.* Item
8 mora ſemel contracta, † intra quod tempus purgari poſſit, reſidet in arbitrio iudicis, ſecundum Gl. *in ver. celere,* Card. Florẽ. Imol. *col. 12.* Abb. & caeteros omnes *in c. potuit. de locat.* Bar. *in l. ſi inſulam. in 2. oppo. ff. de ver. oblig.* Bal. *in l. ſanctimus. col. 1. C. de fideiuſſor.* Ang. *conſ. 92. col. 3.* Gl. & omnes *in l. & ſi poſt tres. in prin. ff. ſi quis cau.* Ancha. *conſ. 42. col. 2.* Alex. *conſ. 14. vol. 2.* & Tiraqu. vbi ſupra cum aliis aggregatis per eum, vbi addicit iſtam opinionem communem eſſe, & explicabitur etiam infra *in opin. 521. mora purgatur.* Similiter relin- Com. opin.
9 quitur arbitrio † iudicis, quando iudicium ad torturam oriatur, vel quae indicia ſufficiant, ad torturam ipſam, vt concedunt Bart. *in l. fi. n. 5.* & Marſil. *n. 4. ff. de quaeſtio.* Dec. *in c. at ſi clerici. n. 109. de iudic.* & Bal. *conſ. 95. col. 1. vol. 1. & conſ. 101. eod. vol.* Sylueſter *in ſua ſumma, in ver. indicium. ſub §. 2.* Ioan. Tabienſ. *in ſumma Tabiena, in ver. indicium, ſub n. 2. in fin.* Barthol. Fumus *in ſumma Armilla in verb. tortura. §. 4.* Michael Ciſuentes *in com. ſuper leg. Tauri. in l. 79. in nono dubio. verſ. nono dubitatur quae indicia ſunt ſufficientia,* & idem Dec. *in l. magiſtratibus. n. 10. de iuriſd. omnium iudic.* Vbi affirmat etiam in
10 arbitrio † iudicis eſſe, an reuocata cõfeſſio indicium faciat ad torturam, Afflict. quoq; *in c. 1. n. 26. ex quibus cauſ. feud. amit.* Grammat. *conſ. crim. 17. in fi.* Ferrari. *cautela 5. n. 3.* Marſil. *in d. l. quaeſtionis, n. 38.* Crauet. *conſ. crim. 12.* Tiraq. *in d. ver. omnia, nu. 51.* & Boſſius *in pract. crim. in tit. de indiciis. n. 30.* Sed aduerte, quod tale † arbitriũ 11
debet eſſe iuri, & aequitati cõgruum: debet etiam regulari, ſecundũ regulas iuris communis, & municipalis: & intelligitur huiuſmodi arbitrium de arbitrio boni viri: & debet denique ſecundum hoc arbitrium

 iudicans

iudicans inclinare in mitiorē partem, atteſtante Io. Ant. de Nigris *ſuper cap. regni in vltima impreſſione. in c. 272. ſi cũ ſcelerata, & reprobis, ſub n. 29. & in c. frequens. n. 34. cum alijs ſeqq.* & Rom. *cauſ. 376. quæſtio eſt. n. 7.* vbi
12 Horat. Mandoſ. in addit. Item vtrum † iudicia ſint purgata ſufficienter per torturā debet pariter iudicis arbitrio declarari, vt voluit Ioan. And. *in c. contemplatione, de reg. iur.* quem ſequitur Auguſt. in addit. Ang. *in tract. maleficiorum. in verſ. comparent dicti inquiſiti. in*
13 *prima addit.* Item an † inquiſitus foret reperendus in tormentis, in arbitrio iudicis reſidet, ſecundum Bal. *in l. ait C. quod met. cauſ.* cui adhæret Paris de Put. *in tractat. ſyndicatus. fol. 100. col. 2. poſt medium.* Alios vero † ca-
14 ſus *circiter 62.* in quibus ſtatur iudicis arbitrio, refert
15 Marſil. *in d. l. quæſtionis modum, n. 1. cum alijs,* & † plures alios caſus congerit Tiraq. *in d. l. ſi vnquam. in loco præmemorato.* & alium caſum ſatis vtilem ponemus infra *in opin. 368. impedimentum.*

OPINIO LXII.

SVMMARIA.

1 *Arbitrator an per excommunicationem deſinat eſſe arbitrator, an arbitrari poſſit, non obſtante excommunicatione ipſa.*
2 *Excommunicatus licet non poſſit eſſe arbitrator, nihilominus poteſt eſſe arbiter.*

1 ARBITRATOR propter † ſuperuenientem excommunicationē non deſinit eſſe arbitrator, & ſic nō obſtante excommunicatione ipſa, poſſet arbitrari, ſecundũ Bar. & alios *in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig.* & iſta eſt cõmunis opinio, vt in mediũ retulerunt Alex. Socin. Iaſ. Ruinus, *n. 35. & ſeq. & cæteri omnes ibi.* Com. opin.

In contrariam verò partem inclinauerunt, videlicet, quod excommunicatus nō poſſit eſſe arbitrator, Io. And. *in c. dolo facit. de reg. iur. lib. 6.* Alber. *in l. conditionatione[illegible] fin. ff. de reg. iur.* Abb. *in c. Quintauallis. in vlt. differentia, de iureiur.* & Imol. *in d. l. ſi quis arbitratu:* ſed quicquid Dd. iſti fabuleſcunt, atq; ſuadeant, caue tamen diligēs, ne recedas in actu practico à præmemorata communi tanquā ſacroſanctiſſima; quam ampliant vtiliter, & limitant ſcriben. *in dict. l. ſi quis arbitratu.*
2 Sed ipſe † excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, ſecundum Gl. Guil. Odofr. & alios omnes *in l. Pedius. ff. de receptis arbit.* Ioan. And. *in reg. dolo. de reg. iur. in 6.* Spec. *in tit. de arbitro. in §. differt. nu. 10.* Abb. *in c. ad probandum, per textum ibi, nu. 2. de re iud.* Hoſtien. *in c. dilectus. de arbitris.* Geminia. *in c. decernimus. n. 7. de ſentent. excommunicat.* Marc. Ant. Blancum *in tract. de compromiſſis. q. 2. nu. 9.* Alex. Soci. & alios *in d. l. ſi quis arbitratu.* & Pet. Duennas ſertiliter *in regul. 269. excommunicatus non poteſt eſſe arbiter,* qui omnes promulgant iſtam eſſe communem, & limitant in tribus caſibus Marcus Com. opin. Ant. Blancus, & Pet. Duennas *in locis præcitatis.*

OPINIO LXIII.

SVMMARIA.

1 *Arbitrator exul effectus, qui vulgo dicitur bannitus, non deſinit eſſe arbitrator, & durante banno, arbitrari poteſt.*
2 *Executor teſtamentarius ob bannũ non deſinit eſſe executor, & ſic durante banno poteſt exequi teſtamentũ.*
3 *Bannitus, durante banno, poteſt eligi arbitrator.*

1 ARBITRATOR effectus † exul à ciuitate, qui vulgo dicitur bannitus, non deſinit ob hoc eſſe arbitrator, & conſequenter durante exilio ipſo, ſeu banno poſſet arbitrari, ſecundum Dyn. *in l. cum pater. §. hereditatem. ff. primo. ff. de leg. 2.* & Bar. *in l. ſi quis arbitratu. in 7. q. ff. de verb. oblig.* vbi omnes, cum ſententia hac tranſeunt, & exprimunt communem eſſe, prout Com. opin. communis diſcernitur, & ſacroſanctiſſima. Quæ quidem comprobatur per dictum Bald. *in l. id quod pauperibus. in 3 q. C. de epiſcop. & cleric.* dum concludit,
2 quod † executor teſtamentarius ob bannum nō deſinat poſſe exequi, quod ſequitur Baptiſt. de Sancto Blaſio *in tractat. de arbitr. in 8. q.* Vbi annectit etiam,
3 quod quis dum eſt bannitus † poſſit eligi arbitrator, & concedit etiam Lanfranc. *in tractat. de arbit. in 7. q. ſecunda partis.*

OPINIO LXIV.

SVMMARIA.

1 *Arbiter vt non poteſt arbitrari, vt iterum, & de nouo compromittatur in eius perſonam, & durante ipſo compromiſſo, ſeu intra terminum compromiſſi arbitrari non poteſt, vt ei terminus à partibus prorogetur, nec etiam hoc nomine pœnam irrogare, nu. 2. & 3.*

1 ARBITER, vt † non poteſt arbitrari, vt iterum in eius perſonam, vel in aliam, cauſa committatur completo tempore primi cõpromiſſi, nec etiam durante ipſo compromiſſo, ſeu infra terminũ compromiſſi is terminus à partibus prorogetur, *vt in l. non diſtinguemus. §. quæſitum. & in §. fin. de arbitr.* & notat Boer. *deciſ. 284. num. 25.* & ita conſuluit in ſimili caſu Ang. *conſ. 231. punctus talis eſt, duo compromiſerunt in duos arbitros de omnibus litibus.* Et ita ſimiliter † idem arbi-
2 ter arbitrari nequiret, vt altera ex partibus, quæ iterum, & de nouo compromittere, ſeu terminum prorogare recuſaret, talem pœnam patiatur: quia quæ per ipſum arbitrum per modum diſpoſitionis fieri non potuit, nec pariter per pœnæ impoſitionem, vt conceduot Ang. Paul. de Caſt. Alex. *nu. 6.* & cæteri omnes *in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. falcid.* idem Paul. Caſtren. & Cuma. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* Iaſ. *conſ. 40. vol. 1.* & Boer. *in d. deciſ. 283. ſub nu. 25.* & iſta eſt communis opinio, ſecundum præmemoratos Dd. Qui omnes † eandem communem vna-
3 nimiter & concorditer ampliant, vt procedat quoq; ſi arbitri ipſi arbitrarentur ita aſſerendo, & laudando, condemno te in centum, ſi nō prorogaueris, vel iterum non compromiſeris: nam tunc idem eſt. & ſic illud, quod prohibitum eſt, nec per modum diſpoſitionis, nec per modum pœnalitatis, nec per modum conditionis, nec per modum etiam abſolutionis fieri poteſt.

OPINIO LXV.

SVMMARIA.

1 *Arbiter de partium conſenſu, & communi voluntate poteſt laudare, & procedere, ſimpliciter, ſummariè, de plano, & iuris ordine prætermiſſo. Iudex ordinarius non item. nu. 2.*

1 ARBITER de † conſenſu partium electus, poteſt ſententiam, ſeu laudum ꝓferre ſommariè, ſimpliciter, & de plano, ſi partes ipſæ hoc voluerint, & arbiter poſſet de voluntate litigantium procedere ſimpliciter, de plano, & iuris ordine prætermiſſo, ſecundũ Gl. *in c. fin. in ver. illuſtrium. de re iud. in 6.* Abb. *in c. 1. de libelli oblatio.* Bar. *in auth. offeratur. in fin. C. de litis conteſt.* Fely. *n. 6.* & Ang. Beroum *n. 44.* cũ alijs aggregatis per eum *in c. de cauſis, de off. deleg.* Crotum *ſub nu. 2.* & Annibal. *nu. 128. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* & iſta eſt vera, & cõmunis opinio, vt conſtat ex præcitatis authoritatibus, & alijs ſignatis per Beroum, vbi ſupra. Com. opin.
2 Sed hoc vtiq; limitatur, non † procedere in iudice ordinario: nam partes inter ſe conuenire nequeunt, quod iudex in cauſa procedat ſummariè, ſimpliciter, de plano, & omiſſis ſolennitatibus iudicialibus. & conſequenter forma iudicij non poteſt

immuta-

ſimmutari de ipſarum partium voluntate, & conſen-
ſu in totum, nec in partem, ita vt ſimpliciter, & de
plano procedatur, ſecundum Gloſſ. *in clemen. ſæpe. in
ver. neceſſario. de verb. ſignif. & in c. fin. de ſenten. & re iud.
lib. 6.* Io. Andr. & cæteros omnes *in c. 1. de libellis oblatio.*
Bar. *in d. auth. offeratur, nu. 13. & in l. ſocietatem. §. arbitro-
rum. ff. pro ſocio,* Alex. *num. 8.* Crotum *num. 7.* Hanniba-
lem que *nu. 124. in d. l. nemo poteſt,* qui perhibent iſtam
Cōis opin. eſſe communem opinionem contra Gloſſ. *in l. quo-
ties. de priuil. ſcholar. lib. 12.* contrarium aſſeuerantem,
& eandem communem ſequitur quoque, atque li-
mitat in aliquibus caſibus Berous *in d. c. de cauſis, n. 30.
cum aliis ſeqq.*

OPINIO LXVI.

SVMMARIA.

1 *Arbiter in dubio quis cenſetur electus, non arbitrator.*
2 *Arbiter, & arbitrator laudando, videntur in dubio lau-
dare vt arbitrator.*
3 *Arbiter dicitur, cum id exprimitur in compromiſſo, &
tunc ex propria ſignificatione verborum, eſt potius
arbiter, quam arbitrator.*
4 *Arbiter electus, vt arbiter, & arbitrator, ſi eligeret
viam ordinariam, procedendo vt iudex, erit arbiter.
Si vero procedat amicabiliter inter partes, omiſſa iu-
ris ſolennitate, erit arbitrator.*
5 *Arbiter quis dicatur, & quis arbitrator. num. 6. & ſu-
per quibus eligatur. num. 7. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Arbitratoris electi poteſtas ſuper contractu perficiendo,
non extinguitur poſt mortem contrahentium, vel a-
licuius eorum.*

1 ARBITER quis in dubio † cenſetur electus, non
autem arbitrator, ſecundum Ant. de Butr. Io. de
Imol. & alios omnes *in cap. Quintauallis. de iureiur.* &
Baptiſt. de Sancto Blaſio *in tract. de arbitr. & arbitra.
2 in 4. quæſtio. principali, verſic 4. quæro.* Sed † arbiter, &
arbitrator laudando, in dubio cenſetur laudare, vt
arbitrator, adeo quod recurri poſſet tunc ad boni
viri arbitrium, vt per Canoniſtas *in d. c. Quintauallis,* &
Corne. *conſ. 177. in hac re alias conſului, num. 37. vol. 2.*
3 Et dicitur arbiter, vbicunq; † exprimitur in com-
promiſſo, & tunc profecto erit arbiter, non autem
arbitrator, ſiquidem à verborum propria ſignifica-
tione non eſt recedendum, *l. item arbiter. ff. de leg. 3.* &
notatur *in l. ſi de meis. § recepiſſe. ff. de arbit.* Eſt bene ve-
4 rum, quod † quando eligeretur quis in arbitrum, &
arbitratorem, tunc quippe talis electus, ſi eligeret
viam ordinariam, iudicialiter procedendo, vt iudex,
hoc caſu arbiter abſque dubio aliquo diceretur, iu-
dicareque vt iudex deberet, ſecundum Bart. Salyc. &
alios *in l. ſocietatem §. arbitrorum. ff. pro ſocio.* Innocent.
& cæteros omnes *in dict. c. Quintauallis,* & Corne. *con-
ſil. 251. in hac conſultatione illud ante omnia conſtat, ſub
num. 5. volum. 3.* Si vero non apprehenderet electus i-
pſe viam ordinariam iudicii, verum procederet ami-
cabiliter inter partes, prætermiſſa qualibet iuris ſo-
lennitate, tunc arbitrator equidem eſſet, ita Gloſſ. &
Bart. *in l. in lege. ff. de iud. & in tract. de arbit.* Abb. Imol.
& alii *in d. c. Quintauallis,* Raph. Cuman. *conſ. 7. colum. 1.
cum aliis ſeq.* Corne. *in d. conſ. 251. ſub num. 5.* Baptiſt. de
Sancto Blaſio *in tract. de arbitr. & arbitra. quæſt. 4. ver-
ſic. 6.* & Lanfran. de Oriano *in eodem tract. de arbitr.
5 quæſt. 11. vltim. q. 1.* Diciturque † arbiter etiam, ſecun-
dum Innoc. & alios *in d. c. Quintauallis,* ille qui eligitur
vt iudex, ſcilicet, vt procedat ſeruato in ſubſtantiali-
bus iuris ordine, *l. 1. ff. de arbitr.* & notat etiam elegan-
ter Corne. *in d. conſ. 177. ſub num. 33. vol. 2.*
6 Cæterum arbitrator † tunc quis dicitur, quando
aſſumitur ſuper contractu, actuque extraiudiciali,
non autem ſuper lite, vt concedunt Abb. Ioan. de I-
mol. & cæteri omnes *in d. c. Quintauallis,* Bar. *in d. l. ſocie-
tatem. §. arbitrorum. ff pro ſocio,* & Corn. copioſe *in d.
conſ. 177. ſub num 33. vol. 2.* Et conſequenter † arbitra- 7
tor ille eſt, qui communiter ſuper contractu aſſumi-
tur, vt firmant Ioan. de Imol. *in d. c. Quintauallis,* Bapt.
de Sancto Blaſio *in tract. de arbitr. & arbitra. in q. prin-
cipali. verſ. 4. quæro,* Spec. *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. eſt au-
tem differentia,* Bar. *in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. nou.
nun.* & Lanfran. de Oriano *in tract. de arbitr. in princip.*
Et ſic eligitur etiam † arbitrator ſuper definitione 8
contractus, *l. fin. C. de contrahend. empt. & l. ſi merces, &
l. ſi in lege. ff. locat.* Bald. in add. Spec. *in tit. de arbitr. col. 1.
verſ. eligitur,* & Bar. *in d. l. ſocietatem, §. arbitrorum,* vbi
concludit, quod dicitur aſſumi arbitrator ſuper con-
tractu tranſactionis perficiendæ ſuper lite, & ſequi-
tur Corne. *in d. conſ. 177. ſub nu. 33.* ſimiliterq; eligitur
arbitrator ipſe ſuper teſtamento, ſecundum Bald. in
add. Spec. *in d. tit. de arbitr. verſ. eligitur.*
Nec non magis in ſpecie oſtendo, quod † arbitra- 9
tor dicatur, quotieſcunque aliquis eligitur ad æſti-
mandum melioramēta, vel operas, vel partes ſocie-
tatis, & ſimilia, ita Abb. *nu. 7.* & Ioan. de Imol. *num. 6.
& ſeq. in d. c. Quintauallis per textum in d. l. fin. C. de contra-
hen. empt.* Iudem arbitrator † dicitur quoq; , vbicunq; 10
partes promiſiſſent, vt ille poſſet procedere de iure,
& de facto, vt firmant omnes Canoniſtæ vnanimi- Cōis
ter, & concorditer *in d. c. Quintauallis.* Poſtremo tunc opin.
etiam arbitrator † dicitur, quādo partes promiſiſſent 11
ſtare, ac acquieſcere eius voluntati, ſecundum Bald.
in l. ſi de meis. § recepiſſe, ff. de arbitr. Ant. de Bur. & Ioan.
de Imol. *nu. 10. in d. c. Quintauallis.* Et inde eſt, quod ar-
bitratoris † electi poteſtas ſuper contractu perficien- 12
do, poſt mortem contrahentium, vel alicuius eorū,
non extinguitur modo aliquo, ſecundum Ioann.
And. & omnes communiter *in c. fin. de arbitr.* Roma. Cōis
& Alex. *in l. ſi quis arbitratu, ff. de verbor. oblig.* contra opin.
Bart. ibi contrarium aſſeuerantem.

OPINIO LXVII.

SVMMARIA.

1 *Arbiter & Arbitrator, quando teſtes eſſe poſsint & n. 2.*

ARBITER teſtis † eſſe poteſt, vbicunque ei data 1
eſſet poteſtas per partes litigantes procedendi
cum ſcriptis, & ſine ſcriptis: quia partes ipſæ cenſen-
tur velle, quod ſimplici relationi, & dicto ipſius ar-
bitri credatur, ac ſtetur de dictis teſtium, & actis, ſe-
cundum Bar. *in auth. niſi breuiores in fin. C. de ſenten. ex
breu reci.* Ang *in repeti. l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* Abb.
*in c. quoniam contra, in cap. poſt ceſſionem, & in cap. ex lite-
ris. de probatio.* Paul. Caſtren. *in l. ne in arbitris, C. de ar-
bit.* Ant. *in c. cum ad ſedem. de reſtit ſpoli. & in d. c. quoniam
contra,* Roma. *ſing. 52.* & Ioan. de Amicis *conſ. 31. n. 19.
& ſeq.* vbi exprimit iſtam communiorem, veriorem- Cōis
que opinionem fore. opin.
In contrariam vero partem inclinauit Roma. ti-
tubanter *in d. l. ſciendum circa fin.* Ang. ſibi quoq; con-
trarius *in d. auth. niſi breuiores,* & Ant. parum ſibi con-
ſtans *in c. Quintauallis. de iureiu.* & ibi Io. de Imol. quo-
niam ſecundum eos ob hoc daretur modus, q̄ quis
nunquam in cauſa reductionis obtineret, & in me-
dium exponunt dictum Bart. eſſe periculoſum, illa-
queareq; animam ad peccandum, ac præbere mate-
riam fabricandi falſum, & iſtam vltimā ſententiam
ſequitur, & fuſiſſime tuetur Barbatius *in d. c. ex literis,
nu. 22. & ſeq.* vbi meminit alias in facti contingentia
perperam, & pueriliter cōſuluiſſe: pro opinione Bar.
tamen circumducta altercatione (cum temporis an-
guſtia premar) amplector ipſam Bart. & ſequacium
opinionem tanquam magis communem, & ſacro-

ſanctam; cui inhæret etiam Berous *in d.c.quoniam contra.n.29.cum 7.aliis nu ſeqq.* vbi eam communem vocat, & limitat in duob.caſibus, & mirandam ait Alex.
2 *in d.l.ſciendum,nu.25.* Item arbitrator † poſſet eſſe teſtis, vbicunq; non quæreretur de iuſtitia, ſeu iniuſtitia, æquitate, ſeu iniquitate laudi, ſeu de iis, ex quibus ſibi adſcribi poſſet laus, vel vituperium, vt concedit conſulendo Bertran. *conſ.152 libellus, quem obtuliſſe, vel produxiſſe legitur, ſub n.13.& ſeq.vol.2.*

OPINIO LXVIII.

SVMMARIA.

1 *Arbitri ſtatutarii habent iuriſdictionem delegatam, & conſequenter ſunt iudices delegati.*

2 *Arbitri neceſſarii & arbitri iuris qui dicantur. & n.3.*

1 ARBITRI ſtatutarii habent † iuriſdictionem delegatam, & ſic iſti arbitri ſunt iudices delegati, vt firmauerunt Bart. Bal. *in 7.nota.* & Saly. *in 3.nota. in l.ſi. C.de iudic.per textum ibi,* Aret. *in l.nemo poteſt. col.antepen.ff.de leg.1.* Oct.Veſt. *in ſua pract. in rub. ſou titu. iudicium quinq; partibus conſtare; poſt prin. lib.3. fol. paruo.92.* & Iaſ. *in l.duo iudices. col.3. ff.de re iud.* vbi planum facit Cōis opin. iſtam eſſe communem opinionem, & indubitatam ait Aret. vbi ſupra, & veram propalat Maranta *in tr. iudiciorum in 4.par. diſtinct.6. n.19.* & ei accedunt complures alii Dd. ſignati per Marcum Ant. Blaocum *in tract.de compromiſſis. q. 6. nu. 4.* vbi ſimiliter ſupponit communẽ eſſe, quamuis ipſe male, præcipitanterq; plura glomerando longa diſputatione concludat contrarium; videlicet arbitros prædictos ſtatutarios
2 eſſe. Et iſti arbitri † dicuntur arbitri iuris, vt declarat
3 Franc. *in c.cum ſpeciali.n.3.de appellat.* Cum arbitri † ipſi iuris, vel neceſſarii dicantur; qui authoritate legis, vel canonis eliguntur, & eliguntur vtiq; in caſibus expreſſis tantum, vt ponit Abb. *in c.paſtoralis. in prin. extra de reſcript.* vbi enumerat aliquos caſus, & diſcurrit, ſimul cum Felyno *col.1. ibidem, an eligi poſſint arbitri prædicti iuris in aliis caſibus ſimilibus.*

OPINIO LXIX.

SVMMARIA.

1 *Area ad triturandum non habens ventum, niſi ab vna parte, an poſſit per ædificia vel arbores à vicino obſtrui, & ventus, vel ſol ei adimi. & nu. 2.3.4.5.6.*

1 AREA Titii ad triturandum meſſes † non habens ventum, niſi ab vna parte, ſi in illa parte vicinus eius velit ædificare, poſſet illum prohibere, textus eſt ſingularis, ſecundum Gloſſ. Cyn. Bart. Bal. & Alberi. *in l.fin.C de ſeruit.& aqua.* Cæpol. *in tract.de ſeruit. vrban. prædio.* Iaſ. *in l.ex hoc iure.n.14 ff.de iuſt.& iur.* Ioan. de Imol. *in l.ſi prius. in fin. ff.de noui oper.nuncia.* & Coraſ. *in miſcell. iuris ciuilis lib.3.c.24. num. 4.* Imo plus,
2 quando † area non poſſet habere ventum ad triturandum, niſi ab vno latere, ſeu parte, tunc vicinus minime poſſet in illa parte (licet ſua intereſſet) ædificando tollere, impedireq; ventum, quamuis nulla debita reperiretur ſeruitus, vt per Vgonem, Alberi. & Cōis opin. Saly. *in d.l.fin.* & Boeri. *deciſ.322.n.12.* vbi iſtorum opinionem approbat, & recitat communem eſſe, & approbat ſimiliter Cæpol. *in loco de quo ſupra.* Amplifi-
3 canturq; prædicta † procedere, ſimiliter, etiam quo ad ſolem, vt per Pet. Ioan. Anchar. *lib.3.familiar. quaſt.*
4 *q.23.* Ampliabam etiam † alias in facti contingentia hæc omnia, non ſolum in ædificio conſtructo, ſeu cõſtruendo, impediente vſum areæ, dum ventus per illud retinetur, *l.fin § fin.* & ibi Bart. & Bald. *C.de ſeruit.* & Pet. de Vbaldis *in tract de ſociet. 6. part. quaſt. 6.* ſed etiam in plantatione arborum, & ſic arboreti, iuxta aream ipſam, impedientis ventum, ſi ille non poſſet venire niſi ab ea parte, in qua fieret iſta arborum plantatio. & mouebar primo iſta ratione; nam vicini debent ſibi inuicem facere bonã vicinantiam, *l.Imperatores.* vbi Florian. & alii, *ff.de ſeruit.ruſtic.præd.* & tanto magis, cum vicini habeantur, reputenturq; vt ſocii, & inter eos contrahatur ſocietas, ita Specul. *de iudic.§.n.ver.dicitur enim.* Secundo mouebar quo-
que, quod † ventus eſt neceſſarius ad triturandum granum, & ideo non poteſt vllo modo area vicini impediri à parte venti flantis, *l.fin.* & ibi Bald. *C.de ſeruit. & aqua.* ita quod area ipſa in qua granum trituratur, non poteſt impediri per vicinum, ædificantem in ſuo, *d.l.fin.in fin.* & Ang. *in l.Imperatores, de ſeruit. vrban. prædi.* Et quamuis Dd. loquantur † in præſenti 6
materia in ædificante, cõſtruenteq; ædificium, ventum impediens, ad triturandum, tamen idem concludẽdum etiam eſt in plantante in ſuo arboretum, impediens triturationem ipſam: nam valet argumentum à ſimili, vt per Dd. *in l.1. ff.de offic. eius.* & potiſſimum illud procedit de plano, quando militaret ſimilis, vel maior ratio, ita Bald. *in l.apud antiquos, col.1. C.de fur.* & ſimiliter vbicunq; concurreret, vrgeretq; æquitas, quæ iungeret ſimiles caſus, vt per Bald. *in c. ad hoc. col.7.de pac. iur. in vſib. feud.* prout in caſu iſto ſimul, & ſemel concurrunt iſta duo, eadem ratio, & æquitas, ita vt res remaneat ſine ſcrupulo, & ſic credo caſum hunc apud doctos, & integros iudices eſſe extra difficultatem. Nec non mouebar † etiam vltimo 7
loco ad ſtabiliendum huiuſmodi ampliationem, quod aer, eiuſq; vſus communis eſt, ſicut mare, & maris litora, *l.iniuriarum actio.§.fi. ff. ne quid in loc.publ.* Corn. *conſ.90.nu.48 vol.2.* & Cæpol. *in tract.de ſeruitutib. cap.43.n.1.de aere, de ſeruit.ruſticor.prædior.* vbi ſimiliter annectit, per text. *in d.§.fin.* quod prohibens vti aere alicui, tenetur actione iniuriarum, ex quo aer eſt communis omnibus quo ad vſum, & quo ad ius ædificandi, quia cuius eſt ſolum, eiuſdem eſt aer vſq; ad cœlum, vt per Gloſſ. *in c.2. 12.q.1.*

OPINIO LXX.

SVMMARIA.

1 *Archidiaconus, qui eſt archidiaconus, & canonicus in eadem eccleſia, an duplicem vocem habeat in electionibus. Et duplices diſtributiones recipere debeat. numer.2.*

ARCHIDIACONVS, qui † eſt archidiaconus, 1
& canonicus in eadem eccleſia, duplicẽ vocem habet in electionibus, vt archidiaconus, inquam, & vt canonicus, *c.cum olim,* vbi Abb. & Dd. poſt Gloſſ. quorum opinionem depromit communem eſſe ibi Felyn. Cōis opin. Et ad corroborationem prædictorum vide Lapum *in allegatione 99. Commune Florentia,* Iaſ. *in §. perſonam.n.15.Inſtit.de actionib.* Guiliel. de Monferr. *in tract.de ſucceſſ.Regum.n.46.* Bald. *n.5.* & Salyc. *in l.binas. C.de aduoc.diuer.iud.* Paridem de Put. *in tract ſyndicatus, in c.Rex conceſſit, in ver. ſalarium.* Paul. Caſtren. *in l. ſi eadem, de aſſeſſ.* Bald. *in t.1. vlt. col. de feud. guard.* & And. Gail. *in lib.1. pract. obſer. imper. Cam. obſeruat. 44. nu.8. fol.68.*

Imo qui eſt † archidiaconus, & canonicus debet 2
obtinere ob præſentiam perſonalem duplices diſtributiones, eas inquam, quæ archidiacono tantum, & canonico tantum debentur, ſecundum Ioan. Andr. Abb. & Fely. *in d.c.cum olim.* Bal. & Card. ei ſubſcribentem *in conſ.53.* quãuis iudicio meo præcipitanter Antonius *in d.c.cum olim,* teneat contrarium, videlicet, ꝙ archidiaconus, & canonicus ſimul ob perſonalem præſentiam nõ poſſit habere, niſi ſimplices diſtributiones,

Digitized by Google

tiones, & cum Antonio ſentiunt Rochus Curti. *in c. fin. de conſuet. fol. paruo 49. col. 4.* & Gomeſ. *in tract. de expectatiuis, nu. 54.* & licet antedicta opinio Io. Andr. ſit aliquantulum dubia, vt putat Aret. *in c. 3. de proba-*
Cõis opin. *tio.* tamen ea re ipſa magis vera, magiſq; communis eſt, vt planum faciunt Doct. *in d. c. cum olim*; & tanto magis procederet de plano, & abſq; dubio ſententia Ioan. And. & obtineret, ſi per cõſuetudinem fuerit recepta, ſecundum Bal. & Card. *in d. conſ. 53.* Dec. *in c. cum omnes. in prima lectu. col. 1.* Boaa ibi, *ſub num. 52. de conſtitutio.* quamuis Curt. in loco præcitato male, & abſq; ratione aliqua aſſerat adeo veram eſſe Ant. opinionem, quod nec contraria, conſuetudine poſſit admitti.

OPINIO LXXI.

SVMMARIA.

1 *Argumentum à contrario ſenſu in quibus locum habeat. & num. 2. 8. 9. & 10.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu eſt in iure fortiſſimum.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu non venit ex interpretatione, & coniectura, ſed ex ſenſu, & mente legis.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu habet locum etiam in ſtatutis, & eſt validum in iure.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu non colligitur in ſtatutis correctorijs, quando ſtatutum nihil operatur in ſenſu directo.*

7 *Statutum diſponens, quod ſtantibus maſculis filia fœmina patri ſuccedant, quomodo interpretandum à contrario ſenſu.*

1 ARGVMENTVM à contrario † ſenſu habet locum regulariter in legibus, ſeu verbis legis, & canonis, textus eſt notabilis *in l. 2. §. huius rei. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdict. & in l. qui in teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. & in c. apoſtolica. in fin. de his, quæ fiunt à prælat. in c. cum verum. de regular. cum alijs ſimilibus.* Et hoc
2 procedit † ſimpliciter in legibus, vel canonibus conditionaliter loquentibus, ſecundum Petr. Cyn. & Bald. *in l. conuenticulam. Cod. de epiſcop. & cleric.* Bal. & Caſtr. *in d. l. qui in teſtamento. §. mulier*, Alex. *in d. §. huius rei. num. 38.* vbi Riminal. Niger, & alij Moder. aſſe-
Cõis opin. runt iſtam eſſe communem opinionem. Nec mirum, ſi † antedictum argumentum ſit in iure fortiſſi-
3 mum, vt notant Doct. *in l. 1. ff. de offic. eius*, vbi Cagno-
Cõis opin. lus, *num. 119. & ſeq.* deducit iſtam eſſe communem concluſionem, quia dicitur mens, ter. legis, vel ſtatuti, vt eſt Gloſſ. ordinaria *in d. §. mulier*, quæ dicit ſenſum cõtrarium pro lege accipi, ita quod iſtud, quod venit à contrario ſenſu, habeatur perinde, ac ſi eſſet in lege expreſſum, quam Gloſſ. dicunt ſingularem, & celebrem Bald. & Caſtren. *in d. §. mulier*, & Bal. *in d. l. conuenticulam, & in c. 1. col. 4. de conſtitut.* Nec iſtud
4 argumentum à † cõtrario ſenſu venit ex interpretatione, & coniectura, ſed ex ſenſu, & mente legis, vt voluerunt Bartol. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, & in l. 1. ff. de offic. eius*, poſt Dyn. & Dec. *ibi, num. 59. & ſequen.* vbi tenet, quod argumentum à contrario ſenſu venit ex mente ſaltem, quæ ſumitur à cauſa finali, idemque firmat ibidem Curt. iunior *num. 42.* multa adducens, & reſpondens ad contraria, & Euerardus *in ſua centuria. in 4. loco. poſt princ. fol. 59.* hanc opinio-
Cõis opin. nem ſequitur etiam, & communem eſſe dicit Sapia, vbi ſupra, *num. 99. cum ſeq.* quædam adducens pro vtraque parte, *& num. 102.* dicit argumentum à contrario ſenſu dici ex lege quantum ad mentem, ſed non quantum ad verba, & quod dicatur potius venire ex mente, & intellectu, quam ex verbis voluit Paul. Orta. *in d. l. 1. num. 99. in fin.* poſt Imol. per eum allegatum, Iacob. Niger, *num. 42. cum ſeq.* late diſcutit articulum, & iſtam ſequitur opinionem, & ibi *n. 44.* præſupponit contrariam ſententiam eſſe commu- Cõis opin.
nem, præſupponit etiam, quod contrariam partem teneat Bar. *in d. l. 1.* ſed non eſt verum.

Item hoc argumentum † non ſolum ſumitur in 5
legibus, vt ſupra docuimus, ſed etiam habet locum in ſtatutis, & eſt validum in iure, ſecundum Bar. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in l. non poſſibile. ff. de pact.* Alex. *conſ. 61. colum. 2. circa præmiſſam pecuniam*, Corſet. *in ſingul. ſuo primo in ordine, argumentum*, Bal. Imol *in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſthum.* & Doctores omnes *in d. §. huius rei*, Roman. *in ſing. 106.* Bal. *in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.* Felyn. *in cap. ſignificaſti. colum. fin. de foro competen.* Laurent. de Rodul. *in tract. de vſuris. quæſt. 148.* Bertran. *conſil. 293. quia, & ad patrem, numero 5. volum. 6.* & iſta eſt communis opinio, de Cõis opin.
qua atteſtatur Roman. *in d. ſing. 106.* Felyn. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. colum. 23.* Curt. iun. *in d. l. 1. num. 83.* & Euerardus *in loco præcitato. verſ. & quia ſupra plene, & abunde.* vbi iſtam ampliationem nonnihil declarat. Hoc vero † argumentum à contrario ſen- 6
ſu, aduerte hic, quia non colligitur in ſtatutis correctorijs, vt per Doct. *in d. l. 1.* vbi Alex Iaſ. Dec. *nu. 20.* & Cagnolus, *nu. 191. cum alijs ſignatis per eum*, vbi adducit Cõis opin.
iſtam eſſe communem opinionem.

Quod quippe interpretatur, quando ſtatutum nihil operatur in ſenſu directo, tunc enim poſſet ſumi argumentum in contrario ſenſu, etiam ſi ſequeretur iuris communis correctio, ne ſtatutum ſuperfluum foret, ſecundum doctrinam Bal. *in l. obſeruare. §. proficiſci. circa fin. ff. de offic. procon.* quam ſequitur Alex. poſt Imol. *in l. ſi cum dotem. col. pen. ff. ſolut. matrim.* & Felyn. *in d. c. ſignificaſti. col. pen.*

Et ex hoc † verificatur illa deciſio notabilis Dyn. 7
& Cyn. quam ſequitur Bal. Caſtren. & omnes *in d. l. conuenticulam, nu. 4. de ſtatuto Florentino*, diſponente, quod non ſtantibus maſculis filiæ fœminæ patri ſuccedant, vt ſcilicet ſumatur argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris communis, ita vt ſtantibus filijs, fœminæ non ſuccedant, alias enim nihil operaretur in ſenſu directo, & iſta eſt communis o- Cõis opin.
pinio, vt patet ex allegatis per Alex. & Iaſ. *in d. l. 1.* quã communem ſequuntur Dec *ibi, num. 59.* Curt. iunior *nu. 37.* Felyn. *in d. c. ſignificaſti, col. fin.* multa adducens, & Euerardus *in loco præcitato. verſic. primo vt procedat quando lex*, & Vincentius Maxilla, *in conſuetudinibus ciuitatis Bari, in proœmio, ſub num. 219 & in conſuetudine, dos à patre profecta, num. 3. & ſeq. in tit. de iure dotium, folio 79.* & iſtam communem luculenter tradit Albert. Brun. *in ſuo tract. quod ſtantibus maſculis. in 7. artic. in 1. q.* eam ſequens, & defendens, & Laurus de Palatijs etiam *in tract. quod ſtantibus maſculis. nu. 120. cum alijs ſeqq.*
Nec non † mentionatum argumentum procedit pa- 8
riter in contractibus, *l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dot.* not. Bal. *in d. l. conuenticulam, & in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolut. matrim.* Similiter hoc argumentum habet † locum in vltimis voluntatibus, etiam ſi 9
diſpoſitio vltimæ voluntatis ſit conditionalis, *l. aliquando. C. de condit. & demonſtrat. & in l. ſi legatum pure. in princ. ff. de adimen. lega.* tradit Corſettus *in d. ſing. 1.* Iaſ. *in d. l. 1. num. 50.* Dec. *nu. 47.* & Cagnol. *num. 120.* & iſtam ampliationem plurimum declarat Euerardus *in loco, de quo ſupra, verſ. Item circa præmiſſa quæro*, Iaſ. *in d. l. 1.* vbi Moder. præſertimque Curt. iun. dicunt commu- Cõis opin.
nem, *num. 59.* & Cagnol. *ſub num. 120.* vbi ait ab ea non eſſe recedendum. Ampliatur quoque † antedictum 10
argumentum, vt procedat etiam in doctrinis Doctorum, & ſic in his, quæ ſcribunt, vt notant Doct. vt ex eis ſumi poſſit argumentum à contrario ſenſu,

ſecundum Bertrand. *in d. conſ. 233. ſub nu. 5. vol. 6. & conſ.*
Cōis opin. *23.* dicit Ioan. de Imol. *num. 2. vol. 5.* vbi in medium retulerit iſtam eſſe magis communem opinionem.

OPINIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de alimentis ad dotem valet, & tenet.*

1 ARGVMENTVM de † alimentis ad dotem valet, & tenet, ſecundum Gloſ. *in l. obes, C. de prædi. minor.* Bart. *in l. Mæuius. § duobus ff. de lega. 2.* Alex. *in l. centurio. nu. 13. ff. de vulga. & pupill.* Cyn. *in l. ſi non omnis. C. de admi. tut.* Cyn. & Bal. *in l. ſi mater. C. de iure dot.* Bart. *in l. fin. ff. de iis, quibus vt indignis.* Caſtren. & Imol. *in l. aſſ. ſolut. matrimon.* Ruinum *conſ. 194. colum. 2. vol. 1. & conſ.*
Cōis opin. *199. num. 9. vol. 2.* vbi deducit hanc eſſe communem opinionem, & Euerard. *in locis legal. in loco de alimentis ad dotem*, & iſta communis opinio, ſacroſanctiſſima diſcernitur, non obſtantibus his, quæ in contrarium ſcripſerit penitus inutilibus Pariſ. *conſ. 29. eſto, nu. 70. volum. 3.* & Ioan. de Imol. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* vbi loquitur de donatione filiæ ſpuriæ facta. Sed in omnem euentum, aduerte, hoc non fore perpetuum, cum in multis caſibus, & exemplis poſitis, & relatis per Moder. omnes *in d. l. 1.* non obtineat locum argumentum ipſum de alimentis ad dotem, prout etiam ponit quatuor alios caſus, in quibus non procedat huiuſmodi argumentum Iaſ. *in auth. res quæ, ſub num. 7. 8. 9. 10. 11. 16. & 17. C. communia de legat.* & Bald. Nouellus *in tractat. de dote in 6. part. principali. in 16. priuilegio.*

OPINIO LXXIII.

SVMMARIA.

1 *Argumentum de emphyteuſi ad feudum, & è conuerſo, an, & quando valeat, vel non. num. 2. & 3.*

1 ARGVMENTVM de emphyteuſi, ad † feudum valet, & è conuerſo, ſecundum Bald. & Salyc. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Alber. Brun. *conſ. 81. n. 5.* Rom. *conſ. 103. ſub n. 6.* Alex. *conſ. 30. col. 5. & conſil. 43. col. 2 volu. 1. conſil. 2 & conſ. 5. vol. 5.* Calca. *conſ. 45. colum. 4.* Corne. *conſil. 97. colum. 7. vol. 1.* Gram. *deciſio. 49. ſub num. 1.* Pariſ. *conſ. 12. num. 42. vol. [illegible] & conſ. 1. num. 297. volum. 2.* Socin. iun. *conſ. 76. num. 7. & 77. volum. 1. & conſ. 109. num. 4. volum 2.* Mantuan. *conſ. 20. num. 5. volum. 2.* Ruinum *conſ. 109 num. 14. volum. 4.* & Cæphalum *conſ. 29. num. 3. volum. 1.* Et ſic, vbi reperiretur contrarium à iure communi deciſum, argui poſſet de feudo ad emphyteuſim, ſecundum Specul. *in*
Cōis opin. *tit. de feud. §. quoniam. verſic. 40.* & ita etiam communem opinionem docet Socin. *conſ. 167. num. 24. vol. 2.* & quod in dubio valeat argumentum de feudo ad emphyteuſim ait etiam communiter teneri Socin. iun. *in d. conſ. 70. nu. 7.*

2 Sed argumentum hoc de feudo ad † emphyteuſim, tunc demum procedit, ſi vtrobiq; appareat eadem ratio. Sed vbicunque eſt diuerſa ratio, non procedit argumentum de emphyteuſi ad feudum, ſecundum Zaſium *conſ. 2. num. 9. volum. 4.* Gloſſ. *in c. 1. de vaſall. qui conſ. Lothar.* Alexand. de Neuo *conſ. 28. caſus talis eſt, num. 2.* & Nattam *conſ. 679. in caſu mihi propoſito. num. 5. volum. 4.* & Franciſcum Beccium *conſ. 2. num. 6. & 10. volum. 1.* vbi ita conſulit. Imo ſimiliter in exorbitantibus à † iure, minime valet argumentum
3 ipſum de emphyteuſi ad feudum, ſecundum Lauren. Syluanum *conſ. 42. num. 8.* & optime Bertrand. *conſ. 134. illud palam eſt. volum. 6.*

OPINIO LXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Aſſaſſini qui dicantur.*
2 *Aſſaſſinus punitur etiam non ſecuto effectu. Licet ſecus ſit in mandatore aſſaſſinii. Sed in Regno puniuntur pœna mortis naturalis tam mandans, quam mandatarius, etiam non ſecuta morte.*
3 *Contra mandantem vt procedi, maxime ad torturam, poſſit, an requiratur, vt de delicto Principalis, & de mandatario conſtet. & nu. 11. 28.*
4 *Contra mandantem poteſt procedi, etiamſi mandatarius in inquiſitione non nominetur, quia videlicet incertum eſt, quis nam homicidium commiſerit. & n. 10.*
5 *Indicium mandati ad occidendum, an oriatur ex inimicitia, & ex ſecreta allocutione in aurem; ſi talem allocutionem ſtatim ſecutum ſit homicidium. & nu. 30.*
6 *Aſſocians aliquem ſtatim poſt delictum commiſſum, præſumitur id mandaſſe.*
7 *Diffamatio de crimine, aliis concurrentibus adminiculis, facit indicium ad torturam & nu. 34.*
8 *Mandatum debet legitime probari per duos teſtes, vel alias probationes certas, ad hoc vt poſſit procedi contra mandantem, potiſſimum ad torturam, quod obtinet etiamſi adeſſet contra mandantem dictum ipſius mandatarii.*
9 *Mandatarii dictum, an in crimine læſæ maieſtatis, & aſſaſſinii faciat habile indicium contra mandantem, ad torturam: Et an mandatarius ſit idoneus teſtis contra mandantem.*
12 *Teſtis qui dicit ſe non cognoſcere mandatarium, nō probat contra mandantem, ſi mandatarius ſit nominatus in inquiſitione. Et probationes non concludentes ſuper delicto principali, nec ſuper mandato concludunt. Si vero mandatarium in inquiſitione nominatur, tunc debet de delicto & mandatario conſtare vel per confeſſionem mandatarii, vel per teſtes.*
13 *Teſtes deponentes ſe vidiſſe delictum aliquem committere de nocte, ſi non deponant, quod eadem nocte luna luxerit, vel ſi ex aduerſo probetur quod non luxerit, nihil probant. Imo non carent ſuſpicione falſi. nu. 15.*
14 *Teſtium depoſitio, aſſerentium ſe de nocte cognouiſſe aliquem ad vocem, an faciat indicium ad torturam.*
16 *Inimicitia, etiam ex cauſa minus probabili proueniens, repellit teſtes, nec etiam in caſibus priuilegiatis, vbi inhabiles etiam recipi ſolent, admittuntur, vt in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis. Et ne quidem ſemiplene probant, ad faciendum indicium ad torturam.*
17. *Teſtes inimici olim, ſed nunc reconciliati, an admittantur.*
18 *Teſtes inhabiles an & quando admittantur in delictis occultis, & de nocte perpetratis, in quibus veritas aliter haberi non poteſt.*
19 *Teſtes repulſati nullum faciunt indicium ad torturam.*
20 *Conſilium quod poteſt eſſe malum, & bonum, præſumitur bonum, & non malum.*
21 *Coniectura ſemper capienda quæ delictum excludat.*
22 *Conſilium datum à patre filio ſuo magis præſumitur bonum eſſe, & nullo modo malum.*
23 *Pater dicitur amare filium ſuum plus quam ſe ipſum.*
24 *Tortura locus non eſt, cum indiciis aliqua circumſtantia reſiſtunt, & cum conſtat de bona fama, qualitate & vita inquiſiti.*
25 *Inimicitia ſola, & per ſe, etiam capitalis abſque aliis adminiculis an faciat indicium contra aliquem de mandato ad occidendum aliquem. & nu. 30.*
27 *Inimicitia capitalis quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
28 *Inimicitia capitalis per ſe non ſufficit ad faciendum indicium ad torturam.*

32 *Missi ad hoc, vt faciant præſumptionem contra aliquem, quid requiratur.*
33 *Ex ſecreta locutione patris cum filio, vel domini cum ſeruo, vel hiſce verbis:* vade & nõ redeas, donec audiuero nouum de hac re: *ſecuto ſtatim homicidio, vt mandatum ad id dictum præſumatur, quid requiratur. & nu. 32. & 33.*
34 *Fama an ſola & per ſe ſufficiens indicium faciat ad torturam, & quæ requirantur ad famæ probationem.*
35 *Probationes rei ſuper bona fama præferuntur probationibus Fiſci de mala fama ad innocentiam rei, & delicti excluſionem.*
36 *Fama bona probatione falſa ad fauorem rei ita euertuntur, & tolluntur indicia, vt nullo modo contra eum procedi ad torturam poſſit.*

1 ASSASSINI † omnes illi dicuntur, qui pecunia, aliove pretio conducti homines occidunt, ſeu percutiunt, nihil tale ab eis præcauentes, ſecundum Bart. *in l. Cicero. ff. de pœnis.* Ang. *in l. ſepulchra. C. de ſepul. viol.* Sal. *in l. non ideo. C. de accuſ.* De hac materia vide infra *opin. 406.* & Iul. Clar. *lib. 5. recept. ſent. §. aſſaſſinium.* & ibi Ioan. Bapt. Barard. *in addit.* item Ioan. Ant. de Nigris *ſuper capitulis Regni, in cap. 7. frequens, ſub n. 69.* Gratum *conſ. 52. in cauſa cuiuſdam nobiliſſimi ſcholaris, n. 47. cum aliis ſeqq. vol. 2.* & Domi. Aocha. Vanchelium, & Probum *in cap. 1. de homicid. in 6.* eam conſtitutionem intelligentes in his, qui aliquem Chriſtianom mandant occidi per homicidas, pecunia ad id conductos, etiam ſi homicidiarii Chriſtiani ſint; adde, quod debeat conſtare, interfectum fuiſſe Chriſtianum, & debet id articulari, & probari, vt per Boſſ. *in pract. crim. in tit. de mandat. ad homicid. n. 22.* Marſil. *conſ. crim. 48. n. 16.* Ioan. Aodr. *in c. 1. ext. de homicid. in 6. in Nouell.* Roman. *conſ. 144. ante nu. 2.* & Mandoſ. ibi *in addit.* & Boſſ. *in tit. de inquiſit. nu. 76. fol. 90.* idemque tenent, & præmittunt Bart. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, n. 14. ff. de iniuriis, & in l. Cicero, ff. de pœnis.* Caſtr. *in l. 1. §. fin. de eo, per quem factum erit.* Bal. & Sal. *in l. non ideo minus. col. pen. C. de accuſ.* Ang. *in l. qui ſepulchra, C. de ſepul. viol.* Alex. *conſ. 166. lib. 7.* Marſil. *in pract. crim. §. examinanda, nu. 21. & §. diligenter, nu. 156. & in l. vnica, n. 105. C. de raptu virginum, in princ.* Gram. *voto 8. & 11.* & Capycius *deciſ. 155.* quorum opinio communis eſt, & conſuetudine recepta, teſte Aret. *conſ. 165. col. 11.* & Ioanne Anton. de Nigris *in d. cap. 7. ſub nu. 70.* & eſt adeo recepta, vt pauci Scriben. admodum refragentur, vt explicat etiam Hieronym. Gabr. *conſ. 170. Antonium & Paulum, nu. 6. cum omnibus aliis ſeq. vol. 1.* vbi iſtam communem ita declaratam limitat, atque explanat non procedere in aliquibus caſibus. Et primo vbicunque quis principali opem ferret.

Com. opin.

Secundo, quod aſſaſſinus quis non dicatur, qui propriam iniuriam vlciſceretur, ſociis pecunia conductis.

Tertio, quod aſſaſſini minime dici poſſint, qui ſpe, vel gratia adducti, ſine promiſſione delinquerent. Et ſic aſſaſſinus non dicatur, qui ſine pecunia alium occidit, vt alteri morem gerat, atque obtemperet, ſecundum communem ſcholam Doctorum, & communem opinionem, de qua meminit Ioan. Ant. de Nigris *in d. cap. 7. n. 70.* vbi exploſa per eum opinione contraria, ſequitur iſtam communem, adducendo omnes Doctores pro hac parte, & eſt textus *in c. 1. de homicid. in 6.* & firmat etiam Boſſius *in ſua pract. criminali in rub. de mandato ad homicidium, nu. 14. & ſeq.* & de communi prædicta meminit etiam Aret. *conſ. 167. nu. 17.* Bertaz. *in conſ. 70. n. 30. vol. 2. crim.* & Ant. Gabr. *in ſuis commun. de crim. concluſ. 1. n. 34.* vbi ex communi opinione

Com. opin.

Com. opin.

velit et oſtendit, ſententiam neceſſario requiri declaratoriam ſuper hoc aſſaſſinio, antequam quis pro tali condemnetur.

Quarto, quod aſſaſſinium non inducat generalis & incerta promiſſio, prout diſcurrit etiam, & probat Ioan. Ant. de Nigris *in d. cap. 7. nu. 75.*

Quinto, quod aſſaſſinium haudquaquam inducant expenſæ, ſed potius aliquid aliud, quod lucrum afferat remanens.

Sexto, quod aſſaſſinium minime gentium reddat, atque inducat pecunia data, & conſignata pro expenſis redditis.

Sed † aſſaſſinos tanto leges odio proſequuntur, vt aſſaſſinus ipſe puniri queat, etiam non conſummato delicto, ita Gl. *in l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. & in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug.* Ang. & Bal. *in l. 1. §. hoc verba. ff. quod quiſque iur.* Ang. *conſ. 14. nos* per textum *in c. 1. de homic. in 6.* & ita Lugdoni Senatus Pariſienſis iuſſu ſeruatum affirmat Ant. Columb. *ſing. 4.* & Marſil. *in l. ſi is qui cum telo, nu. 76. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* 2

Sed contrarium videtur concludendum in mandatore aſſaſſinii, qui profecto non punitur non ſecuto effectu, ita Dyn. & Ang. *in l. apud Labeonem, §. ſi curauerit. ff. de iniur.* Quod verum arbitror, vt ſcilicet mandans ipſe puniri nequeat pœna ordinaria mortis, ſed bene puniri poſſet, atq; deberet pœna extraordinaria, ſecundum Dd. præmemoratos, Ang. *conſ. 14. nos Carolus.* & Ioan. Ant. de Nigris *in d. c. 7. n. 66.*

Et cum opinio hæc dubia quidem ſit, & non careat contradictoribus, etiam illuſtribus; ideo in Regno Neap. *in anno 1573. ſub die 16. Aprilis,* ad tollendum tale dubium fuit emanatum regium bannum, diſponens, quod ſi quis ſolueret, aut promitteret pecuniam, aut aliquam aliam rem Mæuio, vt Titium interficeret, & Mæuius mandatarius acceptaret mandatum, & procederet ad actum proximum contra Titium, illumq; ſolummodo vulneraret, & non occideret, tunc etiam non ſecuta morte tam mandans, quam mandatarius ex clariſſima diſpoſitione ipſius regii banni, incurrunt pœnam vltimi ſupplicii, & mortis naturalis.

Et cum aliquid conferat ad materiam huius opinionis, conſilium laborioſiſſimum, & fructuoſiſſimum, acutiſſimi ac ingenioſiſſimi D. Pompeii de Leonardis piæ memoriæ, id hic ſubiiciendum duximus. ad quam etiam materiam faciunt *conſ. Cephal. 652. & Surdi 40.*

Conſilium Dn. Pompeii de Leonardis.

IN præſenti cauſa, quæ agitatur in magna Curia Vicariæ, aduerſus egregium Notarium Io. Chriſtophorum Gratioſum de Interoneo inquiſitum, ad inſtantiam Coadiutoris Curiæ Baronalis, Illuſtriſſimi Domini Io. Vincentii Vitellii Marchionis Cetonæ, & Terræ Interonei vtilis Domini, cauſa & occaſione mandati prætenſi facti Cæſareo, eius filio, de occidendo Dominum Hortenſium Grifonium de Leoniſſa Interonei Gubernatorem, viſo, & pleniſſime conſiderato tenore totius proceſſus, vna cum elegantiſſimo conſilio illuſtris & celeberrimi Iuriſconſulti Domini Franciſci Viuii, opinor, concurrendo in ipſius Domini Conſultoris ſententiam, ex proceſſatis nulla vigere indicia ad quæſtiones laborantia aduerſus inquiſitum, & quia veritas, quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior, expulſis nebulis in lucem progreditur, veluti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, vt exurdiar cum Rolando à Valle

Digitized by Google

conſ.1.nu.1.vol.3. ex Caſtren. *conſ.28.vol.2.* Ideo diſputatiue procedendo, videtur primo aſpectu reſpondendum eſſe, locum eſſe indiciis militantibus ad torturam contra Dominum Io. Chriſtophorum inquiſitum.

Et hæc ſententia videtur probari multis rationibus, & argumentis. Et primo, quia conſtat de mandatario, quo caſu minime dubitandum eſt de illa notabili quæſtione, in qua diu anceps fuit Scribentium
3 opinio: An † ad hoc, vt contra mandaotem, maxime ad torturam, procedi poſſit, requiratur vt de delicto Principalis, & de mandatario conſtet, prout requiri verius eſt, & hodie receptius inter Dd. vt probat tex. *in l.ſi is qui rem.§.ſi in filium.ff. de furt.* ita per illum tex. cenſuit Boſſius *in pract. cauſarum criminal. in tit. de delict. nu. 35. cum ſequent. & nu. 47.* idem etiam tradunt Follerius *in pract. cauſ. crim. in verb. capiat informationem.nu.58.* Hippolyt. de Marſiliis *conſ.49.nu.59.& conſ. 50.nu.11.* Iacob Menoch. *in tract. de arbit. iudic. caſ.352. nu.20. prope fin.* Semper enim Doctores tractantes de pœna mandanti imponenda, pro præſuppoſito habent, quod liquido conſtet de mandatario, quodq; ipſe delictum perpetrauerit, vt ſcribit Boſſius *in tit. de mandato ad homicidium. nu.37.* & Baldus *in l.1. C. de ſer.fugit. & in conſ.259.vol.1.* Carterius *in pract.cauſ.cri-
4 min. §.circa, nu. 89.* Præterea † etiam ſi mandatarius minime in inquiſitione nominetur, cum incertum ſit, quiſnam homicidium commiſerit, tamen poteſt aduerſus mandantem procedi, veluti eleganter, & doctiſſime reſpondit Natta *conſ. 420. per tot. vol. 2.* quem refert, & ſequitur Clarus *in pract. cauſ. crim. q. 80. verſ. ſcias autem.* vbi inquit, iſtud conſilium Nattæ eſſe valde elegans, & notabile, & licet Burſatus *conſ. 20. nu. 7. vol. 1.* ſcribat, hoc reſponſum Nattæ fortaſſe difficultatem pati ob tradita à Marſil. *d.conſ.49.& ſequent.* & à Menochio *d.caſu 352.nu.28.* tamen ſententia Nattæ fundatur ſolidiſſimis rationibus, & Burſatus fragiliter aſſeruit pari difficultatem, & tum ipſe, tum Menochius, & Marſilius aliter ſentientes omnino errarent.

Sed cum in terminis caſus, de quo agitur, explicite conſtet per teſtes Fiſci, quod Cæſareus Gratioſus, filius ipſius Domini Io. Chriſtophori Gratioſi inquiſiti vulnerauerit de nocte per exonerationem archibuſii dictum D. Hortenſium Griſonium, Gubernatorem, ſeu Capitaneum Interonei, merito huiuſmodi difficultates ceſſant, vt diſputandum non ſit, an conſtet in caſu noſtro de mandatario, vel non. Secundo ad huius ſententiæ corroborationem facere videtur, quia quodammodo apparet conſtare de inimicitia, quæ interceſſerit inter ipſum D. Io. Chriſtophorum inquiſitum, & dictum D. Hortenſium Griſonium Capitaneum, vel Gubernatorem Interonei, dum proponitur, quod habentes verba altercatoria adinuicem, & probatur per plures teſtes Fiſci contra inquiſitum receptos, verba ſimilia fuiſſe prolata, & dicta à d. Notario Io. Chriſtophoro contra d. offenſum, ſcilicet: *Capetanio tu uoi perſeguitare mio figliolo ingiuſtamente, & cercar pigliarlo, & farlo pigliare, ſe bene ui vſa reſpetto, in non ſtare in quella terra, ma auerti, che un giorno mio figliolo tene potrebbe far pentire.* Id eſt: *Præfecte, tu vis perſequi filium meum, & quæris eum capere, vel apprehendere, licet ipſe vtatur reſpectu, in non commorando in hac vrbe, ſed vide, ne aliquando filius meus efficiat, vt te eius pæniteat.* Et tunc D. Hortenſius reſpondit: *Voglio che mi caccie il naſo dreto lui, & uoi.* Id eſt: *Volo vt mihi immittatis naſum in poſteriora, & ille, &
5 uo.* nam ex inimicitia † oritur indicium mandati, vt voluit Natta *conſ.422. nu.19. vol. 2.* Burſatus *conſ. alleg. 20.nu.19.lib.1.* Tertio videtur D. Io. Chriſtophorus ſubiiciendus tormentis ex alio indicio, quod probatum eſt per teſtes Fiſci, quod eodem die, quo nocte ſequenti fuit facta offenſio contra D. Hortenſium Capitaneum, idem Io. Chriſtophorus fuit allocutus ſecreto extra terram Interonii in quodam prato parum à terra diſtante, dictum Cæſareum exulem eius filium, ex qua ſecreta allocutione facta ad aures, & homicidio, vel offenſa ſtatim ſecuta, præſumitur ab alloquente datum conſilium ad hominem occidendum, quando potiſſimum offendens erat inimicus offenſi, ita docet Bartol. *in l.ſi ventri. § eorum. verſ. item probatur.ff. de priuileg. credit.* & ibidem idem ſcriptum eſt ab Ang. de Vbaldis. Anchar. *in c. officii. verſ. vltimo not. de elect.* & ibi Imol. *verſ. nota quod, de electione.* Alex. *in l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.in 7 not. ff. ſol.matrim.* Gratus *conſ.110.nu.11.vol.1.* Hippol. de Marſiliis *in l.1.§.præterea. nu.27.ff. de quæſt.* & idem eſſe in domino alloquente famulum iniuria affectum, vel patre alloquente filium etiam iniuriatum, vel aliter offenſum, & deinde ſtatim homicidio ſecuto, præſumitur mandatum de occidendo, ita Bartol. *in l.ſi quis mihi bona.§. pater.ff.de acq. hered.* & ibi Baldus *verſ. 2. quæſtio.* Paul. Caſt. *in eadem l.ſi quis mihi bona. §.ſed ſi mandanti. verſ. vltimo, per iſtum tex.* & ibidem etiam Romanus *nu. 6.* & Iaſ. *nu.22.* qui inquit, hanc eſſe communem opinionem. *Com. opin.* Ancharan. *in c. ex literis, nu. 7. de exceſſ. prælat.* Angel. Gambiglioneus *in tract. maleſic. in ver. Sempronium. q. 21.* & ibi Auguſt. Arimin. *in addit.* ſcribit eſſe communem, & ſequitur hanc partem tanquam communem etiam Carterius *in pract cauſ.crim.nu.37.* & hanc etiam eſſe communem ſcribit D. Balthaſar Quinctius *in addit. ad Paul. Caſtrenſ. conſ.29. nu.24. vol. 3.* & Clarus *quæſt.89.verſ.ſed hic incidenter. in pract.cauſ. crimin.* Et hanc partem eſſe magis communem teſtatur D. Ant. Gabriel *lib.7.com.opin.in tit.de maleſic.concluſ.2.poſt nu.47.& nu.51.* Et ſuperius *nu.49.* ampliat, idem
6 eſſe in aſſociante † aliquem ſtatim poſt delictum commiſſum, quod præſumatur mandaſſe delictum, ex doctrina Baldi *in l. non ideo minus. col. pen. in fin. verſ. quæro an aſſocians. C. de accuſat.* Poſtremo videtur fortius tormentis locum eſſe contra inquiſitum, cum ſit de huiuſmodi delicti mandato diffamatus, & hæc vox, & fama fuerit pro parte Fiſci deducta, & probata, quæ diffamatio admodum nocet inquiſito, vt poſt Carterium, quem refert, tradit Burſatus *conſ. alleg. 20. nu. 24. lib.1.* potiſſimum concurrentibus aliis adminiculis, vt eſt inimicitia prædicta, & ſecreta al-
7 locutio † ad aurem; nam aliis concurrentibus diffamatio facit indicium ad torturam, Aym. *conſ.41.nu.6.* Clarus *q. 21. in princip.* Maluaſ. *conſ. 112. nu. 20. lib.1. crimin.* Burſatus poſt eos affirmans hanc ſententiam eſſe communem *in d. conſ.20.nu.32.lib.1.*

Præmiſſis tamen non obſtantibus contrarium verius, & firmius eſſe opinor, videlicet, quod in caſu, de quo agitur, nulla pene vigeant indicia ad torturam aduerſus Notarium Io. Chriſtophorum, & hæc ſententia probatur multis rationibus. Primo, quia vera,
8 & magis † communis eſt illuſtrium Iuriſcōſultorum opinio, quod ante omnia, ad hoc, vt poſſit procedi, & potiſſimum ad quæſtiones, contra mandantem, oporteat mandatum legitime probatum eſſe per duos teſtes, vel alias probationes certas, nec aliter poſſit deueniri ad torturam, etiamſi adeſſet contra mandantem dictum ipſius mandatarii, ita Marſil. *in § diligenter.nu.37.& ſequent. in pract. crim.* Carterius *in pract.crimin.§.circa.nu.102.* Bald. *conſ.97.vol.5.* Pariſ. *conſ. 151.nu.4. cum ſequent. vol.4.* Franciſcus de Marchis *deciſ.Delph.423.nu.16.lib.1.* & hanc partem eſſe communem, *Com. opin.*

nem, potiſſimum aliis non concurrentibus, ſcribit
Clarus q 21 verſ. in bac. in pract. cauſ. crim. Boſſ. de indic.
nu. 174. Riminal. conſ. crim. 105. nu. 14. lib. 1. Roland. à
Valle conſ. 73. nu. 36. lib. 1. Cephalus conſ. 113. nu. 9. lib. 1.
Bertaz. conſ. 70. nu. 28. conſiliorum crim. lib. 2. poſt Aym.
& ipſum Dominum Conſulentem Viuium, Plac. A-
lex. & Gram. ita conſuluit poſt infinitos Modernos,
quos adducit, Burſ. alleg. conſ. 20. poſt nu. 6. lib. 1. vbi re-
fert in ſpecie Grammat. vot 31. numer. 9 & ſequent. at-
teſtantem, ſecundum votum eius fuiſſe in ſacro re-
gio conſilio determinatum, vt nec quidem valeat
depoſitio teſtis contra mandantem, niſi etiam con-
9 tra mandatarios concludat. Et licet dictum † man-
datarii poſſet facere indicium vrgens ad torturam, in
crimine læſæ maieſtatis, prout in caſu, de quo agitur,
contra officialem, verius tenendum eſſet, vt cenſuit
poſt Follerium, quem refert, excellentiſſimus idem
Conſultor Viuius in ſylua communium opinionum, opi-
nion. 961. numer. 4. libr. 3. Et idem etiam verius non-
nulli grauiſſimi Interpretes & Doctores arbitrati
ſunt, vt in aſſaſſino mandatario, vel aliis concurren-
tibus, oriatur indicium contra mandantem, tamen
verius eſt, vt etiam in aſſaſſinio mandatarius contra
mandantem non ſit teſtis idoneus, & admittendus,
niſi alia etiam indicia contra mandantem præce-
dant, vt poſt Beroum conſil. 175. numer. 62. cum ſequent.
volumin. 3. cenſuit Burſatus in præallegat. conſil. 20. poſt
numer. 3. libr. 1. Verum ſimiles dubitationes ceſſant in
caſu, de quo agitur, in quo non tantum non conſtat
de mandato ex dicto mandatarii, contra mandan-
tem, ſed nec etiam aliquo modo conſtet de mandato
vere, vel præſumptiue, multo autem minus tractari
contingat de crimine aſſaſſinii, vnde cum non ſit
probatum à Fiſco aliquod mandatum, nec per te-
ſtes, neque per aliqua verba, prout conſtare opus eſt,
ſecundum allegat. deciſion. Delph. Franc. de Marthis 423.
numer. 10. & 23. libr. 1. & conſil. Burſati ſæpius citat. 20. nu-
mero quinto, libro 1. vtique dominus Io. Chriſtopho-
rus inquiſitus erit à prætenſo mandato abſoluen-
dus. Secundo præſuppoſito pro vera & indubitabili
ſententia Nattæ in conſ. 422. per tot. lib. 2. cui adhæret
firmiter Clar. quæſt. 89. verſ. ſcias autem. in pract. crimin.
10 vbi cõſuluit Natta, quod etiamſi † mandatarius non
nominetur in inquiſitione, cum incertum ſit, quiſ-
nam delictum commiſerit, tamen aduerſus man-
dantem procedi poſſit. Veruntamen, quando in in-
11 quiſitione mandatarius † nominatur, opus eſt, vt de
delicto & de mandatario nominato appareat, per
confeſſionem mandatarii, vel per teſtes Fiſci, ita no-
tanter declarat Burſatus d. conſ. 20. nu. 8. vbi inquit,
12 quod teſtis deponens, ſe non † cognoſcere manda-
tarium, qui commiſit delictum, non probet contra
mandantem, ſi ſit, vt dixi, mandatarius nominatus,
& hoc voluit etiam Natta, vt animaduertit etiam
Burſatus ibidem, & Boſſius ab ipſo relatus, & ſcribit
idem Burſat. quod ſi non concludant probationes
ſuper delicto principali, nec vtique ſuper mandato
concludere valent, ita ait tenere Menoch. d. q. 352. nu.
13. declar. 7. & Carrer. in pract. crim. n. 88. Quocirca cum
nec minus realiter conſtet de delicto mandatarii no-
minati in caſu, de quo agitur, vt quodammodo con-
tra Cæſareum nominatum mandatarium, nec indi-
cia laborarent ad quæſtiones vigentia, neque verum
eſt, quod contra eum patrem, tanquam contra man-
dantem nullo modo procedi potuerit. Et hoc pro-
bo, quod de mandatario non conſtet, ſcilicet Cæſa-
reum commiſiſſe delictum de nocte, exonerando
archibuſium contra D. Hortenſium Capitaneum,
quia teſtes Fiſci hoc non probant ex duobus ſolidiſ-
ſimis fundamentis deductis, & verificatis in facto, vt
conſtat in proceſſu huius cauſæ. Primo, quia D. Vin-
centius Cardellinus, & Ioannes de Signora, tan-
quam inducti teſtes pro Fiſco deponunt, ſe cogno-
uiſſe Cæſareum de nocte exonerantem archibuſium
contra D. Hortenſium Capitaneum, & nihil depo-
nunt ſe cognouiſſe quod Luna lucebat, vel non lu-
cebat, quia cum fuerit articulatum & probatum in
proceſſu defenſiuo, quod dicta nocte commiſſi de-
licti Luna nullo modo lucebat, per computationem
dierum vtiq; † tales teſtes nihil probant, vt conſuluit 13
Oldrad. de Pont. relatus à Iaſ. in l. non minorem. col. 1. C.
de tranſact. Fel. in c. ſicut. col. 1. de re iud. Vinc. Maxill. ſu-
per conſuet. ciuit. Baren. in tit. quouſq; dies intelligatur. n. 5.
fol. 121. vbi ſcribit ſe alias in facti contingentia detexiſ-
ſe falſitatem quorundam teſtium deponentium,
tempore nocturno ſe vidiſſe aliquem furtum patra-
re ad lumen Lunæ, & tamen tunc, & ſpecialiter in iſta
hora, quam teſtes aſſignabant per veras regulas A-
ſtrologiæ, Luna nullo modo erat eleuata, nec luce-
bat, & iſtam practicam & theoricam refert, & ſequi-
tur doctiſſime excellentiſſ. D. Conſultor Viuius in
ſua ſylua commun. opin. in opin. 950. poſt n. 4. lib. 3. Præter-
ea nec obſtant duo alii vltimi teſtes, dicentes, ſe co-
gnouiſſe Cæſareum poſt exoneratam archibuſatam
contra Capitaneum ad vocem; quia habent notas
voces ipſius: nam licet ſint multę deciſiones Scriben-
tium, qui cenſuerint, ſimilem depoſitionem † facere 14
indicium ad torturam, vt voluit Iaſ. in alleg. l. non mi-
norem, n. 5. Mich. Ciſnen in ſuis commen. ſuper ll. Tauri, l.
79 col pen. & alios plures, quos cumulate refert Cotta
in memorab. in verb. Teſtis deponens de eo, quod eſt factum
de nocte. tamen reſpondendum eſt, quod contrarium
teneatur, & obſeruetur in practica, prout refert fuiſ-
ſe ita obſeruatum & practicatum Papiæ in caſu oc-
curſo in re propria. idem Cotta alleg. loco. & iſtud re-
ceptius & practicatius aſſeruit Boſſ. d. pract. crim. in tit.
de indiciis, ſub nu. 172. & iſtam veriorem, & practicabi-
liorem ſententiam eſſe cenſuit excellentiſſ. D. Con-
ſulens Viuius d. loc n. 5. in fin. vbi id fundatiori ratione
verum eſſe oſtendit. Quinimo † iſti teſtes non carent 15
ſuſpicione falſi, dicentes delictum ſe vidiſſe com-
mitti de nocte ab aliqua perſona, Luna tamen non
lucente, & iis lumen non habentibus, vt merito non
probent nec in ciuilibus, nec in criminalibus, ita te-
ſtes in Romana Curia deponentes, ſe vidiſſe, quod
impoſſibile erat videre ſine lumine Lunæ, vel alio ar-
tificio, fuiſſe vt falſarios damnatos ab Oldrado aſſi-
dente in dicta Curia Romana, teſtis eſt Angel. de V-
baldis in conſ 194. col. 2. & excellentiſſ. D. Conſultor d.
opin 950. nu. 3. lib. 3. Et cum primi duo teſtes, ſcilicet D.
Vincentius Cardellinus, & Ioannes Signorius, ſint
repulſati ex capite † inimicitiæ, quæ iam diu exorta 16
ſunt inter ipſum Io. Chriſtophorum, & dictos teſtes
ex percuſſionibus illatis contra affines ipſorum te-
ſtium, quæ eſt cauſa probabilis inimicitiæ, cum alio-
quin ſi etiam ex cauſa minus probabili proueniret,
repelleret eos, tanquam inimicos. Alex. conſ. 99 n. 3. lib.
1. Gram. conſ. 12 n. 6. & 7. Pariſ. conſ. 53. n. 28. conſ. 61. nu. 16.
lib 4. Roland. à Valle conſ. 24. nu. 46. lib. 1. Menoch. de
arbit. iudic. q. 28. nu. 9. in fin. lib. 1. Nec etiam huiuſmodi
teſtes inimici in caſibus priuilegiatis, vbi aliæ inha-
biles, & minus idoneæ probationes recipiuntur, vt
in crimine læſæ Maieſtatis, ſecundum veriorem opi-
nionem, vllo modo admittuntur, ita Marſ. conſ. 2 n.
27. Aym. conſ. 9. n. 6. Rol. à Valle conſ. 24. nu. 30. lib. 1. Me-
noch. d. q. 28. nu. 3. vbi ſcribit, nec etiam in crimine hæ-
reſis admitti, & Principem facere non poſſe, vt ad-
mittantur, & poſt Anchar. Marſil. & Bald. voluit
huiuſ-

huiuſmodi teſtes inimicos ne quidem ſemiplene
probare ad faciendum indicium habile ad torturam.
17 Et licet oppoſitum ſit pro parte Fiſci, de † eorum
reconciliatione, & conuerſatione: tamen verius pu-
to, quod nec teſtes tales, qui fuerunt inimici, licet re-
conciliati ſint, admitti debeant; vt eſt verior Scri-
bentium opinio, quam ſectati ſunt Rom. *ſing. 315.* In-
noc. *in c. cum I. & A. de re iudic.* & eſt ſingularis tex. *in c.*
accuſatores. 3. q. 2. Plotus *in l ſi quando. nu. 299. C. vnde vi.*
Aym. *conſ. 9. nu. 6. conſ. 73. nu. 13.* Didacus Couar. *practic.*
quæſt. cap. 18. nu. 3. & hanc partem, tanquam veriorem
& fundatiorem, ſequitur conſulendo Illuſtris Co-
mes D. Io. Iacobus de Leonardis *conſ. 114. nu. 73. & ſe-*
quent. inter conſ. Bruni, quem refert, & ſequitur etiam
Menochius *in alleg. q. 28. nu. 8.*
18 Neque obſtat, † quod pro parte Fiſci dictum ſit,
quod dicti teſtes ſint admittendi in ſimili delicto oc-
culto, & de nocte patrato, in quo veritas aliter habe-
ri non poteſt, eum potiſſimum à communiter acci-
dentibus alii teſtes haberi non poſſint de nocte: quia
tunc non eſt neceſſarium, quod impoſſibile ſit, alios
teſtes haberi, vt cenſuit Zaſius *conſ. 2. nu. 60. vol. 2.* cuius
ſententiæ adhæret D. Ant. Gabriel. *com. opin. lib. 1. con-*
cluſ. 7. in tit. de teſt. nu. 9. verſ. ſublimita, & declara. Re-
ſpondeo com in terminis caſus, de quo agitur, di-
ctos teſtes pati plures alios defectus, vltra inimici-
tiam, ſcilicet defectum præſumptæ falſitatis, vt ſupra
ſcriptum eſt, vnde tales teſtes patientes plures exce-
ptiones, ne quidem in ſubſidium, quando aliter ve-
ritas haberi non poteſt, admitti debent, vt cenſue-
runt Hippol. de Marſiliis *conſ. 102. nu. 12.* Gratus *conſ.*
59. nu. 38. vol. 2. Et iſtam partem, vti fundatiorem, te-
net Gabr. *d. loco, nu. 13. verſ. quinto limita.* Cephal. *conſ.*
205. nu. 34 lib. 2. Roland. à Valle *conſ. 57. nu. 42. lib. 4.* Ex
quibus veriſſimum eſſe puto, quod nullo modo ve-
re conſtet, in caſu, de quo agitur de mandatario, vi-
delicet Cæſareum filium Io. Chriſtophori commi-
ſiſſe delictum, de quo eſt imputatus; & hoc adeo ve-
rum eſſe opinor, quod ſtante repulſa teſtium facta
per ipſum Io. Chriſtophorum pro ſuo intereſſe nul-
lum indicium vrgeat ad torturam contra mandata-
19 rium, cum verius ſit teſtes repulſatos † nullum facere
indicium ad torturam, ita Bartol *in l. 3. ff. de re milit. &*
in l. maritus, ff de quæſt. Bald. *in l cum probatio. & in l. ma-*
tris. C. de probat. Iſernia *in conſt. regni, vſurariorum. de v-*
ſur. puniend. in verſ. adem ſi probetur. & in conſt. peſſimam.
& in c. 1. qui teſtes ſint neceſſ. in vſib. in feud. Marſil. *ſing.*
148 poſt Affl. & Ioan. Ant. de Nigris ſcribit D Con-
ſulens Viuius *lib. 3. ſylua com opin. in opin. 925. nu 3. verſ.*
in contrariam vero ſententiam. Puto igitur quod nullo
modo potuerit procedi contra mandantem, ex quo
mandatarius ſit nominatus in inquiſitione, & de i-
pſo mandatario minime conſtet, vt conſuluit Bur-
ſat. *d. conſ. 20. nu. 8. lib. 1.* & ſequitur hanc ſententiam
Natta *d. conſ. 422. nu. 18. lib. 2.* & Boſſius *in tit. de delict.*
nu. 38. ab eodem Burſato relati.
Sed admiſſo, citra veritatis præiudicium, quod de
mandatario conſtaret, quod quidem falſiſſimum eſſe
lat iſſime oſtendi, nihilominus nulla pene vigent in-
dicia contra ipſum D. Io. Chriſtophorum, quod pa-
tet ex alia ſecunda ratione ipſius defenſionis. Secun-
da igitur eſt concluſio: quod conſilium, quod poteſt
20 eſſe malum, & bonum, † præſumitur bonum, & non
malum, ita Bald. *in l. ſeruum fugitiuum, col. 3. verſ. nota*
quod conſilium. & ibidem etiam Iaſ. *col. 5. verſ. tertio mul-*
tum not. C de ſer. fugit. Alex. *conſ. 125. col. 4. in fin & ſeq.*
verſ. & in ſimili dicimus, vol 4. Ant. Gabriel. *com. opin. lib.*
7. concluſ. 2. nu. 2. verſ. primo infertur. Semper enim ca-
21 pienda eſt † coniectura delicti excluſiua, *l. merito, ff.*
pro ſoc. Hippol. de Marſiliis *conſ. 2. col. 1. & ſeq.* Cæpolla
conſ. crim. 21. nu. 17. Alciat. *de præſumpt. 3. reg. in 1. præ-*
ſumpt. Crauet. *conſ. 18. col. fin.* cum aliis à Gabrielio ad-
ductis *d. concl. 2. in princip.* Et hæc coniectura potiſſi-
mum habet locum, † quando agitur de conſilio, 22
quod dicitur ſeu conſicitur datum eſſe à patre filio
ſuo, quod quidem multo fortius præſumetur bo-
num eſſe, & nullo modo malum; nam pater præſu-
mitur ſolicitus de filiorum ſalute, *l. cum pater. §. man-*
do ff. de leg. 2. cum aliis à Tiraquell. traditis *in l. ſi vn-*
quam. nu. 11. C. de reuoc. donat. Imo non ſolum eos dici-
tur † pater amare, ſed longe plus quam ſeipſum a- 23
mare dicitur, *l. iuſte quidem. in fin. ff. quod met. cauſ.* not.
Mantua. *ſing. 378.* Roland. à Valle *conſ. 45. nu. 54. lib. 1.*
& patrem ab amore nuncupari, dicit Robertus Car-
racciolus *de laudibus ſanctorum, ſermon. 1. cap. 2.*
Ex his itaque puto, quod, ſtante præſuppoſito Fi-
ſci, quod Notarius Io. Chriſtophorus ſit uiſus allo-
qui Cæſareum filium ſuum eodem die, quo nocte i-
dem Cæſareus perpetrauit delictum contra perſo-
nam Capitanei Hortenſii, quod non ex hoc de iure
colligi poſſit indicium, quod dederit malum conſi-
lium, vel mandatum de occidendo, vel aliter offen-
dendo, cum alioquin, ſi etiam ex dicta ſecreta allo-
cutione ad aures præſumeretur mandatum, quod v-
tique non habet locum niſi ſaltem ſtante inimicitia
etiam capitali, inter mandantem, & offenſum, vt in-
ferius prolixius dicam: tamen cum reſiſtat ſimili in-
dicio circumſtantia pietatis paternæ erga filium,
quod non præſumatur velle perdere filium, eidem
mandando homicidium, vtique torturæ locus non
eſt, quia quando indiciis aliquæ circumſtantiæ ob-
ſtant, & reſiſtunt, non † eſt deueniendum ad tortu- 24
ram; ita originaliter decidit Io. Andreæ *in c. cum in*
contemplatione. de reg. iur. & ibidem ſequitur Bald. *in l.*
2. C. quorum appell. non recipiant. doctiſſime hoc ſcribit
D. Natta *conſ. 362. nu. 14. vol. 2.* & cu magis id ſibi lo-
cum vendicat, quia conſtat de bona fama, qualitate,
conditione, & vita Inquiſiti, prout ſatis probatum
eſt de huiuſmodi qualitatibus inquiſiti Io. Chriſto-
phori, ita Boſſ. *in tit. de mand. ad homicid. nu. 44.* vbi in-
quit, quod non tantum hoc locum habeat, quando
concurrit ipſa bona fama, ſed vbicunque etiam adii-
ceretur, & probaretur aliud quodlibet indicium, &
coniectura ad rei fauorem, vt etiam tenet Iaſ. *in l. 1. in*
fin. C. com. de leg. Gram. *voto 3. nu. 20.* [illegible] *conſ. crim. 15. ſub*
nu. 4. & 5. Viuius idem conſuitor *in ſylua communium*
opin. opin. 925. poſt nu. 8. lib. 3.
Tertia & vltima eſt concluſio, quam non minus
veram, ſed veriſſimam eſſe, & magis communem
exiſtimo, quod ſola inimicitia etiam capitalis, ſim-
plex, & de per ſe abſque aliorum adminiculorum
concurſu non faciat indicium † contra aliquem de 25
mandato; ita Gram. *conſ. 34. nu. 5.* Clarus *q. 21. verſ. in-*
imicitia. in pract. cauſ. crim. Carrerius in *§. circa. nu. 75. in*
pract. crim. & hanc partem eſſe magis communem, æ-
quam, & rationabilem, & veram ſcribit idem Viuius
in ſylua communium opin. opinione 374. quem refert, &
ſequitor Burſ. *d. conſ. 20. nu. 18. lib. 1.* Verum in caſu iſto
nulla adeſt inimicitia capitalis, nec quodammodo
ſimplex inimicitia, & ſic non poteſt prætendi indi-
cium mandati ex inimicitia, & de hoc inferius tra-
ctabitur in contrariorum diſſolutione. Retenta igi-
tur hac concluſione, quod ſit à prætenſo mandato
Notarius Io. Chriſtoph. abſoluendus, ſupereſt vt de-
ueniamus ad contrariorum diſſolutionem, ex qui-
bus dilucidius apparebit innocentia ipſius inquiſiti.
Primum obiectum fuit ex ſupra adductis abunde
diſſolutum, dum oſtendi, etiam de mandatario mi-
nime

nime conſtare, nec probatum eſſe, ſaltem legitime,
pro parte Fiſci; imo teſtes Fiſci nec nimus contra
mandatarium facere ſufficiens indicium ad tortu-
ram ob multas rationes præſcriptas, quas non repeto.
Non obſtat etiam conſilium Nattæ 422. per tot.
36 vol. 2. vbi conſuluit, contra † mandantem procedi
poſſe, etiamſi mandatarius non nominetur in in-
quiſitione, vt ſi eſſet forenſis, & incertum foret, quis
homicidium, vel delictum perpetraſſet, & hoc con-
ſilium Nattæ tanquam elegans, & notandum ſequi-
tur Clarus alleg. q. 89. verſ. ſciat autem. in pract. crim.
Nam reſpondeo, quod licet male Burſatus d. conſ. 20.
poſt nu. 1. ſcribat, iſtud dictum fortaſſe pati difficulta-
tem, tamen non procedit in terminis caſus noſtri, in
quo mandatarius eſt nominatus in inquiſitione, quo
caſu opus eſt, vt conſtet de mandatario, ad hoc, vt
contra mandantem poſſit procedi; ita declarat Nat-
ta d. conſ. 422. nu. 18. poſt Boſſium, quem refert, & ad-
dit Burſatus d. conſ. 20. poſt nu. 8. lib. 1. Conſilium igitur
Nattæ 422. procedet, quando in inquiſitione non eſt
nominatus mandatarius; & tunc concludunt doctiſ-
ſimæ rationes, & ſubtilia motiua opinionis ipſius
Nattæ, cuius ſententia, vti vera, ſeruatur in practica,
& à Claro d. q. 89. verſ. ſciat autem. mirum in modum
commendatur.
Ad ſecundum contrarium reſpondetur, verius eſ-
ſe, in facto nullibi conſtare de inimicitia, neque ex il-
37 lis verbis dicetur † orta inimicitia ſaltem capitalis,
quia etſi quæ dicatur inimicitia capitalis, ſit in arbi-
trio iudicis poſitum, vt poſt Gram. conſ. 57. nu. 9. ſcri-
bit Menoch. de arbit. iudic. q. 110. nu. 3. lib. 2. cent. 2. veruntamen
tamen nemo prudens iudex ex ſimilibus verbis or-
tam eſſe capitalem inimicitiam opinabitur; & ad
hoc, vt ex inimicitia oriretur indicium contra man-
dantem, expediret præceſſiſſe inimicitiam capita-
lem, vt poſt deciſ. Franc. de Marchis 423. nu. 26. lib. 1. &
Gram conſ. 34. nu. 5. voluit Burſatus d. conſ. 20. nu. 18. vbi
fortius cenſuit, nec etiam capitalem inimicitiam per
38 ſe ſufficere ad † producendum indicium ad tortu-
ram, ex magis communi & veriori ſententia Carre-
rij, & ipſius Conſulentis Viuij ab ipſo Burſ. relati.
Nec etiam obſtat, quod illa verba fuerint mina-
toria, & minas inferentia, dicendo: Auerti, che un gior-
no mio figliolo tene potrebbe far pentire. Id eſt: Vide ne ali-
quando filius meus te faciat eum pœnitere. quia ad hoc, vt
minæ faciant præſumptionem contra aliquem, opus
eſt, vt ſint factæ in ſpecie, & ſecutum ſit delictum
39 prout minæ ſonabant, † & quod minæ factæ ſint à
conſueto minas exequi, ita Specul. in titul. de præſum-
ption. verſicul. ſed pone. Angel. de Vbaldis in lege prima,
Cod. ſi quis imperat. maledix. notabiliter tradit Natta
conſil. 42. numer. 2. volumin. 1. Sed iſtæ minæ non ſunt
factæ in ſpecie, & ſecutum eſt delictum, prout minæ
ſonabant, quia iſta verba poſſunt etiam intelligi,
quod eius filius faceret eum pœnitere mediante iu-
ſtitia, ſicut in ſimili ſcribit Natta dict. conſil. 42. numer. 2.
quæ intelligentia in dubio ſemper capitur ad exclu-
ſionem delicti. Præterea non fuit probatum propar-
te Fiſci iſta qualitas, quod Ioannes Chriſtophorus
ſit ſolitus minas exequi, prout iſtam qualitatem ſi-
dem Fiſcus probare tenetur, ad hoc, vt eidem ex mi-
nis faueat contra reum indicium ad torturam, &
non ſolum tenetur probare iſtam qualitatem, quod
ſit ſolitus exequi minas, ſed etiam quod fuerit potens
ad exequendum, ita ſcribit eſſe communem diſtin-
ctionem Doctorum Imol. in l. final. numer. 10. ff. de hę-
red. inſtit. Carrerius in practic. criminal. fol. 102. numer.
226. Plotus in com. ad leg. ſi quando. numer. 885. Blanchus
in tractat. de indic. num. 183. poſt Ducu. Placam, & Boſſ.
inquit eſſe communem Clarus q. 21. n. 37. in pract. cauſ.
crim. licet dicat, in ſenatu Mediolanenſi non admitti
huiuſmodi diſtinctionem, quia probatis minis, &
cauſa minarum, ſenatus mandat ſæpiſſime reos tor-
mentis ſubdici, tamen non curandum eſt de iſta ob-
ſeruantia ſenatus Mediolanenſis, cum ſit magis de
facto, & non de iure, quia fundatior, & verior eſt
ſententia, vt niſi probatis potentia minantis, & con-
ſuetudine exequendi eas, & quod ſint factæ in ſpe-
cie, & quod ſecutum ſit delictum, prout minæ ſona-
bant, non faciant indicium, vt conſuluit eleganter
Natta alleg conſ. 42 nu. 2. vol. 1. quod non allegat Cla-
rus, neque præuidit iſtud elegans conſilium Nattæ.
Sequitur vtique quod cum huiuſmodi qualitates,
nec quælibet earum ſit à Fiſco probata, quod ex di-
ctis verbis non reſultabit militans indicium ad tor-
turam. neque ex dictis verbis, etiamſi eſſent facta in
ſpecie de occidendo, probetur inimicitia grauis,
quando minans non erat perſona potens, nec minas
exequi conſueta, vt cenſuit Felin. in c. cum oporteat,
verſ. quod autem ſi aliquis. de accuſat. ita doctiſſime con-
ſuluit Natta conſ. 43 nu. 5. vol. 1.
Vltimo non obſtat ſecreta allocutio facta à No-
tario Io. Chriſtophoro cum Cæſareo filio ſuo in loco
occulto, & deinde ſecutum ſit ſtatim delictum, quod
præſumatur dediſſe conſilium ad occidendum, ex
ſententia Bart. in l. 51. venire. §. fin. verſ. item prohiber. ff.
de priuil. credit. & ibidem Ang. de Vbald. Hippolyt. de
Marſil. in l. 1. § præterea. n. 87. ff. de quæſt. Gratus conſ. 116.
nu. 11. lib. 1. Reſpondeo enim, huiuſmodi coniecturam
non habere locum in patre filium alloquente, quia
præſumitur † eidem potius dediſſe bonum, quam 40
malum conſilium, prout hæc præſumptio potius ca-
pienda eſt, tanquam excluſiua delicti, vt tradit Bal. in
alleg. l. ſeruum fugitiuum, col. 3. verſ. nota quod conſilium,
& ibi Iaſ. col. 5. C. de ſer. fug. Alex. conſ. 125. col. 4. in fin. vol.
4. & vt dixi, potiſſimum hæc coniectura ceſſat in pa-
tre, qui præſumitur ſolicitus de filiorum ſalute, vt ex
not. à Tiraq. in l. ſi vnquam, n. 11. C. de reuoc. donat. patet.
Præterea Gratus, Hippolyt. Bart. & Ang. de Vbal-
dis non loquuntur in patre filium alloquente paulo
ante ſecutum homicidium, ſed in alia perſona, quæ
non ſit pater, vt non reſiſtant aliæ vrgentiores con-
iecturæ huiuſmodi indicio, prout reſiſtunt, quando
pater alloquitur filium, qui non præſumitur in diſ-
crimen adducere ſalutem filij. Itaq; cum hæc conie-
ctura reſiſtat huiuſmodi indicio allocutionis paulo
ante ſecutum homicidium, tunc torturæ non eſt lo-
cus, quia indicio reſiſtunt aliæ coniecturę, vt elegan-
ter more ſuo ſcribit Natta conſ. 382. nu. 14. lib. 2. & do-
ctiſſime ſcriptum eſt ab excellentiſſ. Domino Viuio
Conſulente opin. 925. nu. 8. ſuæ ſyluæ, lib. 3. licet Nattam
non alleget.
Inſuper Gratus, Hippolytus, & Angelus, intelli-
gendi ſunt ſtante inimicitia inter offendentem, &
offenſum, ſed de huiuſmodi inimicitia nullibi appa-
ret in proceſſu, vnde hæc coniectura indicij ceſſat in
caſu iſto, quod ita intelligat Angelus, patet in d. §. fin.
verſ. ſit, & ſi quis. & ita ſtante inimicitia inter offen-
ſum & offendentem, iſtos & alios Doctores hanc
ſententiam ſectantes loqui intelligit Ant. Gabriel.
lib. 7. com. opin. in tit. de maleficijs, concluſ. 2. nu. 48. verſ. hinc
dicit Bartolus.
Ego vero opinor non tantum opus eſſe, vt inimi-
citia ſimplex præcedat inter † offenſum & offenden- 41
tem, & etiam inter mandantem, vel conſiliū dantem
ad occidendū, & offenſum, vel occiſum, quādo agi-
tur de mādato facto à domino famulo, vel à patre fi-
lio, ſed ēt requiratur q̄ interuēdat inimicitia & capi-
talis

taliſad hoc, vt huiuſmodi indicii coniecturæ locus detur ad torturã. Nam verius hęc ſententia habet locum in fortioribus terminis præſentis conſultationis, ſcilicet in caſu Bartoli, *in l. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. de acq. heredit.* vt ſi dominus famulo, vel pater filio iniuriato dixerit: *Vade, & ne redeas domum, donec audiuero nouum de hac re*; & deinde filius occidat illum, qui eum offenderat, præſumetur mandatum de occidendo, prout iſtam eſſe communem opinionem tradit Iaſ. ibidem *nu. 12.* Alex. *conſ. 126. col. fin. verſ. nec obſtat. vol. 4. & conſ. 28. nu. 5. vol. 4.* Fel. *in c. afferte, col. fin. verſ. & iſta adde. de præſumpt.* Matheſ. *ſing. 188.* Picus *in l. poſt contractum, nu. 28. ff. de donat.* Carrerius *in pract. fol. 205. nu. 37.* vbi ſcribit eſſe communem: quia adhuc hæc opinio, quæ magis communis viſa eſt Ant. Gabrielio *d. loco, poſt nu. 50. in fin. verſ. tenendo primam*, non habet locum, niſi tribus concurrentibus: primo, ini-
32 micitia capitali † inter offenſum, & mandantem; ſecundo, quod ſecrete ſit locutus; tertio, quod in continenti ſit ſecutum homicidium, ita declarat Raph. de Raymundis *in comment. in l. ſi rem. §. fin. ff. de pignor. credit.* Anan. *conſ. 59. col. 2. verſ. & eodem modo dico.* Ruin. *conſ. 6. col. 2. vol. 5.* & eſſe communem tradit Boſſ. *in tit. de mand. ad homicid. nu. 50.* qui præſupponit, omnino capitalem inimicitiam intercedere oportere inter patrem, vel dominum, vel inter filium, & eum, qui interfectus eſt, & ita etiam declarat Gabrielius *d. loco, nu. 55. verſ. ſecundo ſubdimus*, quem refert, & ſequitur Burſatus *in ſæpe dicta conſ. 20. poſt nu. 20. lib. 1.* Sed in caſu noſtro non adſunt illa verba: *Vade, & non reuertaris domum, donec audiero nouum de hoc negotio.* Ergo nullum erit indicium, nec etiam inimicitiæ capitales probatæ ſunt. Itaque præadductæ deciſiones in oppoſitum non obſtant inquiſito.

33 Præterea † ſecreta allocutio, & deinde ſubſecutio homicidii, & delicti, nullo modo facient indicium ad torturam contra mandantem, ſed requiruntur alia indicia vltra ſecretam allocutionem, vt ad torturam ſufficiant, vt cenſuit Fel. *in c. afferte, col. fin. verſ. ſtatur 12. de præſumpt.* & ita tenet Trigona *ſing. 41.* & Berous *q. 10.* & in ſpecie quod requiratur præcedentia inimicitiæ capitalis, voluit etiam Clarus *q. 89. verſ. ſed hic incidenter. in pract. crim.* cum vtique non præceſſerit capitalis inimicitia, ita quod concurrant alia indicia, ſequitur, quod non ſit locus torturæ ex prædicta ſecreta allocutione, & ſequentia deinde in continenti delicti.

34 Poſtremo minus obſtat diffamatio, quia † fama non facit ſufficiens indicium ad torturam, cum præcipue non eſt legitime probata cum ſuis circumſtantiis & requiſitis, vt elegantiſſime ſcribit Natta *conſ. 362. nu. 9. vol. 2.* vbi inquit, quod teſtes deponentes ſuper fama, habent dicere, quod communiter à maiore parte populi ſic dici audiuerint, & quod ita teneatur, item debent etiam non interrogati nominare aliquas perſonas, à quibus audiuerint illud dici, vt cognoſcatur, an fama originem ſumpſerit à grauibus & fide dignis, vel à leuibus & maleuolis perſonis, item debent exprimere cauſas, quibus talis fama inducta fuerit, vt cognoſcatur, an ſit probabilis fama, vel vana vox populi, cui non ſit credendum, ſequitur Ruinus *conſ. 158. nu. 5. & ſeq. lib. 5.* Gratus *conſ. 39. nu.* [illegible] *& conſ. 57. vol. 2.* Io. de Amicis *conſ. 9. conſ. 27. conſ. 52.* Clarus *q. 6. in pract. crim.* Celſus Hugo *conſ. 62. nu. 8. & 9.* Berous *conſ. 193. nu. 21. cum ſeq. vol. 4.* Gram. *conſ. 42. nu. 8. & 9. & vo. 034. nu. 14.* infinitos Modernos more ſuo adduci: Burſatus *conſ. ſæpius cit. 20. poſt nu. 20. lib. 1.* Sed huiuſmodi requiſita non adſunt in iſta diffamationis probatione; ſequitur itaque tam eſſe nullam. Præterea reſpondeo, etiam ex veriori & communiori Doctorum ſententia, quod fama ſola, & per ſe non faciat iudicium ad torturam, aliis non concurrentibus, vt poſt Clarum, Villalob. Carrerium & moderniores criminaliſtas conſulentes ſcribitur à Burſato *d. conſ. 20. nu. 32. vol. 1.* atteſtante eſſe communem. Vltimo loco reſpondeo, quod cum fuerit probata per teſtes inquiſiti contraria bona fama, huiuſmodi † probationes rei ſuper bona fa- 35
ma præferendas eſſe probationibus Fiſci de mala fama, ad innocentiam rei, & delicti excluſionem; ita in terminis tradit Anchar. *conſ. 253. inq. presbyteri. in fin. conſ. 169. incip. tribus de cauſis. col. fin.* Iaſon *conſ. 68. viſis depoſitionibus prope fin. lib. 3.* eleganter hoc ſcribit poſt eos Natta *conſ. 362. nu. 11. lib. 2.* Imo † ob probationem 36
illius bonæ famæ factam ad fauorem rei ita eneruantur, & tolluntur indicia, vt nullo modo poſſit procedi ad torturam, etiamſi contra inquiſitum præcederent, & ſimul concurrerent mala fama & indicia; ita Gram. *vot. 3. nu. 20. & conſ. crim. 15. ſub nu. 4. & 5.* Gandinus *in tit. de præſumpt. il. 1. nu. 15.* Clarus *q. 60. in pract. crim.* idem Viuius *d. opin. 925. nu. 9.* vbi allegat Petrum Calæfactum *conſ. 102. nu. 14.* & Hippol. de Rimialdis *conſ. 166. nu. 17. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1.* hanc eandem ſententiam firmiter tenentes. Sentio igitur ex prædictis, nulla eſſe indicia contra D. Io. Chriſtophorum, ad torturam laborantia, & ſi quæ eſſent, ea euacuata, & eliſa eſſe, ex præadductis, & ideo tanquam innocentem abſoluendum eſſe, iudicandum eſt. Et ſic confirmo ſententiam excellentiſſ. D. Viuii primi conſultoris.

LAVS D. O. M.

Pompeius de Leonardis Iuriſconſultus.

OPINIO LXXV.

SVMMARIA.

1 *Auus paternus an teneatur dotare neptem ex filio.*
2 *Dos data nepti per auum, cenſetur conſignata contemplatione neptis, niſi aliud probetur. Et an hæc dos ſit imputanda in legitimam neptis ex bonis ſui patris debitam.*

AVVS † paternus neptem ex filio diuite dotare 1
non tenetur; & ſic ſi neptis hæc haberet patrem diuitem, qui eam dotare poſſet, auus illi tunc dotem præſtare minime tenetur. ſecundum Bal. *in Auth. res quæ, nu. 12. C. communia de leg.* Iaſ. *in §. fuerat, nu. 109. Inſtit. de action.* Campegium *in tractat. de dote, q. 18.* Corasium *in l. qui liberos, nu. 105. ff. de ritu nupt.* Ruinum *conſ. 90. nu. 10. & ſeq. vol. 2.* Crauet. *conſ. 219. nu. 3.* Soc. ſen. *conſ. 33. col. fin. vol. 3.* Dec. *conſ. 66. in fin.* Aret. *conſ. 17. in 4. dubitatione.* Nattam *conſ. 362.* Sebaſtianus *nu. 5. vol. 2.* Alex. *nu. 19.* Iaſ. *nu. 26.* & Zaſ. *nu. 27. in l. 1. ff. ſol. matrim.* vbi etiam Soc. *n. 46.* Illuſtris D. Guliel. Pontanus præceptor meus, *nu. 49.* & Ripa *nu. 74.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

In contrariam vero partem, videlicet, quod auus paternus teneatur dotem præſtare nepti, etiam ſi neptis iſta haberet patrem diuitem, inclinauerunt Azo *in tit. quod cum eo, nu. 43.* Specul. *in tit. de iudic. § fin. quia, nu. 11.* Bald. *in Authen. ex teſtamento, nu. 15. C. de collat. & in l. fin. n. 14. C. de dot. promiſſ.* Ang. *in l. 2. per gloſ. nu. 4. C. de cuſtion.* Caccialupus *in l. frater à fratre, nu. 128. & ſeq. ff. de condict. indebiti.* Soc. *nu. 47. & ſeq.* Croc. *nu. 10. & ſeq.* & Soc. iun. *nu. 190.* [illegible] *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* vbi etiam Bulg. *nu. 4.* qui ait iſtorum opinionem communem eſſe, & ita conſuluit idem Soc. iun. [illegible] *conſ. 79. nu. 15. 37. 38. & 39. lib. 3.* Sed quicquid Doct. iſti [illegible]

con-

concludant, ob hoc in actu practico nunquam diſcederem à prima ſententia negatiua, quæ crebrior, & rationabilior, æquiorque apparet, prout dignoſcitur apertiſſime ex ſcriptis memoratorum Doctor. in locis præmiſſis, & ita hanc eandem partem firmauimus ſupra *in opinion. 47. alimenta tenentur, nu. 10.* Et dixit inuitis dentibus magis communem Socin. iun. *in d. conſ. 79. nu. 15.* & ab ea non fore tutum in iudicando recedere, fatetur Socin. ſen. *in d. conſ. 33.* & ſequitur etiam, & vtiliter declarat Vrſillus *in addit. Afflict. in deciſ. 179. nu. 2. cum alijs ſeq.*

2 Ideo aduerte, quod † vbicunque dos data eſſet nepti per auum, tunc cenſeretur conſignata contemplatione ipſius neptis, niſi aliud probaretur, & conſequenter in legitimam ei debitam in bonis eius patris, non veniret imputanda dos data ab ipſo auo, ſecundum Corn. *conſ. 34. col. 2. vol. 4.* vbi firmat iſtam eſſe communem opinionem, & refert Cranet. *conſ. 219. nu. 1.* & ita conſuluit doctiſſime Socin. iun. *in d. conſ. 79. nu. 1. & ſeq. 43. 46. & ſeq. 51. 67. & 73.* & huic opinioni inhærent etiam alij Doctores relati per Ripam *in l. in quartam, nu. 202. ff. ad legem Falcid.*

Com. opin.

Sed contrariam partem ſequutus eſt Cranet. *in d. conſ. 219. nu. 2.* cum alijs aggregatis per eum, vbi oſtendit, iſtam eſſe communem ſententiam, quam veriorem, & communiorem eſſe reor, & ſequendam in deciſiuis, & ſequitur quoque Ripa *in d. l. in quartam, nu. 204.* & Natta cum quadam vtili declaratione *in d. conſ. 362. nu. 5. & ſeq. & 22.*

Com. opin.

OPINIO LXXVI.

SVMMARIA.

1 *Solidus, & aureus in iure inter ſe æquiparantur, & ſolidus pro aureo accipitur.*

2 *Solidus Iuriſconſultorum, & Iuſtiniani fuerunt eiuſdem ponderis, & valoris.*

3 *Solidus vnde dicatur.*

4 *Aurei legales dicuntur, quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri.*

5 *Aurei taliter hodie diminuti apparent, quod nonaginta ſex requirantur ad conſtituendam libram auri.*

6 *Aurei centum, & ſeptem hodie ob eorum diminutionem conſtituunt libram auri.*

7 *Donatio vſque ad ſeptingentos aureos, & vltra valere poteſt abſque inſinuationis interuentu.*

8 *Libra argenti valet decem aureos.*

1 AVREVS, † & ſolidus in iure inter ſe æquiparantur, & hæc ſolidorum nominatio pro aureis accipitur, *l. quoties. Cod. de ſuſceptor. libr. 10.* vbi ait eſſe caſum Rogerius *in l. ſi pater, § final. ff. de donation.* nam ſecundum eum dicitur ibi, quod ſolidus legalis valet aureum, & hoc quippe non exprimit ille textus. Sed tamen, quod libra debet eſſe de ſeptuaginta duobus ſolidis, an vero illi ſolidi ſint aurei, textus non aperit aliter. Vnde certius, & melius probatur *in § final. Inſtitut. de pœna temer. litigant. iuncta lege penultim. in fin. ff. de in ius vocand.* ibique Gloſſ. & Iaſ. notant, & ea iura ita vnita ad hoc perpendit Aldobrandin. *in § ſed hoc iure, numer. 3. Inſtitut. de Attilian. tutor.* & idem firmat, & tenet Gloſſ. Bald. Salycet. *in leg. quicunque. Cod. de ſeruis fugitiu. & in leg. final.* & ibi Bald. & Caſtren. *Cod. communia. de legat.* Nicola. de Neapoli, & Faber *in § 1. Inſtitut. de donation.* & conſummatiſſimus in legali ſcientia D. Ioan. Anton. de Nigris *in cap. Regni, inc. 9. ad hoc, ſub numer. 10.* Doctiſſimus D. Carauita *in ritu 16. numer. 6.* Paris de Puteo *in tractat. de ludo, numer. 14.* Caccialupus *in tractat. de ludo, numer. 29.* Ripa *in leg. ſi conſtante, ſub numer. 28. ff. ſolut. matrimon.* Bertrand. *conſilio 160. viſo inſtrumento ſponſalium, numer. 3. volumin. 6.* Federicus Schenck *in tractat. de teſtibus, numer. 72.* Cagnolus *in leg. 1. numer. 103. ff. de offic. eius.* & Roland. à Valle *in tractat. de lucro dotis, quæſtion. 53. numer. 7. ſolio paruo 168.* 2 Et aureum † Iuriſconſultorum, cuius meminere *in leg. 1. § 1. & ſequen. ff. de ſepulch. violat.* & ſolidum Iuſtiniani eiuſdem valoris, ponderiſque fuiſſe nulli dubium eſt, ſecundum Gloſſ. Bartol. & alios *in dicta leg. quotiens.* Abb. & Felin. *in c. conquerente. de offic. ordin.* quorum opinionem inquit Couarruuias *in ſua practic. in titul. numiſmatum, c. 9. § 1. ſub numer. 1. ſolio paruo 203.* communem, & Petr. Plaza *in epitome cauſarum criminalium, libr. 1. cap. 2. numer. 4. cum alijs ſequentibus.* 3 Et ſolidi † inde appellati reperiuntur, vt arbitratur Budæus, quem citat Aldobrandin. *in loco præcitato,* quaſi iuſti & integri ponderis, ſeu, & forſan melius, ſecundum Gloſſ. *in leg. 1. Cod. de veter. numiſm. pot. libr. 11.* à ſoliditate, quia de ſolo auro fiunt. 4 Et iſti † dicuntur aurei legales, quorum ſeptuaginta duo conſtituunt libram auri, *dict. leg. quotiens.* ſecundum communem intellectum, not. Gloſſ. *in d. l. ſi pater, § fin. & in l. fin. ff. de in ius vocando.* & ibidem Iaſ. Gloſſ. *in § nos autem. Inſtitut. de Attilian. tutor.* Boer. *deciſion. 327. numer. 2.* Guid. Pap. *ſingul. 328.* & Canar. *in tractat. de inſinuatione, in ſecunda parte, quæſtion. 91. columna fin.*

Com. opin.

5 Merito ex hoc † infertur ad vnum valde vtile, quod cum hodie aurei, quibus vtimur, vt Veneti, Florentini, & alij id genus, diminuti reperiantur, & minoris ponderis circumferantur, adeo, quod nonaginta ſex aurei requirantur ad conſtituendam libram auri, ſecundum Boer. poſt alios quamplures relatos per eum *in d. deciſion. 327. nu. 2.* & D. Carauitam *in d. ritu 16. nu. 7.* Caccialupum *in d. tractat. de ludo, ſub nu. 29.* & Cagnol. *in d. l. 1. nu. 104. ff. de offic. eius.* 6 Imo centum † & ſeptem aurei hodie conſtituunt libram, ſecundum Rolan. *in d. quæſt. 53. nu. 10.*

7 Colligitur itaque, † ſeu ſequitur ex præfatis vtiliter donationem, vſque ad ſeptingentos aureos, & vltra, valere poſſe ſine inſinuationis interuentu, & ſic in maiori ſumma aureorum nunc decurrentium, ita Caſtren. *in d. l. fin. C. communia. de legat. in princ.* Iaſ. *in d. l. fin. ff. de in ius vocan.* Dec. *conſ. 239. nu. 2. & conſ. 432. nu. 15.* Socin. *conſ. 48. colum. fin. volum. 1.* Socin. iun. *conſ. 118. num. 10. volum. 2.* & Bellonus *conſ. 4. column. penultim. & ſequen.* & Iul. Clar. *in § donatio. quæſt. 15. in princip.* Imo Socin. *in dict. conſil. 48.* Iaſ. *in l. 2. § ex his, ff. de verborum obligat.* & Felin. *in cap. conquerente, de officio ordin.* relati per Alciat. *in l. hac renunciatio, ff. de verborum ſignificat.* tenent, quod donatio ipſa valeat vltra octingentos aureos, & ita obtinuiſſe fatetur Iaſ. vbi ſupra, & ſequitur, aitq; hoc veriſſimum fore Roland. *in d. quæſtion 53. numer. 8. & ſequent.* & ita interpretatur communis opinio, vt inquit Bellonus *conſil. 74. numer. 22.* Imo Petr. Duenas *in regul. 274. limitation. 19. in fin.* dicit, quod hodie valeat etiam vltra mille aureos. 8 Sed libra argenti, aduerte, † quod valeat decem aureos, *l. 1.* & ibi Doctores, *Cod. de auri & argenti illat. libr. 10.* Boerius *in dict. deciſion. 327. numero prime.* Guid. Pap. *in dict. ſing. 328. in fin.* & Carauita *in dicto ritu decimo ſexto, num. 8.*

OPINIO LXXVII.

SVMMARIA.

1 *Attentata, & innouata appellatione pendente ante omnia reuocari debent per iudicem ad quem. n. 2.*

3 *Attentata, vel innouata, pendente appellatione, à partibus, vel à Iudice à quo, debent ante omnia ab eodem reuocari.*

4 Attentata non ſolum poſt appellationem interpoſitam, verum etiam attentata ante appellationem, & poſt ſententiam, intra tamen tempus conceſſum ad appellandum, ſunt nulla, & vt nulla, & inualida reuocari debent, in cauſis ciuilibus, non autem criminalibus.

5 Collatio facta intra tempus datum ad appellandum, ſi potuit appellari, licet poſtea non appelletur, eſt nulla.

6 Sententia capitalis exequi poteſt per Iudicem contra condemnatum intra decem dies ad appellandum conceſſos, ſi appellatum non ſit per ipſum condemnatum.

7 Bannitus intra tempus datum ad appellandum non poteſt impune occidi.

8 Attentata reuocanda ſunt etiam deſerta cauſa appellationis, ordinarie tamen, & dato libello.

9 Attentata an reuocari debeant, etiamſi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in negotio principali. & nu. 10. 11.

12 Attentata ſunt in totum purganda, nec ſufficit cedere, & deponere cum oblatione, ſed ſunt liquidanda, & reſtituenda vſque ad minimum obolum nu. 13.

14 Attentata, appellatione pendente, non ſolum reuocantur quoad poſſeſſionem, ſed etiam quoad fructus interim perceptos, quos attentans deferre debet ad dominum eum, contra quem fuit attentatum. nu. 15.

16 Attentata facta circa acceſſoria, etiam reuocanda.

17 Attentans condemnari debet in expenſas, quamuis reuocentur attentata ex officio.

18 Attentata reuocare poteſt Iudex, etiamſi de intereſſe particulariter non conſtaret.

19 Attentatorum in cauſa procedi poteſt etiam ſine alia commiſſione, ſi committatur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, & incidentibus.

20 Attentantes in Regno Neapolitano per literas poenales coerceri ſolent.

21 Iudex poſtquam ſemel pronunciauit, ſiue male, ſiue bene, functus eſt officio ſuo.

22 Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem inferioris Iudicis.

23 Appellationis remedio extinguitur iudicatum.

24 Attentatorum reuocatio non exigit terminorum obſeruationem, nec libellum, nec litis conteſtationem.

25 Appellantes ad Curiam Romanam quid facere debeant, vt inhibitionem obtineant. Et quid in Regno Neapolitano moris nu. 26.

27 Contra commiſſionem attentatorum non iterum citatur abſens, ſed procurator ſaltem.

28 Attentata etiam per alterum poſt commiſſionem per eum impetratam ſunt reuocanda, & hoc fortius procedit in actore, quam in reo.

29 Attentati remedium an competat etiam contra tertium, qui in re attentata ſucceſſit mediante titulo, & bona fide.

30 Attentata, etiam nullitate pendente, reuocari debent.

31 Attentata non veniunt reuocanda ante omnia in caſibus, in quibus appellatio non admittitur.

32 Clauſula, appellatione remota, facit, vt non poſſint poſtea reuocari tanquam attentata, ſi appellatio eſt friuola.

33 Attentata cauſat qualibet inhibitio ſpreta Rota Romana.

34 Attentata quid dicatur.

35 Attentata dicantur reſignatarius colitigantis, poſſeſſionem capiens ex titulo vel apoſtolica.

36 Attentata dicitur poſſeſſio capta vigore ſententiæ, à qua appellatum eſt, & ſequeſtranda venit.

37 Attentatum, ſi poſt tres ſententias, ex quacunque commiſſione, quamuis parti, non autem Iudici inhibitum ſit, aliquid poſtea fiat.

38 Attentata per non procuratorem, debent reuocari ſtatim, atque de eis habuerit notitiam Principalis.

39 Attentata parte etiam inhibita, attentata per aſſertum procuratorem.

40 Attentata non dicitur poſſeſſio capta vigore brachii ſecularis, pendente lite, ſuper reſtitutione in integrum gratioſa.

41 Iudex, a quo, prætendens cauſam deſertam, & tres conformes ſententias adeſſe, ſi exequatur, pendente appellatione, ſuam ſententiam, an cenſeatur attentaſſe. & nu. 47.

42 Appellationis fatalia à quo die incipiant currere, an à die appellationis vel præſentata commiſſionis. Et quid ſi Appellans non impetrauerit commiſſionem in tempore, fecerit tamen omnem diligentiam cum proteſtatione, an per hoc tuetur appellationis deſertio. nu. 43. 44. 45.

46 Appellans an interueniente iuſto impedimento, excuſetur à deſertione appellationis. Et ex euerſo, prætextu deſertionis à Iudice à quo facta, ſit, veluti attentatum, reuocanda. nu. per. 47. 48. & 51. 60. 61.

49 Appellatione deſerta, an poſſit à Iudice à quo procedi ad executionem appellante mandato, & non pronunciato ſuper deſertione nu. 50. & 51.

52 Reparatio deſertionis concedi poteſt ob legitimum impedimentum.

53 Inopia quando excuſet à deſertione, & impediat curſum fatalium.

54 Executio ante deſertionem appellationis facta, an veluti attentatum reuocari poſſit, etiamſi poſt executionem ſecuta fuerit deſertio; an vero attentata per deſertionem appellationis conualeſcant, nu. 55.

56 Attentata vt reuocari poſſint, ob deſertionem appellationis, notorie de deſertione ex actis conſtare debet. Et qua via talis reuocatio fieri debeat, an ordinaria, vel priuilegiata nu. 57.

58 Sententia lata in cauſa principali, omiſſo punctio attentatorum, an & quando valeat.

59 Princeps vt reſcribere poſſit contra rem iudicatam, & reparare deſertionem appellationis, quid requiratur.

62 Clauſula, appellatione remota, in commiſſione poſita, an operetur, vt geſta à Iudice à quo, appellatione pendente, velut attentata reuocari non poſſint. & nu. 64. 65. 66. 67. & multa de dicta clauſula nu. 68. 69. 70. 71. Et quod ſi talis clauſula vtcumque ſalte in commiſſioni, vtpote referenti ſe ad aliam commiſſionem, talem clauſulam continentem, ineſſet. nu. 63.

68 Appellatione per legem vel ſtatutum ſublata, non cenſetur ſublata, ſi quis manifeſte grauetur.

72 Appellatio poſt tres ſententias conformes, an, & quando admittatur. Et an impediat executionem, & geſta à Iudice poſt talem appellationem, velut attentata ſint reuocanda. & nu. 73. 74. Et quæ dicantur ſententiæ conformes. nu. 75.

76 Cauſa commiſſa cum clauſula, ex certa ſcientia, an virtute talis clauſulæ poſt tres conformes ſententias admittenda ſit appellatio.

77 Expenſæ factæ in cauſa attentatorum, an, & quando debeantur.

78 Clauſula, remota appellatione, an tollat facultatem dicendi de nullitate, & reuiſionem. nu. 79.

ATTENTATA, & innouata pendente appellatione ante omnia reuocanda ſunt, l. ſigillo, & leg. minime, Cod. de appellation. & leg. 1. ff. nil nouari

uari appel.penden.& c.bona memoria, & c.an ſit.de app.&
Cōis opin. hæc regula videtur communis vtriuſque iuris, atte-
ſtante Dec.*conſ.200.in caſu propoſito agam paucis, ſub nu.*
1.& Franciſco Herculano *in tract. de attentatis appella-*
tione pendente, cap.30. nu.1. & omnium latiſſime D.
meo Roberto Lancellotto *in ſuo fertili tract. de atten-*
tatis, & innouatis, in 2.par.cap.12.de attent.appellat.pen-
den.nu.78.cum aliis ſeq. qui licet hunc citauerit locum,
tamen (diuino afflante ſpiritu) tanquam fons legum
vberrimus exornauit ita mirabiliter præſentem re-
gulam, vt quilibet eius ſitim in ea facile explere
2 queat. Item † attentata pendente appellatione ſunt
omnino reuocanda per Iudicem ad quem, ſecun-
dum Ioan. And. Gemin. *nu.4.* Franc. *nu.2.* & alios
Cōis opin. communiter *in c. non ſolum. per text. ibi, de app. lib.6.* &
D. Robertum Lancell. *in d.tract.de attent. & inn. in 3.*
par.cap.27.de Iudice, & per quem attentata reuocantur,
nu.34.cum aliis ſeq. qui etſi ibi fœcunde atteſtetur de
communi opinione, allegetque benigne hunc eun-
dem locum, nihilominus ipſam communem ſimili-
ter ex propria officina, & ex ſudore vultus ſui vtiliter
3 in praxi declarat, & interpretatur. Imo † Iudex à
quo, poteſt reuocare etiam, quæ ab eodem, vel à par-
tibus nouata fuerunt appellatione pendente, text. eſt
in c. cum teneamur. de appellat. vbi Præpoſ. & Dec. *in c.*
ſolicitudinem, eod.titul.

4 Item † ampliatur etiam ſecundo præmiſſa regula,
vt non modo reuocanda veniant ante omnia atten-
tata, poſt appellationem interpoſitam, ſed etiam in-
nouata ante appellationem, & poſt ſententiam, in-
tra tamen tempus datum, ad appellandum, text. eſt
in d.c.non ſolum. quem celebrat Franc. & cæteri omnes
ibi, & ait eſſe incognitum Legiſtis, Corſet. *in ſingul. in*
ver.appellatio, in princ. idemque probat text. *in l.& poſt.*
ff.de tranſaction. Gloſſ. *in l.ex iudiciorum.ff.de accuſation.*
in ver. ſequenta. quam dixerunt ſingularem Bald. *in c.*
quærenti. de offic.deleg. Caſtren. *in l.eius qui.§.ſi cui.& l.*
ſequenti.ff.de teſtamen. & Alexan. *in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de*
Cōis opin. *acquiren.poſſeſ.* vbi eam atteſtatur eſſe cunctis Docto-
rum ſuffragiis receptam, prout hoc idem in medium
expoſuit vbertim D. Robertus Lancellottus *in d.*
tract.de att. & inn. in 2.part.cap.11. de attentat. penden.
tempore ad appell.n.14. cum cæteris ſeq. vbi ſimiliter alle-
gat præſentem locum munifice more ſuo, & illam-
met communem illuſtrare conatur rationibus, &
authoritatibus. Et hoc non caret ratione; cum at-
tentata, pendente tempore ad appellandum, ſint
nulla, *d.c.non ſolum & l.1.* & ibi not. Bartol. *uel noua.ap-*
pellat.penden. & Dec *in l.1.in princip. C.de bon.poſſeſ.ſec.*
tabul. etiamſi iudicialiter, & Iudicis authoritate at-
tentata fuerint, vt aſſeruerunt plures Doctor. quos
refert Dec. *conſ.200.circa princip.* & viam attentati ex-
ponit, id eſt, nullitatis, Abb. *in c.bona, nu.9. de appell.*
5 Imo † etiam collatio facta intra tempus datum ad
appellandum, & ſic intra decem dies poſt ſententiam
priuatoriam, ſi potuit appellari, licet poſtea non ap-
pellatum ſit, eſt nulla, ita Ioan. Paul. *deciſion.78.* &
Moheda. *deciſion.150.* & Anton. Auguſt. *deciſion.3.&*
166.

6 Et hoc remedium † attentatorum poteſt deduci,
etiam per viam exceptionis, & replicationis, Philip.
Franc. *in capit.dilecti, numer.9. de appellation.* Sed hoc
habet locum in cauſis ciuilibus, ſecus vero in crimi-
nalibus. nam infra decem dies conceſſos ad appel-
landum exequi ſententia capitalis per Iudicem con-
tra reum condemnatum poteſt, quando appellatum
non eſt per ipſum reum, ſecundum Bartolum *in leg.*
non tantum ff.de appellation. & Gulielm. de Cun. Petr.
& Bald. *in leg. addictos, Cod.de epiſcop.audien.* vbi Ca-
ſtrenſ. ait ita ſeruari de conſuetudine, & apertius poſt
alios ſignatos per eum præſtantiſſimus Dominus
Follet. *in practic. criminal. in ver. panis debitis feriantur,*
num.5.

Et idem † videtur ſentire in bannito, videlicet, 7
quod impune infra tempus datum ad appellandum
interfici minime poſſit, Specul. *in titul. de exequution.*
ſententiæ. Roman. Socin. & Iaſ. *in leg.3.§.ſi ſeruus.ff.de*
acquirend.poſſeſſ. Bartol. & Bald. *in leg. addictos. Cod.de*
appellation. & Marcus Anton. Blancus *in practic. cri-*
min. in rubric. incipien. ignorantia an excuſet à delicto, nu-
mer.108.& 111.cum aliis ſequentib. poſt alios congeſtos
per eum, vbi recitat iſtam opinionem eſſe magis
communem, & magis veram, & Dominus Lancel- Cōis opin.
lottus etiam *in dict. cap.11.numer.21.* qui dum alioquin
ibi allegaſſet locum hunc tanquam corruptum, &
deprauatum, & hæc deprauatio eius ſpiritum turbaſ-
ſet, vt ceſſaret eius admiratio, huic errori potius alie-
no, quam meo obuiare decreui; & addidi negati-
uam, quæ incurioſe tempore impreſſionis fuerat
prætermiſſa.

Tertio ampliatur, quod † attentata reuocanda 8
ſunt, etiam deſerta cauſa appellationis, ordinarie ta-
men, & dato libello, ſecundum Doct. *in c. cum venſſ-*
ſet. Francum *in d.c. non ſolum, & in c. ſæpe. de appel. in 6.*
Lapum *in allegation.1.* & Rotam *deciſion.130. in nouis.* &
Petrum de Benintendis *deciſion.40.nu.3.* vbi prædicat
iſtam eſſe communem opinionem, atq; refert alios Cōis
contrariæ opinionis authores. opin.

Et huic opinioni contra communem, videlicet;
quod appellatione deſerta non dicatur attentari, ac-
cedit etiam Card. Puteus *deciſ.1. tit. vt lite pendente ni-*
hil innouetur, & in deciſ.2. de appell. vbi conſtanter fir-
mare videtur, quod deſerta appellatione quis non
attentet ingrediendo poſſeſſionem, ſed videatur
nulliter agere, cęterum in regno ſemper in praxi me-
rito vidi obſeruari communem prememoratam tan-
quam veriſſimam, & ſacroſanctiſſimam.

Quarto ampliatur, quod † attentatorum reuoca- 9
tio fieri debeat, etiamſi obiiciatur appellanti noto-
rius defectus iuris in negotio principali, etiam in
cauſa quæ ſuper beneficio tractatur, ſecundum Ant.
& Francum *in 7.differ.in d.c.bona memoria.* & Dec. *in c.*
ex parte, il 2.col.fin.de reſcrip. per text. *in c.ſi conſtiterit, de*
accuſat. Vnde † eadem ratione, imo fortiori idem 10
concludunt, atque firmant Scriben. omnes in rebus
profanis, & temporalibus, vt ſcribit Alex. *conſ.99.vol.*
5.nu.9. vbi Apoſtilla meminit iſtam fore communem Cōis
opinionem, & diligentiſſimus D. Vrtillus cumulatiſ- opin.
ſime etiam *in add. Afflict. in deciſ.98.nu.3.* vbi hoc vtiliter
ampliat.

In contrariam vero partem inclinauit Afflict. poſt
alios aggregatos per eum *in d.deciſ.98. ſub n.6. & in de-*
ciſ.352.quidam Carbicernix, ſub nu.5. quam quippe tan-
quam tutiorem in deciſiuis amplecti ſemper non e-
rubeſcerem. Quia licet aliter de iure ſtatutum ſit, vt
oſtenſum eſt ex communi opinione antedicta, nihi-
lominus ſacrum regium conſilium Neap. recogno-
ſcens quandoq; manifeſtiſſimas calumnias, atq; in-
iuſtitias poſtulantium ipſorum attentatorum reuo-
cationem, fretum regia poteſtate reuocare non ſo-
let in præſenti caſu attentata ipſa, prout euenerat in
caſibus *d. deciſ.98.& 352.* Sed vbi hic tractaretur † ſu- 11
per eccleſiaſtico beneficio, contrarium ſimiliter te-
nuere Rota *deciſ.55. in nouis, & deciſ.14.& deciſ.348. in*
antiquis. Oldrad. *conſ.1.* Imol. *in d.c.bona memoria, col.3.*
& videtur verior opinio contra primam ſententiam
Ant. & ſequacium ſuperius relatam. Cum benefi-
cium eccleſiaſticum poſſideri nequeat ſine canonica
F 2 colla-

collatione, & neceſſarium ſit aliquo colore ſaltem canonici tituli poſſeſſionem iuſtificare, in ata Gloſſ. illam celebratiſſimam *in clem. vnic. de cauſ. poſſ. & prop.*

12 Quinto ampliatur etiam † antedicta regula, quod attentata veniant in totum reuocanda, & purganda, nec ſufficiat cedere, & deponere cum oblatione, ſed ſunt neceſſario liquidanda, ita Ant. Auguſt. *deciſ. 3. &*
13 *907.* Imo hoc in tantum procedit, † vt attentata ipſa imprimis, & ante omnia reuocanda, atque purganda ſimiliter veniant, etiam vſque ad minimum obolum, antequam progrediatur ad rei iudicatę anterioris in ſpolio executionem, ſecundum Rotam *deciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. poſt medium.* & Ripam *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 50. ff. de acquir. poſſ.* per textum expreſſum *in c. non ſolum, de appellat. lib. 6.* vbi diſponitur, quod innouata ita penitus reuocari debeant, vt nihil inde impurgatum remaneat. Et hinc eſt, quod ap-
14 pellatione † pendente, innouatio facta non ſolum retractetur, atque reuocetur quoad poſſeſſionem, ſed etiam quoad fructus interim perceptos, *c. bonæ memoriæ.* & ibi Doct. & præſertim Bald. Card. & Philip. *de appel.* Franciſ. Hercul. *in tract. de att. appellatione pendente. in tit. de att. reuoc. cap. 30. nu. 12. & aliis ſeq.* & D. Robert. Lancell. *in d. tract. de att. in 3. par. cap. 31. de pœnis att. nu. 20. cum cæteris ſeq.* vbi ponit hoc pro regula cum aliquibus vtiliſſimis ampliationibus, & limita-
15 tionibus. Et attentans ipſe poſt † reuocationem attentatorum ad fructus prædictos ita duriter tenetur, quod impenſis propriis, fructus perceptos per eum deferre obnoxius ſit ad domum illius, contra quem fuerit attentatum, ita Bal. firmat eleganter *in d. c. bonæ memoriæ* & ibi etiam Franc. & Ruin. *conſ. 75.*
16 *num. 4. vol. 5.* Nec non innouatio facta † circa acceſſoria, ſimiliter retractatur, cum appellatio ſuſpendat negotium principale, & acceſſorium, *c. dilect.* & ibi Philip. & alii omnes *de appell.* & Rota *deciſ. 363. ex hoc inſurrexit.*

17 Sexto amplificatur eadem † communis regula, vt attentans condemnari debeat etiam in expenſis, etſi reuocentur attentata ex officio, ita Rota *deciſ. 1. alias 13. ſi Iudex vt lit. penden. in nouis.* Lancellot. *in d. c. 31. num. 112. & ſeq.* & Creſcen. *deciſ. 180* Siquidem ex mero offi-
18 cio ſuo † Iudex poteſt attentata reuocare, etiamſi de intereſſe partis, reuocationem petentis, aliter non conſtaret, ſecundum Rotam *deciſ. 4. vt lite penden. in nouis, & deciſ. 5. in antiquis, eod. tit.* & Caſſad. *deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.*

19 Septimo ampliatur itidem † regula prememorata, vt in cauſa etiam attentatorum procedi queat ſine alia commiſſione, ſi committatur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, & incidentibus, ita Mohedan. *deciſ. 100.*

20 Sed in Regno Neap. mos eſt iuri † conſentaneus, in quo conceduntur literæ inhibitoriales, cum expreſſo pœnali mandato contra Iudices à quibus, & partibus attentantibus reducendi omnia innouata, & attentata appellatione pendente, ad priſtinum ſtatum ſuum, & ſic mediantibus ipſis literis impetratis inhibitorialibus in ſacro regio concilio, in regia Camera Summariæ, in magna Curia Vicariæ, & in omnibus prouinciarum ipſius regni regiis Audientiis, imprimis, & ante omnia abſque ſcrupulo aliquo vtcunque innouata, poſt interpoſitam appellationem, ſeu infra tempus ad appellandum ſtatutum à iure reuocantur, reducunturque ad priſtinum, & optime quidem agunt Iudices appellationis, quorum maieſtas attentando fuiſſet offenſa, ita exequi, & prouidere per text. *in c. ſolicitudinem, circa medium, ibi, nam ad officium eius, extra de appellat.* Nam Iudex poſtquam ſemel † pronuntiauit, ſiue male, ſiue bene, functus 21
eſt officio ſuo, *l. Iudex poſtquam, ff. de re iudicata.* Ex eo ipſo, quod † ad ſuperiorem Iudicem quis appellat, iu- 22
riſdictio, nempe inferioris, ſuſpenditur & ſilet, *c. venientes, de iureiuran.* & notat Lapus *allegation. 2. ſub nu. 1.* & Franc. *in c. ſi à iudice poſt prin. de appellat. libr. 6.* Et eo magis cum ipſa appellatio in omnibus eximat appellantem, ſecundum Rotam *deciſion. 15. in antiquis, titul. de appellat.* Et ſic ſuſpenſa, & ligata iuriſdictione Iudicis à quo, per appellationem *c. dilectos filios, de reſcript.* vbi Butr. *in 1. notab.* appellatione pendente nihil poteſt per eum innouari, & interim tenetur ab executione ſuperſedere, *l. 1.* vbi Gloſſ. & Bar. *ff. nil noua. pendent. appellation.* & Iaſ. *conſil. 187. column. 7. volumin. 2.* Imo appellationis † remedio extinguitur pronun- 23
tiatum, *l. 1. in fin. ff. ad Turpill. 2. ff. de pœn. contr. & l. furti. ff. de his qui not. infam.* quia ſuſpenditur, vt ſupra concluſum extat. & quod appellatio de iure ciuili extinguat, de iure vero canonico ſuſpendat pronuntiatũ, fœcunde diſcurrit intelligentiſſimus D. Quintil. Mandoſ. *in tract. commiſſion. in commiſ. 20. q. 3.* Vnde merito † tunc nulla erit terminorum obſeruatio ne- 24
ceſſaria, cum non requiratur modo aliquo libellus, nec litis conteſtatio in ipſa reuocatione attentatorum, ſecundum Bal. *col. 2.* & Sal. *col. 3. in l. appellatione, C. de appell.* Gl. *in clem. 2. in prin. vt lit. pend. & in rub. ff. de in integ. reſtit.* Franc. *in d. c. dilectis; col. 2. de appell.* & Ioan. And. & alios communiter omnes *in c. cum teneamur. de appell.* Com. opin.

Et licet in Curia † Romana non ſoleant concedi 25
literæ inhibitoriales, niſi eidem conſtaret per exhibitionem ſententiæ, & appellationis, eſſe appellationem ipſam ad ſe deuolutam, atteſtante Rota *in deciſ. 11. fuit dubitatum in nouis.* & Ioan. And. *in c. Romana. §. ſi vero. de appel. in 6.* dum ibi aſſeuerat cautos appellãtes ſolitos eſſe ferre ſecum ſententiam, & appellationem, quas oſtendunt Iudici ad quem, vt appellationem ad eum deuolutam fore conſtet. Tamen † in re- 26
gno Neapolit. in regiis tribunalibus concedi conſueuere literæ ipſæ inhibitoriales in forma à ſententiis diffinitiuis ad ſimplicem nutum partis ſuccumbentis, non aliter per eam producta ſententia, & appellatione.

Octauo † ampliatur quoque regula prædicta, vt 27
nec contra commiſſionem attentatorum veniat iterum citandus abſens, ſed ſolummodo procurator, vt per Card. Puteum *deciſ. 43. de iud. & deciſ. 20. vt lit. penden. nihil innouetur, & de attentatis.* Et poſſet procedi etiam per contradictas, vt per eundem ibi.

Nono extendit † vires ſuas regula prælibata, vt at- 28
tentata etiam per actorem poſt commiſſionem per eum impetratam veniant reuocanda, vt *in clemen. 2. vt lite pendente.* & hoc fortius in actore, quam in reo locum obtineret, prout ita deciſum extitit in Rota *deciſ. 75. in nouis.*

Decimo † ampliatur etiam, vt attentati via ſimili- 29
ter competat contra tertium, qui in re attentata ſucceſſit, vt explicant, & firmant Franc. & alii omnes *in c. vt teneamur.* & Dec. & cæteri *in c. bona, de appel.* & ſic appellatione pendente, facta innouatio reuocari debet, etiam per remedium attentati contra tertium poſſeſſorem in rem habentem titulum, & bonam fidem, *c. ex parte. de reſt.* quod vtique procedit, locumque obtinet, etiamſi ſucceſſor non habuerit cauſam à Iudice, vel à partibus innouantibus, vt ibi ſingulariter notatur.

Poſtremo † ampliatur memorata regula, vt atten- 30
tata nullitate pendente reuocari ſimiliter debeant, ſecundum Abb. *in c. accedens, vt lite conteſt.* Bar. *in l. 1.*

col. 3.

col.3. C. quando prouoc. non eſt neceſ. Bal. *in Auth. quæ ſupplicatio, in ver. iuxta hoc format, C. de precib. Imper. offer. & in l.3. col. fin. C. de ap.* & Card. *per textum ibi in clemen. 1. §. fin. de ſequeſtr. poſſ.* & Innoc. & Imol. *in c. ex inſinuatione, extra de procurat.* Salyc. *in l.1. C. ne liceat tertio prouocare.* Paul. de Caſtr. & Alex. *in l.4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Couarr. *in ſua pract. cap. 24. num. 6.* & Afflict. *deciſ. 98. pulchrum eſt dubium, num. 4.* Et licet aliqui Dd. videantur inclinare in contrarium partem, tamen eorum opiniones videtur ad facilem conſonantiam, & concordiam, fœdere diſtinctionis, reducere Franciſ. Hercul. *in d. tract. de attentat. appellat. penden. cap. 30. nu. 48.*

Alias vero ampliationes *circiter 219.* ad eandem regulam vtiliter tradit Franciſ. Hercul. *in d. tract. de att. appell. pend. cap. 30. à nu. 3. vſque ad num. 219. & 21.* alias fallentias facunde diſcurrit, & reſoluit D. Rob. Lancell. *in d. tract. de attentatis, in 2. par. cap. 12. in ampliat. cum alijs ſeq.*

31 Cæterum limitatur † regula prædicta ita ampliata primo non procedere, vt attentata, & innouata reuocanda non ſint ante omnia in caſibus illis, in quibus appellatio iure non eſt admittenda, vt voluit Gloſſ. communiter approbata *in d. c. non ſolum. in ver. caſibus.* Innoc. *in c. paſtoralis, nu. 3. de off. deleg.* Bald. *in c. ſanctimus, col. 2. quo tempor. miles, in vſibus feudorum.* & Petrus Duennas *in regul. 42. appellatione pendente, nu. 10.* vbi ipſam communem limitat, atque declarat, ac prælibatam regulam limitat quoque Corſetus *in ſingul. incip. appellatio, el primo, num. 7. caſibus.* & Socin. *in reg. 21. & in 23.* alijs caſibus limitat Duen. *in d. reg. 42. per totam.* atque limitat etiam 53. alijs modis D. Robertus Lancell. *in d. 2. par. cap. 12. limit. 1. cum cæt. ſequen. & in 238. limitat.* poſtremo Franciſ. Hercul. *in d. tract. de attentat. appellat. pendent. cap. 31. nu. 1. cum alijs omnib. ſequen.*

32 Secundo † claudicat etiam eadem prælibata regula, vbicunque in commiſſione Iudicis per principem foret appoſita clauſula procedendi appellatione remota, tunc clauſula hæc facit, operaturque vt non poſſint geſta poſtea reuocari tanquam attentata, ſi appellatio friuola ſit, ita Ant. Auguſt. *deciſ. 3. & 109.* & Bellamer. *deciſ. 18. & in c. paſtoralis, nu. 6. de appel.*

Sed aduerte, ne ignorentur principia, ſeu veri, neceſſariique termini præſentis regulæ, quod hic ponendi, annectendique neceſſario veniant aliqui caſus, in quibus quis attentare, vel non attentare dica-
33 tur. Et primo nota, quod † quælibet inhibitio Rotæ Romanæ ſpreta, cauſet attentata, ſecundum Fab. *de-*
34 *ciſ. 53.* Secundo, lite † pendente is dicitur innouare, & attentare, qui ſua poſſeſſione alio modo, quam antea vtendo, facit aliquid illicitum, vel doloſum in præiudicium partis; Gloſſ. eſt, cum qua Canoniſtæ o-
Cõis opin. mnes vnanimiter, & concorditer pertranſeunt, *in c. non ſolum, de appellat. in 6.*

35 Tertio non me præterit, † quod Reſignatarius colitigantis, poſſeſſionem capiens ex titulo non apoſtolico, videtur attentare, ita Ant. Auguſt. *deciſ. 143. & 781.* ſed ſurrogatus gratioſe non attentat modo aliquo, vt efficax huius veritatis teſtimonium eſt Mohed. *deciſ. 292. & 327.*

36 Quarto, poſſeſſio † capta vigore ſententiæ, à qua appellatum extat, dicitur attentata, & venit ſequeſtranda, teſte Ant. Auguſt. *deciſ. 1. & 9.*

37 Quinto, ſi † poſt tres ſententias ex quacunque commiſſione quamuis parti, non autem Iudici inhibitum ſit, tamen ſi quid poſtea fiat attentatur, ita Ant. Auguſt. *deciſ. 3. & 377.* & Card. Puteus *deciſ. 2. tit. vt lite pendente nihil innouetur, & de att.*

Sexto, attentata † per non procuratorem debent 38
reuocari, quam primum de eis habuerit notitiam
principalis, ſecundum Card. Put. *deciſ. 6. vt lite penden-*
te nihil innouetur, & de att. & Peregrin. *deciſ. 91.* Imo, et-
iam inhibitio, † attentata per aſſertum procurato- 39
rem inducit, & cauſat attentata, vt per Card. Put. *de-*
ciſ. 25. vt lite pend. nihil innouetur, & de att. & Ant. Au-
guſt. *deciſ. 3. & 309.*

Septimo † aduerte etiam, quod poſſeſſio capta vi- 40
gore brachii ſecularis pendente lite ſuper reſtitutio-
ne in integrum gratioſa, non dicatur attentata, Ant.
Auguſt. *deciſ. 3. & 738.*

Quod vero ad negotium attentatorum † in cauſa, 41
de qua agitur, quia conſtet, appellatione interpoſita
pro parte Cæſaris Perinelli, ſecundum Iudicem, prætendentem
præſentem cauſam deſertam, ac tres conformes
ſententias adeſſe contra Vincentium Vrſellum,
relaxauit mandatum de immittendo in poſſeſſionem,
ad fauorem aduerſarii, illudque executioni demandauit.
itaq; videndum eſt, nunquid attentauerit,
ita vt hoc velut attentatum inprimis & ante omnia
ſit reuocandum. & breuiter expediteq; opinor,
quod prædictus Iudex attentauerit. primo, quia
quamuis regulariter appellatio ob lapſum fatalium
dicatur deſerta, *l. fin. & tot. tit. C. de tempor. appell.* & notant
Scribentes *in c. cum ſit Romana, & in c. ex ratione,
de appell.* Veſtrius *in pract. Romana Curia, lib. 7. cap. vlt. n.
8.* Roder. Suarez *in l. 2. tit. de los emplazamentos foro legum,
ſub n. 10. & ſeq.* Nihilominus † tamen, quando ſu- 42
mus in Curia, currit tempus à die appellationis, non
autem à die præſentatæ commiſſionis, & ſi labatur
tempus à die appellationis, quamuis non à die commiſſionis,
appellatio intelligitur deſerta, per textum
in clem. ſicut. & ibi notatur per Scribentes, *de appellat.*
& voluit Proſper Caraualta *in ritu magna Curia 169. nu.
8.* & demum matura deliberatione habita ita concluſit
Rota Romana *in vna Burgen. præſtimon. 15. Maii
1564.* coram D. Aldobrandino, quod etiam dictum
extitit coram eodem fuiſſe alias deciſum in vna Oneten.
coram D. Ptolomæo, ſicuti extat *deciſ. Putei 10.
incip. tempus, ſub rub. de appellat. & deciſ. 131. & deciſ. 134.*
quapropter cum nos ſimus in partibus, & conſtet,
veriſimiliter non potuiſſe Cæſarem ipſum citius
procurare cauſam committendam, ſtante quod ſemel
commiſſo fecerat in tempore, & ab aduerſario
extiterit commiſſio impedita, ſine dubio venit excuſandus.
Secundo, etſi † appellans non commiſerit 43
cauſam in tempore, fecerit tamen intra hoc tempus
diligentiam, vt cauſa committeretur, ſufficeret in
termino porrexiſſe commiſſionem, atque proteſtari
de diligentia, qua diligentia facta, euitatur ſine dubio
deſertio, vt tradit Caſſador. *deciſ. 4. de appellat.* &
Veſtrius *in practica Romanæ Curiæ, lib. 7. cap. vlt. nu. 5.* Et
ſufficit † reuera conſtare de huiuſmodi diligentia, 44
etiamſi fides Domini Regentis eſſet appoſita, non in
commiſſione originali, ſed in eius copia, prout obſeruauit
Rota Romana *in vna Parmen. penſionis, die 9.
Iulii 1570.* coram D. Seraphino. Imo † hoc catenus ve- 45
rum eſt, vt merito obtineat quoque locum, etiamſi
fides diligentiæ prædictæ eſſet in vltima die decem
dierum, prout hoc caſu pro non deſertione iudicauit
Rota ipſa Romana *in vna Hildeſſemen. Vicariæ die 12.
Februarii 1577.* coram D. Quiroga. & ideo cum in cauſa,
de qua agitur, in copia commiſſionis liqueat de
diligentia præfati Cæſaris, exploratiſſime erit cauſam
appellationis minime deſertam fuiſſe. Tertio ſimiliter
quando † appellans fuit aliquo iuſto impedi- 46
mento detentus, ita vt non potuerit in tempore cauſam
appellationis committere, tunc pro regula hoc

 habe-

habetur, quod ſtante iuſto impedimento appellans
excuſatur à deſertione, vt notatur per Scribentes v-
niuerſaliter omnes, & in particulari per Franch. *nu.*
35. in c. ex ratione, de appellat. prout ſenſit Rota Roma-
na in vna Burgen. Seruitii, *die 4. Iulii 1575.* coram D.
Aldobrandino, in qua quidem cauſa Domini, niſi
docto de impedimento, concluſerunt pro deſertio-
ne, ex quo commiſſio appellationis fieret at per dies
52. quibus non fuerat Iudici præſentata. itaque cum
Cæſar ipſe probauerit ex actis publicis, ſe impedi-
tum fuiſſe ab aduerſario, ne cauſam committeret in
tempore, cum aduerſarius ſe oppoſuerit coram Illu-
ſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinale
Caetano Camerario, & fuerit coactus recurrere ad
Sanctiſſ. D. N. pro obtinenda eius commiſſione, ita
euidenter de impedimento iſto patet, vt abſque vlla
difficultate ſit exauſandus a deſertione, potiſſimum
cum appareat quoque de alio impedimento, ſcilicet
feriarum Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti: id-
eo erit dicendum, à deſertione illum habere excuſa-
tionem, veluti voluit Rota Romana in d. cauſa Bur-
gen. Seruitii coram D. Aldobrandino. Quocirca
47 cum prædicta † poſſeſſio ad fauorem aduerſarii fue-
rit decreta, & executa pendente appellatione, ſine
vlla difficultate dicetur attentata, & innouata, & ve-
nit reuocanda, iuxta regulam quæ ſumitur *ex rub. &*
toto titulo, ff. nihil nouar. appellat penden. & C. vt lit. pen-
den. & eſt re vera communis regula, ſecundum Dec.
conſ. 97. nu. 1. & conſ. 200. in princ. Beroum *conſ. 116. nu. 10.*
vol. 3. Mynſinger. *conſ. 8. nu. 13.* Grat. *conſ. 103. nu. 9. vol. 1.*
& conſ. 26. nu. 11. vol. 2. Menoch. *conſ. 2. nu. 150. vol. 1.*
48 Preterea, dato † quod huiuſcemodi poſſeſſio ade-
pta per aduerſarium authore prætore, videlicet Iudi-
ce à quo, nullo modo dicatur attentata, veluti decre-
ta, & executa poſt appellationis deſertionem, & ob
hoc ſententia potuerit exequi, vti eſt textus *in c. cum*
ſit Romana. vbi notatur à Francho *in vltimo not. de ap-*
pellat. & extat etiam *deciſ. Bellamera 320. incip. concluſio,*
poſt prin. & firmat etiam Milis *in ſuo repert. in ver. exe-*
49 *cutio facta pendente appellatione.* Imo † quod potuerit
ſimiliter ad talem procedi executionem, etiam ipſo
Cæſare appellante inaudito, & minime vlterius cita-
to, ſecundum Guid. Pap. *in tract. de appellat. quaſt. 100.*
verſ. item poteſt. & perilluſtrem D. Pet. Calephatum
præceptorem, & promotorem meum dulcis recor-
dationis, *conſ. 76. nu. 4. vol. 1. inter conſilia matrimonialia*
diuerſorum. Io. Bapt. de Aſina *in ſua praxi iudiciaria, §. 70.*
cap. 5. verſ. 11. nu. 2. Boer. *deciſ. 206. nu. 11.* Franciſ. de Mar-
50 chis *deciſ. 283.* Et quod † id habeat etiam locum, et-
iamſi ſuper deſertione non fuerit vlla tenus pronun-
tiatum, vt tradit Boer. *in alleg. deciſ. 206. nu. 11.* Guid.
Pap. *in tract. de appellat. quaſt. 18. & deciſ. 436. nu. 23.* Go-
zadin. *conſ. 85. nu. 26.* quam etiam opinionem, quod
ſcilicet Iudex à quo, poſſit ſuam exequi ſententiam,
abſque eo quod ſuper deſertione pronuntiauerit, ſe-
cuta eſt Rota Romana in vna Carurien. monaſterii
die 1. Aprilis 1590 coram D. Io. Paulo de Tholomeis,
veluti planum facit Mohedanus *deciſ. 2. alias 36 audi-*
tor Rotæ, ſub rub. de ſententia, & re iudicata. Quam ta-
51 men † opinionem concluſerunt tunc Domini ipſi
procedere dumtaxat in Iudice ordinario, ſecus vero
in delegato. Sed in caſu, de quo agitur, quamuis non
ſimus in ordinario, verum in delegato, tamen huiuſ-
modi diſceptatio ceſſat, ex quo diſcernitur, contra
Cæſarem fuiſſe ſuper prætenſa deſertione pronun-
tiatum per Iudicem à quo. Nihilominus, vt dixi, præ-
ſuppoſita legitima deſertione, neque deinde extitiſ-
ſe vlla tenus quidem commiſſa attentata. cum re ipſa
pro parte ipſius Cæſaris appellantis fuerit doctum
de legitimo, & iuſto impedimento, quo fuit deten-
tus. certe prædicta executio venit proculdubio, per
viam attentati, reuocanda, ſicuti ſenſit Franch. poſt
Innocen. Butr. & Imol. *in c. ex ratione, numero trigeſi-*
mo quinto, de appellation. Cum † præcipue contra ta- 52
lem deſertionem fuerit conceſſa à ſummo Pontifice
reparatio ex mera iuſtitia, ſicuti de iure debebat con-
cedi, ſtante legitimo impedimento, quoniam tunc
retrotrahitur, & quicquid fuit innouatum, repara-
tur, vt tradit Baldus *conſilio 338. reparatio appellationis,*
in princip. volumin. 3. quod ſane verum non eſt, vbi-
cunque reparatio conceditur ex gratia, vt explicat
Baldus eo in loco, cuius opinioni aſſentitur intelli-
gentiſſimus D. Rober. Lancell. *in tract. de atten. in 2.*
part. cap. 12. in titul. de attentat. appellation. pendent. am-
pliation. 1. numer. 43. & ſequentib. † vbi optime quippe 53
declarat hoc minime procedere, quando allegae-
tur iuſtum impedimentum inopiæ, veluti ipſe expli-
cauit *dicto loco, numer. 57.* vt ſcilicet inopia in primo
anno ita, & taliter excuſet, vt impediat curſum fata-
lium. in ſecundo vero, & tertio anno excuſet qui-
dem, ſed non vt impediat curſum fatalium, verum
ſolum, vt appellanti ob inopiam impedito, detur re-
ſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium, & ad
proſequendam appellationem, ſecundum commu-
nem omnium in iure Scribentium opinionem, de
qua facit mentionem Pariſ. *conſil. 30. numer. 87. & ſe-*
quent. volumin. 4. idcirco cum Cæſar ſufficienter do-
cuerit de iuſto impedimento, quo extitit impeditus,
veluti ſerenius ſupra explicauimus, merito executio,
de qua agitur, venit per viam attentati reuocanda, ſe-
cundum prædictam doctrinam Franch. Innoc. Butr.
& aliorum, de quibus ſupra. præſertimque cum in
commiſſione deinde ad fauorem Cæſaris aduerſus
talem deſertionem fuerit conceſſa reparatio ex mera
iuſtitia, ſicuti concedenda erat, ſtante præſuppoſito
legitimo impedimento, cum debeat hoc caſu retro-
trahi, & quicquid extiterit innouatum reparari, iux-
ta allegatum conſ. Baldi *338. in prin. vol. 3.* quæ opinio
placuit D. Rob. Lancell. *in loc. præmem. n. 43. cum ſeqq.*
Secundo, in † caſu, de quo agitur, ad commodum 54
Cæſaris, dicta poſſeſſionis acquiſitio dicetur attenta-
ta, quia decreta, & executa poſt appellationem, ante
deſertionem, ita vt exploratiſſimum ſit, quod etiam
deſerta deinde appellatione peti poteſt, vt reuocen-
tur. quoniam ſi appellans, deſerta appellatione, velit
docere de legitima cauſa appellationis, ad hunc ſo-
lum finem, vt attentata reuocentur, vtique hoc face-
re poteſt. & quoad hoc durat officium Iudicis ad
quem, vti probat textus *in c. cum veniſſent.* vbi notant
Scribentes, & præſertim Butr. *exer. de eo qui mittit. in*
poſſeſſ. Milis *in repert. in ver. attentata, verſ. ſecundo.* Butr.
Lapus, Imol. & Lanfranch. quos citat, & ſequitur D.
Robert. Lancell. *in dict. ampliat. 1. num. 2.* vbi poſt de-
ciſionem Lanfranchi *385* ſenſit, quod per † deſertio- 55
nem appellationis, attentata minime conualeſcant,
quod ſubiicit fuiſſe de mente Dominorum in vna
Legionen. attentatorum, *die 21. Maii 1568.* coram D.
Grato, quicquid nonnulli contrarium ſenſerint, &
in particulari Rebuffus *in tractat. de appellation. arti-*
culo quinto, gloſſa vnica, numer. 15. quem ſequi videtur
Proſper Carauita *in ritu magnæ Curiæ 264. poſt nume-*
rum octauum, quorum opinio vel intelligenda eſt, vt
procedat in caſu; in quo de deſertione ex actis con-
ſtaret, aut de ſtylo Parlamenti, ſed Curiæ, in
qua ipſi verſabantur; prout declarat idem Robert.
Lancellot. *in 1. & 5. limitat. 1. reg. d. 1. ampliat.* alias in-
telligendo quo ad percipi poteſt, ego non video
quomodo prædicta Rebuffi, & Carauitæ opinio ſub-
ſtenta-

56 ſtentari queat. Idcirco hoc caſu † noſtro, cũ ad præ-
iudicium Cæſaris, de deſertione appellationis noto-
rie ex actis nullatenus appareat, tunc, ſi notorie con-
trariũ conſtaret, vtiq; talia attentata nõ reuocarent̃,
iuxta *deciſ. Rota 1. de appell. in nouis, in prin.* per fundamẽ-
ta ibidẽ poſita, q̃ quidem deciſionẽ tenuit nouiſſime
eademmet Rota Rom. *die 20. Octob. 1570. in vna Placent.
fructuum coram D. Oradino, præceptore meo felicis recor-
dationis*, vbi quãuis abſolute, & indiſtincte dixerit, ꝙ
deſerta appellatione attentata reuocent̃, *per d. deciſ. 1.*
tamẽ intelligitur ſenſiſſe, quãdo de deſertione liquet
ex actis. cũ quilibet intelligatur, intelligiq; debeat
ſecundũ legem q̃ allegat, iuxta notata à Bart. *in l. non
ſolũ, §. liberationis. ff. de lib. legat.* veluti ita declarat Lan-
cell. *d. lo. n. 8.* q teſtificatur etiã ita ſecundũ hanc opin.
concluſiſſe eandẽ Rotam, *17. April. 1564. in vna Placent.*
57 Cæterum conſiderandum eſt, ꝙ † quãmuis hoc
caſu, de quo agitur, dictum ſit, attentata poſt appel-
lationẽ, etiam illa deſerta, reuocari, non intelligatur
de reuocatione priuilegiata p modũ attentati, ſed de
illa reuocatione, q̃ fit per viam iuſtitiæ, & nullita-
tis, ordinarie, ſicuti explicat poſt Franc. *in c. ſæpe in gl.
in ver. rata, nu. 30. de appell.* vbi poſt Ægid. Bellameram
deciſ. 520. incip. concluſio, verſ. exemplum in caſu. aſſeuerat
illam eſſe rationẽ, quoniam priuilegium reuocatio-
nis attentatorũ poſtulat continuam aſſiſtentiã ipſius
appellationis, tanquam cauſæ, cumq; p deſertionem
ceſſet appellatio, quæ erat cauſa ſuſpenſionis, & pri-
uilegii reuocationis, non mirũ vtiq; eſt ſi ceſſat quo-
que reuocatio attentatorũ ex ordinario priuilegio,
& ita intelligũ loqui deciſio Rotæ Rom. *20. alias 130.
de appell. in nouis, & alia deciſ. 76. alias 464.* & ita etiam
*ſpeedit deciſ. Putei 1. in tit. vt lit. pend. nihil innouet. & de-
ciſ. 2. de appell.* quas quippe deciſiones nõ allegat Ro-
bert. Lancell. in loco præmemorato. Sed certe rece-
pta, atq; veriſſima eſt opinio, ꝙ licet attentata, etiam
deſerta appellatione, reuocentur, tamen ordinarie,
dataq; deſuper libello reuocantur, veluti communẽ
eſſe opinionem ſcripſit Pet. de Benintendis *deciſ. 40.
in fin.* prout determinauimus ſupra non obſcure. *n. 8.*
Rober. Lancell. etiam *in loco prætacto, n. 20.* vbi ſimili-
ter allegat hunc locum noſtrum ex ſua ſolita natura-
li benignitate, q̃ teſtificatur ibi quoq; tenuiſſe Rotã
Rom. *die 14. Martii, 1558. in vna Bracharen. monaſterii co-
ram D. Iunio.* Nihilominus, vt ſuũ ſupra enodauimus,
58 conſiderandum eſt, ꝙ † cum Cæſar prædictus, cõtra
quem eſt attentatum, præſtatus fuerit, quod in cauſa
attentatorum prius procederetur, q̃ in negotio prin-
cipali, quaſi non facta hac præſtatione, ſi feratur ſen-
tentia in negotio principali, omiſſis attentatis, illa ſit
valida, ſiquidẽ attenta huiuſmodi diſtinctione, quã
nonnulli aduocati curiæ Romanæ fecerunt, Cæſar
ipſe remanet tutus, vt attentatorũ reuocationẽ ad ſui
fauorẽ conſequi debeat. veluti etiam cum idem Cæ-
ſar ſuper eiſdem attentatis commiſerit cauſam ante
deſertionem, vtiq; ſuperueniente deſertione, multo
facilius poteſt petere illorũ reuocationem quodam-
modo ordinarie, & p viam iuſtitiæ, & ex mero priui-
legio attentatorũ, quicquid ſenſerint aliq, & in ſpe-
cie D. Rob. Lancell. *in eodemmet loco. poſt n. 20.* Vtpote
59 quia exploratũ eſt, † quod Princeps poteſt reſcribẽ-
re contra rem iudicatã, atq; reparare deſertionẽ. Se-
cus a. eſſet, ſi is, q petere reuocationẽ poſſet attenta-
torum, ſuper eiſdẽ non dedit petitionẽ, neq; cauſam
commiſit ante deſertionẽ. quia ſuperueniente poſt-
ea deſertione, petere nequit illorũ reuocationẽ, cum
videat̃ illi renunciaſſe. & facit deciſio Creſcentii ab
ipſo Lancellotto allegata, ꝙ poſt rem iudicatam, nõ
poteſt vlterius petitio dari de attentatis, vti ſcripſit,
teſtatumq; reliquit etiam fuiſſe deciſum in Rot. Ro.
*menſe Decemb. 1569. in vna Neapolitana capellania de Squil-
lagiis coram D. Oradino.* Idcirco Cæſar omnino † tutus 60
reddit̃, cum petitionẽ dederit ante deſertionem, de
attentatis, attenta alia diſtinctione, q̃ potius tunc *in
d. deciſ.* coram D. Oradino placuit Rotæ, ꝙ ſcilicet, aut
is contra quẽ eſt attentatũ, ante deſertionẽ, non de-
dit petitionem de attentatis, & tunc res iudicata ex
deſertione ſuperueniens, impediat reuocationem;
aut de illis dedit, & tunc non impediat, etiam ſi non
fuerit proteſtatus. Quoniam ſatis ſufficiens † eſt ſola 61
natura ipſorũ attentatorum, q̃ eſt magis ſuſpenſiua,
q̃ poſſeſſorii, ſeu petitorii ſuſpenſio, veluti *ex d. deciſ.*
D. Oradini explicauit Lancell. *vbi ſup. nu. 19.* quapro-
pter non me latet, ſecundũ iudicem cõmiſiſſe atten-
tata, aduerſarium immittendo in poſſeſſionẽ huiuſ-
modi cauſæ, appellatione pendente. & ideo iſta at-
tentata ſine dubio aliquo, in primis & ante omnia
fore, ac eſſe ad commodũ ipſius Cæſaris reuocanda
per D. Commiſſarium, & tertium iudicem ad quem.
Nec aduerſantur illa q̃ † ex aduerſo opponuntur. & 62
primo, ꝙ ad commodũ Cæſaris nulla admodũ poſ-
ſint cõſiderari attẽtata, ex quo iſthæc cauſa fuit com-
miſſa ſecundo iudici, cũ clauſula, *appellatione remota*,
q̃ clauſula efficit, atq; operatur, vt geſta, appellatione
pendente, à iudice à quo de facto interpoſita, ex pri-
uilegio attentatorũ minime reuocentur: quia appel-
latio ob iſtã clauſulã perdit effectũ ſuſpẽſiuum iuriſ-
dictionis, vt notant Scribentes vniuerſaliter omnes
in c. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg. ſine qua ſuſpẽſio-
ne iuriſdictionis, attẽtata nõ vident̃ conſiderari poſ-
ſe, vt poſt alios ſenſit Franc. *in c. bonæ. n. 38. de appell.* &
hanc pro regula, ꝙ ſcil. ſtante iſta clauſula, attentata
appellatione pendẽte à iudice à quo ex priuilegio at-
tentatorũ non reuocentur, poſt Butr. Panor. Imol.
Franc. & Mynſing. quos allegat, tradit Rob. Lancell.
*in tr. de attentatis par. 2. c. 12. in tit. de attent. appel. penden.
limit. 7. poſt n. 2.* Quapropter videtur, ꝙ attentata nul-
latenus poſſint cõſiderari ad commodũ Cæſaris. q̃
propter clauſulã iſtam, tam deuolutiuus, q̃ ſuſpenſi-
uus appellationis effectus, aliiq; omnes effectus, etiã
ab appellatione prouenienter, intelligunt̃ ſublati, ſic-
uti nouiſſime dixit Iac. Phil. Port. Imolen. *conſ. 59. n. 2.
vol. 2. & conſ. 120. n. 2. vol. 3.* ſecundum q̃ opinionem ita
in terminis concluſit Rota Roma. *die 31. Iunii, 1587.* in
quadam cauſa tunc vertente ad fauorẽ DD. de Mat-
thæis corã D. Robuſt. In qua nempe cauſa † etiam 63
reſoluit Rota ipſa, idẽ ſimiliter dicendũ eſſe, ſi talis
clauſula eſſet virtualiter in cõmiſſione, p relationem
ad aliã cõmiſſionẽ, in qua aderat d. clauſula: quia eo
caſu, etiam vis, & poteſtas huius clauſulæ intelligitur
tranſlata in iudicẽ ſecundæ cõmiſſionis, prout habetur
in d. deciſ. Robuſt. idcirco, ſtante d. clauſula, appoſita in
commiſſione cauſæ, vtiq; poſſeſſio capta in caſu de
quo agit̃, minime dicetur attentata, per ſupradicta;
& ita fuit deciſum etiã, *die 15 Decemb. 1544.* in vna Tri-
ſonen. executionis corã D. Th. de Thanis, veluti ha-
betur in recollectis Putei, *deciſ. 26. ſub rub vt lit. penden.*
merito igitur Cæſar videtur fouere malũ ius, quo ad
purgationẽ prenſæ poſſeſſionis, q̃ ipſe dicit attenta-
tam. Sed reſpondetur pluribus † modis, & primo, 64
prædictam concluſionẽ non procedere hoc caſu no-
ſtro; quia iudex ipſe datus cum huiuſcemodi clauſu-
la, *appellatione remota*, appellationi deinde coram eo-
dẽ interpoſitæ, p parte Cæſaris, detulit, vt probat tex.
in c. cum appellationib de appell. in 6. & poſt alios Scribẽ-
tes, ita cenſuit Imol. *in cap paſtoralis, § præterea, col. 3.
de appell* & poſt ipſum Franc. etiam eo in loco, *num. 5.
verſ. quarto operatur*, vbi aſſeruit ita tenendum eſſe.
Secundo reſpondetur quoq;, ꝙ † cum hoc caſu Papa, 65
vel Auditor Cameræ Apoſtolicæ, ex certa ſcientia

admiſerit appellationem ab ipſo iudice inferiore,
cum dicta clauſula, dato, & conceſſo etiam, illam
non admiſſam, nihilominus geſta omnia, poſtquam
appellatio fuit ex certa ſcientia recepta per ipſum
ſummum Pontificem, veluti attentata veniunt iudi-
cio attentatorum omnino purganda, per textum *in*
d. c. paſtoralis, §. *præterea*, vbi notant Scribentes, & in
indiuiduo Franc. *verſ. ſexto operatur*, poſt Innocen-
tium, quam opinionem quoque ſequitur D. Rober.
Lancellot. *in tract. de attentatis, 2. par. c. 12. limit. 8. nu. 10.*
66 *verſ. tertio niſi Papa.* Tertio, cum inficiari † nequeat,
quin hoc caſu ſimus in appellatione à diffinitiua, ſe-
quendo profecto opinionem illorum, qui cenſuere,
per illiuſmodi clauſulam, *appellatione remota*, nõ tolli
appellationem à diffinitiua ſententia, ſed duntaxat
ab interlocutoria, quæ opinio placuit Speculatori *in*
tit. de ſentent. execut. §. 1. *circa princip.* vbi ſenſit, quod
quoad diffinitiuam talis clauſula nihil operatur, ac
iudex teneatur appellationi deferre, atque ſi faceret
executionem, illa ſtatim reuocaretur, coi opinioni
aſſenſitur etiam Lanfrancus poſt alios, quos citat,
deciſ. 463. & nouiſſime Lancellot. *in d. limit. 8. num. 21.*
concludendum eſt, prædictam clauſulam minime
contrariari Cæſari, quin contra eum attentata in pri-
mis, & ante omnia reuocari debeant, per D. Com-
miſſarium huius cauſæ iudicem adquem. Quarto
67 poteſt etiam reſponderi, quod † quando iudex con-
ſtitutus cum tali clauſula, manifeſte grauat, dicta
clauſula non impedit appellationem modo aliquo,
veluti voluit Dec. *conſ. 49. nu. 2 poſt Gloſ. in c. ex conque-*
ſtione, de reſt. ſpoliat. & Ruin. *conſ. 82 n. 1. vol. 5.* & Iacob.
Philip. Portius Imolen. *conſ. 59 nu. 4 vol. 2 & conſ. 209.*
n. 14 vol. 4. & ita doctiſſime quidem conſuluit in ter-
minis D. Iacobus Beretta *conſ. 61. cum diſpoſitio remo-*
uens appellationem. vol. 1. per totum.
68 Ad quod equidem bene facit, quod † ſi per legẽ,
vel ſtatutum tollitur appellatio; tamen non intelli-
gitur ſublata, quando quis manifeſte grauaretur, ita
Bald. *in l. 1. C. ſi de momen. poſſeſſ. fuer. appellat. & in l. con-*
ſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Alex. *conſ. 77. n.*
12. & conſ. 106. n. 26. vol. 3. cum aliis allegatis ab eodem. Alex.
in l. 4. § condemnatum ff. de re iudic. & in l. de pupillo. §. qui
opus. ff. de oper. noui nunciat. & facit in terminis deciſio
Veralli *83. parte 2.* vbi non tantum habetur, quod
ſtante notoria iniuſtitia, huiuſmodi clauſula non o-
peretur; ſed etiam, quod quis aduerſus tres confor-
mes ſit audiendus, veluti etiam facit deciſio Putei
414. lib. 3. & conſilium Nattæ *172. num. 6. vol. 1.* & ideo
cum ſecundus iudex datus cum hac clauſula, mani-
feſte Cæſarem grauaſſe dicatur, vtique concluden-
dum venit, iſtam clauſulam contra eundem Cæſa-
rem nihil operari, ita vt ſine dubio attentata contra
eum ſint purganda. veluti eandem opinionem, ſcili-
cet, quod ſtante notorio grauamine, ceſſet prædicta
clauſula; *appellatione remota*; comprobat Robertus
Lancellot. *in d. limit. 8. num. 24. par. 2. c. 12. de attent. ap-*
pellat. penden. atque ita frequentiori ſuffragio Domi-
norum concluſit Rota Romana *die 11. Maii, 1562.* in
vna Romana bonorum DD. de Matthæis coram D.
Oradino, & regia Audientia etiam capitinatæ Apu-
liæ, vt planum fecimus *in deciſ. noſtra 69. clauſula. nu. 10.*
69 *& ſeq. lib. 1.* Quinto, ſimiliter dici poteſt, iſtam † clau-
ſulam fuiſſe appoſitam potius de ſtylo, quam de my-
ſterio ſpeciali, neque ſciente Principe, neque matu-
ro habito conſilio, quo caſu illa non operatur effe-
ctum, vt attentata non reuocentur, veluti ita con-
cluſit Rota Romana coram D. Peregrino in vna Hi-
ſpalen. donatiui, prout teſtificatur Auguſtin. *deciſ. 101.*
& idemmet Peregrinus *deciſ. 71. alias 3.* & Cbiſſan. *de-*
ciſ. 11. & Puteus *deciſ. 328. lib. 2.* quas quidem deciſio-
nes allegat, & ſequitur etiam Lancellot. *in loco præci-*
tato, num. 38. vbi *nu. ſeq.* poſt Bald. quem refert, ait, di-
ctam clauſulam apponi ſolere potius de ſtylo gene-
rali, quã de myſterio particulari, atq; ſonare delica-
te potius in quandam nominationem, ſcilicet vt nõ
deferatur appellationi fruſtratoriæ, quam quod in
aliquo deroget iuri communi, ad ea quę tradit Imol.
in c. vt debitum, ſub n. 9. de appella. vbi tradit, quod huiuſ-
modi clauſula tollat duntaxat friuolas, non autem
legitimas appellationes, & à iure conceſſas. Sexto,
cum Cæſar appellans † fuerit contradictor de iure, 70
non autem de facto, nullum omnino præiudicium
iſta clauſula ei afferre poteſt, quin ſit iudicandum
pro attentatis. quoniam illiuſmodi clauſula; *appella-*
tione remota, ſeu *contradictores*, *appellatione poſtpoſita*,
compeſcendo, intelligitur referri ad contradictores de
facto, non autem de iure, iuxta Gloſſ. & communem
Doctorum opinionem, *in cap. pro illorum*, vbi notat
Abb. *nu. 9. de praben.* Felyn. *inc. ſuper eo. nu. 8. de offic. de-*
leg. Rebuffus *in praxi beneſic. in forma notæ prouiſ. in*
ver. contradictores. Staffilem *in tract. de liter. gratia, &*
iuſtitia, charta 98. & poſt eos Lancellottus, in eodem
loco anteſignato, *num. 41. verſ. in. limit.* qui teſtificatur
ita tandem reſoluiſſe Rotam Romanam *die 10. Iunii,*
1569. in vna Neapolitana Capellaniæ, coram D. Fi-
netto, coram quo, quamuis nonnihil dubitatũ, fuiſ-
ſe denique concluſum, iudicatumq; pro attentatis.
Poſtremo, cum fuerit † oppoſitum pro parte Cæſa- 71
ris, contra commiſſionem, præſentatam ipſi ſecun-
do iudici, de ſubreptione, multaque circa ipſam ob-
reptionem ex actis fuerint notorie probata, nulli
profecto dubium eſt, quin executio facta, pendente
appellatione à ſententia, vigore huiuſmodi commiſ-
ſionis prolata, vel tempore ad appellandum, non ex-
cuſaretur ab attentatis, veluti elegãter explicat Lan-
cellot. vbi ſupra, *nu. 42.* qui ad lucem adduxit, hanc
opinionem facile percipi veriſſimam eſſe ex his quæ
dixerunt Domini de Rota Romana *die 29. Maii, 1564.*
in vna Neapolitana attentatorũ coram D. Sarmien-
to, in qua, licet antea *ſub die 20. Iunii, 1561.* fuiſſet di-
ctum, quod Rota inclinabat, quod ſtante clauſula;
appellatione remota, non eſſent attentata, & ob hoc
inſtaretur vltimo loco pro abſolutoria ab attentatis,
tamen Rota concluſit, quod ſi breue, de quo ibi, erat
ſubreptitium, impediat abſolutionem ab attentatis,
cum omnia corruant, & propter vim imminentis
appellationis, oriuntur attentata, vel nullitas. taliter
quod clauſulæ omnes appoſitæ in conceſſione ſub-
reptitia, ſint ſubreptitiæ, & nullum omnino produ-
cunt effectum, ita Dec. *conſ. 142. num. 4.* & Decianus
conſ. 23. nu. 47. vol. 1. patet igitur ex prædictis omnibus,
clare probatum eſſe, non obſtante dicta clauſola;
appellatione remota; appoſita in commiſſione, atten-
tata de quibus agitur, ad commodum Cæſaris fore,
ac eſſe purganda.
Nec in his fluctibus diſturbat, quod † ſtante ap- 72
pellatione, interpoſita poſt tres conformes, quam-
uis regulariter non detur appellatio, veluti *in rub. &*
nigro, C. ne liceat tertio prouocare, ſi in aliquo caſu datur
appellatio, de quo ponunt ſcribentes eo in loco, &
in clement. *1 de re iudic.* & Io. Botta *conſ. 69. n. 7. & ſeqq.*
nihilominus in omnem euentum illa non impedit
executionem, nec datur locus remedio attentatorũ,
ita poſt Io. And. & Imol. tradit Crotus *conſ. 101. num. 11.*
& Barbat. *conſ. 10. ſub nu. 9. vol. 1.* & poſt Manfred. *lib. 2.*
pract. concluſ. ſuper attent. concluſ. 166. ſequitur Robert.
Lancellot *in tractat. de attentat. limit. 45. part. 2. cap. 12.*
quam opinionem in terminis, quod ſcilicet, ſtante

re iudi-

te indicata ob tres conformes, non ſint attentata,
quæ ſunt geſta pendente appellatione ab vltima ſen-
tentia interpoſita, ſequuta eſt Rota Romana *die 10.*
Iunii, 1569. in vna Bononien. bonorum in buſco co-
ram D. Seraſino, veluti notauit etiam Lancell. *eo in*
73 *loco, in fine.* Nam reſpondeo primo, quod † contra
Cæſarem nullibi appareat in proceſſu iſtius cauſæ, fuiſ-
ſe ad commodum aduerſarii probatum, contra Cæ-
ſarem ipſum præceſſiſſe tres conformes, veluti hoc
probare idem aduerſarius tenebatur vti fundamen-
tum ſuæ intentionis, quod vnuſquiſque probare de-
bet, *l. ei qui, ff. de probat. & l. actor. C. eod. titul.* & notat
Dec. *conſ. 564. num. 1.* Octau. Cacher. *deciſ. 114. num. 15.*
Berous *conſ. 19. num. 13. volum. 2.* & Simon de Prætis
74 *conſ. 9. num. 8. & conſ. 137. num. 40.* Quoniam ſi † non
eſſent conformes, nõ procederet diſpoſitio clemen.
1. de re iudic. vt per Franc. *in c. ſi recte, colum. 2. in 1. con-*
cluſ. de appell. Alexan. *conſil. 77. colum. 1. volum. 2.* Paul.
Caſtren. *conſil. 163. colum. 2. volum. 2.* & Crauet. *con-*
ſil. 184.

75 Imo non ſolum debebat † aduerſarius probare,
quod ſint conformes, ſed etiam, quod ſint, atque re-
periantur conformes in qualitate, & ſubſtantia. quia
tunc dicuntur conformes ſententiæ, quando ſunt
conformes in qualitate, & ſubſtantia, veluti expli-
cant Dd. *in d. clement. 1. de re iudic.* & in ſpecie ibidem
Card. *in 1. oppoſit.* & Boniſac. de Vitallin. *colum. 2.* &
poſt Alex. *conſ. 76. colum. 1. volum. 2.* Socin. Iun. *conſ. 74.*
colum. 2. volum. 2. Cranet *conſ. 183. col. 1.* ita explicat An-
ton. Gabriel. *concluſ. 1. num. 33. de execut. rei iudic. lib. 2.*
comm opin. qui ſimiliter poſt Ruin. *conſ. 114. col. 4. vo-*
lum. 5. declarat vt dicantur etiam conformes, ſi con-
cordent in effectu, licet in cauſa non conueniant.
idcirco cum prædicta omnia aduerſarius non pro-
bauerit, prout probare debebat, ſequitur nihil o-
mnino obeſſe Cæſari oppoſita ex aduerſo circa alle-
gationem prædictam trium conformium, ſeu appel-
lationis interpoſitæ poſt prætenſas tres conformes.
76 Poſtremo reſpondetur quoq;, † quod cum ad com-
modum Cæſaris appareat, fuiſſe iſtam cauſam com-
miſſam, ex certa ſcientia, poſt tertiam ſententiam
prætenſam latam, dato quod eſſemus in tribus con-
formibus, quod nullatenus verum eſt, nihilominus,
ſtante huiuſmodi clauſula, in commiſſione appoſi-
ta, non eſt aliter locus diſpoſitioni *d. clement. 1. de re*
iudic. veluti ſenſit Alexand. *conſ. 77. colum. 2. volum. 2.*
Socin. Sen. *conſ. 158. colum. 1. volum. 1.* & poſt eos Ant.
Gabriel. qui ita ſcripſit fuiſſe de mente Bar. Bald. &
Franc. in locis ab eo allegatis *in d. concluſ. 1. n. 35. verſ. 14.*
limita. & ideo ex conſequenti patet, eſſe locum re-
medio attentatorum: cum ſtante huiuſmodi com-
miſſione Principis ſupremi, committentis cauſam
appellationis, ex certa ſcientia, poſt tertiam ſenten-
tiam latam non procedat diſpoſitio *d. clement. 1. de re*
iudic. Quas ob res concludendum eſt, attentata, de
quibus agitur, ad fauorem Cæſaris, in primis, & an-
te omnia fore, ac eſſe purganda, aduerſariumq; con-
demnandum eſſe in expenſis, factis in præſenti ne-
77 gotio attentatorum. quia dictæ † expenſæ, factæ in
ipſo negotio attentatorum, non ſolum debentur
quando iudex illa reuocat parte inſtante, ſed etiam
quando reuocaret ex officio ſuo, ſicuti in terminis,
in poſſeſſione, lite pendente, accepta, concluſit Ro-
ta Romana, prout habetur in recollectis Creſcentii
deciſ. 1. alias 18. in tit. vt lit. pendent. vbi teſtatur ita ſecun-
dum maiorem partem Dominorum fuiſſe reſolu-
tum in vna Colonienſ. coram D. de Piccolomineis.

Et licet ſupra non inuolute diſceptatum ſit, ſuper
virtute illius clauſulæ, appoſitæ in commiſſione iu-
dicis per Principem, *procedendi appellatione remota*, &
præſertim *num. 32. 62. & ſeqq.* animaduertendum ta-
men eſt etiam in præſentiarum; vt omnia ad præſen-
tem ſpeculationem attinentia intelligas; quod per
iſtam † clauſulam non ſit vllo modo dempta facul- 78
tas dicendi de nullitate, *c. inter cæteras, de re iudic.* Dd.
in c. paſtoralis, de appellat. vbi de effectu, Franc. Imol. *in*
l. 1. num. 12. ff. à quib. appell. non licet. Marſil. *in l. vnica. nu.*
196. C. de rapt. virg. & ſing. 592. num. 2. Gloſſ. *in c. ex con-*
queſtione, in ver. poſt appellationem, de reſtit. ſpoliat. Bart.
in l. 7. §. prætor, nu. 1. & ſeq. ff. qui ſatiſdar. cogan. Vanni
in tit. quis poſſit dicere de nullit n. 33. & ſeqq. Francus *in c.*
concertationi, n. 5. de appell. Vital. de Campa. *in clauſula,*
remota appellatione, nu. 2. & ſeq. And. Gail. *lib. 1. pract. ob-*
ſeru. imper. Cam. obſ. 135. nu. 7. Quinetiam remota † ap- 79
pellatione minime gentium tollitur reuiſio, *l. quæ*
ſupplicatio, C. de precib. imper. offeren. Dec. *conſ. 533.* com-
munem dicit. & vide etiam infra, *in opin. 116.* appel-
latione remota pacto, non remouetur nullitas,
Guid. Pap. *ſing. 634. ſi remota.*

OPINIO LXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Bannitus ſeu deportatus reſtitutus, an recuperet omnia*
bona conſiſcata, etiam ea quæ filiis erant attributa.
Item an recuperet bona immediate ex damnatione,
in alios, item in heredes interfecti per ſtatutum
translata. num. 2. & 3. Et alienata per fiſcum. nu-
mer. 4.

5 *Reſtitutio facta per Principem, vel ſuperiorem cum*
clauſula pregnanti, quod bannitus pleniſſime reſti-
tuatur, an trahatur, & extendatur ad bona in ter-
tium alienata.

6 *Reſtitutus per Principem licet recuperet bona non alie-*
nata, non tamen recuperat fructus perceptos, tempo-
re banni, quod limitatur.

7 *Reſtitutus generaliter recuperat iura ſibi ex teſtamen-*
to prouenientia, & quæ prius ad eum non fuiſſent de-
lata.

BANNITVS, † ſeu deportatus reſtitutus recupe- 1
rat bona cõſiſcata, *l. 1. 2. & 3. C. de ſent. paſſis.* Recu-
peratq; reſtitutus ipſe bona etiam, quæ filiis erant at-
tributa, ita Ang. *in l. ſi pater filium. ff. de adoptio.* & Natta
conſ. 471. n. 3. vol. 2. Quod in tantum procedit, † vt re- 2
ſtitutio Principis trahatur etiam ad bona immediate
quæſita ex damnatione, nullo facto hominis nouo
interueniente. Et conſequenter † ſi ex forma ſtatuti 3
bona interfectoris pro parte applicarentur heredib.
interfecti, tunc bocius quæſitum immediate per i-
pſam damnationẽ, nullo alio actu intermedio præ-
cedente ex ſimplici reſtitutione, et per Principẽ con-
ceſſa, omnia bona amiſſa reuerterentur ad priſtinum
ſtatum, & ea omnia, ex quo ſunt integra, antedictus
occiſor, ſeu bannitus recuperaret, ſecundum Cyn.
Alex. & Aret. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. &*
poſthu. & ita doctiſſime conſuluit cum aliis aggrega-
tis per eum, Natta *conſ. 470. redemptoris ſuffragio inuo-*
cato. n. 21. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq. 471. n. 2. cum aliis ſeq. vol.
4. vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionẽ, *Com.*
& reprehendit Dec. *conſ. 523. viſis his, quæ accurate, & opin.*
diligenter ſcripta ſunt, nu. 7. & ſeq. contrarium aſſeren-
tem. Sed bona † alienata, & in tertium interim tranſ- 4
lata ex contractu, puta per donationem, vel vendi-
tionem factam à fiſco, aliquo modo per reſtitutio-
nem ſibi conceſſam, non recuperat. Vnde reſtituto
bannito ſimpliciter, eius reſtitutio non trahitur ad
bona in tertium alienata, ſecundum Bart. & Bal. *in l.*
fin. eo. tit. Bar & alios Dd. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.*
ff. de liber. & poſthu. Card. *in c. quia diligẽtia. de elect.* Abb.

in c. 1.

in c. 1. de parroch. & in c. ex tua. in fin. de cler. non reſid. I-
mol. in c. noſtra de iniur. Barbat. conſ. 43. col. 4. volum. 2.
Calca. conſ. 36. num. 29. & conſ. 52. num. 12. Iaſ. conſ. 21. in
fin. volum. 3. Nattam in d. conſ. 470. nu. 20. & conſ. ſeq. 471.
num. 1. & Ioan. Crot. conſ. 127. nu. 13. & hoc idem tenet
Cõis opin. idem Abb. in c. inter quatuor. de maior. & obed. vbi Fely.
atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & con-
ſtat de ipſa communi etiam ex allegatis per Alex. &
Moder. in d. §. & quid ſi tantum, & præcipue per Iaſ. nu.
70. Garziam, num. 235. & Galiaul. num. 68. ibi, & per
5 Ruin. conſ. 31. num. 21. vol. 5. Ampliantur etiam † præ-
dicta nõ ſolum procedere in dubio, ſed etiam quan-
do Princeps, vel ſuperior vellet expreſſe ſub reſtitu-
tione comprehendi bona interim alienata, ſecun-
dum Bald. Cynum, & Alex. in d. §. & quid ſi tantum.
& Iacob. Menoch. in tractat. recuperan. poſſeſſ. remed. 10.
num. 116. cum aliis relatis per eum.

Sed Card. in d. c. quia diligentia. videtur ſentire ex-
preſſe contrarium, videlicet, quod reſtitutio facta
per Principem, vel ſuperiorem cum clauſula præ-
gnanti, quod bannitus pleniſſime reſtituatur, ita vt
nihil de banno opponi poſſit, trahatur, & extenda-
tur ad bona in tertium alienata, cum quo quidem
Cõis opin. Card. concurrunt omnes Dd. magis communiter,
vt ſcribunt Moder. in d. §. & quid ſi tantum. & Iaſ. ibi,
num. 77. Galiaul. num. 64. Ruin. nu. 120. Fortun. nu. 153.
Emanuel à Coſta par. 2. num. 144. Ruin. conſ. 21. volu. 5.
num. 9. Iacob. Philip. Port. conſ. 41. num. 7. Pariſ. conſ. 69.
num. 196. volum. 3. & Fely. in d. c. inter quatuor. Et licet
6 iſte reſtitutus † recuperaret bona non alienata, ob
hoc nõ recuperaret tam in iſto caſu, quam in aliquo
alio caſu fructus, qui donec extiterat bannitus, à fi-
ſco, ſeu ab alio priuato fuiſſent percepti, text. eſt ſin-
gularis in auth. idem de Neſtorianis. C. de heret. ſecundũ
Cõis opin. omnes Dd. communiter, qui ita tenẽt, vt refert Iaſ.
in d. § & quid ſi tantum. n. 64. vbi etiam Moder. omnes.
Sed hoc quippe non procederet vbicunque banni-
tus, non indulgentiæ, gratiæq; intuitu, verum iuſti-
tiæ cauſa reſtitueretur, tunc enim non tantum ei bo-
na confiſcata reſtituenda forent, ſed etiam fructus
ex illis percepti, l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib.
& Maria. Soc. in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 112.
7 Sed bene verum eſt, † quod reſtitutus generaliter re-
cuperaret lucra, ſibi ex teſtamentu prouenientia, &
quæ prius ad eum non euenirent delata, vt voluit
Bart. in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſ. contra tab. & Caſtren.
in l. intercidit. ff. de condit. & demonſtratio. & Natta in d.
conſ. 471. num. 7. vol. 2.

OPINIO LXXIX.

SVMMARIA.

1 *Banniti noſtri temporis an retineant ea, quæ ſunt iuris communis, etiã reſpectu Ciuitatis à qua banniuntur.*
2 *Bannitis ius reddi poteſt, niſi per ſtatutum prohibeatur.*
3 *Bannitus per ſtatutum prohibitus teſtari, extra locum banni ſeruata forma iuris communis teſtari poteſt, & valet eius teſtamentum.*
4 *Banniti, qui ex forma ſtatuti poſſunt impune offendi, amittunt beneficium iuris communis, & municipalis.*
5 *Banniti, banno imperiali, amittunt quæ ſunt iuris communis.*
6 *Bannitis, & rebellibus ius non eſt reddendum.*
7 *Banniti, banno imperiali, priuantur conuerſatione fidelium, & excommunicati laicaliter dicuntur.*

1 BANNITI noſtri † temporis retinent ea, quæ ſunt
iuris communis, nec illa aliquo pacto amittunt
propter bannum. ideoque eis ius reddi poteſt, ſe-
cundum Dyn. & Bart. per illum text. in l. forma. C. de
iure fiſci. lib. 10. Alex. conſ. 26. volu. 1. Corne. conſ. 29. &
conſ. 55. volum. 2. Sigiſm. conſ. 119. Paul. Caſtren. conſ. 16.
vol. 1. Curt. ſen. conſ. 51. Ancha. conſ. 275. Ripam conſ. 26.
& conſ. 75. vol. 1. Bar. in tract. banni. & in l. 1. C. de hered. in-
ſtit. ad quem alii communiter acceſſerunt, teſte Alex. Cõis opin.
ibi, & Curt. iun. conſ. 182. n. 4. & Fran. à Rip. in l. ex facto.
§. ex facto. col. fin. ff. ad Trebel. quæ communis opinio li-
mitatur non procedere, vbicunque ſtatutum † pro- 2
hibet fieri rationem bannitis, tunc profecto audiri
non deberent, nec poſſent, vt per Alex. in l. ſi dotem. §.
ſi patri. ff. ſolut. matrimon. Et licet bannitus † ipſe te- 3
ſtari nequeat, ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem
patriæ, à qua bannitus extitit, nihilominus ſibi lici-
tum eſt teſtari de iure communi extra locum banni,
& ſi in hoc teſtamẽto ſeruata fuerit ſolennitas à iure
communi requiſita per eundem teſtatorem banni-
tum, tunc teſtamentum illud valeret, & teneret, &
ex eo haberi poſſet hereditas, vt voluit Bart. in l. eius
qui. ff. de teſtam. quem Dd. communiter ſequuntur, & Cõis opin.
habetur per eundem Bart. in q. incip. Lucana Ciuitatis
ſtatuto, & per Alex. in l. 1. C. de heredib. inſtituen. vbi fa-
cit mentionem de hac communi opinione, & conſ.
75. col. 1. vol. 1. & Marc. Ant. Blancũ in tract. de compro-
miſ. quæſt. 2. num. 16. Pariſ. in conſ. 31. volum. 1. & Ripam
in d. §. ex facto, num. 14. & faciunt notata per Bart. in l.
amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. vbi, & in o-
mnibus locis præallegatis Scriben. communiter vo- Cõis opin.
lunt huiuſmodi bannitum dici teſtabilem actiue, &
paſſiue, quo ad ea, quę ſpectant ad ius commune, ſed
non quo ad ea, quæ concernunt ſtatuta, & conſue-
tudines loci, à quo fuit bannitus.

Huc quoque pertinet † alia ſecunda limitatio, ni- 4
ſi banniti ex forma ſtatuti impune offendi poſſent,
tunc nempe amittunt etiam iuris communis bene-
ficia, non ſolum iuris municipalis reſpectu territorii
bannientium, ſecundum Pariſ. poſt Dec. conſ. 157. nu.
19. vol. 4. tunc enim proculdubio deportato æquipa-
ratur, vt firmauit Sign. de Homode. conſ. 14. nu. 3.

Congruit etiam, & † alia tertia limitatio, in ban- 5
nitis banno imperiali, qui amittunt ea, quæ ſunt
iuris communis, & municipalis, vt per Bart. in l. amiſ-
ſione. § qui deficiunt. ff. de cap. dimin. Et inquit Bald. in
auth. habita, num. 12. C. ne filius pro patre, quod † ban- 6
niti, & rebelles ſint extra iuris communis protectio-
nem, ideo eis ius reddi non debet, iuxta notata in l. 1.
vbi Cyn. C. de natural. lib. & Ripa in d. §. ex facto. nu. 18.
Imo per ipſum † bannum imperiale bannitus priua- 7
tur beneficio, & conuerſatione fidelium imperii, ſe-
cundum Bald. & alios in authent. item quæcunque, C.
de epiſcop. & cleric. vbi Salyc. vtiliter ſcribit, quod hu-
iuſmodi banniti excommunicatis æquiparentur, &
excommunicati laicaliter dicantur.

OPINIO LXXX.

SVMMARIA.

1 *Bannitus poteſt iterum banniri.*
2 *Excommunicatus iterum excommunicari poteſt.*
3 *Appellari poteſt ſæpius à ſententia de iure canonico, ſecus vero de iure ciuili.*
4 *Appellans, non admiſſus per iudicem à quo ad appellandum, poteſt iterum appellare ad iudicem ad quem.*
5 *Appellari poteſt ad iudicem ad quem infra decem dies conceſſos ad appellandum, non aliter, interpoſita appellatione coram iudice à quo, & illa ſola ſufficit.*
6 *Appellatio, quæ permittitur ab executione in aliquibus caſibus, non poteſt fieri, niſi ſemel.*
7 *Appellandi remedium, & cautela, vbi interponuntur plures appellationes.*
8 *Continentia cauſæ per iudicem diuidi non debet.*

9 Ban-

9 *Bannitus, ſeu excommunicatus pluries, pluries debet abſolui.*

10 *Contumax ex varijs criminibus tenetur purgare, antequam audiatur, omnes contumacias, idq; in omnibus iudicijs, vbi contumax fuit. nu. 11. Sed purgatis contumacijs in pluribus iudicijs non poteſt pro vno & eodem crimine in ſingulis iudicijs puniri, ſed ſolum à iudice loci, vbi delictum commiſſum eſt nu. 12.*

1 BANNITVS poteſt † iterum banniri, ſecundum Dyn *in l. 2. C. vt intra certum tempus crim. quaſtio terminetur* Bart. *in l. aut damnum. §. denique. ff. de pœnis.* Bonifacium *in tract. maleſic. in rub. de compari. accuſati, cum forma confeſſionis, promiſſionis ſatisfacti, & termini, ſub num. 78.* I. aſſum de Tulcia *in conſtitu. Regni Clementiæ, lib. 2. ſub nu. 10.* Bart. Paul. Caſtren. *num. 3.* & alios *in l. de pupillo §. ſi in pluribus. ff. de oper. nou. nunciat.* Ioan. Ant. de Nigris *ſuper capitulis Regni. in c. 107. multorum ad aures noſtras, num. 7.* Excell. D. Foll. *in practic. crimin. in verb. banniatur, num. 36.* & Nellum *in tract. de bann. in 2. par. prima tempo. quaſt. 3.* vbi late approbat opinionem iſtam, & meminit communem eſſe, ſed ab ea diſcedit Ægidius Boſſ. cum alijs recitatis per eum *in pract. crimin. in titul. de bannis nullitate, nu. 9.* In practica vero aduerte, quod obſeruatur quotidie prima opinio Dyn. & ſequacium communis ſupra recitata.

Cōis opin.

2 Et quemadmodum † bannitus iterum banniri poteſt, ita excommunicatus iterum etiam excommunicari poteſt, *vt in c. gaudemus de diuor. & in c. excellentiſſimus, 11. q. 3. & in c. omnis, 12. q. 2.* Gloſſ. *in d. l. aut damnum. in ver. dubitatio eſt.* Bart. *in d. §. denique.* & Bald. *in l. nihil. in fin. C. de vindic. lib. 10.* Thom. de Aquino *in 4. ſentent. diſtinct. 18. art. c. 3. quaſt. 2.* & Summa Tabienam *verb. excommunicatio. il 2. §. 11.*

3 Neminem ſuccumbens in † cauſa poteſt indiſtincte, etiam intra decem dies de iure canonico ſæpius appellare, vt ſœcunde explicat Franc. *in c. ſua nobis. de appellat.* Tamen de iure ciuili appellari nequit denuo modo aliquo, vt notatur *in l. cum procurator. §. ſi dominus ff. de nou. oper. nunciat.* & per Bald. *conſ. 430. lib. 3.* Roman. *conſ. 41.* & Bart. *num. 4.* Paul. de Caſtr. *nu. 11.* Alex. *col. 4.* & Iaſ. *num. 10. in d. l. cum procurator. §. ſi dominus.* vbi in medium affert iſtam eſſe communem opinionem. quam quidem communem denuo procedere Capicius in duobus caſibus *in deciſ. 34. in cauſa magnifici Andreæ de Ebulo. nu. 11. & ſeq.*

Cōis opin.

4 Et primus caſus † eſt, vbicunq; appellans non extitiſſet admiſſus per iudicem à quo ad appellandum, vt tunc iterum poſſet appellare ad iudicē ad quem, & ita ibi promit fuiſſe deciſum in ſacro Regio Conſilio, & re ipſa ſic obſeruatur hodie in Regno. Imo

5 infinitis prope † vicib. mei clientes, me patrocinante, non appellarunt alter ad iudicem à quo, ſed ſolummodo ad iudicem ad quem intra tempora conceſſa ad appellandum dierum decem, ac impetrarunt literas inhibitorias, & ſemper obtinui in Regno in factis contingentia, talem appellationem ſolam ſufficientem eſſe. Et quod ſufficiat coram altero iudice appellare, vel ad quem, vel à quo, firmat Lapus *in allegatio. 38. An valeat appellatio, ſub num. 1.* poſt Ioan. And. *in c. fin. de appellat.* Sed hoc aiunt non obſeruari Romæ Quintil. Mandoſ. *in add. Lapi. in d. allegat. 38. in lit. A.*

Nec me præterit, appellationem interponendam eſſe, atq; debere regulariter coram iudice à quo. *c. biduum. 2. q. 6. & c. vt debitus. de appell.* & Gl. *in c. ſuggeſtum. eod. tit.* Lap. *in d. alleg. 38. n. 6.* & Quintil. Mandoſ. cum alijs aggregatis ibi per eum, *in add. in lit. M.* vbi aſſignat concludentes rationes.

Cæterum ſi concurreret iuſta cauſa, tunc licitum, permiſſum que foret appellare ad iudicem ad quem, & teneret, atque valeret appellatio, ſecundum Abb. & alios *in d. cap. ſuggeſtum* Geminian. *in cap. appellatio. de appellat. in 6.* Bald. *in l. apertiſſimi. C. de iudic.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Socin. *conſil. 99. ſub num. 32. volumin. 4.* & D. meo Robert. Lancellott. *in tract. de attent. & innou. in 2. part. cap. 12. de attentat. appellat. penden. in 15. ampliat. nu. 1. & ſeq.* & illam magis humaniorem vocat Quintil. Mandoſ. in addit. Lapi *in d. allegat. 38. in lit. B. & M*

Cōis opin.

Secundus vero caſus † eſt, quod in caſibus, in quibus ab executione appellari queat, appellatio fieri non poſſit, niſi ſemel. Sed ego ſolitus † ſemper fui in appellationibus interponendis, hanc adhibere cautelam, & præſertim in caſibus, in quibus ex varijs, diuerſiſque accidentibus fuerit neceſſaria non ſolum vna, ſed plures etiam appellationes; vt ſecunda, vel tertia appellatio intelligeretur eadem cum prima, & quod cenſeretur ſemper vnica tantum appellatio. Vnde mihi euenit in † facto compluribus quippe vicibus, vt nonnulli iudices in hac penitus infeliciſſima tempeſtate noſtra; protulerint ſententias diffinitiuas, & in eis diuiſerint continentiam cauſæ, contra formam *l. 1. & 2. de ſequeſ. poſſ. & fruct. & l. nulli. C. de iud.* reſeruando ſibi actiones pronunciandi ſuper aliquibus capitibus ipſius cauſæ, ad finem nimirum nunquam abdicandi à ſe poteſtatem, & iuriſdictionem procedendi in ipſis cauſis. Vnde in his caſibus appellare conſueui à prima ſententia, & ab alijs ſententijs poſtmodum promulgandis ſuper memoratis actionum reſeruationibus, cum proteſtatione, vt ſupra, quod ſemper vnica tantum intelligeretur appellatio. 6 7 8

9 Sed vt eo redeamus, vnde † vtiliſſimis digreſſionibus diſceſſimus, concludo, quod bannitus, vel excommunicatus pluries ex diuerſis delictis, veniat pluries etiam abſoluendus, ita Bald. *in l. nihil. C. de man. vot.* Anchar. *in clemen. grauis. de ſent. excommunicat.* Bart. *in l. 1. §. ſi plura. in fin. ff. ad Turpil.* & idem Bart. *n. 3.* Alex. *n. 11.* & Iaſ. *n. 9. in d. l. de pupillo. §. ſi in plurib.* vbi Paul. de Caſt. *n. 3.* concludit, quod ſufficeret vnica abſolutio in præſenti caſu, dummodo in ipſa abſolutione bannitus, ſeu excommunicatus abſoluatur ſub vniuerſali verborum conceptione ab omnib. cenſuris, & bannis incurſis: quod facile adaptari poſſet de iure: Et ita videtur firmare etiam Bald. *in l. nouerunt. C. vt intra cert. temp. quaſt. crimi. term.* Sed ſat eſt, quod opinio Bartoli, & ſequacium communis, & indubitata redditur. Vt bannitus, vel excommunicatus ex varijs criminibus, egeat pluribus abſolutionibus, quæ aut inſeriantur in vna ſententia, vel in pluribus. parum refert. Et tanto facilius hoc procedere poſſet, quanto, quod Reo conteſtata extitiſſet ſibi vnica tantum lis ſuper omnibus criminibus, pro quibus bannitus reperiebatur, & tunc vtiq; ex vnica conteſtatione litis ſuper omnibus bannis, vnica ſententia proferri deberet, alias diuideretur continentia cauſæ contra iuris regulas. Cæterum aduerte, quod † alias in facti 10 contingentia mihi euenit, quendam meum clientem repertum eſſe contumacem ex duobus criminibus, & dum extitiſſet captus, & carceratus pro huiuſmodi cauſa, purgaſſe ambas ipſas contumacias, atq; ſoluiſſe ſolita emolumenta, ſtabilita in Regno, pro purgatione contumaciarum. Imo hoc vſq; adeo † verū eſt, 11 vt procedat etiam, vbicunq; non ſolum pro pluribus diuerſis criminibus quis reperiatur contumax, verum etiam quando pro vno, eodemq; tantum crimine contumax eſt in duob. tribunalibus. tunc enim ſoluere tenetur ſine omni dubio purgam, & penas vtriuſque

contu-

contumaciæ incurſe: & ſic purgare ambas ipſas contumacias in vtroq; tribunali, antequam in ſuis iurib. audiatur: ſtante potiſſimum contemptu vtriuſq; iudicis pro eodem delicto, in non parendo mandatis, & comparendo tempore, & temporibus, quibus vocatus extiterat, ad informandum, prout ita in terminis non inuolute concedit Maranta *in tractat. de iudiciis. in 6. part. in ver. inquiſitio, num. 92. & ſeq.* & Carauita etiam *in ritu magnæ curiæ 205. nu. 7. & ſeqq.* vbi porrigit quoque ita quotidie obſeruari. prout ſic vidimus ſimiliter non ſemel tantum obſeruatum in practica in regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Moliſii *anno 1583. & ſequenti*, & in ſacra regia Audientia Barenſi *anno 1589. cum nonnullis aliis ſequentibus*, in variis cauſis, in illis his temporibus occurſis, atque deciſis.

12 Verum purgatis † contumaciis in pluribus tribunalibus per ipſum inquiſitum pro vno & eodem crimine, animaduertendum eſt, quod delinquens ipſe non poſſit tunc puniri pro crimine, in tribus locis, in loco, inquam, commiſſi criminis, in loco originis, vel domicilii, & in loco, vbi lis conteſtata fuit: ſed iudex commiſſi delicti ſolus hoc caſu procedere debet contra delinquentem, ſibi non ſubditum ratione domicilii, vel originis, non autem iudex originis, vel domicilii. & conſequẽter iudex originis tenetur, & debet remittere delinquentem ipſum ad iudicem loci commiſſi delicti, & præſertim cum ambo ipſi iudices ſubiecti reperiuntur eidem Principi. prout materie reſolutum extat infra, *in opinione 420. incohante, iudex domicilii, ſeu originis, per totam.*

OPINIO LXXXI.

SVMMARIA.

1 *Baptizari an poſſint paruuli in vtero matris, vel habentes ſaltem caput aut aliud membrum extra vterum matris nu. 2. 3. 4. 5.*

6 *Baptiſmus neceſſitatis tempore, & in articulo mortis, licite ab heretico, & excommunicato ſuſcipi poteſt.*

7 *Baptiſmus in caſu neceſſitatis a laico licite conferri poteſt.*

8 *Baptiſmus in caſu neceſſitatis à muliere conferri poteſt.*

9 *Baptiſmus a Diacono in caſu neceſſitatis, abſente ſacerdote ſuſcipi poteſt. Extrema autem vnctio a Laico tempore neceſſitatis conferri nequit. n. 10.*

1 BAPTIZARI non † poſſunt paruuli in matris vtero, *c. ſi ad matris corpus, & c. ſeq. de conſecratio. diſt. 4.* vbi text. oſtendit rationem, quia cum natus non ſit, regenerari nequeat, vt hoc aliis quampluribus rationibus, & authoritatibus approbat Tiraquell. *in repet. l. ſi vnquam. in ver. ſuſceperit liberos. num. 153. C. de reuocand. donat.* & Franciſ. Marc. *deciſ. 952. in 1. par.* Sed

2 vbicunque † puer haberet caput extra matris vterũ, quãuis omnia alia mẽbra incluſa in eo forent, ſi tunc ſubeſſet periculũ aliq., poſſet omni dubio remoto baptizari, ſecundũ Guil. Lau. & Card. *in clem. 1. de ſumma Trinit.* Ang. Claua. *in ſumma in ver. bapt.* Diſcipulus *in ſermone 76. niſi quis renatus fuerit, col. 2. in lit. V.* Henric. *in c. maiores, de bapt.* Pet. Aureol. in Thom. & Ricar. *in 4. ſent. diſt. 4. q. 1.* & Tiraq. cum magna caterua DD. *in d. l. ſi vnquam. in ver. ſuſceperit liberos, ſub num. 156.* & iſtam opinionem ſequitur quoque, & commendat,

Cōis opin. ac profitetur eſſe communem, tam Canoniſtarum quam Theologorum Boer. *in tract. de authoritate magni conſilii, num. 21. qui tractatus poſitus reperitur in fine ſuarum deciſionum.* Et ſic ſi caput ipſum pueri aſpergeretur aqua, dicendo, Ego baptizo te in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti, eſt vere tunc baptizatus, & ſi naſceretur poſtea puer, nõ deberet amplius baptizari. Et ratio eſt, quia caput eſt principalior corporis pars, & in eo quippe vigent omnes ſenſus ipſius corporis, totaq; virtus in eodem capite viget, & per capitis imaginem cognoſcimus. Et hinc eſt, quod locus in quo humanum caput ſepelitur, humaturq;, religioſus efficitur, *l. cum in diuerſis ff. de relig.*

Quia baptizato † capite totum corpus cenſetur baptizatum, ſecundum Gloſſ. Alex. *num. 20. & cæteros, in l. 3 ff. de acquir. poſſ.* 3

Et hoc videtur † ampliare, vt ſimiliter procedat in aliis partibus corporis ipſius pueri, ſcilicet manibus, & pedibus, apparentibus extra matris vterum, vt ad cautelam baptizari poſſint, Diſcipulus *in d. ſermo. 76.* & hoc apertius firmat Bart. *in l. quod certatum. C. de poſthumis heredib. inſtituend. vel exhered.* Vbi poſt canoniſtas † concludit, quod ſufficeret, vt aliquod membrum baptizetur pueri non perfecte nati, vt Chriſtianus efficeretur. Et Ioan. Bertachinus *in tractat. de Epiſcopis. de cauſa materiali quis Epiſcopus conſtitueretur in 2. part. 3. part. princ. ſub num. 15.* vbi dicit etiam hoc verius eſſe. 4 5

Item baptiſmus † neceſſitatis tempore, & conſequenter in articulo mortis, licite ab hæretico, & excommunicato quoq; ſuſcipi poſſet, ſecundum communem opinionem omnium Theologorum, quam ſequitur, declarat, & citat Conarr. *in conſtit. alma mater. de ſentent. excomm. §. 6. ſub num. 2.* & Franciſ. Marci *deciſ. 950. in 1. par.* Imo ſi quis aſſereret baptiſmũ ſumptum ab hæreticis in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi quod facit eccleſia, non eſſe verum baptiſmum, anathema foret, ſecundum Concilium Trid. *ſeſſ. 7. canone 4.* 6 Cōis opin.

Et quemadmodum † baptiſmus ab hæretico, excommunicatoque in articulo mortis ſuſcipi licite queat, ita etiam in eodem mortis articulo idem baptiſmus à laico, ſi deſit ſacerdos, conferri poſſet, *c. ſanctum. de conſe. diſt. 4. c. ad limina, 30. q. 1. c. quod quidam 1. quæſt. 1. & c. ſuper quibus, 30. qu. 3.* Nec non eodem tempore † baptiſmus etiam à fœmina ſuſcipi valeret, vt ibi, *& c. mulier. de conſe. diſt. 4.* Ita vt obſtetrices vbicunque vident mortis diſcrimina infantum, ob ſacerdotis defectum baptizando infantem, teneantur poſtea notum facere ſacerdoti, qui in ſolenni baptiſmo dicet, ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, vt per Ioan. de Imol. *in c. quanto. de benignit. ſub num. 29. de conſuetudine*, & per Canoniſtas vniuerſaliter omnes, *in c. 2. de baptiſ.* Et demum quoque † à Diacono, abſente ſacerdote in caſu neceſſitatis conferri etiam poſſet baptiſmus ipſe, ita Card. *in clem. 1. de bapt.* Extrema autem † vnctio à laico tempore neceſſitatis conferri nullo modo poteſt, ſecundum Ioan. de Imol. *in alleg. c. quanto. de benign. in fine*, vbi aſſignat rationes concludentiſſimas. 7 8 9 10

OPINIO LXXXII.

SVMMARIA.

1 *Beneficia patrimonialia, quæ hodie dantur in titulum perpetui beneficii, vere ſunt, & realiter perpetua beneficia eccleſiaſtica.*

2 *Ordinatus ad titulum patrimonii, tenetur neceſſario facere mentionem de illo titulo patrimonii.*

BENEFICIA † patrimonialia, quæ hodie dantur in titulum perpetui beneficii, ſunt vere, & realiter perpetua beneficia eccleſiaſtica, iuribus vulgaribus. Et hinc eſt, † quod quando quis eſſet ordinatus ad titulum patrimonii, teneretur neceſſario facere mentionem de illo titulo patrimonii, quia vt ſupra oſtendimus, vere eſt beneficium, & de eo fieri debet mentio, vt concludit Ioan. Andr. col. 2. Abb. Felyn. num. 5. 1 2

num 3. in c. poſtulaſti de reſcript. & idem Ioan. And. in c. ſi pauper, num. 2. de preben. lib. 6. & hoc dictum Ioann. Andreæ, & ſequacium communiter tenetur, teſte Sylua. de beneficio. par. 3. q. 12. nu. 27.

OPINIO LXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Bona fides iure requiſita ad præſcriptionem, in dubio præſumitur in poſſidente, habente titulum verum, vel putatiuum, niſi contrarium probetur.*

2 *Iniuſtus error cauſat bonam fidem.*

3 *Titulus verus requiritur in vſucapione, & putatiuus, vel fictus, cauſatus iuris errore, non ſufficit.*

4 *Titulus putatiuus non ſufficit ad vſucapionẽ fructuum.*

5 *Bona fides licet præſumatur ſemper, tamen allegãda eſt, quod etiam in diſputationibus & allegationibus iuris facere ſufficit. n. 6.*

7 *Bona fides etiam colligitur ex eo, quod contractus palam, vel in præſentia iudicis, agnatorum, vel amicorum celebratus eſt.*

8 *Bona fides in contractu emptionis, vt præſcriptio locum habeat, non ſolum tempore contractus, ſed etiam traditionis, requiritur. Et quæ tantum ad bonam fidem conſtituendam præterea requirantur. nu. 9.*

1 BONA fides, † quæ ad præſcriptionem iure requiritur, præſumitur in dubio in poſſidente, niſi contrarium probetur, ſecundum Bart. & alios in l. Celſus. ff. de vſucap. præſertimque Balbum ibi cum aliis ſignatis per eum in 3. par. ſub n. 2. & 9. Gloſſ. Ant. Panor. col. 3. Felyn. col. 2. & reliquos omnes in c. ſi diligenti. de præſcript. Bald. & Ang. in l. ſuper longi. colu. 3. de præſcript. long. temp. Alex. conſ. 200. colum. 1. volum 2. & conſ. 75. colum. penul. volum. 4. Iaſ. in §. ſed iſtæ. num. 94. Inſtit. de actionib. Curt. ſen. conſ. 71. colum. 4. Curt. iun. conſ. 28. Alc. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 5. nu. 2. & Couarru. in cap. poſſeſſor. in 2. part. §. 8. num 2. de reg. iur. in 6. vbi fatetur illorum opinionem communem eſſe, & ſequitur etiam, & communem fore meminit Menochius de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 64. Sed

2 hæc abſque dubio † ac difficultate procederet, vbicunque poſſeſſor ipſe haberet titulum verum, vel putatiuum, etiam errore iniuſto. Et ſic iniuſtus error in hoc caſu cauſaret bonam fidem, ſecundum Bart. in d. l. Celſus. num. 17. & in l. igitur. §. porrò. ff. de liber. cauſ. per text. ibi, Alciat. in d. præſumpt. 5. ſub num. Couarr. vbi ſupra, & Menoch. in d. remed. 15. num. 34. & ſeq. In quibus quidem locis mentionati Recentiores oſtendunt hanc ſententiam communem eſſe. Sed

3 hoc † non procederet aliquo modo in vſucapione, in qua certe requireretur titulus verus, & non fictus, cauſatus iuris errore. Et conſequenter ad † fructuum

4 vſucapionem, & acquiſitionem titulus putatiuus non ſufficeret, ſecundum Bart. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæred. & Vtill. cum aliis ſignatis per eum in addit. Afflict. in deciſ. 240. ſub num. 5. & ſeq. vbi dedocet ita determinatum extitiſſe in Sacro Regio Conſil. Neapol.

5 Et licet bona † fides ſemper præſumatur in contrahente, niſi mala probetur, vt ſupra in principio diximus, & concedit etiam Decianus conſ. 108. nu. 21. vol. 3. & eſt textus Inſtit. de vſucap. in princ. & Gloſſ. ibi in loco. & alias leges concordantes allegat Guid. Pap. in ſing. 393. & Nicolaus Spinellus de Neapol. in rub. Inſt. de vſucapionib. & longi temp. præſcrip. ſub n. 1. Ni-

6 hilominus tamẽ ipſa † bona fides debet neceſſario allegari: vt per Alex. conſ. 76. & conſ. 94. vol. 2. & in terminis Ant. Cioſium conſ. 45. n. 7. vol. 1. Quæ nempe bona fides poteſt allegari, etiam tempore diſputationis, &

ſic in allegationibus iuris, ita Bald. in l. Celſus. ff. de vſucap. & Vrſillus in additionibus Afflict. deciſ. 178. num. 16. vbi annectit quoque, quod ſufficeret, etiam ſi tacite allegaretur prædicta bona fides. Imo bona † fi- 7
des colligitur ſimiliter ex eo quod contractus palam celebratus fuit, ſecundum Decianum conſ. 2. num. 92. volum. 1: ita vt palam contractus dicatur fieri, etiam bona fide, vbicunque fit, celebraturque in præſentia iudicis, agnatorum, vel etiam amicorum, ita Alex. in l. tranſactione, in fin. C. de tranſactionib. Bartol. in l. frater à fratre, col. 16. & Iaſ. col. 34. ff. de condict. indeb. & Cotta in memorab. in ver. palam. vbi addidit etiam poſt alios Dd. allegatos per eum, quod vbicunque ſeruata eſt forma, id eſt, conſenſus agnatorum, & decretum ſuperioris interpoſitum, præſumitur bona fides, atque etiam contractus vtilis, etiam ſi eſſet eccleſiæ, vt per Felyn. ſimiliter in c. contingat. col. 4. de reſcript. & Iacob. de Beluiſ. in c. 1. qui feud. dar. poſſ.

Cæterum bona † fides in emptionis, venditionisque contractu duobus requiritur temporibus, vt 8
præſcribi poſſit, ſcilicet tempore contractus, & tempore traditionis, licet re vera in cæteris contractibus ſufficiat ſolummodo tempore traditionis. l. 2. §. 1. ff. pro empt. cum aliis concord. allegatis per Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in quæſt. 9. principali, ſub num. 3.

In tantum quod † bona fides ad hoc vt concurrat, concurrereque poſſit, & valeat in emptore, requiritur procul dubio primo, quod opinetur illum à 9
quo emit dominium: Secundo, quod opinetur quoque illum bonorum adminiſtrationem habere; Tertio denique, quod emat cum legali ſolemnitate, alias dicitur in mala fide. ita Bald. in l. & ſi ſciens. ff. de contrahend. empt. Similiterque quod dolus debeat abeſſe à venditore, non tantum venditionis tempore, verum etiam poſtea quandocunque, vt per Cyn. in auth. ſacramenta puberum, in quæſt. 17. C. ſi aduerſ. vendit. & Bald. in l. ſi eum fundum. §. 1. per textum ibi. ff. de contrahen. empt. & ſic dolus venditoris nocet emptori abſque difficultate aliqua, l. cum pro. §. pupiller. ff. de pub. nam dolus dans cauſam contractus, contractum ipſo iure annullat, l. & eleganter. ff. de dolo malo. nec non venditor committit fraudem ita tacendo, ſicut loquendo & obſcure, vel ambigue verba proferendo, l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. empt. & Fab. de Monte in prælligata quæſt. 9. ſub nu. 3.

OPINIO LXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Brauium non debetur currentibus, niſi clare conſtet quis prior metam attigerit, ſed ratione incertitudinis omnes iterum currere debent.*

2 *Incertitudinis ratione denegatur, quod vni certo dandum erat.*

3 *Legatum factum vni de duobus, qui primo aſcenderit Capitolium, ſi contingat ambos aſcendere, & neſciatur quis prior, tunc neutri debetur.*

4 *Pax, ſeu treuga ob incertitudinem rupta dici non debet, vbi non appareat quis aggreſſor fuerit.*

5 *Currens ad brauium, ſi fuerit ab aliquo impeditus, ob quod non potuerit eſſe primus, an nihilominus conſequatur brauium.*

6 *Concurrente mandato Regis, & Archiepiſcopi, vel etiam Papæ, cui Epiſcopus obedire debeat. Item ſi concurrant Epiſcopus, & Archiepiſcopus diuerſa mandantes, cui parendum.*

CVRRENTIBVS aliquibus † ad brauium, ſi 1
duo ex eis pariter, ſimulq; peruenian ad ipſum

brauium cum ſuis equis, nec ſciatur aliter quis fuerit prior, & quis poſterior, tunc ratione incertitudinis neuter habebit brauium, ſed iterum current, ſecundum Ang. *in l. eum, qui nouiſſimus. ff. ad Trebell.* & Alex. *in l. qui filiabus. §. 1. in fin. ff. de leg. 1.* vbi firmat iſtam veritatem eſſe, de qua habetur etiam, ſeu tractatur per Bald. & Imol. *d. §. 1. & in c. indicante de teſtam.* vbi concludunt cum aliis Dd. mentionatis hoc caſu, non eſſe locum gratificationi, quoniam eſſet contra textum, iuncta Gloſſ. *in l. ſi quis ſti num. §. ſi inter duos ff. de leg. 2.* & hoc eodem caſu, non ſolum currunt illi, qui fuerunt primi, verum etiam omnes iterum currere debent, vt voluerunt Barbat. *in d. c. indicante, ſub num. 10.* Ang. & Alexan. *in d. l. eum, qui nouiſſimus.* Nam ex quo nemo illorum vicit, nemo aliorum victus eſt, de quo etiam per Bald. & Ang. *in proœmio. ff. §. ſed cum nos. & in d. l. qui filiab. §. 1.* per Felyn. *in c. capitulum Sanctæ Crucis. de reſcript. col. pen.* Iul. Ferret. *in tract. de duello, ac de aliis variis rebus in tit. ſeu conſ. de brauio, & curſu equorum num. 9.* & Paridem de Puteo *in tract. de ludo, ſub nu. 57.* vbi narrat iſtam opinionem ſeruari de conſuetudine, & Tiraq. etiam *in l. boues. §. hoc ſermone. num. 72. ff. de verb. ſignif.*

2 Et quemadmodum † brauium non debetur propter incertitudinem, ita etiam eadem met ratione incertitudinis, omnibus denegatur, quod vni tantum certo dandum erat; ne contingat illum habere, qui non debet: etiam ſi foret legatum fauorabile, *l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tutela.*

3 Necnon ſi legatum † factum ſit vni ex duobus, qui primo aſcenderit Capitolium, ſi quippe contingat ambos aſcendere, & ignoretur, quis prior, tunc neutri debetur, *l. ſi ita fuerit ff. de reb. dubiis* Et notat in ſimili caſu Ang. Aret. *in § praximus. ſub nu. 3. inſtit. de legit. agna. ſucceſſ.*

4 Poſtremo pace, ſeu † treuga inita inter duos, atque præſtita cautione de ſe ad inuicem non offendendo, ſi tamen ſe offenderent, & non conſtaret, quis eorum foret aggreſſor, tunc ratione incertitudinis, vterque à pœna immunis eſſet, vt firmat Marſil. *in rubr. num. 210 C. de prob.* Carre. *in pract. crim. in § homicidium. 4. num. 545 & in § 11. nu 77.* & Berous *conſ. 99. in cauſa inquiſitionis. num. 25 vol 4.*

Et adde ſimiliter in ſimili in materia incertitudinis relata per Iulium Clarum *in pract. crimin. quæſt. 60. verſ. vidi ego quandoque.* & Bald. *in l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. ff ad leg. Aquil. vbi Addit.* & Alciat. *in tract. de præſumptionib. reg. 3. præſumpt. 39.*

5 Et quamuis currens ad † brauium fuerit legitime impeditus, ob quod non potuerit eſſe primus, nihilominus non habebit brauium, ita Bald. *in l. 2. C. de donat. ante nupt.* verum hoc limitatur, quod ita, & taliter tunc impeditus poſſet habere regreſſum contra impedientem, & ei ſuccurrendum foret, prout facit Gloſſ. *in l. inde Neratius. § 4. ff. ad leg. Aquil. & in arg. l. fin. §. plane. ff. de eo per quem fact. erit.* & firmat quoque in terminis Petrus Epiſcopus Brixienſis, *in ſuo repertorio, ſub ver. brauium. in fin.* vbi dicit etiam te ita hoc limitaſſe Padux, & approbat quoque cum aliis aggregatis per eum, Iulius Ferettus, *in tract. de brauio, & curſu equorum. n. 7.* vbi reſoluit præſentem quæſtionem, mediante hac diſtinctione, quod aut currens fuit impeditus caſu, & tunc non habebit brauium, aut dolo impeditus appareт, & eo caſu habebit ipſe brauium, non autem impediens.

6 Præterea in præſenti † materia concurſus, animaduertendum quoque eſt, quod concurrentibus inuicem duabus cauſis, ad eſt, vbicunq; concurrunt mandata Regis, & Archiepiſcopi, tunc Epiſcopus tenetur magis Regi, quam Archiepiſcopo obedire: ſecus vero ſi concurrat mandatum Papæ, & Regis, quia tunc mandatum Papæ præferendum eſt. *c. reprehenſibile, vbi Gl. 23. q. 8.* & faciunt quoq; notata *in c. ad aures, de tempor. ordin. & in c. paſtoralis, de offic. deleg. & in c. cum parati. de appell. & in c. cum ex officii. de præſcript.* quibus in locis Dd. planum faciunt, quod ſi ad eundem actum exercendum concurrunt Epiſcopus, & Archiepiſcopus diuerſa mandantes, cui ſit magis obediendum. *pul*cre extricat, & reſoluit etiam Bart. *in l. vir vxori. ff. de dote prælegata.* quod concurrentibus inuicem duabus cauſis, quarum vna proſit, alia noceat, quænam illarum ſit attendenda; & ſic, quid ſi ad actum gerendum concurrat aliquid quod faciat eum validum, cum eo quod facit inualidum, an inſpiciatur id quod nocet, vel id quod prodeſt, quod id quod nocet, & facit *l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. inter vir & vxor.* & quod habetur *in c. contingit, & in c per tuas. de arbit.* & in regula *vtile, lib. 6* facit denique quod notat Innocent. *in c. fraternitatem de heretic. & in clemen. 1. de deci.*

OPINIO LXXXV.

SVMMARIA.

1 *Debitor an pro vllo debito ciuili à ſua domo inuitus extrahi, vel in ea perſonaliter capi poſſit. & nu. 2. 3.*

4 *Debitor in porticu propria domus pro debito ciuili capi poteſt.*

5 *Delinquens pro delicto commiſſo capi poteſt in propria domo, & de ea inuitus extrahi.*

6 *Iudex debitorem exeuntem de propria domo, poteſt facere præceptum pœnale, & non comparentem capere in propria domo, & captum confirmare pro debito creditorum de iure communi.*

7 *Carceratus nulliter relaxari nequit, cum captura de nouo eſſet facienda.*

8 *Debitor fiſcalis in Regno Neapolitano, volens dare fideiuſſores de ſoluendo pœnam, arreſtari, ſeu carcerari non debet; & ſi arreſtetur, Iudex tenetur in ſyndicatu actione intereſſe.*

9 *Ex cauſa ciuili nemo carcerari debet. Et carceratus dicitur perſona miſerabilis. nu. 10.*

CAsu non † poteſt perſonaliter quis pro debito ciuili in domo propria, & ſic ob huiuſmodi occaſionem ciuilem de domo ſuæ habitationis inuitus ipſe debitor extrahi non debet, *l. nemo. ff. de reg. iur. & l. plerique.* vbi Dd. ponunt hoc pro regula, præſertimque Alex & Iaſ. *in princ. ff. de in ius vocan.* Et vberrime Bart. Socin. *eo in loco.* Quia, ſecundum † iura mentionata domus vnicuique eſt tutiſſimum refugium. Et hoc Cicero *pro domo ad Pontific.* Quid ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus vniuſcuiuſq; Ciuium? hic aræ ſunt, hic foci, hic Dii penates, hic ſacra religionis ceremoniæ continentur, hoc refugium eſt ita ſanctum omnibus, vt inde arripere neminem fas ſit.

Imo regula iſta † ampliatur vtiliter procedere in debito magno quoque, pro quo debitor minime in domo propria capi poſſet, ſecundum omnes, & maxime Alber. de Roſa. & Iaſ. *numer. 15. in dict. l. plerique.* vbi perhibent iſtam eſſe communem opinionem.

4 Sed eadem regula ita ampliata † limitatur non habere locum, vbicunque debitor commoraretur in porticu domus ſuæ, tunc enim captura ipſius debitoris in eo facta valeret, & teneret, vt voluerunt Bart. ceteri *in l. cetera § hoc ſenatus. per illum tex. ff. de leg. 1.* Bal. Ang. Iaſ. *n. 19.* & Alex. cum aliis citatis per eum, *n. 4. in d. l. plerique.* vbi ponit expreſſe iſtorum ſententiam

commu-

5 communem eſſe. Limitatur ſecundo † pariter in cauſis criminalibus, pro quibus certe inuitus quis de domo propria extrahi licitum eſſet, *§. quoniam. in authent. vt null. iudic.* Gloſſ. *in d. l. nemo. & in d.l. plerique.* vbi Iaſ. *num. 27.* & cæteri omnes.

6 Et hac occaſione † ductus Ang. in fauorem creditorum, *in d.l. plerique.* tradit cautelam, remediumque huiuſmodi, & quidem tutiſſimũ eſt, videlicet: Quod creditor ipſe habens debitorem non exeuntẽ de domo, ſuadeat Iudici ad faciendum ei præceptum ſub pœna applicanda fiſco, nam ſi tunc non compareret, poſſet abſq; dubio pro tali mulcta capi in domo propriæ habitationis, & ſtante, ac concurrente captura iſta, poſſet ſuum debitorem ita captum confirmari, ſeu condemnari facere in ipſis carcerib. pro ſuo debito, ſecundum cautelam traditam per Bart. *in l. ſacrilegii. §. fin. alias eſt lex cum eo. ff. ad legem Iuliam peculat.* quem ſequuntur Ang. & Caſtr. *in l. vnica. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* Anchar. & Imol. *in cap. 2. de pign.* Aret *in §. fin. ſub num. 2. Inſtit. de actio.* Roma. *in l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect.* Caſtr. & Alexan. *num. 7 in d. l. plerique.* Cæpol. *cautela 31. regula eſt, quod nemo inuitus.* & Cotta *in memorali, in ver. domus vnicuique. la 2.* vbi exprimit iſtam eſſe magis communem opinionem, & licet Iaſ. *in d. l. plerique. num. 27. & in l. fin. in 3. not. ff. de procur.* aliquibus rationibus non leuibus, firmet contrarium. Tametſi in actu practico ab ipſa communi recedere fatuum cenſeretur, quæ communis per antedictos Doct. redditur tutiſſima.

Cõis opin.

7 Imo iuſtificari † poſſet etiam ex communi opinione copioſe tradita per Corn. Ion. *conſ. 127. num. 5.* & per Crauett. *conſ. 46. n. 7.* videlicet, quod carceratus nulliter relaxari nequeat, quando captura contra eundem de nouo eſſet concedenda, ſeu facienda.

Cõis opin.

8 Sed in Regno † Neapolit. nullus officialis poteſt aliquem perſonaliter capere incidentem in pœnam pecuniariam, ſeu bannum, & conſequenter debitor fiſcalis volens dare fideiuſſores de ſoluendo pœnam arreſtari, ſeu carcerari non debet, vt ſancitum reperitur *int. eiuſdem Regni Regis Caroli primi, ſtatuimus, & in c. Regis Caroli ſecundi, quod iuſtitiarii.* & not. Lallus de Tuſcia *in conſtit. Regni ſi quis clericus. num. 7. lib. 1.* & hoc idem videtur concludere Angel. *in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan.* dicens, quod Iudex contrarium agens tempore ſyndicatus, per text. ibi, poſſet actione iniuriarum conueniri.

9 Et quod ex † cauſa ciuili nemo carcerari debeat,
10 apparet *ex l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur.* Et † carceratus dicitur miſerabilis perſona, vt per Marſil. *in pract. crim. §. nunc videndum. num. 10. cum ſequ. & §. attingam, num. 75.* & Bart. *in tract. de carcerib. in fin.*

OPINIO LXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Captus pro repræſaliis pro ſuæ Communitatis facto, vel alicuius particularis perſonæ, habet ius repetendi totum, & quicquid erogat ea de cauſa ab ipſa Communitate, vel ſpeciali perſona. Etiam vſuras, & intereſſe. nu. 4.*

2 *Fideiuſſor coactus ſoluere ob iniuriam debitoris per violentiam ſuperiorum, habet regreſſum contra principalem.*

3 *Debitor coactus ſoluere ob creditoris iniuriam, conſequitur liberationem ope exceptionis.*

1 CAPTVS pro † repræſaliis conceſſis, pro ſuæ communitatis facto, vel alicuius particularis perſonæ, habet ius repetendi totum, & quicquid erogat, ſeu expendit ea cauſa, & occaſione, ab ipſa communitate, vel ſpeciali perſona, ſecundum Bar. *in l. Neſennius. n. 2.* & Ang. *in princ. ff. de negoc. geſt.* Bart. *in l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. & in l. 3. n. 23. § item in facto. ff. qui ſatiſda. cogan.* Alex. *conſ. 49. nu. 6. vol. 1.* Ruin. *conſ. 107. nu. 11. vol. 3.* Bald. *in authent. omnimodo. in fin. C. ne vxor pro marit.* Abb. *conſ. 21. in quæſtione. vol. 2.* Alex. *in l. 2. §. fin. n. 6. ff de condict. ob cauſam. & in d. l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. num. 2.* vbi iſtorum opinionem limitat in duobus caſibus, & communem dicunt inibi Moder. *in princ.* & in effectu nullam in ſe habet dubitationem, quãdo repræſaliæ iuſte indictæ ſint, alias ſi iniuſte, ad incommodum debitoris recidere non conuenit iniuriam, *l. ſi per imprudentiam. ff. de euictio. & l. 2.* vbi Bald. *ff. quod metus cauſ.* Roma. *conſ. 172. in propoſito, colu. 1.* Oldrad. *conſ. 218. gratia.* & Alex. *conſ. 147. vol. 2.* Et hoc idem, quod repræſaliatus repetere ſolutum nequeat ab eo, cuius cauſa ſoluit, ſi iniuſte fuerint conceſſæ ipſæ repræſaliæ, firmauit etiam Ioan. Lig. *in tractat repræſaliarum. circa fin. verſic. huic membro* Bald. Angel. Ioan. de Por. Petrus de Anchara. Paul. de Caſtr. & Alex. *ſub nu. 11. in l. 2. § item ſi in facto. ff de verb. oblig.* & quamuis Raph. Rayo. & Fulgoſ. *in l. nam & Seruius. ff de negot. geſt.* ſuadeant aliquibus rationibus artificioſis contrarium, nihilominus, quicquid Dd. iſti inutiliter fabulentur contra veritatem, noli in deciſiuis recedere à prima opinione præmemorata Bald. & ſequacium modo aliquo, tanquam tutiſſima, atq; veriſſima, quam limitat Alexan. *in d. l. 2. § item ſi in facto.* Vbi ſubdit etiam, quod iudex iniuſte concedens repræſalias, ſi poſtea caperetur earũ occaſione, & ſolueret, non repeteret vtiq; ſolutum ab eo, cuius cauſa, & intuitu fuerint conceſſæ.

Cõis opin.

Et hoc † procedit ſimiliter in fideiuſſore, qui coactus ſoluere, ob iniuriam debitoris, per violentiam ſuperiorum, habet regreſſum contra principalem, vt voluit Abb. *conſ. 60. quoniam ſatis abunde. vol. 1.* Et ratio ob quam fideiuſſor coactus ad ſolutionem debiti ſui principalis habeat regreſſum contra eum, etiamſi nulla admodum indemnitas tunc eidem præſtita ſit, nam de natura fideiuſſionis eſt, vt fideiuſſor ipſe conſeruetur indemnis, etiamſi ipſi nihil expreſſe promiſſum ſit, cum intelligatur tacite, textus eſt ſingularis, & notabilis *in c. peruenit. in verſ. alioquin. extra de fideiuſſ.* quem refert Bald. *in l. conſtitutionibus. num. 1. C. de vſuris. & in l. fin. in fine. C. de execut. rei iudic. facit l. ſi mandato meo. §. ſi fideiuſſor. ibi iuſta ratione. ff. mandat.* Bar. *conſ. .. in quæſtione prædicta videndum eſt.* 2

Proceditque † communis iſta in debitore, qui ſoluere coactus ob creditoris ſui iniuriam conſequitur liberationem debiti ope exceptionis, ſecundum Bart. *in l. creditor. ff. de ſolut. & in tractat. de tyrannide, quæſt. 7.* quem ſequitur Ancharan. *conſil. 64. in cauſa, quæ vertitur.* & Alexand. *conſil. 57. col. fin. vol. 1. & conſil. 103. col. pen. volum. 2.* 3

Et iſte † repræſaliatus pro ſua ciuitate, accipiens pro ſoluendo eius debitum pecuniam ſub vſuris, nõ ſolum debitum principale, ſed etiam vſuras ipſas, ſeu intereſſe decurſum licite conſequi, ac repetere poſſet; vt conſuluit Laurent. de Rodulph. *conſil. 203. volumin. 2.* & reaſſumit *in tractat. vſurarum. in 2. part. quæſt. 48.* de qua meminit Anania *in capit. 1. colum. 4. extra de vſuris.* 4

OPINIO LXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Mulieres caſte viuentes an poſſint carcerari pro priuato debito in defectum bonorum, aut pro pecunia fiſcali, vel etiam pro quolibet crimine commiſſo. & nu. 2. 3.*

4 *Mater tutrix filiorum, ante ſuſceptam tutelam, renun-*

ciant

cialis omni legum auxilio, ob pecuniam filiis debitam ratione tutelæ, poteſt perſonaliter capi, & carcerari.

5 *Statuto diſponente, quod mulier carcerari nequeat, renunciari non poteſt.*

6 *Mulieres etiam honeſtæ in Regno Neapolitano contra quas liquidatur inſtrumentum, pro ſumma liquidata carcerantur, & locus carceris ſecundum qualitatem perſonarum arbitrio iudicis deputatur.*

7 *Meretrices carcerari poſſunt in carceribus Communibus, & non gaudent in hoc honeſtarum mulierum priuilegio.*

8 *Meretrix maritata, ob reuerentiam matrimonii carcerari non debet in carceribus Communibus, niſi forte fornicaretur conſcio marito.*

1 CARCERARI, ſeu † in carceres detrudi mulieres honeſtæ, ac caſte viuentes non poſſunt ex peculiari priuilegio pro debito priuato, ſi bona defecerint, nec pro pecunia fiſcali debita, nec pro quolibet crimine commiſſo, *auth. ſed noue iure. C. de cuſtod. reorum. & l. 1. cum. auth. ſequen. ff. de offic. diuer. iudic.* & notat Laſſus de Tuſcia *in conſtit. Regni, ſi quis clericus. tom. 6. lib. 1.* licet ibi aſſeueret, quod circa tributa, & collectas fiſco debitas per ipſas mulieres male obſeruari in Regno, & hoc pro conſtanti, ſeu pro regula tradit Marſil. *in pract. crimin. in §. attingam. num. 63.* & Gramm. *deciſ. 33. num. 9. & ſequen.* Michael Ciſuentes *in comment. ſuper leg. Tauri. in l. 62. in princ. per text. ibi,* & Petrus Duenn. *in reg. 318. ſœmina pro debito, cum multis ampliationib. & limitationib.* & Iaffied. *deciſ. 393. non incarceratur mulier.* Et ſi fideiuſſores nō habeant, admittuntur ad iuratoriam cautionem, vt per Bald. *in l. plerique. verſ. ſed & is ff. de in ius vocando. text. in authen. ſed hodie. C. de offic. diuerſ. iud.* ſi tamen crimen eſſet leue, vt tenuit Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. q. 88. n. 19. per text. in §. neceſſarium. verſ. enumero. in auth. vt nulli iudic.* Imo iudices † carcerantes mulieres pudicam vitam agentes, & de crimine etiam inquiſitas, puniuntur pœna capitali, vt eſt text. *in §. quoniam. in auth. vt nulli iudic.*

2

3 Sed hodie pro † crimine de conſuetudine contrarium ſeruatur, quod mulieres detineri poſſint in carceribus ſeparatis à carcerib. maſculorum, teſte Marcó Antonio Blanco *in practic. crimin. in rubr. 1. num. 27. in princ. dictæ practicæ.* D. Follerio *in practic. criminal. in ver. notat os capiat de perſona. num. 28. & ſequen.* & aliis quamplurimis congeſtis per Grammat. *in d. deciſ. 33. nu. 9. cum aliis ſeq.*

4 Hoc tamen non † procederet, aduerte, vbicumq; mater tutrix filiorum ante ſuſceptam tutelam renunciaret omni legum auxilio ſibi competenti, tunc quippe per renunciationē iſtam, ob pecuniam filiis debitam ratione tutelæ, poteſt perſonaliter capi, & in carceribus poni, ſecundum Bart. *in l. ſi quis ſub conditione num. 18. ff. de teſtam. tutel. & in authent. matri, & auiæ num. 13.* & ibi Salyc. *num. 14. C. quando mulier tutel. offic. fungi poſſ.* Ioan. Andr. Dominic. & Franciſcus *in c. 2. de iudic. in 6.* Roman. Alex. Socin. & Iaſ. *in l. plerique, colum. fin. ff. de in ius vocand.* Roma. *conſ. 118. & in l. ſi ab am. §. eleganter. num. 11. ff. ſolut. matrim.* & Matheſ. *in ſing. 109.* & Petr. Duen. *in d. regul. gen. num. 2. cum magna caterua Doctor. relata ibi per eum.* & iſtorum opinionem recitat eſſe communem, prout communis eſt, Co-
Cifu. quen. uarru. *in ſuis reſolution. lib. 2. cap. 1. num. 3.* Tamen ibi refert aliquos Scribent. contrarium aſſerentes, & tandem ipſe quoq; leui quodam, & vulgari fundamento conatur à præmiſſa communi diſcedere, quod fundamentum ante eum addukit Marſil. *in d. §. attingam, num 64. & ſeq.* vbi, & ipſe etiam infringit antedictam communem: cæterum ſtatuum eſſet in actu practico ob opinionem iſtorum à dicta communi ſententia tot illuſtrium Dd. quæ eſt in iure veriſſima, & per curioſos, & veritatis defenſores optimis, & faciliimis rationibus tueri poſſet, recedere; & eam ſequitur quoque tanquam ſacroſanctam, & communem Angel. & Platea *colum. penult. in l. nemo carcerem. C. de exactorib. tributor. lib. 10.* Iaſ. *in l. penult. num. 4. ff. ſi cert. petat.* Ciſuentes *in d. l. Tauri 62.* & Caccialupus *in tract. de debitore ſuſpecto, & fugit. q. 6.*

Cæterum iſta † communis ita retenta, non procederet, vbicunque ſtatutum diſponeret contrarium, quod mulier carcerari, atq; arreſtari non poſſet, tunc enim mulier ipſa, ſtatuto ita diſponente, renuntiare nequiret, ſecundum Bald. *in l. fin. C. quando mulier tutel. offic. fungi poſſ. & in auth. matri, & auiæ, eodem titul.* & Alexand. *in l. plerique. ff. de in ius vocand.* 5

Item non haberet locum † regula præmiſſa, quando repræſentaretur, ac liquidaretur contra ipſas mulieres inſtrumentum ſecondum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ; quia tunc poſſet abſque dubio aliquo carcerari, & locus carceris eis ſecundum qualitatem perſonæ arbitrio iudicis deputaretur, ſeu aſſignaretur, ſecundum D. Carauitam recolendæ, & piæ memoriæ *in ritu 166. num. 1. cum aliis ſequ.* vbi hoc profuſe diſcurrit, & meminit ita in Regno obſeruari in practica, prout & nos hoc idem ſemper obſeruari vidimus. 6

Similiter memorata regula † non procederet in meretrice, quia meretrix non gauderet quippe aliquo modo priuilegio, vt poneretur in monaſterio, ſed poni deberet ad carceres communis, ſecundum Bald. *in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iud.* & eſt text. *in d. l. 62. Tauri.* vbi Ciſuentes cum aliis aggregatis per eum poſt princip. etiam pro debito ciuili, ita Bald. *in margarit. ſeu ſing. in verbo meretrix.* referens Dynum *in auth. ſed nouo iure. C. de cuſt. reor.* 7

Sed Ioan. And. † in addit. Specul. *in tit. de iniuriis, & damnis datis in rubr.* limitauit iſtam doctrinam, videlicet, niſi iſta meretrix eſſet maritata, quia tunc ob reuerentiam matrimonii non poneretur ad carceres communis, qualecunque eſſet illud matrimonium, & ſequitur Michael Ciſuentes *in d. l. 62. Tauri.* & Cotta *in memoral. in verb. meretrix.* vbi inquit hoc dictum Ioan. Andr. fore ſingulare, & limitat cum aliis congeſtis per eum. 8

Sed quando talis meretrix maritata conſcio marito meretricaretur, poſſet carceribus mancipari; quia ceſſant rationes, & cauſæ, quibus in caſu contrario carcerari non poſſet, & ita recenſuit plura congerendo Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. 88. num. 14. & ſeqq. lib. 2.*

OPINIO LXXXIIX.

SVMMARIA.

1 *Cardinalem offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur perinde, ſicut offendens Pontificem.*

2 *Cardinales temere mutilans, verberans, vulnerans, interficiens, capiens, incarcerans, & detinens excommunicatur.*

3 *Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Nuncios, vel Legatos Sedis Apoſtolicæ offendentium, ac ipſos Legatos, aut Nuncios è ſuis terris, & dominiis eiicientium, eadem eſt pœna.*

4 *Cardinalem offendens ad ſui neceſſariam defenſionem, non incidit in crimen læſæ maieſtatis, nec punitur.*

5 *Cardinalem offendens verbis contumelioſis, non punitur pœna læſæ maieſtatis, ſed mitiori.*

6 Cardi-

6 *Cardinalem non dicitur inſequi, ille, qui vadit etiam cum malo animo ad dandum inſultum domui Cardinalis.*
7 *Excommunicationem an & quatenus incurrat, qui hoſtiliter inſequitur Cardinalem.*
8 *Conatus ad percutiendum, ſeu voluntas, an ſufficiat, contra Cardinalem, ſeu Epiſcopum, ad incurrendam excommunicationem. & num. 9.*

1 CARDINALEM offendens † incidit in crimen læſæ maieſtatis, & puniri poteſt, ac ſi percuſſiſſet propriam ſummi Pontificis perſonam, ac maieſtatē, ſecundum Ioan. And. *in c. ad apoſtolicæ. §. perpetrauit. de ſenten. & re iud. in 6. in verſ. Cardinales.* Præpoſ. *in c. in primis. §. de perſona. num. 20. 2. quæſt. 1.* Anchar. *in c. felicis. de pæn. in 6. colum. 2. per illum textum.* Andr. de Iſern. *in conſtitutio. Regni Neapol. exordiente, ve participatio, colum. 2.* & Afflict. *in c. 1. colum. 8 in tit. quæ ſint regal. in vſibus feudorum.* quorum opinionem late probat, ſequitur, & dicit communem Hieron. Gigas *in tract. de crimin. laſ. Maieſt. in lib. 1. quæſt. 5. num. 1. cum aliis ſeq. fol. 7.* Com. opin.
2 Imo excommunicātur, † & anathematizātur in Bulla Pii Quinti lecta in die Cœnæ Domini *de anno 1568.* omnes temere mutilantes, verberantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes ipſos Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.
3 Vbi etiam † extenditur *d. c. felicis*, cum omnibus pœnis in eo contentis ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ſedisque Apoſtolicæ Nuncios, vel Legatos, aut prædictos Nuncios, & Legatos è ſuis terris, ſeu dominiis eiicientes, eaq; mandantes, ſeu conſilium, vel auxilium præſtantes.
4 Sed hoc fallit non † procedere vbicunq; quis offenderet Cardinalem ad ſui neceſſariam defenſionem, tunc enim hoc impune permiſſum eſt, ſecundum Gl. *in c. fin. in verb. percuſſerit. de pœnis. in 6.* quam ſequitur ibi Ioan. And. Angel. Iaſ. *nu. 1.* & Dec. *nu. 7. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* & Curt. ſen. *conſ. 20. n. 29.*
5 Falliq; ſecundo etiam † non habere locum, quotieſcunque forent prolata verba contumelioſa aduerſus Cardinalem, ſiquidem ex prolatione hac verborum, quantumuis contumelioſorum, offendans Cardinalem ipſum, non deberet vtique puniri læſæ maieſtatis crimine, & pœna, ſed mitiori potius, prout firmat Petrus à Plaza *in epit. delict. cauſ. crimin. lib. 1. c. 1. ſub num. 27. cum aliis ſequ.* vbi reprobat ſententiam Ioan. de Anania *in c. 1. de Maledic. num. 5.* contrariam ſententiis, quod proferens verba iniurioſa in Cardinalem, ſibi imponendæ ſint, debeantque pœnæ ſtatutæ *in d. c. felicis.*
6 Et quemadmodum in † præſenti caſu non dicitur crimen læſæ maieſtatis, ita etiam non dicitur inſequi Cardinalem ille, qui vadit, etiam malo animo, ad dandum inſultum domui Cardinalis, ita Ancharan. & Dominic. *in d. c. felicis.*
7 Et licet ex † diſpoſitione *d. cap. felicis, & prælibatæ Bullæ Cœnæ Domini*, incurrat excommunicationem, qui hoſtiliter inſequitur Cardinalem, non tamen incurrit illam per ſolam inſequutionem ipſius Cardinalis, niſi percutiat, capiat, vel banniat eum, iuxta
8 Clemen. *ſi quis ſuadente. de pœnis.* Et hinc † limitatur poſtremo etiam antedicta communis, non obtinere locum in conatu, actuque attentato contra Cardinalem, ſeu Epiſcopum. Nam ad incurrendam excommunicationem *cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.* non ſufficit voluntas percutiendi, neq; conatus ipſe ad percutiendum, quamuis fuerit percuſſioni proximus, ſecundum conſummatiſſimū in legali ſcientia D. Nauarrum cum aliis aggregatis per eum *in Manuali Confeſſariorum, & pœnitentium. cap. 27. num. 30. & ſeq.*
9 Et quamuis † conatus debeat puniri, iuxta *cap. ſi forte. de pœnitent. diſtinct. 1. & alia, quæ tradit ibi Felyn. an tractatus debeat puniri non ſequuto effectu. in prin.* Tamen hoc fallit quo ad cenſuras, nam impoſitas contra facientem non quippe incurrit, qui conatur tantum facere, per ea quæ ipſemet Felyn. citat ibidem *fallentia 6.* Et communem prememoratam limitat quoque in duobus aliis caſibus D. Nauarrus *in d. c. 27. num. 67.* Et faciunt notata per D. Follen. *in pract. crimin. canonica, in 2. par. iudicial. c. 23. vel crimen veneficii, num. 4.* vbi firmat poſt Dd. illuſtres citatos per eum, vibrantem baculū intentione deliberata percutiendi clericum, & non percutiat, non fore excommunicatum, nec vllam incurrere excommunicationem.

OPINIO LXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Cauſa magna, vel parua, quæ dicatur. & nu. 3.*
2 *Cauſa poſſeſſionis dicitur parua.*
4 *Cauſa vnius bouis, vel porcelli inter ruſticos dicitur magna.*
5 *Leuis occaſio interdum eſt magni ponderis.*

CAVSA dicitur † magna, vel modica ſecundum qualitatem perſonarum inter quas verſatur, vt per Bart. & alios communiter *in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eodem tit.* & Canoniſtas *in c. fin. ext. de iureiur.* & Marant. *in tract. de iudic. in 6. part. ad ſecundam iudicii partem, actu 9. num. 8.* & ratio aſſignatur iſthæc, quia inter aliquos cauſa decem librarum erit magna, inter aliquos vero negocium centum florenorum eſſet paruum, vt notant Scribentes poſt Gloſſ. *in l. ſed, & ſi ſuſceperis. §. 1. ff. de iudiciis.* vbi Gloſſ. *in ver. modica.* ponit exemplum in Regina Matilda, dicente, aliquantulum terræ dono illi Eccleſiæ, quæ tamen in effectu donabat 30. millia iugera terræ in territorio Cremonēſi, & Gloſſ. hæc communiter approbatur, teſte Ioan. Lupi *in c. per veſtras de donatio. inter vir. & vxor. in rub. § 11. nu. 12.* Com. opin.
Et licet † contentio eſſet de re magna: tamen, ſi ea, de poſſeſſione, non de proprietate, contenderetur, eo caſu profecto non diceretur cauſa magna. *l. 1. C. ſi de momenta. poſſ. & l. momentanea. C. qui legiti. perſo. non habent ſtan. in iudic.* ſecundum doctrinam Ioan. Andr. *in c. ex inſinuatione. ext. de procurat.* communiter approbatam per Dd. Bart. & alios, *in d. l. admonendi.* quamuis conetur ibi Curt. per plures rationes ſuadere contrarium, & male. 2 Com. opin.
Et in materia quæ dicatur cauſa † magna, vel parua, poſuimus ſupra etiam, *in opin. 61. Arbitrio iudicis*, & vide Ant. Corſetum latiſſime declarantem *in tract. de minimis. vol. 2. nu. 9. fol. 17.* Vbi etiam ponit, † quod cauſa vnius bouis, imo vnius porcelli in ruſtico, eſt magna cauſa; quia tenuis homo porcellū ſuum, ſicut oculum cuſtodit, ſecundum Gloſſ. *in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid.* Et etiam leuis † occaſio, interdum eſſe videtur magni ponderis, ita Bald. *in c. per tuas. col. 1. de probat.* Animaduertendum hic poſtremo quoque; quod appellatione cauſarum non veniant cauſæ criminales. Ita Ioan. Faber *ad l. ſi clerici, C. de Epiſc. & Cleric.* & Ioan. Vincent. de Anan. *in alleg. 2. lib. 1.* 3 4 5

OPINIO XC.

SVMMARIA.

1 *Caſus non expreſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo, vbi ex coniectura non deprehenditur contrarium.*
2 *Subſtitutus poſt mortem vxoris, cui prædium relictum eſt,*

2 eſt, donec vidua permanſerit, prædium ſtatim conſequitur muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias.

3 Subſtitutus filio naſcituro, ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque decederet, admittitur etiam, filio non nato.

4 Subſtitutio an extendatur de caſu ad caſum.

1 CASVS non † expreſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo, relinquiturque diſpoſitioni iuris, l. cum in dotem. in princ. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneum. ff. de condict. indebiti. & l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthu. & ibi Dd. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. eod. titul. Dec. conſ. 15. pro tenui facultate. num. 6. conſ. 296. in caſu propoſito. num. 9. conſ. 480. in caſu qui contingit. nu. 7. conſil. 599. conſului alias, num. 7. & conſ. 619. num. 6. Paul. Caſtren. in l. 1. C. de cond. inſert. Curt. iun. conſ. 11. n. 3. & Socin. conſ. 3. in princ. volum. 9. Sed hoc non procedit, vbicunque ex coniecturis appareret teſtatorem voluiſſe ad caſum omiſſum extendi diſpoſitionem ſuam, l. Lucius. ff. de liber. & poſthum. Ideoque ſubſti-
2 tutus poſt † mortem vxoris, cui prædium relictum erat, donec vidua permaneret, prædium habebit ſtatim muliere ad ſecundas nuptias tranſeunte, ſecundum Ioan. Andr. in addit. Specul. in rub. de ſecund. nuptiis. & Bald. in authent. quod locum. C. de ſecund. nuptiis. Caſtr. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. factis. Alexan. in d. §. & quid ſi tantum. & in l. mulier. C. ad Trebell. & conſ. 100 viſa parte teſtamenti. col. 1. vol. 4.

3 Et ex hoc etiam deciditur, † quod ſi teſtator filium naſciturum inſtitueret, eiq; ſi in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; decederet, aliquem ſubſtitueret, ſubſtitutus etiam non nato filio admitteretur, l. fin. C. de poſthum. hered. inſtit. ſecundum Guil. de Cun. quem poſt Bart. refert, & ſequitur Soc. in l. 1. colum. 11. ff. de vulg. & pupill. & faciunt notata per eundem conſ. 3. in princ. vol. 3. & per Dec. conſ. 227. in caſu.

4 Et eſt commonis opinio, † quod ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum, vt per Dd. in d. § & quid ſi tantum, cum his, quæ ſcribit Iaſ. conſ. 209. Vaticinatus. vol. 2. Niſi ex veriſimili teſtatoris mente aliud dicendum ſit, vt per Anchara. conſ. 357. ex ſerie teſtamenti. & Fulgoſ. conſil. 49 ex facto proponitur. de quo late diſputat Barbatia in c. Raynutius. de teſtament. fol. 23. & ſeq.

Com. opin.

Interpretatur quoque iſta commonis opinio, ſi ſubſtitutio eſſet facta in pœnam inſtituti, ſecundum Bart. in l. pater Seuerinam. ff. de condit. & demon. & Dec. conſ. 273. in caſu. conſ. 290. domina & conſ. 298. col. 2. vel tractaretur de extenſione facienda de perſona ad perſonam, quæ nunquam fit, etiam de veriſimili mente teſtatoris: l. Titiuſſi in princ. ff. de liber. & poſthum. cum aliis relatis per Dec. conſ. 394. pro vera reſolutione. col. 5. & ſeq. & Iaſ. conſ. 220. teſtator. vol. 2.

OPINIO XCI.

SVMMARIA.

1 Condemnatus ad pœnam pecuniariam ex actione iniuriarum, an beneficio ceſſionis bonorum vti poſſit.

2 Debitor volens cedere bonis, aut dilationem quinquennalem petere, an abſolutionem à iuramento prius petere debeat, ſi debitum ſit iuratum.

3 Debitori bonis cedere volenti, an obſtet renunciatio eius beneficii.

4 Abſolutio à iuramento non requiritur, etiam in beneficio auth. hoc niſi debitor. C. de ſolutionibus. ſed non obſtante pacto iurato, debitor liberatur, & tenetur accipere creditor tot de bonis debitoris ad ſui electionem, quæ aſcendunt ad concurrentem quantitatem debiti, præſertim probata per debitorem paupertate, & impotentia. quia iuramentum non ligat ad impoſſibile. Et an id in feudalibus quinq; locum habeat num. 5.

6 Promittens ſub pœnam, quod alius actum ratificabit, vel iuri certo renunciabit, an euitet pœnam, ſi ad impetrandam ratificationem & renunciationẽ, omnem adhibuerit diligentiam.

7 Debitor doloſe, & fraudulẽter petens ſe admitti ad beneficium ceſſionis bonorũ, non eſt audiendus. Et ſi foret admiſſus ad talem doloſam ceſſionem, ea eſſet nulla.

8 Mercator qui habuit pecuniam aliquorum ad lucrum, & ad damnum, aſſerendo ſe paſſum damnum, naufragii, rapinæ, furti, vel ſimilium, debet inſtrumentum fidem facere de tali damno, alias non auditur.

9 Teſtes examinati parte non citata de morte, furto, naufragio, & ſimilibus, coram iudice loci, vbi talis caſus acciderit, probant coram iudice domicilii.

10 Iuramento mediante, fides præſtatur Imbaſiatori, de morte equi in itinere, producta ſolummodo ſcriptura à quocunque facta, etiam ſemiplenam fidem non inducente.

11 Debitor doloſus non ſolum admittendus non eſt ad beneficium ceſſionis bonorum, ſed nec etiam ad beneficium c. Odoardus, vel c. peruenit. de ſolutionib.

12 Fraus probatur ex coniecturis, cum vere directe probari non poſſit.

13 Fraus colligitur ex iis quæ veriſimilia non ſunt, & quæ clam & occulte geſta ſunt.

14 Fraus etiam præſumitur ex qualitate perſonarum inter quas geſtum eſt negocium, velut inter maritum & vxorem inter ſe tractantes in fraudem tertii.

15 Fraus præſumitur, ſi donator poſt donationem factam in poſſeſſione rei donatæ reperiatur.

16 Colluſio, æque vt fraus, colligitur, & probatur ex coniecturis, & præſumptionibus.

17 Colluſio quid.

18 Beneficium ceſſionis bonorum non competit fallitis, & decoctoribus.

19 Fallitis, & decoctores ſunt infames, & infamiſſimi, qui ſecundum conſuetudinem legis antiquæ debent tradi creditoribus dilaniandi.

20 Tortura inferri poteſt in cauſa pecuniaria, quæ habet crimen annexum. ideo etiam mercatores fallitis torqueri poſſunt, vt celatas pecunias propalent.

21 Ceſſioni bonorum locus non eſt, cum tractatur de delicto, vel quaſi, ſed pœna pecuniaria reſoluitur in corporalem.

22 Debitor quoque qui crimen ſtellionatus commiſit, ad ceſſionem bonorum non admittitur. & quale crimen ſtellionat⁹ hic intelligatur, & quæ eius ſit pœna. n. 23.

24 Pœna fraudulenter bonis cedentium, ex conſtitut. Pii V. quæ.

25 Debitor bona ſua fraudulenter diſſipans, non ſolum perdit beneficium ceſſionis bonorum, ſed pœna extraordinaria etiam puniendus eſt.

CEDERE volens † bonis condemnatus ad pecuniam ſoluendam ex actione iniuriarum contra ipſum intentata, nõ debet admitti ad dictum beneficium ceſſionis bonorũ; ſed iſthæc pœna debet conuerti in corporalem, vt per Dd. in l. 1. qui bonis cede. poſſunt. per Zaſ. in § fin. ſub n. 5. & ſeq. inſt. de actio. & loculenter per Natt. conſ. 361. num. 9. vol. 2. & per Couar. in tract. var. reſol. lib. 2. c. 1. n. 8. & iſta concluſio videtur probari per text. expreſſum in l. ſed & ſi vnius. §. ſi autem. ff. de iniuriis. vbi ſeruus fuerat condemnatus ad certam pœnam actione iniuriarũ, Dominus poterat ſoluendo redimere ſeruum vnũ ab iniuria: & nihilominus tradidit illum ſeruum verberandũ, & fuit liberatus. Et hoc ſimiliter procedit de plano ſi antedictus condemnatus non poſſet totam ſummam ſoluere, ſuper

qui exciterat condemnatos, excepto vno denario, secundum communem opinionem omnium Doct. quam ſequitur, commendat, & citat Gomeſius *in §. pœnales, num. 38. Inſtitut. de action.* & Boer. *deciſion. 3* ... *num. 8.* Com. opin.

2 Et licet † debitor grauatos ære alieno, ne in carceribus marceſcat, poſſit, & valeat cedere bonis, ſecundum diſpoſitionem textus *in l. 1. C. qui bonis cedere poſſ.* petita prius abſolutione à iuramento, vbicunque debitum iuratum extat, ſecundum practicam traditam in deciſione Peruſina, velut habetur in recollectis Ioſephi de Ludouicijs *deciſ. 64. poſt nu. 21. par. 2.* vbi teſtificatur, etiam ita ſe vidiſſe obſeruari Peruſiæ, & in Prouincia Marchiæ Anchonitanæ, & in aliis compluribus locis ſubiectis ditioni ſummi Pontificis. imo ſubdit quoque eo in loco, hoc non tantum procedere in beneficio ceſſionis bonorum, ſed etiam in beneficio dilationis quinquennalis, alias eſſet periurus, poſt Rolan. à Valle *conſ. 31. nu. 1. vol. 2.* tamen iure ſuadente, hæc abſolutio in præſenti caſu non eſt neceſſaria modo aliquo, vt extat *deciſio noſtra 38. dilatio quinquennalis, ſub nu. 2. & ſeqq. lib. 1.* cum non obſtante iuramento, dilatio iſta quinquennalis peti poſſit, & debitor tunc non remanet periurus, per rationes ibi aſſignatas viuaciſſimas.

3 Neque etiam † expreſſa renuntiatio ceſſioni bonorum obſtaret debitori, cedere volenti, ita Bart. Alex. Imol. & alii vnanimi voto omnes *in l. alia, §. eleganter. ff. ſolut. matrim.* Matthæ. Brun. *in tract. de ceſſione bonorum, quæſt. 29.* Ioſeph. de Ludouicis *deciſ. 64. nu. 32. in 2. par.* Franciſ. Beccius, qui ita conſuluit *conſ. 10. nu. 4. vol. 1.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 36. nu. 1. 2. & 3.* vbi teſtatur etiam ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano, & iſtorum opinionem fore communem, meminit etiam vltra Beccium *in allegato conſ. 10. nu. 4.* Io. Faber *in §. fin. nu. 7. Inſtit. de actionib.* Brunorus à Sole *in add. ad Felin. in c. ex reſcripto, ſub nu. 11. de reſcrip.* & Roderic. Suares *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. & in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudicat. & in alias fori leges, in declaratione l. 2. fori legum, libr. 3. titul. de los gouernos, numer. 12. cum aliis ſequentibus, folio paruo 822. & ſequentib.* vbi planum quoque facit illam æquam eſſe, & iuridicam. Com. opin.

4 Quibus † in locis extendunt eam etiam in præſenti caſu, & ſic in debitore volente ſe iuuari beneficio *Authent. hoc niſi debitor, Cod. de ſolutionib.* quod tunc non obſtante pacto iurato debitor ipſe liberetur, & teneatur accipere creditor tot de bonis debitoris ad ſui electionem, quæ aſcenderent ad concurrentem quantitatem debiti, ſecundum beneficium ipſius authenticæ, vt per Pet. de Benintendis *deciſ. 28. poſt principium.* & firmanere etiam Federic. de Senis *conſil. 60.* Iaſ. *conſil. 9. volumin. 1.* Cephal. *conſil. 195. in princip. volumin. 2.* quos refert, & ſequitur Ioſeph. de Ludouicis *in allegata deciſion. Vmbriæ 64. numer. 9.* ſubdens etiam eo in loco, hanc opinionem ſine ſcrupulo procedere, quando fuiſſet obtenta abſolutio à iuramento, ſed ea facilius, & agilius locum obtineret tutiſſimum, vbicunque debitor conuentus, & obligatus in pecunia, probaret ſe ſoluendo non eſſe, nec vllum habere modum ſoluendi in pecunia, atque omnem diligentiam etiam adhibuiſſe pro alienatione bonorum ſuorum ſtabilium, & emptorem non inueniſſe: tunc enim probata impotentia, & diligentia prædicta, offerendo bona ſua creditori, liberatur, non obſtante pacto iurato. Et ratio ea eſt, quia iuramentum non ligat, neque obligat ad impoſſibile, vt conſuluere Rom. *conſil. 163. num. 4.* & Federic. de Senis, & Iaſ. *in conſiliis præmemoratis*, & Io. Vincent. Hondedeus *conſil. 18. numer. 25. & ſeqq. volum. 1.* & ita fuit quoque concluſum in Rota Bononienſi, atteſtante Petro de Benintendis *deciſione vigeſima octaua, poſt princip. verſicul. bene verum eſt.* Taliter quod iurans certo tempore ſe ſoluturum, excuſaretur ſine omni dubio, & periurus non remaneret, ſi ob neceſſitatem non ſolueret, *c. breui.* & ibi Gloſſ. *de iureiurand.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Iaſ. *in leg. qui iuraſſe, numero quarto, ff. de iureiurand.* prout alias abſoluimus cum ſuo neceſſario apparatu *in deciſione trigeſima octaua, numero tertio, libro primo*, & præſertim inſtantibus aliquibus ex creditoribus pro ſubhaſtationibus huius generis bonorum, ſicuti etiam nuntiauimus ibi, non quidem obſcure in caſu dilationis quinquennalis, ſimiliter petitæ ad creditorum inſtantiam, vel debitorum, talem dilationem concedendam. Com. opin.

Vnde attingendo centrum præſentis ſpeculationis, abſurdiſſimum foret aſſerere, quod dum debitor ſoluere non valeret in pecunia promiſſa, non poſſet bona in ſolutum dare, & cogeretur in carcerem macerari, atque inſimul diem vltimum claudere, qui ſi de impotentia hac cogitaſſet tempore promiſſionis, nullatenus ad impoſſibilia ſe obligaſſet, vt aduertit Io. Vincent. Hondedeus *in allegato conſilio 18. ſub numer. 47.*

Itaque dum creditores, ſtante naturali ratione, denegant accipere bona in ſolutum, & impedire, vt ea non vendantur pro eorum ſatisfactione, poſſet non immerito adduci contra eos dictum Aug. & habetur *in c. vbi, 24. q. 1.* quod vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: dilectio enim proximi malum non operatur. & in ſumma qui diligit proximum, legem adimpleuit, vt per Paul. *ad Romanos, cap. 13.* & habetur etiam *Leuit. 19. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui*; & Iohannes Apoſtolus *1. cap. 11.* planum facit, quod qui non diligit, manet in morte, & Seneca *in prouerbiis*, quod qui ſuccurrere perituro poteſt, & non ſuccurrit, occidit, & idẽ Paulus *ad Galatas, c. 5.* concludit ẽt, quod omnis lex in vno ſermone impleatur, *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*; & Ambroſius *ſuper dicto beati immaculati* ſcribit, quod hoc ſit occidere hominem, vitæ ſubſidia ei denegare: caue ne inter loculos tuos includas ſalutem inopum, & tanquam in tumulis ſepelias vitam pauperum.

Itaque ex allegatis facile ſequitur, quod dum debitor non habet pecuniam, vt eam creditoribus ſoluere poſſit, cum non inueniat emptores, licet ad eo maximam adhibuerit diligentiam, cum obtulerit fideiuſſores, & liſtam bonorum ſuorum ad libitum creditorum, iuxta diſpoſitionem *dict. Authent. hoc niſi debitor, Cod. de ſolutionibus*, non obſtante renuntiatione, & pacto iurato, deberet liberari, & creditores inuiti tenerentur recipere tot de bonis ipſius debitoris, ad eorum electionem, quæ aſcenderent ad concurrentem quantitatem debiti. imo eatenus hæc omnia vera diſcernuntur, vt non ſolum quando debitor velit, determinetque vti remedio *eiuſdem Authent. hoc niſi debitor*, ſed etiam quando hoc non petierit debitor, verum ad inſtantiam creditorum ſubhaſtarentur bona, & emptores non reperirentur, tunc profecto adiudicanda forent; creditoribus etiam inuitis, per iudicem, *leg. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudicat.* & ibi Bartol. Paulus Caſtrenſ. Alexan. Iaſ. & Herculanus; *& l. ordo, C. de execut. rei iudicat.* & ibi Bal. & Salycet. qui Baldus *eo in loco, ſub nu. 4. verſ. quare.* concedit, quod ſi creditor ſit tam iniquus, vt vellet potius debitorem in carcere macerari, quã accipere bona eius in ſolutum, q; poſſet compelli tunc ad ea bona acci-

pienda: ſed eſſet in electione creditoris, quæ bona vellet accipere, ita vt poſſet optima eligere, textus eſt notabilis *in §. quod autem, auth. de fideiuſſ.* & in hoc ibi Baldum ſequuntur Paul. de Caſtr. Salycet. & Herculanus *in d. l. à diuo Pio, §. in venditione, ſub nu. 15.* & cum prædictis concurrit quoque Afflict. *in deciſ. 358. ſub numer. 5.*

5 Imo prænotata † obtinent quoque locum in feudalibus, quia cum hæc non reperiantur expreſſe deciſa in feudalibus, recurrendum eſt ad ius commune, *c. ſecundum, de feud. cognit.* & ſi opponatur, quod feudum non poſſit alienari, nec pignorari ſine licentia Domini, *c. imperialem, in princ. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* igitur nec in ſolutum dari, vel adiudicari, quia adiudicatio in ſolutum eſt alienatio, *l. eleganter, in princ. ff. de condict. indebit. & l. libera, C. de ſentent.* tradunt vltra alios Ruin. *conſ. 176. nu. 9. vol. 1.* Bolognin. *conſ. 21.* Afflict. *deciſ. 191.* & Io. Vincent. de Annam *ſing. 140.* Nihilominus tamen reſpondetur dupliciter; & primo, non procedere, ſi in obligatione feudalium interueniat regius aſſenſus: nam tunc Iudex bona feudalia creditori obligata cum aſſenſu poſſet creditori adiudicare ſine alio aſſenſu, ita And. de Iſer. *in conſtitut. ſi quis poſt litem.* Afflict. *deciſ. 335. nu. 19.* Camerar. *in c. imperialem, nu. 50. & ſeq. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* Loffred. *conſ. 14. ſub nu. 73.* & in ſpecie Capycius *deciſ. 51. nu. 10.* vbi planum facit ſic fuiſſe deciſum per ſacrum conſilium. Secundo reſpondetur quoq; ſupradicta non procedere in alienatione neceſſaria, vbicunque ſubitta ſub haſta, vigore ſententiæ, venderentur, nam tunc teneret omni dubio procul alienatio, etiamſi in obligatione non præceſſerit aſſenſus, ita Io. Vincent. de Anna *in repet. conſtit. diuæ memoriæ, in 3. parte, in verbo eiſdem, nu. 232. cum ſeqq.* vbi teſtificatur, etiam ita ſolitum eſſe in hoc caſu prouideri, quod exequatur, & reperto emptore, pretio regio aſſenſu, liberetur, & ita quoque fuiſſe ſæpiſſime per ſacrum conſilium iudicatum.

Vnde omnium ita diſcuſſorum ſumma eſt, quod obſtet etiam creditoribus in præſenti caſu *deciſio ſacri conſilii Neapolitani, recitata per D. Vincentium de Franchis, 51.* quod dum tractatur de caſu particulari ſuperueniente, ſuper eo prouidendum veniat neceſſario quidem de iure, taliter quod ex cauſa ipſa ſuperueniente licite poteſt contrauenire, nec cenſetur tunc contra contrahentium mentem fieri, ſtante, quod non eſt veriſimile, quod ſi de ſuperueniente caſu cogitaſſet, aliud diſpoſuiſſet, vt per Ancharan. *conſ. 83. col. 1.* & per Io. Vincent. Hondedeum cum aliis aggregatis per eum *conſ. 18. ſub nu. 46. vol. 1.*

Obſtaretque denique eiſdem creditoribus illa itidem exceptio, quod illud, quod poteſt fieri per pauciora, non debet fieri, & exequi per plura: & ſic dum poſſunt conſequi creditores credita ſua mediante datione in ſolutum bonorum debitoris, ad quid expectant, expectareque ſtudent ceſſionem bonorum, nihil eis releuantem? circuitus enim eſt euitandus, *l. dominus teſtamento, ff. de condict. indebit. & l. fin. C. de adoption.* eſto quod in omnem euentum tantum operetur datio in ſolutum, vel ſubhaſtatio, quantum ceſſio bonorum: & conſequenter illi creditores, qui poſtea re principium ſuper ſubhaſtationibus emanandis in præſentire, totum ſupplere debent vſque ad finem, iuxta textum *in c. nullus Epiſcopus, de conſecr. diſt. 50.* non obſtantibus oppoſitionibus aliorum creditorum, tanquam ſcrupuloſis, & inutilibus, contra quos poteſt intonari illa religioſa prouidentia, quod qui nimium emungit, elicit ſanguinem, *c. denique, 9. diſt.*

Et licet debitori obſtet illa regula, quod aliud pro alio ſolui nequeat inuito creditore, *l. promiſſor, §. fin. ff. de conſtit. pecun. & l. eum à quo, C. de ſolut. & l. 2. §. mutui datio.* vbi Doct. *ff. ſi cert. pet.* And. ab Exea *in tract. de pactis, in 1. par. nu. 231.* & Pet. Duennas cum aliis aggregatis per eum *in reg. 159.* tamen ob debitoris impotentiam in pecunia numerata ſoluendi, compellitur creditor accipere bona illius in ſolutum, *Auth. hoc niſi, C. de ſolut.* Bart. *nu. 21.* Corn. *in fine.* Iaſ. *nu. 8.* & Ripa *nu. 25. in d. l. 2. §. mutui datio.* Marc. Sanc. Vaſcol. *in tract. indiuiduorum, in 3 cautela, nu. 38.* & Io. Bapt. Plotus *conſ. 97. nu. 17. vol. 1.* & Io. Vincent. Hondedeus *conſ. 18. nu. 24. cum aliis ſeqq. vol. 1.* vbi ita reſpondit, hanc limitationem etiam non paucis rationibus roborando. Et ſic, dum vnum pro alio ſolui non poteſt inuito creditore, hoc intelligitur, quando debitor pecuniam ſoluere poſſet, ſi vero eam ſoluere nequiret, poſſet alias res offerre: quia quoties id, quod eſt in obligatione, ſolui non poteſt, aliud pro eo ſolui poteſt, *l. in re furtiua, in princ. ff. de condict. furtiu. & l. non dubium, §. fin. ff. de leg. 3.* & ita *in d. §. mutui datio.* concludunt Bartholom. Sac. & Purpurat. *nu. 24.* & ex hoc Socinus ipſe *eo in loco, nu. 11.* tradit cautelam, ad euitandos carceres, quod quotieſcunque debitor conuenitur ad pecuniarum ſummam, offerat, offerreque debeat Iudici omnia bona ſua vendenda: dum enim emptor inuenitur, poterit ipſe pecuniam parare, & ita carceres euitabit, & ſic in practica vidiſſe ſe obſeruari tradit Socinus: neceſſitas enim legibus non ſubiicitur, *l. 1. ff. de offic. conſul.* cum concordantibus per Iaſ. *in l. 2. col. 21. ff. de offic. eius.*

Ex hinc eſt, quod ſi † quis ſub pœna promiſerit, 6 quod aliquis ratificabit actum aliquem, vel etiam renuntiabit alicui iuri, & promiſſor omnem, & quamcunque adhibuerit diligentiam, vt vel ratificatio, vel renuntiatio ſequeretur, non deberet ad pœnam tunc condemnari, etiamſi iuramentum interceſſerit, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, vt notanter concludit Afflict. *deciſ. 295.* & eſt textus *in l. ſi vehenda, §. idem iuris, ff. ad legem Rhod. de iact.* vbi quando quis promiſit factum, & ſine culpa ſua implere non potuit, excuſatur à pœna.

Cæterum vt eo, vnde egreſſa eſt, reuertatur oratio, concludendum eſt, quod † vbicunque debitor 7 carceratus fraudulenter ageret, petendo ſe admitti ad ceſſionem bonorum, tunc vtique non veniret ad tale beneficium admittendus ceſſionis bonorum. imo ſi foret admiſſus ad huiuſmodi doloſam ceſſionem, ea tunc redderetur etiam nulla ipſo iure. prout hoc probatur, tam iure antiquo, quam etiam nouæ conſtitutionis Pii Quinti, & pragmaticæ Caroli Quinti, *9. tit. de ceſſione bonorum.* de iure vero communi antiquiori, quia præſuppoſito, quod debitor doloſe, & fraudulenter petierit ſe admitti ad ceſſionem bonorum, tunc profecto audiendus non eſt, iuxta textum *in l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit.* & ſecundum deciſionem Baldi *in l. 1. col. pen. C. qui bon. ceder. poſſ.* & poſt eum Salycet. *eo in loco*, tradunt Gloſſ. & Bart. *in l. fin. ff. de his quæ in fraud. credit.* & idem Bart. *in l. alia. §. eleganter, ff. ſolut. matrim.* Ang. *in §. fin. col. fin. Inſtit. de actionib.* & ita in propriis terminis reſpondit Natta *conſ. 461. videtur dicendum, vol. 2.* vbi concedit, quod debitor non ſit admittendus ad ceſſionem bonorum, ſi conſtet de fraude, vel dolo ipſius debitoris cedere volentis, veluti ſi pertinaciter neget debitum, vel ex propoſito, vel induſtria faciat ſe inopem; quod ſecure quippe præſumitur, ſi alienauerit omnia bona, vel maiorem eorum partem, vel bona ſua conſumpſerit in ludo, vel meretricibus donando, vel prioribus creditoribus prępoſuerit poſteriores. Ex hinc eſt, quod

8 quod † mercator recipiendo pecuniam aliquorum
ad lucrum, & ad damnum, prætendendoque paſſum
damnum furti, vel rapinæ, incendii, ruinæ, naufragii,
vel ſimilium, tenetur intra annum fidem facere de
tali damno forte inſurgente, vt per Cappell. Tholo-
ſan. *deciſ. 447.* Bar. *in l. in 2. nu. 5. C. de naufrag. lib. 11.* Iaſ. *in*
§. ſequens, nu. 44. Inſtit. de actionib. & Benuen. Straccha
in tract. de mercatura, in 4. par. in tit. de contractib. merca-
torum, nu. 9. fol. par. 80. vbi concedit etiam poſt Bar. *in*
9 *d. l. 2.* quod † teſtes examinati tunc in loco occurſi ca-
ſus, probant, etiam parte non citata, prout abſolui-
mus alias pleniori cornu *in deciſ. 1. nu. 2. lib. 2.* & firma-
uere etiam Alex. *in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infect. col. 5.*
Capell. Tholoſan. *deciſ. 447.* & Pet. Garſia *in ſuis de-*
10 *ciſionibus, in dicto 198. citatio partis.* imo † hoc procedit
etiam in ambaſiatore, vt ei aſſerenti equum ſibi
mortuum fuiſſe in itinere plena præſtetur fides cum
iuramento, taliter quod probatio tunc per ſacra-
mentum admittitur de morte ipſius equi, producta
ſolummodo ſcriptura à quocunque facta, etiam ſe-
miplenam fidem non inducente, ita Bal. *in rub. col. 3.*
C. de fide inſtrum. & Marcus Ant. Baueri. *in tract. de vir-*
tute iuramenti, nu. 94. verſ. 10. admittitur probatio.
11 Et opinionem iſtam, † quod doloſus minime ad-
mittendus ſit ad beneficium ceſſionis bonorum, vel
ad beneficium *c. Odoardus, vel c. peruenit, de ſolut.* ſe-
quuta eſt Rota Romana, veluti extat in terminis *de-*
ciſ. Rota antiquioris 83. vel 22. de reſt. ſpol. & recentius ita
iudicauit eadem Rota in vna Tolletana Canonica-
tus de Dalauera, & Parochiali, de Baraſas, *die 14. Mar-*
tii 1552. coram R. P. D. Veſtano, ſicut habetur in re-
collectis ipſius Veſtani, *fol. 109.* & teſtificatur etiam
Caputaquenſ. *deciſ. 278. lib. 1.*
12 Ex quibus † ita curioſiſſime obſeruatis, non am-
bigue liquet de dolo, & fraude debitoris cedere vo-
lentis, vt per Natt. *in alleg. conſ. 361. nu. 2.* & tanto magis
cum dolus, & fraus probetur ex coniecturis, cum ea
vere, directeq; probari minime poſſit, ſecundum Gl.
in l. apud Celſum, in prin. ff. de excep. doli. & eſt tex. *in c. fin.*
in prin. de renun. lib. 6. Crau. *conſ. 100. n. 3.* & Pet. Antib. *in*
tract. de muner. in 3. part. prin. §. 4. n. 13. Imo fraus præſu-
13 mitur, † colligiturq; ſimiliter ex iis, quæ non extant
veriſimilia, ſicuti explicauere Dec. *conſ. 644. col. 1.* &
Paul. Caſtr. *conſ. 58. col. 2. vol. 2.* quos refert, & ſequitur
Crau. *in d. conſ. 100. n. 5.* Nec non fraus, & dolus colligi-
tur etiam ex iis, quę clam & occulte geſta ſunt, vt ſcri-
bit Men. *in tract. de arb. iud. caſ. 194. poſt n. 17. & ſeq. lib. 2.*
cent. 2. quoniam illud, quod clam & ſecreto fit, ſuſpe-
ctum videtur, vt per Alb. *in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in*
fraud. cred. Bal. *in l. ab Anaſtaſio, in 5. not. C. mandat.* & Iac.
Nouell. cum aliis relatis per eum *in tract. de iur. protho-*
14 *miſ. §. 4. ſub n. 67.* Poſtremo quoq; † præſumitur fraus
ipſa, ſtante præſertim qualitate perſonarum, inter
quas geſtum eſt negotium, ſicuti inter maritum, & v-
xorem, adinuicem tractantes in fraudem tertii, ex
qua nempe perſonarum qualitate præſumitur etiam
fraus, *l. cum his, §. ſed & pars, ff. de tranſaction.* Alciat. *in l. ſi*
15 *maior, in fin. C. de tranſact.* Nec non † fraus præſumi-
tur, etiamſi res donatas donator à donatario poſſi-
dere reperiatur: & ſic præſumitur fraus, ſi donator
poſt donationem continuo poſſideat bona ſicut pri-
us, *l. & qui ſub imagine.* & ibi Gl. *C. de natur. lib.* Bar. *in l.*
ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluit. &
Pet. Antib. *in tract. de muner. in 3. par. §. 4. ſub n. 70. & ſeq.*
vbi refert ita obtinuiſſe, vt Aduocatus in conſiſtorio
Flayſcii, atque pro victoria reportata non parum lu-
cratum fuiſſe, & hoc idem aſſentitur Iac. Nouell. *in*
tract. de iure prothom. §. 4. ſub n. 66. & ſeq. & Affl. *in tract.*
de iure prothom. in §. 4. ſub n. 16. fol. 75. vbi concludit, do-
nationem præſumi factam in fraudem iuris congrui,
ſi donator reperiretur poſt donationem poſſidere. I-
mo non † tantum fraus, ſed colluſio etiam hoc caſu 16
colligitur ex præſumptionibus, & coniecturis men-
tionatis, quæ ſufficiunt ad illius probationem, *l. quia*
autem, §. non ſimpliciter, ibi, ſit tamen nulla ſuſpicio, ff. ſi
quis omiſſ. cauſ. teſtam. Et hoc † ſolide quidem patet et- 17
iam ex diffinitione colluſionis, quæ eſt latens, & frau-
dulenta conuentio ad decipiendum tertium, ſecun-
dum Io. de Anan. *in rub. de colluſ. deteg. nu. 2.* Et hanc o-
pinionem, vt ex cōiecturis, non ſolū fraus, ſed etiam
colluſio probetur, cōmendauit Rota Romana per tres
poſitiones in cauſa, in vna Romana dom., *die 15. Maii*
1551. & die 1. Iulii, eod anno, corā R. P. D. Guidobono, vt
habetur in recollectis Veralli *deciſ. 143. lib. 1.* & in re-
collectis et ipſius Guidoboni, *fol. 266 & 285.* Prætereà
ad huius ſententiæ corroborationē facit deciſio Bal.
conſ. 400. in libris Theſauraria, col. 2. vol. 5. vbi inquit, quod
fallitis, † & decoctorib. minime cōpetat beneficium 18
ceſſionis bonorū, propter eorū dolum, quia hoc re-
medium eſt præſidium miſerorum, non a. auxiliū do-
loſorū, tex. eſt *in l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. & in l. pen.*
ff. de iur dot. Sunt n. falliti, † & decoctores infames, & 19
infamiſſimi, qui ſecundū conſuetudinē legis antiquę
debent tradi creditorib. lacerandi, vt ad lucē adduxit
Gl. *in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* & Roder. Suarez *in l. quoniā*
in priorib. C. de inoffic. teſtam. & in alias fori leges, in decla-
ratione l. 2. lib. 3. tit. de los goniernos, n. 1. & ſeqq. fol. par. 819.
veluti et refert, & ſequitur Natta *in alleg. conſ. 361. poſt*
nu. 7. vbi citat aliud conſiliū Baldi *382. in quæſtione Do-*
mini Mediolani, prope finē, vol. 5. vbi porrigit Bald. quod
hæc ſit bona conſequentia, ſi fallitor, ergo fraudator,
& probat hanc eandē opinionem et Io. Bapt. de Cac-
cialup. *in tract. de debit. ſuſpect. fugit. 1. quæſt. princ. in fine.*
Ex quo præclare affirmauere Paris de Puteo *in*
tract. ſyndicatus, in cap. an in cauſa pecuniaria, in princ.
Marſil. *in l. eos, nu. 2. ff. de fal.* Boer. *deciſ. 215. nu. 5.* Paul.
Grilandus *in tract. de quæſtionibus, & tortura, quæſt. 7.*
nu. 4. Benuenutus Straccha *in tract. de decoctoribus, in*
7. parte, nu. 2. & Natta *in mentionato conſ. 361.* quod ex
quo † in cauſa ciuili, & pecuniaria, quæ habet cri- 20
men annexum, poſſit deueniri ad torturam, vbi veri-
tas aliter haberi non poteſt, per textum *in c. 1. depoſiti,*
& in l. diuus, ff. de quæſtionib. quod mercatores, qui de-
coxerunt, quos vulgo fallitos appellamus, torqueri
poſſunt, vt cogantur indicare pecunias eiſdem datas
ad mercandum, quas nunc denegant habere, & di-
cunt ſe eas perdidiſſe. Quod vidimus obſeruatum
Romæ tempore Pii Papæ Quinti in quodam ban-
cherio ditiſſimo, qui ſe finxit decoctum: nam captus,
& tormentis affectus indicauit, omnes & quaſcun-
que pecunias penes ſe poſitas. imo non obſtante gra-
uiſſima mulcta eidem indicta, fuit tunc iuſſu illius
iuſtiſſimi Pontificis verberibus etiam per vrbem
more ſolito bene cæſus.
Poſtremo † ceſſioni bonorum minime locus eſt, 21
vbi tractari contingit de delicto, vel quaſi, ſed pœna
pecuniaria reſoluitur in corporalem, propter illā re-
gulam triuialem, quod qui non habet in ære luat in cor-
pore, *l. 1. §. fin. ff. de pœn. & l. fin. ff. de in ius voc.* & ita in ter-
minis tradit etiam Natta *in alleg. conſ. 361. nu. 9.* vbi ait,
quod ſi quis agat actione iniuriarum, & concludat
in libello ad pœnā pecuniariam, & ſic ciuilem, ſi reus
condemnatus cedat bonis, non liberat, ſed pœna pe-
cuniaria reſoluitur in corporalē, hancq; opinionē,
quod in delictis non ſit locus ceſſioni bonorū, verū pœ-
na pecuniaria conuertatur in corporalē, approbaue-
re Dd. antiqui, & moderni, veluti Alber. *in rub. C. qui*
bon. ced. poſſ. Iaſ. *in l. ſi quis id quod, col. 6. ff. de iuriſd. om. iud.*
& ii

& ita reſpondit Veronen. *conſ. crim. 9. quidam fuit condemnatus, per totum.* Natta d. *conſ. 361. nu. 9.* Iul. Clar. *quaeſt. 95. verſ. ſed pone, in pract. cauſarum criminalium.* Matthae. Brunus *in tract. de ceſſione bonorum, in 4. quaeſt. principali, nu. 3.* Ang. *in §. fin. col. 3. verſ. quaero an non tantum debitor.* & Ioſeph. de Ludouicis *deciſ. Rotae Peruſinae 32. nu. 3. part. 1.*
22 Neque † debitor admittendus venit ad ceſſionem bonorum, vbicunque inciderit in crimen ſtellionatus, dum contrectauerit rem alteri obligatam, vel diſſimulata obligatione, vel alias facta colluſione, veluti hoc caſu huiuſmodi crimen committi, probat Iuriſconſultus *in l. 3. §. 1. ff. de crim. ſtellion.* & tradit Menoch. *in comment. de arbit. iudic. caſu 381. nu. 7. lib. 2. centur. 4.* vbi *nu. 4.* ſubdit, in huiuſce
23 modi crimine arbitrio † iudicantis poenam infligendam eſſe, per textum expreſſum *in l. 2. & 3. ff. de crim. ſtellion.* Boſſius *in pract. cauſarum criminalium, in tit. de crim. ſtellion. nu. 1.* & Raph. de Raymundis *conſ. 42. viſo proceſſu, in fine.*

24 Caeterum † non tantum hanc partem veriſſimam eſſe ſentio, ex iuris antiqui diſpoſitione, ſed etiam ex iure nouo conſtitutionis Pii Papae Quinti, ſanctiſſimi Pontificis, qua conſtitutione ſancitum eſſe, omnibus notum eſt, quod perſonae huius generis, doloſe, & fraudulenter petentes beneficium ceſſionis bonorum, & ſic iſti decoctores, & falliti, nunquam audiantur in ſimili beneficio, niſi eiſdem in carceribus conſtitutis, accitato Fiſco, & docto legitime, quod propter eorum infortunia deuenerint ad paupertatem. Imo eadem conſtitutione diſpoſitum eſt, quod cedentes bonis in fraudem creditorum, alienantes prius ſua bona ſtudioſe, tanquam latrones etiam puniri poſſint vſque ad poenam vltimi ſupplicii incluſiue.

25 Quoniam † cum debitor bona ſua fraudulenter diſſipauit, non debet gaudere eiuſmodi beneficio ceſſionis bonorum, *l. fin. §. fin. ff. quae in fraud. credit.* per quem textum ita deliberauit Soc. *in tract. fallentiarum, reg. 46.* & Matth. Brunus *in tract. de ceſſione bonorum, quaeſt. 14. quarta quaeſtionis principalis,* affirmans eo in loco, quod qui fraudulenter diſſipat bona, non ſolum perdit beneficium ceſſionis bonorum, verum etiam extra ordinem puniendus veniret, prout ita ſimiliter firmat Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in ver. bona, C. de reuocan. donationib. cum aliis quampluribus ibi per eum aggregatis.* Iaſ. *in Auth. res quae, nu. 21. C. commun. de leg.* Vbi
Com. opin. planum quoque facit, iſtam eſſe communem opinionem, & Aſcanius Clementinus etiam *in tract. de patria poteſtate, cap. 5. effectu 17. nu. 31.* explicando ibi ita alias etiam conſuluiſſe.

OPINIO XCII.

SVMMARIA.

1 *Ceſſionarius dicitur proprie eſſe creditor; itam dominus. nu. 3.*

2 *Priuilegia conceſſa principali, conceduntur etiam ceſſionario.*

4 *Exceptio excommunicationis, quae obſtaret principali debitori, ſuam actionem alii cedenti, non obſtat ceſſionario.*

1 Cessionarivs † dicitur proprie eſſe creditor, ſecundum Iacob. Butr. *in l. 1. ff. ſi certu. petat.* quem ibi Doct. communiter ſequuntur, prout de
Com. opin. hac communi opinione meminit Marian. Socin. *conſ. 27. & ſi praeſens, num. 7. vol. 2.* & ita conſuluit Roman. *conſil. 142. quod ceſſionarius. & conſ. 202 non eſt dubium.* & mouentur mentionati Doct. ad ſic concludendum *per l. 2. C. de donation.* vbi appellatur debitor ceſſionarius ille, cui nomen ceſſum fuit. Similiter facit, quia † priuilegia conceſſa principali, conceduntur etiam ceſſionario, *l. 2. in fine, C. de priuileg. fiſci.* Et 2
ceſſionarius † iſte denique dicitur dominus, vt per 3
Bald. *in l. cor. §. fin. C. de appell.* & ad hoc etiam facit, quod ſcribit Bal. *in l. ſi ſic. ff. de leg. 1.* vt tradit ibi Alex. & iſtam communem ſequitur, & citat etiam Dec. *in 1. lectur. in fin. & in 2. lectur. nu. 99.* & Niger *in d. l. 1. ff. ſi certu. petat. circa fin.* quam late ventilat Veronen. *in l. creditores q. 4. col. 5. C. de pignor.* & latiſſime diſputabat ad vtranque partem Illuſtris D. Raynal. Rodulph. Peruſ. praeceptor meus, dum interpretabatur *d. l. 1.* vbi aſſerebat, antedictam communem non carere difficultate propter quamplurima in contrarium allegata per Doct. paſſim, quae omnia more ſuo ſubtiliter, & docte foedere diſtinctionis concordare conabatur, prout etiam concordant Alciat. Bolognettus, & caeteri moderni, *ibi, circa fin.* Sed iſta † communis limi- 4
tatur non procedere, quando principalis creditor eſſet excommunicatus, & alii cederet ſuam actionem, tunc quippe exceptio excommunicationis cedenti obſtat, ſed non obſtat ceſſionario, vt pulchre deducit, & firmat Ant. Gall. *in tract. de formulis obligationum Cameralis, formul. de perſona petentis exequutionem, n. 9. & ſeq. fol. par. 128.*

OPINIO XCIII.

SVMMARIA.

1 *Citatio partis in petitione familiae Iudicis ad aſſociandum vigore pactorum executiuorum, appoſitorum in inſtrumento, non eſt neceſſaria, & Iudex poteſt illam concedere abſque citatione.*

2 *Licentia per creditorem petita ingrediendi poſſeſſionem, vigore pactorum exequutiuorum, appoſitorum in inſtrumento, an poſſit per Iudicem concedi abſque partis citatione. & n. 8. 9. & 11.*

3 *Clauſula,* vendit, tradit, ceſſit, & conceſſit, *idem operatur, quod clauſula precarii, & conſtituti.*

4 *Notarius tenetur apponere, & extendere in inſtrumentis, clauſulas ſolitas, etiamſi de illis rogatus non fit.*

5 *Clauſulae generales ſolitae apponi in inſtrumentis, nihil operantur.*

6 *Aſſociatio & familia Iudicis, conceditur etiam contra ſingularem ſucceſſorem.*

7 *Creditor agens contra tertium poſſeſſorem, an de dominio debitoris probare debeat, vel ſaltem rem fuiſſe in bonis debitoris.*

10 *Clauſula conſtituti non prodeſt non impleti contractum à ſua parte.*

12 *Simplex clauſula conſtituti plus operatur, quam conſtituti & precarii ſimul.*

Citatio † partis in petitione familiae Iudicis 1
ad aſſociandum, vigore pactorum executiuorum, appoſitorum in inſtrumento, non eſt neceſſaria aliquo modo, & conſequenter Iudex parte non citata poteſt concedere licentiam aſſociandi creditorem ad poſſeſſionem, donec fuerit ingreſſus, & hoc ad prouidendum, ne ſcandala, & rixae ſequantur, ſecundum Salyc. *q. 8.* Alberic. *col. 2.* & Iaſ. *in l. creditores, C. de pignor.* Alex. *conſ. 131. in cauſa inter Vniuerſitatem Strazarolorum, ſub nu. 4. & 11. volum. 4.* Corta *in memorali, in ver. pacta executiua, circa fin.* Marantam *in tract. iudiciorum, in 6. par. de citatione, ſub num. 11.* Iacob. Menoch. *in tract. recuper. poſſ. remed. 9. num. 29.* & Afflict. *deciſ. 328.* vbi firmat ita deciſum fuiſſe in ſacro Regio Conſilio Neapolitano.

Sed † quotieſcunque petita eſſet licentia ingre- 2
dien-

dendi poſſeſſionem, nunc Iudex illam concedere nequiret, non citata prius parte, vt voluerunt Bar. *n. 26.* & alii omnes *in d. l. creditores.* & Bal. *in l. 2. q. 10. ff. de ſer. & in l. 3. ff. de execut. rei iud. col. 2.* & Vrſillus *in add. Affl. in d. deciſ. 386. ſub n. 1.* & Cotta *in practatis memorab. in verſ. patia executiua.* vbi appellat iſtam communem opinionem fore, & Dec. quoque *n. 40.* & Mantua *c. 45. in c. quoniam contra de probat.* & Alex. *in d. conſ. 131. ſub n. 4.* & idem firmant etiam Iaſ. *in l. 2. nu. 113. C. de iure emphi.* Zuccar. *in l. fin. nu. 156. C. de edict. diui Hadr. toll.* Negu. *in tract. de pignor. in 4. par. prin. n. 24.* Illuſtris D. Riminal. Iun. *in prin. Inſtit. de donat. n. 348.* & Pariſ. *conſ. 172. nu. 15. vol. 4.*

3 Et licet † ſoleat concedi aſſociatio prædicta vigore clauſulæ precarii & conſtituti appoſiti in inſtrumento creditoris abſque alia partis citatione, tamen *de anno 1579.* dum reperiretur conceſſa huiuſmodi familia & aſſociatio per Iudicem primarum cauſarum Caſtri Roccha ſancti Stephani Bonifacio Cucciæ de eodem oppido, vigore cuiuſdam inſtrumenti producti per eum, carentis tali clauſula precarii & conſtituti; atque opponeretur ſimiliter per eius aduerſarium de nullitate conceſſionis huiuſmodi familiæ ex defectu antedictæ clauſulæ precarii & conſtituti, coram D. Hieronymo de Roſis, præclaro atque inſigni Doctore, conciue meo, replicaui ad defenſionem & ſuſtentationem aſſociationis huius, quod in ipſo inſtrumento appoſita reperiebatur altera clauſula, *vendidit, tradit, ceſſit, & conceſſit, &c.* quæ idem operabatur in præſente creditore ſtipulante pro ſe, &c. quod clauſula conſtituti & precarii. Et ita obtinui atque reportaui ſententiam ad fauorem antedicti mei clientis. Nam clauſula, *vendit, ceſſit, & conceſſit,* in inſtrumento venditionis appoſita, non probat traditionem poſſeſſionis rei venditæ abſentis, ſed præſentis. Sic ſcilicet quando inſtrumentum celebratur in facie rei, & operatur quippe tunc, vt ſua authoritate emptor ingredi poſſit poſſeſſionem rei, quod alias non valeret, *l. prædia,* & ibi Dyn. Oldr. & Bar. *cum ſim. ff. de acquir. poſſ.* Doct. omnes, & præſertim Pet. de Suza *in l. emancipationē, C. de fide inſtrum* & Caſtrenſ. *conſ. 166. in cauſa quæ vertitur Piſis, nu. 3. vol. 1.* Imo hæc eadem opinio fulciri comprobarique poſſet etiam ex doctrina Soc. *in conſ. 236. ſeu 239. vol. 2.* vbi affabre concludit, quod clauſula conſtituti, cum ea ſemper hodie apponi ſoleat in inſtrumentis venditionis, illa tamen ſubintelligatur in ipſis inſtrumentis appoſita, licet appoſita aliter non fuerit; vbi vtiliter animaduertit quoque, quod procurator ſimpliciter conſtitutus ad alienandum, poſſet vtique eum facere huiuſmodi conſtitutum. & faciunt notata per Ang. *in l. bene à Zenone, C. de quadr. praſcript.* ad præſentis veritatis dilucidationem.

4 Et conſequenter † Notarius tenetur apponere, & extendere in inſtrumentis clauſulas ſolitas, & conſuetas apponi de ſtylo & conſuetudine Notariorum, etiamſi de illis rogatus non ſit, ita Bal. *in l. fin. C. de fideiuſſor.* Alex. *conſ. 27. vol. 2.* & alii non pauci relati per nos *deciſ. 397. nu. 32. & ſeq. lib. 2.* imo clauſula non appoſita per Notarium ipſum in contractibus, tanquam conſueta, habetur pro appoſita: cum Notarius rogatus ſemper cenſeatur, vt omnes clauſulas apponat, vt in terminis conſiderat Antoniu. Teſſaur. *deciſ. 58. nu. 7. & ſeq. cum aliis quamplurimis aggregatis in allegata deciſ. noſtra 397. nu. 33.*

5 Cæterum † iſtæ clauſulæ generales ſolitæ apponi in inſtrumentis de ſtylo Notariorum nihil operantur, nec debent eſſe in conſideratione, vt per Bar. *in l. 2. quæſtion. 6. ff. de iure codicillorum.* Ancharan. iunior. *in quæſtionib. familiarib. quæſtion. 12. numer. 19. & ſequen. lib. 2.* & D. meum Io. Franciſcum de Ponte *conſ. 77. nu. 52. & ſeq.* Dec. *conſ. 495. ſub nu. 18.* Corn. *conſ. 188. col. 9. vol. 3.* Card. *conſ. 120. in fin.* & Tiber. Decianum *conſ. 39. nu. 36. vol. 2.*

Sed ad inſtitutum † noſtrum redeundo, animaduertendum eſt, quod aſſociatio ipſa, ſeu familia, pro ingrediendo poſſeſſionem rei obligatæ creditori, vigore inſtrumenti, cum clauſula precarii, & conſtituti, conceditur etiam, ac concedi poteſt per Iudicem, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, vt per Afflictum *in conſtitution. pacis cultum, ſub nu. 22. & ſeq. lib. 1. rub. 8.* vbi profert ſimiliter magnum verbum, ita in facti contingentia alias deciſum fuiſſe in ſacro conſilio Neapolitano, & huic aſſentitur quoque Rimin. *conſil. 127. viſa facti narratione, numer. 1. volumin. 3.* vbi idem planum facit iſtam eſſe communem omnium opinionem. Et licet contrariam ſententiam de iure veriorem aſſeueret Follerius *in additionibus Maranti, in tractat. de iudiciis, in ſexta parte. in titul. de citat. numero trigeſimo octauo,* tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli aliter in deciſiuis recedere à prædicta prima opinione communi, & approbata in ſacro conſilio Neapolitano, & in ſacra regia Audientia Barenſi recitata *in deciſ. noſtra 283. in cauſa magnifici Ioannis Bernardini, lib. 2.* 6

Et † quamuis creditor, agendo contra tertium poſſeſſorem, debeat probare de dominio debitoris, ex diſpoſitione *l. creditores, C. de pignorib. & hypothecis.* & Doctores varii fuerint inter ſe, tamen fuit deciſum in ſacro conſilio Neapolitano, quod ſufficiat probare, rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris tempore obligationis, atteſtante Afflicto *deciſ. 383.* nam creditor habens ſimplicem hypothecam tantum contra bona debitoris, agensque contra tertium poſſeſſorem bonorum, neceſſe habet probare de dominio ipſius debitoris obligantis, vltra quod prius debet fieri diſcuſſio. Et ratio ea eſt, vt percommode diſcurrit Vrſillus *in additionib. Afflicti in allegata deciſion. 383. ſub numer. 1. & ſequent.* quia poſſeſſor habet re vera potiora iura, & ſic titulum, & poſſeſſionem, taliter quod duo habentes cauſam ab vno, ille præferendus ſit, qui habet tunc titulum, & poſſeſſionem, *l. ſiue autem, § à nobis ff. de publi.* ſed creditor ipſe habens in inſtrumento confecto à debitore conſtitutum, & precarium, poteſtatemque poſſeſſionem capiendi propria authoritate, hoc, inquam, caſu, vt in principio demonſtrauimus, non habet neceſſe probare de dominio, ſed recuperare poteſt ſuam poſſeſſionem contra quemlibet remedio *l. final. Cod. de acquirend. poſſeſſion.* & contra ſingularem ſucceſſorem, etiam inuitum, & reſiſtentem, ſecundum magis communem opinionem, recitatam per Vrſillum *in additionibus Afflicti, in allegata deciſione 383. numero quarto.* 7

In tantum † quod Iudex concedendo in talimateria literas executiuas nuntio, pro aſſociatione creditoris, iſte actus, etiam parte non citata, tanquam iuridicus, ſuſtinetur, & non eſt actus iudicialis, ſed extraiudicialis, ſed in extraiudicialibus pars non citatur, ita Innocent. *in c. ex ratione, numero ſecundo, de appellation.* Bald. *in leg. atque naturales, Cod. de probation. & in leg. ſi filius, in repetition. poſt numerum primum, ff. de muneribus.* & in propriis terminis, in Iudice ſic committente, tenet Specul. *in titul. de pignoribus, §. item ſi ſicut quod ſi Iudex.* vbi Io. Andr. *in additione magna, in ſine.* Iacob. Butr. *in leg. nequaquam, § vbi decretum, ff. de offic. Proconſul.* per notat. per Gloſſ. *in §. multis autem modis, Inſtitut. de libertinis,* vbi Baldus *in quarta columna, verſicul. ſed dubitatur.* dicens illum actum non 8

poſſe

Digitized by Google

poſſe dici prætorium, ſed magis pacti executiuum, cum non fiat in forma prætoria, ſiue iudiciali, parte citata: vnde Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus, in verſic. iudices potas debent habere manus, in fine*, dicit, quod ſi iudex exequendo pactum prædictum, parte non citata, dares tenutam, non teneretur in ſyndicatu, quæ omnia bene nota.

9 Imo † hoc procedit etiam contra tertium ſingularem poſſeſſorem non citatum, & negotio non liquidato, quoniam creditor, ex quo ciuiliter poſſidet, poteſt ingredi, & inſiſtere in ſua poſſeſſione, & turbare naturaliter poſſidentem, per not. *in l. clam, poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. poſſeſſ.* nam ingreſſus tali caſu dicitur potius defenſio, quam occupatio, *l. cum fundum, cum ibi not. ff. de vi & vi armat.* & ita firmat Aret. *conſ. 21. col. pen. & ſeq.* Soc. ſen. *conſ. 82. col. pen. vol. 3.* Neguſanc. *in tract. de pignorib. in 4. par. nu. 28.* & Afflict. *in conſtit. Regni, pacis cultum, col. 8. nu. 28.* vide etiam Ant. Gabriel. *lib. 2. com. concluſ. tit. de citationibus, 52. amplias. nu. 223*, & limita vt ibi per eum *nu. 225.*

10 Et † cum aliqua in practica frequentiſſima, abſoluta ſupta appareant circa clauſulam conſtituti, poſtremo addendum quoque eſt in materia ipſius clauſulæ conſtituti, quod non implenti contractum ex parte ſua, clauſula conſtituti non operetur, vt per Iaſ. *ad l. quoties, col. 4. C. de rei vend.* Dec. *ad l. contractus, col. 5. in 2. fall. ff. de reg. iur.* donec fuerit impletus, Neuizan. *conſ. 50. nu. 59.*

11 Sed in † hac materia aduerte, quod vbicunque in inſtrumento appoſitum non eſt conſtitutum, vel precarium, contra tertium non citatum, pacto executiuo non liceat vti, vt per Bar. & cæteros omnes Legiſtas, *in l. creditores, C. de pignor.* Ant. de Butr. & alios omnes Canoniſtas *in c. quia, extr. de iudic.*

12 Similiterque † adde in iſta materia, quod plus operetur ſimplex clauſula conſtituti, quam conſtituti, & precarii ſimul, vt not. Ang. Aret. *in §. actionum, nu. 9. verſ. aduerte tamen, Inſtit. de actionibus.* quia ex illa clauſula transfertur vera poſſeſſio.

OPINIO XCIV.

SVMMARIA.

1 *Citatio partis requiritur in executione ſententia.*

2 *Citatio partis non eſt neceſſaria in executione ſententiæ in eadem re facienda, ſuper qua lata eſt ſententia.*

3 *Executor ſententiæ non tenetur citare partem ad executionem faciendam.*

4 *Citatio eſt neceſſaria in executione ſententiæ, quando ab ea fuit appellatum, & appellatio eſt deſerta.*

5 *Citatio partis in executione ſententiæ facienda, eſt neceſſaria, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali.*

6 *Citatio partis in delatione iuramenti in litem non requiritur, ſed dumtaxat ad videndum taxationem rerum ablatarum faciendam per iudicem.*

7 *Citatio non eſt neceſſaria in quinque caſibus remiſſiue.*

1 CITATIO † partis requiritur in executione ſententiæ facienda, *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Ant. Gabr. *com. concl. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. in 29. amplia. nu. 129. pro contraria parte, nu. 130. pro tertia opinione & diſtinctione, nu. 131.* Bar. not. *in extrauagan. ad reprimendum, in verſ. in executionem, qui ſibi ſint rebelles, in vſibus feudorum.* quem ſequuntur Alex. *in l. a Diuo Pio, §. in venditione, nu. 35. ff. de re iud.* & ibidem Iaſ. *num. 9.* & Vincen. Herc. *ibi nu. 52.* & Maranta *in tract. ordinariorum, in 6. par. in 3. actu, nu. 16. & ſeq.* vbi inquit, non † fore 2
neceſſariam citationem partis hoc caſu, quando fieret executio in eadem re, ſuper qua lata ſententia ipſa extitit. Et ſequitur, quod † executor ſententiæ 3
non teneatur citare partem ad executionem faciendam, Octau. Veſtr. *in ſua pract. in ultim. ſen rub. de executione rei iudicatæ, expenſarum taxatione, ac fructuum liquidatione, poſt prin. ſol. par. 150.* vbi ait, quod ita obſeruat Sacrum Palatium Roman. Sed vbicunque à ſententia † appellatum eſſet, ac appellatio deſerta reperiretur, tunc profecto in executione facienda debet 4
citatio tanquam neceſſaria præmitti à iudice à quo ad dicendum cauſam, quare ſententia executioni mandari non debeat, alioquin executio non teneret, ſecundum Bar. *in l. 1. ff. nil nouar. appell. pen.* Bal. Salyc. & omnes *in l. ſi contra, C. de appell.* Rotam *deciſion. 222. in nouis.* & iſtam prædicat eſſe communem opinionem Maranta *in loco præcitato*, & Caſſadorus *in deciſion. 6. num. 2. in titul. de cauſa poſſeſ. & propriet.* Ang. Aret. *in §. actionum, n. 10. verſ. quæro de quæſtione, Inſtit. de act.* quia poſt talem ſententiam quædam exceptiones opponi poſſunt, *l. 1.* & ibi gl. & Doct. *C. de iur. & fact. ignor.* & aſſeuerat Bart. *in l. à D. Pio, §. ſi ſuper reb. ff. de re iudic.*

Et præmiſſa † concluſio ita enucleata, quod partis citatio requiratur in executione ſententiæ, ampliatur, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali, cum militet eadem ratio, ſecundum Cyn. *in l. ab executione, C. quorum appell. non recipiun.* cum quo tranſeunt Io. de Imol. & Alex. *in d. §. in venditione.* & quamuis Bart. aſſeueret ibi contrarium, tamen ibi Iaſ. *nu. 9.* refert opinionem Cyni eſſe magis communem, & veriorem in iure dixit Alex. *in d. loco.* 5

Et † quemadmodum citatio rei eſt requiſita in executione ſententiæ, ita etiam citatio in delatione iuramenti in litem minime eſt neceſſaria, ſed ad videndum ſolummodo taxationem rerum ablatarum per iudicem faciendam reus citandus quippe foret, ita Rota Roman. *deciſ. 99. in antiquis, & deciſ. 299.* licet quoad taxationem rerum, & ibi Ant. Maria Papazon. *in add.* & Phanuccius cum magna Doctorum caterua relata per eum *in tract. de iureiurando in litem, in 4. par. in prin. nu. 10.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & ita in facti contingentia obtinui de præſenti *anno 1579.* non abſque leui certamine, coram circumſpectiſſimo, atque integerrimo D. Cæſare Riuera compatriota meo, tanquam Auditore Illuſtriſſimi D. Pompeii Columnæ in cauſa aliquorum de ſtatu, & comitatu Equicolarum. Et dum allegatus extitiſſet per aduerſarium Ioan. Baptiſt. Plotus *in repet. l. ſi quando, C. vnde vi, ſub num. 850. pro contraria parte*, vbi præſupponebat opinionem iſtam affirmatiuam ſimpliciter communem eſſe, replicabam Plotum communem hanc citaſſe ex ſemetipſo, ſuoque capite, & ſine ratione, & authoritate aliqua. Vnde cum prima ſententia Rotæ, & communis veriſſima nempe ſit, ex vina ratione, in qua illa fundatur, quæ ea eſt, vt iuramentum in litem inuito reo de iure deferri ſoleat actori, facile, & rationabiliter ſuadere poſſum, ab ea in actu practico recedere tutum non fore. Et † comprobatur etiam eadem opinio communis negatiua ex ſcriptis per Iaffredum Lanfrancum *in deciſ. 258. citatio partis non requiritur.* vbi recenſuit quinque alios caſus, in quibus non exigitur, neque requiritur partis citatio. 6, 7

OPINIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, quod tenores, & forma quorum omnium, & aliorum habeantur pro expreſsis, etiamſi expreſſa mentio de eis facienda eſſet, quid operetur.*

CLAV-

1 CLAVSVLA, † quod tenores, & formæ quorum omnium, & aliorum habeantur pro expreſſis, etiamſi expreſſa mentio de eis facienda eſſet, & cætera, operatur perinde, ac ſi de verbo ad verbum omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent, & tollit clauſulam derogatoriam ad futura, ſecundum Ant. de But. *conſ. 2.* Fel. *in c. nonnulli, col. 7. de reſcript.* Caſſad. *deciſ. 28. ſuper regulis.* Dec. *conſ. 341. n. 1.* Crau. *conſ. 126. n. 7.* & Parif. *conſ. 1. n. 84. vol. 4.* & iſta eſt magis communis opinio, vt conſtat ex relatis per Gl. concor. *in tract. de forma mand. apoſt. in verb. pro expreſſis, & cætera.* & per Couarr. latiſſime *in epitom. de teſtamentis, ſuper rub. par. 2. nu. 20. fol. par. 222. & ſeq.*

Com. opin.

OPINIO XCVI.

SVMMARIA.

1 *Legatus de Latere, ſeu inferior a Papa, vel Imperatore, non poteſt diſpenſare, vt ſimpliciter, & de plano, iuris ordine non ſeruato, procedatur, & talis clauſula nihil operaretur, & proceſſus eſſet nullus.*

2 *Clauſula,* ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, &c. *quid operetur remiſſiue.*

3 *Iudex cognoſcens cauſam cum clauſula,* ſine ſtrepitu, & figura iudicii, *poteſt venire ad pignorum captionem, abſque alia ſententia.*

4 *Excuſſio non eſt neceſſaria in iudicio, vbi agitur cum clauſula* ſummarie, &c.

5 *Teſtes poſſunt recipi abſque iuramento, & etiam diebus feriatis, quando agitur cum clauſula,* ſummarie, &c.

6 *Iuramentum, & votum ſunt de iure diuino, & de pari procedunt. n. 7*

8 *Teſtis iurare tenetur de iure diuino.*

9 *Iuramentum pro veritate accipitur.*

10 *Iudex tenetur omnino inquirere veritatem.*

11 *Iuramentum debet eſſe veritatis indagatio.*

12 *Iurare eſt aſſumere, & vocare Deum in teſtem.*

13 *Iudex cognoſcens cum clauſula,* ſola facti veritate inſpecta, &c. *manu militari, regiaque exequi poteſt, ſed ſecundum Rotam Romanam poſſunt ad arbitrium Commiſſarii abbreuiari termini de ſtylo Sacri Palatii introducti, non autem totaliter præteriri.*

14 *Iudex cognoſcens cum clauſula, ſola facti veritate, &c. poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, & vt Deus poſſet, etiam in eo, quod petitum non eſſet, & recedere à regulis iuris.*

15 *Clauſula,* ſola facti veritate inſpecta, *aliquid plus operatur, quam clauſula,* ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii.

16 *Papa diſpenſare non poteſt, vt teſti abſque iuramento credatur. Et teſtis abſque iuramento deponens talem qualem facit probationem. n. 17. Et depoſitio facta vigore Monitorii poteſt iudicem inclinare ad ita ſentiendum. n. 18.*

19 *Teſtis iurare recuſans, eſt reprehendendus, & cur. Et aſſerens in re licita non licere iurare eſt hæreticus. n. 20. Et cur. n. 21.*

22 *Qui vult non iurare, per iudicem ad iurandum compelli poteſt.*

1 LEGATVS † de Latere, & ſic inferior à Papa, ſeu Imperatore, non poteſt reſcribere, ſeu diſpenſare, quod ſimpliciter, & de plano, & iuris ordine non ſeruato, in aliquo negotio procedatur, & caſu quo inferior ipſe huiuſmodi cauſam decidendam commiſiſſet ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, & figura iudicii, talis clauſula nihil operatur, imo haberetur pro non poſita, vnde proceſſus fabricatus in caſu hoc, & ſententia lata non valerent, ſecundum

Clauſula.

Gloſſ. *in Clemen. ſæpe. in ver. mandamus. de verbor. ſignific.* & ibi Lanfran. *in princip.* & Celſus *in addit. ad eum.* & Gloſſ. *in c. final. de hæretic. in 6.* Ang. *in q. miles Aſtenſis.* Gulielm. de Cun. *in l. nequicquam. §. de plano, ff. de offic. procon.* & ibi Bald. *in §. final.* & iſta eſt communis opinio, cui inhærent etiam Iaffredus *deciſion. 381. inferior à Papa.* Felin. *in c. mandata. de præſumpt.* Dec. *in c. 1. de reſcript.* Bar. Franciſ. Aret. Alex. Crotus, Ruinus, Ripa, Ioannes Hannibalis, & Iaſ. *in vtraque lectura.* & cæteri omnes *in l. nemo poteſt. in princip. ff. de legat. 2.* Belloniis *conſil. 25. in fin.* Marſil. *in ſingul. 102. clauſula ſummarie ante fin.* Guid. Papæ *deciſion. 198. ſed tam dominus Gubernator, numero primo.* & Maranta *in tractat. iudiciorum in quarta parte, 9. diſtinction. numero tertio, & in ſexta parte 2. actus princip. numer. 326.* vbi hoc ſtatuit, & de communi præmiſſa faciunt mentionem Alex. & Iaſ. vbi ſupra.

Com. opin.

Et hæc † clauſula, *ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu, &c.* quid operetur in reſcripto, vide Corn. *conſ. 243. num. 3. 4. & 5 vol. 4.* Marſil. declarantem *in d. ſingul. 102.* & Octau. Cacher. *in deciſ. 1. num. 12. cum aliis ſeq.* & quid operetur, & per quos concedi poſſit, vide Alex. *in extrauagan. ad reprimen. in gloſſ. in ver. ſummarie.* Felin. *in c. dilecti, 3. oppoſ. de iudic.* & Lanfran. *in repet. d. Clemen. ſæpe, per totam.* & Celſum cumulatiſſime *in apoſtillis ad eum ibi.* & Roman. *ſing. 792. & conſ. 319. in cauſa propoſitæ quæſtionis.* 2

Et aduerte, † quod quando cauſa venit decidenda, & cognoſcenda per huiuſmodi clauſulam, *ſine ſtrepitu, &c.* iudex poteſt venire ad pignorum captionem abſque aliqua ſententia, ſecundum Iaffredum *deciſion. 630.* quando cauſa eſt commiſſa. 3

Item † quando ageretur in iudicio cum hac clauſula, vtique non foret neceſſaria excuſſio, *vt voluerunt* Socin. & Iaſ. *nu. 203. & ſeq. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* 4

Similiterque † quando procederetur cum eadem clauſula, poſſent produci recipique teſtes abſque iuramento, etiam diebus feriatis in honorem Dei, ſecundum Bar. *in l. filius, nu. 5. ff. de donation.* Barbat. *in d. c. dilecti, col. 2.* Roman. *conſ. 20. nu. 3. & ſeq.* Alex. *nu. 6. cum aliis ſequen.* & Dec. cum aliis relatis per eum *in l. milites, nu. 20. C. de teſtam. milit.* quam opinionem, vt veriorem & communem, comprobat Felin. *in d. c. dilecti, nu. 5.* & ſequuntur, & communem eſſe atteſtatur Celſus *in d. Clemen. ſæpe, in addit. ad Lanfran. in prin. nu. 9.* & Octau. *in d. deciſion. 1. nu. 17.* vbi contrariam ſententiam explanat veriorem eſſe, & in iudicando, & conſulendo eam tutiſſimam arbitror, prout eidem opinioni accedit vltra Rotam Pedemontanam *in d. deciſion. 1. nu. 17.* Ang. & Bald. *col. 2. verſ. ſecundo ponamus in d. l. milites. C. de teſtam. milit.* & idem Bal. *in l. presbyteri, col. 1. & fin. verſ. quæro aliud, C. de epiſ. & cleric.* & Roman. reuocando iudicium ſuum in melius, *in d. l. filius.* & Felin. etiam *in c. conſtitutus, nu. 16. de reſcrip.* vbi affabre reſpondet argumentis Bartoli, & ſequacium, & refert in eandem opinionem inclinaſſe Auguſt. de Anchona, *de poteſtate eccleſiaſtica. quæſt. 55. art. vlt.* & huic opinioni contra Bar. inhæret quoque Natta *in d. Clemen. ſæpe. §. omnia, col. 28. verſ. nono quæritur.* Cotta *in memorab. in ver. teſti non iurato.* Marſil. *in ſing. 214. ad validitatem. in fin.* & Gabriel Sarayna *in add. ad Marthæſilanum in ſing. 38. in fin. ipſius additionis.* 5

Com. opin.

Et † illorum opinio comprobatur ratione efficaciſſima, quod iuramentum & votum ſunt de iure diuino, *c. & ſi Chriſtus, de iureiuran.* & notat Specul. *in titul. de legato. in §. nunc oſtendendum eſt, nu. 24.* vbi concludit, quod iura ipſa naturalia ſunt immutabilia, & indiſpenſabilia. 6

Digitized by Google

7 Et † quod iuramentum & votum de pari æquipolli-
Cōc. tertque currant & procedant, firmant omnes Cano-
opin. niſtæ vnanimiter, & præſertim Panor. *in c. ſi vero. de iu-*
reiur. inquiens ibi, quod eccleſia facit maiorem vim
in iuramento, quam in voto: quia eſt maius pericu-
lum deuitandi, eo quod crebrius fiat iuramentum,
quam votum. Et quod iuramentum ſit de iure diui-
no, habetur *Geneſ. c. 31.* cum Laban iurauit Iacob. Me-
norb. *de arbit. iud. quæſt. 26. n. 3. lib. 1.* ita vt teſtis dictum
abſque iuramento non probet, vt traditur infra *opin.*
8 *93. n. 4.* Et † de hoc dubitandum non foret, quod te-
ſtis iurare teneatur de iure diuino; ſiquidem Iacob,
vbi ſupra, voluit teſtimonium ſoceri ſui Laban con-
9 firmatum per iuramentum. Et † quod iuramentum
omitti non poſſit, & neceſſarium quippe ſit ad colli-
gendum veritatem à teſte, & quod aliter iudex non
delato iuramento teſti iudicaret in obſcuris, & de
veritate anceps & ambiguus remaneret, ſuadetur ex
hoc, quod ſacramentum pro veritate ipſa accipitur,
10 *l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiur.* Et iudex † tenetur omnino
inquirere veritatem, *l. ij apud. C. de eden.* cum iuramen-
11 tum † debeat eſſe veritatis indagatio, ſecundum Inn.
12 *in d. c. & ſi Chriſtus.* Et demonſtratur † hoc idem aper-
tius, cum iurare, ſecundum S. Thom. *in ſecunda ſecun-*
dæ quæſt. 89. art. 1. eſt aſſumere Deum in teſtem quod
ideo fit, quia in rebus humanis non poſſumus habe-
re certitudinem ab homine, tum quia plurimi in
mendacium labuntur, tum etiam quia deficit in co-
gnitione, vnde quærimus illam à Deo, qui omnia
ſcit, & in quo non poteſt eſſe mendacium, & omnes
poteſt punire, qui illum in teſtem falſo aſſumunt. Et
dicitur iuramentum, quia quaſi pro iure introdu-
ctum eſt, vt quod ſub inuocatione diuini teſtimonii
dicitur, pro vero habeatur. Vel iurare eſt Deum in
teſtem vocare, vt conſulit etiam Card. *in c. 1. §. not. 1. q.*
de iureiur. & Bal. *in l. ſi quis maior, col. 8. C. de tranſact.* &
13 Auguſt. *in quodam ſermone de periuro.* Nec non † vbi
proceditur cum antedicta clauſula, ſola facti veritate
inſpecta, manu militari, regiaque exequi poſſet, ſe-
cundum Gramm, cum coaceruatis per eum *in deciſ.*
19. n. 4. & Marant. *in d. 4. par. 9. diſt. n. 8.* Poſſetque pari-
14 ter † iudex iudicare, ſecundum conſcientiam pro-
priam, & vt Deus, ſecundum Alex. *conſ. 6. nu. 2. vol. 3.*
Corn. *conſ. 3. vol. 2.* Are. *col. pen. & fin.* & Iaſ. *n. 45. in §. bo-*
næ fidei. inſtit. de act. & Dec. *in c. quoniam contra, col. 2. de*
probat. Poſſet quoque iudicare in eo, quod petitum
non eſſet, ac deniq; poſſet recedere à regulis & cen-
ſuris iuris communis, vt tenet & probat idem Gram-
mat. *in deciſ. 15. & in d. deciſ. 19. nu. 5. cum aliis ſeqq.* ſed ſe-
cundum Rot. Rom. *deciſ. 451. & deciſ. 488. in antiquis,*
vbicunque committitur cauſa, quod procedatur ſola
facti veritate inſpecta, poſſunt tunc ad arbitrium
commiſſarii abbreuiari termini de ſtylo ſacri Palatii
introducti, ſed non poſſent totaliter omitti, & hoc i-
dem firmat Roman. *conſ. 319. n. 4.* Bene tamen verum
15 eſt, † quod illa verba, *ſola facti veritate inſpecta,* aliquid
plus operantur, quam verba, *ſummarie. ſimpliciter, &*
de plano. & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſecundum A-
ret. *conſ. 84. col. 2.* Roman. *in d. conſ. 20. viſo puncto ſub nu.*
8. Alex. *conſil. 6. circa proceſſum, col. 1. vol. 3.* Bertran. *conſ.*
397. nemini puto, n. 2. vol. 3. Ruin. *conſ. 12. in quæſtione, n. 1.*
vol. 4. Iacob. de S. Georg. *in l. certi condictio. § ſi nummos,*
n. 3. ff. ſi cert. pet. Dec. *in c. quoniam contra, ſub nu. 5. de pro-*
bat. & Octau. Cacher. *in d. deciſ. 1. n. 20.* vbi in medium
Cōc. retulit iſtam fore magis communem opinionem.
opin. Sed hæc omnia ita enucleata limitantur vtiliter
non procedere per Octau. *in præmemorata deciſ. 1. n. 21.*
poſt alios congeſtos ibi per eum, vbicunque reſcri-
ptum non ſimpliciter diſponeret procedendum eſſe
ſola facti veritate inſpecta, cæterum adderet etiam
producendam eſſe petitionem, tunc enim audiendæ
forent partes in iuribus ſuis; prout hoc idem diſpo-
ſitum in Regno per regiam pragmaticam, *Diſpendia*
litium, iubentem procedendum fore ſine figura iu-
dicii, facti veritate inſpecta, dummodo pro libello
præcedat talis qualis petitio, ex qua reus deliberare
valeat, an velit cedere, vel contendere. & tanto ma-
gis conſueuit in Regno in cauſis procedi via ordina-
ria data petitione, ſtabilito termino ad probandum,
& ſubſecuta publicatione, & concluſione, cum vltra
verba prædicta appoſita in ipſa regia pragmatica, ap-
ponuntur in ea etiam hæc alia verba, *facti veritate in-*
ſpecta, & non adeſt illa dictio, *ſola,* quæ eſt excluſiua,
ſecundum Roman. *in ſing. 792.* Alios vero, & circiter
quindecim effectus dictæ clauſulæ refert probatque
Maranta *in d. 4. par. 9. diſt. num. 11. cum aliis ſeqq.* & Abb.
nu. 6. & ſeq. & alii Canoniſtæ *in d. c. dilecti.*

Et circa id, quod † ſupra *nu. 9.* concluſum fuit, 16
quod teſtis tenetur iurare de iure diuino, aduerten-
dum quoque eſt, quod per Pontificem diſpenſari mi-
nime poſſit, vt teſti abſque iuramento credatur, vt
per Felin. *in c. conſtitutus. nu. 16. de reſcript.* Marſil. *ſing.*
204. ad validitatem. & Menoch. *de arbit. iud. quæſt. 26. lib.*
1. nu. 4. Ioan. de Selua *in tract. de iureiurando in 3. parte,*
quæſt. 1. nu. 31. Et ratio eſt, quia in iuramento Deum
principaliter reſpici Papa ipſe diſpenſare nequit abſ-
que cauſa, prout hoc idem dicendum eſt in omnibus
aliis caſibus, in quibus Papa diſpenſare non poteſt,
ex quo in illis ſuperioris authoritas excepta non in-
telligitur, vt per S. Thom. *in 4. ſententiarum, diſt. 38. q. 1.*
art. 4. Abb. *in c. quanto, de iureiur.* & Felin. *in d. c. conſti-*
tutus.

Sed ſi † teſtis abſque iuramento deponeret, tunc 17
talem qualem faceret probationem, prout Menoch.
intellexit Alex. vbi ſupra *in l. milites, numer. 7. Cod. de*
teſtament. militar. & conſil. 147. numero ſecundo, volumine
ſexto.

Et ſimiliter † depoſitio facta vigore monitorii, 18
poteſt iudicem inclinare ad ita ſententiandum, vt per
Crauet. *conſ. 191. in fine.* & Curt. iun. *conſ. 96. nu. 8.* Imo
recuſans † propter conſcientiam iurare veritatem, 19
eſt reprehendendus, vt per Glo. *in c. & ſi quæſtiones. de*
ſimon. & in c. excommunicamus, §. ſi qui vero, de hæret. Et
ratio ea eſt, quia iurare non eſt peccatum, ſed peie-
rare peccatum eſt, *c. innouo, 22. q. 1.* Imo † iudem aſſe- 20
rens pertinaciter in re licita non eſſe licitum iurare,
eſt hæreticus, ſecundum Gloſſ. & alios vniuerſaliter
omnes *in c. olim. el primo, de reſt. ſpoliat. & in c. & ſi Chri-*
ſtus, de iureiuran.

Et nihil † mirum, quia iuramentum ipſum legi- 21
tur Deum ſæpe feciſſe, *c. incommutabilis, 22. q. 4.* Ioan.
de Selua *in tract. de iureiurando, in 1 par. quæſt. 3. nu. 2.* vbi
refert quoque Angelum, & Apoſtolum Paulum iu-
raſſe etiam per viuentem in ſecula ſeculorum.

Imo denique, ſtringendo † clauum præſentis ſpe- 22
culationis, animaduertendum eſt, quod is qui vouit
non iurare, poteſt compelli per iudicem ad iuran-
dum, ſecundum Ioan. Andr. *in c. quia plerique, de offic.*
ordin. libro ſexto. & facit Gloſſ. *in c. cum eccleſia, in verſi-*
cul. effuſione, de immunitat. eccleſiaſtic. & Speculat. in
titulo, de iuramento calumniæ, §. ſuper, verſicul. quid ſi
vero.

OPINIO XCVII.

SVMMARIA.

1 *Beneficium primum curatum vacat ipſo facto, ipſoque*
iure per adeptionem ſecundi beneficii ſimiliter cu-
rati.

4 *Clericus ob ſimplicem receptionem ſecundi beneficii curati an perdat primum.*

5 *Beneficium primum curatum an vacet per adeptionem ſecundi. & n. 4. Et poſſeſſio pacifica quomodo intelligatur reſpectu c.* de mulcta, *declaratur. n. 5.*

6 *Clericus ſine conſenſu licentiaque ſui ſuperioris non poteſt renunciare beneficio ſibi collato, ad finem accipiendi ſecundum beneficium incompatibile.*

7 *Clericus, qui in primo beneficio erogauit expenſas de proprio patrimonio, non cogitur dimittere illud, accepto ſecundo incompatibili, niſi prius reſarcitis ſibi omnibus expenſis. Eaſq; expenſas etiam heres eius repetere poteſt. n. 9.*

8 *Retentio pro expenſis conceditur in beneficiis.*

10 *Clericus per aſſecutionem ſecundi beneficii curati non amittit alia beneficia ſimplicia.*

11 *Citari debet poſſeſſor beneficii, quod vacauit ipſo iure, per aſſecutionem ſecundi ſimilis beneficii, cum traditur poſſeſſio eius alteri, cui fuit collatum.*

12 *Clericus adepto ſecundo beneficio incompatibili intra quod tempus teneatur dimittere primum beneficium, eiuſq; poſſeſſionem.*

1 CLERICVS † habens beneficium curatum, recipienſque tunc aliud ſimiliter curatum beneficium, vacat ipſo facto, ipſoq; iure primum, eoq; priuatur, ac debet per habentem poteſtatem conferendi illud intra ſex menſes conferri, *c. de mulcta. de preb.* Caſſador. *deciſ. 1. ſub nu. 1. de conſtit.* & Staphil. *de literis* 2 *gratia & iuſtitia, fol. 70. à tergo.* Et † hoc interpretatur vtiliter procedere, vt ipſe clericus per receptionem ſimplicem ſecundi beneficii curati non perdat primum, ſed per receptionem pacificam, realem, actualem, & corporalem, ſecundum Lauren. de Fano *in l. in quorum, col. 27. de pig.* & Gl. *in d. c. de mulcta. in verb. poſt receptionem.* vt ibi etiam Abb. *n. 16.* vbi expreſſe etiam 3 voluit. † & determinauit, vt vacet primum beneficium ipſum curatum poſt pacificam poſſeſſionem primi, & ſic dicta receptio ſecundi beneficii, vt inducatur vacatio primi beneficii, debet eſſe corporalis, & ſimul pacifica, & eſt textus *in extrauag. execrabilis. §. qui vero. de preb.* & notat Caſſad. *deciſ. 1. ſub num. 1.* & Staphil. *de literis gratiæ & iuſtitiæ, fol. 71.* Et huic opinioni accedit quoque Caſſad. *deciſ. 9 de cauſa poſſ. & propriet. ſub nu. 2.* vbi hoc ampliat etiam vtiliter procedere, allegando ibi textum, & Gl. *in c. ſi tibi conceſſo, de preb. in 6.* quod in adeptione ſecundi beneficii, vt quis ipſo iure incurrat priuationem primi beneficii, neceſſario quidem requiritur non ſolum pacifica exercitii curæ animarum poſſeſſio, verum omnium fructuum, vel maioris partis perceptio, atque actualis poſſeſſio etiam eiuſdem ſecundi beneficii. Ita quoq; conſuluit in terminis Bernard. Bombing. *conſ. 25. Reuerende pater.* quod electus, & confirmatus in Epiſcopum beneficia non amittat, quæ ante Epiſcopatum habuit, ſi prius de facto & realiter non habeat adminiſtrationem bonorum Epiſcopatus, vel ſaltem ma- 4 ioris partis. Sed † hoc ita, & taliter declaratum limitatur non habere locum, quando clericus accepiſſet ſecundum beneficium curatum calore iracundiæ, tunc quippe non vacaret aliquo modo primum, ſi in continenti ipſum pœniteret, quoniam calor iracundiæ eundem clericum In præſenti caſu excuſaret, ſe- Cōis opin. cundum Dd. omnes *in d. c. de mulcta.* & ibi etiam Abb. *n. 13.* qui perhibet iſtam eſſe communem opinionem. 5 Limitatur † ſecundo etiam *d. c. de mulcta.* vt non procederet vbicunq; clericus ipſe reciperet beneficium non curatum, etiam quod requireret reſidentiam continuam: tunc enim per adeptionem dicti beneficii non curati, & requirentis reſidentiam, non vacaret primum ipſo iure, ſecundum Ioan. Andr. *in add. Specul. in tit. de cler. non reſid.* Innoc. *in c. fin. eod. tit.* & ita conſuluit Oldrad. *conſ. 220.* & Anchar. *conſ. 59. nu. 4. & ſeq.* vbi *in fin.* aſſerunt, ab hac opinione non eſſe recedendum in actu practico, quam ſequitur quoq; *in d. c. de mulcta, num. 2. & 10.* vbi meminit, iſtorum ſententiam magis veram, ac magis communem fore. Clau- Cōis opin. dicat † etiam tertio *d. c. de mulcta.* quod primum be- 6 neficium non vacet per adeptionem ſecundi, ſi ſuperior primi beneficii nollet habere ratam collationem ſecundi, ſed repeteret ipſum clericum. Tunc enim, vt clericus non poteſt directe & expreſſe renuntiare beneficio ſuo abſq; ſui ſuperioris licentia, ita nec directe percipiendo ſecundum, *c. admonet, de renun.* Et hinc eſt, quod requiritur conſenſus cuiuslibet, qui neceſſario adhibetur, atq; exigitur in renuntiatione expreſſa, vt collatoris, & patronorum, teſte Abb. *in d. c. de mulcta, col. 4. verſ. adducitur.* Si tamen ſuperior acceptaret iſtius tacitam renuntiationem, tunc vtiq; ea valeret, & teneret, vt concedit Abb. *in c. ex ore, col. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. Capitul.* Claudicatq; quarto † loco prælibatum *c. de mulcta.* vt beneficiatus, 7 qui in primo beneficio erogauerit expenſas de proprio patrimonio, nullatenus cogatur dimittere illud, accipiendo ſecundum incompatibile, niſi ſibi prius refuſis & reſtitutis omnibus ipſis expenſis, *arg. c. quicunque 12. q. 11.* Et ſic † ex his colligitur apertiſſi- 8 me, retentionem pro expenſis facile locum obtinere in beneficiis. Et inde eſt, † quod ſi clericus morere- 9 tur inteſtatus, poſſet vtiq; eius heres repetere expenſas, quas clericus erogauerit de patrimonio ſuo in beneficio. Quodque facilius procederet, ſi ſpecifice clericus illas repetendas decreuerit, ſecundum Abb. *in d. c. de mulcta. col. 4. verſ. ſecundo fallit.* Coarctatur quoque † poſtremo concluſio prædicta habere tan- 10 tum locum in beneficiis curatis, non autem in ſimplicibus. Et ſic intra præcitata procedunt, atq; extenduntur dumtaxat ad obtenta beneficia curata, & alia expreſſa *in d. §. qui vero.* & non ad ſimplicia, vt determinauit Rota Rom. atteſtante Caſſadoro *in d. deciſ. 1. ſub n. 1. & ſeq.* & Staphileo *de literis gratia & iuſtitia, fol. 71. verſ. ſecundo debent intelligi in beneficiis incompatibilibus.* Vnde ex † his omnibus ita diſcuſſis collige duo 11 in practica neceſſaria. Primum quippe erit, quod citari deberet poſſeſſor beneficii, quod vacauerit ipſo iure per aſſecutionem ſecundi ſimilis beneficii, quando traderetur poſſeſſio eius alteri, cui fuerit collatum, *c. licet, el. 2. de preb. in 6.* & Card. *in clem. 2. q. 23. de iud.* Secundum † vero erit, quod clericus intra ſpa- 12 tium ſex menſium à tempore aſſecutionis ſecundi beneficii incompatibilis realiter, & cum effectu, & omni fraude remota, tenetur dimittere primum beneficium curatum, & eius poſſeſſionem, alioquin tam ſecundum ipſum beneficium curatum, quam beneficia omnia, quæ obtinet, ipſo iure vacare cenſentur, vt determinat ſancta Synodus Tridentina *in ſeſſ. 24. ſub cap. 17. cum eccleſiaſticus ordo peruertatur. & in ſeſſ. 7. de decreto de reformatione. ſub cap. 2. nemo quacunq; etiam dignitate. & ſeſſ. 7. cap. 4. quicunque de cætero. eod. tit.* vbi habetur, ſatis eſſe quomodocunque beneficium ſit incompatibile, ad hoc vt ſecuta ſecunda adeptione, & retentione vacet ipſo iure primum, & ita in his terminis obtinuit ſtrenuus ille Aduocatus D. Terentius Furcanicus, conciuis noſter, dulcis recordationis, *ſub die 11. Iulii 1581.* coram Reuerendiſſimo Epiſcopo Aquilano ad fauorem D. Zenobii Eugenii Aquilani, Iuriſconſulti præſtantiſſimi, atque doctiſſimi.

OPINIO XCVIII.

SVMMARIA.

1 *Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus an ob fornicationem hodie ſit deponendus.*

2 *Clerici fornicarii ſi moniti à ſuperioribus, à fornicatione, ſeu concubinatu non abſtineant, quomodo mulctentur.*

3 *Epiſcopi fornicarii à Synodo prouinciali moniti, non abſtinentes à fornicatione, quam pœnam incurrant.*

4 *Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, & contra legem diuinam. Et contrarium aſſerens hæreticus eſt. num. 5.*

6 *Hæreticus eſt, putans praua opinione licere furari & occidere.*

7 *Sacerdos cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, id eſt, quam baptizauit, aut chriſmauit, aut audiuit eius confeſſionem, deponendus eſt. Et vna cum filia cognita magnam pœnitentiam facere tenetur n. 8.*

9 *Filia ſpiritualis quæ dicatur hoc caſu.*

10 *Sacerdos cognoſcens commatrem ſuam deponi debet.*

11 *Fornicatio ſimplex quæ.*

12 *De clerici fornicatione quis cognoſcat.*

13 *Iudex ſecularis, ratione preuentionis, & ob negligentiam iudicis eccleſiaſtici, poteſt punire mulierem fornicariam, cum qua habuit rem clericus.*

14 *Pœnitentia imponenda per confeſſores presbyteris, ac ſacerdotibus, pro fornicatione, etiam cum filia ſpirituali, eſt arbitraria & nu. 15.*

16 *Sacerdotes concubinarii prohibentur à celebratione miſſæ, & diuinorum officiorum. Et quam deteſtandum ſit crimen, fornicatio n. 18.*

17 *Non confiteri melius eſt, quam hæretico confiteri. Sicut ſanctius eſt mori ſine communione, quam de manu hæretici communicari.*

19 *Adhortatio ad clericos.*

20 *Tentationes carnis quomodo euitauerit S. Benedictus. Et S. Bernardus. n. 21. Item alius quidam eremita. nu. 22. Et S. Franciſcus. n. 24.*

23 *Adulteros & fornicatores iudicabit Deus, eos deputande ad æterna ſupplicia.*

25 *Fornicatios & immundos Deus vilipendit, & contemnit.*

26 *Deus adeo abominatur immunditiam carnis, vt fornicarios non viſitet, puniat, & corrigat in præſenti ſeculo, ſed in futuro.*

27 *Fornicatio & immunditia ne nominari quidem inter Chriſtianos deberet.*

28 *Fornicatores & luxurioſi ſunt tanquam porci, vel iumenta putreſcentia in fecibus ſuis.*

29 *Clerici, ſeu ſacerdotis fornicarii exemplum monſtroſum.*

30 *Vandalorum in Africa ſæuitia in Epiſcopos fidem catholicam defendentes, & miraculum Dei in Epiſcopos, eiusq. priuatio in quodam Epiſcopo fornicatore.*

31 *Clericis fornicariis & concubinariis Deus reſeruat inexcogitabilia & inaudita tormenta in alio ſeculo.*

32 *Epiſcoporum fornicariorum, & concubinariorum pœna. & nu. 33.*

34 *Crucis Chriſti laudes & virtutes explanantur.*

35 *Ieiunium & oratio ſolent eiicere & remouere peccata carnalia.*

1 CLERICVS † ob fornicationem ab eo commiſſam hodie non eſt deponendus, ſecundum Gl. *in c. Maximianus, 8. diſt. & in c. lator. 2. q. 7.* Card. *in Clem. ad noſtram, in 2. q. de hæret.* Imol. *in c. vt clericorum, de vita & honeſt. cler. col. 2. & in c. ſi autem, eod. tit.* Abb. *in c. fin. de purg. vulg.* Ioan. de Anan. *in c. ſignificauit, col. 3. de adult.* Barbat. *conſ. 13. in fin. vol. 3.* Dec. *nu. 223. cum aliis ſeqq.* Abb. Fel. *n. 8.* & Beroum *nu. 165. in c. at ſi clerici, de iud.* vbi profitentur iſtam eſſe communem opinionem, & Corſet. *in ſing. ſuo, in verb. fornicatio.* & Paul. Grillan. *in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti, q. 6. ſub nu. 2.* Sed huic communi contradicit Paul. Eleaz. cum multis aliis *in Clem. 1. de off. ord.* aſſerendo, quod clericus in ſacris ordinibus conſtitutus propter ſimplicem fornicationem deponi debeat, & poſſit. Idemque tenet Ant. de But. *in d. c. at ſi.* quorum ſententiam recitat eſſe communem Aret. *in c. cum non ab homine, col. 10. de iudic.* & Dec. *in d. c. at ſi clerici.* Cæterum opiniones iſtorum ad optimam conſonantiam & concordiam reducere nixus eſt Corſet. *in alleg. ſing.* quamuis ipſe in iudicando & conſulendo nunquam diſcederem à prima ſententia, tanquam ſacroſancta, quæ corroboratur per Dec. & Beroum latiſſime *in d. c. at ſi clerici.* Et † corroboratur quoque hodie per textum expreſſum in Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 14. Quam turpe.* vbi ſtatuit ſancta Synodus, quod ipſi clerici fornicarii, ſi à fornicatione, ſeu concubinatu non abſtinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum ſuorum, & penſionum ipſo facto ſint priuati; ſi vero in eodem crimine perſeuerarent, & ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non ſolum fructus beneficiorum ſuorum, & penſiones eo ipſo amittant, ſed etiam ſuſpendantur à beneficiorum prædictorum adminiſtratione. Et ſi ita ſuſpenſi non deſiſterent ab eadem fornicatione, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcunque eccleſiaſticis perpetuo priuentur, & inhabiles, ac indigni quibuſcunq; honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur. [Cõis opin.] [Cõis opin.] 2

Et ſimiliter † Epiſcopi laborantes eodem morbo à Synodo prouinciali admoniti, vt abſtinerent ab hoc fornicationis crimine, ſi ſe non emendauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi, & ſi perſeuerarent, ab eadem Synodo ad ſummum Pontificem deferantur. Bene verum † eſt, quod Eccleſia catholica docet, ipſam fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale, & contra legem diuinam; & ſic iſta eſt communis omnium ſanctorum Doctorum opinio *ſuper Matth. 15.* de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes. Simplicem fornicationem eſſe peccatum mortale, nec vllus vnquam ex his Doctoribus, qui ab Eccleſia approbati ſunt, oppoſitum aſſeruit. Imo † hoc adeo verum eſt, vt aſſerens pertinaciter ipſam ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, hæreticus eſſet, vt firmat, & copioſe diſcurrit Frater Alphonſus de Caſtro *in tract. aduerſus omnes hæreſes, lib. 4. in c. ſeu verbo coitus, incip. de hac re fuit, verſ. Græci tamen, vt Guido illis impingit.* Et ſic credens † mœchari non eſſe delictum, ea praua opinione hæreſim committit. & aduerſus quædam alia faciens, quæ ſacris literis vetantur, ex facti genere nomen contrahat delicti, & mœchando mœchiæ, & fœnerando fœnerationis reus fiat, cum & aliud licere credens vno nomine hæreticus ſit, vt ſi furari & occidere licere putet, hæreticus erit, *c. hæreſis. 24. q. 3.* cum vtrunq; faciens fur ſit, *tot. tit. ff. de furt.* & homicida, *vt tot. tit. ff. & C. de fur.* Quæ quidẽ † cõis ita amplexa interpretatur vtiliter, non habere locum in ſacerdote cognoſcẽte filiam ſpiritualem, i. e. quam baptizauit, aut chriſmauit, aut audiuit eius confeſſionem, tunc enim deponeretur abſque dubio aliquo, ſecundum Abb. *in c. fin. de pur. cano.* Io. de Ana. *in c. cum dilectus, de accuſ. col. 2. & in d. c. ſignificauit, col. pen.* Felin. *in prin.* Dec. *nu. 292.* & Bero. *num. 169. in d. c. at ſi clerici.* & Io. de Selua. *in tractat. de benefic. in 3. part. quæſtion. 3. in fin.* & iſta eſt communis, & indubitata opinio, quam ſequi- [Cõis opin.]

(Margin numbers in the right column: 3 beside "Et ſimiliter † Epiſcopi"; 4 beside "verum † eſt"; Cõis opin. beside "contra legem diuinam"; 5 beside "Imo † hoc adeo"; 6 beside "deus † mœchari"; 7 beside "Quæ quidẽ † cõis".)

quitur etiam, & declarat eloquentiſſimus Frater Io-
annes noſter *in ſerm. quadrag. in ſermon. 50. de ſacrilegio,*
q. 9. col. 4. verſ. quintus modus. vbi firmat quoque, quod
8 ambo † iſti ob hoc nefandiſſimum ſacrilegium, ma-
gnam pœnitentiam facere debent.

9 Et aduerte, quod filia ſpiritualis † circa hoc illa
dicitur, quæ ſit de eius parochia, vt tenet Abb. *in d. c.*
fin. de pur. can. Dec. *in d. c. at ſi clerici, nu. 233.* & Ioannes
de Selua *in loco præcitato.*

10 Et eadem pœna † quoque punietur ſacerdos i-
pſe cognoſcens commatrem ſuam, ſecundum Abb.
in d. c. fin. col. pen. & Felin. *in d. c. at ſi clerici, col. fin.* & ſi-
militer aduerte, quod coitus ſoluti cum ſoluta dici-
tur fornicatio.

11 Et ſic fornicatio † ſimplex, eſt habitatio carnalis
ſoluti cum ſoluta, ſecundum præcitatos Dd.

12 Et denique aduerte, quod † quemadmodum cle-
ricus ob huiuſmodi fornicationem puniri ſolet à Iu-
dice eccleſiaſtico, ita & fœmina, quæ concubuit cum
ipſo clerico, punienda venit per eundem Iudicem
eccleſiaſticum, non autem per ſecularem, vt conſu-
luit Anch. *conſ. 196. Magnifice illuſtris, & Domine mi ſin-*
13 *gulariſſime, nu. 3. cum aliis ſeq.* vbi hoc limitauit † vali-
ter non procedere, quando Iudex ſecularis præue-
niſſet intromittendo ſe in tali crimine contra ean-
dem mulierem fornicatam, ob negligentiam Iudi-
cis eccleſiaſtici, quia tunc concurrente illa negligen-
tia, & præuentione, idem Iudex ſecularis poſſet vti
competens cognoſcere, & diffinire dictum nego-
tium.

14 Et aduerte etiam, & † nunquam obliuioni tradas,
quod diſponitur *82. diſt.* vbi habetur, quod presbyter,
ac ſacerdos pro fornicatione debet pœnitentiam a-
gere decem annis, & duobus primis in pane, & aqua,
aliis quinque ſequentibus, ter in hebdomada in pa-
ne, & aqua, & in reſiduis etiam aliquam pœniten-
tiam facere, ſecundum formam ibi traditam, & in-
telligitur de fornicatione publica, ſecundum Hoſt.
hodie vero talis pœnitentia eſt arbitraria.

15 Accedit etiam † præmiſſis, quod ſacerdos, qui co-
gnouit carnaliter filiam ſpiritualem, id eſt, quam ba-
ptizauit, vel chriſmauit, ſi eſt Epiſcopus, vel audiuit
eius confeſſionem, ſacerdos debet pœnitentiam age-
re 12. annis, Epiſcopus 15. & mulier religioni traden-
da, *c. ſi quis ſacerdos, & c. non debet, 30. q. 1. & c. de filia, 27. q.*
1. Et hoc intelligitur, cum peccatum eſſet notorium
de iure, vel de facto: hodie tamen huiuſmodi pœni-
tentia ſimiliter eſt arbitraria. & ex hoc perpenditur,
quantum horrebant ſancti Patres hoc ſacrilegium.

16 Et in tantum † Eccleſia ſacerdotes concubina-
rios vt iumenta inſipientia deſpicit, vt prohibeat eos
à celebratione miſſæ, & diuinorum officiorum, & fi-
delibus præcipiat ne audiant miſſas, vel officia eo-
rum, vel percipiant ſacramenta ab eis, quando eſſent
notorii fornicatores, *c. præter hoc, & c. ſeq. diſtin. 32.*
quod propterea ſtatuit Eccleſia, non quin eorum ſa-
cramenta ſint vera ſacramenta in ſe, ſicut confecta à
bonis, ſed vt videntes ſe vitari, ſaltem verecundia re-
ſipiſcant.

17 Et hinc eſt, quod † melius eſt non confiteri, quam
hæretico confiteri, ſicut ſanctius eſt mori ſine com-
munione, quam de manu hæretici communicari.
Vnde narrat Gregor. de Hermigildo Rege, quod
martyrizatus extitit in ſabbato Paſchæ, eo quod de
manu Arriani Epiſcopi communicari noluiſſet. Vn-
18 de ô clerice † intellexiſti, quam deteſtandum ſit hoc
vitium carnis, tanquam nociuum, quia per id ad i-
19 gnem æternum peruenitur. Ama igitur † ſtudia ſcri-
pturarum, & vitia carnis non amabis, vt ſuadet Hie-
ronym. *de Conſe. diſt. 5.* & Io. de Neuiz. *in ſua ſyluis nu-*
ptiali, lib. 1. nu. 118. vbi etiam *nu. 117.* oſtendit, probatque
impoſſibile fore homini abſque Dei auxilio conti-
nentem eſſe. Debet ergo quis in † tentationibus lu- 20
xuriæ poſitus ita carnem affligere, vt periculum non
ſequatur, ſicut egit ſanctus Benedictus, cum tenta-
tus in ſolitudine reperiebatur, proiecit ſe nudum in-
ter vepres & vrticas, & dolore corporis abſtulit vul-
nus mentis. Sic etiam egit ſanctus Bernardus, † dum 21
tentatus miſit ſe in aquas gelidas ad reprimendum
huiuſmodi tentationem. Ita quod legitur in vitis Pa-
trum † de quodam ſancto Eremita, ad quem acceſſit 22
quædam publica meretrix, quæ ſe iactauerat cum a-
matoribus ſuis, quod illum ſanctum ad opus nefa-
rium pertraheret, acceſſit ergo ad cellam, ſeu eremi-
torium eius quodam ſero, hora tarda, & pulſans cel-
lam eius, ſimulabat ſe errare in deſerto, & viam re-
ctam amiſiſſe; propter quod rogabat, vt in aliquo
angulo eremitorii ſineret tantum illa nocte manere,
ne foras inuenta deuoraretur à feris ſyluestribus: ille
autem videns neceſſitatem extremam, & ſimulatio-
nem prauamque eius intentionem ignorans, (licet
inuitus ob periculum) tamen charitate coactus in-
troduxit, ſeparatim manere faciens. media vero no-
cte diabolus cœpit terribiliter illum patrem vexare
tentatione carnis, qui ſibi ipſi loquens aiebat, opera
mala in tenebris fiunt, bona autem in luce, accendit
ergo lucernam, & cum tentatio creſceret, cœpit re-
medium ad reprimendum excogitare de igne infer-
ni, qui ſecundum ſcripturas paratus eſt luxurioſis,
iuxta illud: *Fornicatoribus & homicidis pars illorum in*
ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda, vt
Apoc. 21. Apoſtol. Hebr. 13. Quod † fornicatores & adul- 23
teros iudicabit Deus, ſcilicet eos deputando ad æter-
na ſupplicia; & *Eph. 6.* quod fornicatores & immundi
non habeant partem in regno Chriſti & Dei, & cum
non ceſſaret tentatio, cœpit ſibi ipſi dicere: Incipe
nunc experiri pœnam illius ignis æterni, qui longe
grauior erit, cuius te debitorem conſtituis faciendo
ad quod incitaris, poſuitque vnum digitum manus
ad ignem lucernæ, & tantum tenuit, quod totum
combuſſit, tam vehemens erat tentatio carnis, quod
adhuc per hoc non ceſſabat, & ipſe appoſuit ſequen-
tem digitum, deinde omnes alios ſucceſſiue, ſicque
combuſta manu tentatio ceſſauit. Illa autem miſera,
quæ tempus expectabat aptum ad inuitandum ad
malum, cum per aliquas rimulas videret, quid iſte a-
gebat, ita ſtupore horruit, vt obierit. mane autem fa-
cto illi laſciui iuuenes, qui ſubmiſerant ipſam peſſi-
mam meretricem ad mentionatam cellam, interro-
gantes, ſi præterito ſero fortuito applicuiſſet illic ali-
qua mulier, quæ delùſa erat; reſpondit Pater, ibi iacat
illa peſſima fœmina, nam & mihi hoc fecit, quod vi-
detis, oſtendens manum combuſtam, & ordinem fa-
cti, videntesque eam mortuam, veniam poſtulabant
de malo, quod tractauerant & commiſerant, com-
mendando eam ſibi, qui oratione ſuſcitauit eam. Ita
ſimiliter egit † ſanctus Franciſcus tentatus, cum diſ- 24
ciplinæ chordæ non ſufficeret ad mortificationem
tentationum, nudus ſtetit inter niues, formando de
niue vxorem & filios, &c.

Ideo non mirum † fuit, ſi iſti ſancti homines abo- 25
minati ſint ſuum contrarium, cum Deus ſit mundiſ-
ſimus, & ex mundiſſima matre natus: conſequens eſt
dicere, quod omnem immunditiam carnis vilipen-
dat, atque omnes fornicarios & immundos conte-
mnat.

Nam in tantum † videtur Deus abominari hoc 26
vitium, quod non dignetur corrigere delinquentes

in præſenti, ſed dimittit eos ſecundum deſideria cor-
dis ſui, vt vadant in adinuentionibus ſuis: & huius
ratio eſt, quia tales ſeruat puniendos in futuro, ſcili-
cet in inferno. Vnde *Oſee 4.* loquitur Dominus di-
cens: Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint
fornicatæ; non viſitabo (inquam) in præſenti, ſed be-
27 ne in futuro. Et ideo † ſalubriter conſuluit Apoſt. *E-
pheſ. 5.* cum ait: Fornicatio, & omnis immunditia non
nominetur in vobis, id eſt, quæcunque alia ſpecies
28 luxuriæ non nominetur in vobis. Nec quidem † im-
merito; quia tales ſunt tanquam porci, vel iumenta
putreſcentia in fecibus ſuis. Vnde Greg. *lib. 24. mora.
c. 8* exponens illud *Ioelis 1.* Computruerunt iumenta
in ſtercore ſuo, dicit, quod iumenta in ſtercore ſuo
computreſcere, eſt carnales homines in fœtore lu-
xuriæ ſuæ vitam finire. Ecce quomodo abominatio
fornicatorum magna eſt coram Deo, Angelis, & ho-
minibus.

29 Vnde † refert ad propoſitum monſtruoſum ex-
emplum, Beatus Cyrillus, Epiſcopus Hieroſolymi-
tanus, *in epiſtola ad Auguſtinum, de obitu Beati Hierony-
mi, 206.* dicens, quod in ciuitate Candia contigerit
corpus cuiuſdam ſacerdotis fornicarii intra Eccle-
ſiam honorifice ſepeliri, ſed nocte ſequenti tantus
ſtrepitus auditus eſt intra eandem Eccleſiam, vt o-
mnes inhabitantes ipſam ciuitatem, nimio terrore
excitati, ad Eccleſiam concurrerent. Stabant igitur
omnes circa Eccleſiam, audientes ſtrepitus vehe-
mentes, atque campanarum ſonitus: facto autem di-
luculo, cuncta, quæ fuerant in Eccleſia, aperta fuere
reuoluta, & quaſi vndique flammis ignium violata.
quo quidem terrifico ſpectaculo viſo, Epiſcopus il-
lius ieiunium & orationem impoſuit populo, vt
dignaretur Dominus huius prodigii cauſam indica-
re. nocte tamen ſequenti maior, quam prius ſtrepi-
tus ibi auditus fuit; ſed mane facto, omnibus in Ec-
cleſia congregatis orandi gratia, glorioſus Hierony-
mus ſepties ſplendidior Sole, illico in Eccleſiam ve-
niens, & ad altare gradiens, cunctis videntibus, &
intuentibus, per curriculum forte vnius horæ ſub ſi-
lentio manens, obſtupenti populo intimauit, ante-
dictum ſtrepitum contigiſſe propter prædicti ſacer-
dotis infeliciſſimi cadauer putridum, indigne ſacris
locis ſepultum, ad terrorem concubinariorum, & lu-
xurioſorum, mandans Epiſcopo prædicto, vt huiuſ-
modi cadauer poſt generalem omnium reſurrectio-
nem tartareis manſionibus deputandum, de ſepul-
chro extrahi faceret, & ſtatim flammis concremen-
dum traderet: alioquin peſtilentia, quæ iam ciuita-
tem ipſam inuadere cœperat, non ceſſaret. Execu-
tum ergo fuit, vt glorioſus Hieronymus iuſſerat, ac
ordinauerat, & ſic peſtis ipſa penitus ceſſauit.

30 Item ad † propoſitum legitur *in dialogo Gregorii lib.
3.* quod cum Vandali fidem catholicam impugna-
rent in Africa, illis viriliter reſtiterunt quidam vene-
rabiles ſenes Epiſcopi: ob quod eiuſdem illis (in ma-
nibus, & in eorum poteſtatem peruenientibus) lin-
guas ab eis penitus abſciderunt. Miraris (inquit
Gregorius) nam poſt talem abſciſſionem ita diſerte
loquebantur pro defenſione fidei catholicæ ſine lin-
gua, ſicut prius cum lingua. Verum cum vnus ex eis
in luxuriam lapſus fuiſſet, ſtatim priuatus extitit do-
no miraculi, ſecundum eundem Gregorium ibi. Vn-
31 de † hæc tam authentica exempla merito terrere mi-
ſeros fornicarios, & concubinarios clericos debe-
rent, quibus reſeruat Dominus inaudita, & impor-
tabilia, atque inexcogitabilia tormenta in alio ſecu-
lo, niſi cito pœnitentiam egerint, & à fornicatione
ſua ceſſauerint.

Imo † aduerte etiam, quod eadem, & maiori pœ- 32
na plectuntur quoque Epiſcopi, qui ſi detecti fue-
rint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis
polluti, ac familiari peculiaritate verſari, nouerint ſe
irreuocabili ſententia patrum vlciſci, id eſt, & loci, &
ordinis dignitate priuari. Diaconi † vero, & presby- 33
teri ſi omnino coerceri nequiuerint, vſque ad exi-
tum vitæ ſuæ monaſteriis deputati, diſciplinis mo-
naſticis maneant omnino ſubiecti. Hoc idem ſtatui-
mus de ſubdiaconis, qui hac deinceps vulnere fue-
rint ſauciati, ita vt vſque ad extremum vitæ ſuæ ſub
pœnitentiæ oneribus in monaſteriis religentur, ſe-
cundum Concilium Toletanum 8. *can. 4. de caſtitate
Epiſcop.*

Iam quidem † in ſuperioribus, prout occurre- 34
runt, teſtimoniis & exemplis ab eccleſiaſticis viris
ſumptis oſtendimus, & docuimus remedia opportu-
na, congrua, & tutiſſima ad euitandum, & penitus
annihilandum fornicationem. Reſtat igitur in præ-
ſentiarum, vt hoc etiam addendum vtiliter ſit, vt
quis tentatus, in virtute crucis Domini noſtri Ieſu
Chriſti omnino confidat, & ſperet ea ſancta, & de-
uota meditatione liberari à tentationibus ipſis abſ-
que peccato aliquo. Vnde debet accedere ad glorio-
ſam præſentiam ipſius ſacratiſſimæ crucis, eamque
adorare, & ſe commendare omnipotenti Deo. Scri-
bit itaque Origenes *in expoſitione Epiſtola Pauli ad Ro-
manos lib. 6.* Eſt enim (inquit) tanta vis crucis Chriſti,
vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter reti-
neatur, ita vt in ipſam mortem Chriſti intentis ocu-
lis mentis aſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libi-
do, nulla ſuperare poſſit inuidia, ſed continuo ad eius
præſentiam totus ille, quem ſupra enumerauimus,
peccati & carnis fugatur exercitus. Scribit itaque Io-
annes Chryſoſtomus *Tomo 3. in homilia de cruce & la-
trone:* Hodierna (inquit) die noſter Dominus pepen-
dit in cruce, & nos feſtiuitatem eius eximiam nimia
lætitia celebremus, vt diſcamus crucem totius ſpiri-
talis gratulationis eſſe ſubſtantiam. Etenim ante i-
pſum vocabulum crucis pœna fuit, ſed nunc ad glo-
riam nuncupatur. antea condemnationis ferebat
horrorem, nunc ſalutis indicium eſt, crux enim no-
bis totius beatitudinis cauſa eſt. hæc nos à cæcitate li-
berauit erroris, hæc ex tenebris reddidit luci, hæc de-
bellatos quieti ſociauit, hæc alienatos Deo coniun-
xit, longe conſtitutos proximos præſentauit, hæc pe-
regrinantes ciues oſtendit, hæc diſcordiæ amputatio
eſt, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium
abunda largitio. Sola enim Chriſti crux eſt, quæ diſ-
ſoluit tenebras, & regnum dæmonum diſſipauit; &
omnem terrorem malignantium abſtulit. Crux ſan-
ctitatem prouidit, crux nobis Sol iuſtitiæ facta eſt, vt
illuminat miſericordia eius, glorificemus Patrem,
Filium & Spiritum S. in ſecula ſeculorum. Amen.

Imo ex eodem met fonte, ſeu ſtipite emanare vi-
detur illud quoque quod explicat diuinitus Bernar-
dus *in ſerm. 1. feſtiuitatis S. Andreæ*, aſſerens, quod certe
crux pretioſa, & crux amari poteſt, & crux habet ex-
altationem; ſi fuerit qui colligat, ſemper lignum cru-
cis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum
lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſma-
tum. non eſt ſylueſtris arbor: lignum vitæ eſt appre-
hendentibus eam, arbor fructifera, arbor ſalutifera
eſt: alioquin quomodo dominicam occuparet ter-
ram? illam dico pretioſiſſimam glebam, cui clauo-
rum eſt infixa radicibus? ſi non eſſet hæc pretioſior
cunctis, fructuoſior vniuerſis, nunquam in illo plan-
taretur horto, nec illam perambularetur vineam occu-
pare. felix anima, quæ in cruce gloriatur, & trium-
phat.

phat. Necnon ꝓ hac re efficax etiã teſtimonium eſt Damaſcenus *in vita S. Ioſaphat*, inquiens ibi religioſè, & remiſſe, Salue crux, clauis paradiſi, infirmorũ baculus, paſtorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ ſalus, & corporis, omnium malorum auerſio, & omnium bonorum datrix. Acceditque ſimiliter ad hanc veritatem oſtendendã diuinus vates Sanctus Martialis Apoſtol. ita prorumpens, Salue crux armatura inuicta contra ſatanam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, & angelicas inſidias peruerſæ poteſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. hoc ſolo ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis.

Proinde aſſuetus erat Sanctus Antonius proferre, ſignum crucis, & fidem ad Dominum, murum eſſe nobis inexpugnabilem. Eluceſcit autem veritas hæc ex his, quæ commemorat etiam Caſſiod. *in expoſition. 4. Pſal.* ibi ſuauiter intonat: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, ſicut Imperatoris portat imaginem; ita & fidelibus ſigna cœleſtis Principis imprimuntur, hoc munimine diabolus multiformis expellitur, & fraudulenta machinatione non præualet ſuperare renatum, quem habuit primi hominis ſuaſione captiuum. Crux eſt enim humilium inuicta tuitio, ſuperborum deiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorũ deſtructio, cœleſtium confirmatio; mors infidelium, iuſtorum vita. Ecce vera munera, ecce dona præſentis, quibus medicorum lingua damnatis faucibus inſtruuntur. Et denique Chryſoſtomus *in homil. de cruce Dominica*, de cruce ita dulciter inſtillat cœleſtem mannam, & tutam ſpem omnium fidelium, & terribiliter intonat rigidam depopulationem, & ruinam obſtinatorum peccatorum, ita aſſeuerans: Crux ſpes eſt Chriſtianorum, crux reſurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux deſperatorum via, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum, crux refrenatio diuitum, crux deſtructio ſuperborum, crux male viuentium pœna, crux aduerſus dæmones triumphus, crux deuictio diaboli, crux adoleſcentium pædagogus, crux ſuſtentatio inopum, crux ſpes deſperatorum, crux nauigantium gubernatio, crux periclitantium portus, crux obſeſſorum murus, crux pater orphanorũ, crux defenſor viduarum, crux iudex iniuſtorũ, crux iuſtorum conſiliarius; crux tribulatorum requies, crux paruulorum cuſtos, crux virorum caput, crux ſenum finis, crux lumen in tenebris ſedentium, crux regum magnificentia, crux ſcutum perpetuum, crux inſenſatorum ſapientia, crux libertas ſeruorum, crux Imperatorum philoſophia, crux lex impiorum, crux Prophetarum præconizatio, crux annunciatio Apoſtolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abſtinentia, crux virginum caſtitas, crux gaudium ſacerdotum, crux eccleſiæ fundamẽtum, crux orbis terræ tutela, crux templorum deſtructio, crux idolorum repulſio, crux ſcandalum Iudæorum, crux perditio impiorum, crux inualidorum virtus, crux ægrotantium medicus, crux emundatio leproſorum, crux paralyticorum requies, crux eſurientium panis, crux ſitientium fons, crux nudorum protectio. Hæc itaque ſcripſimus duntaxat ob recordationem ſalutiferæ paſſionis Dominicæ, & vt crucem tuam Domine adoremus, & reſurrectionem tuam laudemus, & gloriſicemus; Siquidem non eſt noſtri propoſiti, vt aliquid hic diſcurratur, quantæ vero vexillum crucis virtutis, quantæve laudis ſit, quia me imparem materiæ tantæ perſentio ad intelligendum, & elinguem ad proferendum, ſatius ratus ſum interim meis temperare verbis.

Item curatur poſtremo hoc † luxuriæ peccatum 35
per dietam, id eſt, per ieiunium, & abſtinentiam. Vnde *in quadam collecta quadrageſimali* dicitur, quod ieiunium corporibus animabusq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt, & iſtud procedit potiſſime in ipſis peccatis carnalibus, quæ non poſſunt melius curari, quam per ieiunium, & abſtinentiam, cum inuocatione gratiæ Spiritus ſancti. Et ſic intelligi poteſt illud Chriſti verbum, *Matth. 17. & Marci 9.* hoc genus dæmoniorum, id eſt, peccatum carnis, de quo præcipue tentant dæmones, non eiicitur, niſi in oratione, & ieiunio. Sed nunquid peccatum quodlibet efficiatur per ſolam contritionem? reſpondendum eſt, quod ſic. Eſt ergo ſenſus eiuſdem Chriſti, quod peccata carnalia nõ poſſint melius curari, quam per ieiunium, & orationem. Et de hoc habetur hiſtoria in legenda Beati Andreæ de quodam homine, qui vocabatur Nicolaus, qui diuino tempore perſeuerauerat in fœda luxuria; pro quo cum Beatus Andreas ieiunaſſet, atque oraſſet, tandem audiuit vocem de cœlo diuinam, dicentem: Andrea, obtines pro Nicolao. Nihilominus ſicut te ieiunus pro eo afflixiſti, ita & ipſe ſe affligat.

OPINIO XCIX.

SVMMARIA.

1 *Clericus & ſimplex paupertate laborans, conueniri non poteſt, niſi in quantum facere poteſt abſque ceſſione, & deductis neceſſariis alimentis. Et quatenus index ex beneficio clerici creditoribus eius adiudicare poſſit. num. 2.*

3 *Clericus tenetur de redditibus beneficii ſui ſatisfacere quibuſcunque creditoribus.*

4 *Clerici debita an Camera Apoſtolica ſuccedens bonis per clericum relictis ſoluere teneatur.*

5 *Clericus coniugatus, non incedens cum habitu, & tonſura, pro debito ciuili poteſt perſonaliter arreſtari, & detineri.*

CLERICVS debitor † alienæ pecuniæ inopia, 1
ſeu egeſtate laborans, non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt abſq; ceſſione, & deductis neceſſariis alimentis, ne cogatur mendicare in opprobrium clericatus, ſecundum gloſſ. Bart. & alios omnes *in l. 2. alias in l. miles. ff. de re iud.* gloſſ. *in c. ſtudeat, 50. diſtinct.* quam ſequitur Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in c. Odoardus. de ſolutio.* Ioan. Staphil. *de literis gratiæ, & iuſtitiæ. fol. 154. col. 2.* Gigas *in tract. de penſionibus. q. 95.* & Capella Tholoſa. & Aufrerius ibi *deciſ. 245.* & Felyn. *in c. cum ex officii. col. 1. de reſcrip.* & communem eſſe, Ctr
profitetur Dec. *in c. reprehenſibilis. num. 28. & ſeq. de appellat.* Iaſ. *col. 3.* & Ripa *num. 7. in d. l. miles*, & Ioan. de Neuiza. *conſ. 59. num. 2.* Et quamuis de iure contrariam partem veriorem eſſe meminerint Marcheſ. *notab. 61. nota, quod clerici non gaudent*, & Alber. & Caſtren. *in d. l. miles*, ob hoc igitur non multum tribuendum eſt opinioni iſtorum, ſed ſequenda eſt ſentẽtia communis præmiſſa in practica, tanquam magis æqua, & vera, ac melioribus rationibus vallata.

Et hoc procedit, locumque obtinet in ſimplici etiam clerico, vt is quoque conueniri minime poſſit vltra quam facere poſſit. Et ſic diſpoſitio *dict. capit. Odoardus.* locum etiam habet in ſimplici clerico. Siquidẽ appellatione clerici, venit etiam clericus ipſe primæ tonſuræ, *c. cum contingat. de ætat. & qualitat.* & Ioan. Neuiz. *in d. conſ. 59. n. 5.* Contrarium vero ſoluit

Digitized by Google

Conuerru. *lib. 2. var. reſolut. c. 1. nu. 9. circa medium fol. 49.* ſed quicquid ille eũ in lucũ ſuadeat, nũ recedo ab hac opinione aliàs ſtabilita, tanquam in iudicando tutiſſima.

2 Verum reducendo omnia † hæc re, & effectu ad practicam. Si clericus ipſe haberet beneficium, & eſſet pro ſolutione debiti conuentus, nec haberet alia bona iudex eccleſiaſticus ad exigendum excommunicationem, & carcerationem contra ipſum clericum poſſet, ac teneretur adiudicare creditoribus annuos fructus illius beneficii, reſeruatis congruis alimentis ex eis dicto clerico, arg. *text. in c. peruenit. de fideiuſſ.* & ita practicatur, ſeu hoc obſeruatur in Romana Curia, ſecundum Collectarium *in c. Odoardus, de ſolut.* Aufrerium *in d. deciſ. Tholoſa. 245.* & Rebuffum *in auth. habita, priuilegio 22. C. ne filius pro patre,* & Guliel. Redoanum *in tract. de ſpoliis Eccleſiaſt. quæſt. 9. §. 1. ſub num. 28. & ſeq.* & hoc modo ſeruatum extitit in facti contingentia multis vicibus coram iudice eccleſiaſtico Ciuitatis noſtræ me patrocinante, & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, & citat Maranta *in tractat. de iudicio. in 6. part. in 3. & vltimo actu princ. num. 44. fol. paruo 196.* & ita etiam extitit iudicatum, votatum, & obſeruatum in Sacro Regio Concilio Neapolitano in facti contingentia, teſte Veſillo in ſcholiis ad Afflict. *in deciſ. 240. ſub num. 26. & ſeq.* Cōis opin.

3 Imo ipſe † clericus, ſecundum omnes mentionatus Dd. & Abb. & Card. *in cap. peruenit. de fideiuſſ. per text. ibi,* tenetur etiam de redditibus ſui beneficii ſatisfacere creditoribus, etiam ſi ſint creditores illius de debito ſuo etiam priuato, nec intuitu eccleſiæ facto.

4 Imo quoque ſi Camera † Apoſtolica ſuccederet in ſpoliis, ſeu bonis per clericum defunctum relictis, deberet, & teneretur illius debita omnia ſoluere; vt firmauit Ruta Rom. *deciſ. 855. cum camera, in antiquis.*

5 Et quamuis clericus † carcerari nequeat pro debito pecuniario, vt ſupra oſtendimus, & notat Abb. *in d. cap. Odoardus,* nihilominus hoc non procederet in clerico coniugato, non deferente habitum, & tonſuram, qui pro debito ciuili poſſet perſonaliter detineri, arreſtari, & carcerari, vt doctiſſime conſuluit Natta *conſ. 556. non eſt opus, vt mihi videtur, vol. 2.*

6 Et adde poſtremo in præſenti materia, quod † licet clericorum reditus non poſſint ex conuentione obligari, tamen in cauſam iudicati capi poſſunt. ita Gloſſ. *in c. 2. de fideiuſſ.* & executio etiam poteſt fieri in fructibus beneficiorum, *vt in d. c. 2.* vbi Abb. & Philipp. Franc. *in cap. reprehenſibilis de appellat.* refert And. Gail. *in lib. 1. pract. obſeruat. imper. Camera. obſeruat. 117. in fine.*

OPINIO C.

SVMMARIA.

1 *Clericus, Penſionarius Eccleſiæ, & Epiſcopus, an viuere poſſint de ſolis reditibus eccleſiaſticis, reſeruatis bonis patrimonialibus. & nu. 2. 3 & 4.*

5 *Clericus quod poſſidet poſt adeptum beneficium, in dubio præſumitur eſſe Eccleſiæ.*

6 *Clericus habens patrimonium, officium, vel aliquod exercitium, res acquiſitas poſt beneficium impetratum, præſumitur acquiſiuiſſe ex proprio patrimonio.*

7 *Clerico habente bona patrimonialia tempore promotionis, & ante, an ea quæ poſt mortem relinquit, præſumantur in dubio acquiſita ex bonis propriis.*

1 CLERICVS habens † ſufficiens patrimonium, licite poteſt viuere de bonis eccleſiæ, ac de redditibus beneficiorum, atque capere de fructibus, & prouentibus ſuis eccleſiaſticis, quantum ad congruam eius ſuſtentationem, eiuſq; familiæ opus eſt, & reſeruare ſuum patrimonium cum omnibus fructibus ſuis heredibus, ſecundum Abb. poſt alios relatos per eum *in c. poſtulaſti. de reſcript. q. 2.* Dec. *ibi n. 16.* vbi Syluester Aldubrand. in addit. ad ipſum Dec. refert Ferrariæ ita cōſuluiſſe; & ſequitur quoq; Guliel. Redoa. *in tract. de ſpoliis eccleſ. q. 1. ſub n. 25. fol. paruo. 15.* Innoc. & alii *in c. Epiſcopus. de preben.* vbi Dec. *n. 13.* meminit iſtam eſſe communē opinionem, Præpoſ. *in c. illi autem, 12. q. 1.* Fely. *in c. ex literis. col. 2. de conſtit.* Socin. *conſ. 91. col. 4. vol. 3.* Abb. *in diſputat. 4. dubio 4.* Syluester *in ver. clericus. il. 4. q. 16.* & Beroius *conſ. 7. dubitationibus. ſub num. 1. cum aliis ſeq. vol. 2.* vbi docet practicam, quomodo facienda ſit diuiſio inter eccleſiam, & heredes ipſius clerici lucratorum, & acquiſitorum per eum ex bonis paternis, & maternis, & propriis, & ex bonis eccleſiaſticis. Et quomodo etiam in primis, & ante omnia per eoſdem heredes clerici ſint deducēdæ de fructibus beneficii recollectis, atq; perceptis, expenſæ erogatæ pro alimentis, aliiſque neceſſariis, & Felyn. Barbat. *col. pen. in d. c. poſtulaſti.* licet ipſi ibi, & male, diſcedant à communi prædicta. Imo retenta † iſta communi, quam ſequitur, & citat etiam Bertran. *conſ. 54. Reuerende pater. ſub num. 2. volum. 1.* Paulus Roma. *in tract. penſionum eccleſiaſt. cap 7. num. 19. & 20. fol. paruo 22.* & Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus *in tract. de redditib. beneficior. eccleſ. q. 1. coroll. 24. nu. 78. fol. 98.* vbi mentionatam communem ampliat etiam procedere in penſionariis penſionum eccleſiaſticarum. Cōis opin. 2

Imo amplia † ſimiliter, & dic vlterius, quod presbyter propria bona habens in Epiſcopum eligi poteſt, & illa bona licite retinet; quod Gratianus *ex concilio Agatenſi. cap. 48. comprobat in c. Epiſcopi, 12. q. 1.* & Panor. *in c. 1. de teſtam.* plures authoritates doctiſſime congerentes. 3

Sed antedicta communis opinio, quod † clericus poſſit viuere de redditibus beneficii, & conſeruare bona patrimonialia, ita, & taliter ampliata, procedit dummodo ipſe beneficiatus dicat officium debito modo, & ex cupiditate auaritiæ hoc non agat; & dummodo vtatur fructibus beneficii, & non abutatur, puta tenendo concubinam, vt voluit, & probauit Hieronymus de Zannettinis *in tractat. de foro conſcientiæ, & contentioſo n. 39 & ſeq.* 4

Et quamuis illud, quod poſſidet † prælatus poſt adeptam prælaturam, & clericus poſt beneficii impetrationem, in dubio præſumatur eſſe Eccleſiæ, ſecundum Ioan. And. *in c. 3. de teſtam.* quem ſequuntur communiter Dd. vt per Socin. *conſ. 91. volu. 3.* & iſtam fore communem ſententiam oſtendit Corne. *etiam conſ. 18. vol. 2. & conſ. 314. & conſ. 288. vol. 4.* 5 Cōis opin.

Nihilominus ſi verificaretur, & probaret, † quod clericus ipſe patrimonium haberet, vel aliquod exercitium, vel officium, vel aliquid aliud ex quo illas res acquirere potuiſſet, tunc præſumeretur acquiſiuiſſe ſecundum quod magis veriſimile eſſet, & in hoc communiter concordant omnes Doct. vt per Corne. *conſ 83. vol. 2.* 6 Cōis opin.

Sed vbicunque apparet † clericum tempore adepti beneficii, & ante habuiſſe patrimonium, & eius heres poſt mortem ſuam poſſideret bona acquiſita, relictaque per eundem clericum, tunc vtique in dubio præſumerentur illa acquiſita extitiſſe ex bonis propriis ipſius clerici, non autem eccleſiæ. Et ſi eccleſia, vel eius ſucceſſor forte aſſereret contrarium, ac illa bona acquiſita fuiſſe ex bonis redditibuſque 7

eccle-

eccleſiæ, ſibi incumberet onus probandi. Cæterum
ſi hoc dubium foret an tempore adepti beneficii cle-
ricus habuiſſet bona propria, eo quippe caſu in du-
bio præſumeretur pro eccleſia, niſi heres probaret
contrarium, videlicet, acquiſita per clericum fuiſſe
de bonis propriis, & ex ſua induſtria, & labore: pro-
ut ita iſtam diſtinctionem approbant Ioan. Andr. *in
c. & vnum. de pecul. cleric.* & Abb. etiam ibi, vbi facile
Cōis opin. deducit iſtam eſſe communem opinionem, & Be-
rous quoque *in d. conſ. 7. ſub num. 4.*

OPINIO CI.

SVMMARIA.

1 *Clericus an de fructibus beneficii, vel aliis rebus ex fru-
ctibus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ acquiſitis, poſſit te-
ſtari. & nu 2. 3. 6.*

4 *Clericus ex redditibus ſui beneficii vltra honeſtum victum
aliquid ſibi attribuere non poteſt. Et quicquid ſuper-
eſt erogandum inter pauperes venit.*

5 *Clerico emente prædium, ſibi, vel ſuis, de fructibus ec-
cleſiæ, pertinet id ad eccleſiam.*

7 *Clerici bona tam mobilia quam immobilia, ex reddi-
bus eccleſiæ lucrata, vt & nomina debitorum, & a-
ctiones, competunt ipſi eccleſiæ.*

8 *Papa poteſt concedere clerico priuilegium teſtandi, &
de rebus ex beneficio acquiſitis diſponendi. & ex qua
cauſa id facere poſſit. num. 9. & 10.*

11 *Conſuetudo an dare poſſit facultatem clericis teſtandi,
de fructibus beneficiorum.*

12 *Clericus poteſt teſtari in multis caſibus, remiſſiue.*

13 *Penſionarius æquiparatur vſufructuario.*

*Vſufructuario non debetur portio fructuum, ſeu penſio,
ratione fructuum non perceptorum, ipſo viuente.*

14 *Penſionarii defuncti heredibus debetur penſio, quando eo
viuente fuerunt percepti fructus per debitorem pen-
ſionis, licet nondum venerit dies penſionis exigendæ.*

15 *Penſionario debetur penſio pro rata, perceptorum ante
eius mortem, arbitrio iudicis, reſpectu vero fructuum,
qui non ſemel in anno, ſed dietim colliguntur, debe-
tur penſio heredibus pro rata temporis, quo vixit pen-
ſionarius, vt iudicauit ſacrum conſilium Neapolitan.
& Rota Romana. nu. 16.*

17 *Penſio an debeatur heredibus penſionarii, numeratione
temporis facta à die reſeruationis, pro rata temporis,
quo intra illum annum vixit penſionarius, & reſiduo
remanente penes Rectorem beneficii, an vero penſio-
narius æquiparetur quo ad hunc effectum, vſufru-
ctuario. & n. 18. 19. 20. 21. & 25.*

22 *Legatum annuum integrum tranſmittitur ad heredes,
dummodo legatarius vixerit primo die anni, etiam ſi
ſit legata pro alimentis certa ſumma. vt infra n. 24.*

23 *Penſiones eccleſiaſticæ regulariter pro alimentis cenſen-
tur reſeruatæ.*

*Alimentorum legata ceſſant extincta perſona, etiam ſi
ſit ſolutionis tempus diuerſo modo præfixum.*

25 *Penſio an & quando alimentis æquiparetur.*

1 CLERICVS, † ſeu prælatus habens adminiſtra-
tionem de beneficii fructibus, vel aliis rebus ex
fructib. eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ acquiſitis, non
poteſt teſtando diſponere; quia in vita vſufructua-
rio, & in morte vſuario comparatur, ſecundum Gl.
in c. præſenti. de officio ordina. lib. 6. Bald. *conſ. 80. ad eui-
dentiam. lib. 5.* Cardin. *conſ. 110. tria ſunt. & in c. fin.* vbi
etiam Barbat. *de pecu. cler.* Fratrem Guil. Pepin. *in ſer-
mon. de deſtruct. Niniuæ. in ſerm. 38. col. 10. fol. par. 313.* & a-
lios quamplures citatos per Bellonum *conſ. 3. num. 2.*
Cōis opin. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Be-
roum etiam *conſ. 7. dubitationibus, ſub num. 9. vol. 2.* vbi
eam limitat in quatuor caſibus.

2 Contrariam vero ſententiam, videlicet, † quod
clericus decedens poſſit tranſmittere ſuæ præbendæ
fructus ad heredes ſuos, tenet cum aliis ſignatis per
eum Iul. Clar. *in tract. de teſta. § teſtamentum. lib. 3. q. 27.
verſ. quinto dixi quod clerici.* & eam aſſeuerat eſſe com- Cōis opin.
munem Corſet. *in ſing. in verb. clericus.* & Couarr. *in c.
cum in officiis. num. 6. fol. parū 276. de teſtament.* vbi eam
falſam eſſe aſſerit optimis quidē rationibus; & iſtam
quæſtionem latiſſime exagitat ad vtranque partem
Guliel. Redoan. *in tractat. de ſpoliis eccleſ. in q. 3. § 1. &
ſeq.* vbi tandem *in § ſtantibus iſtis repugnantiis, ſub nu. 6.*
videtur reſidere cum prima opinione negatiua; cum
qua tranſeundum eſt in deciſiuis tanquam ſacroſan-
cta, & in practica receptiſſima.

Imo nota ſecundum † veriorem Doctorum opi- 3
nionem, quod procedat antedicta communis nega-
tiua, etiam ſi clericus ſimpliciter beneficium ſine ad-
miniſtratione habeat, vt concludit Abb. *in repet. cap.
cum eſſes. col. 7. de teſtam.* & Gemini. *in d. c. præſenti* &
nonnulli alii relati per Barbat. *in d. c. fin.* & rationabi-
lis quippe eſt hæc ſententia, & magis æqua, & fauo-
rabilis, vt oſtendit, eam ſequendo, Redoanus *in tra-
ctat. de ſpoliis eccleſ. q. 49. & ſeq.* Quoniam † clericus 4
ex reditib. ſui beneficii eccleſiaſtici vltra honeſtum
victum ſibi quicquam attribuere non poteſt, *c. Epi-
ſcopus, 12. q. 1.* & quicquid ſupereſt, erogandum eſt in
alimoniam pauperum, *c. quoniam quicquid, 15. q. 1. & c.
aurum, 12. q. 2.* Et hinc eſt, quod clericus, ſalua con-
ſcientia, de fructibus beneficii prouidere nequeat,
cum re ipſa fructus qui ſuperſunt, non ſint proprii,
ſed communes ſibi, & pauperibus, vel eccleſiæ, per
notata *in c. fin. 16. q. vltima. in fin.* Et licet dicatur domi-
nus eorum, tamen hoc intelligitur cum grano ſalis
procedere, quo ad fidelem diſpenſationem facien-
dam ſibi, & ſuis, *c. omnino, 21. diſt. c. ſtudeat. in fin. 50. diſt.
& c. non ſatis, 86. diſt.* & notat Maria. Soc. *conſ. 92. ex his,
circa princ. vol. 1.* vbi concludit, quod clericorum de
bonis eccleſiæ illud eſt duntaxat, quod probabili ra-
tione conſumitur, & quatenus neceſſitas vrgeat, vt
exprimit Apoſtolus, *victu, & tegmento*, his contenti
ſumus, & Felyn. *in c. de quarta. col. 10. de præſcript.* vbi
conſtanter affirmat, quod ſi clericus diſtribuat fru-
ctus beneficii in vſus nefarios, teneri abſque dubio
aliquo ad eorum reſtitutionem. Et ſi ex eccleſiæ
fructibus † clericus ipſe ſibi, vel ſuis prædium eme- 5
rit, hoc ad eccleſiam pertinet, & ab illa vt domina
poterit vendicari, ſecundum Gloſſ. *in c. inquirendum.
de pecu. cleri.* Imo ipſi eccleſiæ tunc acquiritur domi-
nium abſque traditione, ita Gloſſ. *in c. 1. de pecul. cleri.*
& eſt textus *in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Et quemad-
modum clericus emens fundum de pecunia eccle-
ſiæ, ſi in inſtrumento facit poni nomen alterius, præ-
ſumitur facere in fraudem, ſecundum Innoc. *in c. cum
in officiis. in gloſſ. in verb. remanere. de teſtam.* Bald. *in l.
mancipia. C. ſi quis alter. vel ſibi.* & Laurent. *in l. in quo-
rum. col. 5. de pig.* ita etiam clericus emens equum de
bonis eccleſiæ non eſt dominus equi vllo modo, *c.
res eccleſiæ, 14. q. 1. & c. ſacerdos, 44. diſt.*

Sed contrariam partem, quod † clericus ſimplici- 6
ter beneficiatus, tam in vita, quam in morte etiam
æquiparetur vſufructuario, & vtroque tempore fa-
ciat fructus ſuos, ſenſit gloſſ. & omnes *in d. c. præſenti.*
& iſtam gloſſ. ponit eſſe communem Imol. *in c. per-* Cōis
uenit. extr. de fideiuſſ. & ſequitur, atteſtaturq; Berous opin.
in d. conſ. 7. ſub num. 9. verſ præterea. Clar. *in d. q. 27. verſ.
quarto videndum eſt.* & Bellon. *in d. conſ. 3. nu. 6.* & Boer.
conſ. 48. & ita de conſuetudine communiter obſer-
uari inquit Botrius *in d. c. peruenit.* Imol. & Cald. *in c. fi.
de pec. cler.* & Corne. *conſ. 314. vol. 3.* Sed prima ſentētia,
q; clericus ſiue habeat adminiſtrationē, ſiue nō, indi-
ſtincte

ſtincte prohibeatur teſtari, ſiue illi ſuccedat eccleſia, ſiue ſucceſſor, apparet magis communis; vt deducit Redoan. *in d.q.3.§. & in hac materia, ſub nu.33.cum aliis ſeq. fol.par.130.*

Cōs opin.

7 Ampliatur etiam ſecundo † præmiſſa communis eatenus procedere, vt non ſolum bona mobilia, ac immobilia per clericum ex eccleſiæ redditibus percepta, verum nomina etiam, & actiones competant ipſi eccleſiæ, ſecundum Abb. & cæteros omnes *in c. relatum. il 2. de teſtam.* vbi Couarru. *n.1.* perhibet iſtam eſſe communem opinionem.

Cōs opin.

8 Sed dicta prima communis negatiua † ita enucleata, interpretatur non habere locum, vbicunque clericus impetraret à ſummo Pontifice priuilegium teſtandi, ac de huiuſmodi rebus diſponendi, quod Papa ex cauſa concedere poteſt, cum ad ipſum vniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat, *c. licet. de præbend lib 6. Clemen. 1. vt lit. pen.* vt per Abb. *in d. c. cum eſſes.* Alex. Iaſ. *in l. vt militibus. C. de teſtam. milit.* Alex. *conſ. 15. volum. 2.* & Socin. *conſ. 13. præſens conſultatio.* & eſt communis opinio, vt prædicat Dec. *conſil. 147. quæritur de expenſis.* & Couarru. *in d. c. cum in officiis, nu. 7.* idemque ſecundum Dd. congeſtos per Iaſ. *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & ita obſeruatur in curia, & extra Curiam Roman. an eſtante Beroo

Cōs opin.

9 *in d. conſ. 7. ante num. 10.* Et hoc de † plano procedit, quãdo Papa moueretur ex iuſta cauſa ad concedendum clerico teſtandi facultatem, vt voluit Abb *in d. c. cum eſſes.* quem ſequitur Felyn. *in c. conſtitutus. colum. antepen. de reſcript.* & Barbac. *in d. c. cum in officiis. col. 6. de teſtam. cum aliis coaceruatis per eum ibi.* Et cauſa iſthæc, etiam quod expreſſa non ſit per Papam in conceſſione licentiæ de teſtando, ſed ſolummodo tacita concurrat iuſta cauſa, operatur ea quidem tunc effectum ſuum, ſicut expreſſa, vt voluit Berous *in d. conſ.*

10 *7. num. 10.* Et iuſta cauſa eſſet, ſi † clericus ſuis pauperibus conſanguineis ſubuenire vellet; Nam ideo bona eccleſiarum comparata ſunt, vt ex eorum fructibus pauperum inopiæ ſuccurratur, *c. videntes, 12. q. 1.* & faciunt notata per Abb. *in c. 1. de cohabitatio. cleric. & mulierum.*

11 Interpretatur poſtremo † mentionata communis non procedere, quando conſuetudo reperiretur in contrarium; quia clerici vigore huiuſmodi conſuetudinis diſponere, ac teſtari ſine licentia poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum, ſecundum omnes Dd præcitatos indifferenter Geminia. & cæteros *in d. c. fin. de off. ord.* Cald. *conſ. 2. col. fin. de pecul. cler.* Domin. *in c. præſenti. col. 4. de offic. ordin. in 6.* & Abb. *in d. c. cum in officiis. in 2. fallentia.* & facit text. *in c. cæterum. de donatio.* & Ioan. de Imol. *in c. fin. de pecul. cler.* & iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communem, vltra mentionatos ſcribentes, Bellonus *in d. conſ. 3. num. 10. & 12.* & ſequitur Couarru. *in d. c. cum in officiis num. 9.* vbi fatetur opinionem contrariam, videlicet, quod talis conſuetudo admittenda non ſit, fore magis communem ex ſignatis per eum, idemq; teſtatur Frater Guil. Pepin. *in d. ſermo. 38. col. 11.* & ita meminit vidiſſe in Vrbe Roma ſeruari Guil. Redoan. *in d. tract. de ſpoliis Eccleſ. q 3. § fin. n. 19.* & iſta eſt veritas.

Cōs opin.

Cōs opin.

12 Alias vero multas † limitationes, & quidem vtiles, & communes, quod clericus teſtari poſſit, ponit Clarus *in d. q 27.* & Alex. de Neuo *conſ. 13. nu. 1. & ſeq.* & Guiliel. Redoan. *in d tract. de ſpoliis Eccleſiaſt quæſt. 3. §. & in hac materia. & §. ſeq.*

13 Et quemadmodum † clericus vſufructuario æquiparatur, ita penſionarius re ipſa vſufructuario similiter comparatur, vt per Mohedanum *deciſ. 4. Cardinalis Rodulphus, num. 5. de locato, & conducto.* Creſcentium *deciſ. 4. penſionarius, num. 2. de locato, & conducto.* Cardin. & alios vnanimes omnes *in clemen. 1 §. eadem. de ſupp. negligent. prælat.* Vnde ſtante, quod Epiſcopo Barzellino extitit reſeruata penſio ſcutorum auri 300. ſuper fructibus Eccleſiæ Reatinæ, ſoluenda ꝓ medietate in die feſtiuitatis Natalis Domini, ꝓxime incipientis: & ꝓ alia medietate in die feſti Sancti Iohannis Baptiſtæ, & huiuſmodi fructus reperiuntur conſiſtere in frumento, vino, & ſimilib. rebus, quarum fructus vno tempore ſemel in anno percipiuntur, Epiſcopus prædictus vitam cum morte commutauit poſt feſta Natalis, fuit ideo dubitatum an pro aliqua portione penſio iſta heredibus debeatur. Quamuis igitur hæc quæſtio ſit hodie valde difficilis, cum in ea ſæpenumero ob varietatem opinionũ ſibi ipſi fuerit contraria Rota Romana, tamen conſultus exiſtimo non quidem confuſe heredibus Epiſcopi penſionarii nihil deberi, quia attenta ſimilitudine cum vſufructuario, quam in materia iſta penſionum receptius admittunt Dd. id ſatis compertum eſt. Quia ſicut fructus heredibus vſufructuarii non debentur, niſi eo viuente percepti fuerint, ita nec penſiones ratione fructuum debitæ, deberi poſſunt heredibus penſionarii, niſi ipſo viuo dicti fructus extiterint percepti, vt probat text. *in l. defuncta.* vbi Scribentes. *ff. de vſufruct.* & ita tradunt Caccialupus *in tract. de penſionibus. q. 25.* & Gigas *in tract. ſimiliter de penſionib. q. 53.* Quando autem nondum venit 14
dies † penſionis exigendæ, & fructus, quorum occaſione penſio debetur, erant iam percepti per debitorem dictæ penſionis, iſto caſu penſio debetur heredibus penſionarii defuncti, quia heredibus vſufructuarii debetur integra penſio, cuius tempore vitæ vſufructuarii non ceſſerat dies ſolutionis, ſi fructus omnes, quorum occaſione penſio debebatur, erant iam percepti per penſionis debitorem, ita Caccialupus *in præmemorata quæſt. 25.* vbi ad lucem adducit etiam ita ſe vidiſſe conſulendo reſponſum per famoſiſſimos Doctores Peruſinos D Benedictum de Benedictis, ac D. Baldum de Bartholinis in cauſa vertente Senis inter heredes fructuarii, & hoſpitale de Scala proprietarium prædii, de cuius fructibus, & penſione agebatur, vt poſt Caccialupum hanc quoque opinionẽ ſequitur Gig. *in præcitata q. 53. poſt n. 2.*
Quando autem pars † fructuum eſſet iam percepta 15
tempore penſionarii, pars vero poſt mortem, opinantur præallegati Scribentes debere ſolui ratã penſionis heredibus ratione perceptorum arbitrio iudicis, ex his, quæ notant Dd. *in d. l. defuncta.*

Cæterum habito reſpectu ad † fructus, qui non 16
ſemel in anno colliguntur, ſed dietim, veluti fructus horreorum, domuum, hoſpitiorum, & paſcuorum, heredibus debebuntur pro rata temporis, quo vixit penſionarius, vt ſenſere Salyc. *in l. Iulianus. §. ſi fructus. ff. de actionibus empt. & in l fructus. num. 3. C. eod. tit.* Alex. *conſ. 82. nu. 1. vol. 2.* & ita iudicauit in propoſito nouiſſime ſacrum regium conſilium Neapolitanum, atteſtante D. Vincent. de Franchis *deciſ. 79. in 1. parte.* & hanc opinionem veriſſimam quoque fore iudicauit etiam Rota Romana in vna Granaten. coram R. P. D. Proſpero pro D. Cardinali Polo. contra Iohannem Epiſcopum Veronen. vt per Puteum *deciſ. 13. lib. 3.* & Peregrinum *deciſ. 48 lib. 2.* quas ob res tutiſſima quippe diſcernitur hæc ſententia, vt in præſenti caſu idem etiam ſtatuatur de penſionario, quod de vſufructuario, quia idem ſtatuitur de Rectore beneficii, vt ſenſit quoque, loquens in ipſo Rectore beneficii, Gemin. *in c. præſenti, num. 2. & ſeq.* Federic. de Senis *conſ. 209. in fin.* Io. Bapt. Ferrettus *conſ. 372. num. 6. vol 2.*

Iaſ.

bal. conſ. 222. in fine. volum. 2. & Maria. Anguſſol. *conſil. 121.*

17 Nec diſturbat hodie, hac † opinione retenta, vt hoc caſu ſit idem ſtatuendum in penſionario, quod in vſufructuario, alia opinio, quæ fuit Alberici *in l. diuortio nu 13 ff. ſolut matrim.* quæ comprobatur à Couarru. *variar. reſol lib. 1 cap. 15. nu 13.* quam ſententiam mutatis deinde Auditorib. in hoc articulo Rota met Romana elegit, quæ fuit eo tempore D. Caroli Baldaſſini tunc eximii, & illuſtris conſiſtorialis aduocati, veluti teſtatur, eamque vt æquiorem ſequendam eſſe ſubleuare ſtudet nouiſſime Hieronym. Gabriel. curiæ Romanæ aduocatus *conſ. 191. volum. 2.* quæ opinio eſt, vt numeratione temporis facta à die reſeruationis, pro rata temporis, quo intra illum annum vixerit penſionarius, detur heredibus, & reſiduum remaneat penes Rectorem beneficii, ita vt diuiſio fiat, iuxta formam *d. l. diuortio.* cum notatis eo in loco à Scribentibus, *ff. ſolut matrim* Nam fideliter quidem 18 reſpondetur, † quod & ſi hæc opinio æquior, & tutior ſit, tamen de rigore iuris alia opinio prædicta anterior, quod ſcilicet pēſionarius æquiparetur quo ad hunc effectum vſufructuario, extat verior, & tutior. veluti eadem Rota Romana *die 19 Iunii, 1573.* in vna Pharenſis penſion. reiecit omnino opinionem Couarru. ac rediit ad hanc antiquiorem opinionem, vt idem decerneretur de penſionario, quod de vſu-
19 fructuario. Quam † opinionem ſequuta extat etiam ipſa Rota Romana, quando penſio fuit conſtituta in pecunia, licet vbicunque aſſignata reperiatur in quota fructuum concorditer, ac nemine penitus diſcrepante dixerint Domini eam facilius admittendam eſſe, & deniq; decreuit eadem met Rota non eſſe diuiſionem faciendam in caſu, de quo agitur, ſecundum textum *in d. l. diuortio,* veluti teſtificatur Hieronym. Gabriel. *in allegato conſ. 191. num. 14.* & quamuis idem Gabriellius videatur ſequi poſteriorem opinionem Couarruu. & Baldaſſini, vt diuiſio hoc caſu fiat ſecundum formam *d. l. diuortio.* inquit enim, quod licet in caſu iſtius legis dentur fructus marito ratione onerum, tamen quod is putat, ſi non vere, ſaltem ficte dari etiam penſionario quantitatem, & fructus eidem reſeruatos ratione onerum, & ſeruitiorum Eccleſiæ, ſaltem vniuer[illegible] præſtandorum, & hac ratione exiſtimat defendi poſſe, vt fructus diuidantur, quam opinionem ſubiicit ipſe æquiorem eſſe.

20 Sed quicquid † idem Hieronymus Gabriel. eo in loco opinetur, non puto à priori opinione in iudicando, & conſulendo recedendum eſſe, tum quia eſt verior, ac receptior, tum etiam, quoniam vt ipſemet ſcribit, eam firmius, atque conſtantius approbauit Rota Romana expreſſe quippe reprobans, veluti anguſtioſam, ac ionodatam opinionem Couarr. in dicta cauſa Pharenſi penſionis, cum quo potius ſubtilitatis, quam veritatis ſtudio adductus viſus eſt ſentire, quam vis quod abſurdius eſt, valde etiam titubanter idem Gabriellius *in eodem conſ. 191. in fine.* præterea retenta opinione, quam alias ſcribit Hieronym. Gabriel *eo in loco, poſt nu. 6.* elegiſſe Rotam Romanam, fuiſſeque olim Baldaſſini conſiſtorialis aduocati, anteriuſque commendatam ab Alberico, & Couarru. vt diuiſio fiat ſecundum formam *l. diuortio, ff. ſolut. matrim.* ſicuti benigniori, tamen eſt tam parua ſumma, quæ deberetur heredibus, vt non expediat ſuper hoc contendere, imo dedecus, ac inſimul ridiculoſum ſit diſſentiri.

21 Poſtremo, vt nihil † remaneat quod opponitur, indiſſolutum, reiicienda venit etiam alia opinio, quam receperit Rebuffus *in tract. de pacifico poſſeſſ. nu. 130 concluſ. 17.* eamque commendauit Ioan. Bapt. Ferrettus *conſ. 372. volum. 2.* quia vt etiam notat Hieronym. Gabriel. *in d. conſ 191. num. 7.* huiuſmodi Ferretti opinio valde erronea eſt. eamque tanquam iniquam, & irrationabilem reprobatam loquitur fuiſſe à Rota Romana.

Vtpote quia ipſe decipitur, dum de † penſione eccleſiaſtica idem iudicat, quod de re mere profana, ac temporali, quæ non debetur ratione alicuius oneris, vel ſeruitii, ac illam æquiparari putat legato annuo, quod integrum transmittitur ad heredes, dummodo legatarius vixerit primo die anni, vt eſt textus *in l. nec ſemel. ff. quando dies legati ced.* nam reſpōdetur, quod rationes Ferretti fragiles diſcernuntur, cum huiuſcemodi penſiones non ſint mere temporales, cum dependeant ab eccleſiaſticis beneficiis, & clericis reſeruatæ ſint pro alimentis, vt ex tenore, verbiſque omnium ſimilium reſeruationum ſolet perſpicue colligi. Vti etiam † regulariter pro alimentis cenſentur ipſæ penſiones reſeruatæ, quæ alimenta cum ceſſent extincta perſona, vt probat textus *in l. Firmio. in fin. ff. quando dies legati ced. & in l. cum hi. §. modus. ff. de tranſaction.* ſequitur ergo, vt fructus penſionis heredibus non debeantur, niſi pro rata temporis, quo penſionarius vixit; quemadmodum idem Ioan. Baptiſt. Ferrettus firmat *d. conſ. 372. in fine,* & clarius hoc explicat Gabriellius *dict. conſ. 191. poſt num. 10.* 22

Vbi ſubiicit alia † ratio ac ipſum quoq; Ferrettum quam maxime deceptum, cum minime conſiderauerit, quod ſi certa ſumma annua legetur, licet pro alimentis legetur, tamen deberetur tota, & integra à principio anni, & ad heredes transmitteretur, vt eſt textus *in l. ſi in ſingulos. ff. de annuis legat. & in l. nec ſemel. C. quando dies legati cedat.* etiam ſi ſolutionis tempus fuiſſet modo diuerſo ordinatum, vt notant Scribentes *in l. lecta. ff. ſi cert. pet. & in l. 1. & in l. ex his. C. quando dies legati ced.* 23 24

Et licet † penſio aſſignetur pro alimentis, vt per Roman. *conſ. 388. num. 3.* & Creſcentium *deciſ. 3. penſio aſſignata. num 4. de ſolutionibus.* & præſertim ſi reperiatur appoſita clauſula ſolita, & conſueta in gratiis huius generis, videlicet vt melius, vel commodius ſubſtentari valeat de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere, & ſpecialem gratiam facere volentes, & cætera, quæ clauſula id operatur, vt penſio alimentorum cauſa videatur aſſignata, vt per Horat. Mandol. in addit. Romani *in dict. conſ. 388. in litera C.* tamen quia non intelligitur ſimpliciter, vt dictum eſt, aſſignata pro alimentis reſpectu meritorum præſitorum, ſed ratione ſeruitiorum reſpectiue, quæ exhibere debebit quouſque fuerit viuus, vel illi eccleſiæ, ſuper cuius fructibus eidem fuit reſeruata penſio, vel potius Eccleſiæ vniuerſali. & ideo cōtra Ferrettum concludendum eſt, vt non videatur penſionarius alendus, niſi donec ſeruitia præſtet, & onera ſuſtineat. quibus rationibus contra ipſum Ferrettum ſtatuit Hieronym. Gabriel. *d. conſ. 191. num. 12. cum præcedentibus.* qui ex illis ideo exiſtimat, hanc opinionem, vt pecunia penſionario aſſignata ratione penſionis, eidem pro rata temporis, quo vixerit, debeatur, & diuidatur pro rata temporis inter Rectorem Eccleſiæ, & heredes, ſecundum formam textus *in leg. diuortio, ff. ſolut. matrimon.* eſſe tolerabilem, ac veluti æquiorē omnino ſequendam fore, & Rotam Romanam aliquando illam ſequutam eſſe, pluresq; differētias, ſecundū eam terminatas eſſe. cæterū quicquid Ferrettus, & Gabriel. deinde ſubiectis rationibus 25

illum

illius ſententiam reiiciens, voluerint in præmemoratis eorum conſiliis, affirmo in articulo propoſito antiquiorem illam, quæ prius relata de ſupereſt opinio, tenendam eſſe, qua retenta vtique aliæ ſequentes opiniones, vti minus veræ, & rationabiles reiiciuntur, vt ſcilicet idem ſtatuendum ſit de penſionario, quod de vſufructuario, veluti reprobata opinione Couarr. hanc opinionem, etiam quando penſio fuerit conſtituta in pecunia, & facilius quando fuerit aſſignata in quota fructuum, ſequuta eſt Rota ipſa Romana nouiſſime iudicans non eſſe faciendam diuiſionem hoc caſu, iuxta *d. l. diuortio. in memorata cauſa Pharenſi penſionis, die 19. Iunii, 1573.*

OPINIO CII.

SVMMARIA.

1 *Clerici an teneantur ad inſtaurationem murorum, portuum, viarum, & pontium Ciuitatis, contribuere cum laicis. & num. 2.*

3 *Clerici an teneantur ad cuſtodiam murorum; Et adiuuare dominum pro defenſione patriæ. nu. 4.*

1 CLERICI tenentur ad † inſtructionem murorum, ac portuum Ciuitatis, & viarum, pontiumque, in quibus eſt pietas, & publica verſatur vtilitas, *l. ad inſtructiones C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. ad portus. C. de oper. publ.* Gloſſ. & alii *in c. non minus. in verb. releuandos de immunitate eccleſiæ.* Lucas de Penna *in l. fin. in fin. C. de excuſatio. tributo. lib. 10.* Ripa *in lib. 2. reſponſorum. capit. 22. num. 5 & ſeq.* Cyn. Alben. Bart. Bald. & omnes *in d. l. ad inſtructiones.* Bellamera *conſ. 45.* Guid. Papæ *q. 78.* & Ripa *in tract. de peſte in tit. de remediis ad* Cōis opin. *conſeruandam vbertatem. num. 233. & ſeq.* Vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem, approbat viua ratione, & concordat cum opinione contraria, prout ita fecit, & concordat quoque Gloſſator *in dict. q.* Guid. Papæ *ſing. 409.* Alphan. *collect. 3.* Bertran. etiam *conſ. 53. num. 9. vol. 1.* oſtendit opinionem iſtorum eſſe communem, eamq; ampliat, ac refert cæteros contrarium aſſeuerantes, & ſequitur quoque Lancellot. Corrad. *in ſua pract. ſeu tract. de decurio lib. 1. c. 9. de prætore. §. 1. nu. 27. & ſeq fol 16.* vbi vocat iſtam magis communem opinionem fore, & obſeruari Mediolani, & Papiæ, & ſequitur etiam, & citat Natta *conſ. 280. & de*
2 *iure communi in fin. vol. 2.* Vbi refert duos † alios caſus ſatis vtiles, in quibus clerici tenentur contribuere cum laicis, & copioſiſſime citat ſimiliter Ioan. Ant. de Nigris *in extrauagan. Clementis Septimi contra clericos non incedentes in habitu, & tonſura, concesſa, & publicata in Regno. num. 105. cum aliis ſeq.* licet ibi contrariam
Cōis opin. ſententiam communem aſſerat, ponatq; pro regula cum ampliationibus, & limitationibus.

3 Et inſuper an † clerici teneantur ad cuſtodiam murorum, vide *c. 2. cum ibi notatis per Dd. ext. de immunitat. eccleſ.* Et qualiter etiam *d. l. inſtructiones.* intelligenda ſane ſit, vide *c. non minus.* iuncta Gloſſ. *in verb. ſub tributo, extr. de immunitat. eccleſia.* Et quod iſta lex nullatenus correcta ſit, vide de communi omnino per Ripam *reſponſo 1. num. 5. & ſeq tit. de muner. & honorib.* Cacheran. *deciſ. 68. nu. 3.* quos refert Alphanus *in collect. d. l. ad inſtructiones, num. 3.* & And. Gail. *l. lr. 2. obſeruatione 25.*

4 Clerici † etiam tenentur adiuuare Dominum pro defenſione patriæ, & cum Rex inuaditur, aut ſubitus timor adeſt, & tunc pro talibus exercendis debent etiam diuina officia prætermittere, vt cuſtodiæ ciuitatis incumbant, ita Iac. de Leonar. *conſ. feud. 117. numer. 13. 14. & 15. inter conſilia feudalia Alberti Bruni, Dbra.*

OPINIO CIII.

SVMMARIA.

1 *Clerici producti in teſtes coram iudice laico deponentes falſum, an poſſint per iudicem laicum puniri, vel condemnari.*

2 *Clericus in cauſis, quæ ſub iureiurando finiendæ ſunt, iurans, ſi poſtmodum detegatur peieraſſe, per biennium à communione repellitur.*

3 *Clericus periurus magis punitur, quàm ſi venit contra fidem, quia priuatur beneficio.*

CLERICVS productus † in teſtem coram iudice laico, deponens falſum, non poteſt per iudicem laicum puniri, ac condemnari, nec principaliter, nec incidenter, ſed eſt remittendus ad eccleſiaſticum, ſecundum Hoſtienſ. Innocent. Ioan. Andr. 1
Ant. Butr. Imol. & Felyn. *in c. verum. de foro competent.* Ioan. de Anan. *col. 1.* Socin. *col. 14.* & alios *in c. 2. de crimin. falſ.* Bart. *in l. Diuus. col fin. ff. de falſis.* Caſtren. *in l. nullum. C. de teſti.* Bal. *in l. 1. §. qui mandatum. ff. de officius. col. pen.* & Angel. *in l. ſi vacantia. col. 26. C. de bonis vacan. lib. 10.* & omnes *in c. at ſi clerici.* poſt Ioan. And. *ibi de iudiciis,* & iſtorum opinionem ſequitur, declarat, & ſcribit eſſe commonem Maranta *in tract. iudiciorum. in 6. part. 2. partis princ. ſuper 12. actu. nu. 4. & ſeq.* Cōis opin.
Capy. *deciſ. 5. num. 13.* & Afflict. *deciſ. 230.* vbi opinionem hanc appellat communem, tuetur, ſequitur, & inquit, Dominos de Rota in eam inclinaſſe, licet caſus iſte ob varietatem ſententiarum, & opinionum conflictum, non fuiſſet deciſus in ſacro Regio Concilio. Et in effectu reiectis duabus aliis opinionibus relatis per Afflict. *in d. deciſ. 230.* ipſe ſequor opinionẽ Hoſtien. & ſequacium communem, quam magis tutam fatetur Afflict. *in d. deciſ. num. 4.* & ibi Vrſillus *in additione. num. 1.* & in practica obſeruari teſtatur Auguſt. *in additio. ad Ang. in tractat. maleſic. in verſ. falſario.* vbi ipſe ſimul cum Angelo concurrunt cum præmiſſa opinione communi, & Franciſcus Scaglionus in commentariis ſuper pragmaticis Regni, in pragmatica, *teſtem falſum. col. 3. in princ.* Iul. Clar. *in pract. crim. lib. 5. q. 38. § fin. col. 5. verſ. ſed hic quæro quid ſi clericus deponat falſum teſtimonium coram iudice laico.* & Rolan. à Valle *conſ. 12 prima etenim eſt dubitatio. num. 48. & ſequ. vol. 2.* & ita fatetur ſe iudicaſſe etiam D. Thomas Zerola, *in practica epiſcopali, in verbo teſtes. §. 30.* ipſo exiſtente vicario in Archiepiſcopali Curia Compzaria, atq; pariter caſum hunc tunc fuiſſe ventilatum, & diſcuſſum in Ciuitate Neapolis. & ita itidem vidiſſe ſeruatum in magna curia vicariæ teſtatur D. Vincent. de Franchis *deciſ. 147. ſub nu. 6. in 1. part.* teſtem falſum deponentem in cauſa ciuili, licet iuriſdictio ciuilis diſtincta ſit à criminali, nihilominus tunc puniri, condemnarique per iudices criminales, nõ autem ciuiles. Sed contrarium eo in loco commemorat obſeruari in ſacro conſilio, dum in illo producuntur teſtes falſi, quod in tali caſu, magna curia ipſa vicariæ non ſe intromittit, niſi facta prius per iudices relatione, & per ſacrũ conſilium impartita licentia, pcedendi. & ita habui in facto *de præſenti menſe Iulii, 1573.* & obtinui coram D. Triuultio Gualterio Auditore Sereniſſimæ Margaritæ ab Auſtria, & eandem veriorem, & communiorem dixit Ioan. Bernar. Diaz. *in practic. crim. cano. in c. 87 in fin.* & Socin. *in tract. fallen. in regul. 428. teſtis falſum teſtimonium deponens.* Et caue ne te decipiat ſuis ſuaſionibus Barbatius, qui per plura colorata fundamenta nititur contrariam partem ſubſtinere *in d. c. verum. num. 52. vſque ad num. 64.* quia eius rationes parum, aut nihil obſtant, prout oſtenditur aperiſſime per Moder. & alios *in d. c. at ſi clerici.* Bene

veruin

veriter eſt. quod etiam apud Gallos ſeruari, & paſſim admitti aſſeuerat Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius. de teſtam. verſ. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 434.*

8 Et iſte † clericus in cauſis, quæ ſub iureiurando finiendæ ſunt, præbens iuramentum, biennii tempore à communione pellitur, ſi poſt rebus euidentibus detegitur peieraſſe. ſecundum Concilium tertium Aurelianenſe, *canon. 5. de clerico conuicto de furto, aut falſitate, & de periurio.*

9 Imo clericus † periurus magis punitur, quia plus delinquere videt, ex quo priuatur beneficiis, quam ſi veniret contra fidem ſuam, quia non priuaretur, niſi de conſuetudine fide eſſet idem, quod iuramentum, *c. cum non ab homine. de iudic.* Canoniſtæ, & præſertim Abb. & Ant. de Butr. *in cap. querelam. de iureiu. & in c. ad aures. quod met. cauſa.* Hoſtien. *in c. querelam. §. 2. uepral.* & Capel. Thol. *deciſ. 17. n. 3.*

OPINIO CIV.

SVMMARIA.

1 *Clericum percutiens, ſeu lædens, quam pœnam incurrat.*

2 *Papa non ſolet concedere abſolutionem ab excommunicatione incurſa, ob iniectionem manuum in prælatum, propter criminis atrocitatem.*

3 *Abſolutio ab excommunicatione denegatur octo caſibus, remiſſiue.*

4 *Clericum degradatum vel coniugatum item excommunicatum percutiens quam pœnam incidat. & num. 5. & 10.*

6 *Clericum ſeipſum percutiens quam pœnam incurrat.*

7 *Clericum hæreticum item excommunicatum percutiens, an pœnam prædictam incurrat.*

8 *Fœminæ percutientes clericos an eandem pœnam ſubeant cum maſculis.*

9 *Clerici alium clericum percutientis pœna.*

10 *Epiſcopus quando poſſit abſoluere iniuria afficientem clericum.*

Percutiens monachum bigamum. Item ſubtrahens corrigiam clerico dormienti, vel retinens eum per veſtem vel frenum equi ne liber tranſeat, vel aliter offendens quam pœnam incidat. num. 11. 12. 13.

14 *Clericum percutiens in ludendo, non incurrit excommunicationem.*

15 *Pater verberans filium clericum non incidit in excommunicationem aliquam. Idem eſt in magiſtro verberante diſcipulum clericum. nu. 16.*

17 *Clericum pro ſua defenſione percutiens. Item manus ei inhoneſte cum vxore, matre, ſorore, vel filia verſanti, iniiciens pœnam excommunicationis non incurrit. n. 18. Ignorans quoq; clericum in habitu forte laicali incedentem ab ea pœna immunis eſt. nu. 19.*

1 CLERICVM percutiens, † ſeu lædens, incidit in excommunicationem, etiam nullo vulnere interueniente in percuſſione hac, inciditque in canonem, *ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4.* atque tenetur accedere Romam pro impetranda abſolutione ab huiuſmodi excommunicatione.

2 Et aliquando in tali † caſu per Papam nullatenus conceditur abſolutio. Vnde meminit Paulus de Roma *in tractat. penſion. eccleſiaſticar. cap. 6. ſub num. 30.* ſe vidiſſe tempore Pauli Tertii Pontificis denegatam extitiſſe abſolutionem ob manuum iniectionem in Prælatum propter criminis atrocitatem. Vbi ponit
3 etiam † octo alios caſus, in quibus abſolutio ab excommunicatione deneganda veniat. Vnde ex his Senatus Pedemontanus alias iuſta ex cauſa, intuitu dignitatis motus condemnauit percuſſorem Guardiani Monaſterii Sancti Franciſci cum baculo, ad remiges per quinquennium, teſte Antonio Teſſauro *deciſio. 224. Baculo aliquem percutiens, numero 2. & ſequent.*

Quod ampliatur in tantum procedere, † quod 4
percutiens etiam clericum depoſitum, vel degradatum, ſimiliter incidat *in dict. can. ſi quis ſuadente.* ſecundum Gloſſ. *in cap. degradatio. in fine de pœn. libr. 6. in can. 2. in Gloſſ. fin. 44. diſtinct. in can. accedens. 50. diſt.* & ibi Præpoſit. Abb. *in cap. 1. qui cleric. vel monach.* Sanctum Antoninum Archiepiſcopum Florentin. *in 2. par. ſuæ ſummæ. titul. 25. cap 1.* Felyn. *in cap. contingit. il 1 de ſent. excommunic.* Marſil. *ſingul. 179. viget communiter ſtatutum. col. 2.* & Dec. *in l. in omnibus cauſis id obſeruatur. ſub num. 8. ff. de regul. iur.* & ibi Hieronym. Cuchan. *in addit.* qui ampliat etiam dictum canon. *ſi quis ſuadente.* in alio caſu, & iſtorũ opinio communis eſt. Com. opin.
Sed opinioni contrarię, quod clericum degradatum vel depoſitum percutiens, non ſit excommunicatus, aſſentitur Nic. Plouius *in tractat. de excommunicat. in princ. num. 26.* Vbi dicit hoc ſine difficultate procedere, ſi eiuſmodi clericus ita depoſitus eſſet incorrigibilis, & nollet viuere ſub regula clericali; ſecus vero, ſi foret corrigibilis: tunc enim percuti non poſſet, quamuis excommunicatus eſſet, vbi aſſignat rationem viuaciſſimam, & non pauca allegat pro huius declarationis confirmatione.

Item ampliatur habere locum etiam in † clerico 5
coniugato. Vnde ſi quis eum verberaret, incideret, & abſque dubio aliquo *in dict. canonem ſi quis ſuadente, cap. vnic. de clericis coniugatis. in 6.* & potiſſimum ſi deferret habitum clericalem. *cap. de clerico coniugato lib. 6.* & not. Nic. Plouius *in tract. de excomm. in prin. ſub nu. 24. verſ. quinto.*

Amplificatur quoque † eadem regula catenus 6
procedere, quod ſi clericus ſeipſum percuteret, incideret etiam dubio procul in excommunicationem; ex quo hoc agit irato animo: ſicut ſæpe faciunt illi, qui tædio vitæ, vel alia concupiſcentia ducti ſeipſos interficiunt, ſeu vulnerant, ſecundum Dd. communiter omnes *in dict. cap. contingit.* & facit textus *in cap. ſi non licet, 23. quæſt. 5.* & Ioan. Andr. *in cap. vnico. de vita, & honeſt. cleric. lib. 6.* vbi firmat, clericum ſæuientem in ſeipſum incidere in pœnam *dict. can. ſi quis ſuadente diabolo.* Et hanc opinionem commendat quoque Simon Maiolus *in tractat. de irregularitatibus. cap. 25. num. 1. lib. 3. & cap. 18. ante finem. lib. 5.* quibus in locis addit etiam quod non ſolum remaneat excommunicatus ipſo facto clericus percutiens ſeipſum, ſed etiam irregularis, ſi ſuperuiueret, verum ſi non contingeret, oratio pro eo fieri non poſſet, nec deberet, priuari quoque deberet eccleſiaſtica ſepultura. *can. placuit, 23 quæſt. 5.* præſertim ſi conſtaret ipſum pœnitentiam non egiſſe. Com. opin.

Ampliatur etiam alio modo, quod † clericus hæ- 7
reticus poſſet ſimiliter percuti ſine pœna *dict. can. ſi quis ſuadente diabolo.* vt per Innocen. *in c. ſi vero. de ſent. excommun.* Et licet ſacroſanctiſſima ſit omnium Theologorum & Canoniſtarum concluſio, quod clericum hæreticum verberans, non incidat *in dict. c. ſi quis ſuadente diabolo.* tamen hoc intelligendum eſt, cum grano ſalis, in hæretico depoſito per ſententiam, vt determinat poſt Goffredum Ber. Nic. Plouius *in tract. de excomu. in princ. n. 27.*

Poſtremo ampliatur ſimiliter † concluſio præli- 8
bata, quod fœminæ percutientes clericos, ſunt etiam excommunicatæ, ſicut maſculi, *dict. can. ſi quis ſuadente diabolo,* & ibi Gloſſ. & Dd. omnes. Et vti excommunicatæ mulieres ipſæ abſolui nequeunt, niſi à Pa-

 pa, c.

pa, *c. mulieres. de ſentent. excommunicat.* & Tiraquell. *in tractat. de retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 212.* Imo eatenus
9 hoc procedit, quod † clericus alterum clericum percutiens notorie, & manifeſtiſſime, & ita quod factum celari nequeat, eſt excommunicatus à iure, nec eſt opus declaratoria, vt firmat Felyn. *in cap. Rodulphus. col. 31. de reſcript.* & hoc modo coarctatur deciſio Matt. Quinti *in Concilio Baſil.* diſponentis ibi, quod percuſſor clerici neceſſario per ordinarium prius debeat declarari, atque publicari pro excommunicato, vt ea quippe conſtitutio, ſeu deciſio locum obtineat, vbicunque factum non foret notorium, vt explicat, & explanat Ioann. Bapt. Ferret. *in conſilio 342. præſupponitur in facto pro notorio, numer. 2. volum. 2.*
10 Sed antedicta concluſio † ita ampliata non procederet vbicunq; eſſet illata leuis iniuria, etiam perſonalis ipſi clerico, quia tunc inferens talem iniuriam leuem, vti excommunicatus non teneretur certe Romam proficiſci, cæterum poſſet illum Epiſcopus abſoluere, ſecundum Abb. *in cap. monialibus. & in cap. peruenit. in fine. de ſentent. excommunic.* per text. ibi, vbi deducit iſtam eſſe communem ſententiam, & ſequitur etiam, & citat Roman. *ſingul. 710. incidens in excommunicationem.* & Dec. *in c. peruenit. num. 6. cum alijs ſequentib. de appellation.* vbi ponit tres vtiliſſimos, & frequentiſſimos caſus, in quibus Epiſcopus clericos percutientes inter ſe abſoluere poſſit, & Nicolaus Pignolaettam *in addit. Roman. in dict. ſing. 710.* Et ita obtinuimus, & ſeruari vidimus *de præſenti anno 1564.* inter duos clericos Aquilanos, qui in Eccleſia, dum celebraretur officium, percuſſerant ſe inuicem manibus ſolummodo, & tamen ob hoc ab Epiſcopo Reuerendiſſimo noſtro abſolui extitere ab excommunicatione incurſa per eos. Et licet eius Vicarius D. Æmilius Guadagnus Aretinus, vir integerrimi iudicii, & ob morum, doctrinæ, iuſtitiæque claritatem nuſquam ſatis commendatus, tunc dubitaſſet de huiuſmodi abſolutione, profitendo propter diſpoſitionem *d. c. ſi quis ſuadente.* ipſos clericos ita, & taliter ab epiſcopo abſolutos debere Romam accedere pro impetranda altera abſolutione, ſtante nullitate primæ abſolutionis à dicto Reuerendiſſ. D. Epiſcopo conceſſæ. Nihilominus recognita mentionata communi opinione ſtatim acquieuit veritati. Et firmauimus etiam in caſu alapæ illatæ clerico, *in deciſ. noſtra. 46. alapam. lib. 1.* Amplificatur etiam hæc concluſio in percutiente clericum excommunicatum, quod percutiens incurrat excommunicationẽ, ita gloſſ. *in c. ſi quis deinceps, 17 quæſt. 4. & in c. ſi quis veſtrum, 23. quæſt. 5. & c. excommunicatorum.* Innocent. *in c. ſi vero. de ſentent. excommunicat.* Dd. *in c. contingit. eod. tit.* Ioan. And. *in reg. delictum. lib. 6.* Card. *in clem. 2. §. cæterum. de elect.* ſed aduerte, quod occidens excommunicatum licet ſit puniendus, tamen non videtur homicida, *dict. c. excommunicatorum.* Ampliatur etiam vltimo loco hæc concluſio, quod percutiens monachum bigamum incurrat ſimiliter excõmunicationem, ita Ioan. Andr. *in reg. delictum. lib. 6. in mercu.*
11 Itidem ſubtrahens corrigiam, ſeu aliquid † aliud clerico dormienti, redditur, euaditque etiam excommunicatus, ſecundum Ioan. de Lig. *in cap. 1. de ſentent. excommunicat.* & Archidiac. *in dict. can. ſi quis ſuadente diabolo*, aſſerendo eo in loco, quod quomodocunque, & qualitercunque quis iniurioſe tangeret perſonam clerici, incideret in excommunicationem, quamuis Innocen. aſſerat contrarium, *in c. nuper. de ſentent. excommunicat.* ſed Dd. communiter ibi comprobant primam opinionem Ioannis de Lig. & ſequacium, & Abb. etiam *in c. contingit. num. 3. de ſentent. excommunic.* vbi concedit, quod excommunicatio canonis *ſi quis ſuadente diabolo*, incurritur per ſolam manuum iniectionem abſque violentia. Eſt tamen bene verum, quod iniuria iſthæc dicitur, reputaturque leuis, contingens ſine vulneratione in perſona ipſius clerici, & abſoluit tunc ab ea Epiſcopus, vt *in c. peruenit. de ſent. excomm.*

Similiterq; † clericum tenens per veſtem, vel per frenum equi ne liber tranſeat, nec non rem violenter de manibus ſuis auferẽs, etiam ſi foret eius ſuperior, tunc eſt omni dubio procul excommunicatus, vt per Innoc. *in c. nuper. de ſent. excomm.* Nam ſcindens veſtem alicui dicitur illata iniuria in perſonam, vt per Bart. *in l. 1. §. hoc autem, in fi. ff. de oper. non. nunciat.* imo etiam hoc caſu dicitur atrox iniuria, vt eſt textus *in l. ſed eſt quæſtionis. ff. de iniuriis. & famoſis libellis, ibi, & ait Pomponius*, etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriam perſona atrocitatem faciente, prout explicat quoq; Bart. *eo in loco.* 12

Vnde totius præſentis ſpeculationis ſumma ea eſt, quod † clericum verberans diabolo inſtigante, id eſt, ex ira, aut vindicandi determinata voluntate, vel vlciſcendi ſe, eo ipſo facto eſt excõmunicatus, *c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & c. cum illorum, de ſent. excomm.* prout in quinquaginta aliis caſib. quis incurrere poteſt excommunicationis ſententiam ipſo facto, quos diſcurrit, atq; reſoluit Io. And. *in c. eos de ſent. excomm. lib. 6.* & Nicol. Plouius etiam affluentiſſime quidem *in tract. de excomm. in princ. num. 8. vſq. ad num. 24.* Imo in aliquibus caſib. percutiens clericum non cenſetur excommunicatus aliquo modo. Et primus † quippe caſus eſt, vbicunq; quis ludẽdo percuteret clericum ipſum, tunc profecto ob talem percuſſionem nõ incurreret excommunicationẽ aliquam, *c. 1. de ſent. excomm.* & firmat, & probat Par. de Puteo *in tract. de ludo. ſub n. 55 per illum text.* Et Nic. Plouius *in tract. de excom. in princ. ſub nu. 21 verſ. quadrageſimum ſextum.* vbi loquitur in offendente clericum iocoſe in ludo honeſto, quod tunc offenſor non incidat vllo modo excommunicationem, ſtante potiſſimum quod non animo iracundo, nec malo propoſito offenderit, ſed potius facete, & ex improuiſo, vt ſupr. Secundus vero † caſus eſt, quãdo pater verberaret filium clericũ, eo quippe caſu nõ incideret in excommunicationẽ, ſecundum Floria poſt Tancredum *in l. ſed & ſi §. ſi magiſter. ff. ad l. Aquil.* & vide text. cum gl. *in c. cum voluntate. de ſent. excom. & in c. ſũ beatus. 45. diſt. & c. circũciſiones, 23 q. 5.* Quoniam clerici patriæ poteſtatis vinculis ſoluti nõ ſunt, *c. ſi annum. de iud. in 6.* & Rota *in deciſ. Bellam. deciſ. 731. num. 3.* 13 14 15

Similiterq; tertio loco verberans diſcipulũ † magiſter clericum animo corrigendi, monendi, & docẽdi, minime incidit tunc excommunicationẽ, dummodo non nimis ſæuiat, *c. 1. de ſent. excom. c. cum voluntate, in fi. eo. tit.* Gl. *in c. ſi quis clericorũ, 17. q. 4.* & Maſcar. *in tract. de probationib. concluſ. 996. nu. 19. & ſeq. vol. 2.* vbi hoc amplificat etiã, ſiue magiſter percuteret diſcipulum in ſacris, ſiue in minorib. conſtitutũ ordinibus. prout amplificat etiam Nic. Plouius *in tract. de excom. in prin. n. 20.* obtinere etiam locum, non ſolum in magiſtris, verum etiam in Prælatis, conſanguineis, & in aliis in iure expreſſis, quib. permiſſa extat correctio clericorum. amplificaturq; etiam, ſecundũ Cynũ *in l. 1. C. de priuat. carcer.* & Amonũ *in comm. 176.* nota vnũ verbũ, quod ſi pater, vel dominus ponat filiũ, vel ſeruũ in domo ſua in carcerẽ, nõ poſſit vllatenus puniri pœna illius l. primæ. Et ratio ea eſt, quia correctio multis 16

permiſſa

permiſſa eſt, ac etiam neceſſaria, præſertimq; eis, qui familiam ſuam corrigere debent, cum illis iure patriæ poteſtatis hoc competat, ita Gloſſ. *in cap. cum voluntate. de ſentent. excommun.* Quæ nempe correctio quandoque plus debet habere de aſperitate, quam de benignitate, *c. fraternitat. 12. q. ii. cap. ecce, & c. ſeq. & c. illud, 24. quæſt. 3.* nam melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere, *c. non omnis. & can non oſculatur, 5. quæſt. 5.* virga enim, atque correctio tribuit ſapientiam. puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confundet matrem ſuam, *Prouerbior. 29.* vnde ſecundum Auguſtinum ad Vincentium Donatiſtam, non omnis qui parcit amicus eſt, nec omnis qui verberat inimicus. qui phreneticũ ligat, & lethargicum excitat, ambobus moleſtus, ambos amat, ambos ſanat. ambo quandiu ægri ſunt indignantur, ſed ambo ſanati gratulantur. imo ſecundum eundem Auguſtinum ad Bonifacium, moleſtus eſt medicus furẽti, & phreoetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cedendo, ſed ambo diligendo. ſi autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo, crudelitas eſt. itaque eodem met Auguſtino teſte, *de charitate. ſermone 7.* non putes te amare ſeruum, quando eum non cædis, aut tunc amare filium, quando ei non das diſciplinam, non eſt iſta charitas, ſed languor. taliter quod attingendo ſcopum correctionis, animaduertendum eſt, quod ea debet eſſe mixta cum benignitate, & aſperitate. *can. diſciplina, 45. diſt.* nam Ambroſio teſte, *ſuper c. 21. Matthæi*, grauiſſimus nodus in ligno, non poteſt expelli, niſi grauiſſimo oppreſſorio. vnde qui increpationes relinquit, errat, *Prouerb. 12.* imo qui odit increpationes, inſipiens eſt. *Prouerbior. 13.* imo itidem Epiſcopus qui crimina non corrigit, non Epiſcopus, ſed canis dicitur impudicus, *c. nemo, 83. diſtinct.*

17 Quartus quoque caſus eſt, † quod percutiens clericum pro ſua defenſione non dicitur excommunicatus, ſecus vero pro defenſione collateralium, & affinium, aut extraneorum, ſecundum Gloſſ. Innoc. & Hoſtienſ. *in c. ſi vero. de ſenten. excommun.* ſed ſi quis percuteret conſanguineum alicuius clerici cauſa, & occaſione ipſius clerici incurreret quippe abſque vlla difficultate in excommunicationis ſententiam, ac ſi clericum percuteret, ac verberaret, iuxta *can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4.* prout ita firmauere Roma. *in repet. rub. ff. de arbit. col. 24.* Felyn. *in c. Eccleſia Sancta Maria, ſub num. 99. de conſtit.* & Marſil. *ſing. 204. percu-*
18 *tiens.* Quintus vero caſus eſt, in quo percutiens † clericum excommunicatus non extat, dum iniecit manus violentas in clericum turpiter, deformiterque, ac inhoneſte inuentum cum vxore, matre, ſorore, vel filia propria, vt *in d. c. ſi vero. §. nec ille. de ſenten. excomm.*
19 & ibi Abb. Nec ſexto percutiens † clericum ignorando probabiliter eum fore clericum, excommunicationẽ incurrit vllo quidem modo, vt per Abb. *in c. ſi vero. el 2. per illum text. de ſent. excommu.* & facit etiam præcipue *l. apud Labeonẽ. §. ſi quis virginẽ. ff. de iniur. & l. ſi quis ignorans. ff. locat. & c. in audientia. de ſent. excomm.* vbi excuſatur ab iniuria ignorans perſonam, cui infertur iniuria, dum tunc non reperiebatur in habitu ſibi condecenti. Adeo quod vbicunq; quis percuteret clericum in habitu laicali, non incideret vtique in excommunicationem, & hoc propter ignorantiam, quæ excuſat, *c. ſi vero. el 2. de ſentent. excommunic.* Bald. *in l. 1. col. 2. ff. de ll.* Marſil. *conſ. 97. colu. 3. & conſ. 26. col. 1.* Ant. Gabriell. *lib. 6. communium concluſionum, ſub tit. de reg. iuris. concluſ. 6. num. 2. in 1. ampliatio.* Innoc. *in cap. cum non ab homine. de ſentent. excommun.* Henric. Bouer. *in ſing. 5. in tit. de excommunicat.* Septem autem alios caſus, in quibus percutiens clericum non incidit excommunicationem, diſcurrit, & reſoluit Dominic. Soto *in 4. ſententiarum, diſt. 22. quæſt. 2 artic. 3.* & quatuordecim alios quoq; caſus Nicolaus Plouius *in tract. de excommun. in princ. num. 24. cum aliis ſequentibus.*

OPINIO CV.

SVMMARIVM.

1 Clerici an & quibus caſibus in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio Eccleſiæ.

CLERICI pro † bonis patrimonialibus non ſunt immunes à collectis ordinariis, & extraordinariis, & conſequenter non gaudent priuilegio Eccleſiæ, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt concludunt omnes Canoniſtæ communiter *in c. fin. de foro compet.* Dec. *in c. Epiſcopum. num. 19. de praben. & dignita. & in c. cum M. de conſtitut.* Illuſtris D. Reſtautus Caſtaldus præceptor meus *in tract. de imperatore. q. 101.* & Balbus *in tract. de præſcriptio. par. 5. q. 5. num. 2.* vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan. de Amicis *conſ. 146. n. 1.* In contrariam vero partem, videlicet, quod clerici gaudeant eiſdem priuilegiis omnino, quibus bona Eccleſiæ, & conſequenter, quod bona patrimonialia clericorum gaudeant eodem priuilegio, quo eccleſiaſtica, etiam in caſib. in iure nõ expreſſis, inclinauere in contrariam partẽ gl. & Ripa etiã poſt alios citatos per eum *in ſuis ſingul. reſpon. tit. de legib. & longa conſuet. c. 2. num. 7.* & Ioan. Bapt. Plotus *in conſ. 95. in cauſa quæ vertitur. num. 5. & ſeq.* & Marc. Mantua *in c. Eccleſia Sancta Maria. num. 12. de conſtit.* vbi ait illam veriorem, conaturq; opiniones ad cõcordiam redigere, mediante diſtinctione, relata per eum, licet aſſerat ſuper hoc non poſſe tradi certam doctrinam: Tamen quicquid Dd. præmemorati ſuadeant contra communem, ob hoc difficile, imo impoſſibile nempe foret contra eam in actu practico obtinere, & ita conſuluit Ioan. de Amicis *in dict. conſ. 146.* quod clericus non teneatur ad ſolutionem collectarum ꝓ rebus patrimonialibus, Natta *conſ. 280. de iure communi. ſub num. 5. volum. 2.* Conſummatiſſimus D. Ioan. Anton. de Nigris *ſuper capit. Regni, in cap. 98. item ſtatuimus, quod clerici, num. 4.* vbi ait hoc non habere difficultatem, & vtiliter ampliat, & Roland. à Valle etiam *in conſ. 16. etſi clariſſimi iuris ſit, in fin. volum. 4.* & ita obſeruatur in Regno Neapolit. Et ita firmauere quoque Gloſſ. & Archidia. *in cap. quanquam, de cenſi. in 6.* Felyn. *in cap. Eccleſia Sancta Maria, ſub num. 7. de conſtitutionibus.* & Nicolaus Feſtaſius, cum aliis aggregatis per eum *in tract. de æſtimo, & collectis, in 4. parte, de collectis, num. 3. fol. paruo. 75.* per textum clarum *in dict. cap. quanquam*, & ibi Gloſſ. qui probat, quod clericus ſit etiam priuilegiatus in patrimonialibus, & propriis. 1

Clericos opin.

Et iſtam communem idem Nicolaus amplificat quoque in loco mentionato procedere, etiamſi bona hæc reperiantur in Cataſtro, æſtimoq; laicorum deſcripta, & æſtimata, quia ab æſtimo eximuntur abſque vllo dubio poſtquam ad clericos ea tunc peruenerunt. & iſtam exprimit etiam communem ſententiam fore poſt Abb. *in conſ. 53. volum. 1.* & Remig. *in tractat. de charitat. ſubſid. fol. 247. & ſeqq.* & Petr. Duenn. *in regula 100. num. 2.* & commendat etiam Apoſtill. ad Felyn. *in dict. cap. Eccleſia Sancta Maria. ſub n. 7. in litera A.* poſt Bart. & Io. de Port. relatos per eum. Amplificatq; pariter eandẽmet communem idem Feſtaſius extendere radices, vireſq; ſuas, *in loco præmorato. num. 7.* in clericis primæ tonſuræ, deferentibus

Clis opin.

habitum, & tonſuram ipſam, quam quidem ampliationem, tanquam veriſſimam, commendat quoque Rocch. Curt. *in cap. quanto. de conſuet. ſeſſio. 8. num. 57.* Nam clericus ipſe primæ tonſuræ appellatur pſalmiſta, vt per Gloſſ. *in can. cleros. in ver. Pſalmiſta. 21. diſtin.* & gaudet priuilegio fori, *c. cum non ab homine.* & ibi Panor. *de iudicijs.* & gaudet etiam priuilegio canonis, Gloſſ. *in c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4.* & bene faciunt notata *in c. 1. de cleric. coniug. lib. 6.* & adde etiam Innocen. *in c. 1. de apoſta.* qui determinat, quod clerici in minoribus gaudeant priuilegio fori, & immunitatis, niſi contradicat conſuetudo.

Ampliatur etiam communis iſta, vt ſortiatur ſimiliter locum in clerico, ordinato ad titulum patrimonii ſui, vt hoc caſu ipſa bona patrimonialia gaudeant priuilegio clericorum, ita Gloſſ. fin. *in fine. in c. Epiſcopus. de præben.* Cardin. *in clem. fin. in princ. de cenſ.* Bald. *in tit. de pac. Conſtan. col. 6.* Marcus Mantua *in allegato c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 13.* vbi remouet omnia obſtacula contraria, & Abb. *in c. ſi diligenti. in verſ. non obſtat. de præſcript.* Felyn. etiam *eo in loco. n. 10.* vbi iſtam ampliationem communi voto approbatam ab omnibus, limitat mature in caſu, in quo hoc eſſet damnoſum clerico, vt huiuſmodi bona reputarentur eccleſiaſtica, id eſt, reſpectu alienandi, vel teſtandi. alias vero ampliationes non paucas diſcurrit, atque reſoluit Petrus Duen. *in regula 100. clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ. num. 1. & ſeqq.* & Nicolaus Feſtaſius *in tract. allegato de æſtimo, & collectis, in 4. parte, de collectis, ſub num. 3. & ſeqq.* (Cõis opin.)

Cæterum limitatur primo hæc communis opinio ita explanata non obtinere locum, vbicunque in bonis acquiſitis per clericum eſſet appoſita conditio, quod is ſoluere deberet collectas: & ſic eccleſiaſtici tenerentur ſoluere collectas pro bonis ipſis acquiſitis, ſtante ſubmiſſione ad onera pro ſe, & heredibus: ſicut teſtator legans fundum Eccleſiæ poteſt apponere onus, vt pro eo ſoluantur collectæ conſuetæ, ita Anchar. *conſ. 217. Dubium facit, in prædicta quæſtione.* Felyn. *in dict. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 77.* Bellon. *conſ. 40. num. 4.* Petr. Duen. *in præallegata reg. 100. num. 6.* & Antonius Teſſaurus *deciſ. 234. num. 9.* vbi ait ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano. Et nihil mirum, quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. mand.* *l. Pollà C. de his quibus vt indig. & l. in re mandata. C. mand.*

Et tanto magis, cum non ſolum poſſit apponere huiuſcemodi conditionem teſtator ipſe, de ſoluendis collectis: ſed etiam poteſt imponere pœnam in ſolutione ſuis heredibus, *c. Raynaldus. de teſtament.* & ibi Doctores.

Valet enim appoſitio pœnæ per teſtatorem, quatenus ſufficit patrimonium ipſius: & ſic poteſt ſtatuere pœnam contra heredem, vel legatarium, eius voluntatem non ſeruantem, vt ſua bona, vel eorum partem amittant, vt per Gloſſ. *in ver. adijciens.* & Abbat. *in dict. cap. Raynaldus. numer. 25.* & ibi alii communiter omnes, & præſertim Couarruu. *§. 1. ſub. num. 7. verſ. addit eadem gloſſa.* vbi reſoluit, etiam ex communi omnium ſententia, præceptum teſtatoris eſſe ſeruandum, dummodo iuſtum licitumque ſit. Imo ſecundum Abbat. *eo in loco, ſub num. 5. verſ. nota quinto.* teſtator illud, quod adimit vni, occaſione pœnæ, poteſt alteri legare. (Cõis opin. Cõis opin.)

Limitatorque ſecundo eadem communis non procedere, vbicunque bona reperirentur data clericis in fraudem, tunc enim clerici ipſi tenerentur ad ſolutionem collectarum, vt per Specul. *in titul. de cleric. coniug. verſ. quod ſi fratres, num. 16.* Apoſtill. ad Felynum *in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 7. in litera A. in fine.* & Petrus Duenn. *cum aliis aggregatis per eum in regula 100. num. 5.*

Tertio coarctatur ſimiliter eiuſmodi communis non obtinere locum, tempore belli imminentis, quia tunc eccleſiaſtici concurrere tenentur in oneribus cum laicis, vt per Calderin. *conſilio 2. titul. de conſib.* Afflict. *in cap. 1. §. ſimiliter. de Capita. qui curi. vend. in vſibus feudorum.* Bellon. *conſilio 1. num. 1.* Curt. iun. *conſilio 61. numero 14.* vbi annectit etiam iſtam eſſe communem opinionem, & Petr. Duenn. cum aliis relatis per eum, *in allegata regula 100. numero 12.* & Anton. Teſſaur. *in dicta deciſione 234. numero 10.* vbi refert ita deciſum fuiſſe in Senatu Pedemontano. (Cõis opin.)

Et de hoc mirandum non eſt; quia Eccleſia licite poſſidet facultates temporales, quas non reputat proprias, ſed communes, *can. exemplum. & can. ſequ. & can. habebat, 12. quæſtio. 1.* Imo in ſimili caſu, & potiſſimum pro redemptione captiuorum eccleſiaſtica vaſa, etiam laicis vendi poſſunt, vt per Gloſſ. *in c. ſemel Deo. de reg. iur. lib. 6.*

Quoniam prohibitio alienationis non extendit ſe ad cauſam neceſſitatis, vt per Archid. *in can. hoc ius, 10. quæſtione 11.* & Doctores vniuerſaliter omnes *in authent. res quæ. C. communia. de leg. & in can. final. de accuſat.* magna enim eſt inter alienationem voluntariam, & neceſſariam differentia, *l. inter omnes. C. de prædiis minorum.* In tantum quod prohibitio alienationis intelligatur in omnem euentum de voluntaria, non autem de neceſſaria, vel iudiciali, vt per Bartolum *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. libro decimo* Speculat. *in titul. de feud. verſic. 19.* Doctores *in l. 1. ff. de fundo dotali, & in l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2.*

Imo clerici compelli ſimiliter poſſunt ad cuſtodiendos muros ciuitatis in magna neceſſitate, & quando bellum eſt iuſtum, & periculum imminet, vt per Innocent. & alios omnes *in cap. 2. de immunit. eccleſ.* & per Antonium Corſet. *in ſuo repertorio, in verbo clericus, verſ. clerici tenentur,* vbi aſſignat rationes viuaciſſimas, & concedit etiam, quod clerici tunc pugnantes vna ſimul cum laicis, tempore iſto inuaſionis ciuitatis, non efficiantur irregulares, ex occiſione inimicorum, & Simon Maiolus *in tract. de irregularitate. cap. 49. ſub numer. 3. libro quinto.* ſed clerici ipſi eo caſu poſſunt compelli ad cuſtodiendam ciuitatem ſolummodo per Epiſcopum, non autem ciuitatem ipſam, ſeu per iudicem ſecularem, vt per Dd. *in cap. 1. & 2. de cleric. percu.* & Hoſtienſ. *in allegato c. 2. de immunit. eccleſiar.* Alios vero caſus quamplurimos, in quibus clerici in temporalibus non gaudent priuilegio clericali, & habentur vt laici, determinauere Rocchus Curt. *in c. quanto. ſeſſio 8 ſub num. 57. cum aliis ſeqq.* Nicol. Feſtaſius *in tract. de æſtimo, & collectis in 4. part. de collectis.* & Petr. Duen. *in regul. 100. nu. 6. cum aliis ſeqq.*

OPINIO CVI.

SVMMARIA.

1 *Clerici à poteſtate ſeculari iure diuino ſunt exempti.*

2 *Clericus tonſuratus, aut in minorib. ordinibus, non habens beneficium eccleſiaſticum, aut non incedens in habitu, an amittat fori priuilegium, etiamſi ſe immiſceat in delictis enormibus & nu. 4. & 7.*

3 *Clericus trina citatione perſonali debet citari, aut moneri, vt reaſſumat habitum, non autem per proclama generale.*

5 *Clericum primæ tonſuræ percutiens, eſt excommunicatus, quemadmodum ſi percuteret clericum in ſacris conſtitutum ordinibus.*

6 Cle-

6 *Clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus hodie non gaudet fori priuilegio, niſi ſit beneficiatus, & clericalem habitũ, & tonſuram deferat.*

1 CLERICI † poteſtate, & iuriſdictione Principis ſecularis, & omnium, & quorumcunq; laicorum ante omnem humanam legem iure diuino fuerunt, ac ſunt exempti, ſecundum Gloſſ. *in c. ſi imperator, 96. diſt. & in c. quanquam. de cenſ. in 6.* quam ſequuntur Dd. *in præmemoratis locis.* Card. *in repetit. cap. perpendimus in 7. oppo. de ſen. excom.* Abb. Felyn. & Dec. *col. 2. in c. eccleſia Sancta Maria. de conſti.* Roma. *ſing. 419.* Rota Roma. *deciſ. 40. in antiquis. in tit. de conſuet.* Abb. *in c. at ſi clerici num. 23. de iud.* Aufreri. *in Clemen. 1. de off. ord.* & Fely. *in c. 2. col. 1. de maio. & obed.* vbi ſcribit iſtam Cõis opin. eſſe communem opinionem, & Curtius quoque *in c. fin. de conſuet. fol. par. 31.* & Rebuffus *in concord. in rub. de protectione.*

2 Et hoc procedit ſimiliter in † clericis primæ tonſuræ, ſeu non habentibus beneficia, & immiſcentibus ſe in delictis enormibus, qui priuilegium fori nõ amittunt, ex eo quod veſtibus, & tonſura non vtantur, donec ter moniti fuerint à ſuo prælato, ſeu Epiſcopo, vt à prædictis deſiſtant, & habitum reaſſumant, vt probatur *in c. in audientia. de ſent. excomm.* & Cõis opin. tenet Gloſſ. communiter approbata *in c. ex parte. il 2. de priuileg.* Panor. *in c. tua. de apoſtat.* Henricus *in cap. cum non ab homine. de iud.* Aret. *conſ. 163. nu. 16.* Fulgoſ. *conſ. 157.* Alex. *conſ. 3. vol. 1. col. pen.* Dec. *in d. c. eccleſia Sancta Maria, num 6. & conſ. 241. Scripſi.* Socin. *conſ. 13 nu. 11. 12 & 30. vol. 4.* Alciat. *in rub. de iud.* Grammat. *in voto 33.* & iſtam opinionem ponunt communem eſſe omnes Dd. mentionati, & cæteri *in cap. vnico. de cleric. coniuga.* quam declarant procedere de plano, & abſque dubio aliquo in clericis primæ tonſuræ, qui non Cõis opin. fuerint coniugatis, ſed in clerici coniugatis monitio iſta non eſt neceſſaria, prout omnes Scribentes affir-

3 mant *in d. c. vnico.* Et monitio, ſeu citatio † iſta, vt omnes clerici reaſſumant habitum, alias priuentur priuilegio clericali, non ſufficit fieri per proclama generale, ſed neceſſario trina monitione perſonali clericus debet citari, ac moneri. vt probat text. & *ibi* Cardin. Imol. & omnes *in Clemen. 1. de vita & honeſt. cleric.* Rubens *conſ. 76. num. 2.* & Matthæ. *ſingul. 259. generalis.*

4 Et quod iſte † clericus ſimplicis tonſuræ conueniri nequeat in ciuilibus cauſis, & criminalibus coram Imperatore, Rege, Senatu, vel quocunque alio iudice ſeculari, etiam quod incedat abſq; habitu, & ton-

5 ſura, nõ eſt mirum. Quia † percutiens clericum huiuſmodi primæ tonſuræ, eſt excõmunicatus, quemadmodum ſi percuſſiſſet clericum in ſacris ordinibus conſtitutum, vt *in c. ſi quis, 17. q. 4.* Gl. *in Clemen. 2. in ver. clericos de vita, & honeſt. cleric.* & ita tenet Ioann. Lupus *in tract. de cenſura eccleſiaſt. q. 2. & 5.* & Gramm. *deciſ. 10. n. 1.* Afflict. *in conſtitu. Neap. lib. 1. rub. 9.* & Ioan. de Imol. *in c. ex literis. num. 6. de vita. & honeſt. cler.* & o-Cõis opin. pinionem iſtam mentionatam facit eſſe communẽ Albertus Trottus *in tract. de vero & perfecto cleric. libr. 1. dubio 11.*

6 Sed hodie iſti clerici † occaſionem, anſamq; præbuerunt ſacroſanctiſſimo Concilio Tridentino non leuem, de reuocando, ac annullando omnes leges facientes in eorum fauorem; Et ſic concilium ipſum Tridentinum ſub Pio Quarto Pontifice *in 23. ſeſſ. c. 6. nullus prima tõſura initiatus,* ſtatuit, & ordinauit, quod clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudeat fori priuilegio, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalẽ habitum, & tonſuram deferat. Idcirco ò clerici cauete, ne vobis nimis freti in antiquis eccleſiæ conſtitutionibus obliuiſcamini dicti Concilii Tridentini, & accidat vobis, vt euenit cuidam clerico Aquilano in minoribus ordinibus conſtituto, qui incedendo abſq; habitu, & tonſura fuit captus à iudice ſeculari cum armis prohibitis, & vigore Concilii memorati amiſit forum iudicis eccleſiaſtici. Sed hoc non eſt nouum

7 in † Regno, nam ibi extat *extrauagans Clementis Septimi edita per ipſum Clementem ad ſupplicationem Caroli Quinti Imperatoris* pro reformando clericorum ſtatu, & honeſtate in eodem Regno Siciliæ citra Farum, diſponenſque quod clerici in minoribus conſtituti non incedentes in habitu, & tonſura, & alia iuxta canonicas ſanctiones non obſeruantes, tanquam laici ſint curiæ ſeculari ſubiecti, & à iudice ſeculari, vſq; ad vltimum ſupplicium puniri poſſint, nulla alia ſuper hoc declaratione requiſita. Quæ quidẽ extrauagans obſeruatur pro Euangelio in omnibus ipſius Regni partibus, præterquã in Ciuitate, & diœceſi Neapol. cum obtentum fuerit ſuperioribus annis à ſua Sanctitate, quod Ciuitas, diœceſiſve Neapolit. & clerici primæ tonſuræ, minorumq; ordinũ in ea exiſtentes, non comprehenderentur ſub tali extrauaganti, ob q; Magna Curia Vicariæ conſueuit remittere ipſos clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinũ de diœceſi Neapolis ad Vicarium Neap. ſed eadem Magna Curia Vicariæ in reliquis partibus Regni obſeruat antedictam extrauagantẽ, nec remittit aliquo modo ipſos clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum ad iudices eccleſiaſticos, vt teſtatur hæc omnia referendo Albert. Oliua, *in tit. archiep. Eccleſia Neapol. in titu 37. ſub n. 3. fol. par. 60.*

OPINIO CVII.

SVMMARIA.

1 *Clericorum appellatione veniunt cõſtituti etiam in minoribus ordinibus. Item Canonici, clerici in dignitate conſtituti, & alii prælati in materia fauorabili, ſecus in odioſa. & nu. 2.*

3 *Monachi non veniunt appellatione clericorum in fauorabilibus, ſecus in odioſis.*

CLERICORVM appellatione, † veniunt con- 1 ſtituti etiam in minorib. ordinibus, ſecundum Gl. Abb. & omnes indifferenter *in c. non liceat. de præb.* vbi Dec. *n. 17.* ſequitur opinionem iſtam, & meminit nullam habere dubitationem, & in effectu commu- Cõis opin. nis eſt, vt per Scriben. ibi, eiq; accedit etiam Roland. *conſ. 16. etſi clariſſimus iuris ſit. n. 10. & ſeq. vol. 4.* Ioan. Lupi *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. col. 78.* & Stepha. Aufre. *in Cle. 1. not. 1. de offic. ord.* Imo appellatione † cle- 2 ricorũ veniunt canonici, & clerici in dignitate conſtituti, & alii prælati quoq; in materia fauorabili, ſecus autẽ in odioſa; Nam prælati non ſunt clerici ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt voluit Abb. *in c. bonæ. il 1. in 1. nota. de poſtul. prælat. & in rubr. de maior. & obed.* Feder. de Senis *conſ. 73. falſum tale eſt.* per text. *in cap. ſtatutum. de electio. in 6.* & iſtam opinionem inſinuat Cõis opin. communem eſſe Dec. *in d. c. non liceat. nu. 18. & ſeq.* & Alciat. *in l. 2. n. 9. de verb. oblig.* & ſequitur Roin. *conſ. 18. n. 17. vol. 2.* & Riminal. *conſ. 105. nu. 33. & ſeq. poſito inter conſ. crim. diuerſor. in 1. vol.*

Sed aduerte, quod † clericorum appellatione nõ 3 veniant monachi, *l. omnes. §. præterea. C. de epiſc. & cler. & Clem. 1.* & ibi Abb. *ne cler. vel monach.* & Io. Tabien. *in ſua ſumm. Tabiena. in ver. Clericus. il 1. §. 5.* & per Felyn. *in c. fin. circa prin. de ſimo.* Et hoc quippe procederet de plano, verumq; foret in fauorabilibus, ſecus autẽ in odioſis quia habent ipſi monachi aliam qualitatem à clericis ſecularib. arg. *c. ſtatutum. de celeb. lib. 6.*

OPINIO CVIII.

SVMMARIA.

1. *Eccleſia, clericus, vel Monaſterium ſuccedens iure inſtitutionis, vel legati laico iam conuento coram iudice ſeculari, an litem inchoatam cum defuncto coram illo iudice finire teneatur.*
2. *Iudicium cœptum quando dicatur. & num. 3.*
4. *Lis quoad actorem, introducitur literis non expeditis.*
5. *Litem non facit productio mandati.*

1 CLERICVS, † Eccleſia, ſeu monaſterium ſuccedens iure inſtitutionis, vel legati laico iam cõuento coram iudice ſeculari, tunc litẽ ipſam inchoatam, cum defuncto coram iudice finire, peragereq; tenetur, vbi iudicium cœptum eſt, ſecundum Bald. *conſ 207. vol.1.* Angel. & Caſtrenſ. *in l. heres abſens. ff. de iud.* Alex. *in addit. Bart. in auth. & conſequenter. nu. 19. C. de ſenten.* Barbac. *conſ.1. vol. 3. & in c. quon. de iud. nu. 45. cum aliis ſeq.* Imol. *in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ.* Cagnol. *in l. 2. num 175. ff. de pact. inter empt.* Et opinio hæc obſeruatur in practica, teſte Boerio *deciſ. 69. nu. 32. cum aliis ſeqq.* Alex. vbi ſupra, & Guliel. Benedict. *in c. Raynutius in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 124. de teſtament.* & eſt communis quoque, prout oſtendit Rogerius de Mata. *in l. 1. nu. 71. ff. de iud.* & magis communem, ac veram eſſe ait Boer. *ubi numerata* Cõis opin. *deciſ. 69 num 32. 34. & ſeq.*

In contrariam vero partem inclinarunt, videlicet, quod inſtantia cœpta cum defuncto laico, nõ tranſeat in clericum heredem, & conſequenter, quod lis cœpta cum ipſo laico, denuo inchoanda ſit coram iudice eccleſiaſtico, Ioan. And. *in reg. qui in im. de reg. iur. lib 6.* Bald. titubanter *in c. in præſentia, de probat. & in l. 1. C ſi pend appell. mors inter.* Ang. *in l. tam ex contractibus ff. de iudic.* & Ant. Abb. Felyn. & Dec. *col. fin. in d. c. quia.* & Iacobinus de Sancto Georg. & idem Dec. *in princ. in dict. l. heret abſens.* vbi perhibent ita in actu practico obſeruari. Et iſta eſt communis opinio, vt Cõis opin. prædicat expreſſe Maranta, & quidem ex ſemetipſo, ſuoque capite, *in tract. iudic in 5 part. num. 13.* & ita parum caute, imo laxatis cenſuris, habenisque iuris ſuperiori anno per iudicem ſecularem noſtrum Aquilanum in cauſa non leuis momenti, iudicari vidimus. Tamen reiecta opinione illorum, tanquam iniqua, & plebi ſuadenda, imo in nube fundata, teſte Boeri. *in d. deciſ. 69 num. 39.* mihi ſemper placuit prima ſententia, quam in iudicando, conſulendoq; ſequerer intrepide, vti veriorem, æquiorem, ſuſtentabiliorem, & communiorem, cui profecto acquieſcunt etiam Iaſ. *in authent. quas actiones num. 39. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Roma. *in l. ſi conſtante. §. final.* & ibi Paul. Caſtrenſ. *ſub num. 5. ff. ſolut. matrim.* vbi ad lucem adducit illam eſſe communem opinionem, & æquiorem eam appellat Annibal Cauenſis *in ritu 295.* & veriorem putat, eam ſequendo, & tuendo Couarru. *in ſua pract. [illegible] & ſeq.* Et ita in facti contingentia iudicatum religioſe fuit *præſenti anno 1579.* in Regia Aprutina Audientia in cauſa mihi vertente, & trutinata, atq; diſcuſſa hinc inde per Aduocatos ſagaciſs. expertiſs. & intelligentiſſimos, & ſic iſta victoria, & ſententia in præſenti negocio obtenta fuit non abſque maximo certamine. Et ita iudicauit quoque, his modernis temporibus, digeſte, atque limate more ſuo, facer ſenatus Mantuanus, atteſtante perilluſtri D. Iohanne Petro Surdo *deciſ. 110. inchoato iudicio.* vbi pro ſumma ſua benignitate citat hunc locum, & ſimul remouet ſubtiliſſime, ac robuſtiſſime omnia obſtacula contraria. Nam vbi cœptum eſt iudicium ibi finiri debet, *l. vbi cœptum.* & ibi Dd. *ff. de iud.* & Bertach. *in ſuo repert. in verb. Iudicium.* vbi hoc ponit pro regula. eſto, quod alterius conditio, qui iudicium inchoauerat, fieri non deberet deterior ea perſona heredis, *l. 1. §. ex hu. ff. de verb. oblig.*

Et dicitur cœptũ † iudicium ipſum ante litis conteſtationem. Guid. Papæ *deciſ. 421.* & Fely. *in c. ſuper queſtionũ. col. 11. de offic. deleg.* Quinimo etiam per ſolã citationem, † vel mandatum cum clauſula, *ſi te ſenſeris, &c.* Caſſa. *conſ. 45. num. 27.* Imo lis quo † ad actorem introducitur etiam literis non expeditis, ita Gom. *in reg. 70.* & Peregr. *deciſ. 90.* Sed aduerte, quod ſola † productio mandati non faceret, ſeu induceret litem modo aliquo, ſecundum Ant. Auguſt. *deciſ. 8. & 117.* & Peregr. *deciſ. 88.* 2 3 4 5

OPINIO CIX.

SVMMARIA.

1. *Clerici non reſidentes in Eccleſiis, in quibus habent beneficia eccleſiaſtica, tenentur ad dicendum horas canonicas, alias reſtituere debent fructus beneficii, quos perceperunt eo tempore, quo à dicendis ipſis horis canonicis ceſſauerunt.*
2. *Clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, tenetur dicere ſeptem horas canonicas. Sed clerici carentes beneficio, ac non conſtituti in ſacris ordinibus, non tenentur ad dicendum ipſas horas, ſed officium Beatæ Mariæ, vel ſeptennam.*
3. *Penſionarius, licet percipiat penſionem, non tenetur dicere officium.*
4. *Horæ canonicæ, quænam ſint, & an ſint de iure diuino inducta, & ab Apoſtolis obſeruata.*
5. *Officium Sanctæ Crucis dicentibus Ioann. XXII. dedit 40 dierum indulgentias.*
6. *Hora canonica cur inuenta.*
7. *Papa non poteſt diſpenſare, vt clericus non teneatur ad officium, quamuis poſſit diſpenſare ſuper temporis commutatione officii.*
8. *Religioſi profeſſi, & conuerſi, an teneantur ad dicendum horas canonicas, & ad officium Diuæ Virginis, & defunctorum, pſalmorum, letaniarum, & nocturnorum.*
9. *Clericus in peccato mortali officium dicens in Eccleſia, facit fructus ſuos: quia orationes communes, quas facit malus miniſter, proſunt viuis, & defunctis.*
10. *Quatuor genera hominum qui pro mortuis ſuffragia peragunt, & quatenus proſint.*
11. *Opera mortua proficiunt ob bona temporalia.*
12. *Opera ſatisfactoria mortua quanam ſint.*

CLERICI non † reſidentes in Eccleſiis, in quibus habent, ſeu obtinent beneficia eccleſiaſtica, tenentur omnino ad dicendum priuatim preces horarias à Romano Pontifice, Eccleſia, priuatisve inſtitutas, alioquin ipſi clerici reſtituere tenentur fructus beneficii, quos perceperint eo tempore, quo à dicendis precibus canonicis ceſſauerunt, ſecundum Cald. *in cap. 1. de celeb. miſ.* Dom. *in cap. fin. de præſcrip. in 6. in 1. not.* quorum opinionem veriorem eſſe ſcribit Dec. *in cap cam omnes. in 2. lect. nu. 15. & ſeq. de conſtit.* & Adrian. *in 4. ſententiarum in tractat. de reſtitut. in q. An clericus teneatur reſtituere vltra victum de reditibus beneficii* & Ripa *in l. fin. q. 65. C. de reuocan. donatio.* & eandem ſententiam arbitratur tutiorem, Gloſſ. *in pragmat. ſanctione, Qualiter hora canonica ſint dicenda. col. 2.* 1

In contrariam vero partem inclinauerunt, videlicet, quod antedicti clerici nõ teneantur aliquo pacto ad reſtitutionem fructuum, Abb. & Card. *in d. c. 1. de celebr. miſſa.* Præpoſit. *in ſumma 44. diſt.* Syluestri.

lorit. clericor. n. 4.49. & Felin. *in c. poſtulaſti, nu. 7. de reſcript.* poſt alios, quorum opinionem communem eſſe fatentur Moder. inibi. Et magis communem ait, eam amplectendo, cum magna caterua Dd. relata per eum, Bened. Canoph. *in compendio tractatu, qualiter iudicandum ſit in foro fori, & in foro poli, tomo 4. de religioſis, tit. de vita & honeſtate clericorum, fol. par. 5.* Sed tamen priorem ſententiam, tanquam veriorem, comprobauit Synodus Lateran. ſub Iulio Secundo, *ſeſſione 9.* prout de hoc decreto mentionem faciunt Diaz. *in pract. crim. canon. c. 49.* Martinus Azpilcueta *in c. quando, de conſecrat. diſt. 1. nu. 31.* Et hoc idem confirmatum exiſtit expreſſiſſime etiam per Pium V. in ſuo motu proprio, vbi ſimiliter noua ſanctione tradidit contra clericos, prætermittentes horas canonicas, & earum recitationem congruis temporibus, pœnam, & normam quantitatis fructuum amiſſorum, quorum ratæ ratio ſit habenda, & iſtam opinionem contra communem tanquam tutiorem, & veriorem, (vt ſupra docuimus) ſequendam fore duximus. Et hoc triplici ratione. Primo quidem ratione dati; nam poſſeſſiones, reditus, & oblationes ideo dantur eccleſiis, vt offerantur preces, ſuffragia, & ſacrificia ad Dominum pro illis, qui talia dederunt. Secundo ratione ſacrilegii; nam tales ſunt ſacrilegi, & defraudant totam eccleſiam, quam ſuis precibus, & officiis iuuare debent, & illi prodeſſe pro poſſe ſuo. Vnde Alexander Papa, & recitatur *1. q. 1. in c. ipſi.* Ipſi (inquit) ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia ſuis precibus ea delent, atque conſumunt, qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Tertio ratione odii, quia prouocant iram Dei contra populum; nam, vt dicit Greg. *in ſuo paſtorali, c. 10.* & ſimiliter recitatur *in decr. diſt. 49. c. 1.* ſiis, qui diſplicet, ad intercedendum mittatur, irati animus ad deteriora prouocatur.

3 Et iſtam † communem ita approbatam limitat Paulus de Roma *in tractat. penſion. eccleſiaſtic. capit. 7. in quæſitu incipien. poſtquam viſum eſt de beneficio, ſub numer. 8 fol. 26.* habere locum in clerico habente beneficium, vel conſtituto in ſacris ordinibus, non autem in aliis clericis non beneficiatis, nec in ſacris conſtitutis ordinibus, qui non obligarentur ad dicendum ſeptem horas canonicas, ſed ad officium beatæ Mariæ, vel ad ſeptenam. Et ibidem etiam *numero quinto, & ſequent.* concludit, quod iſtæ horæ canonicæ dici debeant à clericis de iure diuino. Et ponit ibidem, qualiter officium dici debeat, & qui excuſentur propter occupationes ab officio ipſo dicendo.

Limitat † etiam ſecundo loco antedictam communem Hieronymus Paulus, Doctor ille antiquus, practicus Hiſpanus, in libello, qui vulgo appellatur *Practica Cancellariæ, fol. 51.* non procedere in penſionario qui licet percipiat penſionem, non tenetur dicere officium; & ſequitur Caccialupus *in tractat. de penſion. q. fin.* Iacob. de Ferra. *in tractat. de horis canonicis.* & Petr. And. Gammar. *in tractat. de offic. legat.* vbi aſſignat rationem, & Hieron. Gigas *in tractat. de penſion. quæſt. 30 numer. 1. & ſequent.* vbi diſtinguit. Sed Pius V. in prææallegato motu proprio determinauit contrarium, quod quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas vt clericus percipit, eum, modo prædicto, ad dicendum officium paruum beatæ Mariæ virginis fore obligatum, alias amiſſioni fructuum eſ-

4 ſe obnoxium. Septem † autem horæ canonicæ (quæ ſunt matutinale officium, *1. 3. 6. 9.* veſperæ, & completorium) diuinitus inſpiratæ, ſecundum illud Pſal. *Septies in die laudem dixi tibi*, fuerunt ab Apoſtolis obſeruatæ. Vnde *Actor. 3.* dicitur, Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum ad horam orationis nonam, & ab Eccleſia fuerunt præceptæ, vt omni die dicantur à miniſtris exiſtentibus in ſacris ordinibus, ad laudandum Deum, & gratias agendum de beneficiis: inter quæ maximum eſt beneficium creationis, & redemptionis. Quorum primum ſeptem diebus completum fuiſſe [illegible]. Secundum vero beneficium ſeptem quodammodo horis peractum eſt, vt habetur in officio Sanctæ Crucis, quod dicentibus

Ioan. XXII. dedit quadraginta † dierum indulgen- 5
tias, vt teſtatur ſanctus Antoninus *in 3. part. ſuæ ſumma, titul. 13. cap. 4.* Et † inuentæ ſunt horæ canonicæ in 6
reuerentiam ſeptem actuum, qui fuerunt illis horis, in corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti; primo, quia matutino fuit captus, in tertia crucifixus, in ſexta tenebræ factæ ſunt, in nona emiſit ſpiritum, in veſperis fuit repoſitus in monumento, in completorio fuerunt deputati cuſtodes, in prima hora reſurrexit à mortuis, vt plene per Ioan. And. *in c. 1. de celeb. miſſ.* & Ioan. de Imol. *in clemen. 1. eod. titul.* & præceptum harum horarum habetur *in c. dolentes, de celebrat. miſſ.* Nec Papa, ſecundum Abb *in dict. c. 1. de celebrat. miſſarum*, poteſt diſpenſare, † vt clericus non teneatur ad 7
officium; licet poſſit diſpenſare ſuper tempore, & commutatione officii, quia de iure diuino eſt ipſum officium, ſecus in diſtinctione, & mutatione, quia eſt de iure poſitiuo. Tenentur pariter ad eas beneficiati, etiam non exiſtentes in ſacris, vt habetur *in c. clericus, 90. diſt.*

Tenentur † etiam religioſi profeſſi, ac etiam con- 8
uerſi religionis approbatæ per Eccleſiam, eo quod ſint inſtituti non ſolum ad orandum pro ſe particulariter, ſed etiam pro vniuerſali vtilitate fidelium: & eo etiam quod ſint totaliter applicati ad cultum Dei: ideo dicuntur habere beneficium interpretatiue, ſcilicet viuendi de eleemoſynis, vel reditibus monaſterii, vel collectis, quæ eis conceduntur ab Eccleſia ratione applicationis prædictæ.

Tenentur & prædicti ad officium Diuæ Virginis, & defunctorum, pſalmorum, letaniarum, & nocturnorum, ſecundum quod in eorum ſtatutis cauetur, in his enim vnaquæque prouincia, & religio abundat ſuo ſenſu: & hæc obligatio procedit ex generali conſuetudine Eccleſiæ, vel religionis, cuius officium dicunt.

Sed † bene verum eſt, quod clericus faciens offi- 9
cium in Eccleſia, ſed in mortali peccato, tunc quippe, & vere faceret fructus ſuos, quia orationes communes (vt officia, miſſæ, vigiliæ, & ſimilia, quæ facit malus miniſter) proſunt viuis, & defunctis, prout hæc pro magna parte extracta ſunt ex ſumma Antonini illius ſanctiſſimi *in 2. part. tit. 11. cap. 3.*

Vnde ad maiorem † intelligentiam premiſſorum 10
quatuor differẽtias hominum, qui pro mortuis ſuffragia mentionata agunt, reperire contingit. Prima igitur differentia eſt bonorum & meliorum. Secunda eſt iuſtorum, & peccatorum. Tertia eſt peccatorum occultorum, & manifeſtorum: & omnes hi ſuffragiis ſuis diuerſimode proficiunt, vel proficere poſſunt illis, qui in purgatorio reperiuntur. Prima, inquam, differentia eſt bonorum & meliorum. Itaque cæteris paribus quanto iſta ſuffragia fiant à meliori, tanto vtique meliora ſunt, & quanto perſona intercedens gratioſior eſt, tanto preces eius intentius exaudiuntur. Secunda eſt peccatorum, & iuſtorum. Hac ergo differentia cõſiderata concludendum eſt, quod magis proficiunt ſuffragia hominis iuſti, quam

criminoſi, & peccatoris; quia eius opera mortua eſſe dicuntur, & preces amici exaudibiliores ſunt, quam inimici. Et hinc Gregorius ait, ſi is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, animus irati ad deteriora prouocatur. Tertia differentia eſt peccatorum occultorum: vnde talis hominis ſuffragia, & cætera eius bona, non ſunt vtilia ad gloriam ſempiternam, eo
11 quod mortua ſunt. Tamen,† ſecundum Franciſcum de Mayronis, dupliciter defunctis prodeſſe poſſent:
Com. opin. Primo, quia opera mortua, ſecundum omnes Theologos communiter, proficiunt ad temporalia bona: ſed huiuſmodi bona ſunt, quæ acquiruntur per talia ſuffragia, cum purgatorii pœna temporalis ſit. Se-
12 cundo, † quia opera mortua ſatisfactoria ſunt, cum homo exiſtens in mortali culpa poſſit ſatisfacere pro ſe ipſo, licet non ſint meritoria ad æternam vitam, ita dicit Scotus *in 4. diſt. 15. q. 1.* Quarta differentia eſt, peccatorum manifeſtorum. Ceterum, ſecundum Bonauen. *in 4. diſt.* diſtinguendum eſt circa omnia genera præmiſſa ſuffragiorum: quia ſuffragia facta, aut ſunt opera ſacramentalia, vt celebratio miſſæ; & tunc, quia opera Dei ſunt ratione contenti, proſunt, ſiue à bonis, ſiue à malis fiant. Aut ſunt alia opera, & hoc dupliciter, aut enim pure à malis, vtputa aliquis malus orat, ieiunat, vel aliter ſeſe affligit pro aliquo alio: & tunc non credit, quod valeant pro defunctis; aut fiunt à malis ad imperium alicuius iuſti, vt ipſius defuncti, vel eius amici de re, quæ illius eſt in eleemoſyna, vel ad conſortium alterius, vt quando duo pſalterium legunt, vnus exiſtens in charitate, alterque non, vel in aliis operibus, vt quando datur eleemoſyna iuſto, vt pro defuncto oret: & tunc valeret ratione charitatis boni hominis coniuncti, licet altera pars eſſet in crimine etiam manifeſto. Aliter etiam dici poſſet, quod hæc ſuffragia, & ſimilia bona, per miniſtrum malum, & publicum peccatorem, pro cauſa defunctorum ſimpliciter valere poſſent. Primo ex virtute coniuncta. Secundo ex virtute eccleſiaſtica. Tertio ex virtute aliena. Primo enim valere poſſunt ex virtute coniuncta: licet quidem, ſi fiant ex proprio peccatorum motu, talia bona non valeant, tamen ex conſequenti, & per accidens, in quantum per eleemoſynam mali hominis ſerui Dei excitati orant, pro defunctis valere poſſunt. Secundo ex virtute eccleſiaſtica: nam ſi talia bona fiant per hominem malum, vt miniſtrum publicum Dei, vel totius Eccleſiæ: vt ſacerdos, qui celebrat miſſam, vel exequia mortuorum in templo Dei, & tunc, quia ille intelligitur facere cuius fit vice, ita patet per Dionyſium *in 3. cap. cæleſtis hierarchia.* Inde eſt, quod talis ſacerdos hæreticus, ſecundum formam eccleſiæ conſecrans, ſecundum Auguſtini ſententiam conſecrat: & hoc ſacramentum in fide totius Eccleſiæ perficitur, & non in fide vnius ſingularis perſonæ, *c. quid facies. 32. q. 4.* Tertio valere poſſent ex virtute aliena: nam ſi fierent per hominem malum, vt miniſtrum priuatum; ſcilicet priuatæ perſonæ de mandato illius, ſcilicet, exiſtentis in charitate, ſiue ſit defunctus, ſiue viuus, tunc talis proſunt; quemadmodum ſeruus exiſtens in graui peccato, quodcunque miſericordiæ opus facit ex præcepto magiſtri, vel domini charitatem habentis, meritorium eſt: magis tamen prodeſſent, ſi miniſtri forent etiam in charitate, quia tunc opera illa meritoria eſſent ex vtraque parte, vt voluerunt Thom. & Pet. *in 4. diſt. 45.* Quis ergo tam impius, tam inhumanus, atque crudelis erit, qui pro fidelibus defunctis, pro amicis, & domeſticis, pro filiis, & parentibus, pro fratribus, & ſororibus, pro coniuge, vel vxore, atque pro conſanguineis, & aliis quibuslibet ſibi charis non communicaret iuxta debitum, ſeu poſſe, ſuffragia prædicta? cum Apoſtolus *1. Timoth. 5.* dicat, ſi quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non egit, ſeu non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, à qua quidem infidelitate liberet nos Rex, & Dominus viuorum & mortuorum Chriſtus Ieſus.

Aliam hominum differentiam, quibus eleemoſynæ ſuffragantur & proſunt, vide apud Roman. *conſ. 364. n. 7. in fin.*

OPINIO CX.

SVMMARIA.

1 *Clericus non poteſt torqueri, niſi ſit infamis, & de crimine diffamatus, etiamſi extent indicia.*

2 *Clericus torqueri nequit, etiamſi contra eum agatur ciuiliter, niſi ſit infamis, & de crimine diffamatus.*

3 *Tortura clerici, vbicunque de iure inferri poteſt, non debet tam eſſe ſæua, ſicut laicorum.*

CLERICI † non poſſunt torqueri ſtantibus indiciis, niſi ſint infames, & de crimine diffamati, 1
ſecundum Anton. & alios *in cap. 1. de depoſit.* & Bartol. *in l. ex libero. ff. de quæſtion.* Iaſ. *in l. magiſtratibus, de iuriſdiction. omnium iud.* Marſil. *ſing. 55. aduertas ad vnum.* vbi refert, ita obtinuiſſe in practica, in ciuitate Cumarum, Curt. *in tractat. nobilitat. fol. 15.* qui dicit, etiamſi contra clericum ipſum eſſent mille indicia, torqueri non poſſet, niſi foret de crimine diffamatus, Felin. *in c. de hoc, de ſimon.* Moder. Hiſpani latiſſime *in deciſion. criminali, in gloſſ. tortura.* & Dec. *in c. at ſi clerici, nu. 9. de iud.* vbi ſcribit, vltra mentionatos Scriben. iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur *Com. opin.*
quoque cum magna caterua Dd. relata per eum Pet. Duen. *in reg. 190. nu. 3.*

Et † hoc ampliatur ſimiliter procedere, ſi ciuiliter 2
contra ipſum clericum ageretur, vt notat Panor. & Philip. Francus *in c. dilectis, de appellat.* dummodo ſit de crimine diffamatus, & infamis, vt per Corn. & Barb. *in d. c. 1. de depoſit.* vbi aſſerunt iſtam eſſe communem opinionem. & Diaz. *in practic. crim. canon. in verſ. tortura, c. 117.* vbi materiam iſtam vſque ad nauſeam & ſaturitatem explicat. *Com. opin.*

Et dato, quod † clerici ipſi torqueri poſſint, con- 3
currentibus præmiſſis, ob hoc itaque tortura eorum non deberet ita eſſe ſæua, quemadmodum laicorum, ſecundum communem opinionem omnium Doct. *Com. opin.*
quam citat Abb. *in reg. cum in contemplatione.* & Diaz. *in loco præcitato.*

OPINIO CXI.

SVMMARIA.

1 *Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, an poſſint degradari.*

2 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, eſt ſine gradu, id eſt, ſacro.*

3 *Clericus conſtitutus in minoribus ordinibus, lato ſumpto vocabulo, dicitur eſſe in ordinibus ſacris.*

CLERICI † in minoribus ordinibus conſtituti, 1
ſunt capaces ſententiæ degradationis, & conſequenter degradari poſſunt, *c. 2. de pœn. in 6.* & ibi Dd. communiter, Anton. *in c. at ſi clerici, de iudic.* Barb. *in c. cum non ab homine. col. 2. eod. titul.* & Diaz. *in practic. criminal. can. c. 132. poſt princ.* *Com. opin.*

Nec refragatur text. *in c. clericus, il 2. de vita & honeſtat. clericor.* dicens, clericos † in minoribus conſtitu- 2
tos ordinibus, eſſe ſine gradu: quoniam intelligitur abſque gradu ſacro, ſecundum Gloſ. receptam communi-

Cõis opin. muniret ab omnibus ibi, quam ſequitur quoque Corſet. *in ſingul. in verſ. accuſatio.* Sed huiuſmodi actualis degradatio inſignitis minoribus ordinibus (veritatem profitendo) minime moribus recepta eſt, vt per Canoniſtas *in d. c. clericus.*

5 Bene † tamen verum eſt, quod clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, lato ſumpto vocabulo, dicatur eſſe in gradu ſacro, id eſt, in ordinibus ſacris, ſecundum Gloſſ. *32. diſt. in ſumma.* & Grammat. *in voto 33. nu. 3.*

OPINIO CXII.

SVMMARIA.

1 *Laicus poſt delictum commiſſum religionem ingreſſus, vel clericus factus in fraudem, an euitet per hoc forum ſeculare.*

2 *Fraus an & quando hoc caſu præſumatur.*

3 *Votum emittens bona fide, ante perpetratum delictum, intrandi religionem, vel aſſumendi habitum clericalem, ſi poſt delictum votum perfecerit, & religionem ingreſſus ſit, euitabit iudicium ſeculare.*

4 *Iuramentum probat votum, & iuramento probantur ea, quæ conſiſtunt in conſcientia alicuius. Et refutatur Vincent. de Franch. contrarium aſſerens. nu. 7.*

5 *Pinarii laudes & ſubtilitates.*

6 *Laicus committens delictum, ſi poſtea efficiatur clericus abſque fraude & dolo, puniri poteſt ſolummodo in foro eccleſiaſtico.*

7 *Votum an requirat expreſſionem verborum.*

9 *Votum obligat vouentem, licet à nemine fuerit receptum. Et votum licite Deo promiſſum ſemper eſt implendum. nu. 10.*

11 *Votum cur teſtibus non probetur.*

1 Clericus. ORDO † eccleſiaſticus, poſt delictum commiſſum à laico, aſſumptus fraude & dolo, vt forum iudicis declinet, non liberat eum à iudicis ſecularis iuriſdictione, vt tenet & probat Oldr. *conſ. 4.* Bar. *in l. 1. col. 2. ff. de pœnis.* Ioan. And. & alii *in c. 1. de oblig. ad ratiocinia.* Cõis opin. quorum ſententia communis eſt, vt apparet ex citatis per Aufrer. *in clem. 1 de offic. ord. reg. 1. fallen. 11.* Marſil. *ſing. 534.* & Lamber. *in c. 1. de hæret. in 6. q. 13.* & Marq. de Suſan. *in tract. de Iudæis & infidelib. in 3. par. c. 5. nu. 3* Io. Ant. de Nigris *in extrauag. Clementis VII. conceſſa in Regno contra clericos non incedentes in habitu & tonſura, circa fin. ſub n. 29. fol. 28.* Cottam *in memorali, in ver. laicus, qui poſt delictum commiſſum, in prin.* & per Petrum à Plaza *in epit. delictorum cauſ. crim. lib. 1. cap. 35. ſub nu. 1.* & Boſſium *in pract. crim. in tit. de pœnis, nu. 38.* Et ſic per huiuſmodi fori mutationem non impeditur ſecularis iudex eum punire. Et ita Ang. de Caſtro *conſ. 37. nu. 1. cum aliis ſeqq. inter conſil. criminalia diuerſorum, tom. 2.* vbi teſtatur de communi. Sed Bellamera *in c. propoſuiſti, q. 2. de for. comp.* aſſeruit contrarium, quod abſque vlla fraudis diſtinctione non poſſit crimen hoc à ſeculari puniri. Tamen in practica nunquam diſcederem à communi prædicta, tanquam ſacroſancta, & in iure veriſſima.

2 Et † fraus in caſu iſto præſumeretur, ſi quis poſt delictum, & ante ordinem ſuſceptum fuiſſet accuſatus, ſeu denuntiatus, vel infamatus, ſecundum Dyn. *in l. Vlpianus ff. de excuſ. tut.* & Doct. *in locis mentionatis*, & præſertim Petrum à Plaza *in d. epit. delict. cauſ. crim. lib. 1. c. 35. ſub nu. 1.* vbi meminit Cõis opin. iſtam ſententiam communem fore.

3 Sed hoc † limitatur non procedere, vbicunque quis feciſſet votum clericatus, vel introeundi religionem ante patratum delictum, tunc enim nullo modo poſſet à iudice laico puniri, cum votum hoc delicti commiſſi tempus præceſſerit, vt concludit Iaſ. *in l. cum quadam puella, nu. 11. ff. de iuriſd. om. iud.* Io. Ant. de Nigris *in loco ſuperius citato, ſub n. 29. poſt medium fol. 28.* Thom. Ferra. *caut. 29.* & Cæpolla *caut. 9. ſi quis commiſit.* Cotta *in d. memorali, in verbo, laicus, qui poſt delictum commiſſum, poſt principium.* Gerardus *ſing. 51.* Marſil. *ſingul. 134.* Io. de Arnono *ſingul. 29 volo tibi.* & Marcus Anto. Blancus *in pract. crim. in caut. 2. nu. 3. circa fin.* qui referunt ita tenere Bal. *in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto.* aſſeruntque hoc eſſe valde notabile pro euadendo aliquem à mortis pœna. Et præſertim, † quia ſta- 4 retur iuramento ſuo, ſecundum mentionatos Doct. Et tanto magis, cum non tantum in præſenti caſu, ſed etiam in omnibus aliis caſibus, iuramento aſſerentis ſtandum foret, in his quæ dependent ab animo ſuo, & conſiſtunt in propria eius conſcientia, vt firmat Alciat. *in tract. de præſump. in regula 3. præſumpt. 16. nu. 1.* & Nicolaus Arelat. ibi, cum cæteris quampluribus Dd. & exemplis relatis per eum, *in add.* & Roman. *conſ. 398. vt clarior, nu. 5.* & ibi Horat. Mandoſius *in add. in litera E*, vbi adducit alios fere innumeros eiuſdem ſententiæ, & refert exempla, & planum facit iſtam eſſe regulam, quam limitat Bertach. ſeu Apoſt. ibi, *in ſuo repert. in verbo, iuramentum veritatis ſuccedit loco iuramenti de calumnia, in quatuor caſibus.* Paul. de Lya. *in Clemen. conſtit. de electio.* Abb. *in c. quoſdam, extra de præſump.* Domin. de Sancto Gemin. *in c. eos, de tempor. ord. in 6.* Iaſ. *in §. ſed iſtæ, Inſtitut. de actionib. in gloſ. magna, verſicul. imprimis ergo limitat.* Marſil. *ſingul. 655. memoria.* & Felin. *in c. ſignifica. de homi. & in c. cognoſcentes, colum. penult. verſic. fallit tertio, de conſtitution.* Chaſſaneus tamen *in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 5.* teſtatum reliquit ſe non credere, quod opinio iſta communis in actu practico admittenda ſit; & eandem ſententiam reprobat quoque Claudius Seyſel. *in d. l. 1. C. an ſeruus ex facto ſuo.*

Verum opinio Bald. Iaſ. & ſequacium eſt magis Cõis opin. communis, atteſtante Petro à Plaza *in d. epitom. delict. cauſ. crim. lib. 1. cap. 35. nu. 3. & 5.* & eam ſequuntur omnes Criminaliſtæ variis in locis, & Ioan. de Ana. *in c. ad falſariorum, colum. fin. extra de crim. falſ.* & in practica ſeruari dicit Gerard. *in d. ſingul. 51.* ſed Illuſtris D. Iulius Clarus, quem ego hunc locum comperi citaſſe *in practic. crim. lib 5. §. final. q. 98. verſic. ſed quid.* ait omnis audax, librum ſuum hoc non dicere, tamen decipitur, quia de practica Gerardus expreſſe teſtatur, vt meminit etiam M. Anton. Bardus *in tract. de tempore vtili, & continuo, cap. 11. nu. 13.* & Iaſ. *in d. l. cum quadam puella, ſub nu. 11.* Et caſus iſte euenit in facto hodie in ciuitate noſtra, diſcutiturque coram iudice ſeculari, & adhuc indeciſus pendet. Sed parum poſt præſentis opuſculi impreſſionem, relata cauſa Reuerendi Marini Pandulphi clerici Aquilani, diſcuſſaque in contradictorio cum iudice Aquilano, coram Illuſtriſſ. Gubernatore prouinciali, ſuiſque Auditoribus, mediante meo patrocinio, ob memoratam doctrinam Bald. & communem, reportauit ſententiam antedictus Marinus in ſui fauorem, & conſequenter obtinuit remiſſoriam ad iudicem eccleſiaſticum, qui commiſerat homicidium, & ob id formata aduerſus eum inquiſitione, & poſito in carceribus, ac illis fractis per eum, fugam arripuerat, & aſſumpto habitu clericali poſt hæc, atque accedente cum eo vigore prædicti homicidii, inquiſitionis, & fugæ, iterum in eoſdem carceres reductus & detruſus extitit: tamen allegato voto ante homicidium emiſſo, de aſſumendo habitum clericalem, ac probato mediante iuramento dicti Marini, fuit remiſſus ad iudicem eccleſiaſticum ordinarium.

Sed † Illuſtris D. Pinarius Hiſpanus, tunc Auditor 5 Regiæ Aprutinæ audientiæ, & Iudex in præſenti cauſa, &

Digitized by Google

ſa, & nunc meritiſſimus Conſiliarius Sacri Regij Conſilii Neapol. vnicum noſtri Regni lumen, fundamentaliter penetrando hanc materiam aſſerebat, quod ex quo Thom. Ferra. & Iaſ. & alii mentionati Doctor. fundant limitationem hanc ex dictis Bal. *in d.l.1.* & dicunt, quod ſi fecerit votum quis ſimpliciter, ante commiſſum delictum, nec aliquid dicunt, an fuerit adimpletum ante capturam, cum Bal. *in d.l.1.* expreſſe ſupponat, quod iam fuerit adimpletum. Ipſe tamen D. Pinarius ſubtiliter, & nouiter vltra alios diſtinguebat, quod ſi ſtatim poſt commiſſum delictum fuerit quis captus, adeo quod non potuerit adimplere votum, & tunc procederet opinio Iaſ. & ſequacium: ſi autem poſtquam commiſſum delictum potuerit votum adimplere, & non adimpleuit, non procedat cautela Iaſ. & ſequacium, cum hoc videatur fieri in fraudem, argumento eorum, quæ dicuntur per Bar. & alios *in d.l. cum quadam puella.* & facit tex. *in l.1. ff. de pœnis.* Tamen recognita veritate, quod fraus ex variis rationibus præſumi non poterat, nec debebat, lucidis & clariſſimis verbis, atque grauiſſimis, protulit antedictam ſententiam Thom. Ferra. Iaſ. & aliorum indiſtincte procedere, prout ita, vt ſupra veritatem ante oculos habendo iudicauit. Sed iſthæc communis opinio ita in practica recepta, limitatur ſignanter, & vtiliter non procedere, vbicunque Reus efficeretur, poſt crimen perpetratum, per eum de fratribus tertii ordinis, tunc enim non obſtante huiuſmodi habitu aſſumpto religionis tertii ordinis, & voto, ante crimen commiſſum, emiſſo, minime euitaret forum iudicis ſecularis, cæterum ab eo tanquam competente puniri poſſet. vt firmauere Federic. de Senis *conſ. 97. nu. 4.* Card. & alii Canoniſtę communiter *in c. perpendimus, de ſenten. excommunicat.* Iaſ. *in d.l. cum quedam puella, num. 13.* Marſil. *in d. ſingul. 534. ante fin.* & Petrus à Plaza *in d. epitom. cauſ. crim. lib. 1. cap. 25. ſub nu. 6.* Et ita in facti contingentia iudicatum vidimus *anno 1571.* in Regia Aprutina Audientia, à qua extiterat captus Iacobittus de Vulpe de ciuitate Sancti Angeli in Eccleſia Sancti Andreæ Fratrum Minorum, inibi militans, & exiſtens cum habitu tertii ordinis, qui ante ingreſſum religionis perpetrauerat infinita fere facinoroſa crimina, & allegato voto per eum emiſſo, ante delicta ipſa commiſſa, & probato etiam ad effectum euitandi, & declinandi forum ſeculare. Tamen referente præclariſſimo, & vndique integerrimo D. Alfonſio de Hoyo Hiſpano, tunc Auditore, & præſentis cauſæ commiſſario, & in præſentiarum Auditore Sereniſſimæ Margaritæ Auſtriæ Caroli Quinti Imperatoris filiæ, extitit ſententiatum, & iudicatum per memoratam Regiam Audientiam, cauſam prędictam in eadem remanendam, cognoſcendam, & terminandam fore, non obſtante voto emiſſo, ante delicta, à qua quidem ſententia, mediante appellatione fuit habitus recurſus ad magnam Curiam Vicariæ, vbi ſeruatis de iure ſeruandis, confirmationem meruit, & habito denique recurſu ad Sacrum Regium Conſilium, & relata eadem cauſa, & diſcuſſa ibi, prælibata ſententia iterum approbata extitit; taliter, quod exiſtente commiſſario, vt ſupra ipſo D. Alfonſio, tormentatus fuit antedictus Iacobittus. Et ideo merito Doct. omnes, qui ſub profundiſſima, & caſtigatiſſima diſciplina, eiuſdem D. Alfonſii militarunt, & militant, & quotidie patrocinantur feliees, beatique, tanquam ab oraculo Apollinis pendentes, ſemper iure omnes arbitrati ſunt.

Com. opin.

6 Limitatur † etiam ſecundo antedicta communis in principio poſita non procedere regulariter, tunc enim remota fraude, & dolo committentis delictum, licet poſtmodum efficiatur clericus, puniri non poſſet, niſi in foro eccleſiaſtico, & voluerunt Riccar. Dyn. & alii *in d.l. Vlpianus.* Bar. *in d.l.1. ff. de pœnis.* Oldrad. *in d. conſ. 4.* Ioan. Andr. & alii *in d.c.1. de oblig. ad ratio.* Alex. *in l. nemo poteſt, col. pen. & ſeq. ff. de leg. 1.* & Albetic. de Roſat. *de ſtatutis, in 3. par. q. 41. ſub vers. etiam talem quæſtionem, col. pen.* vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem ait Ioan. Ant. de Nigris *in d. extrauag. ſub nu. 28. fol. 28.* Petrus à Plaza *in d. epitom. delict. cauſ. crim. lib. 1. cap. 35. num. 1.* & Ioan. Baptiſt. Ferret. *conſ. 366. fuit formata inquiſitio, nu. 16. vol. 2.* & ita bis concluſum extitiſſe in caſu occurrenti, aiunt Ioan. Andr. Card. & Anchar. *in d.c. 1. de oblig. ad ratio.* Com. opin.

Sed † quia D. Vincentius de Franchis *deciſ. 449.* 7
teſtatur opinionem ſupra ſtabilitam, *nu. 3. & ſeqq.* quod videlicet votum probetur iuramento vouentis, nunquam recepiſſe ſacrum Conſilium; animaduertendum eſt, ſacrum Conſilium Collaterale obſeruaſſe in cauſa D. Bartholomæi Porcinarii Aquilani ipſam communem, tanquam ſacroſanctiſſimam, *in anno 1589.* vnde in cauſa iſta eiuſdem Bartholomæi relata, vltima vice, *die 15. Februarii 1589.* in prædicto ſacro Collaterali Conſilio, ex quo conſtabat, perſonam Bartholomæi, ante aſſumptum clericatum, non fuiſſe præuentam, fuit decretum contra fiſcum, reſpectu perſonalis diſtrictionis, & propterea remittendum ad iudicem eccleſiaſticum, prout extitit remiſſus, reſeruata fuit tamen cognitio quoad diſtrictionem realem, hoc eſt, fiſco, ſuper bonis eiuſdem Bartholomæi ius agendi.

Et nihil mirum, quia rationibus pro ſtabilimento huiuſcemodi communis ſententiæ adductis, nulla admodum poteſt dari reſponſio in contrarium. imo ſi quis vellet impugnare communem iſtam, vtique ſe opponeret abſque dubio contra vniuerſalem ſcholam omnium Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum, & contra definitionem ipſius voti: nam votum, ſecundum S. Thom. *in ſecunda 2. quæſt. 88. art. 1.* eſt deliberata & ſpontanea promiſſio Deo facta de aliquo actu virtutis, & de his quæ ſunt Dei. & ſic votum eſt quidam promiſſionis actus inter Deum & hominem, & conſequenter eſt promiſſio interior, & eſt actus interior rationis, quam Deus videt, & acceptat. In tantum quod ſi requireretur aliorum teſtimonium in probatione voti, nulla admodum foret differentia, inter promiſſionem factam Deo, & promiſſionem factam hominibus: & nihilominus promiſſio, quæ ab homine fit, homini non poteſt fieri, niſi per verba, vel quæcunque exteriora ſigna, Deo autem poteſt fieri promiſſio per ſolam interiorem cogitationem, quia, vt dicitur *Regum 16.* homines vident ea quæ patent, ſed Deus intuetur cor. Deus igitur, ad obligandum ſibi aliquem, reſpicit cor, & animam, ita Gloſſ. *in c. dudum, de conuer. coniuga.* quam vocat ſingularem Barbatius *conſ. 16. ſapienter, col. 8. verſ. præterea facit ad prædicta, vol. 1.* quoniam Deus ſolus eſt ſcrutator cordium, *c. erubeſcant, 32. diſtin. c. nunquid Cain. de pœn. diſt. 1. c. tua nos, de ſimon.* & Gloſſ. *in l.a. ff. de interrogat. action.* & habetur *in Apocalypſi: Ego ſum ſcrutans renes & corda.* & notat Barbat. *conſ. 60. illud, col. 2. vol. 2.*

Expreſſio itaque † verborum in voto quoad 8
Deum non eſt neceſſaria. nam votum ipſum cauſatur ex quadam pollicitatione, id eſt, ex quadam lege promiſſionis, *l.a. ff. de pollicitat.* quoniam pollicitatio ipſa incipit à promiſſione ſine reſponſione, ſecundum Gloſſ. *in l.1. in ver. duorum, ff. de pactis, & in clemen.*

qo. ſ. de iureiur. Ita vt votum dicatur à voluntate, quaſi à primo motore, ſecundum S. Thom. *in ſecunda 2. queſt. 88. art. 1.* & ſic votum, vt per eundem, *eo in loco*, eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ debet fieri Deo, de his quæ Dei ſunt. nec non ſecundum Riccar. *in 4. ſent. diſt. 38. art. 3.* votum eſt propoſiti ſupererogantis promiſſio, facta propter bonum finem, ex deliberatione firmata.

9 Vnde † votum efficaciter obligat vouentem, licet ab aliquo illud non extiterit receptum. & ratio eſt, quia votum fit Deo, qui vbique eſt præſens, & ſemper intelligitur recipere votum, vt *in c. ex parte.* & ibi

10 Abb. & alij, *de cenſib.* ita vt † votum licitum, Deo promiſſum, ſemper ſit implendum, *c. quod Deo, 33. quæſtion. 5.* quia votum velle retractare, damnabile eſt, *c. vouentibus. 27. diſtinct. & c. vouentibus, 17. quæſt. 1.* vbi dicitur, quod Ananias poſt votum pecunias defraudauit. cum ergo aliquid, mediante voto, acciderit, vouere, & reddere, ait Dauid *Pſalmo ſeptuageſimo quinto*, & *Pſalmo centeſimo decimo quinto*: Vota mea Domino reddam. & *Eccleſiaſtes c. 5.* Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. & Auguſt. & habetur *in c. ſunt quædam, 17. quæſt. 1.* ſunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus, quædam etiam, quæ, niſi vouerimus, non debemus, ſed poſtquam ea Domino promittimus, neceſſario reddere conſtringimur. & Gregor. *in regiſtro*, & habetur *in c. Ananias, 17. quæſt. 1.* Ananias Deo pecunias vouerat, quas poſt victus perſuaſione Diaboli ſubtraxit, ſed qua morte mulctatus eſt, ſcis. ſi ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos Deo abſtulit, conſidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, ſed te ipſum Deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti. Et Dantes Florentinus *Paradiſi cantic. 5.* ita etiam ad propoſitum noſtrum voluit meminiſſe, ſic exaggerando:

Lo maggior don, che Dio per ſua larghezza,
Feſe creando, & alla ſua bontade,
Piu conformato, & quel che più apprezza,
Fu della volontà la libertade,
Di che le creature intelligenti,
E tutte, e ſole furon, & ſon dotade.
Hor ti parrà, ſe tu quinci argomenti,
L' alto valor, del voto, s' è ſi fatto,
Che Dio conſenta quando tu conſenti,
Che nel fermar tra Dio, & l' huomo il patto,
Vittima faſſi di queſto theſoro,
Tal qual' io dico, & faſſi col ſuo atto.
Dunque che render poſſi per riſtoro,
Se credi ben' uſar quel ch' hai offerto,
Di mal tollette uoi far buon lauoro.

11 Vnde † ſi votum foret teſtibus probandum, prout non poteſt, ſtante omnium legum repugnantia, ſequeretur hoc abſurdum, ex aſſertione inutili id aſſerentium, & admittentium, votum teſtibus probari. imo ſequeretur etiam quam maximum præiudicium omnibus Principibus ſecularibus, & eorum iuriſdictionibus, vt quilibet eorum ſubditus, ac vaſſallus deliberans patrare delictum, ante illius conſummationem, ſimulate, fraudulenter, ac fallaciter vouere poſſet coram teſtibus, de aſſumendo habitum clericalem, & nihilominus in rei veritate, non voueret. in tantum quod ipſi vouenti ita, & taliter malitioſe, ac infideliter, dolus eſſet proficuus, contra omnia mundi iura, imo iſthæc probatio aperiret etiam facilem viam infinitis fraudibus, & peccatis, & tanto magis, ſtante, quod vouens tunc redderetur tutus, foro eccleſiaſtico ſortiendo, pro cognitione ſui criminis perpetrandi, & eo facilius, cum in foro conſcientiæ certo ſciat vouens, tale votum nullum eſſe, nec fore obnoxium vllo pacto, ad eius obſeruantiam, vt determinat in propriis terminis Tabiena *in eius ſumma, in verbo, votum, nu. 5. verſic. conſiderare poſſumus.*

Et hinc Valerius Maximus aiebat *lib. 7. c. 2.* quod Socrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum à Diis immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent, quia ii demum ſcirent, quid vnicuique eſſet vtile. nos autem plerunque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentem errorem, cæcas precationes tuas ſpargis; diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt; honores concupiſcis, qui complures pessundederunt: regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur. ſplendidis coniugiis iniicis manus, at hæc, vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos euertunt. deſine igitur ſtulta futuris malorum tuorum cauſis, quaſi in feliciſſimis rebus, inhiare, teque totum cæleſtium arbitrio permitte, qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſime poſſunt.

OPINIO CXIII.

SVMMARIA.

1 *Comparatio literarum quam faciat probationem.*
2 *Iudex ex æquitate compellit debitorem ad reſpondendum, an ſcriptura priuata ſit ipſius debitoris, & ad ſcribendum, propria manu, vt ex ea ſcriptura fiat comparatio.*
3 *Comparatio literarum quando faciat plenam probationem.*
4 *Comparatio literarum vt plenam fidem faciat, quænam requirantur.*
5 *Scriptura priuata recognita, mediante iuramento, per teſtes in ea ſubſcriptos, deponentes ſe interfuiſſe, & vidiſſe debitorem illam ſua manu ſcribere, plene probat.*
6 *Comparatio literarum ſola ſine teſtibus ſubſcriptis, non probat, nec vllam fidem facit.*
7 *Scriptura priuata habens ſubſcriptionem teſtium, & partium, vel debitoris ſaltem, ſi teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcant, facit plenam fidem, ſine aliqua alia literarum comparatione.*
8 *Scriptura priuata ſcripta manu Tertii, ſubſcripta tribus teſtibus, qui fuerunt præſentes cum ſcriberetur, an & quando probet.*
9 *Scriptura priuata nullam habet authoritatem, niſi eam confiteatur aduerſarius, vel per collationem alterius ſcripturæ, &c. probetur.*
10. *Scriptura priuata ſcripta a Tertio an & quando probet.*
11 *Scriptura priuata requirit ſubſcriptionem teſtium, & comparationem literarum, nec vnum ex iis ſufficit.*
12 *Citatio partis an requiratur in comparatione literarum.*
13 *Scriptura priuata vt valeat, debet continere diem, conſulem, & locum.*
14 *Scriptura priuata carens loco, in quo ſcripta ſit, nulla redditur, etiamſi probata, recognitaque ſit per teſtes in eadem deſcriptos.*
15 *Scriptura priuata non continens cauſam expreſſam, qua adducta ſint partes ad celebrandum talem ſcripturam, an probet.*

16 Scri-

16 *Striptura priuata ſcripta per tertiam perſonam exigit,*
vt ea lecta & publicata ſit partibus præſentibus &
acceptantibus, aliter non probat.
17 *Conſenſus inducitur ſolum per verbum,* conſentio.
18 *Conſenſus adhiberi debet, nedum ſpecialiter, ſed nomi-*
natim, quia plus eſt conſentire in indiuiduo, quam
ſpecialiter.
19 *Conſenſus dicitur expreſſe præſtitus, cum verbis expri-*
mitur, puta ſi quis dicat, ita conſentio.
20 *Comparatio literarum plene probat in cauſis ciuilibus,*
non autem in criminalibus, & in crimine falſi.
21 *Comparatio literarum vtrum faciat ſufficiens indicium*
ad torturam.
22 *Comparatio literarum plene probat in omnibus ſcri-*
pturis priuatis, excepta apocha.
23 *Comparatio literarum plene probat etiam in epiſtola.*

1 COMPARATIO † literarum, vna cum litera,
ad quam ſit comparatio, facit ſemiplenam pro-
bationem, ſecundum Gloſſ. *in l. admonendi. ff. de iure-*
iur. & in l. in bonæ fidei. C. eod. titul. quam celebrant, &
ſequuntur Bertran. *conſ. 152. ex proceſſa cauſa agitata,*
2 *nu. 12. vol. 6.* & Moder. *in d. l. admonendi.* vbi † audacter
fatentur ſe vidiſſe practicari iudicem ex æquitate, *l. v-*
bicunque. ff. de interrog. action. compellere debitorem
ad reſpondendum, num illa ſcriptura ſit manu ſua,
ac etiam ſcribere propria manu, vt ex ea fiat compa-
ratio; & hoc idem ſentit Ang. *in §. ſi quis igitur, Auth. de*
fide inſtrum. Cæterum Gloſſ. *in l. 3. §. 1. in ver. ſpeciem. ff.*
de teſt. Inclinauit in contrariam partem, videlicet, di-
Cōis opin. ctam comparationem facere plenam probationem;
& ita affirmat ſe vidiſſe communiter ſeruari Alberic.
3 *in l. comparationes, C. de fide inſtrument.* Hocque † de
plano procederet, ſi talis eſſet comparatio, quæ o-
ſtenderet ſcripturam ſimul cum ſcriptura, ad quam
ſit comparatio, per omnia ſimilem; hoc itaque caſu
plenam probationem faceret, *d. §. ſi quis igitur.* vbi
probatur à contrario ſenſu; & ita firmat Vrſillus cum
aliis multis ſignatis per eum *in addition. Afflict. in deci-*
ſion. 181. nu. 11. & in iſto caſu incorrecta remanebit *d. l.*
comparationes. vt per Bald. & Salyc. *in Auth. ſed nouo iu-*
re, & in d. l. in bonæ fidei. vide etiam cumulata per Al-
phanum *collect. 227 & 362.* Gozaad. *conſ. 3.*
4 Sed aduerte, quod † comparatio ipſa literarum
ad hoc, vt plenam fidem faciat, duo neceſſario inter-
uenire concurrereque debent. Primo, quod ſcriptu-
ra priuata, ex qua comparatio fieret, deberet vtique
habere ſubſcriptionem trium teſtium. Et ſecundo,
quod ad ipſam comparationem literarum deueniri
non poſſet, niſi in ſubſidium. Et ſic petens mentio-
natam comparationem fieri, teneretur iurare ſe non
habere aliam probationem, & quod nihil fraudis e-
git contra comparationem faciendam, vt conſuluit
in notabili caſu in patria mea Corne. & prædicauit i-
Cōis opin. ſtam eſſe communem traditionem, & concordan-
tiam, *conſ. 169. nu. 13. cum aliis ſeq. vol. 1.* & ſequitur Affl. *in*
d. deciſ. 181. & Vrſillus ibi *in addit. cum aliis congeſtis per*
eum, nu. 1. & Aret. *conſ. 64. diligenter & mature diſcuſſis,*
col. 4. verſ. vel ſi dicamus, vbi profert hæc formalia ver-
ba, quod in ſcriptura, ex qua ſit comparatio, requiri-
tur ſubſcriptio teſtium, non autem in ſcriptura ad
5 quam. Qui † quidem teſtes iurati deponere debent,
ſe interfuiſſe, & vidiſſe debitorem ſua manu ſcribere
ipſam apocham, & tunc habebitur plena probatio,
per illam ſcripturam recognitam, ſecundum Abb. &
alios Canoniſtas, *in d. c. 2. de fide inſtrum.* Bar. & cæte-
ros omnes Legiſtas, *in d. l. comparationes, & in d. Auth.*
& ſi contractus, C. de fide inſtrum. & in l. nuda ratio. ff. de
donation. Et licet Bar. *in d. l. admonendi.* aſſerat, quod
comparatio † literarum ſola faciat plenam proba- 6
tionem, & fidem ſine teſtibus ſubſcriptis. Tamen
contra Bar. & eius opinionem tenuerunt Io. de Imol.
in d. c. 2. Salyc. Alex. *col. 22.* & Iaſ. *nu. 89. in d. l. admonendi,*
ff. de iureiur. Affl. *deciſ. 181. col. 2.* & Pariſ. *conſ. 19. nu. 42. vol.*
3. vbi meminit contra Bar. eſſe communem opinio- Cōis
nem, & tradit inibi, *nu. 96. cum 2. aliis ſeq.* intellectum opin.
ad Bartoli ſententiam, vt locum obtineat, quando
extrema in comparatione requiſita concurrerent,
videlicet, quando in ſcriptura, ad quam ſit compara-
tio, adſunt teſtes ſubſcripti, vel inſcripti, qui reco-
gnouerunt illam fuiſſe manu illius, qui eam negauit,
quia viderunt eum ſcribere.
Sed aduerte, † quod vbicunque ſcriptura priuata 7
haberet ſubſcriptionem teſtium, & partium, vel ſal-
tem debitoris, & teſtes omnes ſubſcriptiones ſuas re-
cognoſcerent, tunc ſcriptura illa faceret plenam fi-
dem abſque aliqua alia comparatione literarum, ſe-
cundum Ant. de Butrio *in c. 2. de fide inſtrum. col. 2. &*
ſeq. Bar. *in d. l. nuda ratio, & in d. Auth. & ſi contractus.* &
Roman. *in d. l. admonendi.*
Cæterum, † quando ſcriptura ipſa priuata foret 8
ſcripta manu tertii, ad hoc vt ea probaret, faceretque
fidem, oporteret, quod eſſet ſubſcripta tribus teſti-
bus, qui fuerint præſentes quando ſcripta extiterit,
& quod teſtes ipſi recognoſcerent eorum ſubſcri-
ptiones per eorum depoſitiones, & quod eſſet ſub-
ſcripta manibus partium, vel ſaltem debitoris, &
quod denique coadiuuaretur comparatione litera-
rum, aliter non probaret, vt firmant Canoniſtæ o-
mnes, *in d. c. 2. de fide inſtrum.* Legiſtæ *in d. Auth. & ſi con-*
tractus, C. de fide inſtr. Bar. *in d. l. nuda ratio, & in d. l. ad-*
monendi. vbi communiter alii omnes, & præſertim
Ripa ibi, qui ad lucem adducit, iſtam eſſe commu- Cōis
nem opinionem, Bal. *in Auth. ſed de nouo, C. ſi certum* opin.
pet. Marſil. *in repet. rubr. nu. 267. C. de probat.* Innoc. *in c.*
1. de fide inſtrum. nu. 3. vbi concludit, † quod ſcriptura 9
priuata non habet authoritatem, niſi hoc confitea-
tur aduerſarius, vel niſi per collationem alterius ſcri-
pturæ, ſubſcriptioniſque eiuſdem aduerſarii, & te-
ſtium, qui ſubſcripſerunt, probetur. Et Paul. de Ca-
ſtro *in d. l. admonendi.* affirmat, quod ſcriptura priuata
ſcripta † à tertio nunquam probet, & Abb. *in d. c. 2. de* 10
fide inſtrum. num. 4. exprimit iſtam eſſe communem Cōis
opinionem, & Alex. *conſ. 80. viſo proceſſu cauſæ, nu. 5. vol.* opin.
4. vbi in medium reiterauit eandem ſententiam ma-
gis rationabilem fore, quod ſcriptura ipſa priuata
non valeat abſque vtriuſque partis ſubſcriptione, et-
iamſi probata foret concludenter per teſtes ſubſcri-
ptos, vel deſcriptos. Et hoc idem concedunt Ioan. de
Imol. & Felin. *num. 5. in præmemorato c. 2. de fide inſtrum.*
vbi concludunt, quod ſcriptura priuata ſcripta à ter-
tia perſona, partibus, in eadem, non ſubſcribenti-
bus, non probat modo aliquo, etiamſi teſtes in ipſa-
met ſcriptura ſcripti apparerent. Sed cum † hoc non 11
ſufficiat, requiritur etiam ſecundum Alex. *in loco præ-*
citato, comparatio literarum. Et ſic vnum ex ipſis re-
quiſitis non ſufficeret, verum ambo requiruntur, vi-
delicet, ſubſcriptio teſtium, & comparatio litera-
rum, vt concedunt omnes Canoniſtæ *in d. c. 2.* vbi
Abb. *nu. 4.* fatetur iſtam eſſe communem opinio- Cōis
nem. opin.
Vnde primo aduerte in practica, ne erres, quod in
ipſa † comparatione literarum facienda requiratur 12
citatio partis, alias nulla eſſet comparatio, *c. 2. de reſt.*
vbi caſus. Secundo † eadem apodiſſa neceſſario vt 13
probet, debet continere etiam diem, conſulem, &
locum, vt efficax teſtimonium eſt Bald. *in l. ſcripturas,*
col. 11. verſ. an iſta ſcriptura, C. qui potior. in pignor. habean.
& Alex.

& Alex. poſt Bar. *in l. prætor. in prin. ff. de edit. in l. conſt.*
14 *Digeſt. tum.* Et † ſic vbicunque ſcriptura ipſa priuata careret loco, in quo extitiſſet ſcripta, nulla & penitus inualida redderetur, & iſta eſt communis opinio, vt plane deducit Ioan. Bapt. Ferret. *conſ. 333. dic. ſententiam, num. 8. vol. 2.* vbi etiam addicit, iſtam nullitatis obiectionem militare ſimiliter, ſi illa ſcriptura probata recognitaque foret per teſtes in ea ſubſcriptos. *Com. opin.*

15 Tertio † apocha præmemorata neceſſario cauſam continere debet, qua Partes adductæ fuerint ad celebrandam huiuſmodi apocham, ſed ſi nullam cauſam contineret expreſſam, vtique nihil probaret, ſecundum Oldrad. Dyn. Bar. & alios omnes vnanimiter & concorditer, *in l. nuda ratio, in prin. ff. de donat. & in l. generaliter, de non numer. pecun.* & Alex. *in l. 1. ff. de doli except.* vbi vtiliter concludit, quod non inducat donationem ſcriptura ſine cauſa, & hanc eandem opinionem, quod ſcriptura priuata tanquam defectiua, nullamque cauſam continens, habeatur pro non facta, firmarunt Bal. *in rub. C. de fide inſtr. col. 12.* Roman. *conſ. 373.* Ioan. de Imol. & Felin. *nu. 31. in d. c. 2. de fide inſtrum.* Alex. *in d. conſ. 80. ſub nu. 5. vol. 4.* & Iaſ. *in d. l. admonendi, nu. 115. verſ. limita iſtum primum caſum.* *Com. opin.*

Imo aduerte, quod iſta cauſa neceſſario deberet eſſe apta, potens, & cohærens, teſte Alex. *conſ. 182. lecto, & ponderatis verbis dictæ ſcripturæ, ſub num. 5. vol. 2.* vbi hoc accuratiſſime amplificat procedere etiam, vbicunque in ipſa ſcriptura forent expreſſæ rationes: nam rationes iſtæ nil releuarent, niſi in illa ſcriptura eſſet cauſa expreſſa, & rationem efficaciſſimam hanc aſſignat inibi, ſiquidem paria ſunt, cauſam non eſſe expreſſam, vel expreſſam fore, & non quidem aperte, certitudinarie, & intelligibiliter. Nec non exigit ipſa ſcriptura priuata ſcripta per tertiam perſonam, vt ea lecta, & publicata in Partibus præſentibus, & acceptantibus, aliter non probat modo aliquo, Bal. *in l. omnia. ff. de teſtam. & not. in l. fideicommiſſa, §. 1. ff. de leg. 3.*

16 Imo † neque probat eadem ſcriptura, etiamſi in ea ſcriptor ipſius apponeret, illam ſcriptam extitiſſe pro cautela ambarum Partium, ſeu alia ſimilia verba exprimeret: ſed tenetur apponere in ſcriptura prædi-
17 cta, verba importantia conſenſum. Nam † conſenſus importatur ſolummodo per verbum, *conſentio,* & non aliter, nec alio modo, Bal. *in l. fin. § neceſſitate, col. 7. verſ. item dico quod ſufficit, C. de bon. quæ liber.* Nam conſenſus eſt ſubſtantia contractus, *l. 3. ff. de contrahen.*
18 *empt.* Et † conſequenter conſenſus adhiberi debet, nedum ſpecialiter, ſed nominatim, vtputa, quia plus eſt conſentire in indiuiduo, quam ſpecialiter,
19 Corn. *conſ. 237. viſo, vol. 4.* Et ſic † conſenſus dici poteſt expreſſe præſtitus, quando exprimitur verbis, puta ſi dicat quis, *ita conſentio,* ſecundum Bar. *in l. 1. ff. de vulg. & pupil.* & Ang. *in §. ſi vero expreſſum, in Auth. de hered.*
20 *& Falcid.* Et hoc, quod † in caſibus, in quibus ſola literarum comparatio ſufficiat, & plene probet, procederet quippe, quando ageretur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter, puta in crimine falſi, quia ad probandum falſitatem, ſola literarum comparatio non ſufficeret, ſecundum Dec. *conſ. 615. col. 1.* & Ripam *in d. l. admonendi, col. 20.* Purpuratus vero ibi *col. 30.* voluit fieri poſſe indicium ad torturam, ſecundum perſona-
21 rum qualitatem. Et † vtrum iſta comparatio ſit ſufficiens indicium ad torturam, vide Bar. declarantem, & reſoluentem *in l. fin. de quæſtion.* & Gloſſ. Bar. & Doct. *in l. fin. C. famil. erciſcun.*

22 Interpretantur † prædicta ſimiliter, quod in omnibus ſcripturis priuatis, excepta apocha, ſola & ſimplex literarum comparatio plene probat, vt habetur *in d. l. comparationes.* Bar. *in l. ſi contractus, col. 2. C. de fide inſtrum.* vbi ait, quod *d. l. comparationes.* volens ex comparatione induci plenam fidem, ſolummodo eſt correcta in apocha, non autem in aliis priuatis ſcripturis, quem ſequitur Alex. *conſ. 58. & conſ. 114. col. 1. vol. 7.* & Soc. *conſ. 4. col. 1. lib. 3.* vbi etiam voluit, quod etiam † in epiſtola ſufficiat ſola literarum compara- 23
tio, quoad plenam fidem, & ratio eſt, quare *d. l.* fuit correcta in apocha, quia datur à debitore creditori, & ob id ſi ſola comparatio ſufficeret, de facili reperirentur, qui literas alienas æmularentur, aut contra facerent. Et quatenus diximus, Soc. *in d. conſil. 4.* firmare *d. l. comparationes.* non eſſe correctam in epiſtola, aliiſque priuatis ſcripturis, dic iſtud etiam ſequi in epiſtola Alex. *dict. conſil. 58. in princip. & 114. column. 1.* Dec. *in c. 2. col. 5 de fide inſtrumen. & conſ. 219. in fin.* Purpurat. *in d. l. admonendi, col. 35.* & Curt. iun. *conſ. 118. col. pen. & conſ. 162. & col. pen.* Et de materia huius opinionis ſcripſimus infra *in opinion. 133. teſtes in ſcriptura priuata.*

OPINIO CXIV.

SVMMARIA.

1. *Compenſatio an fiat ipſo iure, vel ope exceptionis.*
2. *Exceptio compenſationis efficax eſt, quia qui compenſat, ſoluit.*
3. *Exceptio compenſationis probata non obſtat agenti ad debitum iuratum, ſeu promiſſum cum iuramento.*
4. *Exceptio compenſationis opponi non poteſt de debito etiam liquido ad debitum iuratum.*
5. *Exceptio compenſationis non admittitur contra Doctores, ſua ſalaria petentes; nec contra dotem. n. 6. nec etiam agentes ad depoſitum. nu. 7.*
8. *Exceptio compenſationis de diuerſa ſtatione, non poteſt opponi fiſco agenti ad penſionem.*
9. *Exceptio compenſationis de debito liquido ad illiquidum admitti non debet.*

COMPENSATIO † licet fiat ipſo iure, *l. ſi conſtat, & l. fin. C. de compenſat.* Eſt tamen neceſſe, 1
quod ea opponatur ab homine, vt declarant, & concludunt Accurſ. & cæteri Doct. *in d. l. ſi conſtat, in ver. ipſo iure.* & profuſe Tyndarus *in tract. de compenſation, art. 6. nu. 47. cum aliis ſeq.* vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem, & Iaſ. *num. 71.* & Zaſius *nu. 6. & ſeq. in §. in bonæ fidei. Inſtit. de action.* & veriorem opinionem vocat Afflict. *deciſ. 381. quadam Hippolyta, ſub num. 4.* & communem demonſtrauit etiam Salyc. *in l. ſi quid. quam legit cum l. verum. ff. de compenſation.* vbi ſubdit, quod compenſatio debet peti in iudicio, & Gloſſ. *in d. §. in bonæ fidei, Inſtitut. de action. in ver. compenſatio.* dicit, quod exceptio compenſationis opponi debet, vt late etiam per Bal. Nouel *in tract. de dote, in 8. par. principali, in prin.* *Com. opin.*

In contrariam † vero partem, videlicet, compen- 2
ſationem fieri ipſo iure, & parte non opponente, inclinauit, & bene, & optimis quidem rationibus, Sacrum Regium Conſilium Neap. teſte Afflict. *deciſ. 121. in prin.* Sed hoc ſane intellige, vt explicat Alex. *conſ. 85. conſideratis narratis, in themate, num. 3. cum aliis ſeq. vol. 3.* Et licet † compenſationis exceptio efficax ſit, 3
quia qui compenſat ſoluit. Tamen hoc fallit primo in debito iurato; quia de debito iurato ad non iuratum, compenſatio non admittitur, ſecundum communem opinionem, de qua per Iaſ. *in l. cum qui. §. ſi iurauero, nu. 2. ff. de iureiur.* & per Felin. *in c. ad noſtram, de iureiur.* Benedict. de Barz. *in tract. de inſtrum. guarentig. in 3. par. 3. q.* Aret. *conſ. 99. col. 2.* Iaſ. *conſ. 134. col. 2. vol. 4.* Martn. Frecciam *in tract. de præſentat. inſtrumenti ſecundum formam ritus, in vlt. par. quæ eſt 17. cap. vnic. nu. 1.* *Com. opin.*

Marſil. *ſingul. 281.* & Rolan. à Valle *conſ. 6. quoniam, nu. 30. conſ. 17. in cauſa, num. 14. vol. 1.* & magis communem, de qua per Gozad. *conſ. 32. num. 16. & conſ. 69. num. 4. cum aliis ſeq.* vbi ita conſuluit, & Afflict. *deciſ. 163. Die 7. Octob. & in deciſ. 381.* & per Cæſarem Vrſillum ibi, *in addition. num. 1. & ſeq.* qui mentionem fecerunt etiam ita extitiſſe iudicatum in Sacro Conſilio Neapolit.
4 Quod † exiſtente etiam debito liquido, de quo compenſatio antedicta fieri poſtuletur, quod fieri aliter nequeat, vbicunque debitum extitiſſet cum iura-
5 mento promiſſum. Item † exceptio compenſationis non admitteretur contra Doctores petentes eorum ſalaria, vt voluit Alberic. *in d. l. fin. ſeu ſi conſtat per illum*
6 *textum.* Similiter † exceptio ipſa compenſationis minime obſtaret contra dotem *l. vnica. §. taceat, C. de rei vxor. action.* ſed contrarium tenet Afflict. *deciſ. 2..* vbi
7 complures cumulat, *nu. 4.* Necnon † exceptio prædicta compenſationis opponi non poteſt, nec obſtat agenti ad depoſitum, *l. pen. C. depoſ. & d. l. fin. C. de com-*
8 *penſat.* Itidem † nec fiſco agenti ad penſionem poteſt opponi compenſatio, de diuerſa ſtatione, vt *in l. 1. C. de compenſat.* & habetur in *deciſ. Afflict. 192.* quem o-
9 mninò vide. Nec † etiam de debito illiquido, vt *in d. l. fin. C. de compenſat.* & notat Afflict. *in d. deciſion 381. num 6.* Imo compenſationis exceptio impedit quoque ſententiæ executionem, ſi tamen compenſatio ipſa in promptu probetur, & allegetur, *l. 2. C. de compenſat.* Tartaglia *in pract. ciuili magnæ curiæ, cap. 6. num. 8.* Compenſationis exceptio opponi quoque poteſt in cauſa appellationis, vt per Capellam Tholoſanam *quæſt. 282.* Vide etiam in hac materia compenſationis ad plures quæſtiones Pet. Io. Anchar. *lib. 1. quæſt. 2.* Soc. *reg. 61.* & Roman. *conſ. 204. nu. 9 circa med. verſic. & hoc per id, quod notat Spec.*

OPINIO CXV.

SVMMARIA.

1 *Compenſans cum ſuo creditore poſt promiſſionem factam cum iuramento de ſoluendo certam quantitatem, non videtur liberatus à periurio.*
2 *Iuramentum an debeat ſeruari in forma ſpecifica, & compellat præciſe ad factum, vt non euadatur periurium ſoluendo intereſſe.*
3 *Compenſans videtur liberatus à periurio, ſi ius compenſandi ſuperuenſſet, poſtquam promiſſum foret per iuramentum, & ex poſtfacto.*

1 PROMITTENS † ſoluere certam quantitatem cum iuramento, compenſando poſtea cum ſuo creditore, non videtur liberatus à periurio, textus eſt apertus & clarus *in c. ad noſtram. extr. de iureiurand. in princip.* & ibi omnes Canoniſtæ tenent, Abb. etiam *in c. dilectus. de ord. cognit.* & Benedict. de Plum. *in l. ſi peculium. §. quod ſi heredi. ff. de ſtatu liber.* quia † iuramentum
2 ipſum debet ſeruari, & ſic compellit præciſe ad factum, ita vt non euadatur periurium ſoluendo intereſſe, Gloſſ. eſt *in l. ſi pecuniam, in verſicul. neceſſe habeas ff. de condiction. ob cauſam.* & ita tenet Iaſ. *in §. in bonæ fidei. column. 10 & ſequent. Inſtitut. de action.* Alex. *in addition. ad Bartol. in l. amplius non pet. ff. rem ratam haberi, & conſil. 91. column. 2. volumin. 2.* Albert. Brunus *conſil. 89. numer. 4. fol. 90.* Marcus Mantua *conſil 17. numer. 28 volum. 1. & conſ. 20. num. 19. eod. vol.* Doct. *in d. l. ſi pecuniam. in prin. cum concordantibus ibi late adductis,* & per Abb. poſt Innocen. Ant. de But. & alios *in c. veniens. de iureiur.*

(margin: Compenſatio. Cõis opin.)

In contrariam vero ſententiam inclinauerunt Bar. Fulgoſ. & Ang. *in dict. l. amplius non pete.* Abb. ſibi contrarius *in d. c. ad noſtram.* Faber *in dict. §. in bonæ fidei, column. 3.* & Alex. ſibi ipſi parum conſtans, *conſil. 22. column. final. libr. 2.* & Auguſt. Berous per pulcherrima fundamenta, & optimas rationes, *in c. 1. numer. 68. & ſequent. & numer. 78. de vſuris.* Et ita in facti contingentia per doctrinam Bar. & ſequacium fuit determinatum, & concluſum ſuperioribus annis in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, vt conſtat *in deciſ. Capyci 167.* & iſtam ſententiam Bar. fatentur eſſe communem apud Legiſtas, Moderni *in tract. de contract. q. 42.* (margin: Cõis opin.)

Et licet opinio hæc poſſit ſuſtineri per tam illuſtrium Doct. authoritatem, nihilominus prima opinio contra Bar. & ſequaces videtur magis communis, vt atteſtantur Felin. *in d. c. ad noſtram, nu. 8.* & Iaſ. *in l. cum qui. §. ſi iurauero, num. 5. ff. de iureiur. & in d. §. in bonæ fidei, col. fin.* Gozad. *conſ. 32. num. 5. & ſeq.* Afflict. *in deciſ. 381. num. 1. & ſeq.* & Berous reuocando propoſitum in melius, *in conſ. 155. circa id, de quo in themate propoſito dubitatur, num. 27. & ſeq. vol. 1.* & ita conſuluit Boer. *conſ. 14.* (margin: Cõis opin.)

Retenta † itaque hac opinione communi, tan- 3
quam veriſſima & ſacroſancta. Dic, limitaque eam procedere, quando ius compenſandi peruenſſet, poſtquam promiſſum foret per iuramentum, & ſic ex poſtfacto, ſecundum Abb. & alios citatos per Tyudarum *in tract. de compenſation. col. 17. verſ. attende.* Soc. *in l. Iulianus. in fin. ff. de condiction. & demonſtrat.* & Pariſ. *conſ. 121. num 40. vol. 1.* & iſtam diſtinctionem, ſeu limitationem ſequi videtur Capycius etiam *in d. deciſ. 167.* Afflict. *in d. deciſ. 381.* & Ant. Galleſius *in tract. de formulis cameralis obligationis ſuper forma camer. obligat. q. 2. nu. 6. cum aliis ſeq.*

OPINIO CXVI.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum, mortuo vno ex compromittentibus, tranſit ad eius heredes, etiamſi arbitrator ſuper contractu perficiendo aſſumptus ſit.*
2 *Compromiſſum factum in Regem, vel Prælatum ſub nomine dignitatis, an tranſeat ad ſucceſſorem in dignitate.*

COMPROMISSVM, † mortuo vno ex compromittentibus, tranſit ad eius heredes, & conſequenter durat compromiſſum ipſum, atque arbitrandi facultas, poſt mortem vnius ex compromittentibus, etiamſi arbitrator ſuper contractu perficiendo aſſumptus foret, puta vendo fundum quanti Titius arbitrabitur, ſecundum Alex. Soc. Iaſ. & alios, *in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* qui omnes ibi perhibent iſtam eſſe communem opinionem, contra Bar. Ruinum, *num. 37* & ſequaces, inibi contrarium aſſerentes. Et licet Pet. Duennas ſentiat contrarium, & ponat pro regula cum ampliationibus, & limitationibus *in regul. 128.* compromiſſum annullatur, quod compromiſſum ipſum poſt mortem vnius compromittentium, non tranſeat ad heredes, & ſic annulletur, & expiret; nihilominus in deciſiuis caue ne diſcedas à mentionata communi, tanquam tutiſſima & veriſſima. (margin: Cõis opin.)

2 Quæ † quidem vtiliter limitatur non procedere in compromiſſo facto ſub nomine dignitatis; nam tunc compromiſſum non tranſiret ad ſucceſſorem in dignitate. Et conſequenter compromiſſum factum in Rege, ſeu Prælato, ſub nomine dignitatis, tunc hæc authoritas non competit eo mortuo ſucceſſori, ſecundum Bal. *col. 7.* & Affl. *in c. 1. col. 13 qui feud. dar. poſſ.* Bar. *in l. qui liberis. § hæc verba. ff. de vul. & pupil.* Couart. *in c. requiſiſti, ſub num. 7. de teſtam.* Ant. Barbat. *nu. 39. & ſeq.* & Dec. *in c. quoniam. Abb. num. 16. & ſeq. de off.*

de offic. delegat. vbi late alios eiuſdem ſententiæ referendo, oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

OPINIO CXVII.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum morte arbitri, ſeu iudicis, expirat.*

2 *Compromiſſum expirat vno ex tribus arbitris ſtatutarÿs, & ex forma ſtatuti electis decedente; & tunc duo ſuperſtites non poſſunt ferre ſententiam.*

1 COMPROMISSVM † morte arbitri, ſeu iudicis expirat *l. diem proferre. §. 1.* iuncta Gloſſ. ibi, *& l. ſi interpellatur.* vbi Gl. *ff. de arbitris.* & hoc procedit in vno ſolo arbitro electo.

2 Sed † amplia vtiliter iſtam concluſionem, quod ſi ex tribus arbitris, qui neceſſario eliguntur ex forma ſtatuti, vnus decedat, finitur compromiſſum, nec duo ſuperſtites poterunt ſententiam ferre, *c. vno delegatorum.* vbi Hoſtien. Ioan. And. & cæteri Canoniſtæ communiter notant, & Bartol. Paul. Caſtren. Alex. Iaſ. aliique omnes *in l. duo ex tribus, ff. de re iud.* Hoc vero procedit in arbitris ſtatutariis, qui ſunt arbitri iuris, & ſunt ordinarii iudices, de quibus facit mentionem text. *in c. præſentata. de teſt.* & Barbat. *in d. c. vno delegatorum.* Com. opin.

OPINIO CXVIII.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum factum in arbitratorem, annullatur, ſi alter ex compromittentibus banniatur, & bona ipſius banniti publicata, vel confiſcata appareant.*

2 *Bannitus poteſt petere compromiſſum fieri vigore ſtatuti, de compromiſſis faciendis inter affines.*

1 COMPROMISSVM † ſi fecerunt Titius, & Sempronius in arbitratorem, annullatur, ſi alter ex compromittentibus eſt bannitus, & bona bannini ſunt publicata, ſeu confiſcata, ſecundum Roman. Alex. Iaſ. & Soc. *in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig.* vbi ſcribunt iſtam opinionem communem eſſe, & ſequitur Baptiſ. de Sancto Blaſio *in tract. de arbitris. q. 53.* Marcus Ant. Blancus *in tractat. de compromiſſis. q. 7. nu. 6. fol. par 149.* & Petrus de Benintendis *deciſ. 21. nu. 21.* licet † ibi recitet in Rota Bononienſi deciſum extitiſſe, bannitum vigore ſtatuti, de compromiſſis faciendis inter affines, compromiſſum petere poſſe, & in hanc partem per rationes inibi aſſignatas, rationabiliter Rotam ipſam inclinaſſe facile dignoſcitur. Com. opin. 2

OPINIO CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum Eccleſiæ factum de rebus mere temporalibus in laicum, non requirit conſenſum Epiſcopi.*

1 COMPROMISSVM † factum de rebus mere temporalibus, ac ciuilibus Eccleſiæ in laicum, & ſic in extraneum non ſubditum, & incompetentem, neceſſario non requirit conſenſum, authoritatemque Epiſcopi, idque valet etiam atque tenet ſecundum Gl. *in ver. ſpiritualibus, poſt prin. in c. contingit interdum. de arbitris.* cum qua ſentiunt omnes Doctores ibi, præſertimque Auguſt. Berous, *nu. 33. & ſeq. & nu. 26.* vbi deducit iſtam opinionem communem eſſe; cui accedit etiam Bald. *in l. 1. §. & poſt. in apoſtil. ff. de nouis operis nuntiation.* & probatur *in c. dilecti. de arbitr.* & in Specul. *in eodem titul. §. reſtat videre. verſicul. ſed nunquid.* Com. opin.

OPINIO CXX.

SVMMARIA.

1 *Compromitti poſſunt cauſæ eccleſiaſticæ, etiam ſpirituales in laicum.*

2 *Compromiſſum factum de re mere ſpirituali in laicum, tanquam arbitrum, non valet.*

3 *Compromiſſum in laicum, de cauſa ſpirituali, fieri non poteſt abſque authoritate Papæ.*

4 *Compromiſſum factum de re ſpirituali in clericum, & laicum valet.*

5 *Inutile habilitatur per vtile.*

6 *Inhabilis toleratur per habilem.*

7 *Teſtium inhabilium admiſſio, non vitiat proceſſum, ſeu ſententiam, cum illa per habilium dicta poteſt ſuſtineri.*

8 *Compromiſſum in Prælatum de re Eccleſiæ ſuæ, tanquam in arbitrum, & arbitratorem, fieri poteſt.*

9 *Epiſcopus eſt iudex in caſibus ſuæ Eccleſiæ.*

10 *Compromiſſum in laicum de cauſa electionis fieri non poteſt.*

COMPROMITTI † poſſunt in laicum arbitratorem, cauſæ eccleſiaſticæ, etiam ſpirituales, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. *in c. fin. de rerum permut.* Roman. *conſil. 173. pro deciſione, ante fin.* Ioan. de Imol. *in c. decernimus. de iud.* Felin. *in c. cum ſit, numer. 3. de for. competent.* Ruin. *conſil. 66. quia dubia. numer. 11. volum. 4.* Anchar. *conſ. 34. & 98.* Alex. *conſ. 91. colum. 1. vol. 2. & in l. quoties. nu. 5. C. de iud.* & ibi etiam Iaſ. *col. pen. verſ. quid autem de alia ſpirituali.* & Dec. cumulatiſſime *in c. 2. nu. 4. de iudicin.* vbi vocat iſtam opinionem communem eſſe. Et idem firmat Hieronym. Gratus *conſ. 87. nu. 10. vol. 1.* & Moder. Bononien. *in c. contingit. de arbitris.* 1 Com. opin.

Sed † opinio hæc communis limitatur primo, non procedere in arbitro: nam compromiſſum de re mere ſpirituali factum in laicum, tanquam arbitrum, non valet neque tenet, vt firmarunt Anch. *in d. conſ. 34.* Alex. *in locis præcitatis.* & Guid. Pap. *conſ. 144. circa proceſſum diffinitum, nu. 4.* Siquidem † compromiſſum ipſum in laicum de cauſa ſpirituali, fieri non poteſt abſque authoritate Summi Pontificis, ſecundum Gloſſ. *in ver. ſpiritualibus.* & omnes alios communiter, *in d. c. contingit.* & Hoſtien. *in ſumma de arbit.* 2 3 Com. opin.

Limitatur itidem † ſecundo loco eadem communis, locum non obtinere, vbicunque in compromiſſo facto de re ſpirituali, clericus aſſociatur laico, tunc quippe compromiſſum hoc facit laicum ipſum capacem illius actus, quem ſolus exercere nequiret, textus eſt ſingularis *in c. per tuas. de arbit.* Et ſic inutile habilitatur † per vtile, vt concludit Abb. ibi, *in 4. notab.* Ex quo infertur, quod † inhabilis toleratur per habilem, textus eſt, & ibi Abb. *in c. cum I, & A, in vltimo notab. de re iud.* vbi admiſſio inhabilium † teſtium non vitiat proceſſum, ſeu ſententiam, ex quo per habilium dicta poteſt facile ſuſtineri, quia vtile per inutile non vitiatur, ſiquidem ſeparabile hoc diſcernitur regula, *vtile, de reg. iur. in 6.* & hoc voluit idem Abb. in ſimili *in c. fin. in vltimo not. de procur.* & optime facit quod decidit text. Gloſſ. & Anchar. *in clem. religioſus, de procur.* & tex. *in l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amit.* quem magnifacit Bar. *in l. præcipimus, §. eodem obſeruando, C. de appell.* Bald. *in c. 1. quib. mod. feud. amit.* Card. *in c. Ioannes, de teſtam.* Abb. *in c. cum dilectus, & in c. fin. de iure patron.* Lap. & Ancharan. *in c. vnico, eodem titul. lib. 6.* & Federic. de Senis *conſ. 163.* Et ſic compromiſſum per clericum factum in clericum, & laicum, validum eſt, propter clericum; vt diſcurrit, & probat Barthol. Socin. *conſil. 168. in primis, circa* 4 5 6 7

fin. volumin. 4. & faciunt notata per Felin. *in c. 2. de iud.*

8 Tertio † interpretatur etiam prælibata communis, non habere locum in Prælato, cum compromiſſum in ipſum Prælatum de re Eccleſiæ fieri queat, tanquam in arbitrum, ita Abb. & omnes vnanimiter *in c. cum olim. de reſcrip.* Et vt in arbitratorem etiam, ſecundum Specul. *in tit. de arbit. §. fin.* Ioan. And. *in c. inſuper. de teſt.* & Oldrad. *in conſ. 156. primum quæritur.* vbi ex communi opinione Scribentium concludit

Cōis opin.

9 etiam, *ſub num. 1.* quod † Epiſcopus in caſibus ſuæ Eccleſiæ iudex eſſe poſſit.

10 Quarto † limitatur quoque communis præmemorata, vt compromiſſum in laicum de cauſa electionis fieri nequeat, modo aliquo, ſecundum Innoc. *in d. c. contingit. in fin. de arbit.* & Bald. *in Mar. in ver. compromiſſum. verſ. 3.*

OPINIO CXXI

SVMMARIA.

1 *Locator, an coloni nummis fundum colentis, vel certam*
2 *quantitatem fructuum præſtantis, item partiarii, res in fundum illatas tacite obligatas habeat, non ſolum pro penſione, ſed etiam pro deterioratione domus, & eius refectione. nu. 2.*

3 *Et quid ſi locatio non pro pecunia, ſed pro certa aliqua ſpecie facta ſit.*

4 *Locator an res alienas illatas in re locata habeat tacite obligatas pro penſione. & nu. 5.*

6 *Vxoris bona inducta in domo conducta per eius maritum an ſint tacite obligata pro penſione.*

7 *Locator res in prædiis vrbanis habet tacite obligatas etiam inuectas abſque ſcientia domini; ſed inuecta in prædium ruſticum non videntur tacite hypothecata, niſi ita demum, ſi dominus ſciat.*

8 *Inſtrumenta, chirographa, & nomina debitorum illata in domum conductam, an ſint locatori tacite obligata pro penſione.*

1 Coloni † res illatas in fundum ruſticum, dominus habet tacite obligatas, *§. item Seruiana, Inſtitut. de action.* Et licet text. loquatur ſimpliciter, & aliter non aperiat, de quibus colonis intelligatur, cum plures colonorum ſpecies reperiantur, nihilominus habet locum in colono nummis colente, vel colono præſtante aliquam quantitatem frumenti, ac olei; vel in colono partiario partiente illud, quod conuentum eſt, ſeu diuidente fructus fundi cum domino, & ſic dominus omnium iſtorum colonorum res inuectas in fundo hypothecatas habere cenſetur, ſecundum Gloſſ. Fabrum, Aret. Iaſ. *num. 11. cum aliis ſeq.* Gomeſium *num. 9. & ſeq.* & Bellonum *num. 15. & ſeq. in d. §. item Seruiana.* vbi oſtendit iſtam opinionem communem eſſe, & cum ea ſentiunt quoque Alex. *conſ. 32. col. 1. vol. 1.* Soc. *in tract. fallentiarum, in regul. 192. in fin.* Bal. & Salyc. *in l. certi iuris, C. locati.* & Florian. *in l. 2. ff. eod. tit.*

Cōis opin.

2 Hocque † ampliatur, vt coloni, ſeu inquilini res inuectæ non modo obligatæ tacite ſint, ac appareant pro penſione fundi, ac domus conductæ, ſed pro deterioratione, aut eius refectione etiam, vt voluerunt Bart. *in l. ſolutum. §. ſolutam, in fin. ff. de pign. action.* Aret. Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, *num. 22.* Gomeſius *nu. 13. & ſeq.* & Bellonus *num. 20. in d. §. item Seruiana.* vbi narrat iſtam eſſe communem ſententiam, & ſequitur pariter Neguſan. *in tract. de pignorib. in 2. par. membro 4. ſub nu. 128. & ſeq.*

Cōis opin.

3 Ampliatur † ſimiliter ſecundo loco, vt procedat non ſolum, vbicunque locatio ipſa facta eſſet pro mercede debita, in pecunia numerata, verum ſi facta etiam foret pro penſione debita in certa ſpecie, & per conſequens in propria, ſecundum Gloſſ. & Aret. *in d. §. item Seruiana.* Cyn. Bal. *q. 3.* & Salyc. *in d. l. certi iuris.* & Neguſ. cum reliquis citatis per eum, *in d. 4. memb. 2. par. ſub num. 138.* vbi perhibet iſtam opinionem magis communem, magisque veram eſſe. Cōis opin.

Sed ante dicta † regula ita ampliata limitatur primum, vt de plano procedat, quotieſcunque in fundo ſeu domo ſunt inuectæ res ipſorum colonorum, verum ſi illatæ appareant res alienæ ibi per ipſum conductorem, non videntur tacite hypothecatæ pro penſione, etiamſi res eſſent alienæ, quæ præſente & tacente domino inueherentur, ſecundum Iacob. de Aret. Cyn. Bald. *q. 7.* Salyc. & cæteros *in d. l. certi iuris.* Gomeſium *in d. §. item Seruiana, nu. 24.* Bellonum *nu. 30.* vbi Iaſ. *num. 53. cum aliis Doct. mentionatis,* fatentur iſtam eſſe communem opinionem. 4

Cōis opin.

Contrariam vero partem, videlicet, quod per ſolam ſcientiam, patientiamque domini, ſine dolo, inducatur tacita obligatio, in re inuecta, firmauere Gloſſ. *fin. in d. l. certi iuris.* Bart. *in l. qua dotis, ff. ſolut. matrim. & in l. 2. ff. de pign.* Iaſ. cum cæteris cumulatis per eum, *in d. §. item Seruiana, nu. 53.* & Neguſan. *in d. 4. memb. 2. par. nu. 152.* vbi adnecit etiam hanc eſſe veriorem, communioremque ſententiam. Sed tutius eſſet iudicio meo, in deciſiue tranſire cum prima opinione Iacob. de Aret. & ſequacium, tanquam æqua, & indubitata, pro qua religioſe votauit, ac iudicauit etiam Sacrum Regium Conſilium Neapol. teſte Affl. *deciſion. 184. nobilis quidam, vbi num. 4.* & Cæſar Vrſillus ibi *in addit. nu. 1. & ſeq.* vtiliter declarant poſt alios ſignatos per eum, quod † quatuor requirantur neceſſario, vt bona ipſa aliena inducta in domo appareant, & ſint tacite obligata; & quod ſi vnum ex mentionatis requiſitis deficeret, ante dicta bona aliena, inuecta in domo conducta, non cenſerentur aliquo modo hypothecata pro penſione. Cōis opin. 5

Bene † verum eſt, quod bona vxoris inducta, in domo conducta per eius virum, ſint tacite obligata pro penſione, vbicunq; vxor poſt mortem mariti ſui commoraretur in tali domo locata, & tunc abſq; dubio teneretur ad penſionem, pro rata temporis, pro qua coluit domum, niſi appareret, quod iure familiaritatis cum heredibus mariti ſui habitauerit, vt iudicauit Sacrum Regium Conſilium Neapol. ſecundum Vrſillum *in addit. Affl. in d. deciſ. 184. nu. 5. & ſeq.* 6

Limitatur † ſecundo etiam, vt procedat regula præmiſſa in prædiis vrbanis: nam res illatæ in illis indiſtincte cenſentur tacite obligatæ, abſque alia ſcientia domini prædii. Cæterum inuectæ in prædium ruſticum, non intelliguntur tacite hypothecatæ, niſi ita demum, ſi dominus ſciat, ideo in prædiis ipſis vrbanis inducitur hypotheca abſque ſcientia domini domus, ſecus autem in rebus ruſticis, vt firmauere Gloſſ. & omnes in *d. §. item Seruiana.* vbi Bellonus recitat iſtam eſſe communem opinionem, *n. 26.* & Neguſan. *in d. 4. memb. 2. par. n. 145.* 7

Cōis opin.

Limitatur poſtremo, vt inſtrumenta, † chirographa, ac nomina debitorum illata in domum conductam, non videantur aliquo modo tacite obligata pro penſione, ſecundum Rayn. Cyn. & Salyc. *q. 3. in d. l. certi iuris.* Fabrum, Aret. Nicol. de Neap. Iaſ. *nu. 41.* & Bellonum *ſub n. 50. in d. §. item Seruiana.* vbi exclamant iſtam eſſe communem opinionem, ac eidem inhæret quoque Neguſan *in d. 4. memb. 2. par. ſub nu. 153.* & Vrſillus *in ſcholiis ad Affl. in d. deciſion. 184. nu. 3. & ſeq.* In aliis vero multis caſibus regulam prædictam limitat, & ampliat Neguſan *in d. 4. memb. 2. par. à nu. 128. vſque ad num. 155.* 8

Cōis opin.

OPI-

OPINIO CXXII.

SVMMARIA.

1 *Conatus an puniendus ſit in atrocioribus delictis. Et qua pœna, nu. 2.*

3 *Venenum propinans alicui cauſa occidendi, non ſecuto effectu, pœna extraordinaria punitur.*

4 *Rapere procurans, vel tentans virginem, honeſtamve mulierem, & deducens rem ad actum proximum, non ſecuto effectu, nec ſtuprata muliere, punitur extraordinarie.*

5 *Conatus in crimine læſæ maieſtatis quomodo puniatur.*

1 CONATVS † puniendus eſt in atrocioribus delictis, ſecundum Bal. *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſcop. & cleric.* per text. ibi, Gloſſ. *in ver. putamus, in l. 1. § hæc autem verba, ff. quod quiſque iur.* approbatam ibi à Cyno, Roman. & ab aliis communiter, & ibi probat text. *cap. 1. de homicid. in 6. & l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* & not. Grammat. *in deciſ. 2. nu. 3.* & Criminaliſtæ omnes variis in locis. Com. opin.

2 Sed † conatus iſte in atrocioribus criminibus non punitur pœna ordinaria delicti perfecti, & conſummati, etiamſi delinquens peruenerit ad proximum ipſius delicti actum, ac fecerit poſſe ſuum, nec ſteterit per conantem, quin delictum omnino conſummatum fuerit, ſecundum Cyn. *col. 2. in d. l. ſi quis non dicam.* Andream de Iſer. *in cap. 1. § ſi vero, de Capita. qui curiam vendi.* Ang. *in tract. maleficior. in Gloſſ. Sempronium mandatorem, col. 2.* Cæpol. *conſ. fin. col. penult.* Grammatic. *d. deciſion. 2 num. 22. & deciſion. 74. num. 12. & in voto 20.* Et iſta eſt communis opinio, teſte Catald. de Boncomp. *in conſ. 55. num. 58. poſito inter conſilia diuerſ. in 1. vol.* Marſil. *conſ. 105. col. 1. & in l. is, qui cum telo, Cod. de ſicar.* Grammatic. *in voto 1. numer. 11. cum ſeqq.* & Carrer. *in pract. crimin. rubr. de homicid. § 2. num. 10.* Com. opin.

3 Et † primo poteſt tradi exemplum commodum hic in porrigente, ſeu propinante venenum alicui, cauſa occidendi, tunc ob actum proximum conſummationi ipſius criminis, non ſecuto effectu, & morte, tradens venenum, vel tentans occidere veneno, venit pœna extraordinaria puniendus; vt voluerunt Bald. *conſ. 443. lib. 3.* Ang. *in l. 1. § ſi ex iniuria, ff. de extraordin. crimin.* Florian. *in l. item ſi obſtetrix, ff. ad l. Aquil.* Cæpol. *in d. conſ. fin.* Afflict. *in conſtitut. Neapolit. lib. 3. rubr. 41.* Alexan. ad Bart. *in l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid.* Cremen. *ſingul. 49. Defenſans ſemel.* Auguſt. *in addit. ad Ang. de maleſic. verſ. & ex interuallo, in fin.* Marſil. *in l. eiuſdem, ff. de ſicar.* & Pariſ. *conſ. 167. num. 13. vol. 4.* Grammat. *in d. deciſion. 2.* vbi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Conſil. Neapol. & poſtmodum confirmatum per Principem contra ſententiam Magnæ Curiæ Vicariæ in prætorio ſupremo in ciuitate Neapolis, & iſtam exprimit communem opinionem Carrer. *in d. pract. in § homicidis, nu. 19.* & ſequitur ibi, & Felin. *in tract. quando conatus puniatur, col. 4.* & Grammat. *in d. deciſ. 74. nu. 16. & ſeq.* Com. opin.

4 Secundo † tradi poteſt circa præmiſſa alterum exemplum congruens in raptore virginis, honeſtæve mulieris, qui ob raptum, ac conatum duntaxat deductum ad actum proximum, contra honeſtam mulierem, non ſecuto effectu, & conſequenter non ſtupratæ, & cognita ipſa muliere, ſed ſolummodo rapta, eſt puniendus ob hoc raptor, non pœna *l. vnic. C. de rapt. virg.* verum minori pœna, ſecundum Ang. ibi, & Anan. *in c. pen. col. pen. de raptor.* Dec. *conſ. 234. col. fin.* Cæpol. *conſ. 57.* Marſil. *conſ. 105. col. 2.* Carrer. *in d. pract. in titul. de homicid. § circa, num. 285.* Grammat. *d. deciſ. 2. n. 29.* Et ita ſe habet communis opinio, ſecundum Boer. *deciſ. 318. col. 2.* & Catald. *in d. conſ. 55. nu. 54.* Com. opin.

Contrarium vero in hoc tenuerunt Andr. de Iſer. & Afflict. *in conſtitution. Neapolit. lib. 1. rub. 19. q. 2.* Cæterum fatuum eſſet, ob opinionem iſtorum recedere à memorata communi, tanquam ſacroſancta.

5 In † crimine vero atrociſſimo læſæ maieſtatis conatus debet pœna ordinaria puniri, *d. l. quiſquis.* Ang. *in l. 1. § hæc verba, ff. quod quiſque iur.* Archid. *in c. ſi ergo, 17. q. 2.* Bar. & Alex. *in l. ea mente, ff. de furt.* Affl. *in conſtitut. mala noxia.* Marſil. *in d. l. eiuſdem, nu. 9.* & illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus, *in tract. de imperatore, quæſt. 11. col. 2.* Et hoc procedit abſque dubio, vbicunque conatus non fuerit nudus, ſolus & ſimplex, ſed fuerit deductus ad aliquem actum remotum, ſeu proximum, ſine delicti conſummatione, ſecundum communem opinionem amplexam ab Ang. *in d. § hæc verba.* & à Bal. & And. de Iſer. *in c. 1. § ſi vero voluerit, de Capit. qui curiam vend.* Affl. *in conſtit. aſperitatem, fallen. 2.* & relatam ac mentionatam per Carrer. *in d. § 2. nu. 15.* & per alios præcitatos. Com. opin.

OPINIO CXXIII.

SVMMARIA.

1 *Homicidium committere volens ex deliberata voluntate, & accedens ea de cauſa cum armis contra Titium, ſi non occidat, nec vulneret, quia non potuit, an ob id efficiatur irregularis.*

2 *Clericum percutere procurans animo deliberatiſſimo, ſi non percutiatur re & effectu, an incurrat excommunicationem.*

3 *Irregularis an efficiatur quis ob amputationem digiti alterius.*

4 *Statutum pœnam infligens pro membro mutilato an procedat in mutilante aliquem, & nu. 5.*

1 HOMICIDIVM † volens committere ex deliberata, & perfecta voluntate, & accedens cum armis hac de cauſa contra Titium, nec occidat, nec etiam membrum aliquod amputet, quia non potuit, ob hoc igitur irregularis non efficitur, voluntas enim non facit irregularem, ſecundum Gloſſ. & omnes communiter, *in cap. ſi quis aliquis, de homicid.* Archid. *in c. fin. 23. quæſt. 8.* & Dominic. *in can. ſi quis acceptum, 50. diſtinct.* & eundem Archidiac. *in can. periculoſe, contra Gloſſ. fin. ibi de pœn. diſtinct. 1.* Felin. *in cap. ſicut dignum, num. 11. de homicid. & in tract. quando conatus puniatur, verſic. fallit ſexto.* Marſil. *in l. is qui cum telo, col. fin. C. de ſicar.* & Albert. Trotuio *in tract. de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 20. num. 5.* vbi teſtatur de communi iſta. Nam lex canonica, quantum ad hoc, exigit verum actum homicidii, aut membri mutilationis, vt notat Henric. poſt alios *in c. 1. de eo qui mittitur in poſſ.* & ibi Card. Com. opin.

2 Et † hinc deducitur, quod ſi quis habeat animum deliberatiſſimum, & omni conatu curet percutere clericum, & non percutiat eum re, & effectu, non incurrit excommunicationem, ſiquidem ad incurrendum pœnas excommunicationis, cenſuræque eccleſiaſticæ requiritur factum, vt habetur poſt Gloſſ. communiter ibi ab omnibus receptam, *in l. in audientiam, de ſentent. excommunic.* Card. *in Clement. 1. quæſt. 3. de vſuris.* & Felin. *in d. tract. quando conatus puniatur.* Com. opin.

3 Et in † tantum procedit antedicta prima communis opinio, quod ſi quis digitum amputet Titio prædicto, non efficitur irregularis, ſecundum Doct. *in d. cap. ſi quis.* Bart. Ang. & Imol. *in l. 2. de pub. iudic.* Ang. *in tract. maleſic. in verſic. membrum.* & Rubeum *conſil. 45.* quia digitus non eſt membrum, ſed offi-

 cium

cium membri; ideo requiritur ſeparatio membri, vel totalis debilitatio ipſius in præſenti caſu pro irregularitate incurrenda. *c. fin. vbi gl. not. de homicid. in 6.* Proinde
4 ſtatutum † puniens aliquem pro membro debilitato, non procedit in debilitante hominem aliquo digito, quia debilitans penitus digitum, non dicitur debilitare membrum, cum digitus ipſe non ſit membrum, ſed membri pars, ac officium, ita voluit Bart. & Imol. *in d. l. 2.* & Iacob. Nouellus *in pract. criminum. ſuper forma inquiſitionis pro inſultu, & vulneribus, num. 30. cum aliis relatis per eum* & per Rubeum *in d.*
5 *conſ. 83.* vbi ita conſuluit. Hoc † vero fallit in notabili artifice, ſeu pictore, cui ſi foret pollex debilitatus, aut mutilatus, tunc certe haberet locum memoratum ſtatutum, quia ex debilitate ipſius digiti redditur inefficax, & inutilis manus, vt firmauit peritiſſimus D. Follerius poſt Ang. Aret. *in pract. criminum in forma capitulorum in vulnere, num. 29. fol. paruo 412.* & Rubeus *in d. conſ. 83. in fin.*

OPINIO CXXIV.

SVMMARIA.

1 *Concubinarius, ſeu fornicator publicus, ac notorius, in ſacris ordinibus conſtitutus, eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio; & celebrans ante peractam pœnitentiam an efficiatur irregularis. & nu. 2.*

2 *Concubinarii publici an poſt concubinæ dimiſſionem, & manifeſtam vitæ emendationem, ſint habiles ad ſuſceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum.*

4 *A concubinario publico ac notorio an miſſam, & alia diuina officia audire liceat.*

5 *Concubinarii publici qui dicantur.*

6 *Concubinarius multis ſunt conſtituta pœna, & plura incommoda.*

7 *Concubinarium clericum, qui poſt monitiones factas concubinam dimiſit, & poſtea publice reaſſumit, quam pœnam patiatur. & cognitio aduerſus concubinarios ad quem ſpectet.*

CONCVBINARIVS, † ſeu fornicator publicus, ac notorius in ſacris ordinibus conſtitutus, eſt ſuſpenſus ipſo iure ab officio, & beneficio, & celebrans ante peractam pœnitentiam, efficitur irregularis, ea quidem irregularitate, quæ à ſolo Pontifice deleri poteſt, ſecundum Abb. *in cap. veſtra. column. 4. de cohabitation. cleric. & mulier.* Hoſtien. *in cap. ſi celebrat. de cleric. excommunic. miniſt.* Syluestr. *in ver. concubinarius. §. 4. Ancar. column. 1.* & Felin. *column. 2. in cap. cum ſilentio, de accuſation.* Antonin. *in cap. 1. numer. 32. de iudic.* Albuenſem *in tractat. de concubinatu clericis conluſion. 7.* Florentin. *in 3. parte, titul. 27. cap. 3.* Paludan. *in 4. ſententiarum, diſtinction. 27. quæſtion. 4. column. 2.* & Diaz. *in pract. crim. in tit. concubinarius, cap. 73.* & iſtorum opinionem exprimit eſſe communem Ioan. de Imol. *in d. cap. 1. col. 4.* Nicolaus Plouius *de irregularitate, reg. 41.* & plerique ex mentionatis Scrib. & Guido Pap. *in q. 558.* vbi eam ſequitur, & Conſilium Gratianopolitanum ſecundum eandem communem iudicaſſe meminit.

Et hoc † ampliat Florentin. *in d. cap. 3.* vtiliter, & docte, allegans Innocen. Hoſtien. Archid. & Anton. quod non ſolum ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus, etiam in minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu ſuſpenſus eſt, quandiu in vitio perſeuerat, & interim exequens officia ſua etiam ſemel, irregularitatem incurrit, & indiget Pontificis diſpenſatione. quod ſequitur quoque Syluestr. *in d. ver. concubinarius.* Et † ſtatutum fuit in Concilio Baſilien. *in ſeſſione 20.* quod publici concubinarii vſquequo cum eis, per ſuos ſuperiores diſpenſatum fuerit, poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, ac manifeſtam vitæ emendationem, ſint inhabiles ad ſuſceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, & officiorum; ſi vero poſt huiuſmodi diſpenſationem, vomitu recidiuo, ad talem notorium concubinatum redierint, quod abſque ſpe alicuius diſpenſationis, ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant.

Sed hic † congruenter pro animarum ſalute, & pro amouendo ſcandalum, quod in mentibus aliquorum quotidie exoritur, inquirendum eſt; Verum miſſam audire debeamus ab iſto publico concubinario? & breuiter videtur concludendum, quod ſic, quoniam licet in hoc, & circa hoc, ſit valde reprehenſibilis, exemplo tamen IESV CHRISTI, Redemptoris noſtri, cenſetur permiſſus acceſſus ad miſſam antedicti notorii concubinarii, qui nempe CHRISTVS, nec Iudam, & ſi falſus eſſet diſcipulus, ab Apoſtolatu eiecit, & qui Solem ſuper bonos, maloſque oriri facit, cuius actio noſtra eſt inſtructio, & quia nos, cum laici ſimus, de presbyteris iudicare nec de illorum vita quærere debemus, & hoc modo Nicolaus ad conſolationem Bulg. reſpondiſſe legimus, *c. conſulendum, 29. diſtinct.*

Cæterum hoc non eſt ſimpliciter verum, ideoque pro reſolutione diſtinguendum arbitror ſic, quod aut concubinatus crimen eſt notorium, vel per ſententiam, vel per concubinaris confeſſionem, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, & tunc abſtinendum eſt ab eo, ſecundum Abb. *in dict. cap. veſtra. column. 3. in 2. 3. & 4. quæſtion.* Et hoc procedit quoque, quando clericus tenet publice concubinam, ſicut vxorem, & publice nutrit filios, ita vt ipſe minime audeat diffiteri eo caſu, ſecundum Abb. non eſt licitum audire diuina ab eo, etiam ſine aliqua monitione ſuperioris. Aut eſt occultum, ſicut eorum, qui ab Eccleſia tolerantur, nec operis euidentiam habent; & hoc caſu ab huiuſmodi, quandiu ab Eccleſia ipſa tolerantur, diuina myſteria, aliaque eccleſiaſtica ſuſcipere ſacramenta libere & licite poſſumus, cont. eſt *in dicto cap. veſtra, & in c. ap. tua, eodem titulo, de cohabitation. cleric. & mulier.* & Gloſſ. *in can. nullus, 32. diſtinction.* Et publici † concubinarii, ad dilucidandum præmiſſa, intelligendi ſunt ſecundum Concilium Baſilien. *in dicta ſeſſione 20.* non ſolum hi, quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, notorius eſt, verum etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem ipſam cum effectu non dimittit.

Contrariam vero partem, videlicet, publicum fornicatorem, ſeu concubinarium irregularem non eſſe, ſi diuina officia celebrauerit tempore ſuſpenſionis, & publici concubinatus, firmauere Innoc. & Ioan. Andr. *in dicto cap. ſi celebrat.* Speculator *in titul. de diſpenſatione, §. iuxta propoſitionis, numer. 20.* Cardin. *in dicto cap. veſtra.* Archidiac. *in cap. præter, §. ad hæc vero, 32. diſtinct.* Ioan. de Imol. *in dict. c. 1. column. 4. de iudic.* & Nicolaus Plouius *in dict. regul. 41.* quorum opinio (iudicio meo) cenſetur magis communis, Sed ipſe eam nunquam auderem iudicare, conſulereque contra priorem ſententiam Abb. & ſequacium communem, quæ citatur ab omnibus fere contrarium aſſeuerantibus. Et licet appareat dura nimis, tamen eſt obſeruanda, tanquam communis, & ſacroſancta, quam equidem multum timere deberent omnes, & ſingu-

ſinguli clerici in quocunque ordine conſtituti, & ne illam ignorent, omnibus illis quotidie prædicanda
6 foret. Et præſertim, quia etiam ipſi † concubinarii patiuntur triginta alias pœnas, quas cōnumerat Rebuffus *in interpretationibus per eum factis ad dict. Concilium Baſilienſ.* quod Concilium inuenies inſertum in concordatis inter Leonem Decimum, & Regem Franciæ. In tantum quod plura ſunt damna, & incommoda concubinatus, quam pœnæ, quæ poſſent irrogari per iudices.

7 Et Concilium † Tridentinum ſub Pio Quarto *in ſeſſione 25. cap. 14* contra clericos concubinarios detinentes concubinas, aut alias mulieres, de quibus ſuſpicio haberi poſſit in domo, vel extra, confirmauit omnes, & quaſcunque pœnas à ſacris veteribus canonibus, vel ſtatutis eccleſiarū impoſitas; vbi etiam ſtatuit. quod ſi clericus concubinarius poſt monitiones factas cōcubinam dimiſerit, & poſtea dimiſſam, aut aliam publice reaſſumpſerit, præter pœnas ibi ſtatutas, excommunicationis gladio plectatur. Et determinauit quoque, quod cognitio omnia, & aduerſus concubinarios ſpectet ad Epiſcopos, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta, procedere valeant, atq; poſſint.

OPINIO CXXV.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus habet de iure dilationem quatuor menſium ad ſoluendum, ſed quid præſtare teneatur, vt hac dilatione gaudere poſſit. num 2.*

3 *Dilatio illa non conceditur, nec competit condemnatis ex maleficio, ſeu quocunq; crimine, etiam ad pœnam pecuniariam.*

4 *Dilatio hæc iudicatis à lege conceſſa, ceſſat, nec concedi debet, cum facilis eſt ſolutio iudicati condemnato.*

1 CONDEMNATVS habet † quatuor menſes ad ſoluendum miſerationis cauſa indultos, *l. 2. & 4. in princip. C. de vſur. rei iud. & cap. quærenti.* & ibi Gloſſ. & Felyn. *num. 2 de offic. & poteſtat. iud. delegat.* Bart. *in l. Adrianus. C. de reb. credit.* & Alexand. *in l. 2. ff. de iureiur.* Sed aduerte, † quod ipſe condemnatus te-
2 neat, & debet à principio cauere, quod ſoluet tranſactis prædictis quatuor menſibus, aliter poteſt ſtatim perſonaliter capi, vt decidit Bartol. & Ang. *in l. ſi debitori. in fin.* per illum textum *ff. de iudicib.* & Iaſ. hoc pro ſingulari commendat, *in l. ſi arrogator. col. fin. ff. de adoptio & in l. 2. in fin. ff. de re iud.* & Felyn. *in c. quod ad conſultationem. ſub num. 9 de re iud.* vbi hoc explanat, atq; limitat procedere in dilatione miſerationis cauſa à lege elargita, & conceſſa, non autem in aliis dilationibus ex conuentione priuata, & ex aliis quibuſcunque pactis, & contractibus prouenientibus.

3 Cæterum hoc non procedit in † condemnatis ex maleficio, ſeu ex quocunq; crimine, quibus regulariter non conceditur, neq; competit dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum, etiam ſi in ſententia in cauſa iſta criminali quis eſſet ad pœnam pecuniariam, & pecunialiter damnatus ſecundum Gloſſ. Bartol. & Fulgoſ. *in l. ſi victum. ff. de re iudic.* Innocen. *in dict. cap. quærenti. de offic. deleg.* Bald. *in l fina C. de execquutione rei iudic. & in addit.* Specul. *in tit. de ſententia, & re iudic. col. 9. in ver. tertio fideiuſſit.* Alexand. *num 18. & ſequent.* & Iaſ *num. 16. & ſeq. in l. debitoribus. ff. de re iud.* vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem opinionem. Com. opin.

4 Item ipſa † dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum iudicatis à lege conceſſa, ceſſaret etiam ſi facilis eſſet ſolutio iudicati condemnato, *dict. l. debitoribus. in princ.* veluti, ſi locupletiſſimus fœnerator in modicam ſummam damnatus foret; ſecundum Cyn. Alber. de Roſa. & Iacob. Aret *in l vnica. § exactio. ff. de rei vxor. actio.* Felyn. *in d. c. quod ad conſultationem. ſub num. 9 & ſeq.* Aret. Ripam, & alios communiter *in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.* & Nicol. Pignola *in addit. Roma. in ſingul. 465.* vbi tollit argumenta ipſius Romani, ibi contrarium, & male aſſeuerantis. Com. opin.

Et regulam hanc, quod condemnatis ſoleant à lege miſerationis cauſa concedi quatuor menſes ad ſoluendum, ita declaratam, & limitatam, limitat etiam Felyn. *in dict. cap. quærenti. num. 2. in ſeptem aliis caſibus.*

OPINIO CXXVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex ex præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis, & vehementiſſimis, non poteſt deuenire ad condemnationem, ac ſententiam diffinitiuam in cauſa capitali, abſque aliis probationibus, vt corporaliter puniat. ſecus, ſi pœnam pecuniariam infligere velit.*

2 *Sententia lata ex præſumptionibus, non tranſit in rem iudicatam.*

3 *Indicia indubitata, quæ dicantur & qualia ſint, remiſſiue.*

1 CONDEMNARE Iudex † ex præſumptionibus violentis, & indiciis indubitatis, & vehementiſſimis, non poteſt, nec ad ſententiam diffinitiuā in cauſa capitali peruenire abſq; aliis probationibus, & conſequenter huiuſmodi indicia non ſufficiunt ad pœnæ corporalis condemnationem, ſed ſolummodo pecuniariæ, ſecundum Gandi. *in tract. maleficiorū. in rubr. de præſumpt. indubitatis, ex quibus condemnatio ſequi poſſit.* Ioan. Andr. *in add. Specul. in tit. de probatio. § videndum reſtat.* Bald. *in l 2. C. de his, quæ pœna nomine in teſt. & in l vnic. § 1. ff. de teſta* vbi hoc idem firmant, Franc. de Aret. & omnes, Caſtren *conſ 197. vol. 2. col. fi.* Ang. *in l. 2. ff. de furt.* Ioan. de Imol. *in l fi. ff. de hered. inſtit.* Aret. *in tract. maleſic. in ver. fama publica. verſ. quero an virum.* & Mathes *ſingul. 122. & ſeq.* Ioan. de Anan. *conſ. 59. num. 2.* Iaſ *in l. ſeruiom fugitiuum nu. 29. C. de ſeru. fugit.* Ioan. de Imol. Cardin. Abb. & Felyn *in c. afferte. de præſumpt.* & ita conſuluit Caſtrenſ. *in d. conſ. 197.* & Alex. *conſ. 116. in fin. vol 3. & conſ. 25. col. 3. vol. 1.* Adde Bartholomæum Cepoll. *conſ. crim. 6. num. 31. conſ. 27. num. 13. conſ. 32. ante num. 21.* Grammat. *conſ. crim. 12. & decif. 8.* & ita obſeruari in practica teſtificatur Boſſius *in pract. crim. in tit. de inquiſit. nu. 30* vt eum refert Iul. Clar. *in pract. crim. quæſt 64. verſ. illam vero torturam.* & Marſil *ſing. 101. aliàs fui interrogatus.* & opinionem iſtorum ſequitur quoq; Boer. *decif. 164. nu 6.* & ſequitur, approbat, & fatetur æquiorem, & communiorem Marſil. *in repetit. rub. C. de probatio. nu. 232. cum aliis ſeq.* Iacobus Nouellus *in pract. crim. in rub. de teſtibus, in materia criminali, incipiente: Crimina obiecta probanda ſunt, num. 33. & ſeq.* Tiraquel. copioſe *in tract. de pœnis temperandis cauſa 27. num. 2 10. & ſeq.* vbi eam limitat, & Grammat. *decif. 96.* vbi refert, quod quidam Inquiſitus de homicidio in Magna Curia Vicariæ propter indicia vehementiſſima, & indubitata, fuit in eadem condemnatus ad remigandum per ſeptennium, & introducta cauſa iſtius condemnati, per remedium appellationis in Sacro Regio Conſilio, extitit in eo moderata pœna prædicta, ſeu ſententia Magnæ Curiæ, & ſic fuit condemnatus mentionatus homicida inquiſitus per triennium ad remigandum per Sacrum Conſilium. Com. opin.

Et licet multi Dd. aſſeruerint contrarium; quos recenſuit Brunus *in tract. de indiciis, & tortura. in 4. q. 1. parte. nu. 13.* Marſil. *in d. rub. de probatio nu. 239.* & Boer. ... R ... *in d. de-*

in d. deciſ. 164. nu. 1. cum aliis ſeqq. Tameo quicquid iſti ſuadeaor, fatuom quidem eſſet, & inhumaoum in a-
2 ctu practico recedere à dicta communi. Imo ſi † Iudex ſententiam ferret ex præſomptionibus, certe, & abſq; dubio aliqoo, non tranſiret in rem iudicatam, vt habetur, *in l. ſi is, qui adulterii, de adult.* Secundum communem intellectum de quo per Felynum poſt
3 alios, *in c. propoſuiſti. de probatio.* Et quæ dicantur † indicia indubitata, & qualia & quæ ſint, declarant Criminaliſtæ, *in locis practicatis.* & Marſil. *in d. rubr. de probatio. num. 253.*

OPINIO CXXVII.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus ad mortem, ſeu ad quamcunque aliam pœnam, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium deſtinatum, fugiat, & apprehendat ſacerdotem portantem corpus Chriſti, an liberetur illa pœna.*

2 *Condemnatus ad mortem etiam liberatur, ſi tempore, quo ducitur ad ſupplicium, Cardinalis capiti eius galerum ſuum imponeret.*

3 *Priuilegium conceſſum Nobili, quod poſſit eripere damnatum ad mortem tranſeuntem ante domum ipſius, valet.*

4 *Condemnatus ad mortem, volens ducere in vxorem meretricem, exiſtentem in lupanari, an liberetur.*

5 *Meretricem trahens e lupanari, & ducens in vxorem, conſequitur remiſſionem omnium peccatorum, & eſt laudandus, etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & ſanus, & ſine culpa aliqua. Eiuſque ratio. n. 6. & 7.*

8 *Degradatus actualiter matrimonium contrahere non poteſt.*

9 *Degradatus incontinenti amittit priuilegium clericale, Et efficitur de foro ſeculari. Et deſinit eſſe clericus.*

10 *Degradatio an charactèrem tollat. & num. 11.*

12 *Condemnatus ad furcas, an liberari debeat, ſi laqueo fracto in terram cadat.*

13 *Metus inſtantis periculi, & mortis, excuſat delinquentem à pœna capitali.*

14 *Pœnæ quæ nam hodie ſint in vſu in parricidio, in Italia, & Hiſpania. n. 15.*

16 *Teſtamentum condemnati ad mortem an valeat de iure, ſi conditum ſit ante condemnationem, & ad pias cauſas.*

17 *Teſtamentum factum in carceribus ab accuſato valet, ſi ibi indemnatus moriatur, ſecus vero ſi damnatus obierit.*

18 *Teſtamentum ante condemnationem conditum, an ſecuta condemnatione ad mortem irritetur.*

19 *Seruus pœnæ nemo bene natus hodie efficitur.*

20 *Teſtamentum poſt condemnationem ad mortem conditum, nec ad pias cauſas valet.*

21 *Teſtamentum etiam ad pias cauſas, redditur nullum, ſi poſt illud conditum teſtator ſuum capite minuatur, aut damnatus ad mortem, eiuſq; ratio.*

22 *Fundans ſe in priuilegio, conceſſo ob aliquam cauſam, vel qualitatem, non ſolum tenetur probare priuilegium, ſed etiam qualitatem illam, vel cauſam.*

23 *Teſtamentum condemnati ad mortem, ſiue factum ſit ante, vel poſt condemnationem, cum bona ipſius non confiſcantur, valet de conſuetudine, & multo magis, ſi ſit conditum ad piam cauſam. & nu. 27.*

24 *Conſuetudo ſemper declarat, & reſtringit omnē actum, ſiue diſpoſitionem, ſiue legalem, ſiue inter viuos, ſiue vltimæ voluntatis. Et quicquid ſit de iure, attenditur conſuetudo in teſtamentis, tàm circa grauia, quam leuia. nu. 25. Et approbat voluntatem teſtatoris, alioquin minus ſolemnem. nu. 26.*

28 *Conſuetudo attenditur etiamſi non fuerit præſcripta, ſed ſufficit ita aliquando fuiſſe obſeruatum. & inducitur per duos, vel tres actus, etiam in minori ſpatio decem annorum. num. 29.*

30 *In parricidii crimine non confiſcantur bona, nec fit condemnatio in bonis, & in perſona, ſed tantum in crimine læſæ maieſtatis, vel hæreſis. niſi conſuetudine vel ſtatuto aliud inductum ſit. nu. 31.*

32 *Sententia iudicis confiſcantis bona contra diſpoſitionem textus in auth.* bona damnatorum C. de bonis damnatorum. *non valet, neq; nocet, licet ab ea non ſit appellatum.*

33 *Fiſcus capit bona damnatorum ex ſucceſſorio edicto, cum deſiciunt proximiores ſucceſſores.*

34 *Bona damnatorum non publicantur, niſi in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis, ſed aſcendentibus, & deſcendentibus à latere prouenientibus deferuntur.*

35 *Principis reſcripto effici poteſt, vt teſtamenta damnatorum ad mortem valeant. Eiuſq; ratio nu. 36.*

37 *Conſuetudini ſtandum, etiam ſi contrarium diſponatur de iure communi.*

38 *Filiofamilias conſuetudine, vel ſtatuto poteſt concedi ius teſtandi, & omnia quæ ſunt de iure poſitiuo, faciendi.*

39 *Statutum diſponens, quod quilibet maior 14. annorum, & fœmina maior 12. poſſit teſtari, verificatur etiam in filiofamilias, vt videlicet poſſint teſtari in peculio aduentitio, cuius vſuſfructus patri non acquiritur.*

40 *Licet Teſtamentum conditum ab eo, qui poſtea condemnetur ob delictum ad pœnam mortis naturalis, vigore ſtatuti valeat, ſecus tamen erit ſi factum ſit in fraudem, & appareat deliberaſſe eo tempore teſtatorem de committendo delicto. Nec valet etiam teſtamentum ante condemnationem conditum, ſi poſt condemnationem aliud conderet condemnatus, quia etiam primum per hoc efficeretur inualidum.*

CONDEMNATVS ad † mortem, ſeu ad quamcunque aliam pœnam, tempore, quo proficiſcitur ad furcas, vel ad aliud ſupplicium deſtinatum, ſi arriperet fugam, & acciperet ſacerdotem portantem, per Ciuitatem, Corpus Chriſti, abſque aliquo dubio eſſet immunis, ac tutus ab illa pœna, vt per Gloſſ. *in c. quæſitum, 13. q. 2.* quam ſequuntur Archidi. ibi, Hoſtien. *in ſumma de immunit. eccleſ.* Card. *in Clemen. 1. § inſtitutione. in fin. de reliq. & vener. ſanct.* Corſe. *in ſingul. in ver. Cardinalis.* & communiter omnes Canoniſtæ. *in c. ſane. de electio.* Roman. *ſingul. 335.* Cotta *in memorab. in ver. Rationis identitas.* Alberti. *in t. 1. de hæreti. in 6. n. 18.* & Raynaldus Curſus *in addit. Oldradi. in conſ. 54. incip. Aufugiens. in litera C.* & iſtam eſſe communem opinionem ſcribit Gomeſi. *in § pœnales, n. 50. Inſtitu. de actio.* Ioan. de Arnono *in ſoliloquio 80. Dictat capitulum Regni, cuius eſt initium.* & Ioan. Lupi *in rubr. de donatio. inter vir. & vxor. § 38. num. 5.* Quod verum eſt, dummodo ad ipſum corpus Chriſti recurrat, & ſuſcepiſſet communionem, vt habetur per Felyn. *in c. quærenti. de offic. deleg.* & per Cottam *in memorab. in verb. Rationis identitas. circa finem.* Et tanto magis, cum regulariter ſententia capitalis contra condemnatum non veniat exequenda eo die, quo ſuſcepit ſacramentum Euchariſtiæ, ob illius reuerentiam, vt cenſuit Senatus Mantuanus, atteſtante D. Ioan. Pet. Surdo, *deciſ. 131. condemnato.* & ita ſemper obſeruauimus in ſacra regia Audientia Barenſi, & Apuliæ, ſuperioribus temporibus, in omnibus caſibus, tunc occurſis, tum ob reuerentiam ſacramenti, tum etiam, vt in præſentiarum humaniſſima, ac tolerabiliſſima, conſcientia propria, atque ipſorum damnatorum anima redderetur

Com. opin.

ſecu-

ſecuriſſima, prout ita firmat etiam frater Auguſtinus noſter de Viuo *in ſtudio veræ ſapientiæ, lib. 2. cap. 38. ante finem. fol. 292.* Nam ſecundum Auguſtinum, de ſpiritu, & anima, fœlix eſt anima, quam Dei pietas reſpicit, humilitas ſubiicit, potentia reducit, obedientia conducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, & charitas vnit. Vnde iudex in præſenti caſu tenetur procedere, ſalua eius conſcientia: nam duo nobis ſunt neceſſaria, conſcientia, quo ad nos, & fama, quo ad proximos, vt dicit textus *in c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. & in c. nullo, 12. q. 1.* imo quicquid fit contra conſcientiam ædificatur ad gehennam, *c. literas. de reſtit. ſpoliat. & c. fin. de præſcript. & c. per tuas. il 2. de ſimon.* vbi Innocent. ſed puritati conſcientiæ non debet deeſſe iudicium rationis. debet enim quis conſcientiam ea iudicio rationis informare, textus eſt *in c. non ſolum, de reg. lib. 6. & in Pſalterio*, trepidauerunt vbi non erat timor, & *in c. & ſi quæſtiones.* & ibi Abb. *in 1. notab. de ſimon.* cum ſignum bonæ, & timoratæ conſcientiæ, ſeu mentis ſit, timere culpam, vbi culpa non eſt, *c. ad eam vero concubitum, 3. diſt. & c. 2.* vbi Abb. *de obſer. ieiun.* imo contra legem conſcientiæ, minime eſt obediendum ſuperiori, etiam Papæ, textus eſt, & ibi Abb. *in c. inquiſitioni de ſentent. excommunic.* ſtante, quod vbi agitur de dubio peccato, quis relinquendus eſt conſcientiæ ſuæ, & ſic cognitioni, & ſcientiæ cordis ſui ipſius, *c. mulieri*, & ibi Abb. *in vltimo notab. de iureiur.* cum conſcientia bona ſit in hac vita ſummum bonum, *de tempor. ordin. c. quæſitum.* ſecundum Hoſtien. Nec non damnati ad mortem pœnitentes, aſſumenteſq; ſanctiſſimam euchariſtiam, poſſunt in Eccleſia ſepeliri cum miſſis, & officiis, ita Hoſtienſ. & Abb. *in c. ex parte. il 2. de ſepult.* & Maranta *in repet. l. ſi poteſt. nu. 119. ff. de acquiren. hered.* Eſt tamen bene verum, quod vbicunq; eſt reus damnatus, nō ſolum ad vltimi ſupplicii pœnam, ſed etiam ad dilaniandū eius cadauer in varias partes, & ad illas apponendas in cāpeſtria, variis in locis, & viis publicis, tunc ipſis membris ita ſciſſis, & appoſitis, denegatur ſepultura, vt quotidie practicatur. imo quidam miſer pater ꝓcurauit penes me in ſacra regia Audientia Barenſi, ſuperioribus annis, ſtante in ea condemnatione emanata ſui filii cum dilaniatione ſui cadaueris; vt illud cadauer ſepeliretur in Eccleſia Carmelitana offerendo eidem Eccleſiæ pro Eleemoſyna ducatos 400. ſed id obtinere tunc non potuit vllo modo.

2 Similiterq; priuilegium † Cardinalis liberat antedictum condemnatum à morte; nam Cardinales habent priuilegium, vt ſi condemnatus ad mortem ducatur ad ſupplicium, & ei fiat obuiam Cardinalis ipſe, & pileum appoſuerit in capite eius, non poteſt exequi ſententia ad mortem, ſed liberatur, ita Alber. Bald. Paul. de Caſt. Salyc. & alii omnes *in l. addictos. C. de appellat.* Amodeus Iuſtinus *in tract. ſyndicatus. n. 253.* Marſil. *in rub. ff. de falſis. num. 13.* Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus, *in tractat. de Imperatore. q. 67. nu. 3.* Petr. à Plaza, cum aliis aggregatis per eum, *in epito. cauſar. criminal. lib. 1. c. 34.* & Illuſtriſſimus D. Card. Albanus *in lucubrationibus ad Bar. in l. ſeruum. n. 2. & ſeq. ff. de leg. 1.* vbi ſubtiliſſime, atque doctiſſime remouet, ac penitus tollit, ſolita naturali facundia ſua, omnia contraria, & planum facit iſtam eſſe communem opinionem, & Zaſius, *in §. pœnales. nu. 32. Inſtit. de actio.* qui ibi hoc ampliat procedere etiam in Comitibus, & Baronibus, & abſque ratione, & fundamento vllo quidem, & Cotta *in memorab. in ver. Cardinales.* & Petr. Duennas *in reg. 81.* vbi ponit hoc pro regula cum ſex limitationibus remiſſiue. Ideoq; dat cautelam Cepol. *in 2. cautel. in princ.* vt condemnatus

Cōis opin

procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam, per quam ducitur ipſe condemnatus, & obuiam ſibi faciat, & apponat in condemnati capite pileum, & erit liber, vt per Paridem de Puteo *in tract. ſyndicatus. in ver. Pœna. verſ. an ſi primo.* & huic opinioni inhæret quoque eam limitando, conſummatiſſimus D. Vincent. Maxilla *in conſuetudinibus Ciuitatis Bari in proœmio. nu. 211. cum aliis ſeqq.* vbi firmat huiuſmodi priuilegium conceſſum Cardinalib. valere, & tenere, ſed principem concedentem peccare. Et concludit † etiam inibi, 3 *num. 208. cum aliis ſeqq.* valere priuilegium conceſſum per Principem alicui Nobili, quod poſſit eripere damnatum ad mortē tranſeuntem ante domū ipſius, contra Andr. de Iſern. contrarium aſſeuerantem *in tit. quæ ſint rega. in ver. & bona committentium. col. 1.* Et ita vidimus compluribus quippe vicib. de facto obſeruari in aliquibus Ciuitatibus Italiæ.

Tertio etiam liberatur condemnatus ad † mortem, ſi vellet meretricem exiſtentem in lupanari ducere in vxorem, vt per Paridem de Puteo *in citato verſ. an ſi primo. & in verſ. & alia, quæ non omitto,* vbi ait hoc iure non probari, ſed tantum quod peccata omnia ſibi dimittuntur, & ita practicant Hiſpani, & obſeruant, vt ibi per eum, & quod condemnatus ad mortem, non ſit meretrici vel alteri mulieri cōcedendus, tenet Iac. Beluiſus *in ſua pract. crimin. indic. in tit. de Lenonibus. num. 32.* quamuis enim aliter referat Couarru. *de matrim. in 2. par. c. 3. tom. 1. §. 4. n. 17.* exiſtimans talem vſum in quouis crimine non eſſe iuſtū, ſed in aliquo eſſe permiſſibilem. & ita concludit quoque Neuiza. *in ſylua nuptiali. lib. 4. ſub num. 33.* vbi refert ſimiliter hoc potius de conſuetudine quam de iure communi procedere. Sed nota, quod quidam pulcherrimus Iuuenis Hiſpanus, dum eſſet deprehenſus in Palatio Catholici Regis Hiſpaniarum, nocturno tempore, ſuperioribus annis, qui captus amore cuiuſdam famulæ eiuſdem Regis, procurabat eam oſculari, & ducere poſtmodum in vxorem, tamen ſtatim eo reperto, motu proprio fuit condemnatus ad mortem, & dum ducebatur ad ſupplicium, meretrix quædā, ſed ſenex, & turpiſſimi corporis obuiam ei facta, ꝓcurauit ipſum condemnatū accipere in virum ſuum; Nihilominus idem iuuenis, etiamſi ſciret ſe poſſe euadere ſupplicium ducendo dictam meretricem in vxorem, inſpiciendo turpitudinē vultus ipſius, dum ſedebat ſuper aſinum, dixit carnifici *tocca, tocca preſto l'aſino*, id eſt, *percute cito aſinum*, quia potius mori volo, quam ducere meretricem in vxorem, quod audiens Rex, iuſſit, vt iſte iuuenis relaxaretur in priſtinam libertatem, & pariter ei traderetur in vxorem, antedicta famula. & vide Iul. Clar. *in pract. crimi.* vbi citat hunc locum, *q. 98 verſ. quæro etiam.* ſed cōdemnatus ad mortem, non eſt meretrici, vel alteri mulieri concedendus, vt tenet Iacob. Beluiſus *in ſua pract. criminali. indiciaria, in tit. de Lenonibus. n. 32.* quamuis eum aliter referat Couarru. *de matrim. in 2. par. cap. 3. tom. 1. §. 4. num. 17.* vbi videas putantem talem vſum in quouis crimine non eſſe iuſtum: ſed in aliquo caſu permiſſibilem.

Meretricem enim, aduerte, tradere † de lupanari, & accipere in vxorem ꝓficit ad remiſſionem peccatorum, *c. inter opera. de ſponſ.* Imo ſecundum Card. & Præpoſi. ibi hoc opus exercenti remiſſio peccatorum omnium conceditur, licet iſtis Dd. & male refragetur Abb. nam Oſeas Propheta duxit meretricem in vxorem, & illam ea mala bonam fecit, & qui hoc fecerit, non eſt culpandus ſed laudandus, etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & abſque culpa aliqua, *can. non eſt culpandus Oſeas Propheta, 32 quæſtion. 1.* 5

faciunt

faciont not. per Alberi. *in dictionario. in verſ. Meretrix.*
& per Conarru. *in epito. de teſtamen. in 2. par. c. 8. §. 11. n.*
3. fol par. 194. & profuſius per Neuizanum *in loco præ-*
6 *citato.* Facit † text. & Gloſſ. *in l. ſi ea qua, C. de adulter.*
& ſolennitas iuris humani, & pœna ceſſat, puta, quã-
do aliquis ducit puellam meretricem in vxorem, vt
bonam reddat, & amplius non peccet, ſecundum
Abb. *conſ. 11. in cauſa. num. 1. vol. 1. c. relatum. de teſtament.*
Quæ enim ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege
humana, *c. licet. de regula.* Abb. *dict. conſ. 11. col. 1.* tunc
enim videtur redemptum corpus, & anima puellæ à
peccato, & à diaboli captiuitate, ergo ceſſat ſolenni-
tas & pœna iuris.

7 Imo iſtæ † meretrices taliter reuerſæ ad meliorem
frugem, tutam ſpem habent vitæ æternæ, ſecundum
Matthæum 21 publicani, & meretrices præcedent vos
8 in regno cœlorum. Sed iſta opinio † non procede-
ret in clerico, ſeu alio religioſo: nam clericus ipſe a-
ctualiter degradatus, matrimonium contrahere ne-
quiret, ſecundum Abb. *in cap. 1. num. 11. qui cler. vel vo.*
9 Quia licet ille † incontinẽti per huiuſmodi degrada-
tionem actualem perdat quodcunque clericale pri-
uilegium, efficiaturque de foro ſeculari, *c. degradatio.*
de pœnis. lib. 6. Abb. *in c. nouimus. de verb. ſignif.* Dec. *in c.*
cum non ab homine. num. 68. de iud. & Roland. à Valle,
conſ. 24. in cauſa præſentis proceſſus. ſub nu. 10. & ſeq. vol. 1.
Imo etiam deſinat eſſe clericus, teſte Abb. *in c. cum ſit*
10 *proprium. num. 7. de cond. appo.* Tamen ſemper † rema-
net character, ratione cuius, ſi de facto celebraret,
conficeret ſemper verum Corpus Chriſti, vt conce-
dit Ioan. Andr. in Nouell. ibi & Abb. *in d. c. 1. ſub nu.*
11. qui clerici, vel vouentes, matrim. contrahere poſſint. &
Cõis opin. ita firmant cõſtanter, & communiter omnes Theo-
logi, atteſtante Abb. *in d. c. 1. in fin.* & præſertim Sanct.
Thom. *in 3. q. 83. art. 8.* concludens ibi, quod poteſtas
conſecrandi eucharistiam pertineat ad characterem
ſacerdotalis ordinis, character autem quilibet, qui
cum quadam conſecratione datur, indelebilis eſt,
ſicut quarumcunque rerum conſecrationes perpe-
tuæ ſunt, nec amitti, nec reintegrari quidẽ poſſunt.
Vnde manifeſta res extat, quod poteſtas conſecran-
di, non amittatur per degradationem, & tenetur du-
bio procul, ſi in ſacris erat, dicere officium, *c. dolen-*
tes. de celebra. miſſ. non tamen cum *Dominus Vobiſcum,*
vel alia ſolennitate. Et ratio huius communis ſen-
tentiæ Theologorum aſſignari poſſet iſthæc: nam
degradatio non amouet characteres de anima mo-
11 do aliquo. Et hinc eſt, † quod ſi degradatus more-
retur, & poſtmodum reſurgeret, non deberet ite-
rum ordinari, ſecundum Gloſſ. *in c. 2. 32. q. 7.* Sicut *in*
c. non poteſt. de re iud. & Ioan. Bertach. *in tract. de epiſc.*
in vlt. par. & Dd. *in d. c. degradatio.*

In contrariam vero partem, videlicet, quod de-
gradatus de facto celebrans poſt degradationem, nõ
conficiat Corpus Chriſti, inclinarunt Gemi. & Cel-
ſus ibi *in apoſtill. in d. c. 2. de pœn. lib. 6.* Sed quicquid Dd.
iſti fabulentur, nolo aliter recedere à communi præ-
memorata, tanquam pia, ſacroſancta, & fundata in
illa viua ratione, quod degradatus nullatenus amit-
tat characterem, tanquam in anima realiter impreſ-
ſum, atq; indelebilem.

12 Quarto † condemnatus ad mortem liberatur ꝓ-
pter miraculum, vt per Lucam de Penna, *in l. 1. C. de*
deſer. & occul. lib. 12. & Dec. *in l. fauorabiliores. ff. de reg.*
iur. vbi ponunt exemplum de eo, qui ſuſpenditur ad
furcas, & laqueus confrangitur, & cecidit ſuſpenſus
in terram, nunc proculdubio erit liberandus conde-
mnatus ad mortem, ex quo videtur miraculoſe fa-
ctum, & eſt maximum innocentiæ ſignum. Hocque
intelligit Dec. vbi ſupra, ſi prius fuerit proteſtatus de
ſua innocentia, vt per Par. de Puteo *in d. ver. pœna. verſ.*
an ſi. il 2. per dictum Pſalm. Laqueus contritus eſt, & nos li-
berati ſumus, & per Criminaliſtas omnes, *variis in locis*
iuris noſtri.

Quinto metus † inſtantis periculi, & mortis excu- 13
ſat delinquentem à capitali pœna, ideoq; ſi quis Ty-
rannus, aut potens dicat alicui non potenti, occidas
talem, alias occidam te, & ille reperiretur in huiuſ-
modi cõſtitutus periculo, & calamitate, quod ſi eius
iuſſum non adimpleret, mitteret minas ad effectum,
tunc ſi aliter euadere nõ poſſet vitam ſuam occiden-
do, excuſatur ſi occidat, nec vtique aliqua pœna pu-
nitur, propter mortis periculum, ſecundum Bald. &
Alex. *in l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* & Floria. ibi, *in prin.*
in l. quod dicitur. ff. ad l. Aquil. in l. 1. ff. de ſicar. Pet. & Cyn.
in l. ſcientia. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Bald. *in l. 1.*
q. 2. C. vnde vi. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi. & in c. 1. §. iniu-
ria. col. fin. de pace tenenda. Gandi. *in rub. de pœn. col. pen.*
Gloſſ. *in l. ſi familia communis. in verſ. & ſi ſeruus. ff. ſi fa-*
mil. fur. fe. Cæpol. *caute. 4. & 40.* Ioan. de Lig. *in tract.*
de bello. fol. 125. Felyn. *in c. ſignificaſti, il 2. circa fin. de ho-*
mic. Curt. *conſ. 20.* Iaſ. *in §. metus. col. antepen. Inſtit. de*
actio. Dec. *conſ. 536. & in regula velle non creditur. ff. de*
reg. iur. & in l. quod iuſſu. eod. tit. & in l. vt vim. ff. de iuſt. &
iure. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Cõis
Marſil. *conſ. 25.* Corſetus, *in ſingul. in ver. metus.* vbi et- opin.
iam hanc fatetur communem, & ſequendam, &
Grammati. *voto 28.*

Sed his in medium explicatis, pro eorum comple-
mento plurimum me profecto in præſentiarum in-
citauit illa ſpeculatio tractatione digna, ad explican-
dum, atque manifeſtandum, mediantibus omnibus
ſuis neruis, vtrum teſtamentum cuiuſdam crudeliſ-
ſimæ, & inhumaniſſimæ matris valeat, quod confe-
cit ad pias cauſas, anteq́uã eſſet condemnata ad fur-
cas, ob parricidium filii, quem, effecta prægnans, vi-
uum peperit, & deinde in latrinam proiecit, propter
quod crimen parricidii fuit iuſtiſſime ſuſpenſa. Velu-
ti hodie pœna furcarum in † parricidio eſt in vſo, & 14
obſeruantia in Italia, ſicut iterum etiam Mediolani
ſeruari ait Iul. Clar. *in §. parricidium, in fine. in practic.*
cauſar. criminal. & in Regno Neapolitano ſeruari in-
quit Gramm. *in conſtit. Regni. fol. 121. col. 1. n. 10.* ita vt pœ-
næ, quibus olim grauius, & acerbius parricidæ pu-
niebantur, hodie videantur abrogatæ, vt pœnæ *l. vni-*
ca. C. de his qui parent. vel liberos occid. vt planum quoq;
facit Salyc. *eo in loco, ſub nu. 1.* & poſt eum Ang. *in tract.*
de maleficiis. in ver. ex interuallo. nu. 16. & Carrerius *fol.*
236. num. 147. Veronen. *conſ. trium. 5. col. fin.* Licet in Hi-
ſpania † parricidæ dentur canib. lacerandi, & culeo 15
inſuantur, atque in flumen proiiciantur, atteſtante
Petro Placa *lib. 1. delictorum. c. 22. n. 7. in fin.* ſubdens ita
obſeruare praxim; receptior eſt tamen hodie in Ita-
lia pœna furcarum, qua fuit mulier iſta punita.

In dubio igitur propoſito, † de iure communi mi- 16
nime ambigendũ eſt, quin huiuſmodi teſtamentum
non valeat aliquo modo, etiam conditum ad piam
cauſam, & antequã fuiſſet condemnata mulier ipſa.
& ſi indubitanter equidem non valeat poſt conde-
mnationem; cum ſtatim per condemnationem quis
effectus ſit ſeruus pœnæ, & ideo inteſtabilis, vt eſt
communis opinio, ſecundum Bald. *in l. fin. num. 15. C.* Cõis
ſi à non competen. iudic. & poſt eum cenſuit idem Apo- opin.
ſtilla ad Ang. *in tract. de maleficiis, in ver. & ſibi caput à*
ſpatulis. poſt num. 20. & 23. & ſequitur Iul. Clar. *in tract.*
de teſtam. quæſt. 21. in princ. tamen idem eſſet, ſi foret
conditum ante cõdemnationem, quia quamuis va-
leret à principio, nihilominus ex poſt facto fieret ir-
ritum,

ſtum, ſuperueniente ſententia condemnationis ad
mortem, *l. eius qui. §. 1. ff. de teſtament.* vbi ita explicat
Bart. ſummando illum textum, inquiens, quod da-
mnatio, qua amittitur vita, ciuitas, & libertas, im-
pediat teſtamentum fieri, & rumpit iam factum. &
idem probat Iuriſconſultus, *in l. ſi quis filio. §. irritum.
verſ. ſed quis fuerit. ff. de iniuſt. teſtam.* & eo in loco notat
17 Ang. de Vbaldis, & Imol. Imo reſpondit † idem Iuriſ-
conſultus *in l. ſi quis poſt ff. de teſta.* quod teſtamentum
factum in carceribus ab accuſato, valeat, ſi ibi inda-
mnatus moriatur: & ideo reſpondit, ſecus eſſe, ſi
18 condemnatus obierit. Quia † teſtamentum antea
factum, irritatur; & ratio, vt dictum eſt, illa eſſe vi-
detur, quod per damnationem ad mortem ſtatim
quis efficiatur ſeruus pœnæ, *l. qui ſtatum. & l. qui vlti-
mo. ff. de pæn.* & incidit in maximam capitis diminu-
tionem, ob quam ciuitas, & libertas amittitur, *§. 1.
Inſtit. de cap. dimin. & l. fin. ff. eod. tit.* & per quamcun-
que capitis diminutionem teſtamentum prius con-
ditum regulariter rumpitur, *§. alio quoque modo. & §.
non tantum. Inſtitut. quib. modis teſtamenta infirman.* &
Pariſ. *conſil. 46 primum teſtamentum. numer. 11. & ſeqq.
vol. 3.*

19 Et quamuis hodie, nemo, qui bene † natus eſt, fiat
ſeruus pœnæ, vt eſt textus in *§. quod autem. in authent.
de nupt. & in authent. ſed hodie, C. de donat. inter vir. &*
Cōis *vxor.* tamen vti poſt Gloſ. ibidem explicant commu-
opin. niter Scribentes, id procedit tantum in his, quibus
conceditur ſuperuiuere, vt in damnatis in metal-
lum, non autem in his, quibus mors pro pœna deſti-
nata fuit, vti etiam declarat Bart. *in d. l. qui vltimo, &
in l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam.* & Pariſ. *in allegato conſ. 46.
num. 11. & ſeq.* & hanc opinionem; quod teſtamen-
tum damnati ad mortem, etiam ante condemnatio-
nem factum, non valeat, ſecuta condemnatione, ſed
irritum fiat, ſequuntur inter vetuſtiores Imol. *in cap.
quia ingredientibus. verſ. circa ſeptimum. de teſtam.* Fran-
chus *in rub. de teſtam. lib. 6. col. 8.* Ang. *in §. ſed habentur.
Inſt. de teſtam. milit. & in tract. maleficiorum. in gl. & ſibi
caput à ſpatulis. verſ. & nota bene.* & inter recentiores, ex
facto conſultus, ita reſpondit Natta *conſ. 178. vertitur
dubium. vol. 1.* & ita determinat quoq; Iul. Clar. *q. 21. in
princ. in tract. de teſtamen.*

20 Cæterum, quia in † terminis caſus, de quo agitur,
ſumus in teſtamento condito ante cōdemnationem
ad mortem ab iſta muliere, & ad pias cauſas, iden v-
rgentior videtur difficultas, quia etſi poſt cōdemna-
tionem eiuſmodi teſtamentum, nec ad pias cauſas
valere frequentius opinentur Dd. vt Bart. *in l. 1. verſ.
quarto quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ.* propter eaſdem
præſcriptas rationes, & Io. And. *in c. quanquam de v-*
Cōis *ſur. lib. 6. in nouell.* & eſſe communem opinionem in-
opin. quit Abb. *in rub. de teſtam. poſt nu. 11.* & Iul. Clar. *q. 5.
ver. quæro quid in damnato ad mortem. in tract. de teſtam.*
qui allegat Alex. *conſ. 172. num. 5. vol. 5.* atteſtantem eſ-
ſe communem opinionem, ſed tamen Alexander
ipſe, *in libro meo*, non teſtatur eſſe communem, ſed
quidem magis communem: tamen minime Bartol.
Io. And. Abb. Alex. & Iul. Clar. loquuntur in teſta-
mento condito à damnato ad mortem ante conde-
mnationem, & ad pias cauſas, ſed tantum in teſta-
mento condito ſimpliciter ad pias cauſas poſt con-
21 demnationem. Verum cum eædem † militent ratio-
nes, quibus moti fuere, vt decreuerint, nec etiam
ante condemnationem conditum, ad cauſas profa-
nas, idcirco neceſſario concludi oportet, obtinere
locum, etiam in condito ad pias cauſas, concurrenti-
bus, vigentibusq; eiſdem rationibus, licet in hoc ca-
ſu id non explicent Dd. prææallegati: nam ratio, qua

reſpondere Iuriſconſultus in *l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam.
& in l. ſi quis filio. §. irritum. verſ. ſed quis fuerit. ff. de iniuſt.
teſtam.* quod damnatio, qua perditur vita, ciuitas, &
libertas, impediat teſtamentum fieri, & rumpit iam
factum, cum loquatur generaliter, vtique generali-
ter debet interpretari, vt locum obtineat in teſta-
mento, etiam facto ad rem piam, etiam ante conde-
mnationem, alias in hoc induceretur priuilegium
contra ius commune, quod non eſt dicendum, niſi
quatenus expreſſe introductum reperiatur, ad no-
tata per Gloſſ. *in cap. cum expediat. de electio. lib. 6.*

Et cum quis † ſe fundat in priuilegio, conceſſo ob 22
aliquam qualitatem, vel cauſam, non tantum tene-
tur probare priuilegium, ſed etiam qualitatem, vel
cauſam, in qua is ſe fundat, vt tradunt Berous *conſ.
29. num. 2. vol. 1.* & Tiber. Decianus *conſ. 24. nu. 59. vol. 1.*
Idcirco ex prædictis clare liquet, de iure communi
huiuſmodi teſtamentum minime valere, ac nullius
eſſe roboris, & firmitatis.

Verum enimuero † in terminis noſtris hodie, at- 23
tenta conſuetudine, & obſeruantia ſubſecuta, con-
trarium verius eſſe puto; quod ſine controuerſia a-
liqua admittunt Scribentes; vt teſtamentum condi-
tum, vel ante, vel poſt condemnationē per damna-
tum ad mortem, etiam ad rem profanam, & multo
magis ad rem piam, valeat de conſuetudine, cum
bona non confiſcantur, veluti de cōſuetudine quo-
tidie obſeruari dicit Imol. *in dict. c. quia ingredientibus*,
quem referunt, & ſequuntur Natta *in allegato conſil.
178. poſt num. 4. vol. 1.* & Iul. Clar. *in d. quæſt. 21. in princ. in
tract. de teſtam.* vbi planum facit, quod licet de iure
talia teſtamenta parum, aut nihil valeant, tamē non
eſſe ab ipſa conſuetudine recedēdum. Et hæc † con- 24
ſuetudo interpretatiua, ſiue obſeruantia ſubſecuta,
ſemper declarat, interpretatur, & reſtringit omnem
actum, & diſpoſitionem, ſiue legalem, ſiue inter vi-
uos, ſiue vltimæ voluntatis, vt commemorat Berous
conſ. 91. nu. 10. vol. 3. & tollit etiam nullitates obiectas,
l. quadam mulier. ff. famil. erciſcund. Crauet. *conſ. 101. nu.
4. & conſ. 127. n. 9.* & Simon de Prætis *conſil. 77. n. 16.*

Et quicquid ſit de iure, in † teſtamentis, tam cir- 25
ca leuia, quam circa grauia, attenditur iſta commu-
nis obſeruantia ſubſecuta, vt eſt communis opinio, Cōis
vti poſt alios voluit Boer. *deciſ. 228. ſub num. 6. verſ. mo-* opin.
do iungamus. Iacob. Mandell. de Alba *conſil. 6. num.
20.* Et approbat † voluntatem, alioquin minus ſo- 26
lennem, teſtatoris, etiam nullam, vt per Crauet.
conſ. 277. col. 5. verſ. & quod ex obſeruantia. & Franciſc.
Beccium *conſ. 96. num. 14. vol. 1.*

Et iſta conſuetudo interpretatiua, † quæ in ter- 27
minis noſtris viget, & practicatur in omnibus Italiæ
locis, vt cum bona damnatorum ad mortem non
publicantur, eorum teſtamenta, vel ante conde-
mnationem, vel poſtea facta, omnino obſeruentur,
& potiſſimum ad cauſam piam condita. In tantum,
vt attendatur de † iure, etiamſi non fuerit præſcri- 28
pta, ſed ſufficit ita aliquando fuiſſe obſeruatum, ita
Bart. *in c. vltimo. de conſuetud.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 347.
col. vltima. vol. 1.* Petrus de Rauenna *in tract. de conſue-
tud. num. 177.* Rocchus de Curte *in eodem tract. de con-
ſuetud. num. 54. verſ. quarto quæro.* Socin. ſen. *conſ. 3. nu. 5.
vol. 1.* Franciſc. Beccius *conſ. 101. num. 50. vol. 1.* Menoch.
*conſ. 21. nu. 15. & conſ. 73. num. 76. vol. 1. & in tract. de arbit.
iudic. quæſt. 99. num. 11. cum aliis, de quibus* per Ioſeph. de
Luduuicis *concluſ. 38. in tit. de obſeruantia ſubſecuta. verſ.
ampliatur primo. in lib. comm. opin.* Vbi ſubdit non ſolū
requiri dictam conſuetudinem, ſeu obſeruantiam
ſubſecutam eſſe præſcriptā, ſed ſufficere aliquando
fuiſſe ita ſeruatū, verū † etiam induci p duos, vel tres 29
actus,

actos, etiam in minori ſpacio decem annorum, veluti ita tradunt Addent. *ad deciſ. Rota Roman. 6. tit. de conſuetud. nu. 6. & ſeq. fol. 19.* quas ob res, ſtante huiuſmodi conſuetudine, quod teſtamenta damnatorum ad ad mortem, cum eorum bona non publicentur, obſeruentur, ſicuti per conſuetudinem, & ſtatuta, illis hoc caſu permitti, vt teſtentur, aſſeruere Imol. *in d. c. quia ingredientibus.* & Paul. Caſtren. *in l. cum qui. §. 1. ff. de teſtamen* quos ſequitur Natta *in d. conſ. 178. n. 5. vol. 2.* & Iul. Clar. *in tract. de teſtam. quæſt. 21. in princ.* qui tamen Paulum Caſtrenſem non allegat: vtique ſatis compertum erit, teſtamentum huius mulieris, ſuppoſito nos eſſe in delicto, in quo bona nō publicentur, validiſſimum eſſe, non tantum conditū ad cauſam piam, ſed etiam ad rem profanam, ſi factū foret.

30 Quod autem nos ſimus in † delicto, in quo non publicentur bona, conſtat, quia crimen parricidii nō eſt de illis, in quibus ſit condemnatio in bonis, & in perſonam, cum tantum in crimine læſæ maieſtatis, vel hæreſis, quod eſt illi ſimile, cōfiſcatio bonorum, vna cum perſona ad mortem damnata, iudicetur; veluti ita eſt de generali conſuetudine, & obſeruantia totius mundi, vt teſtatur Alberic. de Roſat. *in 3. parte ſtatutorum, quæſt. 18. prope finem.* & poſt eum Veronen. *conſ. crimin. 17. in 3. dubio.* Dec. *conſ. 442. num. 6.* Roland. à Valle *conſ. 97. num. 2. volum. 2. & conſ. ſequen. num. 5.* & Iul. Clar. poſt plures, quos allegat, *quæſt. 78. in princ. in pract. cauſar. criminalium.* Vbi itaque, ſecus 31 eſſe, ſi † ex diſpoſitione ſtatuti, vel alterius conſuetudinis diſponatur, vt in aliis quoque delictis bona publicentur, veluti ex diſpoſitione conſtitutionum pontificalium, in condemnatis etiam ad pœnā mortis, in contumaciam, quando non poſſunt decapitari perſonæ, confiſcantur eorum bona, etiam in crimine homicidii, vt communiter in ſtatu eccleſiaſtico obſeruatur, & fere in omnibus partibus Italiæ. ſed quando perſona decapitatur, vtiq; in homicidio, & in aliis delictis, præter hæreſis, & læſæ maieſtatis crimina, minime debent publicari, ſed deferuntur filiis, & illis deficientibus, proximioribus condemnati, intra quartum gradum exiſtentibus, ſecundū ordinem ſucceſſionis, vt eſt textus *in authen. bona damnatorum, C. de bonis damnat.* Et ſi iudex contra illum 32 textum † confiſcaret bona, ſententia non valeret, & nihil efficeret, licet nullo modo appellatum fuiſſet, ita Marſil. *in l. ſi a num. 189. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Dec. *conſ. 252. col. 4. in princ.* & Roland. à Valle *conſ. 98. n. 4. vol. 2.* aſſerens eatenus hoc locū habere, vt nec etiam ex forma ſtatuti poſſint publicari, niſi in ipſo ſtatuto expreſſe ita caueatur, poſt Albericum, Decium, Marſilium, Veronenſem, & alios, quos citat. Sed quan-33 do deficerent † proximiores, tunc caperet Fiſcus ex ſucceſſorio edicto, ſcilicet deficientibus aliis ſucceſſoribus; vt per Clarum *in d. q. 78. poſt nu. 29.*

34 Cum igitur bona † damnatorum hodie minime gentium publicentur, per textum allegatum *in auth. bona damnatorum.* ſed aſcendentibus, & deſcendentibus a latere prouenientibus, deferantur; niſi in crimine læſæ maieſtatis, vt explicauimus infra, non ambigue, *in opinio. 140.* quod confiſcari debeant omnia bona rei committentis delictum læſæ maieſtatis, vel in crimine hæreſis, vt poſt plures probat Roland. à Valle *conſ. 97. num. 2. & conſ. ſeq. num. 5. vol. 2.* vt ſupra demonſtratum eſt ſequitur ergo, quod ſtante huiuſcemodi conſuetudine, & obſeruantia, quod quādo bona non publicantur, damnati ad mortem poſſint teſtari, & obſeruentur eorum teſtamenta, quicquid ſit de rigore iuris; hodie attendantur eorum vltimæ voluntates, ſiue ſint conditæ antequam damnarentur, vel poſtea, & potiſſimum fauore piæ cauſæ, quicquid de vero iure reſpondeat, voluerit Natta, *conſ. 178. per totum. vol. 2.* vbi conſuluit in terminis iuris communis, nulla præſuppoſita conſuetudine in contrarium.

Imo circumſcripta † conſuetudine, vel reſcripto 35 Principis, volentis, & mandantis ex certa ſcientia, vt huius generis teſtamenta obſeruentur, cenſuit idem Natta *eo in loco,* id de iure effici omnino poſſe, vt teſtamenta iſta damnatorum ad mortem valeant. Inquit enim, quod dum iſte † defectus ſit iuris poſitiui, 36 certe Princeps aduerſus illum diſpenſare poteſt, *cap. propoſuit, de conceſſ. praeben. l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. l. idem Vlpianus. in fine ff. de excuſat. tutor.* & ſubdit Natta, quod quemadmodū id poteſt effici conſuetudine, ſecundum *deciſionem* Imolæ, & Pauli Caſtrenſis, in locis præmemoratis, ita etiam poteſt effici priuilegio, *c. cum contingat. in fine. de foro compet. & c. duo ſimul de offic. ordin.* & opinionem iſtam magiſtraliter quidem, & in terminis approbauit Parif. *conſ. 4. ad primum teſtamentum. n. 30. cum aliis ſeqq. vol. 3.*

Nec refragatur, quod adſit præiudicium agnatorum, quibus deferuntur bona condemnati ad mortem ab inteſtato, iuxta textum *in d. auth. bona damnatorum:* quia reſpondendum eſt, quod admiſſa huiuſmodi conſuetudine, & obſeruantia ſubſecuta, quod damnati ad mortem, cum eorum bona non publicentur, poſſint hodie teſtari, vtique derogatum ſit *d. authen. bona damnatorum.* per conſuetudinem contrariam, quicquid † diſponat ius commune; eſt ſtandum 37 conſuetudini, vt inquit Rota Peruſina *deciſ. 62. nu. 8. parte 2.* Menoch. *conſ. 32. num. 44. vol. 1.* Cephal. *conſ. 204. nu. 38. vol. 2.* & Beroius *conſ. 4. n. 20. vol. 1.* Natta *conſ. 406. n. 25. vol. 2.* Gratus *conſ. 115. n. 18. vol. 2.* & habet vim legis, & eſt eiuſdem potentiæ, cuius eſt lex, vt per Roland. à Valle *conſ. 19. nu. 9. vol. 4.*

Veluti etiam, licet filiifamilias † non poſſint teſta- 38 ri, præterquam in Caſtrenſibus, vel quaſi, ſed eorum bona reſeruentur patribus, ratione patriæ poteſtatis, *l. qui in poteſtate. & l. filiusfamil. as. ff. de teſtam.* Rolan. à Valle *conſ. 68. nu. 3. vol. 4.* Iul. Clar. *in tract. de teſtamen. quæſt. 18.* & Franc. Beccius *conſ. 76. a n. 1.* tamen conſuetudine poteſt concedi filiofamilias ius teſtandi, & omnia quæ ſunt de iure poſitiuo faciendi, ita Innoc. *in c. Raynutius. de teſtam.* Ancharan. & Imol. *in c. 2. eod. tit.* Bald. & Iaſ. *in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bald. *in tract. ſtatutorum. in ver. teſtari. verſ. ſtatutum, ſiue conſuetudo.* & hanc opinionem approbaui infra etiam *in opinione 302. filiusfamilias in poteſtate conſtitutus. num. 35. & ſeq.* & Ioſeph. Ludouicus *in opin. 61. in tit. de teſtamen. filiusfamilias. verſ. fallit ſecundo.* Vbi annectit etiam, † non tantum poſſe conſuetudine id 39 effici, & ſtatuto ſimpliciter diſponente, quod quilibet maior 14. annorum, & fœmina maior 12. poſſit teſtari, ſed huiuſmodi ſtatutum verificari etiam in filiisfamilias, ne ſtatutum reddatur ſuperfluum, vt firmauere Neuizan. *conſ. 95. nu. 19.* & Cephal. *conſ. 423. n. 21. & ſeq. vol. 3.* intelligendo, vt hoc caſu filiusfamilias poſſit teſtari in peculio aduentitio, cuius vſusfructus patri nō fuerit quæſitus, vt minus deroget iuri communi, vt explicat Ioſeph. Ludouic. *vbi ſupra,* & hinc patet, nullum vrgere conſiderabile præiudicium agnatorum, vt poſſit probabiliter dubitari, nedum ſuſtineri, vt conſuetudine effici non poſſit, vel ſtatuto, quin teſtamenta damnatorum ad mortem, cum eorum bona non publicentur, valeant, & obſeruentur, veluti etiam in propoſito, quando reſcripto Principis mandatur ex certa ſcientia, vt iſta teſtamenta obſeruentur, nullum vrgere præiudicium agnatorū,

quibus

quibus damnati hereditas delata eſſet, explicat Natta *in allegato conſ. 178. poſt n. 3. in fine. vol. 1.* ergo ſine dubio teſtamentum huius mulieris damnatæ ad mortem. potiſſimum conditum ad fauorem piæ cauſæ, ſtante conſuetudine prædicta, valebit, licet vere ſecus ſit de vero iure communi.

40 Sed vt habeas † expleam totam præſentem materiam, animaduertendum eſt, quod Bononiæ extet, reperiaturq; ſtatutum, concedens facultatem teſtandi damnatis ad mortem; vnde occurſo caſu in Rota Romana, annis ſuperioribus; num teſtamentũ conditum ante perpetratum delictũ, ſi poſtea committatur crimen aliquod morte dignum, per eundem teſtatorem, & condemnetur pœna mortis naturalis, valeat, & obſeruari debeat, fuit deciſum, atque reſolutum in ipſa Rota, tale teſtamentum, vigore huiuſmodi ſtatuti, validum, atq; firmum remanere, atteſtante Puteo *deciſ. 313. ſtatutum Bononienſe. lib. 2.* Sed ſi damnatus ipſe aliud tunc conderet teſtamentum, etiamſi eſſet nullum hoc ſecundum teſtamentum, tamen primum etiam redderetur nullum, & inualidũ, vt determinauit Rota Rom. ſecundũ Puteum *in ead. deciſ. 313. in fi.* Verum circa primi teſtamẽti validitatẽ, vel inualiditatẽ, & veram, genuinãq; intelligentiam, & ſenſum huius ſtatuti Bononienſis, quamplurima adducit, cum ſuo neceſſario apparatu Pariſ. *conſ. 46. primũ teſtamentum vol. 3. nu. 11. cum aliis ſeqq.* vbi vtiliter etiam iſtam deciſionem Rotæ Rom. limitat *num. 19.* non procedere, ſi tale teſtamentum fieret in fraudẽ, & ſic deliberaret teſtator tempore conditi teſtamẽti delictum committere, quo caſu teſtamentum redderetur fruſtratorium, & inutile, tanquam doloſum.

OPINIO CXXIIX.

SVMMARIA.

1 *Succeſſor ſingularis, vel emptor poteſt expellere conductorem. Fallit, vt n. 19.*

2 *Succeſſor an teneatur ſtare locationi, factæ per Rectorem, ſeu Prælatum eius prædeceſſorem. & num. 3.*

4 *Succeſſor ſingularis poteſt expellere colonũ partiarium, & conductorem, qui tamen regreſſum habebunt pro eorum intereſſe contra locatorem, & dominum.*

5 *Conductioni, ac locationi nondum finitæ, an ſtare teneatur creditor, cui res locata adiudicata eſt pro debito locatoris, & adiudicata eidem creditori in ſolutum, & pro ſoluto.*

6 *Succeſſor ſingularis an poſſit expellere conductorem, ſeu colonum, durante tempore affictus, ſi es in inueſtitura, vel locationis contractu ſpecialiter obligata fuit bona conducta, vel omnia bona locantis.*

7 *Succeſſor ſingularis, ſeu emptor, tenetur ſtare locationi de conſuetudine, quæ viget, & obſeruatur inter Hebræos.*

8 *Vxor nõ tenetur præciſe ſtare locationi factæ per maritum de bonis dotalib. tempore quo erat dominus dotis.*

9 *Succeſſor ſingularis, ac emptor, tenetur ſtare locationi, ſi habuit notitiam locationis.*

10 *Conductor poteſt expelli è re locata per ſingularem ſucceſſorem, & emptorem, non obſtante iuramento interpoſito in ipſa locatione per locantem.*

11 *Iuramentum an præciſe obliget iurantem ad factum.*

12 *Iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo, quo poteſt. Et ſi præciſe adimpleri nequit, ſufficit ſoluere intereſſe. n. 13.*

14 *Iuramentum ſuum in contractu appoſitum non obſeruans, quando commodo cõtractus indignus efficiatur.*

15 *Ius perſonale, & remedium* l. ſi quis maior. C. de tranſactio. *& aliud ſimile, ad excludendum volentem agere, vel excipere ex contractu, ad ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*

16 *Iuramentum, perſonam iurantis non excedit. Et ad ſingularem ſucceſſorẽ actiue, & paſſiue non tranſit, niſi etiam ſucceſſoribus iuratum, & promiſſum ſit.*

17 *Iurans aliquid ſoluere in tribus terminis, ſi non adimpleat in primo termino, cogi ſtatim poteſt totum ſoluere.*

18 *Locatore vſumfructum domus locatæ vendente, vſufructuarius poteſt expellere conductorem.*

CONDVCTOREM expellere † poteſt emptor, 1
vel ſucceſſor ſingularis, *l. emptorem. C. locat.* vbi text. Gloſſ. & Bart. & Natta *conſ. 426. quamuis regulariter emptor. num. 1. vol. 2.* Ioan. Cæphal. *conſ. 254. præſupponitur in facto monaſterium. nu. 7. vol. 2.* vbi deducit iſtam eſſe receptiſſimam regulam, & Berous *conſ. 2. in* Cõis
cauſa Dauid. num. 10. vol. 1. Limitat quinq; modis hanc opin.
regulam Socin. *reg. 387. ſucceſſor.* & Alphan. *in d. l. emptorem. collect. 60.*

Imo Rector, ſeu prælatus † quoque tempore ſui 2
officii, locans nomine proprio, & non eccleſiæ, huiuſmodi locationi ſucceſſor ſtare non tenetur, cæterum locatio ipſa ſpirat ob locantis mortem, ſecundũ Gloſſ. communiter approbatam, *in c. fin. ne prælati vi-* Cõis
ces ſuas. & Anto. de Buttio, ibi, *ſub num. 6. & ſeq.* An- opin.
chara. *conſ. 16.* Rotam Roma. *in nouis, deciſ. 232.* Abb. *in quæſt. incipiente Sempronius clericus in quinto dubio.* Caſtren. *conſil. 2. vol. 1.* & Soc. *conſ. 34. vol. 3.* vbi meminit iſtorum ſententiam eſſe communem. Et in tantum
hoc procedit, † quod ſi prælatus nomine eccleſiæ et- 3
iam, & ad eius commodum locaſſet bona eccleſiæ, ſucceſſor tunc cogi nequit huic locationi ſtare, niſi
eſſet ipſi eccleſiæ vtilis, ſecundum Gloſſ. cõmmuni- Cõis
ter ibi ab omnibus receptam, vt per Abb. & Ant. *col.* opin.
4. in d. c. fin. & Berouum *in c. 1. nu. 53. cum aliis ſeqq. de in integr. reſtit.* & Socin. *in d. conſ. 34. col. 3.* in quibus quidem locis conantur antedicti Dd. reducere ad concordiam opinionem Anton. *in d. c. fin.* & ſequacium contrariam, quæ conſonantia ſemper mihi placuit, & hortor ſummopere fore eam ſequendam, amplectendamq; in deciſiuis, tanquam æquam, verum, &
rationabilem. Imo aduerte, † quod ipſe quoq; ſuc- 4
ceſſor ſingularis poſſet expellere colonum partiarium, vt voluit Roma. *conſ. 309.* cuius contrarium tenet Socin. *in reg. 387. in 4. fallent.* & ſimiliter Romanus hic ex errore relatus *in d. conſ. 309.* Tamen colonus, ac conductor regreſſum habebunt pro eorum intereſſe contra locatorem, & Dominum, *l. qui fundum.* vbi text. Caſtren. & Dd. *ff. locati.*

Ampliatur etiam antedicta † regula, vbicunque 5
res aliqua locata eſſet, & poſtmodum exequota ad inſtantiam creditoris pro debito Domini locatoris, & ſeruatis ſeruandis foret pro ipſo credito per iudicem data, ac adiudicata inſolutũ, & pro ſoluto cum poſſeſſione creditori memorato; tunc ipſe creditor poſſet expellere de re conducta conductorem, nec eius conductioni nondum finitæ ſtare teneretur, vt doctiſſime more ſuo conſuluit D. Cæphalus *in dict.*
conſ. 254. per totum. Sed vbicunq; conductor, † ſeu co- 6
lonus in inueſtitura, & contractu ſpecialiter obligari ſibi fecit bona conducta, vel omnia bona locantis, non poſſet expelli ab emente, vel acquirente rem locatam aliquo modo, ſecundum Bart. Bald. & Salyc. *in d. l. emptorem.* Caſt. *in l. ſi merces. § 1. ff. locat.* Imol. Aret. & Alex. *in l. qui abſenti. § 1. ff. de acquiren hered.* Abb. *col. pen.* & Ant. *n. 9. in c. querelam ne prælati vices ſuas.* Aret. & Iaſ. *in § fin. Inſtit. de locat. & conducto.* Corne. *conſ. 6. vol. 4.* Crot. *in l. filiusfam. § Diui. fol. 10. ff. de leg. 1.* Neguſan. *in tract. de pignorib. in 1. membr. 2. partis. nu. 6. fol. 4.*

L & Guid.

Digitized by Google

Com. opin. & Guid. Papæ in quæſt. 420. Et iſta eſt communis opinio, teſte Grato, *conſ. 95. quidem. n. 12. vol. 1.* quam declarat, & ſequitur quoque Couarr. *in tract. reſolut. lib. 2. c. 15. nu. 5.* & ita in proprijs terminis conſuluit Ioan. de Amicis *conſ. 113 Doctor præſtantiſſime.* & Berous etiam *conſ. 195. viſo inſtrumento locationis. num. 7. cum aliis ſeqq. vol. 1.*

Sed aduerte, quod non eſt facienda vis, ſeu fundamentum in præmiſſa communi opinione; quia hypotheca iſta, aut ſpecialis, aut generalis ſit, nihilominus ſufficit, etiam ſine alienationis prohibitione, habetq; tunc effectum, vt res poſſit à conductore retineri, donec ſibi ab emptore, & ſingulari ſucceſſore ſoluatur intereſſe, & ſic in caſu iſto non requiritur ſpecialis hypotheca, & ſtatim quod ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe colono habenti fundum hypothecatum, poteſt eum expellere, ſecundũ Bart. *in dict. l. emptorem.* quem omnes ibi communiter ſequuntur, Caſtr. *in l. nihil. § fin ff. de leg. 1.* Corne. *in dict. conſ. 6.* Ang. *conſ. 245. nu 6.* & Ruinus *conſ. 180. num. 18. vol. 1.* & iſtorum opinionem refert eſſe communem, Com. opin. Neguſan. *in d. tract. de pignoribus. in 1. memb. 2. par. nu. 6. & ſeq.* & Natta *in d. conſ. 426 ſub num. 3.* Rolan. à Valle *conſ. 6. nu. 10. vol. 1.* vbi ita conſuluit. Cæterum opinio hæc ita dubia apparet, vt ex ea veritas vlla percipi nõ poſſit, ideo autumarẽ illam de plano procedere poſſe, vbicunque venditor promitteret non alienare in præiudicium conductoris, tunc enim cõductor ipſe expelli nequiret, durante tempore conductionis, ita Bald. & Salyc. *in l. ea lege C. de condict. ob cauſ.* & Gozad. 7 *conſ. 78. n. 7.* Limitatur etiam ſecundo loco † mentionata regula nõ procedere, vbicunq; extaret conſuetudo in contrarium, prout extat inter Iudæos, vt inter eos emptor locationi ſtare teneatur, quæ conſuetudo inter ipſos Iudæos ſeruanda eſt, vt conſuluit Calder. *conſ. 10. in tit. de conſt & conſ. 30. de teſt.* Gozad. *conſ. 24. nu. 10* & Berous *in d. conſ. 2.*

8 Interpretaturque vlterius regula † prædicta non habere locum ſimiliter in vxore, quæ præciſe non tenetur ſtare locationi, factæ per maritũ de bonis dotalibus, tempore, quo ipſe erat dominus dotis, vt voluit Bart. per illũ text *in l. ſi filiusfam. §. fin. ff. ſolut. matr.* cum quo ſentiunt ibi Imol. Cuman. Roman. & Caſtrenſ. Cyn. & Salyc. *in d. l. emptorem.* & Alber. *in l. diuortio. num. 2. ff. ſolut. matrim* & iſtam ponit eſſe com- Com. opin. munem opinionem Couarr. *in loco præcitato. num. 4.* vbi contradictores citat, & eorum rationibus reſpõdere nititur. Item limitatur † memorata regula non 9 habere locum, vbicunque emptor habuiſſet notitiam locationis, rei ſibi venditæ, alteri factæ, tunc enim expelli conductor ab emptore non poſſet, ſed ſtare coerceretur dictæ locationi emptor ipſe, donec erit finita locatio, vt conſuluit Berous *in d. conſ. 2. nu.* 10 *15. & ſeq.* Limitatur etiam eadem † regula non procedere, quando in inſtrumento locationis eſſet appoſitum iuramẽtum per dominum locatorem, tunc conductor vigore huius iuramenti non poſſet expelli à re conducta, per emptorem, & ſingularem ſucceſſorem, vt conſuluerunt Soc. ſen. *conſ. 90. viſis quibuſdam actis. num. 10. vol. 4.* Natta *conſ. 426. quamuis regulariter emptor. num 4. cum aliis ſeqq. vol. 2.* Gozad. *conſ. 24. quæritur an Dauid. ſub num. 9. & 22. & conſ. 100. circa ea quæ deduxi. ſub nu. 24. & ſeq.* & Roland à Valle *conſ. 6. quoniam viam ferto aperit num 29 cum aliis ſeqq vol. 1.* qui omnes in mentionatis locis præſupponũt ita firmauiſſe in terminis Ant. de But. *in d. c. fin. ne prælati vices ſuas.* Tamen pace tantorum Patrum, omnes ſupine errauerunt. eſto quod Anton. de Butr. ibi, hoc non dicit, ſed *num. 4.* ibidem firmat ſolummodo, & optimo quidem iure, quod locator reuocat locationem factam cum iuramento infra tempus promiſſum, & determinatum in inſtrumento locationis, tunc præciſe compelleretur ad factum, vigore iuramenti, de iure canonico.

Vnde nos etiam concedimus, quod vbicunque ageretur inter locatorem, & conductorem, quod ob iuramentum recedi non poſſit à locatione per locatorem, durante tempore conductionis, ſed quando venderetur res locata infra tempus locationis, tunc ſtante etiam iuramento emptor ſtare non teneretur antedictæ locationi; quia iuramentum præſtitum per locatorem ad ipſum emptorem tanquam extraneum non tranſiret. Et quia etiam conductor ſtante venditione rei locatæ, nullum amplius ius habet in re, ſed duntaxat habet obligatam perſonam domini locantis; merito igitur emptor non cogitur ſtare locationi; vt voluit Bart. *in d. l. emptorem.* Ideo non immerito doctiſſimus, & eminentiſſimus Canoniſta D. Couarruuias *in d. c. 15. ſub num. 3. ſub verſ. ſecundum hic deducitur.* aduertit dictam opinionem Socin. & ſequacium eſſe dubiam, reddendo ibi optimam rationem; quia cum non tractetur de iuramenti vinculo, reſpectu iurantis, ſeu eius heredis vniuerſalis, eius promiſſioni ſtandum non eſſet. Et dum eueniret in facto caſus iſte *menſe Februarij inſtantis anni 1572.* in Curia noſtra inter Magnificum Ioannem Baptiſtam Viuium, patruum meum, & Cæſarem de Vigintiquatuor, & fratres, extitit poſt longam diſcuſſionem, & diſputationem per D. Thomam de Sico de Ciuitate Campaniæ virum vndecunque perſpicaciſſimum, & integerrimum, exiſtentem tunc iudicem mentionatæ Curiæ Aquilanæ, iudicatum contra Soc. & alios ſequaces, videlicet, quod conductor poterat, & debebat expelli de re locata, durante locatione ob venditionem factam, nõ obſtante iuramento interpoſito, in dicta locatione; & poſtmodum audiui ita etiam in facti contingentia fuiſſe deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapol. annis ſuperioribus in quadam cauſa vertente tunc inter magnificos Petrum Paulum de Antonellis, & Marcum Anton. de Riuera, conciues meos, & concurrendo cum hac vltima opinione tanquam ſacroſancta.

Non obſtat, † quod iuramentum præciſe quem 11 ad factum obliget, Gloſſ. *in l. pecuniam. ff. de condict. ob cauſam.* quia reſpondetur illud eſſe verum, quando is, qui factum promiſit, facultatem faciendi habuit, & ita loquitur illa Gloſſ. ſecus ſi amplius facere non poſſet; quia iuramentum non obligat ad impoſſibilia, & tunc præciſe debet adimpleri, quando commode poteſt adimpleri; Sicut dicitur de venditore per doctrinam Bald. *in l. vnic. 2. col pen. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Item quia † iuramentum ſemper in- 12 telligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo, quo poteſt, *l. cum pater §. filium matrem. ff. de leg. 2.* Alex. & alij, *in l. 1. §. ſi quis ita. col. 3. ff. de verbor. obliga.* Ergo ſi præciſe adimpleri † non potuit, ſed ſolum certo mo- 13 do, puta ſoluendo intereſſe, ſufficere debet, veluti etiam fuit de mente Alexand. & Doct. communi- Com. opin. ter *in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 8. ff. de verb. obligat.* & habetur per Pariſ. *conſ. 110. num. 32. volum. 1.* & Alex. *conſ. 69. col. 1. volu. 4.* Et licet ille, † qui iuramentum 14 ſuum in contractu appoſitum non obſeruauit, omni commodo contractus indignus efficiatur, *l. ſi quis maior. C. de tranſactio.* tamen hoc nihil obſtat; quia hoc verum eſt, quando contractu, & contentis in eo, ad ſuum fauorem vti vellet contra illum, cum quo contraxit, ſeu cui promiſit, & iurauit, & ita proprie loquitur *d. l. ſi quis maior. l. Iuliaum. §. offerri. ff de actio.*

addit.emp. & l.quaero.§.inter locatorem.ff.locat. ſecus verò ſi inſtrumento, & contentis in eo ad ſui fauorem vti vellet contra tertium, & ſingularem ſucceſſorem, cauſam etiam à contrahente habentem; quia hoc agere non poſſet, ſtante quod hoc iure cautum non reperitur, niſi quando quis vti inſtrumento contra ſecum contrahentem vellet, vt in antedictis iuribus, & propterea hoc ad alium caſum, aliamq; perſonam extendi non debet, cum ſapiat pœnam, & odium, *d. l. ſi quis maior. & d.§ inter locatorem. cum ibi not.* iunctis iis quæ habentur *in c.cum inter. de except. & c. in pœnis.*

15 *de reg.iur.in 6.* Tum quia ius iſtud, † quod ex mẽcionatis legibus reſultat, dicitur eſſe perſonale, quod ſolum contrahentibus, & cõtra contrahentes, & non tertio, nec ſingulari ſucceſſori, etiam à contrahente ſimpliciter, abſque iurium, & actionum ceſſione, cauſam habenti, competit, vt voluit Alex. *conſ.92. col.2. volu.1.* vbi determinat remedium *d.l. ſi quis maior.* & aliud ſimile ad excludendum volentem agere, vel excipere ex contractu, ad ſingularem ſucceſſorem, non tranſire, *l. fin. ff. de contrahen. empt. l.1.§. ſi heres, cum aliis,* quæ Alex. ibi allegat.

16 Cum ergo hoc ius reſultet ex † iuramento, non debet, nec poteſt tranſire contra emptorem, ſeu ſingularem ſucceſſorem; nam promiſſiones ſunt perſonales, & iuramentum quoque eſt perſonale, nec perſonam excedit, & conſequenter ad ſingularem ſucceſſorem actiue & paſſiue non tranſit, *cap. venientes. c. clericum & c. veritatis. cum ibi not. de iureiur. & c. imperialem. § præterea de prohib. feud. alien. in vſib. feudo.* niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum, & promiſſum, vt habetur *in d. c. veritatis.*

17 Adde in materia, † quod ſi aliquis iurauit ſoluere aliquid in tribus terminis, ſi non adimpleat in primo termino, poteſt cogi ſtatim totum ſoluere, ita Alber. Brun. *conſ. feud. 46. lib. 1. num. 2.* & Matheſill. *notab. 50.* vbi ad plures quæſtiones, Roland. à Valle *conſ. 31. n. 3.*

18 Addeq; ſimiliter in materia iſtius opinionis, † ſi locaui domum meam, poſtea vendidi vſumfructũ, quod vſufructuarius poſſit expellere conductorem, *l. arboris. §. penſiones, ff. de vſufruct.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 420.* vbi additio quamplurima congerit, & extendit; & ſic vſufructuarius poteſt expellere conductorem, vide ibi in *addit. in lit. A.* Limitaq; poſtremo regulam

19 in principio † poſitam non procedere in colono, qui conduxit à domino ad longum tempus, vt per Bald. *in l. 3. emptorem. C. locat. poſt num. 11.* & Apoſtillam ad Capellam Tholoſanam *deciſ. 420.*

OPINIO CXXIX.

SVMMARIA.

1 *Conductor equi non tenetur de leuiſſima culpa, nec de caſu, nec de vitio naturali.*

2 *Equus, mulus, bos, aſinus, vel aliud animal ſimile, ſi moriatur intra triduum à tempore locationis, vel venditionis factæ alicui, præſumitur morboſum, ita vt agi poſſet ad pretium contra venditorem.*

3 *Conductor equi non liberatur ab eius ſolutione, ſi moriatur, licet probet equum illum mortuum fuiſſe in itinere, niſi ſpecialiter probet eundem equum obiiſſe, quem conduxerat.*

1 CONDVCENS equum † ſcholaris pro accedendo, ac redeundo in patriam ſuam, & equus ipſe incidat in repentinum morbum, ob quod impedimentum cogatur eum relinquere, & conſignare vicino hoſpiti, & in effectu conſignet equum conductum, vt eum ipſe hoſpes diligenter curet, & tandem moriatur, non tenetur de leuiſſima culpa, & multo minus de caſu, & per conſequens neq; de vitio naturali, ita conſuluit Bald. *conſ. 21.* Vannius *lib. 3.* quem ſequitur, & commẽdat Cotta *in memorab. in ver. ſcholaris.* Ex hinc eſt, † quod ſi equus moreretur intra triduum à tempore locationis, vel venditionis factæ 2 alicui, præſumeretur abſq; dubio morboſus, vt agi poſſit ad pretium contra venditorem, ſecus ſi ex longo interuallo; & diſtinctio iſta fuit originaliter Ioann. And. in add. Specul. *in tit. de empt. & vendit. in §. ſequitur. in verſ. de illo.* cum qua certe ſentiunt Alexan. in add. Bart. *in l. ſi in rixa. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & ibi Marſil. *nu. 59. in l. ſtatuliber. nu. 15. & ſeq. ff. de quæſt.* Ioan. de Imol. *in l. ſi quis ſtum aliter. ff. de verb. oblig.* Iacob. de S. Georg. *in l. pacisci. nu. 4. de pact.* & omnes Dd. communiter *in d. l. ſi quis cum aliter:* & Ripa *in tract. de peſte. in rubr. de remediis ad curandam peſtẽ. n. 142.* vbi ſcribit iſtã eſſe communem opinionem, ſeu diſtinctionem. Com. opin.

3 Sed conducens † equum, aduerte, quod non releuatur, nec liberatur à ſolutione equi, aliquo modo, ſi probaret equum mortuum fuiſſe in itinere, niſi produceret, & ſpecialiter probaret, quod equus obiit illeidem, quem conduxerat, ſecundum doctrinam Io. And. *in c. auditis. de præſcript.* quam ſequitur Anto. *col. pen.* Abb. *col. 9.* & alii omnes ibi communiter, & communem inquit, eam declarando etiam Deci. *in c. in præſentia. n. 43. de proba.* Iaſ. *in l. non hoc. n. 2. C. vnde legit. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. in finalibus verbis. & in l. eum qui. § in popularibus. ſub n. 21. ff. de iureiur.* Marſil. *in l. ſi quis ne quæſtio. n. 133. ff. de quæſtio. in pract. crim. in §. & quia. n. 14.* Ioan. de Amicis conſulendo *conſ. 40. n. 1. & ſeq.* & Alex. *conſ. 119. viſo proceſſu ſuper cauſa inter ſpectabilem. ſub nu. 3. vol. 1.*

OPINIO CXXX.

SVMMARIA.

1 *Conductor non tenetur de caſu fortuito, ſed duntaxat de dolo, culpa lata, & leui.*

2 *Conductor etiam ſi ſuſcepiſſet in ſe periculum generaliter cum iuramento, tamen de caſu fortuito non tenetur. Eiuſque ratio. nu. 3.*

4 *Appellatione periculi, caſus fortuitus non continetur.*

5 *Conductor, qui ſuſcepit in ſe caſum fortuitum, aduerſamq; fortunam, non tenetur de caſu inſolito.*

6 *Conductor, qui ſe obligauit ad omne periculum ſuperueniens ex quocunque caſu, & ſpecialiter etiam ex bello, & occaſione belli, an poſſit petere remiſſionem mercedis.*

7 *Conductor ſuſcipiens in ſe periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, tenetur ad caſum peſtis, & cuiuslibet aduerſitatem.*

8 *Conductor renuncians in inſtrumento omni legum auxilio, petere non poteſt remiſſionem, etiam occaſione belli ſuperuenientis.*

9 *Renunciatio talis, etiam cum iuramento, non impedit, quin renuncians à iuramento abſolutionem petere poſſit. Eiuſq; ratio. n. 10.*

1 CONDVCTOR non † tenetur de caſu fortuito, ſed duntaxat de dolo, culpa lata, & leui, *l. ſi vt certo. §. nunc videndum.* vbi Bart. & alii. *ff. commoda.* & tradit Dec. *in l. contractus. n. 33. ff. de reg. iur.* Et in tantum hoc procedit, † quod ſi conductor ſuſcepiſſet in 2 ſe periculum generaliter, cum iuramento, ſuperueniente bello, vel peſte, aut alio caſu fortuito, non teneretur: ſecundum Bar. Bal. Albert. Ang. Fulgo. Alex. & Iaſ. *in l. ſed, & ſi quis. § quæſitum. ff. ſi quis cautio.* Alex. *conſ. 28. vol. 1. & conſ. 33. vol. 2.* Io. de Ana. & omnes *in c. 1. de commoda.* & Ripa *in repetit. l. ſi vnquam. n. 10. C. de reuocan. donat. & in tract. de peſte. in tit. de priuilegiis contra peſtem. n. 83.* vbi teſtatur iſtam eſſe communem opinio- Com. opin.

 nem,

nem, & Iaſ quoque *in d. § quæſitum.* Quia regulari-
3 ter, vt dicit Anchar. *conſ. 43. col. 2.* ex † cauſa ſuperueniente receditur à iuramento, à promiſſione, & aliis, legitime celebratis, quaſi ſub ea conditione contractum ſit, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt habetur *in c. quemadmodum, de iureiur. & not. in c. ſua ſuper. de his, quæ fiunt à prælat.* Et quia † totius Gloſſ. & Bart.
4 *in d. § quæſitum.* tennerunt pro conſtanti, quod appellatione periculi, caſus fortuitus non veniat, vt ibidem refert Iaſ. *nu. 30.* Imo aduerte, † quod ſi condu-
5 ctor ipſe ſuſcepiſſet in ſe caſum fortuitum, aduerſamque fortunam, de caſu inſolito, & inconſpeto ſuperueniente, minime teneretur, ſed de caſu ſolito, ſecundum Bart. *in d. § quæſitum.* Bald *in l. falſus. col. fin. C. de fur.* Ant. *in d. c. 1.* Ang. *conſ. 173.* Alex *d. conſ. 28. & d. conſ. 33. ſeu 41. vol. 2.* & Iaſ. *in d. § quæſitum. nu. 39. cum aliis ſeqq.* vbi iſtam opinionem ſequitur & plurimum
Com. opin. tuetur, & communem dicit Ripa *in d. tract. de peſte. in rubr. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis. nu. 97.* quamuis veriorem aſſerat contrariam ſententiam titubantem Alex. *in d. § quæſitum. num. 15.* Sed in ſpreta opinione Bald. Aug. & ſequacium *in d. § quæſitum.* inhæream totis viribus antedictæ opinioni Bart. in conſulendo, & iudicando, tanquam magis communi. Qui autem dicantur caſus inſoliti, & an iudicis arbitrio relinquantur, vide Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 80.* Sed ſi † conductor in ſe ſuſcepit pacto, omne
6 periculum ſuperueniens ex quocunque caſu, & ſpecialiter etiam ex bello, & occaſione belli, tunc quippe pactum eſt validum, adeo quod mercedis remiſſio peti non poſſit, *l. ſi quis fundum. in princ. ff. locat.* &
Com. opin. not. Bart. *in l. ſi merces § vis maior. eod. tit.* & Bart. & omnes *in d. § quæſitum.*

Sed hoc videtur limitare vtiliter conſulendo Burſat. *in conſ. 81. magnificum.* vbi ex communi Doctorum
Com. opin. ſchola, planum facit, conductorem ſuſcipientem in ſe omnes caſus fortuitos, & belli etiam, & peſtis, ob huiuſmodi promiſſionem, nullatenus aſſumpſiſſe inſolitos, etiam occaſione belli contingentes. Imo ſi
7 conductor † iſte ſuſcepiſſe in ſe periculum belli, & guerræ, & omne aliud periculum, tunc ſub huiuſmodi verbis generalibus comprehenditur caſus peſtis, & cuiuslibet aduerſitatis, ſecundum Gloſ. *in d. § quæſitum.* communiter ibi approbatam à Legiſtis, & Ca-
Com. opin. noniſtis *in d. c. 1.* vt per Ripam *in d. tract. de peſte. in rub. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis. num. 77.* Itidem
8 conductor † petere minime poſſet remiſſionẽ mercedis occaſione, etiam belli ſuperuenientis, vbicunque in inſtrumento fuerit renunciatum per eum omni legum, & iuris auxilio ſibi competenti, vt diſcurrit, atq; firmat Alber. de Roſa. *in l. item quæritur. § exercitu. ff locati.* Bald *in l. 1. § ne autem. C de cadu. tollen.* Iaſ. *in l. 1. in fin. C. de iur. emphy.* Gozad. *conſ. 87. prima facie videtur de conduct. ſub nu. 13.* Capici. *deciſ. 87. in cauſa magnifici Baronis. nu. 10.*

9 Sed opinio † hæc mihi nunquam placuit, atque eam ſemper periculoſam in practica arbitratus ſum;
Com. opin. iſto contra illam extat communis ſchola omnium Scribentium, quod renunciatio omni iuris, & legum auxilio, etiam cum iuramento confirmata, ſecundũ ipſam communem ſententiam, impedimento non eſt, quo minus renuncians abſolutionem à iuramento petere poſſit, & conſequenter contra renunciationem venire. ita Corne. *conſ. 293. in hac conſultatione videtur prima facie. num. 7. & 9. vol 4.* & Pariſ. *conſil. 93.*
10 *eſt fere triennium. nu. 39. vol. 3.* Et ratio † aſſignari poſſet iſthæc, ſiquidem renunciatio in contractu facta, ſi graue, vel grauiſſimum renuncianti afferret detrimentum, nullius momenti foret, ſecundum communem opinionem Bart. *in l. fin. § idem quæſiuit. ff. de*
Com. opin. *condict. indebit.* Ant. Butr. Abb. & aliorum omnium concorditer *in c. cum contingat. de iureiuran.* Socin. *conſ. 163. vol. 2.* Corne. *conſ. 11. vol. 2. conſ. 124. & conſ. 224. vol. 5.* Alexan. *conſ. 81. vol 5.* Pariſ. *conſ. 75. nu. 33. vol. 3.* Curt. iun. *conſ. 141.* Deci. *conſ. 180. & ſeq.* & Giammat. *conſ. civil. 195. in cauſa præſentationis inſtrumenti.*

OPINIO CXXXI.

SVMMARIA.

1 *Conductori ob bellum, peſtem, ſeu ſterilitatem maiorem, an penſio remittenda ſit. & nu. 2.*

3 *Conductor rem conducens tempore belli, vel peſtis, non poteſt petere remiſſionem mercedis ob cauſam belli, vel peſtis.*

4 *Penſio, ſeu fructus promiſſi, ſeu reſeruati in beneficio, an debeantur, ſi fructus vel ab hoſtibus deprædati, vel propter ſterilitatem, aliumve caſum, nulli nati ſint. & num. 11. 12.*

5 *Et quid ſi vno anno nulli nati ſint, ſequenti autem anno vberes prouenerint, an ſterilitas cum ſequente vbertate compenſanda ſit.*

6 *Item ſi is qui promiſit penſionem ſuſceperit in ſe omnes caſus fortuitos, cogitatos, & non cogitatos, an eam debeat, ſi per bellum & hoſtium incurſum fructus omnes deprædati ſint. & nu. 8.*

7 *Pro expreſſo in conſtitutione habendum, quod conſtituens interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.*

9 *Caſus inſoliti qui dicantur. & an iudicis arbitrio relinquantur num. 10.*

CONDVCTORI remiſſio † facienda, concedendaque eſt ob bellum, peſtem, ſeu ſterilitatem maiorem, & in iſtis caſibus penſionem ſoluere non tenetur, ſecundum Canoniſtas omnes *in c. propter ſterilitatem.* vbi Barbac. *num. 1. de locato.* Bart. *in l. cum in plures. in princip. ff. locati.* Alexand *conſ. 3. volum. pen.* Ripam *tract. de peſte. fol. 6.* & Cotta *in memorali. lit-*
Com. opin. *ter. conductor.* vbi narrat iſtam ſententiam magis communem fore; eique pariter inhæret Boſſius *in practic. crim. in tit. de remiſſione mercedis conductorum. n. 40.* referens alios Dd. eiuſdem opinionis. Vbi † ſimili- 2
ter, *numer. 37. & ſequent. fol. 290.* ponit octo alios caſus, in quibus remiſſio penſionis fieri debet ipſi conductori.

Sed hoc non procedit, vbicunque † conductor 3
conduxerit rem tempore guerræ, vel peſtis inſtantis, tunc enim remiſſio penſionis nunquam fieret, ſecundum Bald. *in l. ſi ea. C de vſuris & in tit. de pace Conſtan. in § vaſſalli. il 2.* Cyn. *in addit. In l. ex conducto. § 1. locat.* Alexand. & Apoſtill. ibi, *conſ. 112. num. 6. volum. 2.* Afflict. *deciſ. 365.* Gozad. *conſ 74. vt ordinarie procedam num. 5.* & Roland. à Valle *conſ. 9. in præſenti conſultatione num. 25. volum. 1. & conſ 52. requiſitus num. 28. & ſeq. vol 1.* Vide ad plures limitationes Andr. Gail. *lib 2. pract. obſeruat. Imper. Camera. obſeruat. 23.* & infra etiam *opinione 153. conſuetudo non ſoluendi decimas. num. 5.* & quæ ibi addidi.

Conſultus num modernus illuſtris, & reuerendus D. Abbas Lippomanus teneatur ad penſionem, de qua agitur, ſcutorum mille, reſeruatam ad fauorem, & commodum illuſtriſſ. & reuerendiſſ. D. Philippi Mocenici Archiepiſcopi Cyprii præſuppoſito igitur, quod *de anno 1580. & 1581.* omnes † fructus extiterint 4
deprædati à militib. Turcarũ, meminiſſe volo, quod ſecundũ diſpoſitionẽ iuris communis res nullã haberet difficultatem, quia cũ ſemper in literis annuæ penſionis, fructus, vnde debet fieri ſolutio pẽſionis, ipſaque penſio, exprimant ſub ea, & eadẽ oratione de ſtylo

Curiæ

Curiæ Romanæ, ideo dicendum eſt, quod fructus apponantur gratia taxationis, & quod propterea, illis non exiſtentibus, propter ſterilitatem, hoſtium inuaſionem, vel alium caſum fortuitum, minime debeantur, ſecundum opinionem Pauli Caſtrenſ. *conſ. 338. quia exceptiones, ſub nu. 3. verſ. pro intellectu huius dubii eſt aduertenda. vol. 1.* cuius opinionis fuit Felyn. *in c. ad audientiam, il 2. col. 5. verſ. ſexta concluſio. de reſcript.* & idem ſenſiſſe Abbatem ſcripſit ipſemet Felyn. *in c. niſi eſſent, prope finem. de præbend.* & ſequuti ſunt Felyn. idem *in c. cum ex officii. ante n. 3. de præſcrip.* Paul. Rom. *in tract. de penſionib. quæſt. vltima nu. 3.* Barthol. Bellenzin. *in tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 34. num. 2.* Roman. *conſ. 369. n. 30.* Gigas *in tract. de penſionib. quæſt. 35. nu. 8. & quæſt. 62. poſt num. 6.* Cranet. qui præallegatum conſilium Romani citat *conſ. 195. num. 6.* Mariil. *ſing. 619. emergens calamitas.* & nouiſſime poſt eos, Horat. Mandoſius *in addit. ad d. conſ. Romani, 369. in lit. 1. in ver. denumerandum.* Gozadin. *conſ. 83.* & in terminis, quando agitur de remiſſione penſionis in beneficiis eccleſiaſticis facienda, ob ſterilitatem, ſecundum mentionatam Pauli Caſtrenſis opinionem, reſpondit Natta *conſ. 86. per totum. vol. 1.* Et potiſſimum de iure, hoc caſu, de quo agitur, quoad commodū illuſtris D. Abbatis Lippomani, conſtat fructus Abbatiæ fuiſſe deprædatos, & periiſſe per binos annos, immediate ſequentes, ſcilicet *de anno 1580. & 1581.* ita vt res omni careat difficultate: quia dici non poteſt, ſequenti anno illū recollegiſſe vberes fructus ex beneficio, grauato

5 penſionis onere; quoniam † hoc caſu teneretur ſoluere penſionem pro anno præterito, quo fructus nō habuit, quia ſterilitas cum vbertate compēſatur, ſicuti decidit Paul. Caſtr. *in d. conſ. 338.* vbi inquit, quod quando annua præſtatio debetur ex redditibus certæ rei, ſi vno anno fructus non extent, expectatur vbertas anni ſequētis, & ſterilitas cum vbertate compenſatur, *l. ex eo. ff. de vino, tritico, & oleo legat.* & maxime cum præſtatio in pecunia conſiſtit, *l. Firmio. in princ. ff. quando dies legati ced.* cuius opinionis fuit etiam Felynus, poſt Paul. Caſtrenſ. quem refert *in d. c. ad audientiam. il 2. col. 5. verſ. ſubdit Paulus Caſtrenſis. de reſcript.* & Gigas *de penſionib. quæſt. 62. num. 7.* Idcirco ſecundum ius commune, compertum eſt, hoc caſu D. Abbatem Lippomanum non teneri ad penſionem, de qua agitur, reſeruatam ad commodum D. Archiepiſcopi

6 Mocenici. Sed dubium facit, † quia penſio huiuſmodi habet in ſe clauſulas valde prægnantes; quoniam præfatus Abbas ſuſcepit in ſe omnes caſus fortuitos, etiam cogitatos, & non cognitos. verum quia *de dictis annis 1580. & 1581.* imminebant bella verſus inſulam Cypri, propter quæ Abbas nullos perceperat fructus, ideo videtur illum ad ſolutionem minime teneri, & potiſſimū cum hoc ſit, vt ſupra deductum fuit, ſecundum ius commune; quia penſio eſt aſſignata ſuper fructibus, & fructus propter bella percipi non potuerunt; Itaque videtur Abbatem non teneri ad ſolutionem penſionis de ſuo, *iuxta allegatum conſ. Pauli Caſtrenſ. 338. ſub num. 3.* Belenzin. *de charitat. ſubſid. quæſt. 34. num. 2.* Felyn. *in dict. cap. ad audientiam. num. 7.* Gigan. *de penſionib. quæſt. 62.* & Caccialup. *de penſionib. quæſt. 16. in princ.*

7 Et facit etiam, quia † arguendo à veriſimili mente Principis, quod ſcilicet ſi Papa interrogatus fuiſſet tempore conſtitutæ penſionis, an voluerit, fructibus exiſtentibus, Epiſcopum teneri de ſuo, profecto veriſimiliter, & conſideranter reſpondiſſet, quod non: igitur pro expreſſo hoc habendum erit, Bald. *in l. tale pactum. §. fin. num. 4. ff. de pact.*

8 Nec vllatenus ad rem pertinet, q̄ † ſint appoſitæ clauſulæ multum prægnātes, quib. Abbas renunciauit caſibus fortuitis, etiam nō cogitatis, iuxta doctrinam Bartoli *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum ff ſi quis cautem.* quæ ab omnibus recepta eſt, atteſtante Ripa *in tract. de peſte. in priuileg. contractuum, in 2. part. num. 92.* quia reſpondendum eſt pro parte D. Abbatis, quod ſolummodo intelligatur, & procedat in caſu fortuito ſolito, non autem inſolito, vt declarat Bart. *eodem in loco*, & explicauimus etiam ſupra *in opinione præcedenti 130. num. 5. & ſequent.* quam opinionem, tanquam communem, tenuit quoque Rota Romana *in vna Taurinen. penſionis coram D. Aquenſ.* prout refert Mohedanus *deciſ. 5. alias 236 tit. de locato, & conducto, fol. 207. & eſt text. in l. fiſtulas. §. frumenta.* vbi Bald. *in fin. C. de actionibus empt.* quod ſuſcipiens in ſe omnem caſum, vel omne periculum noui caſus non intelligatur de caſu inopinatu præter conſuetudinem aduenientem. Com. opin. Com. opin.

Quam ob rem, † caſus de quo agit, comprehēdendus eſt inter caſus inſolitos, quibus Abbas prædictus non intelligitur obnoxius, & aſtrictus. & quamuis Bart. *in l. Seio. §. medico ff. de annuis legat.* ſenſerit, quod caſus inſolitus dicatur, qui euenit in mille annis, *& in l. Lucius. ff. ad Turpil.* vbi firmat idem Bart. quod renuncians caſibus fortuitis, teneatur, niſi eſſet talis caſus, qui eueniret de mille vicibus ſemel, & Pet. Garſia cum aliis aggregatis per eum, *in ſuis deciſionibus, in dicto 65. quidam promiſit, fol. 16.* nihilominus Corneus *conſ. 23. num. 12. volum. 2.* declarauit huiuſmodi opinionem Bartoli intelligi tantummodo ad centum annos: ſed quicquid ſenſerint Bartolus, & Corneus, verius eſt, quod per caſum inſolitum intelligatur ille, qui probari nequit per memoriam hominum, & ſufficit, probari per teſtes, quod ſimilis caſus nunquam fuerit viſus à recordatu ipſorum: & ſic quod ſexaginta annorum ſpacio non euenerit, iuxta *conſ. Alex. 28. num 9. & ſeqq. vol. 1.* vbi aſſentitur, quod caſus fortuitus dicatur ille, qui cōmuni opinione nunquam viſus fuit, & ſequitur Apoſtilla *in ver. inſolitus.* quam opinionem, ſicuti veriſſimam, ſecuta eſt Rota Romana, *die 10. Aprilis 1551. in vna Nurſina confinium, coram D. Guidobono*, prout teſtatur Caputaquen. *deciſ. 96 in 1. parte.* Nec refragatur illud, quod ſcripſere Bartolus, & Corneus *in locis præmemoratis*, quia, veluti declarauit tunc in iſta cauſa Nurſina confinium, Rota ipſa, dicendum eſt, quod Bartolus, & Corneus loquuti ſint exempli gratia. 9

Et caſus † inſoliti qui nam dicantur, & an iudicis arbitrio relinquantur, vide Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 80.* ita vt Salycet reſoluat *in l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio.* caſus fortuitos quandoque facto naturæ, quandoque facto hominis contingere, & de contingentibus facto naturæ, ſecundum eum, eſt, tempeſtas maris, & grandinis, nix inſolita, feruor ſolis non conſuetus, vis ventorum, terræmotus, naufragium, impetus fluminis, & alia eiuſmodi generis: caſus vero qui facto hominis contingunt, ſunt, incurſus hoſtium, vel prædonum, & reliqua, vt per Salycet. *eod. in loco*, & per Ant. Corſetum *in repertorio. in ver. caſus fortuiti qui ſint.* 10

Idcirco opinor † concludendum eſſe, ad penſionem hoc caſu Abbatem Lippomanum non teneri, nec de iure, nec de æquitate, vt ſupra probatum eſt, nam licet aſſignatio penſionis capiat caſus inſolitos, & incogitatos; tamen quia probatum eſt ipſum Abbatem nullos fructus percepiſſe, penſionemq; fuiſſe aſſignatam ſuper fructibus, gratia taxationis, ſatis compertum eſt veriſimiliter, Papam noluiſſe Abbatem teneri, ſi nullos fructus perceperit. Nec diſtur- 11

bat clauſula in ſupplicatione appoſita, ibi, *etiamſi abſorbeat omnes fructus*: quoniam nullatenus dictum eſt, *etiamſi anteriores abſorberent omnes fructus*, quo caſu percipi poſſet mens Papæ, quod voluerit Epiſcopum teneri, etiamſi nullos fructus perciperet. Sed quia Papa aſſeruit, etſi omnes penſiones omnes fructus abſorbeant; ergo intelligitur, quod ſi nulla pars fructuum remanſerit Abbati, ipſe quoque non teneatur; & ita cenſetur Papam voluiſſe.

12 Quæ cum ita ſint, † concludendum eſt, Abbatem ipſum in præſenti caſu nullatenus teneri ad ſolutionem penſionis, de qua agitur, reſeruatæ ad commodum prædicti Archiepiſcopi Mocenici, potiſſimumque cum hoc caſu per binos annos continuos idem Abbas nullos fructus perceperit, ita vt nulla profecto adſuerit vbertas fructuum ſequentis anni, quo caſu ſine dubio exploratiſſimũ eſt Abbatem omnino teneri, *iuxta conſilium Pauli Caſtrenſis præallegatum. 238. col. pen. in fine, & col. vltima, in principio.* Felyn. *in c. ad audientiam il 2. col. 5. verſ. ſubdit Paulus. de reſcript.* & Gigas *de penſionibus. quæſt 62 num. 7.* & ſecundum opinionem iſtam in terminis terminantibus concluſit Rota Rom. *in vna Audien. penſionis die 3. Nouembr. 1557. coram D. Oradino præceptore, & Domino meo fælicis recordationis.*

OPINIO CXXXII.

SVMMARIA.

1 *Conductor æquo animo ferre debet impenſam modicam, ac modicum etiam damnum, maximum autem damnum de iure pati non tenetur.*

2 *Remiſſio conductori facienda non eſt, niſi damnum ſit vltra dimidium iuſti pretii, & tunc conductor eam petere poteſt, non obſtante iuramento præſtito, de non contrauenieudo aliqua ratione, vel cauſa.*

3 *Modicum damnum quodnam dicatur.*

1 CONDVCTOR modicum † damnũ, ac impenſam ſuſtinere, & pati debet æquo animo, *l. ſi merces. § vis maior. ff. locat.* & declarat Bart. *in l. impenſæ. ff de impen. in rei dot. fact.* & Natta *conſ. 13. num. 2. vol. 1.* poſt alios relatos per eum, ſed maximum damnum de iure pati non permittitur aliquo modo.

2 Vnde remiſſio † facienda nũ eſſet conductori, niſi damnũ ſit vltra dimidium iuſti pretii, verbi gratia. Si ipſe cõductor ſoluendo aſtrictus conuentos, reſtaſſet læſus non ſolum in tertia parte, (vt aliqui Dd. dixerunt) ſed etiam vltra dimidium iuſti pretii, i. e quod nõ recollegiſſet tot fructus, deductis ſumptibus, qui æquiualerent dimidiæ penſionis per eum ſoluendæ, quia id ꝓbando, tunc poſſet petere remiſſionẽ mercedis ꝓ rata damni, alias non, ſecundum opinionem Bart. *in l. licet. C. locati.* q̃ aſſeuerant communem ibi Moder. & Franc. Aret. *conſ. 30. citantes ſequentes eam.* Soci iun. *conſ 68. n 9. vol. 2.* Io. de Amicis *conſ. 142. nu. 30 & ſeq* Laur. Silua. *conſ. 55. Chriſti, Dniq; Emaſti. num. 28.* Gozad. *conſ 74. n. 2 & ſeq.* Boſſius *in pract crim in tit. de remiſſione mercedis conductorum n. 4. fol 288.* Rol. à Valle *conſ. 56 Ioannis Torrello conductori. nu. 2. vol. 3.* & Berous *conſ. 141. in præſenti cauſa paucis me expediam. nu 6. & 14. vol. 1.* vbi firmat etiam, q in præſenti caſu per conditionẽ ipſum agi poſſet, nõ obſtante iuramento præſtito de non contrauenieudo aliqua ratione, vel cauſa.

Cõ. opin.

Alias vero opiniones contrarias refert And. Gail. *lib. 2 pract. obſeruat. ſuper. Cameræ obſerua 23 n. 1.* Imo addo:

3 etiam † in præſenti materia Ripam *in tract. de peſte, in tit de priuileg. contract. cauſ. peſt. nu. 24. & ſeq* vbi tradit, modicum damnum quomodo intelligatur, & concluſiue dicit eum percipitur dimidium eius, q ſolitũ eſt percipi, ſecundum Azonẽ *in ſumma C. locati* Alex. *conſ. 3. col. 4. vol. 1.* Corne. *conſ. 128. vol. 2.* quos refert Ripa in loco præmemorato. *n. 25.* & loquitur de ſequeſtro, & tandem aliter in ſequen. concludit.

OPINIO CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conductores gabellarum, doghanarum, molendini, ac aliarum rerum ſimilium, an cogantur ſoluere maiorẽ penſionem propter vbertatem, & augmentum fructuum, quam fuit tempore conductionis, & celebrati contractus.*

CONDVCTORES gabellarum, † vel doghanarum, molendini, ac aliarum rerũ ſimilium, cogi non poſſunt ad ſoluendum maiorem penſionem, propter vbertatem & augmentum fructuum, quam fuerint tempore conductionis, & celebrationis contractus. Quod quippe procedit, quando vbertas contingeret ob diligentiam coloni, vel conductoris, vel propter eius bonitatem, ſecus ſi caſu fortuito, vel inopinato; tunc ſi conductor conduxit molendinum, & alia molendina ei vicina in totum, vel in partem poſt conductionem iſtam eſſent deſtructa ob violentiam aquarum, ita quod conductor ob iſtum inopinatum caſum lucratus ſit multo plus, augebitur penſio illius rei conductæ, ita voluit Gloſſ. Bart. *n. 2. & 8.* Floria. & Alex. *in addit. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat.* Inno. Ioan. And. Butri. & Imol. *in c. propter ſterilitatem. de locat.* & alii quamplurimi relati per Bertachi. *in tract. de gabellis in 21. q. 2. par.* & iſtorum opinionem ſequitur quoq; conſulendo Socin. iun. & dicit communem, *conſ 68. nu. 6. & 10. vol. 2.* vide And. Gail. *lib. 2. pract. obſer. obſer. 23. n. 27.* Cõ. opin.

OPINIO CXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Minor vigintiquinq; annis ſi domum conducat, in eamque res ſuas inferat, an res inuecta ſint tacite hypothecata pro penſione domus.*

CONDVCENS minor † vigintiquinque annis domum, inferensq; poſtea in ea etiam res ſuas; tunc bona huiuſmodi inuecta, non erunt tacite hypothecata pro penſione domus, ſecundum Gloſſ. Bart. Fulgoſ. & Salyc. *in l. item quia. ff de pact.* Aret. *nu. 4 in §. item Seruiana Inſtit. de actio.* Imol. & Cuma. *in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolut. matrimo.* & iſta eſt communis opinio. Cõ. opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod bona ipſius minoris illata in domo, ſeu fundo conducto abſq; tutoris, vel curatoris authoritate cenſeantur tacite obligata pro penſione, inclinauere, & optimis quidem rationibus, Bald. Ang. Caſtren. & cæteri in d. l. item quia. Bald. *in l. vnica. § & plenius. C. de rei vxor. actio.* Neguſannius *in tract. de pignoribus in 2. part. membro 4. n. 154.* Faber, Aretin. Nicol. de Neapol. Iaſ. cum aliis citatis per eum, *nu. 57.* Gomeſ. eemiſſine *ſub num. 23.* & Bellonus *nu. 31. in d. §. item Seruiana.* vbi firmant hanc communem ſententiam fore contra Gloſ. prædictam, & in effectu iudicio meo veriſſima, & communis apparet, atque ab ea, tanquam ſacroſancta, & tutiſſima in actu practico diſcedere fatuum eſſet. Et illam tuetur conſiderando varios caſus Ioſeph. Ludouic *in deciſ. Vmbria deciſ. 75. in 2 part.* vbi ait, ſe in facti contingentia ſecundum hanc opinionem iudicaſſe. Cõ. opin.

OPINIO CXXXV.

SVMMARIA.

1 *Conducens rem propriam ignoranter, non per det dominium, nec poſſeſſionẽ, & poteſt referre locatori quaſtionem dominii. Eſſq; talis cõductio, & locatio nulla.*

3 *Tutor ponens in inuentario rerum pupilli ſui quaſdam res, quæ non ſunt pupilli per errorem, an de iis teneatur. Et quomodo ei ſuccurratur. nu. 3.*

4 *Ignorantia in facto proprio quando tolerabilis.*

5 *Nomina debitorum, de quibus non inueniuntur inſtrumenta, an & quando ſcribenda ſunt in inuentario. Et quæ cautio adhibenda, ſi tutor velit ſcribere debita in inuentario, ſicut ea reperit in libris defuncti, abſque chirographis. nu. 6.*

7 *Inſtrumenta debitorum quomodo ponenda ſint in inuentario.*

8 *Tutor ponens debita incerta, ſine inſtrumentis, vel chirographis in libro teſtatoris reperta in inuentario, an tali confeſſione ſibi præiudicet. & nu. 9. Et poſſit probare contrarium. nu. 16.*

10 *Tutore in expenſas condemnato, ob litem pupilli nomine calumnioſe motam, an fiat executio contra pupillum.*

11 *Heres tutoris an de tutoris leui & leuiſſima culpa teneatur, ſicut tenetur de lata eius culpa & dolo.*

12 *Heres tutoris ad rationum redditionem non minus aſtringitur quam ipſe tutor; & poteſt contra eum iri litem iurari per pupillum, ſi libros rationum detineat, eoſque exhibere detrectet. Item ſi inuentarium non ſit confectum.*

13 *Præſumptiones recenſentur, quæ adduci poſſunt à tutore vel eius herede, ad euitandum iuramentum in litem.*

14 *Libris tutoris mortui ſtatur etiam ſine iuramento in fauorem heredis eius. Et probant libri iſti etiam in magnis ſummis, ſi ſint veriſimiles. Et ſi tutor in articulo mortis in teſtamento ſuo aſſereret, libris eius ſuper tutela confectis ſtandum eſſe. nu. 15.*

17 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, & tollit doli præſumptionem.*

18 *Præſumptio iuris & de iure orta ex confeſſione tutoris in inuentario, an recipiat probationem in contrarium.*

19 *Non ſolum tutori, ſed eius etiam heredi, ex clauſula generali ſuccurritur, ſi bona aliena, ſiue mobilia, ſiue immobilia in inuentarium relata ſint.*

20 *Heres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

21 *Rationes quomodo per tutorem reddendæ, & quomodo ad ad calculatores peti poſſint.*

22 *Tutor, qui rem pupilli viliori pretio vendidit, an excuſetur, ſi authoritate publica ita æſtimata ſint, præcedente decreto iudicis. Et quid ſi fraus, vel colluſio interceſſerit. nu. 23.*

1 CONDUCENS † rem ſuam propriam ignoranter, non perdit dominium, neq; poſſeſſionem, poteſtq; obiici, ac referri per eum locatori exceptio, ſeu quæſtio dominii, & conſequenter remedium *l. conductores. C. locati, & l. non ab re, C. vnde vi.* non habet locum contra conductorem, qui rem propriam conduxit, ſecundum Gloſſ. *in d. l. non ab re, in verb. cedere, in fin.* Curt. ſen. poſt alios congeſtos per eum, *conſil. 70. nu. 2. & 7.* vbi ita conſuluit, atq; firmauit illam opinionem veriorem, communemq; apparere; idemque ſentit Cagnol. *ſub n. 5.* & Dec. *in l. neque pignus, n. 4. ff. de reg. iur.* & ibi Apoſtil. *in litera A* & Ioan. Anton. de Nigris *in capitulis Regni, in c. 6. ſubditorum noſtrorum ſub nu. 41.* idem quoq; reſpondit Rimin. *conſ. 94. nu. 16. vol. 1.* quia conductio, & locatio iſta eſt nulla, ſecundum omnes, præſertimq; Ripam, *nu. 13. in l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſ.* deficitq; conſenſus, qui locationis contractum perficit. Et † quemadmodum conducens rem propriam ignoranter, dominium non perdit, nec poſſeſſionem: ita tutor, ſi in inuentario ponat, ſe inueniſſe res in bonis pupilli, quas reperiantur eſſe aliena, minime tenetur, vt per Ang. de Vbaldis *in l. 2. §. hæc ſtipulatio, verſ. vltimo ſcias. ff. ſi cui plus quã per legem Falcid.* Iacob. de Aret. Cyn. & Alberic. *n. 2. in l. fin. veteris, C. arbitrium tutelæ.* vbi planum quoq; facit, Doctores *dictam leg.* intelligere *eo in loco* de rebus, quæ occultari poſſent, vt vinum, frumentum, & ſimilia, non autem in immobilibus; tunc enim concedit, ſtandum eſſe veritati, & proinde tutorem non teneri vllo modo, qui ponit prædium in inuentario, quod pupilli non eſt, *arg. l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignor.* Et ratio ea eſt, quia errans non dicitur conſentire, *l. ſi per errorem, de iuriſd. om. iud.* ita vt tutori ponenti 3
in inuentario † bona immobilia, ducto iuſto errore, quæ putabat eſſe pupilli, ſuccurratur, ſaltem ex clauſula generali, *ſi qua iuſta cauſa,* de qua *in l. 1. in fine. ff. ex quib. cauſ. maior.* vt per Soc. ſen. *conſ. 61. in præſenti conſultatione, quia de multis quæritur, ſub n. 1. in 1. quæſt. vol. 1.* Siquidem cum vult docere de errore, debet ſine dubio audiri, ſecundum Franciſcum de Porcellinis *in tract. de inuentario, quæſt. 1. cap. 1. ſub nu. 8.* & Iacob. Beretta *conſ. 77. non arbitror, nu. 5. vol. 1.* vbi conſuluit etiam, quod tunc ſuccurratur tutori, qui paſſus eſt bona ipſa aliena deſcribi in inuentario, etiam omiſſa proteſtatione, *ſaluo iure addendi & minuendi, & quod ſi aliqua bona appoſuit, quæ apponenda non erant, ea pro non appoſitis haberi voluit.* Quoniam † ignorantia etiam in 4
facto proprio, ſi factum ſit implicitum, tolerabilis reputatur, *l. emptor. § Lucius, ff. de pact.* & per Bar. *in l. non fatetur, ff. de confeſſ.*

Ex hinc eſt, † quod licet tutor teneatur facere in- 5
uentarium de omnibus rebus pupilli, & conſequenter ponere in ipſo inuentario omnia bona, & inſtrumenta, & ſic mobilia, & immobilia. & nomina debitorum, alias illud haberetur pro infecto, *c. quod autem, de iure patron. & l. 2. C. de auth. tut.* nihilominus tamen non veniunt ponenda per tutorem in inuentario nomina debitorum, niſi in bonis reperiantur inſtrumenta, & hoc caſu in inuentario ipſo ſunt neceſſario ſcribenda huiuſmodi inſtrumenta, aliter non tenetur tutor nomina huius generis debitorum ponere in inuentario, antequam exigat: ſed iis creditis exactis poſſunt, ac debent poni in inuentario, ſicut res de nouo inuentæ, ita Bar. *in l. tutor qui repertorium, col. 2. ff. de adminiſtrat. tut.* Corn. *conſ. 198. quamquam in hac conſultatione, nu. 9. vol. 1.* Franciſcus de Porcellinis *in tract. de inuentario, quæſt. 3. cap. 3. nu. 2.* Roland. à Valle *conſ. 75. interdum, nu. 29. 30. & 31. vol. 2.* vbi exprimit etiam hoc dictum eſſe valde notandum.

Verum enimuero † vbicunque inſererentur in 6
inuentario nomina debitorum, quemadmodum extitere reperta in libris teſtatoris ſine inſtrumentis, & ſine aliis publicis priuatiſque ſcripturis authenticis, tunc vtique haberentur pro non appoſitis. Imo idem præſumeretur pro tutore, quod tunc etiam conueniſſet tales debitores, vt per Gloſſ. *in l. chirographis, in ver. probatum, ff. de adminiſt. & pericul. tutor. vel curat.* ita vt tutori non ſit imputandum, ſi non exegerit debitum, in quo oportebat eum plus expendere, ac erogare, quam illud quod perciperet, ita Bal. *in l. mediterranea, C. de annon. & tributis, lib. 10.* Ego vero ſuadeo tutori hoc caſu, vt ad euitanda quæcunque diſcrimina, ſeu controuerſias, quæ oriri poſſent, dicat, mediante huiuſcemodi cautela in inuentario pono iſtas partitas librorum, & cætera, ſed neſcio an ſint illæ inanes, nec ne.

Nec obſtaret † confeſſio, ſeu deſcriptio facta in 7
inuentario de nominibus debitorum repertis abſq; inſtrumentis: quia inſtrumenta continentia nomina debitorum, debent poni in inuentario extenſe,

d.l. chirographis & notat poſt Specul. Franciſcus de
Porcellinis *in tract. de inuentario, in 3. quaſt. cap. 3. nu. 3.*
& ſic tota ſeries inſtrumentorum inſerenda venit in
inuentario, ita Gloſſ. *in princ. in d. l. chirographis*. ergo ſi
deberent poni inſtrumenta debitorum in inuenta-
rio cum toto eorum tenore, & ſubſtantia, ſi eodem
modo inſererentur partitæ ſimplices, nudæque no-
minum debitorum, apparentium in libro teſtatoris,
non releuantes, & ſic inutiles, nullam poſſum conſi-
derare validitatem talis confeſſionis, niſi eius nulli-
tatem, atque inualiditatem notoriam.

8 Imo defenſio † tutoris, ſic nulliter agentis, in in-
ferendo pupillares debitores in inuentario ſine in-
ſtrumentis, manifeſtatur *ex l. 2. C. arbitrium tutelæ*. vbi
diſponitur, quod nomina ipſa paternorum debito-
rum debent eſſe idonea, vt teneatur tutor ceſſans in
exactione eorum: ait enim textus eo in loco, nomi-
na paternorum debitorum, ſi idonea fuerint, in ini-
tio ſuſceptæ tutelæ: ergo cum huiuſcemodi nomina
debitorum non ſint idonea, excuſatur procul dubio
tutor ab exactione illorum, tanquam incerta, atque
difficili.

9 Quinetiam † defenſio tutoris ita inſerentis debi-
tores pupillares in inuentario non liquidos, neque
exigibiles reputatur tutiſſima ex textu *in l. ſi tutor
conſtitutus, ff. de administrat. & pericul. tut. & curat.* vbi
ita determinatur, quod ſi tutor conſtitutus quis in-
uenerit debitores, & eos non conuenerit, qui per
hoc minus idonei efficiantur, vel infra ſex primos
menſes, pupillares pecunias non collocauerit; ipſe in
debitam pecuniam, & in vſuras eius pecuniæ, quam
non fœnerauit, conuenitur, vt eiuſmodi lex loqui-
tur, & diſponit in debitoribus inuentis liquidis, &
exigibilibus, non autem in illiquidis: tunc enim nul-
la admodum negligentia imputanda veniret tutori,
ſtante impoſſibilitate exactionis faciendæ debito-
10 rum ita illiquidorum. Imo † tutor ipſe, ſi vellet in
præſenti caſu conuenire huius generis debitores,
tanquam temere litigans poſſet condemnari in ex-
penſis, *l. non eſt ignotum* & ibi Gloſſ. Bar. & alii, *C. de
administrat. tutorum*. Eſt tamen bene verum, quod ſi
tutorio nomine tutor fuerit in expenſis condemna-
tus, eo quod apparuit ipſum calumnioſe litem mo-
uiſſe, deberet hoc caſu fieri executio contra pupil-
lum, vt per Capellam Tholoſanam *deciſ. 40. item fuit
quæſitum, ſi appareat aliquem tutorem* vbi Stephan. Au-
frer. *in additionib.* tradit, qualiter ſubueniatur hoc ca-
ſu pupillo contra tutorem.

11 Et † hæc omnia quemadmodum excuſare ſolent
tutorem, ita etiam excuſant eius heredem, qui ſimili-
ter non tenetur de leui culpa ipſius tutoris, ita Alex.
in l. quod Nerua, ff. depoſiti, col. fin. & eſt textus *in l. 1. C. de
heredibus tutorum.* vbi Gloſſ. Bal. & alii. Sed quod non
teneatur neque de leuiſſima culpa heres tutoris, no-
tauere Doct. etiam *in l. quoquid. C. arbitr. tut. & in l.
proponebatur, ff. de magiſtr. conuen.* Bar. & Bal. *in l. tutor
qui repertorium, §. competit aduerſus tutores, ff. de admini-
ſtrat. & pericul. tutorum, vel curatorum, & in d. l. quod
Nerua, in repet. col. 15.*

Cæterum de dolo, & lata culpa heres ipſe tenetur,
atque obnoxius extat, *d. l. 1. C. de heredibus tutorum*, & i-
bi Gloſſ. *in ver. non oportet*. & Iodoc. Damhood. *in
tract. de pupillorum patrocinio, tit. de tutorum, & curato-
12 rum forma, cap. 1. nu. 21.* vbi plane † deducit, ad ratio-
num redditionem non minus heredem tutoris a-
ſtringi, quam ipſummet tutorem; & huic opinioni
aſſentitur quoque D. Capriolus noſter *in ſuo ſolemni
tract. de ſucceſſione ab inteſtato, in proœmio, nu. 90. cum
quamplurimis aliis ſeqq.* vbi magiſtraliter more ſuo de-
terminat contra Modernos, poſſe in litem iurari
contra heredem tutoris per pupillum; adiungitque
eam eſſe magis veram, magiſque communem, & Com. opin.
amplificat quoque in caſu valde notabili, & Burſat.
conſ. 195. intentio, nu. 8. vol. 1. & Cephal. *conſ. 674. videra-
tur, ſub nu. 41. & ſeq. vol. 5.* & Caputaquen. *deciſ. 157. li-
bros rationum, in 2. parte,* vbi *nu. 5. & ſeq.* clare demon-
ſtrat ex communi omnium, in iure Scribentium, Com. opin.
ſententia iurari poſſe in litem in præſenti caſu dolo-
ſo, atque tutorem, eiuſque heredem teneri ad inter-
eſſe, quam communem, quod poſſit iurari in litem
contra heredem tutoris, propter dolum ipſius, com-
mendat quoque in terminis Alciat. *conſ. 31. nouiter in
propoſito, nu. 6. tomo 2. lib. 5.* vbi allegat *l. 1. C. de in lit. iu-
ran.* vnde conuicto herede, ſuper detentione libri
adminiſtrationis tutelæ, & ſtante recuſatione exhi-
bitionis illius, poteſt abſque ſcrupulo aliquo contra
eum iurari in litem, vt per Bertran. *conſ. 153. honorabi-
lis, vol. 2. in 2. par.* vbi perſuadet pro exoneratione con-
ſcientiæ propriæ, & teſtatoris ipſi heredi, vt probe, le-
galiterque oſtendat totum id, quod ſcit, & reperitur
penes eum. Imo reperio etiam Sacrum Conſilium
Neapolitanum in duobus iuſtiſſimis caſibus detuliſ-
ſe actori iuramentum in litem, atteſtante Afflicto *de-
ciſ. 13. & deciſ. 360.* & nihilominus in primo caſu poſt
delatum iuramentum in litem actori prædicto, ro-
gauit partes, ad compromiſſum faciendum de iure,
& de facto, ſuper lite, occurrente in poteſtate eiuſ-
dem Sacri Conſilii, quæ partes, facto compromiſſo
in eo, fuere abſolutæ, vt per Afflictum *in allegata deciſ.
13. in fine*. in ſecundo vero caſu, in quo non erat con-
fectum inuentarium, nec itidem liber rationum per
tutorem, & nihilominus Sacrum Conſilium non
ſimpliciter deferendum actori iuramentum in litem
deliberauit, ſed cum grano ſalis, iudicando, ac deci-
dendo, deferendum iuramentum in litem actori, ta-
xandum, & moderandum per ipſum Sacrum Conſi-
lium antequam iuraretur, ſicuti teſtificatur Affli-
ctusmet *in d. deciſ. 360.* vnde pono ante oculos iudi-
cantium normam ipſius Sacri Conſilii, vt ea tan-
quam ſacroſanctiſſima imitanda ſectandaque veniat
in delatione ipſius iuramenti in litem.

Et in ſumma † ad excludendum doli præſum- 13
ptionem, & ad euitandum pariter iuramentum in li-
tem contra tutorem, vel eius heredem, poſſent vigi-
lanter ac perfecte adduci, proponi atque allegari
præſumptiones variæ, tutiſſimæ ac fructuoſiſſimæ,
relatæ & inſtructæ per Fanuccium *in tract. de iurando
in litem, in 2. parte, in 2. membro, nu. 45. 46. 47. 48. 49. &
50.* Prima itaque præſumptio inſurgit conſanguini-
tatis inter tutorem & pupillum, quæ remouet præ-
ſumptionem calumniæ & doli: dum in reddenda ra-
tione non vſque adeo arctandus ſit conſanguineus
tutor, ſicut extraneus tutor: quia tutor conſangui-
neus liberatur a ſcrupuloſa tutelæ adminiſtratæ red-
ditione, vt per Burſat. cum aliis aggregatis per eum,
in allegato conſ. 105. ſub nu. 6. & ſeq. & tanto magis, cum
ſuis libris fides præſtanda ſit, ſtante præſertim eius ap-
probatione per teſtatorem, vt per Burſatummet *eo
in loco, ſub nu. 26. & ſeq.* Secunda vero præſumptio ſu-
mitur etiam ex approbata fide tutoris per teſtato-
rem, dum eſt per eum relictus tutor teſtamentarius.
Tertia præſumptio etiam potentiſſima diſcernitur
ſumpta ex ſimplicitate tutoris, cui parcendum eſt.
Quarta præſumptio reſultat ex ipſius tutoris bona
fama, qualitate, fide, & conditione. Quinta præſum-
ptio inde colligitur, quod tutor ſit nobilis. Sexta
præſumptio ſimiliter allegari poteſt vrgentiſſima,
dum liquet tutorem ipſum nihil lucratum fuiſſe in

tute-

tutelæ adminiſtratione. quæ omnia, & ſingula ſancte, accurate, artificioſeque animaduertenda, atque conſideranda ſunt per iuſtum, & ſyncerum iudicem, antequam deferat, vel non deferat iuramentum in litem, vt per Farinaccium *in loco prææallegato*, alias vero præſumptiones, ſeu potius excuſationes quatuor, fauorabiles tutori, pro impetranda, obtinendaque abſolutione adminiſtratæ tutelæ, recenſuit Plotus *in repet. l. ſi quando, nu. 218. & ſeqq. C. vnde vi.* & decem alias præſumptiones magna conſideratione dignas, & vtiles tutori, ac eius heredi trutinauit, ac diſcuſſit Afflict. *deciſ. 13. per totam.*

14 Prout † ad fauorem heredis tutoris ſtatur etiam libris ipſius tutoris mortui, etiam ſine iuramento, vt per Iodoc. Damhoud. *in tract. de patrocinio pupillorum, in tit. de tutorum & curatorum rationum iuſtificatione, cap. vnico, nu. 37. & ſeqq.* Nec non liber tutoris probat quoque in ſummis magnis, quotieſcunque illæ ſunt veriſimiles, vt voluit Bar. *in l. fin. §. in computatione, col. 2. C. de iure deliberan.* & Crauet. cum ſuo neceſſario apparatu *in tractat. de antiquitate temporum, in 1. part. numer. 206. & ſequentib.* Et quænam ſit ſumma, vel quantitas magna reſidet in arbitrio iudicantis, inſpecta qualitate perſonarum, vt per Alexand. *conſil. 217. viſo quodam ſatis inordinato proceſſu, numero octauo, in fin. volumin. 7.* vbi annectit etiam, quod hoc tanto agilius procedat, vbicunque in libro tutoris reperiuntur ſcripta data, & recepta per eum, nec non fructus & reditus, ex doctrina Bar. *conſil. 150.* relata per Caporequal. *deciſion. 157. numer. 4. in 2. parte.* & appareret ipſius ſcribentis quoque bona qualitas, & fama, ſecundum Alexand. *eo in loco.* Et rationem palpabilem aſſignat Afflict. *deciſion. 40. numer. 20.* quod maior adhibeatur fides libro ipſius mortui, quam ſi foret viuus, & notauere etiam Vrſillus *in additum. ibi, numer. 17. & ſeqq.* & Pariſ. *conſ. 104. in præſenti cauſa verſeute, nu. 77. & ſeq. vol. 1.* vbi concludit poſt alios aggregatos per eum, librum mortui hominis legalis, & boni omnis, cum aliis adminiculis veriſimilibus probare, inducereq; talem & tantam præſumptionem, vt inducat veritatem.

15 Et hoc tanto ſecurius † procederet, vbicunque in articulo mortis tutor in ſuo teſtamento diſponeret, ordinaretque, ſtandum eſſe per heredem libris eius confectis ſuper tutela, per eum adminiſtrata, tunc enim illis fides præſtanda foret. ex quo moriens non præſumitur immemor ſalutis æternæ, *l. fin. C. ad legem Iul. repetundarum.* & notat Io. de Amicis *conſ. 145. nu. 20.* & Io. Pet. Surd. *conſ. 10. in fin.* nec eſt præſumptio, quod quis plus diligat amicum ſuum, quam animam ſuam *l. preſes, C. de ſeruitutibus.* & notat Guid. Pap. *ſing. 997. iuramentum tollitur.*

16 Sed † denique, pro defenſione, & abſolutione tutoris, circa reddendam rationem adminiſtratæ tutelæ, poteſt ipſe probare (vt in principio *ſub nu. 2. & ſeq.* planum fecimus) errorem bonorum alienatorum contra proprium inuentarium, non obſtante eius confeſſione, & præſumptione iuris, & de iure, orta ex inuentario ipſo: & præſertim ſtante concurrenteque tunc proteſtatione tutoris in principio, & fine inuentarii, quæ aſſeruit, & aſſerit, credit, & opinatur ſe inueniſſe in hereditate bona mobilia, & immobilia, iuraque, & nomina debitorum, & creditorum infraſcripta: ſed proteſtatur, quod ſi quæ ponenda omiſerit in præſenti inuentario, vel non ponenda poſuerit, id non feciſſe machinatione, vel dolo: & ob hoc ſibi non præiudicet: verum ſit eidem ſaluum ius addendi, ac minuendi, ac detrahendi de inuentario ipſo; prout ad ipſius notitiam deuenerit, vtendo ſci- licet in eo veritate, & bona fide; velutí ita firmanere conſtanter Ang. de Vbaldis *in l. 1. §. hac ſtipulatio, nu. 24. ff. ſi cui plus per legem Falcid.* & Pract. Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ, ſuper verbo, in ſuo vltimo teſtamento, ſub nu. 17.* vbi profert etiam magnum verbum, ita videlicet obſeruare generalem conſuetudinem contra Bar. *in l. fin. C. arbitrium tutelæ.* aſſerentem iſtam proteſtationem nihil releuare tutorem, & ita conſuluit quoque doctiſſimus D. Iacobus Beretta *conſ. 77. non arbitror, vol. 1.* vbi aſſerit iſtam eſſe communem practicam, & magis communem opinionem, amplificauitque etiam *nu. 4. & ſeq.* habere locum ſimiliter, non facta in inuentario tali proteſtatione per tutorem, & practicam iſtam, tanquam probabiliſſimam, atque tutiſſimam commendauere, atteſtante D. Iacobo Beretta *eo in loco*, Cagnolus *in repet. l. ſi quis maior, ſub nu. 210. C. de tranſactionib.* & Monticulus *in tract. de inuentario, articulo 7. nu. 53.* & huiuſmodi cautelam, opinionemve, pure ac religioſe approbant etiam Bal. *col. 4. verſ. item pone, quod heres.* & Iaſ. *in verſ. tertio requiritur, in l. fin. §. cum igitur, C. de iure deliberan.* Vrſillus *in addit. Afflict. deciſ. 13. nu. 43.* Com. opin.

Et nihil mirum, † quia proteſtatio reſeruatiua 17 conſeruat ius proteſtantis, *l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca ſoluitur.* nec non proteſtatio ipſa penitus tollit excluditque doli præſumptionem, vt not. *in leg. ſi quis in tantam, Cod. vnde vi.* & notanere etiam Bald. *in Authent. ſed cum teſtator, prope finem, Cod. ad legem Falcidiam.* & Guid. Pap. *in ſingul. 699. proteſtatio tollit.*

Et licet † præſumptio iuris, & de iure, orta ex con- 18 feſſione tutoris, mediante inuentario, non recipiat probationem in contrarium, tamen hoc non obtinet locum, ad finem petendi reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, vt per Cyn. *in l. 1. C. de condict. indebit.* & Alex. *in l. Imperatores. de re iudic. & in l. inter ſtipulantem, §. 1. de ver. obligat.* & Præpoſ. Mediolanen. *in c. is qui fidem, col. pen. verſ. colligendo ergo dicta, de ſponſal.* vbi iſtam regulam, quod præſumptio iuris, & de iure non admittat probationem in contrarium, limitat etiam in quinque aliis caſibus, prout limitat quoque Iacobus Nouellus in tribus, *in regula 160. præſumptiones iuris, tomo 2.*

Et hinc † pro veritate inpræſentiarum concludo, 19 quod non ſolum tutori, ſeu eius etiam heredi ſuccurratur ex clauſula generali, non ſolum cum aliena bona immobilia ex errore poſita, inſertaque in inuentario reperiuntur: ſed etiam cum poſita fuerint ſimiliter bona mobilia aliena. Error enim tam poteſt contingere in appoſitione bonorum ſtabilium in inuentario, quam bonorum mobilium. nam ſi tempore confecti inuentarii reperiantur bona aliena in domo pupilli, eaque tunc inſerantur bona fide, & iuſta credulitate in inuentario, tanquam propria, ſpectantiaque ad pupillum, quæ temporis ſucceſſu appareant conſeruata per amicos, vel commodata gratuito, ad aliquem ſpecialem vſum, & præfinitum, vel depoſita. Si igitur tunc conueniretur tutor pro reſtitutione prædictarum rerum, quid agendum? dandam operam hoc caſu non dubito, vt apparente veritate depoſiti, commodati, conſeruationis, ſeu cuiuſcunque realis, alterius prætendentiæ, bona iſta reſtituantur veris dominis abſque litigio aliquo. Et ratio viuaciſſima ea eſt, quia diſputandum non eſt de apicibus iuris, vbi agitur de bona fide, vt per D. Iacobum de Graſſiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 3. numer. 14. libr. 4.* & tanto magis, quia forus conſcientiæ, eſt forus æqui, & boni, & tribunal veritatis,

& non

& non fictionis, nec in eo apices excuſant, ita Bal. *in l. vnica, col. 3. C. de confeſſ.*

Secundo, ounquam creditur fuiſſe malum, quod factum eſt bonum, *l. quod ita, ff. de ædilit. edict. & c. ſeruum, 50. diſtinct.*

Tertio, hereditas intelligitur ære alieno deducto, ita Gloſſ. *in c. fin. de vſuris, lib. 6.*

Quarto, heres eadem eſt perſona cum defuncto, *l. heres, ff. de vſucap. & §. 1. Auth. de iureiuran. à morient. praſt. coll. 4.* Specul. *de iuram. cal. §. 2. verſ. ſed nunquid heres.*

Quinto, animaduertendum eſt, quod tractatur de animæ defuncti diſcrimine, quæ cum cæteris rebus omnibus præferenda ſit, *l. ſancimus, §. penult.* me-
20 rito heres † tenetur exonerare conſcientiam defuncti, *c. cum à nobis, de ſenten. excommunicat. & c. literis, de rapt.* Aret. *in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Abb. & alii omnes Canoniſtæ *in c. nihil. de præſcript. & in regula, cum quis, lib. 6.* Vrſillus *in addit. Afflict. decis. 13. nu. 10.* vbi ait, etiam illam eſſe magis communem opinionem. Com. opin.

21 Sexto notandum † quoq; eſt, quod ratio adminiſtratæ tutelæ reddenda ſit per tutorem arbitrio boni viri, ſecundum Bal. *in l. voluntatis, C. de fideicommiſ.* & Pariſ. *conſ. 96. in præſenti cauſa vertente inter eximium, nu. 28. 29. 30. & 31. vol. 1.* vbi etiam concludit cum ſuo neceſſario ordine, quod tutor obnoxius ad reddendam rationem petere poſſit, vt ponantur calculatores, & reuiſores, ad videndum computa, qui reuiſores ita electi atque deputati, arbitri appellantur: & quod relationibus iſtorum arbitrorum ſtandum ſit, niſi fuerit reclamatum. Et quod tutor ipſe non teneatur ponere pecunias pupillares ad emptionem prædiorum, vel ponere ad licitum quæſtum, lucrumve, ſed potius ex illis ſoluere debita pupillaria, nec non retinere pecuniam ipſam pro ſuo ſalario, & pro erogatione expenſarum in rebus, negotiisque pupilli neceſſario facienda.

22 Septimo † excuſatur ſimiliter tutor, vbicunque ipſe venderet res bonaque minoris viliori pretio, & ſic pro tanto, quanto authoritate publica æſtimata fuiſſent, præcedente interueniente que decreto, ſeu æſtimatione iudicis, textus eſt clarus *in l. fin. C. de magiſtratibus conueniendis.* vbi Gloſſ. *in ver. ſi qua læſio.* Bar. & Bal. *in 6. notab.* Roman. *in ſing. 80. excuſatur tutor.* & ibi Nicolaus Pignolatus *in addit.* Iaſ. *in §. plus autem. col. 11. Inſtit. de actionib.* & Salycet. *in d. l. fin. C. de magiſtratib. conuenien. ſub nu. 1. in 3. notab.* vbi vltiter limitat opinionem iſtam in duobus caſibus. Primo, niſi tutor ipſe in æſtimando fraudem commiſiſſet. Secundo, niſi notorium foret talem æſtimationem eſſe iniuſtam, mediante publica voce & fama.

23 Vnde † ſtante huiuſmodi alienatione bonorum pupilli ac minoris, per colluſionem & fraudem, cum damno illius, poſſet ea vtique tunc reſcindi per reſtitutionem in integrum, ita Gloſſ. *in ver. pretio, in l. fin. C. ſi aduerſus vendit. per textum ibi, & in c. ad noſtram, de reb. eccleſ. non alienan.* & notat etiam Berous *in c. nulli, ſub nu. 67 eod. tit.*

OPINIO CXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Conductor de proprietate rei conductæ cum locatore litigare volens, poſſeſſionem locatori prius tenetur reſtituere, reſeruata quæſtione proprietatis in aliud iudicium. nu. 2.*

3 *Conductor, ſi contra eum agatur ad rei reſtitutionem, non poſſit de dominio ſuo opponere, & dicere locationem nullam prætextu dominii ſui.*

4 *Locator non poteſt obtinere, niſi probet ſuam poſſeſſionem.*

5 *Locator tenetur probare ſe fuiſſe ſaltem poſſeſſorem rei locatæ tempore locationis.*

6 *Conductor quæſtionem dominii quando referre poſſit.*

7 *Conducens ignoranter rem ſuam à non domino, non perdit dominium, neque poſſeſſionem; ſecus ſi ſcienter conducat. n. 8.*

Conductor † debet prius reſtituere poſſeſſionem locatori, quam litigare de proprietate, *l. ſi quis conductionis titulo, C. locati.* quæ lex ex communi opinione omnium Doct. *ibi & alibi,* & Coraſii *in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 3. c. 2. nu. 10.* procedit, quando de locatione conſtaret, appareretve, & vbicunque colonus locationem ipſam non negaret; adde Afflict. *decis. 10.* & Alphan. *in collect. 483.* Et † tunc ipſe conductor tenetur rem conductam locatori reſtituere, reſeruata tamen quæſtione proprietatis in alio iudicio; vt eſt textus *in d. l. ſi quis conductionis.* & Doctor. communiter ſequuntur ibi, & in variis diuerſiſque locis iuris noſtri, in quibus tractatur hæc materia, vt per Alexan. poſt alios *in l. ſi alienam, ff. ſolut. matrimon.* per Paul. de Caſtr. *in l. qui rem, ff. depoſiti.* per Bartol. & Salyc. *in l. commodare. ff. commoda.* & per Anton. Abb. Ioan. de Imol. & alios omnes Canoniſtas *in c. inter dilectos. de fide inſtrum.* vbi vnanimiter † & concorditer concludunt, quod ſi contra conductorem ad rei reſtitutionem agatur per condictionem, *ex d. l. ſi quis conductionis.* ipſe non poſſit de dominio ſuo opponere, nec dicere locationem nullam prætextu ſui dominii, ex quo tale remedium dicitur eſſe remedium momentaneæ poſſeſſionis recuperandæ, in quo exceptio dominii non admittitur, Bartol. Bald. Salyc. & omnes *in d. l. ſi quis conductionis, & in d. l. qui rem, & in l. ad probationem, C. locati.* Com. opin.

4 Sed aduerte, † quod remedium reſtitutorium recuperandæ poſſeſſionis non poſſet locator obtinere, niſi probaret poſſeſſionem, vt notatur *in cap. olim cauſa, in c. cum ad ſedem, & in c. in literis, in gloſ. 2. extra de reſtit. ſpol.* Et † tunc nempe ſufficeret probari, quod locator ſaltem fuiſſet poſſeſſor rei locatæ, tempore locationis, vt concedit Bald. *in d. l. ſi quis conductionis in princ.* & Grat. *conſ. 90. omiſſis argumentis, nu. 13 vol. 1.* 5

6 Sed hoc † non procedit quotieſcunque conductor memoratus offert ſe paratum probare, quod rem à ſe tempore locationis poſſeſſam conduxit, ita quod locator non ſuit in poſſeſſione; & ſic exceptio poſſeſſionis proprie à conductore contra locatorem obiici poteſt, ſecundum Gloſ. *in l. non ab re. C. vnde vi.* Curtium ſen. *conſ. 70. nu. 4. cum aliis relatis per eum.* Pariſ. *conſ. 59. nu. 10. vol. 1.* & Ripam *in l. ſi aliquam rem. ff. de acquiren. poſſeſſion. in fin.* in quibus quidem locis exprimunt iſtam eſſe veram communemque opinionem, & ſequitur etiam Iacob. Menochius *in tractat. recup. poſſeſſ. remed. 11. nu. 4* vbi luculenter, & melius quam alius, quem huc uſque viderim, ampliat in nouem caſibus, *d. l. ſi quis conductionis.* & in ſeptem aliis limitat. Com. opin.

7 Quæ † communis licet de plano procedat, vt conducens rem ſuam ignoranter à non domino, non perdat dominium, neque poſſeſſionem, ex authoritate allegatorum Doctorum *in locis præcitatis,* & Curtii ſenioris *in d. conſ. 70 ſuper controuerſia vertente, ſub nu. 2.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem, & Gratus etiam *in d. conſ. 90. nu. 16.* Tamen Com. opin.
8 hoc obtinet locum etiam, † vt procedat generaliter, & indiſtincte, ſiue conductor ignoraſſet, ſeu ſciuiſſet ſe poſſeſſorem, & dominum rei conductæ, vt ob talem conductionem rei propriæ non amittat ſuam

poſſeſ-

poſſeſſionem, vt firmat & probat Grat. in d. conſ. 90. num.16.& ſeq. vol.1. Alexan. in l.1. §. ſi vir. colum.11. ff. de acquiren. poſſeſſion. Pariſ. conſ.59. viſo inſtrumento venditionis, num.91. volum.1.& Curt. ſenior in dict. conſil. 70. ſub nu.2.& 5.

OPINIO CXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum confeſſis ſponte minuens pœnam an procedat, ſi Reus antea negaſſet, & poſtea fateretur.*

1 CONFESSIO † non prodeſt confitenti, quando prius negauit; & ſic ſtante ſtatuto, quod confeſſis ſponte pœna minuatur, non minuitur ei, qui antea, & à principio negauit, licet poſtea faſſus fuerit, ſecundum Bart. num. 4. in l. eum qui. ff. de iureiur. Bald. in l. ſi vnus ex ſociis, §. fin. ff. pro ſocio. Salycet. in l. contra negantem, C. ad l. Aquil. & Socin. in l. non vtique num.7. ff. de except. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod talis confeſſio profit reo, etiamſi poſt negationem ſtatim confiteatur, inclinarunt Ang. Bal. Salyc. & recentiores, in d. l. eum qui. vbi Iaſ. nu.8. & ſeq. eandem ſententiam amplectitur, aitque communem, & Felin. quoque in c. cæterum, de iud. & cum eadem opinione concurrit etiam Tiraquel. copioſe in tract. de pœnis temperandis, in cauſa 30. nu.11. & ſeq. Sed primam partem tanquam magis communem, & magis veram, mihi ſequendam fore decreui, prout ei inhæret etiam vltra præcitatos Doctores, & motus quidem optimis & efficaciſſimis rationibus Marſil. copioſiſſime in repetit. rub. nu.400. & ſeq. ff. de fideiuſſoribus. D. Folletius in practic. crim. in 1. par. 3. partis, in ver. ſi confitebuntur, nu. 87. cum aliis ſeqq. & Phanuccius in tract. de iureiurando, in 3. par. 3. membri, nu. 13. & ſeq. vbi vtiliter reſoluit, an hoc procedat ante litis conteſtationem, vel poſt; & firmat etiam cum aliis relatis per eum, non prodeſſe confeſſionem criminis in cauſa appellationis ad conſequendum dicti ſtatuti beneficium reo, qui in prima inſtantia delictum negauerit. Com. opin.

OPINIO CXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an intra biennium opponi poſſit confeſſioni de debito geminatæ. & nu. 2.*

1 CONFESSIO † de mutuo, quamuis non præiudicet, quo minus opponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ, intra biennium, vt in §.1. Inſtitut. de literarum obligation. & in l. in contractibus, C. de non numerata pecun. & not. Felin. in c. ſi cautio, nu. 45. cum aliis ſequen. de fide inſtrumen. vbi hoc ponit pro regula vera, cum ampliationibus & limitationibus, & Bernard. de Luco in regul. 249. Nihilominus † ſi confeſſio 2 ipſa de debito geminata ſit, tunc non poſſet opponi exceptio hæc non numeratæ pecuniæ, ſecundum Gloſſ. in d. l. in contractibus, §. 1. in ver. penitus. Abb. & Felin. nu. 56. in d. c. ſi cautio, in fin. & iſta eſt communis opinio. Com. opin.

OPINIO CXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta an valeat, & ſemiplenam probationem faciat, etiam de iure canonico. nu. 2.*

3 *Confeſſio extraiudicialis geminata, facta abſente parte, & ſine cauſa, in fauorem abſentis, inducit plenam probationem, quia tunc habet vim confeſſionis iudicialis.*

4 *Confeſſio facta ad liberandum debitorem, abſente parte, an plene probet, & præiudicet confitenti.*

5 *Confeſſio extraiudicialis facta de aliquo delicto inducit ſufficiens indicium ad torturam contra confitentem, niſi ſit reuocata. nu.8. Et poteſt reuocari, etiam non docto de errore. nu.9. Non præiudicat etiam talis confeſſio confitenti, ſi facta ſit ſine cauſa. n.10. & 11. Idem eſt ſi foret informis, & non certa, nec qualificata, continens locum commiſſi criminis, & tempus. nu.12.*

6 *Confeſſio extraiudicialis de aliquo crimine debet neceſſario probari per duos teſtes idoneos, & conteſtes.*

7 *Confeſſio extraiudicialis de aliquo crimine debet eſſe veriſimilis, haberéque præexiſtentem cauſam, in qua conſiſtat vtilitas, & honor, vel quid aliud ſimile.*

13 *Confeſſio extraiudicialis quæ dicatur.*

CONFESSIO † extra iudicium abſente parte facta in fauorem abſentis, inducit ſemiplenam probationem, ſecundum Gloſſ. in l. capite quinto, ff. de adulter. Anc. in c. fin. de confeſ. Bal. in l. 1. C. de fur. Caſtren. conſil. 82. & 255. Roman. in l. 1. ff. ſolut. mat. & conſ. 373. Corn. conſ. 261. vol. 1. Bar. alioſque antiquos, & Moder. in l. admonendi, ff. de iureiur. qui ibi aiunt iſtam eſſe communem regulam, & communem opinionem, ait Alex. conſ. 152. n. 19. vol. 5. Gloſſ. & Abb. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. & Fel. in c. ſi cautio, n. 22. cum aliis ſeqq. de fide inſtr. vbi hoc ponit pro regula cum ampliationibus & limitationibus, & Marſil. etiam ſingul. 202. incipien. regulam. & Cæſar Vrſillus in add. Afflict. in deciſ. 103. deciſ. 364. n. 7. & ſeq. & deciſ. 375. & eam ſequitur Crau. in tract. de antiquit. temp. in 1. par. nu. 50. vbi narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Syluanus etiam cum aliis ſignatis per eum conſ. 44. nu. 7. & ſeq. Marc. Ant. Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. ſeu in tract. de indiciis, nu. 263. & Vrſillus in add. Afflict. in d. deciſ. 364. n. 3. 1 Com. opin.

Imo † iſta communis ampliatur procedere etiam de iure canonico, quod confeſſio ipſa facta abſente parte valeat, vt per Fel. in d. c. ſi cautio, n. 27. & per Ruinum conſ. 70. nu. 5. vol. 4. qui cum aliis aggregatis per eum concurrit cum hac ſententia, & appellat eam eſſe communem, & Soc. iun. quoque conſ. 32. num. 18. vol. 2. & Dec. conſil. 163. in cauſa matrimonii, quæ Mantuæ agitatur, ſub numer. 1. & ſequent. Sed magis communis opinio eſt in contrarium, videlicet, quod confeſſio facta abſente parte aliter non probet de iure canonico, vt tradit Alexan. conſ. 180. in cauſa Anglorum, col. 3. vol. 2. 2 Com. opin. Com. opin.

Ideo † retenta ſententia de iure ciuili tanquam veriſſima, quod confeſſio ipſa extraiudicialis, abſente parte facta, valeat, & faciat ſemiplenam probationem, interpretatur modo vtiliter, vt non procederet in confeſſione geminata, quæ haberet tunc vim confeſſionis iudicialis, etiamſi ſine cauſa fuerit facta, ſecundum Bart. in l. cum ſcimus, Cod. de agric. & cenſ. libr. 11. per illum text. Roman. & Iaſ. num. 8. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. final. ff. de iureiuran. Felin. in d. c. ſi cautio, numer. 39. & Dec. in dict. conſil. 163. ſub num. 2. & iſta eſt communis opinio, cum qua concurrunt etiam Iaſ. in §. in perſonam, num. 48. Inſtitut. de action. Bertran. conſ. 175. num. 6. vol. 1. & conſ. 175. nu. 6. vol. 2. Ruinus conſil. 72. num. 1. & 5. vol. 4. Marſil. in l. 1. num. 40. C. de ſicar. & in l. 1. §. quæſtionis, ſub num. 2. ff. de quæſtion. Gratus conſ. 50. in præſenti, nu. 21. volum. 1. Maranta in tractat. iudiciorum, in 4. part. 5. actu, num. 115. Syluanus conſ. 57. num. 16. quod eſt conſilium vltimum. Boet. conſil. 40. num. 74. & Socin. iun. in rubr. ff. de verbor. obligat. num. 280. & ſeq. & Iacobus Philip. Port. ſeu potius Anton. Gabriel. in concluſ. 22. Geminata confeſſio, lib. 1. vbi hoc ponit pro regula cum ampliatione & limitatione. Item † non habet locum 4 in con- 3 Com. opin.

4 in confeſſione facta † ad liberandum debitorem, videlicet ſi Gregorius eſſet debitor Dominici, in aliqua pecuniarum ſumma, & confiteretur in abſentiam ſui debitoris, ſibi extitiſſe factam ſolutionem, per prædictum debitorem dictæ quantitatis pecuniæ, tunc talis confeſſio ita & taliter facta, abſente parte, plene probaret, & præiudicaret ipſi confitenti, ſecundum Gloſſ. *in l. non ſolum, §. ſi liberationis verba, ff. de liber. leg.* Alexan. & Iaſ. *in l. poſtquam lites. C. de pactis.* Vrſillum cum cæteris allegatis per eum, *in addit. Afflict. in d. deciſ. 364. nu. 7.* & Cottam *in memorali, in verb. confeſſio facta abſente parte.* vbi ait, quod etſi talis confeſſio non valeret in vim obligatorii pacti, nihilominus valeret in vim meræ probationis, atque profitetur ibi iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod confeſſio emanata ad liberandum, abſente aduerſario, non præiudicet confitenti, inclinauit Gloſ. *in l. idem in duobus, ff. de pact.* Bar. *in d. §. ſi liberationis verba.* Lanfran. *in c. quoniam contra, in c. de confeſſionibus, ſub nu. 31 de probation.* Capycius *in deciſ. 133 nu. 2. & 5.* Felin. cumulatiſſime *in d. c. ſi cautio, nu. 32.* Ex quibus conſtat iſtam eſſe magis communem, magisque veram ſententiam, prout de ea teſtatur quoque Cotta *in d. memoralis in ver. confeſſio abſente parte, in fin.* qui meminit iſtum caſum pendere in facto, & relinquit indeciſum. Tamen veritati ipſe inhærendo ſequor prædictam opinionem Bartoli.

Cõis opin.

5 Item confeſſio † extraiudicialis facta de aliquo delicto facit indicium ad torturam ſufficiens, ſecundum Gloſſ. Bar. *nu. 1.* Ang. & alios *in l. capite quinto, ff. de adult.* Innoc. *in c. ſicut, de teſtib.* Bal. *in l. vnica, C. de confeſ. col. 6.* Ang. *in l. 1. col. fin. ff. eod. tit.* Innoc. & Abb. *in c. ſi quis in gradu, de purg. canon.* Flo. Abb. & cæteros omnes Canoniſtas communiter *in c. at ſi clerici, de iud.* Rotam Roman *deciſ. 222.* Bal. *in l. illum ſuſtium, de confeſ.* & Felin *in c. olim, col. 3. de reſcrip.* Alex. Soc. Dec. & alios *in l. magiſtratibus, ff. de iuriſd. om. iud.* vbi exprimunt iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Francil. Brunus *in tract. de indiciis & tortura, q. 3. prima partis, num. 14. & ſeq.* Marcus Antonius Blancus *in pract.*

Cõis opin.

Cõis opin.

6 *crim. circa fin. cautela 5.* Quod † verum eſt, & procedit, vbicunque illa confeſſio extraiudicialis probaretur per duos teſtes idoneos, & conteſtes de loco, & tempore, tunc certe induceret ſemiplenam probationem, ſeu indicium ad torturam ſufficiens, vt tradit Afflict. *deciſion 364. nu. 4.* Alex. *conſ. 132. viſo, & ponderatis, nu. 26. vol. 5.* Fran. Curt *in l. admonendi, nu. 190. cum aliis ſeq. ff. de iureiuran.* Pariſ. *conſ. 153. nu. 29. vol. 4.* Vaſquius *de ſucceſ. creat. §. 4. num. 43.* Cardinalis Albanus *in lucubration. ad Bar. in l. certam. §. ſi quis abſentem, ſub nu. 4. ff. de confeſſis.* & Marcus Ant. Blancus *in l. fin. ff. de quæſt. ſeu in tract. de indiciis, nu. 206. & ſeq.* vbi addit

7 etiam, † quod requiritur quoque, vt ipſa confeſſio extraiudicialis alicuius criminis veriſimilis ſit, habeatque præexiſtentem cauſam, in qua conſiſtat vtilitas, & honor; vel quid aliud ſimile.

8 Et † licet confeſſio extraiudicialis, facta de aliquo crimine, faciat indicium ad torturam, vt ſupra demonſtratum eſt *nu. 5.* ex communi Doctorum ſententia, & ei aſſentiantur Roman. quoque *conſ. 8. nu. 1. & conſ. 373. circa finem.* Grammat. *conſ. crim. 32. nu. 9.* Carauita *in ritu 235. num. 17* Iulius Clarus etiam *in practic. crim. quæſt. 21. verſ. confeſſio extraiudicialis.* Diaz *in ſuis regulis, in regula 125. in prima limitatione.* & Boſſius *in ſua practica, in tit. de confeſſis, num. 41. & 57.* nihilominus huiuſmodi communis limitatur non procedere, quando eſſet talis confeſſio reuocata, eſt ſingulare dictum Bal. *in l. vnica, nu. 44. & 60. C. de confeſſ.* Iaſ. *in l. magiſtratibus, col. 2. ff. de iuriſdiction. om. iudic.* Felin. *in c. olim.* vbi Abb. *il 2. num. 9. extra de reſcript.* & Carauita *in allegato ritu 235. num. 17.*

9 Imo † ipſa confeſſio extraiudicialis de crimine facta, poteſt reuocari, etiam non docto de errore per confitentem, ad euitandam torturam, cum ea confeſſio ſit confeſſio nudi facti, vt per Bal. *in d. l. vnica, C. de confeſſ. col. antepen.* Iaſ. *in d. l. magiſtratibus, col. 2. verſ. ſingulariter limita.* Felin. *in c. de hoc, de ſimon. in c. at ſi clerici, de iudic. & in c. olim, col. 3 de reſcript.* Thom. Ferrat. *in ſuis cautelis, cautela 27.* Io. de Arnono. *ſing 94. in caſu propoſito, in præcedenti ſingulari.* Bernardinum Diaz *in ſuis regulis, in regula 125. confeſſus de crimine extraiudicium, in 2. ſublimitatione 1. fallentia.* Mar. Ant. Blancum *in pract. crim. in rub. datis defenſionibus per procuratorem, num. 64. & in cautela 5. in fine dictæ practicæ poſita.* vnde cautus, diligensque Aduocatus procurare debet omni ſtudio, vt ſuus clientulus reuocet, inprimis & ante omnia huiuſmodi confeſſionem, ita emanatam in exceptionibus, defenſionibus, & iuribus proponendis, ad defenſam inquiſiti, qua reuocatione confeſſionis ita facta ſimpliciter, per reum ipſum inquiſitum, aſſerentem ſe reuocare omnes, & quaſcunque confeſſiones vrgentes contra ſe, tanquam erroneas, ea ſolummodo reuocatio tunc ſufficit, etiamſi nullatenus doceatur de errore allegato, & non poteſt procedi ad torturam, contra confeſſum, aliquo modo, ſicuti per quadraginta annos continuos obſeruaui in practica, vt Iudex, & Aduocatus, in infinitis caſibus, his temporibus occurſis.

Limitatur quoque ſecundo † prædicta communis opinio, quotieſcunque reperitur confeſſio in criminalibus cauſis facta, ſine cauſa, tunc enim ea minime præiudicat confitenti, nec valet vllo modo, ſicut in ciuilibus, Ita Ancharan. *conſ. 24. viſa inquiſitione formata contra Philippum de Mantua, nu. 4.* Marſil. *ſing. 219. obligatio non continens cauſam, poſt medium.* & Petrus Garſia de Toleto *in ſuis deciſionibus, in dicto 478. confeſſio ſine cauſa in criminalibus.* 10

Et nihil mirum, † quia iſthæc confeſſio extraiudicialis in ciuilibus cauſis facta, minime probat, ſine cauſæ expreſſione, vt *in c. ſi cautio, de fide inſtrum. & l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat.* Roman. *ſing. 399. quamuis confeſſio extraiudicialis.* Taliter † quod ſi huiuſcemodi confeſſio extraiudicialis in criminalibus cauſis foret ſimiliter informis, & non certa, & qualificata continens locum commiſſi criminis, & tempus, tunc minime ſufficeret, nec faceret, induceretque indicium ad torturam, ita Bal. *in l. admonendi, ff. de iureiuran.* Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu, in cap. incohante, quia communiter dicitur, fol. 95.* & Diaz *in ſuis regulis, in regula 125. in quarta ſublimitatione prima limitatione.* 11 12

Sed ne ignorentur † termini circa intelligentiam confeſſionis extraiudicialis, quænam ea ſit, animaduertendum eſt, quod extra iudicium confeſſio dicitur fieri, quamuis fiat coram Notario, abſque iudice, ſeu coram iudice, & non in figura iudicii, ita Gloſſ. finalis, & Bal *in l. iubemus, C. de liber. cauſ.* & Iaſ. *in l. videamus, §. deferre. col. 1. ff. de in lit. iuran.* ita vt confeſſio facta coram aliquo iudice, non tamen in forma iudicii, non operetur effectum confeſſionis iudicialis, vt per Ant. Butrig. *in c. at ſi clerici, verſic. vltimo ex gloſſa, de iudic.* 13

OPINIO CXL.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta per reum in tormentis, nullis vel non legitimis indiciis præcedentibus, an valeat, ſi fuerit ratifica-*

tificata, & an præiudicet confitenti, vel alteri, ſi poſtea ſuperuenerint indicia.

2 *Conſuetudo diſponens, quod reus poſſit torqueri indiciis non ſufficientibus, non valet.*

3 *Torturam inferens non præcedentibus indiciis ſufficientibus, peccat mortaliter.*

4 *Torquens ſine legitimis indiciis ad quid teneatur torto, & quam pœnam incurrat in Regno Neapolitano.*

5 *Tortura nec in crimine quidem læſæ maieſtatis humanæ, vel diuinæ, non præcedentibus legitimis indiciis, inferri poteſt. & nu. 6.*

CONFESSIO † facta per reum in tormentis, nullis vel non legitimis indiciis præcedentibus, non valet, & ſic redditur nulla, etiamſi millies ratificata ſit ad banchum iuris, nec ex ea poſſet ſequi condemnatio, ſecundum Gloſſ. Bart. *nu. 1.* Alex. *in l. apoſtol.* & reliquos omnes, præſertimque Marſil. cum cæteris ſignatis per eum, *nu. 10. cum aliis ſeqq. in l. penul. ff. de quæſt. per text. ibi*, vbi *nu. 14.* refert, mediante ſuo patrocinio ob hoc euaſiſſe aliquos reos à pœna mortis, & eandem ſententiam ſequitur quinquies atque communem dicit Iaſ. *conſ. 88. num. 2 vol. 2.* & Marſil. *in l. 1. nu. 14. ff. de quæſt.* Guido de Suza. *in tract. de indiciis & tortura, verſ. ſed quid ſi aliquis tortus, num. 70.* Franciſc. Brun. *in tract. de indiciis & tortur. q. 5. 2. par. nu. 47. & ſeq.* Capycius *deciſ. 145. nu. 3.* Io. de Arnono *in commentario 113.* Annibal Troyſius Cauenſis *in pragmatica 35 Insoleuit, nu. 44* Mathesil. *in ſing. 55. Nota quod quotieſcunque iudex.* & ibi Gabriel Sarayn. cum magna Doctorum caterua relata per eum *in addit.* Boſſius *in pract. crim. in titul. de confeſſ. per torturam. num. 8* eminentiſſimus ac doctiſſimus D. Petrus Calephatus, præceptor & promotor meus, *in conſ. 102 nu. 9 poſito inter conſ. crim. diuerſorum, in 1. vol.* & Alex. de Nevo *conſ. 86. nu. 7. cum*

2 *aliis ſeqq.* vbi reſpondet etiam, quod † conſuetudo in contrarium diſponens, quod reus poſſit ad torturam poni ex indiciis non ſufficientibus ad torturam, non valeat neque teneat, & Grammat. *conſ. crim. 21. nu. 18 cum 2. aliis ſeqq.* vbi ait, catenus hoc procedere, vt ſi ſuperuenirent indicia poſt torturam & confeſſionem, confeſſio ipſa non deſineret ob hoc eſſe nulla, & tam ipſi confitenti, quam alteri non præiudicaret modo aliquo, & ſequitur Annibal Troyſius etiam *in d. pragmat. 35 Insoleuit, nu. 45.*

3 Imo † inferens torturam in huiuſmodi caſu non præcedentibus indiciis ſufficientibus peccat mortaliter, ſecundum Ang. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica, in verbo, Torturam, in prin.* & Bartholomæum Fumum *in ſua Summa Armilla, in ver. Torturam, n. 1.* & Syluest. *in eius ſumma, in ver. tortura, in prin.*

4 Imo † inique torquens ſine indiciis præcedentibus tenetur læſo de iniuria, ac ad reſtitutionem etiam omnium damnorum, *l. item apud. §. quæſtionem, ff. de iniur.* & firmauere Frater Io. Tabienſis *in ſua Summa Tabiena, in ver. Confeſſio, el. 1. nu. 6. & Armilla in ver. Torturam, nu. 1.* & Bal. *in rub. C. de pœn. iud. qui male iud.*

Imo aſſeruit Marſil. cum aliis aggregatis per eum, quod inferens torturam indebite & iniuſte teneatur pœna capitis, & etiam mortis, *in l. quæſtionis modum, numer. 73. ff. de quæſt.* vbi admonet iſtam eſſe magis communem opinionem, quam ſequitur copioſe Gloſſ. *in c. Regni item quod in cognitionibus* And. de Iſer. *in conſtitut. Regni, ſi damna clandeſtina column. 4.* & Carrerius *in pract. crimin. fol. 58. num. 200.* & Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus, in ver. Tortura §. an ſi officialis, & in §. officialis poſsit ad chordam, colum. 4.* In Regno vero torquens aliquem indebite puniendus venit pœna carceris biennalis, & publicationis tertiæ partis bonorum; *cap. Regni 146. ſi iuſte.* & ibi notat Ioan. Ant. de Nigris, *nu. 79.*

Cōis opin.

Imo † tortura etiam in crimine læſæ maieſtatis 5 non infertur, nec inferri poteſt, non præcedentibus indiciis, text. eſt, & ibi Gloſſ. Cyn. Bal. Salyc. & cæteri omnes communiter *in l. ſi quis alicui, C. ad leg. Iul. maieſtatis.* & eſt textus in Regno *in c. tormenta.* & ibi Io. Ant. de Nigris, *& in c. in accuſatis, ſub nu. 15.* vbi poſt Salyc. *in l. 1. C. de quæſtion.* meminit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam Ioan. de Arnono *in commentario 114. diximus ſupra.* & Follerius *in pract. criminal. in 2. par. ſecundæ partis, in ver. item quod commiſerit crimen læſæ maieſt. num. 103.* D. Afflict. organum, & pater veritatis, *in c. 1. §. & bona committentium, col. 4. in titul. quæ ſint regal. in vſibus feud.* & Hieronym. Gigas *in tract. de crim. læſæ maieſt. quæſtion 26. num. 2. & ſeq.* Aliquas vero alias ampliationes, & limitationes etiam, & omnes quidem vtiles, poſuit ad præmemoratam communem opinionem in principio poſitam, Gabriel Sarayn. *in add. ad Mathesil. in ſing. 55.*

Cōis opin.

Sed quid † in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, puta 6 in blaſphemia, an habeat locum tortura, dic quod non; vt per Io. Ant. de Nigris *in cap. Regni, in c. ſi iuſte, nu. 46.* refert Grammat. *conſ. 13.*

OPINIO CXLI.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta ſponte in criminalibus abſque tormentis, vel metu tormentorum, etiam nullis indiciis præcedentibus, vel non data indiciorum copia, an ſufficiat ſine aliqua ratificatione ad condemnandum confitentem.*

2 *Confeſſio in tormentis, ſi non ratificetur, non infert ad condemnationem, ſed facultatem dat repetendi tormenta.*

CONFESSIO † facta ſponte in criminalibus 1 abſque tormentis, vel metu tormentorum, etiam nullis indiciis præcedentibus, vel non data indiciorum copia; & ſic data nullitate proceſſus, ſufficit ſine aliqua ratificatione ad condemnandum confitentem, vt eſt text. & ibi not. *in c. 1. de accuſat. lib. 6.* ita tenet Bal. *in addit. Specul. in titul. de confeſſis, col. 1.* idem Bal. & Doct. *in l. 2. C. quod metus cauſ.* Bal. & Ang. poſt Gloſſ. *in l. 1. C. de confeſſ.* Anchar. *in Clement. 1. de homicid.* & idem Ang. *in l. 1. col. fin. ff. de confeſſ.* cum aliis allegatis per Follerium *in pract. crim. in 1. par. 3. partis, in verſ. ſi confitebuntur, nu. 65. & 68.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Gand. *in tract. maleficiorum, ſub rubr. de quæſt. & tormentis, verſicul. quis ſit effectus quæſtionis.* & Moder. *in c. at ſi clerici, de iud.* Bonifacius *in tract. maleficiorum, in rub. quæ indicia debeant præcedere torturam, numer. 7.* Ambertus de Antramonia *in tractat. de quæſtionibus & tortura, num. 6.* Io. de Arnono *in commentario 120. dixi ſupra.* & Follerius *in loco præcitato, num. 65.* vbi late limitat iſtam communem in nouem caſibus.

Cōis opin.

Contrarium † vero affirmauerunt Doctores in 2 confeſſo in tortura ſemel; quia ſemel confeſſus in tormentis, niſi perſeuerauerit, condemnari per iudicem nequit, vt habetur *in l. 2. ff. de cuſtod. reor.* tamen poteſt iterum quæſtionari, vt reſpondent omnes Doct. communiter, teſte Boer. *deciſ. 163. nu. 28.*

Cōis opin.

OPINIO CXLII.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta coram iudice incompetente, licet non valeat vt iudicialis, valet tamen vt extraiudicialis, & facit indicium ad torturam per iudicem ordinarium inferendam.*

2 *Et quid operetur talis confeſſio. Et an nullo modo probet coram iudice competente.*
3 *Ratio: cur non valeat confeſſio facta coram iudice incompetente.*
4 *Exceptio iudicis incompetentis poteſt in quacunque parte proceſſus opponi.*
5 *Nullitatis exceptio non tollitur per ſtatutum, omnes exceptiones tollens.*

1 CONFESSIO † facta coram iudice incompetente, quæ licet non valeat vt iudicialis, vt per Doct. indifferenter paſſim, valebit tamen vt extraiudicialis. & iudex ordinarius poteſt ipſum confitentem ponere ad torturam, quemadmodum ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus; argumento notatorum *in l. capite quinto, ff. de adulter.* poteſt etiam eundem confitentem cogere ad perſeuerandum in huiuſmodi confeſſione extraiudiciali, niſi doceat de errore & de cauſa variandi, vt voluit Innoc. *in c. per inquiſitionem, extra de elect.* & Guil. de Cug. & communiter omnes Doct. *in l. magiſtratibus, ff. de iuriſd. om. iud.* quam quidem communem ſequitur, celebrat, & citat Iaffredus *deciſ. 104.* & Boer. *deciſ. 89. & ſeq.* adde late relata per Iulium Clarum hunc locum citantem *in pract. criminali, quaeſt. 21. verſ. ſed hic quaero. fol. 81. à tergo.*

Cõis opinio

2 Licet † autem confeſſio facta coram iudice incompetenti regulariter non valeat, vt notatur *in allegata l. magiſtratibus.* operatur tamen, quod talis confitens non poſſit variare coram competenti, ita Marſil. *ſing. 274. licet regulariter ea quæ ſunt nulla, in fine.* & Dec. *in c. at ſi clerici, extra de iudic. & in d. l. magiſtratibus, nu. 7.* quibus in locis allegant etiam alios huius ſententiæ authores. Petrus vero Ioannes Ancharanus Iunior *in quæſtionibus familiaribus quæſt. 5. parte 1. ſub nu. 4. cum aliis ſequentibus*, firmauit magiſtraliter contrarium; quod videlicet confeſſio facta coram iudice incompetenti, non probet aliquo modo coram competenti iudice; cuius opinionem, tanquam dubiam, atque inuolutam, indigere ampliori, maturiorique ſtudio, non dubitamus pro eius reſolutione. Sed ne vadear his temporibus, in re tam intricata, rerum nouarum ſtudia, exiſtimo hoc reſidere in diffinitione cauſarum, in iudicis arbitrio, qui conſideratis conſiderandis in iure, & in facto, poterit recte iudicare pro validitate vel inualiditate huiuſmodi confeſſionis.

3 Et ratio, † quare non teneat confeſſio facta coram iudice incompetenti, ea eſt: quoniam ſicut non valet proceſſus, & ſententia coram incompetenti probata: ita pariter nec confeſſio ipſa coram eodem emanata, *c. at ſi clerici, de iudic.*

4 Et hinc aduerte, quod † exceptio iudicis incompetentis poſſit ſine dubio ſemper, & in quacunque parte proceſſus opponi, Gloſſ. eſt ordinaria *in clem. 1. extr. de ſequeſtra. poſſ. & fruct.* Sed in præſenti textus caſum de iure noſtro *in l. non erit, §. dato, iuncta gloſſ. ibi. ſecundum vnam expoſitionem. ff. de iureiur.*

5 Et † licet per ſtatutum tollatur omnis exceptio: nunquam tamen videtur tolli exceptio nullitatis, vt concedit Cyn. *in l. ita pudor, C. de adulter.* Bar. *in l. 1. §. ſi. ff. quod vi aut clam.* & Florianus *in l. & in priuatorum, C. ſi a non compet. iud.*

OPINIO CXLIII.

SVMMARIA.

1 *Sacerdos an poſſit reuelare confeſſionem, & quando ei reuelanti fides adhibeatur.*
2 *Confeſſori an & quando liceat laudare confitentem, & de eo aſſerere, eum virginem eſſe, vel nunquam peccaſſe mortaliter, aliaſq; eius virtutes proferre, & reuelare.*

1 CONFESSIO, † ſeu ea, quæ fuerunt dicta ſacerdoti in confeſſione, per confitentem, per ipſum ſacerdotem reuelari nequeunt, & dato, quod reuelaret iſtam confeſſionem, ſibi nulla fides adhibenda eſſet, *c. omnes vtriuſque ſexus, ext. de pœn. & remiſſ.*

Sed hoc fallit quotieſcunque ſacerdos eſſet fide dignus, aſſereretque mortuum, ſeu morientem dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſſione, tunc enim creditur dicto ſacerdotis, ſecundum Lapum *in allegatione ſua 90. mulier in confeſſione.* cuius doctrinam refert ſequiturque Felin. *in c. veniens, il 2. col. 9. de teſt.* pro quo ipſe adducit ibi dicta per Io. Calder. *conſ. 19. teſtator habens filios.*

Et quod clericus, ſeu ſacerdos poſſit reuelare confeſſionem de conſenſu & licentia expreſſa ſibi data a confitente, firmant omnes Canoniſtæ *in c. ſignificaſti, de adulter.* & iſtam dicunt eſſe communem opinionem Felin. *in c. teſtimonium, col. 10. de teſt.* & Ripa *tract. de peſte, in titul. de remediis ad curandam peſtem, nu. 108.* & ſequitur Cotta *in memorali, in ver. iuramentum probat difficultatem poſt medium.* Felin. *in c. nemo, de ſimon. & in d. c. veniens ex mente Archidiac. in c. ipſi Apoſtoli 7. q. 1.* vbi adiicit etiam, quod debet deponere iuratus. & Marſil. *in l. ſi quis ne quaeſt. col. 32. ff. de quaeſt.* Et hanc ſimiliter vt communem citando ſequitur Nauar. *in Sum. c. 17. de ſeptimo præcepto Decalogi: Non furtum facies, verſ. qui reſtituere teneatur, poſt nu. 23. fol. 180. a tergo.* reprobata opinione Scoti contrarium tenentis.

2 Item fallit, quod † licet confeſſori dicere bona de perſona, quam audiuit in confeſſione, quia ſacerdos tantum tenetur celare peccata audita in ipſa confeſſione, de quibus nullo modo loqui poteſt, nec directe, nec indirecte. Hinc optime concludit Petrus de Pal. *4. ſententiarum, diſtin. 21. q. 3. art. 11. concluſion. 5.* quod licet abſolute dicere confeſſori bona, quibus laudatur perſona ſibi confeſſa, puta quia virgo, vel quia nunquam peccauit mortaliter, & huiuſmodi. Sed hoc non licet, quando per hoc, quod vnus laudatur, peccatum alterius reuelatur. quia quod de vno dicitur, de altero negatur, vt ait Gregorius *in Homilia ſuper illud Ioan. 8. Ego dæmonium non habeo.* Vnde duobus confitentibus, ſi poſtmodum confeſſor diceret de vno, ille eſt virgo, vel iſte nunquam peccauit mortaliter, ſtatim poſſet eſſe ſuſpicio contra alium.

OPINIO CXLIV.

SVMMARIA.

1 *Sacerdos confeſſionem reuelans qua pœna afficiendus ſit.*
2 *Sacerdos an teneatur propalare confeſſionem, Papa mandante ſub pœna excommunicationis & nu. 3.*
4 *Sacerdos interrogatus cum iuramento per Papam, vel Epiſcopum ſuper aliqua re, audita in confeſſione, licite iurare poteſt ſe nihil ſcire.*
5 *Sacerdos non tenetur propalare confeſſionem, etiamſi Papa, vel Epiſcopus excommunicaret omnes conſcios alicuius criminis, quod audiuerunt in confeſſione, nec currit contra eum excommunicatio.*
6 *Item an & quatenus crimen committendum reuelare poſſit, & teneatur.*
7 *Sacerdos an poſſit ad reuelandum cogi in cauſa matrimoniali ea, quæ in confeſſione audiuit.*
8 *Confeſſionem, eaque quæ in ſecreto laico reuelata ſunt, præſtito iuramento de non reuelando an reuelare debeat ſi in teſtem producatur, non obſtante iuramento ipſo.*

9 *Tu-ens non reuelare ſecreta, an poſſit reuelare ſine rea-tu periurii turpia & illicita.*

1 CONFESSIONEM † ſacerdos reuelare non poteſt, & reuelans punitur, *iuxta c. omnis vtriuſque ſexus, in fin. de pœn.* vbi mandat Papa cuilibet confeſſori, dicens: Caueat omnis ſacerdos, ne verbo, aut ſigno, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit ipſe ſacerdos, illud petat caute abſque vlla expreſſione perſonæ. Vt autem magis ſibi caueat confeſſor à reuelatione confeſſionis, mox ibidem pœna tranſgreſſoribus debita ſubiungitur, cum dicitur: Qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolum à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam, in arctum monaſterium detrudatur. Idemque ad idem propoſitum loquitur Magiſter ſententiarum *in 4. diſt. 21.* dicens: Caueat ſacerdos ne peccata pœnitentium aliis prodat, alioquin deponatur. Et notat etiam Summa Raymundi *in tract. 4. titul. de qualitatibus ſacerdotum, c. 3. 2. partis, ſub nu. 12.* & Summa Armilla *in ver. confeſſor, nu. 13.* vbi ait, quod confeſſor ipſe peccat etiam mortaliter, & Scotus etiam in *4. diſt. 21 q. 2.*

2 Imo † Papa præcipiente, & mandante hoc ſub pœna excommunicationis minime teneretur, nec poſſet ſacerdos ipſe confeſſionem reuelare, ſeu propalare, ſecundum Beroum *in ſuis quæſtion. famil. q. 12. nu. 1. & ſeq.* & Summa Tabiena *in ver. confeſſio, il 3. §. 2.* quia celatio & ſigillum confeſſionis eſt de iure diuino, & de neceſſitate ſacramenti, vt tenuerunt Ioan. de Turre Cremat. Card. *in c. ſacerdos, col. 2. de pœnit. diſtin. 6.* & Pet. de Palude *in 4. diſt. 21.*

3 Imo fortius ante dictus † ſacerdos in confeſſionis actu gerit veri Dei vices, vt eſt tex. iuncta Gl. *in c. dilectim, de exceſſ. prælat.* & habetur *in c. ſacerdos, de offic. ord.* & effectualiter in hoc eſt maior Summo Pontifice, ideo à Papa, tanquam in iſto actu inferiore, compelli nequit, vt per Beroum *in d. q. 12.* & per Neuizan. *in Sylua nuptiali lib. 3. ſub nu. 45.* vbi firmat etiam, quod ſi ſacerdos ipſe interrogaretur iuramento, poſſet re-

4 ſpondere ſe nihil ſcire Et † ſic ipſe ſacerdos in huiuſmodi caſu poſſet licite iurare ſe nihil ſcire: non enim adiuratur à Papa, ſeu Epiſcopo, niſi in quantum homo, & in quantum ſubditus ſuus, vt ſic autem nihil ſcit, ſed tantum in quantum Vicarius Chriſti; ita vt dicat Auguſtinus ad fratres in eremo, *ſermone 30. Illud quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, quam illud, quod neſcio.*

5 Item † ſi Papa, Epiſcopuſve excommunicaret omnes conſcios alicuius criminis, & quod audiuit aliquis ſacerdos in confeſſione, niſi illud reuelauerint, hoc non obſtante, non debet crimen reuelare, nec in tali caſu contra eum currit prædicta excommunicatio, quia Papa, aut Epiſcopus non intendunt talem ligare: quod ſi intenderent, nihil facerent; & cum hoc mortaliter peccarent, vtpote ponentes falcem ſuam in meſſem alienam, vt voluit Gloſſ. *in c. ſacerdos. de pœn. diſt. 6.*

6 Sed vbicunque † quis confitetur ſacerdoti, quod vult homicidium patrare, Titiumque interficere, ſeu aliquod ſimile facinus committere, & quod tentationi huic reſiſtere non poteſt, nec ab ea abſtinere aliquo pacto, tunc ſacerdos debet quanto cautius poteſt reuelare confeſſionem, vt peccatum impediatur, & non propalare perſonam quoquo modo, ſecundum Iacob. Zocceum Ferrarien. præceptorem Felin. *in c. 9.* Innoc. Hoſt. Ancharan. Abb. *col. fin.* Card. Zabar. *col. fin.* Anton. *col. 8.* & omnes *in d. c. omnis vtriuſque ſexus.* Archiepiſc. *in d. c. ſacerdos.* & Ripam *in tract. de peſte, §. vltimo, fol. 115.* Franciſc. Conſcium Decanum Senenſem *in c. 1. de offic. deleg. nu. 92* & Ioannem Lupi. *in repet. c. per veſtras, §. 26. nu. 9. de donation. inter vir. & vxor.* Et iſta eſt vera, canonica, pia, & communis opinio, ſecundum relatos Doct. & Hieronym. Gigantem *in tract. de crimine læſæ maieſtatis, lib. 2. in tit. qui accuſare poſſunt in crimine læſæ maieſtatis, q. 15. nu. 8. & ſeq.*

Et idem iudicio meo videntur ſenſiſſe omnes Theologi communiter *in 4. ſenten. diſtinct. 21.* vbi præter alios Gabriel. *q. 1. concluſion. 3.* & Io. Maior *q. 3.* Hadr. *in 4. ſent. in tract. de confeſſ. ſigillo.* Caiet. *in opuſculis 27. q. cau. 15.* & Dominicus Soto *in relectione de ſecreto membro, 3. q. 4. concluſion. 2.* in quibus locis dicunt, quod confeſſionis ſacramentalis ſecretum non eſt detegendum, etiam quoad crimen committendum, ſaltem nominato authore. Item † ſacerdos cogi poſ- Cōis opin. 7
ſet reuelare in negotio matrimoniali ea omnia, quæ in confeſſione habuit, ſecundum Neuizan. *in loco præcitato, cum aliis aggregatis ibi per eum.* Quam quidem opinionem, videlicet quod confeſſio facta ſacerdoti, probet in foro iudiciali in matrimoniali cauſa, tanquam ſcrupuloſam, ſeu potius cæcam, merito certe non auſus fuit Neuizanus ipſe firmare *in ſua ſylua nuptiali, eo in loco, libr. 3. ſub numer. 45. verſicul. & vtrobique limitatur. in apoſtillis.* etiamſi illam commendauere Roman. *in l. ſi non ſpeciali, Cod. de teſtam.* & Iaſ. *in l. patre furioſo, column. 9. verſicul. quod confirma, ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris.* vnde adhibito ſolito ſtudio, atque maturiſſima conſideratione circa præſentem ſpeculationem, reperio opinionem iſtam Romani, & Iaſonis non poſſe vlla ratione ſuſtentari; ita vt in his fluctibus, in omnem euentum, omnes rationes ſupra allegatæ in principio, *numero primo, & ſequentibus,* pro remouendis omnibus, & quibuſcunque obſtaculis contrariis, ſufficiant. imo inueni D. Antonium Franciſcum de Doctoribus, Patauinum, ſupremum Lectorem, interpretemque iuris canonici, ſuperioribus temporibus in ſtudio Patauino, religioſiſſime, atque doctiſſime, more ſuo, conſuluiſſe in propriis terminis terminantibus, *conſilio 69. optaſſem vir digniſſime, numer. 7. cum aliis omnibus ſequentibus, inter conſilia matrimonialia diuerſorum, volumin. 1.* ſacerdotem compelli non poſſe ad iurandum, & deponendum de iis, quæ audiuit in confeſſione circa matrimonium. atque ſuperſedendum tunc fore per iudicem in proferenda ſententia, ſuper cauſa ipſa matrimoniali, ob animæ periculum, non obſtante publicatione. ac nulli ex litigantibus ſuper validitate, vel inualiditate matrimonii tribuendam per eum licentiam nubendi, donec, & quouſque ei de cauſa, & eius veritate apertiſſime appareat, huicque ſententiæ, tanquam ſacro ſanctiſſimæ, contra Romanum, & Iaſonem aſſentiuntur etiam Couarruuias *de teſtamentis in ſecunda parte, cap. 8. §. 12. numer. 9. & ſequentib. fol. 200.* Dominicus Soto *in 4. ſententiarum, diſtinct. 18. quæſt. 4. art. 5. col. 5.* Simanc. *de cathol. inſtit. cap. 47. nu. 14.* Adrian. *de confeſ. quæſt. 5. dub. 7.* Medin. *quæſt. de ſigillo.* Nauar. *cap. 18. nu. 54. in fine.* & Henricus Henriquez cum aliis aggregatis per eum, *in ſumma Theologiæ moralis, tom. 1. lib. 6. cap. 19. de ſigilli obligatione.* vbi ſimiliter exploſa opinione Romani, & Iaſonis, conſtantiſſime tradit; quod quamuis Curatus intelligat per confeſſionem, duos eſſe affines, qui non poſſunt contrahere matrimonium, teneatur tamen eos, ſi publice petant, coniungere, ſi alia via ſubterfugere non poſſit.

Item † laicus poſſet reuelare confeſſionem: nam 8

M 2 quan-

Digitized by Google

quando quis ſacerdos non eſt, & in ſecreto, & confeſſione dicatur aliquid iuramento etiam ei præſtito, quod nemini illud propalare debeat; nihilominus ſi in teſtem producatur, debet hoc reuelare non obſtante iuramento, ſecundum Innoc. *in d. c. omnis vtriuſque ſexus, in fin. & in c. qualiter & quando, de accuſat.* Abb *in c. ſi ſacerdos, col. 2. de offic. ord.* Iaſ. *in l. fin. col. 3. ff. qui ſatiſdar. cogan.* Et hoc dictum refert, ſequitur, & multum commendat Marſil. *ſing. 424. accipe quæſo vnum dictum valde periculoſum.* & Neuizan. *vbi ſupra*, qui hoc vtiliter declarat, & Ang. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica, in verbo, Iuramentum, il 5. ſub §. 22. verſ. ſimiliter intelligitur, quod non tenetur reuelare.*

9 Similiterque † promittens, iuransque tenere aliquid ſecretum, & illud nullatenus reuelare, poteſt non obſtante iuramento, & tacite abſque periurii reatu illicita, & turpia reuelare illis duntaxat, quibus poſſit prodeſſe & non obeſſe, & non aliis, *c. hoc videtur 12. q. 5.* & ſentiunt Gloſſ. Abb. Felin. *col. pen.* & alii *in c. ego N. ext. de iureiur.* Roman. *ſingul. 506.* & Ang. de Clauaſio *in d. ver. Iuramentum, il 5. ſub §. 22. verſ. idem dic, cum quis promiſit tenere ſecretum.*

OPINIO CXLV.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio peccatorum poteſt fieri laico propter impoſſibilitatem expectandi ſacerdotem. Et huic laico non eſt licitum confeſſata reuelare. Item an laicus in caſu neceſſitatis extremam vnctionem conferre, & ſacramentum Euchariſtiæ porrigere poſſit.*

2 *Baptiſmum neceſſitatis tempore à laico ſuſcipi poteſt.*

3 *Laicus, qui in neceſſitate audiuit confeſſionem mulieris, non poteſt poſtea cum ea contrahere matrimonium.*

4 *Confeſſio facta ſimplici ſacerdoti, & abſolutio ab eo accepta, quem confitens putabat ordinariam, vel delegatam poteſtatem habere audiendi confeſſiones, qua tamen carebat, & tamen communi omnium errore credebatur eam habere, an vires habeat?*

1 CONFITERI † quilibet poteſt peccata ſua laico, propter impoſſibilitatem expectandi ſacerdotem. Et ſic laicus poſſet interuenire ad confeſſionem, ex cauſa neceſſitatis, pura tanquam interpres, vel in defectum ſacerdotis, ſecundum Gloſſ. *fin. in c. 2. de pœnit. & remiſ. in 6* & Gloſſ. *in c. cum inferior. de maior. & obed. & in c. vnum. §. nomine autem criminis, 25. diſt.* & volunt text. *in c. quem pœnitet, de pœn. diſt. 1. & in c. qui vult, de pœnit. diſt. 6* & notat Guil. Pepin. *in ſermon. Domin. totius de Epiſt. & Euang. in Domin. 14. poſt Trinit. ſermon. 2. de Euangelio, col. 2. verſ. quarta veritas.* & Marſil. *in l. quis adem, nu. 7. C. ad l. Cornel. de ſicar.* qui allegat ad hoc corroborandum, Gloſſ. *in c. paſtoralis, de offic. ordin. in ver. mortem.* quæ ait, ob neceſſitatem, & quando res tempore erat peritura, laicus laico peccata ſua confiteri poſſet. Et huic opinioni, quod in articulo, caſuque neceſſitatis, vrgente mortis periculo, debeat quis confiteri laico peccata mortalia, deficiente ſacerdote, inhærent etiam Duran. Palluda. Riccar. Gabriel, Maio. Beda, Marſil. & Magiſter ſententiarum *in 4. ſenten. diſt. 17.* & S. Thom. *eadem diſt. q. 3. art. 3. quolt. 2.* vbi concludit, quod vbicunque neceſſitas imminet, tenetur pœnitens facere quod ex parte ſua eſt, ſcilicet, confiteri cui poteſt, qui licet ſacramentum perficere nequeat, vt agat id, quod eſt ex parte ſacerdotis, & conſequenter relaxare, concedereve abſolutionem, tamen defectum ſacerdotis ſummus ſacerdos ſupplet. & confeſſio ipſa laico ex deſiderio ſacerdotis facta, ſacramentalis eſt quodammodo, quamuis ſacramentum non ſit perfectum; deeſt enim ei id, quod eſt ex parte ſacerdotis. Et in corpore, & argumentis *in fin.* firmat idem S. Thom. quod in neceſſitate etiam laicus vicem ſacerdotis ſupplet, vt ei confeſſio fieri poſſit: & ratione neceſſitatis iudicium accipit ſuper confitente, ſecundum quod confitens ex ſacerdotis deſiderio ſe ei ſubdit, licet ille, qui laico confeſſus in articulo neceſſitatis conſequutus ſit veniam à Deo, eo quod propoſitum confitendi, ſecundum Dei mandatum, quod concepit, ſicut potuit, impleuit, non tamen Eccleſiæ reconciliatus eſt, vt ad ſacramenta Eccleſiæ admitti debeat, niſi prius à ſacerdote abſoluatur. Et ideo oportet quod iterum confiteatur ſacerdoti, cum copiam habere potuerit; & præcipue, quia, vt dictum eſt, ſacramentum pœnitentiæ perfectum non fuit. Vnde oportet vt confiteatur, vt ex ipſa perceptione ſacramenti pleniorem effectum conſequatur, & vt mandatum de ſacramento pœnitentiæ impleat.

In contrariam vero partem inclinauit Scotus *in 4. ſenten. diſt. 17.* vbi inquit, quod nullum eſt præceptum de accuſando peccata ſua laico, & forte vtilius eſſet non accuſare ſe illi, ſi poſſet æqualem verecundiam habere apud ſe recogitando eadem peccata, & hoc, quia laicus nullam habet ſententiandi authoritatem in iſto foro conſcientiæ & ſequitur Frater Angel. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica, in ver. Confeſſio, il 3. n. 1.* Sed quicquid ſuadeat artificioſis rationibus Scotus, *vbi ſupra*, non audeo me opponere contra torrentem Doctorum, & iudiciorum eccleſiaſticorum, imo concurro libenter, tanquam vere cultor, & defenſor communium opinionum cum prima opinione communi, tanquam ſacroſancta, & communiter recepta ab vtraq; ſchola Theologorum, & Canoniſtarum, quam ſequitur etiam Frater Io. Tabienſis *in ſua Summa Tabiena, in ver. Abſolutio, il primo, n. 34.* & Frater Franciſcus a Vittoria *in ſua Summa Sacramentorum Eccleſiæ, in tit. de confeſſione, ſecunda pœnitentia parte, n. 143.* vbi tollit omnia fundamenta Scoti, & oſtendit iſtam partem communiter à Theologis approbari, & admonet admitti, ac procedere in confeſſione non ſacramentali, non autem in ſacramentali. Et huic opinioni ita conſtabilitæ atq; corroboratæ aſſentitur etiam inter illuſtres antiquos Canoniſtas Henricus Bohic *in c. decernimus, poſt prin. in 3 limit. de iudiciis.* & Ioannes de Imola *in c. quanto, de benignitate, ſub nu. 20. de conſuetudine.* vbi conſtanter concedit, atque determinat, quod confitens laico peccata ſua, in caſu mentionato neceſſitatis, deficiente tunc copia ſacerdotis, licet non habeat abſoluendi poteſtatem, tamen propter contritionem confeſſus erit abſolutus Sed vbicunque confitens laico in caſu neceſſitatis, eſſet excommunicatus, tunc profecto non poſſet illum reconciliare, vt per eundem Io. de Imola *eo in loco*, vbi ſimiliter determinat, quod quis tempore neceſſitatis non valeat vllo modo, recipere extremam vnctionem à laico, & aſſignat hanc palpabilem rationem, laicum ipſum non poſſe attentare illud, quod ſibi conceſſum permiſſumque non eſt.

Verum Euchariſtia in caſu neceſſitatis, deficiente ſacerdote, poſſet à laico, dummodo non hæretico, vel excommunicato, conferri, exhiberi, ac diſpenſari, vt per Gl. & Dd. communiter omnes, per tex. ibi, *in c. ſane, de offic. ord.* & Ioan. Bertachin *in tract. de Epiſcopis, de cauſa materiali, qua Epiſcopus conſecretur, in 2. par. 3. part. princip. n. 10.* Ber. Innocen Hoſtien. & Compoſtel. *in c. quãto, de conſuet.* & Henr. Boh. *in c. decernimus, poſt prin. in 2. limit. de iud.* In contrariã vero partẽ, videlicet, q à laico ſanctiſſimũ ſacramentũ hoc ſumi nequeat vllo modo,

modo, inclinâuere S. Thom. & Pet. de Pal. & Summa Syluestrina, poſt iſtos relatos per eum, *in ver. euchariſtia, el. 3. ſub §. 5.* & Polydorus Ripa *in commentariis de actu in mortis articulo, de euchariſtia, cap. 97. nu. 6.* tamen quicquid Doct. iſti ſuadeant contra communem primam opinionem, ab ea, tanquam ſacroſanctiſſima, non audeo recedere vllo modo, & præſertim cum agitur de fauore animæ, non dubito laicum ipſum hoc agere, & exequi poſſe in præſenti caſu, iuxta conſcientiam.

Bene tamen verum eſt, quod quis non tenetur de præcepto confiteri puro laico, in huiuſmodi articulo, ſacerdote deficiente, ſed potius de conſilio, vt aduertit Tabiena poſt alios congeſtos Doct. per eum *in d. Summa, in ver. Abſolutio, il primo, nu. 35.* & cum hac opinione videtur concurrere etiam S. Bonauentura *in 4. ſenten. diſtin. 17. q. 1.* vbi diſcurrit, An ſufficiat confiteri puro laico, & reſpondet, quod de confeſſione poteſt loqui dupliciter. Vno modo, prout eſt opus virtutis directe repugnans hypocriſi, in quo quis ſeipſum accuſat, ne alius quam ſit appareat, vel mala ſua aperit ad inueſtigandam morbi curationem, & hoc modo cuilibet poteſt fieri, qui poteſt inſtruendo, vel orando adiuuare. Alio vero modo, confeſſio eſt opus ſacramentale, prout ordinatur ad reconciliationem, quæ fit per abſolutionem, & ligationem; & quoniam hæc poteſtas eſt collata ſolis ſacerdotibus, ideo hæc nulli, niſi ſolis ſacerdotibus eſt facienda. Et hoc idem videtur concludere etiam Vigerius *in ſuis inſtitut. in tract. de ſacramento pœnitentiæ, ver. 16. num. 179. litera B.* vbi firmat, quod inter alias conditiones ad confeſſionem hæc prima requiratur, vt ſit ſacerdos, qui non ſacerdos, quamuis in neceſſitatis articulo poſſit confeſſiones audire, & ei peccator ex charitate, & propter humilitatem confiteri valeat, non tenetur tamen ex neceſſitate, quia talis non habet claues Eccleſiæ, & ſi attentat abſoluere nihil facit, & fruſtra laborat, & ſic non eſt confeſſio ſacramentalis, vbi etiam reſpondet omnibus obſtaculis contrariis, & adducit rationes pro iſta ſententia. Et Polydorus Ripa *in commentariis de actu in mortis articulo, de confeſſario, cap. 93. nu. 1. cum aliis ſeqq.* vbi profert quoque *nu. 14.* poſt Ang. de Clauaſ. *in ver. confeſſio, el. 3.* magnum & vtile verbum, eſſe videlicet bonum conſilium, laico confiteri in mortis articulo. Et laico iſti confitenti in caſu neceſſitatis, non eſt licitum reuelare confeſſata, ſecundum omnes Doct. communi-

Com. opin.

ter, *in c. ſignificaſti, de adulter.* Gul. Pepin. *in d. ſerm. 2. de Euangelio in Domin. 14. poſt Trinit.* vbi aſſignat tres optimas rationes, & Neuizan. *in ſylua nuptiali, lib. 3. ſub num. 45.* & Ripam *in tract. de peſte, in titul. de remed. ad curandam peſtem, nu. 116. cum aliis ſeqq.* vbi meminit iſtam fore communem opinionem, & eam approbat, & ponit pariter pœnam, qua veniat plectendus iſte laicus confeſſionem reuelans. Et certe reuelans laicus ipſe confeſſionem ſibi factam, veniret proculdubio detrudendus in arctum monaſterium, ſecundum Panor. *in c. omnis, de pœnitentiis & remiſſ.*

Imo peccat mortaliter idem ſecularis, reuelando confeſſionem, tanquam violator ſacramenti, & ſpretor præcepti diuini, & iuris poſitiui, vt per Summam Tabienam *in ver. confeſſionis celatio, il 3. n. 16.* Et hoc probatur naturali ratione, quia inferretur confitenti non leuis iniuria. Et quia etiam dicitur *in d. c. omnis.* quod qui non celauerit confeſſionem, detrudatur in arctiſſimum monaſterium, ibi perpetuo agendo pœnitentiam; & quoniam ſi in hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur nempe confeſſio ipſa: nemo enim auderet confiteri peccata grauia. Idcirco propter nullum bonum, quodcunque ſit illud, licet ſigillum confeſſionis frangere, vtpote, quia nullum poteſt eſſe æquale bonum, nec tam neceſſarium, vt eſt confeſſio. Ita † ſimiliter idem laicus, & ſic alius, 2
quam ſacerdos, in caſu neceſſitatis baptizare poſſet, *c. conſtat, & c. veritate, de conſec. diſt. 4.*

Et denique aduerte, † quod eſt tam magna vis, & 3
potentia mentionatæ confeſſionis, quod ſi laicus audiret confeſſionem mulieris in neceſſitate, non poſſet quidem poſtea cum ea contrahere matrimonium; ſed ſi contraheret, forte teneret matrimonium; videtur enim hoc tantum ſacerdoti prohiberi, cum eius officium duntaxat ſit audiendi peccata confitentium, vt ita notabiliter firmat Gloſſ. *in c. omnes 30. q. 1.*

Sed ſi quis † forte confiteretur puro ſacerdoti o- 4
mnia ſua peccata, quem putabat ordinaria vel delegata poteſtate pollere audiendi confeſſiones, qua tamen re vera carebat, vulgo nihilominus communi omnium errore credebatur eam habere, quid dicendum? Conclude breuiter, cum purus hic ſacerdos haberetur particeps iuriſdictionis, in cuius quaſi poſſeſſione tolerabatur, valere confeſſionem, & abſolutionem, ita Gloſſ. *in c. dudum, il 2. in ver. decepta, de elect.* & ibi Innoc. *nu. 3.* vbi annectit, etiam iſtam eſſe communem omnium ſententiam, quo in loco i-

Com. opin.

pſum loqui de eo, qui putabatur ſacerdos iuriſdictionalis, colligitur tum ex iuribus & Doctoribus ab eo allegatis, tum ex præcedentibus, *nu. 43.* demum quia laici nunquam meminit, ita vt pro eo, qui communi æſtimatione reputabatur ſacerdos, ſcilicet iuriſdictionis particeps, vox *laicus*, irrepſiſſe in Ripam *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad curandam peſtem, nu. 45.* videatur, ex non bene percepto ſenſu Doctoris ab eo, qui ſummarium in Ripam conſcripſit, dum meminit puri laici: quis enim ignorat, ſacerdotalem characterem prærequiri, vt aliquis abſoluere à peccatis in foro pœnitentiæ poſſit, alioqui neque confeſſionem, neque abſolutionem valere ex inſtitutione diuina? quia Chriſtus ſacerdotibus tantum hanc tribui voluit, & ipſe dedit poteſtatem, vt conſtat ex ſacra ſcriptura *Luc. 27. & Ioan. 20.* & Conc. generalibus, ex communi Patrum conſenſu, & doctrina omnium Theologorum, & Canoniſtarum, vt communis error, & tolerantia Prælati, ſeu Eccleſiæ, non tanti ſit, vt contra, quam Chriſtus inſtituerit, confeſſionem, & abſolutionem à puro laico factam, cui hæc in foro pœnitentiæ iuriſdictio mandari nequit, poſſit validam reddere. Et *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* facit pro iis, qui confeſſi ſunt ignoranter ſacerdoti, expoſito ad audiendas confeſſiones, experti tamen iuriſdictionis, vt etiam Caietanus *in ſumma, in ver. abſolutionis impedimenta.* à ſimili *per ipſam l. Barbarius.* dicit, ſi ſacerdos excommunicatus, datus ab Epiſcopo in curatum, communiter non habetur pro excommunicato, geſta omnia per ipſum tenere, quia tria concurrunt, *titulus, Epiſcopi inſtitutio, & communis error.* at in caſu noſtro nullus eſt titulus, quia, vt dixi, præexigitur ſacerdotalis character, ſine quo cætera nihil operantur: ſumus enim in his, quæ diuini ſunt iuris & immutabilis.

OPINIO CXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio tutoris, curatoris, adminiſtratoris, executoris, & ſimilium de recepta pecunia, an præiudicet principali.*

CONFESSIONI † tutoris, curatoris, procura- 1
toris, executoris, aut alii adminiſtratoris, ſtan-

dum non eſt de recepta pecunia in præiudicium pupilli, minoris, heredum, & aliorum, niſi de numeratione aliter appareat. Et conſequenter confeſſio hęc procuratoris, & aliorum huiuſmodi de recepto, pupillo, domino, & aliis nulla apparente numeratione, præiudicare nequit; vt tenuerunt pro conſtanti Bartol. & Imol. *in leg. ſi debitorem, per illum textum, ff. de nouation.* Bald. *in leg. omnes, §. 1. Cod. de quadri. præſcript. in c. ex inſinuatione, column. 2. extra de procur.* Ang. *in leg. 2. §. final. Cod. de quadri. præſcript.* Bartol. Bald. Fulgoſ. Roman. Caſtrenſ. Alexand. Socin. & cæteri *in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. petat.* Feder. de Senis *conſ. 43.* Bal. *conſ. 287. dicta mulier, col. 1. vol. 4.* Caſtren. *conſ. 32. circa prin. in fin. vol. 2.* Fulgoſ. *conſ. 209. duobus per totum.* Marian. Socin. *conſ. 3. col. 2.* Alex. *conſ. 192. in cauſa & lite, col. 2. vol. 4.* Franciſ. Aret. *conſ. 4. ex facto proponitur.* & Barbac. *conſil. 8. Sapienter, column. 15. vol. 2. & conſil. 17. Clementiſſimum, colum. 3. vol. 4.* Ruin. *conſil. 140. num. 4. & ſeq. vol. 1.* Dec. *conſ. 146. col. pen. & conſ. 493.* & alii innumeri congeſti per Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, in titul. de retractu conuentionali, §. 4. gloſſ. 6. nu. 12. & ſeq.* vbi
Cōis opin. narrat iſtam eſſe communem ſententiam, & magis communem dicit perſpicaciſſimus D. Follerius *in pragm. de cenſibus, in ver. qua quidem exequutio nulla falſitatis, nu. 51.*

Contrarium vero voluerunt Bal. *in l. nam, & nocere, in fin. ff. de pactis.* Feder de Senis *conſ. 54.* Caſtren. *conſ. 54. vol. 1.* Cuman. *conſ. 31.* Salyc. Imol. Cuman. Fulgoſ. Curt. Zaſ. Alciat. *in d. l. 2. §. fin. ff. ſi cer. petat.* Imol. *in c. ſi cautio, col. fin. extr. de fide inſtr.* Barbac. *conſ. 18. vol. 3. vol. 3.* Iaſ. *in l. duobus reis, col. 2. ff. de duob. reis.* & cæteri relati per Tiraq. *in d. tract. de retract. in tit. de retractu conſanguineorum, §. 1. gl. 18. nu. 90. & in d. tit. de retractu conuentionali, §. 4. gl. 6. nu. 13.* Et illorum opinionem dicit æquam, & in practica ſeruari, Zaſ. *in d. § fin.* Et quamuis Tiraquel. & Follerius quæſtionem hanc, & altercationem indeciſam, indiffinitamque reliquerint, nihilominus remoto omni timore, primam partem Bar. & ſequacium, tanquam veriorem, ſuſtentabiliorem, communioremve ſequi poſſumus in actu practico: quam ſequitur, tuetur ab omnibus contrariis, & ait communem Bolognetus *in d. l. 2. § final. nu. 44. cum aliis ſeqq.* & Ioan. Cephalus *conſ. 101. num. 18. & ſeq. vol. 1.*

OPINIO CXLVII

SVMMARIA.

1 *Confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio, non præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris. Etiamſi ſit iurata. nu. 2.*

3 *Confeſſio dotis durante matrimonio, non nocet creditoribus, licet lapſum ſit tempus decem annorum opponendi exceptionem non numeratæ dotis.*

4 *Præſumptio fraudis, & ſimulationis, hoc caſu, eſt iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis aduerſæ.*

5 *Præſumptio iuris, & de iure quæ dicatur, & quam probationem admittat in contrarium.*

6 *Confeſſio de dote recepta à marito, conſtante matrimonio facta, an morte confirmetur.*

1 CONFESSIO † de dote recepta, conſtante matrimonio, nullatenus præiudicat creditoribus præſentibus, vel futuris, ſecundum Gloſſ. & Bar. *in Authen. ſed iam neceſſe, C. de donation. ante nupt.* Alexan. *conſ. 45. vol. 1. & conſil. 142. vol. 5.* Bar. *in l. ſi conſtante, in prin. ff. ſolut. matrimon.* Crauet. *conſ. 44. num. 1.* Doct. omnes *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* Et iſta eſt communis o-
Cōis opin. pinio, ſecundum Aret. *in §. fuerat, nu. 14. Inſtit. de actionib.* Bellonum *conſ. 47.* Boer. *deciſ. 330.* & Ripam *in l. fœmina, nu. 56. C. de ſecun. nup.*

Et hoc ampliatur etiam † procedere, ſi talis con- 2
feſſio fuerit iurata, vt voluerunt Bartol. *in l. cum quis decedens. §. Titia, ff. de leg. 3.* Bal. *in l. 1. §. idem fuerit, C. de inoff. donat. & in l. 1. q. fin. C. de donat. ante nupt.* Socin. *in d. l. 1. ff. ſolut. matrimon. num. 103.* Rubeus *conſil. 119.* Curt. Iun. *conſ. 95. nu. 4.* Couarru. *in ſuis reſolution. lib. 1. c. 7.* in quibus locis iſtam eſſe communem opinionem o- Cōis opin.
ſtendunt. Ac ſimiliter Bal. Nouell. *in d. l. 1. nu. 198. & 203.* Crauet. *conſ. 202.* Cephal. *conſ. 61. nu. 22. vol. 1.* & Ant. Gabriel *in ſuis concluſionib. in 3. tit. de donat. concluſ. 3. nu. 4. & ſeq.* qui omnes concludunt, iſtam communem non ſolum procedere in confeſſione mariti, facta de dote recepta, mediante iuramento promiſſorio, ſeu obligatorio: ſed etiam mediante iuramento aſſertorio, & ſequitur etiam explicando terminos præſentis ſpeculationis Beccius *conſ. 79. breui ſtylo, nu. 8. vol. 1.*

Ampliatur † ſecundo loco procedere quoque, li- 3
cet lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſecundum opinionem Bulga. *in d. l. 1. ſolut. matrim.* quam ſequitur Rubeus *conſ. 78. num. 10.* Sed Ancharan. *conſ. 307.* videtur reſpondere contrarium, videlicet, quod confeſſio dotis poſt decem annos habeatur, ac ſi fuiſſet vere numerata. Cæterum hoc dictum Ancharan. valde periculoſum exiſtimo; nam ſi ex confeſſione præſumitur donatio, & conſequenter ſimulata confeſſio, lapſus dicti temporis non poteſt quid operari, vt per Socin. *in d. l. 1. ſolut. matrimon. n. 102.* obſtat quidem exceptio ſimulationis, quæ eſt perpetua, vt per eum; quia talis confeſſio nedum præſumitur facta in fraudem creditorum, vt per Bar. *in d. Authen. Sed iam neceſſe, & in d. l. ſi conſtante.* verum etiam præſumitur ſimulata, ideo non nocet creditoribus tam præſentibus, quam futuris, Bal. *in rubr. quæ in fraud. credit.* & Rubeus *in d. conſ. 119.* Et præ-
ſumptio † huius fraudis, & ſimulationis eſt iuris, & 4
de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, niſi per confeſſionem partis aduerſæ, Gloſſ. *in l. antiqua, in prin. C. ad Velleian. & in §. item ex inquiſitione, in ver. idonei, Inſtit. de ſatiſd. tut.* & Doct. *in d. Auth. ſed iam neceſſe.* & Afflict. cum aliis, non paucis relatis per eum *in tract. de iure protomiſeos, §. 4. nu. 18.*

Et † hinc non abre ſciendum eſt, quod præſum- 5
ptio iuris, & de iure, dicatur, vbicunque lex aliquid præſumit, & ſuper præſumpto diſponit, ita Gaſpar Caballinus *in tract. de euictionibus, §. 3. nu. 84. cum aliis non paucis adductis in deciſ. noſtra 61. præſumptio, nu. 4. & ſeq. lib. 1.* admittit tamen talis præſumptio probationem per notorium rei, vt per Fel. *in c. quanto, in 5. fallen. ext. de præſcriptionib.* & Gaſparem Caballinum *in allegato tract. de euictionib. § 3. nu. 85. & ſeq.* vbi annectit quoque, id procedere duobus concurrentibus, videlicet, vbi notorium ipſum videretur ex actis, & proceſſu, & in notorio facti permanentis, prout ita iudicauit etiam Sacra regia Audientia Barenſis, vt explicauimus *in mentionata deciſ. 61. nu. 7. lib. 1.* vbi inuenies ſimiliter materiam præſumptionis iuris, & de iure. & materiam quoque præſumptionis iuris affluentiſſime examinatam.

Et † quamuis confeſſio facta de dote recepta à vi- 6
ro, conſtante matrimonio, ſit ipſo iure nulla, tanquam emanata inter ſuſpectos, vt per Affl. magiſtraliter *in tract. de iure protomiſeos. §. 4. ſub n. 11. & ſeq.* tamen morte confirmatur, & videtur proculdubio eſſe maioris efficaciæ, morte viri ſecuta, quam confeſſio facta ante contractum matrimonium, vt per Io. And. *in add. Spec. in tit. de don. ant. nu. & vlt. ante ub. verſ. alt factum,*

OPI-

OPINIO CXLIIX.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ dotis vſque ad decennium opponi poteſt. Secus ſi confeſſio conſtante matrimonio facta ſit. nu. 2.*

3 *Nec competit ſi maritus vxori tanquam dotatæ præſtitit alimenta.*

4 *Nec opponi poteſt ſtante confeſſione geminata mariti de dote recepta.*

5 *Item vbi cum iuramento aſſertorio fuiſſet renunciatum exceptioni non numeratæ dotis.*

6 *Confeſſio mariti conſtante matrimonio facta, idem operatur quod vera numeratio elapſo decennio non ſolum in præiudicium mariti, ſed etiam creditorum.*

7 *Confeſſioni mariti de recepto ſtatur in præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis.*

8 *Confeſſio dotis receptæ quib. caſibus veram numerationem ſaltem præſumptiue probet, remiſſiue.*

9 *Vxor, cui fuit relicta in teſtamento dos ſua per maritum, non poteſt detrahere, niſi probet eam datam eſſe, per inſtrumentum.*

1 EXCEPTIONEM non † numeratæ dotis opponere poteſt infra decennium maritus, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe dotem ab vxore, vel à ſocero, ſeu ab alio, ſpe futuræ numerationis, *l. 1. & toto tit. C. de dote cauta non numer.* & not. Gozad. *conſ. 42. num. 1.* & Chaſſan. *in conſuetud. Burgun. in tit. Des drottz. rubr. 4. § 7. num. 11.*

Com. confeſſio

2 Sed vbicunque † præcederet inſtrumentum dotale, quo dos ipſi marito fuiſſet promiſſa, & ſequeretur, conſtante matrimonio, confeſſio, etiamſi non ſit lapſum decennium, adhuc huiuſmodi exceptio dotis confeſſatæ, & non numeratæ opponi non poſſet, ſecundum Caſtren. & Socin. *col. 14. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Felyn. *in c. ſi cautio nu. 12. de fide inſtrum.* Cyn. Bald. Salyc. & Caſtren. *in l. in contractibus. per text. ibi, C. de non numer. pecu.* Aret. *in §. fuerat. col. 10. Inſt. de actio.* Roman. *l. ſi conſtante q. 4. ff. ſolut. matrim.* Crauet. *conſ. 40. num. 10.* & Hieronym. Albanum *conſ. 8. doleo quod cauſa vidua. num. 11.* vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionem, & Bellonum quoque cum aliis relatis per eum, *conſil. 4. numer. 7.* & comprobat Afflictus copioſe *deciſione 402.* vbi recitat ita iudicatum fuiſſe, *in Sacro Regio Conſilio.* & Couarru. cumulatiſſime *in lib. 1. variar. reſol. c. 7. ſub num. 6.* vbi ſimiliter meminit de dicta communi, & Ioan. de Amicis *conſ. 136. num. 2. & 4.* Quam communem late, & vtiliter declarat, in duobus caſibus Cæſar Vrſil. *in add. Afflict. in deciſ. 402. num. 1. cum aliis ſeqq.*

Com. opin.

3 Item exceptio † præmiſſa dotis cautæ, & non numeratæ, opponi nequiret, quotieſcunque maritus vxori, tanquam dotatæ, præſtitiſſet alimenta, ac eam retinuiſſet in domo, vt voluit Bald. *in rub. C. de priuileg. dot. col. 3.* Grammat. *deciſ. 103. num. 6.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam in ver. donat. num. 101. C. de reuoc. donat.* Neuiza. *conſ. 57. num. 8. in fin.* & Roland. à Valle *conſ. 85. num. 43. vol. 1.* Et iſta eſt communis opinio, ſecundum Soc. *conſ. 82. num. 3. vol. 3. & in d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* Gozad. *in d. conſ. 42. num. 13.* Couarru. *in d. c. 7. ſub num. 6.* Crauett. *d. conſ. 40. num. 4.* & Albanum *in d. conſ. 8. n. 19.* Licet, & eruditer quidem Bellonus *conſ. 48 n. 2.* conſulendo tenuerit contrarium.

Com. opin.

4 Similiter vbi eſſet † confeſſio geminata, antedicta exceptio opponi minime poſſet, *l. in contractib. §. ſed quoniam.* vbi Gloſſ. Bald. Ang. & Salyc. *C. de non numer. pecu.* & omnes *in d. c. ſi cautio.* Et iſta eſt communis opinio, vt per Soc. *in d. l. 1.* & Gramm. *in d. deciſ. 103. num. 8.*

Com. opin.

Nec non exceptio † mentionata dotis nō numeratæ, opponi non poſſet, vbi cum iuramento aſſertorio extitiſſet renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, iurando omnia & ſingula vera eſſe, &c. ſecundum Bart. Bald. Salyc. & alios *in l. fin. C. de non numer. pec.* & omnes, *in d. §. fuerat.* Io. de Imol. *in c. cum contingat. de iureiur. in l. nemo poteſt. ff de leg. 1.* Abb. *in diſputatio. exordiente ſtante ſtatuto Ciuitatis Senarum,* & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabr. *in concluſ. 1. in 1. limitatio. in fin. lib. 2.* Et iſta eſt communis opinio, prout deducunt Soc. *in d. conſ 82.* Dec. *conſ. 137.* Grammat. *in d. deciſ. 103 num. 4. & ſeq.* Roland. à Valle *conſ. 95. viſo inſtrumento num. 34. vol. 1.* 5

Com. opin.

Poſtremo etiam † confeſſio dotis receptæ, facta à marito, cōſtante matrimonio, idem operatur, quod dos vere numerata, & ea valet, & tenet, non ſolum in præiudicium mariti, ſed etiam creditorum; maxime futurorum, vbicunque præteriere decem anni, à die conſtitutæ hypothecæ, & confeſſionis prædictæ, vt in indiuiduo doctiſſime conſuluit D. Roland à Valle *conſ. 74 quaeſtio vol. 4.* vbi *nu. 10.* ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. *& conſ. etiam 85. Domini Georgius & Baptiſta. n. 42. vol. 1.* Afflict. *in allegata deciſ. 402. col. 2.* Alex. *conſ. 90. vol. 3.* & Goza. *conſ. 42. col. 3.* 6

Com. opin.

Itidem cōfeſſioni † mariti de recepto ſtatur etiam in præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis, ita Mobeda. *deciſ. 202.* 7

Alios vero caſus in quibus † confeſſio dotis receptæ, veram numerationem ſaltem præſumptiue probet, ponit Couarr. *in d. c. 7. ſub nu. 6.* & Io. de Amicis *in d. conſ. 136. n. 5.* & alios caſus, in quibus confeſſio de dote recepta, conſtante matrimonio, tam creditoribus præſentibus, quam futuris præiudicare nequeat, poſuimus ſupra *in proxima ſuperiori opinione.* 8

Sed ſi † vxori forent relictæ dotes ſuæ per maritū in teſtamento, & poſtea relicta eſſet heres, & rogata alii reſtituere, tunc, ſecundum Bart. *in l. qui vxori ff. de auro, & argen. lega.* heredes vxoris detrahere dotem nequirent, niſi pbarent illam dotem datam eſſe per inſtrumentum. Et hæc Bar. doctrina procedit, quando in legato dotis non eſſet expreſſa quantitas, ſeu res certa, ſecus autem, ſi ipſo dotis legato, expreſſa extitiſſet quantitas, vtputa centum: eo enim caſu, nō eſt neceſſarium inſtrumentum, vt declarat, & firmat Afflict. *deciſ. 359. num. 6.* & Ferrarien. *in ſua pract. Papien. in for. libel. pro legato rei ſingularis n. 64.* 9

OPINIO CXLIX.

SVMMARIA.

1 *Bona (excepto feudo) committentium crimen læſæ maieſt. vel hæreſis hodie confiſcantur, non quidem ipſo iure, ſed per ſententiam, ſecus in Regno. n. 2. Reſeruari in q; proximis heredibus. n. 3.*

4 *Bona contrahentium matrimonium in caſu prohibito, confiſcantur ipſo iure.*

5 *Confiſcatio bonorum fit ipſo iure, etiam in 250. caſibus remiſſiue.*

6 *Feudum rebellis, an veniat in confiſcationem, confiſcatis bonis eius ob crimen læſæ maieſtatis. & n. 7.*

CONFISCARI debent † omnia bona rei committentis delictum læſę maieſtatis, ac capite puniti, *l. quiſquis. C ad l. Iul. maieſt.* Et hoc iure communiter hodie vtimur. Et conſequenter in crimine iſto læſæ maieſtatis contra Principem, vel Rempubl. bona confiſcantur, publiranturq; ac etiam in crimine hæreſis, & ita ſeruat conſulendo, & communiter totus mundus, ſecundum Alberi. *in tract. ſtatutorum. q. 18. n. 83 par.* & Cæpoll. *conſ. 17. n. 34.* Et hoc quoq; firmat Bald. *in c. 1. col. 4. de pace tenenda in vſibus feudorum.* Vbi 1

Cõis opin. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, *& in l. ſi quis numerus. C. de falſa monet.* Salyc. *in l. 1. eodem tit.* & Cæpol. *in d. conſ. 17. nu. 55.* & Hieronym. Gigas *in tract. de crim. læſæ maieſt. in rubr. de pœnis committent. crimen læſa maieſt. lib. 2. q. 1. n. 1. cum alijs ſeqq.* vbi ponit nonnullas alias pœnas, quæ apud veteres diuerſimode imponebantur reis inquiſitis, & conuictis, de hoc crimine læſæ maieſtatis.

2 Et aduerte, † quod tam bona rebellis prædicti, quam hæretici nõ confiſcantur ipſo iure, & per conſequens, feudo, & alijs eorum bonis non priuantur ipſo iure, ſed debet neceſſario interponi, ſeu expectari ſententia, & ea lata, bona ſunt ipſo iure confiſcata, *d. l. quiſquis.* & tenuit Dyn. Bart. & Alberi. *in l. 1. §. an bona ff. de iure fiſci.* Bald. *in tract. feudorum num. 45.* Cagnol. *in l. ea ſola deportationis ſententia nu. 5. ff. de leg. 3.* & ita voluit conſulendo Card. *conſ. 228. col. 1.* & Cõis opin. Boetius *in deciſ. 264. nu. 11.* Et iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex congeſtis per Gigan. *in dict. tract. de crim. læſæ maieſt. q. 25.*

In Regno vero Neapol. committens crimen læſæ maieſtatis ipſo iure, dominium, poſſeſſionemq; feudi, ac aliorum bonorum, nulla interueniente apprehenſione, perdit vigore conſtitutionis ipſius Regni, *incipien. contingit. & cap. inchoantes Iuſtitiario Terræ Hydruntis. & c. bona proditorum.* teſte Afflicto *in c. 1. §. ſed nec alia. nu. 107. in tit. quæ fuerit prima cauſa benefic. amitt.* quamuis Gloſſator *in d. c. Iuſtitiario. in verſ. applicentur.* & ipſemet Afflict. *in d. conſtit. contingit.* intelligant iura præmiſſa Regni procedere, quod exequutio fieri nequeat ſuper bonis ipſo iure ad fiſcum deuolutis, per rebellionem commiſſam ex abrupto, ſed debet expectari declaratio, & ſententia condemnatoria. Et iſtum fore verum ſenſum, & intellectũ dictorum iurium omnibus recte intuentibus exploratum erit; ideo in conſulendo, iudicãdoq; caſu eueniente, ſemper per mentionata Regni iura, per rationes euidentiſſimas hic non poſitas, concluderem fore neceſſariam ſententiam ante confiſcationem faciendam bonorum rebellis.

3 Et nota † ſimiliter ad præmiſſorum declarationem, quod hodie bona damnatorum non cõfiſcantur, niſi in crimine læſæ maieſtatis, per text. celebrẽ, & expreſſum, *in authent. bona damnatorum. C. de bonis damnat.* ſed aſcendentibus, vel deſcendentibus, & à latere prouenientibus deferuntur, ſeu reſeruantur.

4 Nihilominus *per authent. bona.* non † corrigitur *auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt.* diſponens, confiſcationem bonorũ fieri debere, ipſo iure, aduerſus contrahentem matrimonium ſcienter in gradu prohibito, ſecundum Gloſſ. Bart. & Ang. *in authen. nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iud.* Cyn. Pet. de Bellaper. & Alber. *in d. authent. bona damnatorum & in d. tract. ſtatutorum, 3. part. q. 17. in princ.* Iacob. de Beluiſ. *in §. 1. in auth. de inceſtis nuptijs.* Aretin. *in tractat. malefic. in verſic. bona publicamus. col. penul.* And. de Iſern. & Bald. *in cap. vnic. quæ ſint regalia.* & Martin. Lauden. *in tract. de Fiſco §. 5.* & Boetius cumulatiſſime *in d. deciſ. 264. nu. 15. cum alijs* Cõis opin. *ſeqq.* vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem.

5 Et † confiſcatio bonorum fit ipſo iure, etiam *in 250. caſibus,* poſitis, ac relatis per Ludouicum Creſſolem *in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, vel partis publicatio ſit indicta à fol. 3. vſque ad fol. fin.* vbi *per 30. paginas* recenſuit antedictos caſus.

6 Cæterum dicta † communis in principio poſita, interpretatur vtiliter non habere locum in feudo rebellis confiſcato, quod ob crimen læſæ maieſtatis patratum, confiſcari non poteſt, nec debet fiſco applicari in præiudicium domini directi, ſecundum Bart. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto. in 2. q. & in §. 1. in authen. de non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiæ.* Bald. *in l. 1. C. de bonis liberto.* Fabrum *in dict. authen. bona. q. penul.* Cæpol. *conſ. 80.* Bald. & Aluar. *in cap. 1. § illud. de prohibit. a feud. alien.* per Federicum, & Iacob. de S. Georgio *in quæſtio. feud. q. 28.* Ioan. Andr. *in cap. quibuſdam de pœnitent. in 6.* Alberi. *in authen. ſi vero. C. de hered.* Alexand. *conſ. 88. vol. 4.* Martin. Lauden. *in d. tract. de fiſco q. 263. & in tract. de crim. læſæ maieſtatis. q. 15.* Et iſta eſt communis opinio, ſecundum Roman. & Alexand *in d. §. ſi de vectigalibus.* & Boet. *in d. deciſ. 264. nu. 7. & ſeq.* Cõis opin.

7 In contrariam vero † partem inclinauerunt multi Dd. relati per Boetium ibi, quorum opiniones concordare nititur Hieronym. Gigas *in d. rubr. ſui tract. de crim. læſæ maieſt. q. 5. nu. 1. cum alijs ſeqq.*

OPINIO CL.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus an cadat in confiſcationem bonorum rebellis, vel tranſeat in heredes condemnati. & nu. 2.*

1 CONFISCATIS omnibus † bonis rebellis, ob crimen læſæ maieſtatis ab eo commiſſum, vtiq; in iſta generali cõfiſcatione bonorum non venit ius patronatus, & ſic in iure patronatus iſto, non ſuccedit fiſcus, ſed tranſit in heredes cõdemnati, qui præſentare poſſunt beneficium patronale in præſenti caſu, ſicut præſentare poterat condemnatus ante condemnationem, ſecundum Gloſſ. *in c. ſatis peruerſum. 50. distinct. & in Clemen. paſtoralis. in verb. ſubiecte. de re iudica.* Archidiacon. *in c. an filius, 16. quæſt. 7.* Præpoſ. *in c. 1. col. pen. 10. diſtinct.* Bart. & Dd. omnes, *in d. Clem. paſtoralis.* Cardin. *in Clemen. ſi plures. de iure patronat. & in Clemen. 1. de exceſſ. prælat.* Felyn. in And. Pomum *in cap. quanto. de re iudic.* Anchatan. *in cap. Felicis. in 10. nota de pœn. in 6.* Collecta. *in cap. fin. de iure patron.* Bart. *in extrauagan. ad reprimend. in ver. debellando.* Angel. *in tract. maleficiorum. in ver. & eius bona publicamus. in ver. & nota quod facta. nu. 15.* Afflictum *in cap. vnico. §. ex eadem lege. nu. 9. de lege Corrad. in vſibus feudorum.* Alberi. *in tract. ſtatutorum. par. 3. quæſt. 16. n. 17.* Nellum *in tract. bannitorum. in 1. par. quæſt. 32.* And. de Iſern. Euangeliſtam in Regno Neapolitan. *in cap. licet. in tit. ſi de feud. fuerit controuerſia inter dominum, & agnat.* Et iſtorum opinionem loquit æquiorem Curt. *in tract. de iure patronat. in verſic. ipſe, vel n. quæſt. 29.* & communem eſſe Cõis opin. fatetur Hieronym. Gigas *in tract. de crimine læſæ maieſtatis. in rubric. de pœn. committen. crim. læſæ maieſtatis. libr. 2. quæſtio. 4.* & ſecundum communiorem iſtam conſuluerunt Socin. iun. *conſ. 51. requiſitus à magnifico. vol. 2.* Mantua. *conſ. 5.* & Hieronym. Gigas *in d. quæſt. 4.* quorum quidem conſiliorum, & præmiſſarum authoritatum Doctorum vigore, determinauit mentionatum caſum, Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum, teſte Gigante, *in loco præcitato.*

In contrariam vero partem † inclinarunt, videlicet, quod ius patronatus tranſeat in fiſcum, facta generali confiſcatione bonorum, Gl. *in d. c. filius.* Ioan. And. & Abb. *in cap. nobis. de iure patron.* & idem Abb. *in d. c. quanto, cum aliquibus alijs Dd.* 2

Tamen veritatem ipſam habendo ante oculos, & inſtitutum meum ſolitum ſectando, amplector primam ſententiam negatiuam, tanquam magis piam, magiſque canonicam, ac frequentiori calculo à Dd. vtriuſq; cenſuræ approbatam, & eo libentius inhæſi communi præmiſſæ, quanto opinio Gloſſ. Ioann. Andr. & ſequacium concordari poteſt cum dicta communi, prout ad facilem conſonantiam opiniones iſtas reduxerunt Curt. *in d. q. 29.* Socin. *in allegato conſ. 51. nu. 6.* & Gigas *in d. q. 4. n. 4. & ſeq.*

OPI-

OPINIO CLI.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutum eſt contractus nominatus. Et parit actionem. nu. 2.*
3 *Conſtitutum quid hic ſignificet.*
4 *Feudum eſt contractus nominatus.*
5 *Emphyteuſis eſt cõtractus nominatus, & producit actionem innominatam. num. ſeq.*
7 *Mutuum, ſtipulatio, & donatio ſunt contractus nominati.*
8 *Mutuum poteſt conuerti in contractum cenſualem.*

1 CONSTITVTVM eſt † contractus nominatus, ſecundum Bart. *in l. iuriſgentium. §. igitur nuda. in fin. ff. de pac.* Bald. *in l. fin. C. ad legem falcid.* Alex. *nu. 9.* & Iaſ. *nu. 33. in d. l. iuriſgentium §. ſed cum nulla.* Buttig. *num 26.* Iacob. Nig. *nu 60.* Curt *in 1. lectu. nu. 13. & 15.* Ripam *num. 30.* Galliaul. *num. 67.* Leon. *nu. 97.* Alciat. *num. 20.* illuſtrem Guliel. Pontanum Præceptorem meum, *num. 26.* Socin. iun. *num. 276.* Iacob. Mandellum de Alba, *num. 227. &c.* Modet. *in rub. ff. de verb. obligat.* Vbi oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

2 Et ſic ipſum † conſtitutum, cum ſit contractus nominatus, parit, producitque actionem, vt voluerunt Bart. *in d. l. iuriſgentium. in princ. num. 2.* & alii omnes ibi, Bald *in d. l. fin. C. ad leg. falcid.* Alexand. *col. penul. in d. §. ſed cum nulla.* Ozerius *in rubr. num. 5. Inſtitut. de verbor. oblig.* Ripa *num. 30* Buttigel. *num. 26.* Leon. *nu. 97.* & Socin. iun. *num. 269. in d. rubric. ff. de verb. oblig.* vbi ſimul cum cæteris Recentioribus demonſtrant eſſe communem ſententiam. Com. opin.

3 Sed aduerte, † quod iſta ſpecies conuentionis, quæ appellatur conſtitutum, non eſt profecto conſtitutum, prout ſumitur per Doctores pro actu quodam transferendi poſſeſſionem, *l. quod meo.* vbi Bart. *ff. de acquiren. poſſeſ.* ſed ponitur, vt quædam conuentio, ſeu obligatio ex conſtituta pecunia, iuxta *tit. ff. & C. de conſtitut. pecu.* & cenſetur id contingere, vbicunque aliquis promittit pacto nudo id, quod ipſe alicui prius debebat, ſcilicet debebat vel ex alio pacto nudo, vel ex contractu aliquo veſtito, vel promittit id, quod alius prius debebat illi perſonæ, cui iſte promittit, vel ſi debebat vni, promittat alii, *l. 1. §. debitum. & l. cum qui. §. quod exigimus ff. de conſtitu. pecu.* quorum omnium caſuum ponit declarationem ibi Caſtren. poſt Bart. Et ſic ex iſto ſecundo pacto nudo inducitur actio de conſtituta pecunia, vt ſupra concluſum eſt, & firmat etiam cum citatis per eum Mattheſ. *in notabili 36. num. 3. Nota nouam regulam.*

4 Et ſimiliter † feudum eſt contractus nominatus, vt voluerunt Bald. *conſilio 291. volum. 2.* Bart. *in l. iuriſgentium. §. quinimo. numer 19. ff. de pactis.* Alexand. in locis de quibus per Clau. Aquen *in ſpecul. ſuo feud. in tit. de diſſolutione feudi verſic. 4.* & eandem opinionem ſequitur quoque Iaſ. *conſil. 8. colum. 4. inter conſ. Bruni.* Curt. iun. *conſilio 1. numer. 36. & in tractat. de feud. in 1. part. princip. in 9. quæſt.* & Laurentius Syluanus cumulatiſſime *in tract. de feud. recognitione. quæſt. 3.* qui fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & ſimul aduertunt ab ea non eſſe in practica diſcedendum, & idem Syluan. refert etiam, *vbi ſupra,* duas alias opiniones contrarias. Prout alteram opinionem contrariam ſimiliter communem, quod feudum dicatur potius contractus innominatus, examinauimus infra *in opin. 283. ſeudo priuare non poteſt Vaſallum Princeps ſine cauſa. num. 2.* Com. opin.

5 Item † contractus emphyteuticus eſt contractus nominatus, vt firmant Bart. Ang. *nu. 1.* & Bald. *in l. 1. C. de iure emphyt.* quos Iaſ. ibi ſequitur *num. 69.* & *num. 34. in fin.* ait iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Et ſic iſte † contractus emphyteuticus producit actionem innominatam, id eſt, condictionem ex lege, quod eſt mirabile, ſecundum Ang. *in §. emphyt. in authen. de non alien. aut permu. rebus.* 6

Item contractus † mutui eſt nominatus, qui tamen parit actionem ſine nomine, id eſt, certi condictionem, *l. certi condictio.* vbi Doctores, *ff. ſi cert. peta.* necnon ſtipulatio eſt contractus nominatus, vt luculenter ſcripſimus in opinion. 834. *Stipulatio eſt contractus iuris ciuilis, poſt princ.* ſimiliterque donatio eſt contractus nominatus, vt infra tractatum eſt in opinione 218. *Donatio tam olim de iure.* 7

Et † talis contractus mutui poteſt cõuerti in contractum cenſualem, ita Stephan. Bertrand. *conſ. 91. ex propoſitu. num. 7. vol. 3.* Tiraquel. *de vtroque retractu in fine. num. 137.* & Follerius *in practic. cenſuali. in cap. cenſus enim dici ſolet. num. 96. fol. 348.* 8

OPINIO CLII.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, ſeu ſtatutum diſponens, quod vſuræ pro dote, donec reſtituatur, ſolui debeant, an valeat. & num. 2.*

CONSVETVDO, ſeu † ſtatutum diſponẽs, quod vſuræ pro dote, & cauſa dotis, donec reſtituatur ipſa dos, ſolui debeant ad rationem quinque pro centenario, non valet aliquo modo, ſecundum Io. de Imol. & cæteros omnes, *in l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrim.* Gloſſ. & Bald. *per text. ibi, in l. eos. C. de vſur.* & Can. *in Clemen. 1. de vſu.* & Iaſ. *in §. fuerat. nu 9. Inſtit. de action.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, & Rocchus Curt. etiam *in c. fin. de conſuetud. in quæſt. 1. n. 18. & ſeq. fol. paruo 17.* & magis communem atque magis tutam dicit Hieronym. Albanus *conſ. 6. num. 41. & conſ. 19. num. 13. & ſeq.* vbi conſulendo ſequitur huiuſmodi communem, tuetur, ac profert in iudicando ab ea non fore recedendum. 1 Com. opin.

Imo ſecundum Bald. *in l. 2. & in authen. ad hæc. C. de vſur.* tale ſtatutum, atque conſuetudo permittens vſuras, etiam in vno nummo duntaxat, non cenſetur licita, & iudicans ſecundum hoc ſtatutum incidit in excommunicationem, & in hæreſis labem, & proſequitur hoc apertius Iaſ. *in loco præmiſſo,* & ampliat ſimiliter in tribus aliis caſibus Curt. *in d. quæſt. 1. nu. 18. & ſeq.*

Sed † Bald. *in l. fin. §. præterea. C. de iure dotium* & Card. cum aliis compluribus, *in d. Clem. 1.* aſſeruerunt contrarium, & optime: quorum quidem opinionem ſequitur, atque tuetur Curt. *in d. quæſt. 1. num 19.* vbi profert hoc vtile verbum, quod talis conſuetudo, vel ſtatutum communiter obſeruetur abſq; peccato. Et hæc eadem conſuetudo, quod ſoluantur ſeptem pro quolibet centenario viduæ, cui non fuit dos ſoluta, viget quoq; in Ciuitate Neapolis, & obſeruatur; teſte Afflicto, *deciſ. 284. in princ.* Estatque mentionata conſuetudo in patria mea, quod ratione dotis non ſolutæ, ſoluantur ſeptem pro centenario, quæ quotidie ſeruatur. 2

Verum vbi quæſtio hæc eueniret, & talis conſuetudo non reperiretur, tunc caſus foret valde dubius, ac exagitandus ad vtramque partem, & denique decidendus veniret, prout decidit Rota Neapolitana *in d. deciſ. 284.* ad quam, caſu eueniente, tanquam ad portum claræ veritatis recurrendum eſſet.

OPINIO CLIII.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo non ſoluendi decimas an excuſet à debito earum.*

2 *Decimæ an ſint de iure diuino. & nu. 3. 4. & 15.*

4 *Ex decimarum ſolutione quinque prauenìunt bona.*

5 *Conductor licet non teneatur ad ſolutionem penſionis propter ſterilitatem, tenetur tamen ad decimam.*

6 *Decimæ ſunt Deo debitæ in recognitionem vniuerſalis dominii ipſo iure.*

7 *Conſuetudo non ſoluendi decimas an & quando valeat. & nu. 12.*

8 *Canoniſtæ, an, & quando Theologis præferendi ſint. & num. 9.*

11 *Papa poteſt aliquibus locis concedere priuilegium, ne teneantur ad decimas. Idem quoq; concedere poteſt fratribus minoritanis. num. ſeq.*

13 *Decimarum quatuor genera reperiuntur.*

14 *Decimarum materia ponitur remiſſiue.*

16 *Conſuetudo vincit legem & quanto tempore præſcribatur.*

17 *Decimas ſoluere detrectantes vexantur locuſtis.*

18 *De locuſtarum principe, earumque magnitudine in India.*

1 CONSVETVDO non † ſoluendi decimas excuſat à debito earum, & ſic decimæ ipſæ præſcribi poſſent, & vtique valeret conſuetudo in contrarium, ſecundum Theologos communiter per id, quod habetur *Numer. 18.* & de opinione iſta communi faciunt mentionem Canoniſtæ *in c. 1. de decim. in 6.* Afflict. *in conſtitution. quantacæteris num. 11. lib. 1. rubr. 7.* Vincentius Maxilla *in conſuetud. nibus Ciuitatis Bari. in tit. de ſacroſanctis eccleſ. in conſuetudine, incip. Decimis, & primitiis. num. 9. & ſeq. fol. 20.* & Io. Brunellus *in repet. l. 1. de homicidio. num. 14. quæ reperitur in fin. relectionis.* Couarru. *ſuper Clemen. ſi furioſus. de homicid.* & ita conſuluit Alciat. *conſ. 4. tomo 1. lib. 1. fol. 3.* & ſequitur Lallus de Tuſcia *in d. conſtitutio. quantacæteris. ſub num 3.* Cæterum contraria pars, videlicet, quod non valeat conſuetudo de non ſoluendis decimis, videtur verior, & ſuſtentabilior de iure, ſecundum Rocchum Curt. poſt alios relatos per eum *ibi in c. fin. de conſuetud. in princ. poſt præfationem. num. 22. ſalia parno 18.*

Cõ opin.

2 Et primo, quia † decimæ ſunt de iure diuino, ergo conſuetudo contraria nihil valet, *8. diſtinct. c. quæ contra morem.* Maior probatur *Leuit. c. fin.* omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum domini ſunt, & illi ſanctificantur, & *Numer. 18.* filiis Leui dedi omnes decimas in poſſeſſione, pro miniſterio, nam ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, & *Exod. 22.* Decimas, & primitias tuas non moraberis offerre. Item *Luc. 18.* Decimas do omnium, quæ poſſideo, & plurìbus aliis in locis Sacræ Scripturæ idem tradi videtur, vt notat profuſe Frater Guil. Pepin. *in ſerm. de deſtructione Niniuæ. ſermon. 39. col. 13. ſalia parno 322.*

3 Secundo Pontifex † ſolus, & multo magis in conciliis generalibus, interpretari poteſt ſacram ſcripturam, canones condendo, ab omnibus ſeruandos, *c. per venerabilem. §. rationibus, qui filii ſint legitim.* Sed canones aperte clamant decimas eſſe de iure diuino, *c. tua nobis. c. cum non ſit in homine. & c. in aliquibus. de decim. c. decimæ. & c. in ſacris, 16. q. 1. & in c. parrochianos. extra de decim. & in c. cum Apoſtolica. ext. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſen. capi.*

4 Et antedictæ † decimæ ideo debentur, non obſtante conſuetudine in contrarium; ſiquidem multa bona tribuit ſolutio ipſarum decimarum, ſecundum Ioan. Andr. & Dd. *in c. 1. de decimis. in 6.* & Vincentium Maxillam *in dict. conſuetudine, Decimis, & primitiis. nu. 3. & ſequen.* Primum ergo bonum ſanctitatis corporis. Secundum vbertatem fructuum. Tertium remiſſionem peccatorum. Quartum bona cœleſtia. Adde quintum, ſcilicet, pacem inter homines, vt eſt Gloſſ. *in c. Apoſtolica. de re iudic. in 6. vide c. maiores, 16. quæſt. 7.* hoc tollit Fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

5 Ex quo dicto † inferebat Do. *in d. c. 1.* & Ioan. de Imol. *in c. propter ſterilitatem. de locato.* quod licet conductor nõ teneatur ad ſolutionem penſionis ob ſterilitatem, *d. c. propter ſterilitatem,* tamen tenebitur ſi non ſoluit decimam; quia ſua culpa venit ſterilitas propter non ſolutionem decimæ, &c. Ideo ſint cauti domini opponere exceptionem, & probare non ſolutionem decimæ, quod eſt notabile. Adde *c. reuertimini. 16. quæſt. 1.* Gloſſ. Pet. Gemin. *in c. 1. de decimis. in 6.* Ripam *in tract. de peſte. nu. 35.* Imolam *in c. propter ſterilitatem. ext. locati.* vbi dicit aliud eſſe, quando de conſuet. non ſoluerentur, vt per Pariſ. *in add. ad Bart. in l. licet. C. locati.*

6 Et iſtæ † decimæ ſunt Deo debitæ in recognitionem vniuerſalis dominii ipſo iure, *dict. c. tua nobis.* & Canoniſtæ hoc firmant omnes *in dict. c. 1. de decimis in 6.* vbi Francus meminit iſtam fore communem opinionem, & Alciat. *in d. conſil. 4. num. 2.* quam ſequitur Abb. *in c. fin. ext. de re. permut.* Illuſtris D. Afflictus noſter, *in d. conſtitutio quantacæteris. num. 11. cum aliis ſequentib.* Boetius *deciſio. 236.* & Capicius *deciſio 22. nu. 5.* Et amplectitur pariter, atque communem eſſe Præſtantiſſimus D. Cornelius Beniucaſius *in tract. de paupertate. quæſt. 7. in 6. ſpeciali. num. 2.* & ponit etiam pro regula cum vndecim limitationib. conſummatiſſimus Dominus Ioannes Antonius de Nigris *ſuper Capitulis Regni. in cap. volumus. num. 10. cum aliis ſequentib. fol. 112.*

7 Tertio, † quod conſuetudo non ſoluendi decimas non valeat, ſaltem in decimis prædialibus, ſeu realibus, firmant omnes Canoniſtæ, qui ob hoc excandeſcunt quodammodo in Theologos. ita Innocen. *in c. final. de paro.* Hoſtien. & Ioannes Andreas *in cap. à nobis. de decim.* Anton. & Imol. *in cap. ſtatuimus. de tranſactio.* Anchara. *conſil. 196. in primo dubio.* Archidiacon *in d. cap. decima* Imol. & Abb. *in rubr. de decimis.* Gloſſ. Hoſtienſ. & omnes, *in dict. cap. in aliquibus.* & Rocchus Curt. *in dict. cap. fin. de conſuetud. in princip. poſt rubr. num. 22. folio 18* vbi recitat iſtam eſſe communem opinionem, & Vincentius Maxilla etiam, *in dict. conſuetud. Decimis, & primitiis, ſub num. 12.* Couarruu. *in ſuis reſolutionib. lib. 1. cap. 17. num. 8.* licet ibi perhibeat ſententiam contrariam pariter communem fore. Et ita conſuluit etiam in terminis Bertrand. *conſil. 80 quamuis conſuetudo. volumin. 5.* quod conſuetudo, vel præſcriptio per tantum tempus de cuius initio, vel contrario hominum memoria non exiſtit, non ſoluendi decimas prædiales, valeat, & teneat. Quarto, & vltimo apparet verior hæc vltima, ſeu ſecunda opinio Canoniſtarum: ſiquidem contra aſſertionem Theologorum prouiſum eſt per Georgium Nonum, vt patet *in d. cap. 1. de decim. in 6.* vbi iniungit prædicatoribus, & minoribus ſpecialiter, ne audeant ea in ſermonibus prædicare, ob quæ laici à decimarum ſolutione retrahantur, imo contrario operi ſint intenti. Et ita conſuluit Alexander *conſilio 60. Romana, volumine 4.* quod hodie debeantur non ſolum decimæ prædiales, ſed etiam perſonales.

Cõ opin. Cõ opin.

Et in

8 Et in hoc abſq; dubio † ſtandum eſſet potius Canoniſtis, quam Theologis, ſumus enim in interpretatione iuris diuini, in his præcipue, quæ pertinent ad moralia, vt in decimis, de quibus agitur. Et idem dici poſſet in voto, iuramento, matrimonio, ſimonia, vſura, & aliis ſimilibus, ſecus vero ſi ageretur de interpretatione iuris diuini in his, quæ ſpectant ad noſtri IESV CHRISTI opera, & ad agnitionem veræ fidei contra hæreticos, ſecundum Ancharan. *in diſputat. exordiente, Antiquis, & modernis temporibus.* Et hoc idem videtur firmare Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florenti. *in ſua Summa. in 2. parte. cap. 7. quid vſura vorago, ſub verſicul. quis autem ſit iudex competens in cauſa vſurarum.* dum ibi concludit, quod quantum ad ea, quæ inſtituta eſſent per Canones contra vſurarios, interpretatio, ac declaratio dubiorū contra vſurarios potius ſpectaret ad Canoniſtas, quam ad Theologos. & firmat etiam Natta *conſil. 250. ſuperioribus diebus ſcripſi. num. 2. volu. 2.* Et Ioan. Dilectus *tract. de arte teſtandi. tit. 7. cautel. nu. 2.*

9 Et ideo aiebat † quam optime Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in capit. 1. de conſanguinitat. & affinitat.* quod in electione præſulatus, & ſic in obtinendis beneficiis, præferendus foret Canoniſta Theologo in loco, quo hæreſes non pullularit, & ſequitur Felyn. *in cap. final. de magiſt.* Ioannes Lupi *in repetit. cap. per veſtras. §. 26. numer. 16. de donation. inter virum & vxorem.* & Staphil. *de literis gratiæ, & iuſtitiæ, ſub titul. de vi, & effectu clauſularum. verſ. videndum eſt, fol. 129.*

10 Sed quid ego † infelix peccator dixerim in tam dubitabili paſſu! nec primam certe, nec ſecundam ſententiam mentionatas firmare audeo, at opinionem relatam per Hoſtienſem *in dict. c. tua nobis.* tanquam tutiorem pro ſalute animæ totis viribus amplector, & ſequor, vbi ait, quod in partibus, ac regionibus, in quibus decima ipſa de more non ſoluitur, nec prædicatur, non peccant mortaliter homines non ſoluendo, quaſi Romana Eccleſia videatur in illis, ſaltem quo ad præterita diſpenſare, ne tantam multitudinem ex hac cauſa damnari contingat. Si vero poſt prædicationem, & monitionem retineant, mortaliter peccant. Et in ſententiam iſtam inclinare videtur ibi Ioannes Andr. & idem videtur ſentire Sanctus Thomas *in ſecunda 2. quæſtione 77.* quem refert Archidiacon. *in can. inanimes. 16. quæſtio. 7.* licet non ſequitur, & ita tranſit quoque Abb. *in d. c. in aliquibus. in fine.* Afflict. *in dict. conſtitutio. quanto cæterū. num. 17.* Ao. baran. licet oblique *conſilio 196 Magnifice, & illuſtris, & Domine mi. ſub num. 2.* & Rocchus Curtius *in dict. cap. final. de conſuet. loco, de quo ſupra.* Vincentius Maxilla *in dict. conſuetudine, de decimis, & primitiis. numer. 12. cum aliis ſequentib.* & Hieronym. Zanett. *in tractat. de foro conſcientiæ, & contentioſo. nu. 49. & ſeq.* Licet, & male contrarium alleget Alexander *in d. conſ. 60 vol. 4.*

Ecitorum, opinio ita ſecanta, non procederet profecto in priuilegio Pontificis, nam priuilegium a Papa concedi poteſt aliquibus locis, ne teneantur ad decimas, licet in totum, quo ad omnia loca, tolli non poſſint, vt notat Decius *in c. cum ordinem, in princip. de reſcript.* Vincentius Maxilla *in dict. conſuetud. decimis, & primitiis. ſub num. 24. cum aliis ſequentib.* & Bertrand. *conſ. 15. recolendæ memoriæ. in princ. volum. 6.*

12 Vbi conſulunt etiam, † quod Papa poteſt concedere Fratribus minoritanis immunitatem non ſoluendarum decimarum, quantumcunque etiam papalium, & tam de bonis præſentib. quam futuris.

13 Et aduerte hic ad † prædictorum declarationem, quod quatuor genera decimarum reperiuntur, quæ explicite ponit Pepin. *in d. ſermon. 39. col. 21. fol. parno 324.* & Ioannes Brunellus *in d. c. 1. de homi. ad num. 10. & ſeq.*

Et alia quamplura † pertinentia ad materiam decimarum, poſuit moraliter, pulchre, & concluſiue D. Cornelius *in d. tract. de paupertate. in d. quæſt. 7. in 6. ſpeciali. per totam.* & Ioannes Anton. de Nigris *in d. c. volumus. num. 1. cum aliis ſeqq. & in cap. ſequenti. mediterem ſtatuimus. num. 1. cum omnibus ſeqq.* & Vincentius Maxilla *in dict. conſuetudine de decimis, & primitiis per totam.* 14

Et aliquæ quæſtiones vtiles, atque neceſſariæ reperiuntur deciſæ etiam, pertinentes ad eandem materiam decimarum, *in deciſ. noſtra 4. lib. 1.*

Eſt tamen bene verum, † reducendo hæc omnia ad ſcopum, ac portum claræ veritatis, quam ſimpliciſſime fieri poteſt, quod decima, quatenus importat congruam ſuſtentationem miniſtrorum in Eccleſia Dei, ſit de iure diuino, & naturali, ſecundum vnanimem conſenſum omnium; cum reſeruauerit ſibi eam Deus in ſignum vniuerſalis dominii, *c. decimas 16. q. 1. & c. tua nobis. de decimis.* ac etiam ratio naturalis ſimiliter dictat, vt dignus ſit operarius mercede ſua, *Luc. 10.* & quod ab illis à quibus recipimus ſpiritualia, eiſdem bona noſtra communicare debeamus, *c. cum ſint. de præbend.* & hoc modo conſiderata decima, ea tolli nequaquam poteſt conſuetudine, præſcriptione, nec etiam alia lege poſitiua, canonica, vel ciuili, vt per Dd. vnanimes omnes, in locis præmemoratis. Sed quoad quotam, & determinationē decimæ partis, erat olim in lege veteri de præcepto iudiciali, & hodie eſt etiam, ex approbatione, & conſtitutione Eccleſiæ, & per conſequens, lege poſitiua canonica, quicquid aliqui in contrarium dicant, vt per Sanct. Thom. *in ſecunda 2. quæſt. 87. artic. 1. in corp.* Syluest. *in verb. decima num. 9. & ſeq.* Angel. *in verb. decima n. 9.* Nauarr. *in ſumma. cap. 21. num. 28.* & fere per omnes Theologos, quod intelligo, tam de prædiali, quam perſonali. Vnde quoad iſtam quotam, poteſt minui legitima ipſa, vt debeatur vigeſima, trigeſima, & vltra, ſecundum loci conſuetudinem, quæ in hoc valida eſt, quicquid in contrarium aſſerant Hoſtienſ. & Innoc. *in c. in aliquibus. de decimis.* & Gloſſ. *ex in loco.* & Felyn. *in c. cauſam. in fine. de præſcript.* & alii Canoniſtæ. & hoc teneo indubitatum, dummodo aliqua portio, & ſuſtentatio miniſtris relinquatur, vt per S. Thom. & alios præcitatos Dd. & aſſentiuntur etiam Abb. & Inno. *in c. 2 in princ. de transact.* & Bald. *in tract. de præſcriptionibus. in 1. part. 5. partis principalis. quæſt. 9.* vbi concludit, decimam, quoad quotam, poſſe per laicum minui conſuetudine, & præſcriptione, allegans hoc idem firmaſſe conſulendo Paul. Caſtrenſ. Socin. Fulgoſ. & alios ibi per eum relatos, & hoc idem concedit quoque Guido Pap. *deciſione 283.* allegans, ſecundum hanc conſuetudinem fuiſſe iudicatum *in Curia Delphinatus*, & hæc eſt reuera magis communis opinio Modernorum Scribentium illuſtrium. Et de hoc mirandum non eſt, quia in ſolutione decimarum, multum operatur conſuetudo diuturna, vt per Riminald. iunior. *in conſilio 264. dubia mihi. ſeſa ſuit. numero 15. cum aliis ſequentibus. volum. 3.* & Regrum *conſilio 19. numero 3. & conſilio ſequent. numer. 4. volum. 1.* vbi aduertit quoque, conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem. Et ſic ſi vigeat conſuetudo, vt vigeſima ſoluatur pro decima, illa ſolui debet, prout ita tenere omnes teſtatur Pet. Rebuff. *in tract. de decimis, quæſt. 13. num. 40.* & ita ex. ſententia de anno 1583. auditor, in Regia Audientia Capitanatæ Apuliæ, Comitatusque Moliſii, & delegatus, inter

Coſſa.

Collateralis Conſilii, validam reputaui talem conſuetudinem, ſoluendi vigeſimam ꝑ decima in Terra Vrſanæ, prout eo tempore determinaui etiam varias alias quæſtiones circa materiam decimarum, inter vniuerſitatem eiuſdem terræ, & Capitulum Clericorum, apparentes omnes *in deciſ. noſtra 4. lib. 1.* & ita in propriis terminis iudicauit quoq; Rota Romana, teſtante Puteo, *deciſ. 176. lib 3.* valere conſuetudinem de ſoluendo decimas diminutas, & ſic ꝑ medietate.

16 Et ratio principalis † præſentis communis opinionis ea eſt, quia conſuetudo ipſa in loco ſolutionis vincit legem, *c. fin. de conſuet. l. de quibus. cum ſeq ff. de legib. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. & §. ſed naturalia. Inſtit. de iure natural. gent. & ciu. l.* & ſic videtur per contrariam conſuetudinem legem tolli, imo ius quoddam contrarium ipſi legi, induci, vt per D. Cæſarem Fumagiolum *in repet. l. in quartam ſub nu. 422. verſ. clari iuris videtur. ff. ad leg. falcid.* altera vero ratio eſt ſimiliter clara, ex quo conſuetudo iſta non dicitur contra, ſed præter ius, *c. ad apoſtolicam. de regular. in 6.* & huiuſmodi conſuetudo, dum eſt præter ius, præſcribitur ſpatio decem annorum. Si vero eſt contra ius, requiritur ſpatium quadraginta annorum, ita Gloſſ. *in c. fin. de conſuetud. lib. 6.* & Abb. *in c. cum ſint. col. 4. de decim. & in c. certificari. de ſepul. & in c. fin. col. 8. & ſeq. de conſuet.*

17 Decimas † autem ſoluere detrectans, vexatur locuſtis, aliiſq; malis non paucis. *c. reuertimini 16. q. 1.* & tradidi alias *in deciſ. 4. n. 61 lib. 1.* Vnde hiſce oculis vidimus variis in locis, in quibus non ſoluuntur decimæ, niſi interuenientibus litibus, & controuerſiis, apparere in illis ſingulis fere annis, maximam locuſtarum multitudinem, prout *die 3. Iulii 1594.* in Ciuitate Bari tanta locuſtarum multitudo apparuit, vt per multos annos, & ſecula nunquã fuerit viſa ſimilis, dum omnia olera, & fruges tunc comederunt, & maximum vniuerſale detrimentum in tota illa prouincia Barenſi ſimiliter attulerunt prout etiam temporibus Caroli minoris regis Francorum locuſtæ ipſæ Gallias depopulatæ fuere, atteſtante Petro Berchorio Pictauienſi *in ſuo reductorio morali. de locuſta, cap. 46. lib 7.* vbi materiam locuſtarum affluentiſſime quidem diſcurrit.

18 Et inter alias res ſpectantes ad conditionem earundem locuſtarum ponit, † quod princeps locuſtarum ſit Angelus abyſſi, & quod in India locuſtæ ipſæ ſunt trium pedum longitudinis, poſt Plinium *libr. 11. cap 29.* & hoc idem atteſtatur Matthæiolus *in 2. libr. Dioſcorid. cap. 46. de locuſt.* vbi annectit etiam, *che le gambe delle femine, quando ſono ſeccate, ſi vſano in vece di ſeghe*, id eſt, *quod pedibus ſeu cruribus locuſtarum, cum ſiccata ſunt, vtantur pro ſedilibus.*

OPINIO CLIV.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, vt inducatur, requiruntur neceſſario duo actus.*

2 *Conſuetudo inducitur ex vnico actu ſucceſſiuo.*

1 CONSVETVDO, † vt inducatur, requiruntur duo actus, & conſequenter ad inducendam conſuetudinem ipſam, duo actus neceſſarii cenſentur, ſecundum Gloſſ. *in l. de quibus. ff. de legi.* & iſta eſt communis opinio, vbi actus eſſent notorii, & qui ſæpius non occurrerent, ſecus ſi ſæpius acciderent, quia tunc plures actus requiruntur arbitrio iudicis, cum hoc non ſit lege cautum, argum. *legis 1. in fin. de iure deliberan.* de quo per Bartol. *colum. 5.* Bald. *colum. 6.* & Angel. *colum. 3. in d. l. de quibus.* Bald. Abb. Rocchum Curt. *q. 4. num. 44. & ſeq. fol. parua 38.* & cæteros communiter, *in cap. fin. de conſuetud.* vbi pariter ipſe Rocchus Curt. ponit † alteram concluſionem ſatis vtilem, pro intelligentia præmiſſæ communis, videlicet, quod ex vnico actu ſucceſſiuo, puta ſi pons in publico fiat, inducatur conſuetudo. 2

OPINIO CLV.

SVMMARIA.

1 *Solennitates de iure canonico in alienatione rei eccleſiaſticæ requiſita, de conſuetudine non poſſunt remitti. Augeri vero poſſunt. n. 2.*

CONSVETVDO non † tenet, quæ ſolennitates requiſitas à iure canonico remittit in alienatione rei eccleſiaſticæ, & ſic introduci nequit conſuetudo, quod iuris ſolennitas requiſita non interueniat in alienatione eccleſiaſticarum rerum, vt voluerunt Innocen. Abb. & cæteri omnes communiter, *in cap. nulli. de rebus eccleſ. non alie.* Rocchus Curt. *in c. fin. de conſuetud. quæſt. 5. nu. 25 fol. parua 73.* & Petr. de Benintend. *deciſ 19. n 7.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. 1 Com. opin.

Sed bene valeret † conſuetudo, quæ augeret ſolennitates in alienatione rei eccleſiæ, ſecundum Io. And. Abb. & omnes, *in d. c. nulli.* & Rocchum Curt. *in d. c. fin. q. 5. ſub n. 25. & ſeq.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, ac eam per exempla, & authoritates latiſſime declarant. 2 Com. opin.

OPINIO CLVI.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo reſpiciens deciſoria cauſæ, non ligat forenſes, ſecus ſi ordinatoria iudicii.*

2 *Conſuetudo localis non ligat forenſes, ſed ſubditos tantum.*

3 *Conſuetudo ſeu ſtylus an & quando reſpiciat deciſoria cauſæ.*

CONSVETVDO, ſeu † ſtylus reſpiciens deciſoria cauſæ non ligat forenſes, ſecus ſi ordinatoria iudicii, ſecundum Gloſſ. Anton. de Butr. Abb. & communiter Dd. omnes *in c. quod clericus. extr. de foro competent. & in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtitu.* vbi Abb. *in lectu. & repet. circa fin.* & late ibidem Felyn. *col. 10. verſ. 7. declaratio. & col. 29 verſ. 3. caſus.* & ponunt Gloſſ. & Dd. *in c. quæ contra. 8. diſtinct. c. certificari. de ſepultu.* 1 Com. opin.

Conſuetudo † enim quotieſcunq; eſt localis, non ligat forenſes, niſi ſubditos, vt ait Oldra. *conſ. 248.* & Roman. *conſ. 163.* vbi concludunt, quod conſuetudo Pariſienſis, quæ habet, quod marito præmoriente, pars lucri per maritum acquiſiti, durante matrimonio, applicatur vxori, non ligat forenſes. 2

Sed, vt ſermo noſter † redeat vnde fluxit, declarandum eſſe duximus quomodo ſtylus ipſe reſpiciat deciſoria cauſæ. Dic quod tunc reſpicit deciſoria cauſæ, quum reſpicit modum probandi. Poteſt nempe aſſignari exemplũ circa hoc. in libro priuato mercatoris, producto in iudicio, vtrum ei detur plena fides in ipſo iudicio; quo caſu procul dubio dicitur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria, ſecundum Bar. *in l. Iuſtus fuſtium. C. ex quib. cauſis infami. irrogatur.* & Bal. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. in fin.* & Aret. *in c. dilecti. col. pen. ext. de iud.* & Felyn. *in d. c. quod clericus. in fin.* 3

OPINIO CLVII.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo quanto tempore introduci poſſit.*

2 *Conſuetudo rationabilis, quæ dicatur, relinquitur iudicis arbitrio. nu. 3.*

4 Conſue-

4 *Conſuetudo interpretatiua probatur decem annis.*
5 *Conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio.*

1 CONSVETVDO rationabilis, † & æqua poteſt induci decem annorum ſpatio, ſecundum Gloſ. *in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu.* & iſta eſt communis opinio, ut aſſerit Iaſon *in d. l. de quibus nu 43.* Dd. *in c. fin. de conſuetud. in 6.* Chriſtoph. Portius, *in §. ſed quod princip. num 21. Inſtitut. de iure natur. gentium & ciuil.* Alciat. *conſil. 29. num. 7. breuiter agendo. lib. 1. primi tomi, fol. 15.* Petrus Duennas *in regul. 138. Conſuetudo inducitur.* & Grammat. *deciſ. 64. num. 34.* Et hoc procedit, ſiue conſuetudo ſit contra ius, ſiue præter ius, ſecundum communem præmiſſam, quam limitat Duennas *in dict. regul. 138.* in quinque caſibus, & ſequitur etiam Cardin Puteus, *in deciſione 1. de conſuetud.* ubi firmat, conſuetudinem, quod locumtenens generalis non infeſtat ſuas facultates in Ciuitatibus, eſſe præter ius, atq; probari decennio. *Com. opin.*

2 Sed illa præſertim dicitur † conſuetudo rationabilis, de qua meminit text. *in dict. c. fin* ubi antiquiores Canonici debent optare gradatim præbẽdas vacantes. Dicitur etiam cõſuetudo rationabilis, quando ſoluitur aliquid pro lampada ardente, ante ſacrã euchariſtiam, *c. ad Apoſtolicam. de ſimo.* Sed iſta conſuetudo non dicitur inducta, ex eo quod aliqui particulares ex deuotione hactenus fecerunt hos ſumptus. quoniam oportet, quod tales particulares impenſas feciſſent animo, conſuetudinem ipſam inducendi, non autem ex particulari deuotione, ut per Panormit. *in d. c. fin.* Requiritur in effectu neceſſario, quod huiuſmodi impenſæ fuerint factæ ſciente, & conſentiente uniuerſo populo, vel maiori parte ſaltim, ſecundum Canoniſtas communiter, *in d. c. fin.* & Legiſtas, *in d. l. de quibus.* quam communem ſequitur, & citat Ripa *in ſuis ſingularib. reſpon. tit. de legib. & conſuet. cap. 20. nu. 7.* *Com. opin.*

3 Et conſuetudo † rationabilis, quæ dicatur, relinquitur ſæpe arbitrio iudicis, ſecundum doctrinam Ioannis Andreæ, *in c. 1. de conſtitu. in 6.* communiter ibi, & alibi ab omnibus approbatam, ut deducit Ioannes Nicol. *in floribus iuris patronatus. lib. 1. numer. 15.* *Com. opin.*

4 Et quemadmodum † conſuetudo rationabilis inducitur decem annis, ita etiam conſuetudo interpretatiua ſimiliter probatur decem annis, ita Cardin. Puteus, *deciſ. 1. de præſcript.*

5 Necnon † conſuetudo optandi præbendas inducitur decennio, ſecundum Card. Put. *deciſ. 5. de conſuetud.* & Moheda. *deciſ 46.* Et quomodo illa probetur, docet eleganter, & utiliter etiam idem Moheda. *deciſ. 296.* & Card. Put. *in d. deciſ. 5.*

6 Sed aduerte, quod conſuetudo ipſa de optando, ubicunque canonicatus, & præbendæ forent diſtinctæ, tunc induci non poſſet minori tempore, quam quadraginta annis, licet decennalis quippe ſufficeret, ut ſupra oſtendimus, ubi non eſſet illarum actualis diſtinctio, ita Rota Romana, *deciſ. 440. in nouis.*

OPINIO CLIIX.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinem iniquam lex decernens, tam futuram, quam præteritam reſpicit.*

1 CONSVETVDINEM iniquam, † & irrationabilem lex decernens, nõ ſolum præteritam conſuetudinem iniquam, ſed etiam futuram damnat. Et ſic conſuetudo futura, iſto caſu minime admittenda eſt; quia legis diſpoſitione apparet iniqua. *cap. fin. de conſuetud.* ſentit hoc Innocentius *in c. ex parte. verſic. ſed diſtingue. eodem tit.* Domi. & alii omnes communiter *in c. 1. circa finem. de conſtitut. in 6.* & Moder. *in dict. cap. fin.* ubi faciunt mentionem de iſta communi ſententia. *Com. opin.*

OPINIO CLIX.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo non procedit contra legem quæ ipſam abrogauit.*
2 *Papa, vel Imperator caſſans ſtatuta, ſeu conſuetudines, non cenſetur caſſare ſtatuta iuramento confirmata.*

1 CONSVETVDO, † etiam futura, procedere non poteſt aduerſus legem, quæ ipſam conſuetudinem ſimpliciter reprobauit: nam eam ſenſim iudicat iniquam eſſe, ut per Bartolum *in l. final ff. de legatis 2.* Bald. *in l. final. C. de pact. pignor.* Domini. & Francum, *in cap. 1. col. fin. de conſtitu. in 6.* Abb. *in c. 2. num. 7. de probatio.* Aretin. *in l. 3. ff. de teſtam.* Imol *in cap. cum ab omni. num. 3. de vita, & honeſta. clericorum.* & Iaſon. *in l. cunctos populos. num. 74. C. de ſumma Trinitat. & fide.* Tiraquell. *in tract. de retractu in præfation. num. 18. & ſeq.* & hoc idem tenent, & ſequuntur Felyn. & Dec. *in dict. cap 2. de probatio. num. 2.* aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem, Rocchus Curt. *in cap. fin. de conſuetud. fol. 52. colu. 4.* Iaſ. *in l. de quibus, num. 55. ff. de legi.* & Alexand. & Iaſon *in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. circa ſi. ff. de leg. 1.* & Michael de Ciſuentes *in commentariis ſuper leges Tauri in l. 1.* *Com. opin.*

2 Et quamuis Papa, † vel Imperator caſſet, irriteque conſuetudines, vel ſtatuta, non tamen cenſetur caſſare ſtatuta, iuramento confirmata, ſecundum Ang. *in l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. re. actio non datur.* per Gloſſ finalem, *in c. cum non deceat. de electio. in 6.* ubi hoc conſtanter etiam firmant Cardin. Abbas, & Ioan. Andr. *in nouella*, & ad hoc vide Alex. de Imol. *conſil. 29. pot uero ſubtiliter, copioſe.* & Iaſ. *in l. final. C. ſi contra ius.*

OPINIO CLX.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo ab una familia vel priuata perſona induci nequit. & num. 2. Eiuſque ratio. nu. 3.*

1 CONSVETVDO † induci non poteſt ab una familia, ut voluit Angel. *in l. fin. C. de teſtam.* Raphael *in l. 3. ff de teſtam.* & Alexand. *in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. & in l ſi quis à filio. § ſi parto.* ubi etiam Iaſon *ff de leg. 1.* Licet & male Spec. inclinauerit in contrariam ſententiam, *in tit. de inſtrum. edi. §. compendioſe.* & ibi Ioan. Andr. *in addit. § ſed numquid dicemus. in addit. parua, incip. interpoſuit Vbertus.* videlicet quod conſuetudo unius familiæ de teſtando, coram duobus teſtibus, valeat, & teneat, etiam ſi teſtes non ſint conſtituti in præſentia teſtatoris.

2 Sed retenta prima † opinione tanquam veriſſima, eam amplia, ut nec ipſa conſuetudo induci poſſet per priuatam perſonam, ſecundum communem opinionem, ut per Roland. à Valle *conſil 5. num. 74. & 76. vol. 1.* *Com. opin.*

3 Et ratio eſt, † quoniam non poteſt una familia, ſeu priuatus ius condere, cum careat iuriſdictione; & qui non poteſt ius condere, non poteſt conſuetudinem introducere, Bart. *conſil. 136. & in l. 1. & in l. de quibus ff. de legibus.* Bald. *in l. 2. in 1. & 3 oppoſitio. C. quæ ſit longa conſuetud.* Alexand. *conſil. 173. col. fin. volum. 6.* Crauet. *in tract. de antiquitate temporis. 4. part. num. 13. folio paruo 134.* Gl. quam omnes ſequuntur, *in l. 1 ff de iuriſdi-*

iuriſdictio, omnium iud. Bald. in l. ſi quis iniquum. §. 1. ff. quod quiſque iur. in l. fin. de iuriſdict. omn. iud. in l. decernimus. col. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. nulli. C. de ſentent. Ruinus conſil. 208. vol. 1. Alex. de communi ipſa meminit, in l. 1. ff. quod quiſq; iur. & Tiraquell. cumulatiſſime, in tract. primigenio, quæſt. 16. nu. 2. & ſeq.

OPINIO CLXI.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ex noua cauſa poteſt induci contra legem derogantem etiam expreſſe futuris conſuetudinibus.*

1 CONSVETVDO ex † noua cauſa poteſt induci contra legem derogantem etiam expreſſim futuris conſuetudinibus, vt per Anton. *col. 27.* Abb. *col. final.* Rocchum Curt. *fol. 53. in c. fin. de conſuetudin.* Domini *in c. 1. col. fin. de conſtitut. in 6.* Abb. *n. 8.* & Dec. *nu. 2. in c. 2. de probatio.* quorum opinionem aſſeuerant inibi omnes, præſertimq; Moder. eſſe communem, & veriſſimam per nonnullas rationes allegatas per eos. Com. opin.

OPINIO CLXII.

SVMMARIA.

1 *Vtrum conſuetudo in contradictorio iudicio obtenta eſſe debeat, vel non.*
2 *Obſeruantia non requirit contradictorium iudicium, neq; tempus longæuum.*

1 CONSVETVDO debet † eſſe obtenta in contradictorio iudicio, ſecundum Gloſſ. *in §. ex non ſcripto. Inſtitut. de iure natural. & in rubr. C. quæ ſit longa conſuetud.* quam ſequitur Alexand. *conſil. 132. in 1. dubio. libr. 1. conſil. 136. colum. penul. volum. 2. & conſ. 173. col. 2. vol. 6.* vbi concludit idem Alexand. quod requiratur, vt ſit obtenta in contradictorio iudicio, vel ſaltem, quod tali vſui, aut conſuetudini aliquando contradixerit. & quod non obſtante tali contradictione, ſic fuerit obſeruatum. Et quod requiratur ad validitatem conſuetudinis, quod in contradictorio iudicio fuerit obtenta, quod eſt contra legem, tenet Franciſcus de Ramponibus *inter conſilia Calderi. conſ. 6. colum. 2. in titul. de cenſib.* Anchara *conſil. 178. col. fin. verſ. & diligenter inſpectis.* Angel. *conſ. 367. in quæſtione vertente. col. 3.* & Curt. iun. *in tract. feudorum in 4. par. quæſt. 30.*

In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod non requiratur aliquo pacto, conſuetudinem eſſe obtentam, in contradictorio iudicio, tenet Bart. *in l. de quibus. col. 5. & in repetit. illius legis. col. 5. ff. de legib.* Abb. *conſ. 73. colum. pen. in 3. dubio. col. pen. lib. 2.* Veronenſis *conſil. 31. circa fin.* Bald. *conſ. 210. col. 2. lib. 1.* Iaſ. *in dict. l. de quibus. colum. 3. verſ. in ſecunda parte & conſ. 46. colum. 2. volum. 1.* Crauet. *conſ. 45. num. 6.* Socin. *conſ. 99. col. 2. libr. 1.* vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem. Corne. quoque, *conſ. 293. col. 3. vol. 1. & conſil. 129. col. 2. vol. 3. & conſ. 155. colum. fin. vol. 4.* Tiraquel. *in tract. primigen. quæſt. 91. in fin.* & magis communem Cæſar Vrſillus *in addit. Afflict. in deciſio. 321. ſub num. 10.* & contra iſtam communem difficile foret certe in iudiciis obtinere. Com. opin.

Quam quidem retenta tanquam veriſſima, interpretor eam, vt duntaxat procedat in actibus extraiudicialibus, ſecus in iudicialibus, in quibus requiritur, quod ſit obtenta conſuetudo ipſa, in contradictorio iudicio, ſecundum Bald. *in d. conſ. 210. col. 2. lib. 1.* Areti. *in d. §. ex non ſcripto. colum. 3.* vbi non facit aliter mentionem de Bald. Sed ſolummodo citat Salycet. *in d. l. de quibus.*

2 Et quemadmodum non exigitur, † conſuetudinem in contradictorio eſſe obtentam, ita obſeruantia non requirit contradictorium iudicium, neque tempus longæuum, puta ad probandum vicarios ſolitos admittere reſignationes, ita Ant. Auguſt. *deciſ. 2. & 389.*

OPINIO CLXIII.

SVMMARIA.

1 *An ad litem conteſtandam quis cogi poſſit. & nu. 2.*
3 *Conteſtationis litis ſex effectus remiſſiue.*
4 *Conteſtatio litis conſtituit quem in mora.*
5 *Conteſtatio litis an inducatur, ſi fiat cum hac proteſtatione,* animo non conteſtandi litem.

1 CONTESTARI litem † quis præciſe per iudicem compelli non poteſt; quia contra contumacem, renuentem litem conteſtari, prouidetur aliis remediis. ſecundum Gloſſ. *in authent. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.* Bart. *in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect.* Io. And. *in regul. exceptionẽ. de reg. iur. lib. 6. in ſuis mercurialib. & in add. Specul. in tit. de lit. conteſt. §. nunc videndum. verſ. quod ſi peto.* & Ioann. de Imol. *in c. primo, de litis conteſtat. in fine.* & iſtorum opinio communis eſt. Com. opin.

2 In contrariam † vero partem, videlicet, quod iudex præciſe aliquẽ cogere poſſit ad conteſtandum litem, captis pignorib. vel aliis iuris remediis opportunis, & per arreſtationem perſonæ, inclinarunt Iacob. de Aret. Bald. & Salyc. *in l. 1. C. de litis conteſtat.* Paul. Caſtren. conſulens in contingentia facti. *conſil. 209. in cauſa vertente coram poteſtate.* Anton. *in d. c. 1. de litis conteſtat. col. pen.* Bald. *in l. quoties. ff. de noxali actio.* Afflict. *in conſtitutio. dilationes. num. 35. lib. 2. rub. 19.* Vrſillus, poſt Iaſon. relatum per eum, *in annotat. Afflicti. in deciſ. 191. num. 8.* Roland à Valle *conſil. 87. num. 20. volum. 2.* & Alexand. *in d. §. Iulianus.* qui adductis pro & contra in hoc articulo, concurrit cum iſta opinione Iacob. de Aret. & ſequacium, & vocat illam eſſe communem, prout ponderatis authoritatibus realiter, & abſq; dubio aliquo apparet magis vera, magiſque communis, vt expreſſe meminit Cotta, *in memorali in verſ. lites cito expediri. verſ. Hinc etiam eſt,* & Afflict. *in præludiis conſtitutionum, in quæſtio. 12. nu. 17.* vbi profert magnum verbum in practica, ſe vidiſſe multis vicibus bonos iudices Reos fugientes, & recuſantes litem conteſtari, compuliſſe, coegiſſeque ſub pœna aliqua ad litem ipſam conteſtandum. Et in deciſiuis non foret tutum ab ea quoquo modo diſcedere, quam ſequitur quoque, & communem prædicat Maranta, *in tractat. iudiciorum. in 6. part. de litis conteſtat. ane. in 10. & vltimo membr. numer. 8. folio parno 125.* Com. opin.

3 Vbi *n. 9.* refert ſex effectus vtiliſſimos ipſius † conteſtationis litis. Et inter alios † effectus ponit vnum valde vtilem, & memoriæ commendandum, videlicet, quod conteſtatio ipſa litis, conſtituat in mora, 4 & ſic lite conteſtata, & a tempore litis conteſtatæ, in contractibus bonæ fidei vſuræ veniunt, & currere incipiunt; quia ad iudicia bonæ fidei, in quib. ante litis conteſtationem mora facta non eſt. *l. lite ff. de vſur. l. 1. C. de cond. indeb. & l. quoties. C. de cond. ob tur. cauſ.* in quibus locis Dd. hoc communiter admittunt, & licet de hac communi mentionem fecerit Cotaſ. *in miſcell. iuris ciuilis lib. 2. c. 7. ſub num. 1.* nihilominus ab ea leuiter diſcedit.

5 Sed † conteſtans litem cum proteſtatione animo non conteſtandi, ob hanc proteſtationem, tunc non induceretur litis conteſtatio, & talis proteſtatio operatur,

ſtatur, vel ſi aliter non habeatur ꝓ conteſtata, ſecundum Bart. & alios omnes *in l. 1. de lit. conteſtatio.* Alex. *conſ. 130. in cauſa Strazarolorum, in qua dubitatur. ſub nu. 16. vol 4.* & Roland. à Valle *in dict. conſil. 87. nu. 19.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, & Marant. *vbi ſupra, num. 10.* vbi eam limitat, & declarat, & Deci. etiam *in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 11. cum 2. aliis ſeqq. de conſtitu.* licet ibi videatur ſentire contrarium.

Com. opin.

OPINIO CLXIV.

SVMMARIA.

1 *Precaria contractus dicitur innominatus contractus: & huic eſt locus pœnitentiæ.*
2 *Precaria quid ſit.*
3 *Permutatio eſt contractus innominatus.*
4 *Tranſactio eſt contractus innominatus.*
5 *Diuiſionis contractus dicitur innominatus diuiſioq; ipſa poteſt appellari tranſactio. & habetur vice emptionis. num. ſeq.*

1 CONTRACTVS precariæ, † dicitur eſſe contractus innominatus, vt notant Io. And. & Anto. de Butr. quorum opinionem ſequitur, & communem vocat Berous poſt Ioannem de Imol. *in c. 1. n. 19. de precario.* & ſic hodie precario pœnitentiæ locus eſſet, præſertim confectis inſtrumentis ſuper conuentione, ſiquidem tabelliones ſtipulationem ſemper inſerunt, ſi Bartol. credendum eſt, *in l. 2. C. de condict. ob cauſ.*

Com. opin.

2 Et aduerte ad intelligentiam ipſius † precariæ contractus, quod precaria dicitur contractus ad preces aliquorum initus vſque ad certum tempus, ſecundum quod partes conuenerunt, nec ante illud tempus poteſt reuocari, vt firmauere Panor. & alii, *in d. c. 1.* Vel dicitur precaria ad preces aliquorum facta donatio vſque ad mortem accipientis, *c. precaria. & ibi Gl. 10. q. 2.* Et precaria in omnibus, & per omnia eſt eiuſdem naturæ, cum contractu emphyteutico, *in l. C. de iure emphyt.* & Gloſſ. *in d. c. precaria.* Differt tamen, quia renouatur de quinquennio.

Vnde nota, quod precaria fit aliquando etiam non gratis. ſicut quando ſuper ſolo eccleſiæ fit aliquod ædificium, & ſoluitur annuatim aliquid. Fit etiam quando aliquis dat alicui eccleſiæ poſſeſſionem, & recipit ab eccleſia duplum, vel triplum vſum toto tempore vitæ ſuæ, vt not. *in d. c. precaria.* Fit etiam, vbicunque clerico, vel laico datur aliquid vtendum toto tempore vitæ ſuæ.

3 Item permutatio eſt † contractus innominatus, ſecundum Bartolum *in l. quamuis. C. de tranſact.* & Gloſſ. *in rub. C. de rerum permutatio.* cum qua omnes Scribentes communiter concurrunt *ibi.* Et licet contrariam partem nonnullis fundamentis, & rationibus conetur defendere Fortun. Garz. *in l. iuris gentium. num. 14. ff. de pact.* nihilominus illis omnibus ſequendo, & roborando mentionatam communem, accuratiſſime reſpondet Berlogarius Ferandus, *in repeti. l. pacta conuenta ff. de contrahen. empt. num. 45. cum aliis ſequentib. in 3. lectu.* Et eandem communem opinionem late firmat, & probat Paulus de Roma *in tract. de penſione eccleſiaſtica. c. 7. in vltimo notab. num. 12. cum aliis ſeqq. fol 32. & ſeq.*

Com. opin.

4 Itidem tranſactio eſt † contractus innominatus, ſecundum Bald. *in d. rubr. C. de rerum permuta.* Gloſſ. Bart. & alios, *in l. fine apud acta. C. de tranſact.* & Afflict. *deciſ. 103. ſub num. 2.* Curt. *in l. quamuis. C. de tranſaction. & in d. l. fine apud acta. n. 32.* vbi affert iſtam eſſe communem opinionem. prout infra plenius traditur, *in opinion. 1003. qua incip. Tranſactio eſt contractus innominatus. num. 1.*

Item † contractus diuiſionis dicitur etiam innominatus, vt voluit Bartol. *in l. diuiſionis. ff. de pactis.* & Deci. cum aliis relatis per eum, *conſil. 351. in caſu propoſito, primo videndum eſt, num. 4.* concludit quoque, quod diuiſio poſſet appellari tranſactio, & quod idem iudicandum eſſet de tranſactione, quam de diuiſione ſimplici. Adde etiam, † quia diuiſio habet vicem emptionis, vt per Tiraq. *in tract. de vtroque retract. tit. de retra. conſang § 1. in Gloſſ. 14. num. 77. fol 109. à tergo.* 5 6

OPINIO CLXV.

SVMMARIA.

1 *Contractus metu initus non eſt nullus ipſo iure, ſed reſcinditur per actionem quod metus cauſa, excepto contractu dotis.*
2 *Metus reuerentialis, an præſumatur, in vxore, prælato, & filio, reſpectu mariti, Epiſcopi, & patris.*
3 *Metus reuerentialis, concurrente maxima læſione, ſufficit ad reſcindendum contractum.*
4 *Metus probatio remittitur arbitrio iudicis.*

CONTRACTVS metu † initus non eſt nullus ipſo iure, ſed cauſat reſciſſionem per actionem quod metus cauſa, ſecus vero eſt in contractu dotis, qui ꝓculdubio ſi fieret per metum, eſſet nullus ipſo iure, *l. pen. ff. quod met. cauſ.* quod eſt ſpeciale in dote, & ꝓcedit *d. l. pen.* etiam ſi per ſtipulationem expreſſam dos promitteretur, vt ſentit Gl. & communiter Scribentes *in c. 2. quod met. cauſ.* Licet Bart. & male ſenſerit contrarium *in d. l. pen.* cuius opinionem vltra alios communiter impugnat Bald. Nouellus *in tract. de dote. in 6. par. 39. priuilegio.* & de iſta communi atteſtantur Dd. variis in locis iuris noſtri, & Moder. *in d. c. 2. & in d. l. pen.* 1

Com. opin.

Et his vtiliter accedit, † quod metus reuerentialis non præſumatur, vt eo mediante actus reſcindere poſſet, præſertimq; in marito reſpectu vxoris, in prælato reſpectu Epiſcopi, in patre reſpectu filiæ, & in cæteris his ſimilibus, vt voluit Innocent. *in c. cauſam matrimonii. de offi. deleg.* quem ſequitur ibi Bald. Card. Abb. & Archidiac. Bart. & alii, *in l. interpoſitas. C. de tranſact.* Et iſta eſt magis communis opinio, vt per Moder. *in præcitatis locis.* 2

Com. opin.

Accedit ſimiliter prædictis, † quod metus reuerentialis concurrente maxima læſione ſufficeret ad reſcindendum contractum; quia alias ſola præſentia, & reuerentia viri non ſufficeret, & conſequenter metus reuerentialis, ob enormem læſionem ſubſequutam, præſumeretur, vt per Bart. eleganter, *in d. l. interpoſitas. & in l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa.* & Scribentes omnes poſt Innocen. *in d. c. cauſam matrimonii.* Et iſta eſt communis opinio, teſte Curtio Seniore, *in d. l. interpoſitas. colum. 4.* & ita conſuluerunt Socin. ſen. *conſ. 263. col. 3. vol 2.* Socin. iun. *conſ. 77. num. 154 vol. 1.* Ruin *conſ. 170. nu. 17. vol. 1.* Iacob. Mandellus *conſ. 77. nu. 21. & conſ. 100. n. 4.* & Cæphalus *conſ. 34. n. 31. vol. 1.* Ruin. *conſ. 98. ſub nu. 24. vol. 1. & conſ. 60. n. 22. vol. 3.* 3

Com. opin.

Ex probatio iſtius metus nota, † quod remittitur arbitrio iudicis, vt per Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui oper. nuncia.* Gloſſ. Innocen. *in c. cum dilectus. quod metus cauſ.* & Gloſſ. & communiter omnes Dd. *in d. l. interpoſitas.* 4

Com. opin.

OPINIO CLXVI.

SVMMARIA.

1 *Contractus in eccleſia celebratus, ac publicatus valet, & nullus reddi nequit.*

2 *Contractus voluntarii an in Eccleſia fieri poſſint.*
3 *Arbitramentum in Eccleſia latum, an valeat.*

1 CONTRACTVS celebratus, † publicatus, & initus in eccleſia valet, & tenet, & nullus reddi non poteſt, vt voluit Gl. *in c. decet. in ver. proceſſus. de immun. eccleſ in 6.* quam ſequuntur ibi Io. Mona. Archid. Io. And. Geminia. *in verſic. Ordinarii.* & Philip. Franc. *in ver. proceſſus.* & Bar. *in l. nemo Apoſtolorum. C. de ſacroſ. eccleſ.* & iſta eſt communis opinio. Et ratio mentionata communis aſſignatur iſthæc; quia *dict. cap. decet*, dato quod irritet duntaxat ſententias, & proceſſus, & pœnalis ſit conſtitutio, non eſſet vſque extendenda, *regula in pœnis. de reg. iur. in 6. cum alijs concordantibus.*

Clu. opin.

2 Adde quod † contractus voluntarii regulariter in Eccleſia fieri nequeunt, dummodo non ſint pii, ſecundum Iaſon. *in addit. ad Petr. in §. multis autem modis. num. 2.* qui adducit *cap. licet. extra de immunit. eccleſ. in 6. inſtit. de libertinis.* vbi dat aliam limitationem, vide *ibidem*, & in materia per Ang. Aret. ſumpta occaſione illius textus, qui quidem Angel. ſedere diſtinctionis concurrit cum opinione communi in principio relata. Sed tamen contrahentes, & talia in eccleſia facientes mortaliter peccare affirmat *in dict. §. multis autem modis poſt numer. 1. verſicul. quæro ergo.*

3 Eſt tamen bene verum, quod † arbitramentum latum in Eccleſia non valeat, neque teneat, ſecundum Baldum, *in l. nemo apoſtolorum. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſed iſthæc Baldi opinio ſcrupuloſa, ac intricata redditur, & ratio ea eſt, nam arbitrator ſuper eo aſſumitur, de quo partes concordes non extant, & nedum ſuper contractu, verum etiam ſuper lite. ita vt eiuſmodi aſſumptio, & proceſſus non expediatur per viam iudicii, ſed potius contractus. vnde compromiſſum, & laudum, etiam dicitur potius compoſitio, vel tranſactio, quam iudicium, vel ſententia, ſiue arbitrium. vt per Ant. de Butr. *in c. Quintavallis, verſ. ſeptima differentia. de iureiuran.*

OPINIO CLXVII.

SVMMARIA.

1 *Contractus poteſt fieri in teſtamento, vltimaque voluntate, nec recipit naturam vltimæ voluntatis, ſed erit contractus inter viuos.*
2 *Teſtamento reuocato, non cenſetur reuocatus contractus in eo appoſitus, ac celebratus, quod probatur exemplo nu. 3.*
4 *Contractus in teſtamento celebratus, & inſertus, probatur per duos teſtes ſaltem.*
5 *Confeſſio iurata per teſtatorem in teſtamento facta an valeat.*
6 *Subſtitutio an in contractibus fieri poſſit.*
7 *An de fideicommiſſo in contractu relicto Trebellianica detrahatur.*

1 CONTRACTVS fieri, † ac confici poteſt in vltima voluntate, nec recipit naturam vltimæ voluntatis, ſed ſeruat naturam ſuam. & erit contractus inter viuos, ſecundum Gloſſ. & Bartol. *in l. heres palam. §. final. ff. de teſtament.* Alexand. Imol. Iaſon. & alios, *in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1.* & Cæpol. *in tractat. cautelarum. cautela 129.* & iſtam aiunt eſſe communem opinionem Pomates, *in addit. ad Bartol. in dict. §. final.* Dec. *conſil. 196. & 293.* & Moder. *in dict. l. nemo poteſt.* & Boeri. *deciſione 353. num. 4.* Et quod iſte contractus ſeruet naturam ſuam, vt ſit reuocabilis, tenet, & decidit etiam Bald. Salyc. Caſtrenſ. & Alexand. *in l. ſi auia. C. de iure deliberan.*

Clu. opin.

Vbi ſi quis † de hereditate ſibi delata diſponat in teſtamento, eo caſu videtur eam ſimul adire, licet reuocet teſtamentum, non tamen reuocatur contractus aditionis, & ſequitur Aretin. *in dicto §. final.* & Ripa *in dict. l. nemo poteſt. num. 33.* 2

Similiterque † probatur hoc alio exemplo, videlicet ſi teſtator legaret Titio decem, quæ confitetur ei præſenti debere, licet poſtea reuocet teſtamentum, tamen dicta confeſſio firma manet, nec reuocatur, tradit hoc Bartol. *in l. cum quis decens. §. codicillis. ff. de legat. 3.* Imol. *in dict. §. final.* Paul. de Caſtro, *in l. 3. §. final. num. 3. ff. de liber. & poſthum.* Oldra. *conſil. 144. factum tale.* Alexand. *conſil. 45. colum. 2. & ſeq. volum. 1.* Roman. *in l. ex has ſcriptura in princip. ff. de legat. 1.* Ruinus *conſ. 169.* & Dec. *in d. conſ. 196. colum. 2.* & Ripa *in d. l. nemo poteſt. nu. 34.* 3

Et nota, † quod iſte contractus factus in vltima voluntate, non indigeat ſeptem teſtium probatione, vt requiritur in teſtamento, ſed ſufficit numerus duorum teſtium; nam per duos teſtes poteſt probari, ſicut probantur cæteri contractus regulariter, *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* & ita tenet Alexand. & Imol. *in d. l. nemo poteſt. colum. 1.* Cæpoll. *in dicta cautela* Iaſon *in l. 2. colum. 4. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.* & Ripa *in dict. l. nemo poteſt. num. 32.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Deci. *in dict. conſilio 293. vol. 2.* 4

Clu. opin.

In tantum † quod confeſſio iurata facta per teſtatorem in ſuo teſtamento, valeat, & probet, non iurata vero nullatenus teneat, neq; probet, vt per Alex. & alios vnanimes omnes, *in l. ſi donatione C. de collation.* & Canoniſtas ſimiliter omnes, *in c. quamuis. de iureiur.* & per Alciatum *in tract. de præſumptionib. regul. 3. præſumpt. 4. nu. 5.* 5

Clu. opin.

Nec non ſubſtitutio † etiam in contractibus fieri poteſt, *l. vt heredibus. ff. de leg. 2.* Bald. *conſil. 249. col. 2. vol. 2.* Crauet. *conſil. 19 ſuper tranſactione. num. 8.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 385. vol. 1.* Alexand. *conſil. 247. in fin. volum 6.* Socin. iun. *conſil. 185. num. 5. & ſeq. vol. 2.* & Auguſtin. Berous *conſ. 84. & ſeq vol. 2.* 6

Cæterum de † fideicommiſſo ipſo in contractu relicto, non detrahitur aliter Trebellianica, vt aperte prudidit Alexan. *conſil. 247. in fin. volum. 6.* & Crauet. *conſil. 130. num. 11.* & eſt textus *in l. mulier. §. final. ff. ad Trebellian.* 7

OPINIO CLXIIX.

SVMMARIA.

1 *Conuictus legitimis probationibus, ſi à iudice interrogetur, an crimen fateri teneatur. num. 13.*
2 *Iuſte captus peccat fugiendo. num. 9. ſed non procedit in iuſte damnato ad mortem. num. 10. niſi ob certas cauſas. num. 11. & 12.*
5 *Iniuſte carceratus non peccat fugiendo. numero 4. 5. & 6.*
7 *Sed appellare poteſt. conſequ ratio. nu. 8.*

1 CONVICTVS reus † legitimis probationibus, ſi à iudice interrogetur, etiam in tormentis, tenetur ſub mortalis culpæ reatu reſpondere an crimen commiſerit; nam etiam ſi inique torqueatur, iuſte tamen interrogatur, & ideo tenetur reſpondere, iuxta Innocent. & communem, *in capit. 2. de confeſſis.* & Sanctum Thomam *ſecunda 2. quæſtio. 69. artic. 1.*

Item

2 Item iuſte † captus peccaret ſi aufugeret, vt voluit Gloſſ. *in Clemen. paſtoralis. in ver. per violentiam. de re iud. & in c. in gentium. 1. diſt. in verſ. ſeruitutes.* Dec. *in l. quod à quoquam. ſub num. 3. ff. de reg. iur.* & ibi Apoſtillator *in lit. A. & B.* Vbi hoc limitat non procedere, vbicunque quis eſſet iniuſte captus, ſeu carceratus.

3 Et ſic † opinio iſta limitatur non procedere vbicunque quis eſſet iniuſte captus, & carceratus, ſeu damnatus ad mortem, tunc enim teneretur aufugere, ſi facile, ſaneque hoc exequi poſſet, alioqui peccaret abſque dubio aliquo, maxima quidem vſus temeritate, vt aſſerunt Apoſtilla ad Decium, *in allegata l. quod à quoquam. in litera A. & B.* Gloſſ. *in Clemen. paſtoralis. in ver. per violentiam. de re iudic.* communiter, & concorditer ab omnibus approbata *ibi*, & per Ancharan *in regula peccatum, quæſt. 3. de regul. iur. in 6.* Io. Andr. *in ſpecul. in rub. de iureiuran.* Ioann. Maiorem *in 4. ſententiarum. diſtinct. 15. quæſt. 22. col. 11.* Abb. *in cap. ſicut in tertio. num. 4. & in c. ſi vero num. 8 de iureiuran. & in c. inter alia, circa fin. de immunita. eccleſia.* Curt. ſen. *in repet. l. admonendi col. 69. ff. de iureiuran.* Marſil. *ſingul. 177.* Bald. *in rub. de vit. & honeſta. clericor. col. 11.* & per Proſperum Farinacium *in ſuis quæſtionibus, & communibus opinionib. in quæſt. 30. num. 121.*

Cōis opin.

4 Imo carceratus † iniuſte, impune etiam poſſet extrahi de carcere, ſecundum Iul. Clari. *in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. libr. 10. & in tractat. carcer. colum. 5.*

5 Imo † carceri mancipatus iniuſte, cum ſe inde quacunque ratione poſſit eripere, ac etiam debeat, quanquam alias in libertatem ſeſe vendicare non valens cuſtodes vulnerauerit, vel interfecerit, non tenetur, vt voluit Lucas de Penna *in l. prohibitum. C. de iur. fiſc. lib. 10.* & Grammat. *conſil. criminal. 50. numero 7.*

6 Imo denique carceri † mancipatus iniuſte, ſe inde fuga liberare poteſt ita, & taliter, vt nec ipſe, nec eius fideiuſſor teneatur. ita Bart. *in l. vn. eius. C. de probatio.* Lucas de Penna *in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. 10.* Alex. *in l. ſed eximendi. §. item, ſi quis eum qui per calumniam. ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi eximat.* & Grammat. *conſ. criminal. 51.*

7 Vnde vtiliſſimum † remedium adinuentum eſt, vt captus iniuſte ſemel appellet, alias ſi non appellaret, valeret contra eum ſententia, & executio, affirmante Baldo *in l. 2. C. de ſeruis fugitiuis.* Alexand. *in l. ſicut. § final. de accuſat.* & Proſpero Farinacio *in ſuis quæſtionibus & communibus opinionib. in quæſt. 30. nu. 123.*

8 Idcirco maxima, † ac euidentiſſima quidem inſania foret, ſi captus illiberaliter, iniuſte, ac violenter non appellaret. nam carceratio eſt ſpecies torturæ, ita Bald. *in l. ſi clericus. column. 11. C. de epiſcop. audi.* Marſil. *in practic. crimin. in §. expedita. num. 11. & in §. attingam. numer. 28. & 310.* & Grammat. *conſil. criminal. 60. numero 4. & not. in Clement. 1. de hæreſ. & in l. 1.* vbi Bald. *C. de his qui non poſſunt ad liber. perue.*

9 Sed vt redeat ſermo † noſter vnde fluxit, concludendum eſt, quod iuſte captus, & carceratus peccat certe mortaliter, ſi aufugeret, ſecundum Gloſſam *in Clement. paſtoralis, in ver. per violentiam. de re iudic. & in can. ingentium. prima diſtinct. in ver. ſeruitutes* Decius *in l. quod à quoquam. ſub numer. 3. ff. de regul. iuris.* vbi Apoſtilla, & D. Follerius *in practic. criminal. canonica. capit. 12. numer. 13.* & licet contrarium ſuadere conetur Nauarrus *in manuali confeſſorum. capit. 25. §. 4. ſub numer. 38.* nihilominus eius fundamenta, & ſuaſiones *eo in loco* adductæ parum, aut nihil obſtant, vt explanat, & oſtendit Follerius *vbi ſupra* doctiſſime, atq; accuratiſſime corroborando primam Gloſſæ ſententiam, tanquam veriſſimam, atque ſacroſanctiſſimam.

Et idem prorſus † dicendum eſt de illo, qui iuſte 10 damnatus ad mortem, etiam naturalem, vel ad mutilationem, amputationemque membri includitur in carcere. hic enim ſi inueniret carcerem apertum teneretur exire, vt euaderet mortem, ſecundum Sanctum Thomam *in ſecunda 2. quæſtion. 69. articulo vltimo.* Ioannem Tabienſem *in ſumma Tabiena, in verb. accuſatio §. 13.* Bartholomæum Iunium *in ſumma Armilla. in verb. carceri. §. 3.* & alios Summiſtas communiter, & vnanimiter omnes variis in locis ſacræ Theologiæ.

Cōis opin.

Niſi vt per Theologos † præmemoratos tam graue ſcandalum, aut alia tam grauis neceſſitas offerretur, vt pro illa euitanda teneretur, aut ſaltem licite poſſet homo mortem ſubire. tunc enim poſſet citra vllam culpam manere in carcere, aut patienter mortem expectare. nam ob hanc cauſam Paulus, & Sylas, vt habetur *Actorum decimoſexto*, cum eſſent in Philippis coniecti in carcerem, noluerunt aufugere, quamuis oſtiis carceris diuina virtute apertis, commode quidem id facere potuiſſent. Sed ne illos timidos, & in fide Euangelii, quam prædicabant minime conſtantes eſſe alii putarent, & ob hanc cauſam fides apud illos, quibus prædicabatur, periclitaretur, noluerunt fugam arripere, melius eſſe putantes pro fidei augmento mori, quam cum modica illius iactura viuere. 11

Et huic opinioni † ſuffragatur ratio admodum fortis adducta per Franciſcum Petrarcham *de remediis aduerſæ fortunæ*, vbi diſcurrendo religioſe more ſuo, ſic inquit: doleo: carcere claudor indigne. reſpondeo: melius eſt indignus carcer, quam libertas indigna, multoque ſatius, immeritum pro iuſtitia mala pati, quam per ſcelus bonis affluere: quamuis nec mala illa dici debeant, nec hæc bona. ſed loquor vt vulgus, quod dolorem, malum ingens, voluptatem, ſummum bonum iudicat. & hoc non debet mirum videri: ſiquidem vera libertas non ſecernitur in ſolatiis, ſed potius in laboribus, moleſtiis, curis, & vexationibus, atteſtante Franciſco Petrarcha *de remediis proſperæ fortunæ*, dum ibi ita delectabiliter & viriliter concludit: gaudeo de carcere lætus eripi. reſpondeo: ibis per plateas vrbium litibus plenas: per tumultusque negociorum, & tempeſtatum: libertatem putans gratulaberis, quodque clauis vna concluſerat, mille ſtringent laquei; cumque læti omnes è procellis portum petant: vnus tu nauta mirabilis è portu lætus in procellis, tedis. & ob eam rem tutius quodammodo foret carcerato in carcere anguſto, atque tenebroſo ſiſtere, quam in ampliorem ſaltem locum, ac libertatem repoſitum eſſe. proinde non immerito DOMINVS reprehendit Petrum fugientem è carcere: nam poſtquam dæmones portauerunt Simonem Magum per aera in altum, præcepto Apoſtolorum Petri, & Pauli dimiſerunt eum, & cadens in terram, fractis ceruicibus, expirauit: & ob id quidem mediante mandato Neronis Imperatoris in carcere Petrus recluſus extitit: ſed tamen in nocte conuertendo milites cuſtodes, precibusque fratrum ductus, fugam arripuit. in porta autem quæ nuncupatur Sancta Maria ad paſſus, Chriſto ſibi occurrenti dixit Petrus, Domine, quo vadis? vado inquit Romam iterum crucifigi. intelligens de morte ſua hoc eſſe prolatum, reuerſus iterum carcerem, & à militibus captus, & detentus, ipſe ſimul cum Paulo ad mortem damnati fuere. 12

Paulus igitur ex quo ciuis Romanus erat, capite punitus extitit. Petrus vero, quia forenſis, cruce ſuſpenſus fuit, prout Chriſtus dixerat ei, *Ioannis vltimo*, ſequere me: vt ſic verificaretur verbum illud, *Sapient. 18.* ſimili pœna ſeruus cum Domino afflictus eſt.

23 Quibus & illud adiiciam, † quod ex eodem fonte, ſiue ſtipite videtur promanare, quod reus conuictus legitimis probationibus, ſub mortali culpæ reatu, ſi à iudice interrogetur, etiam in tormentis, reſpondere teneatur, an crimen commiſerit: nam etiam ſi inique torqueatur, iuſte tamen interrogatur: & ideo tenetur reſpondere, ſecundum Innocent. & communem opinionem Canoniſtarum *in c. 2. de confeſſ.* & Sanctum Thomam *in ſecunda 2. quæſtione 69. articul. 1.* Cōis opin.

OPINIO CLXIX.

SVMMARIA.

1 *Creditor an cogere poſſit debitorem ad faciendum ſibi inſtrumentum debiti. Cum clauſula guarentigia. & num. 2.*

1 CReditor petere † poteſt, vt ſibi fiat inſtrumentum debiti per debitorem, quando ſoluere teneretur ad tempus, & ipſe debitor per inſtrumentum non reperiretur obligatus, & inſtrumentalem obligationem facere recuſaret; & ſic cogere poſſet ſuum debitorem creditor ad faciendum inſtrumentum ipſius debiti, ſecundum Gloſſ. & omnes alios Canoniſtas, *in c. ſignificauerunt de teſtibus.* & Legiſtas, *in l. ſi pupillus. ff. de nouat.* Bartol. *ſub num. 3.* Caſtrenſ. *ſub num. 2* & Alex. *conſil. 138. colum. fin. volum. 2.* diligentiſſimum Dom. Cardinalem Albanum *in lucubratio ad Bartol. in d. §. eleganter. num. 2.* & Anton. Galleſium *in tract. formulæ Cameralis obligationis. in 3. part. de præamb. ipſius proceſſ. quæſtio. 3. incipien. poteſt hic non inepte quæri. nu. 1. fol. paruo 113.* Vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Quæ quidem communis limitatur non procedere, ſi creditor vellet cogere ſuum debitorem pro huiuſmodi debito, ad ſibi faciendum inſtrumentum cum clauſula guarentigiæ, vel ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in Regno, vel ſecundum formam Cameræ Apoſtolicæ, tunc enim cum clauſula prædicta inſtrumentum facere ipſe debitor non teneretur, vt voluerunt Ang. & Imol. *in d. l. ſi pupillus.* & Alexand. *in d. l. ſi furtū. §. eleganter. ſub num. 32.* Et Vincentius Maſilla *in conſuetud. Bari. in conſuet. licet cedendo bonis. num. 42. titul. de ceſſion. bon. folio 110.*

2 Et ſic omnes iſti Doctores concludunt, † quod debitor teneatur ſolummodo creditori ſuo facere inſtrumentum ſimpliciter, quibus quidem contradicit Galleſius vbi ſupra tenendo per aliquas rationes contrariam ſententiam, vt debitor cogi poſſit ad faciendum inſtrumentum cum ipſa clauſula guarentigiæ.

Tamen in deciſiuis non foret tutum recedere ab opinione tam Illuſtrium Dd. Ang. Imol. & Alexan. quæ veriſſima, & realiſſima apparet.

OPINIO CLXX.

SVMMARIA.

1 *Creditor conditionalis an dicatur proprie creditor. & num. 2.*

1 CReditor conditionalis, † non dicitur proprie creditor, vt comprehendatur ſub ſtatuto facientemen tionem de creditore, ſed improprie; quia mox ab initio non poteſt exigere. argum. *l. debitor. ff. de verb. ſign.* & ita concludit Bart. *in l. 1. ff. ſi cert. petat.* quem ſequuntur cōmuniter Dd. vt late proſequitur Ales. Dec. *in 1. lect. n 29. & in 2. lect. in fin.* aliiq; Moder. *ibi.* Pro iſta itaque opinione communi allegantur varia iura, præſertimq; *l. videamus. ff. de liber. leg.* vbi ad literam dicitur creditorem conditionalem eſſe improprie creditorem. Faciunt etiam nonnulla alia, quæ curioſis videnda derelinquimus. Et opinionem hanc communem ſequitur etiam, ſtrenueque tuetur ab omnibus contrariis, & denique eam limitat in quatuor caſibus Cagnolus *in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. nu. 274. cum aliis ſeqq.* Cōis opin.

Contrarium † vero tenuit Fulgoſ. & Alciat. *in d. l. 1.* ſeu ipſe Alciat. *in l. 1. ff. de verb. ſign.* & Vaconius *in ſua declaratione 93.* Sed Dec. *in d. l. 1.* diſtinguendo reſoluit iſtam materiam, & Marinus Frecciæ *in tract. de repræſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. 12. part. quæſt. 2. ſub num. 8. & ſeq.* vbi *nu. 3. cum aliis ſeqq.* probat, & firmat etiam, quod inſtrumentum dotis, ſoluto matrimonio, poſſit repræſentari ſecundum formam ipſius ritus pro reſtitutione dotis prædictæ. 2

OPINIO CLXXI.

SVMMARIA.

1 *Debitoris corpus mortuum creditor non poteſt retinere inſepultum vt pignus. Nec ea de cauſa appellare. numer. 2.*

CReditor non † poteſt retinere penes ſe cadauer, ſeu corpus mortuum ſui debitoris diuitis, vel inopis inſepultum, vt pignus quoddam, donec pecunia ſibi debita, vigore liquidi inſtrumenti integre ſoluatur, *§. hac autem diſpoſuimus. ver. meminimus in authen. vt cum de app. cognoſcitur.* nec concedenda eſt licentia per iudicem pro retentione cadaueris prædicti ad ipſius creditoris implorationem; quia cadaueri mentionato nullo pacto eſt impedienda, ac deneganda ſepultura. *argum. text. in authen. vt defuncti, ſeu funera eorum. in princ.* & eſt text. optimus, *in d. §. hac autem. & in l. cum ſit iniuſtum. C. de ſepul. viola.* vbi Dd. hoc communiter annotarunt, Panor. *in c. ex parte. de ſepul.* Boeri. *deciſ. 287. num. 2. & ſeq.* Ripa *in tract. de peſte. in rub. de præſeruatiuis remediis num. 101.* & Grammat. *deciſ. 82.* vbi refert iſtam communem opinionem *per annos triginta* ipſo exiſtente iudice Neap. in Magna Curia Vicariæ obſeruatam vidiſſe. 1 Cōis opin.

Et quamuis Ang. *in d. authen. vt defuncti, ſeu funera eorum. in princ.* contrarium aſſeueret, videlicet, quod creditori habēti inſtrumentum debiti contra ſuum debitorē mortuum, poterit impartiri licentia per iudicem ad eius petitionem, de retinendo corpus hoc loco pignoris, ne ſepeliatur, quouſque de debito liquido ſibi ſatisfiat. Tamen opinio iſta Angel. tanquam inhumana, & falſa communiter damnatur à Scribentibus, & præcipue à Felyn. *in c. ſicut Iudæi. col. 1. de Iudæis.* Guliel. Benedic. *in c. Raynutius n. 59. de teſta.* Marſil. *ſing. 199.* Petr. Duen. *in reg. 397.* Couar. *in lib. 2. variar. reſol. c. 1. n. 10.* & Grammat. *in d. deciſ. 82.* Et ſic per præmiſſa, indubia redditur antedicta communis.

Imo aduerte in fortioribus terminis, † quod ſi creditor appellaret, ne corpus debitoris humaretur, vtique non eſſet audiendus, nec eius appellatio admittenda foret aliquo modo, ſecundum Gloſſ. & Dd. communiter, *in d. c. ex parte. in princ.* Specul. *in tit. de app. §. in quibus. ver. 8.* Grammat. *in d. deciſ. 82. num. 2.* & Marſil. *in allegato ſingul. 199.* 2 Cōis opin.

OPI-

OPINIO CLXXII.

SVMMARIA.

1 *Crimina publica vel priuata quæ dicantur. n. 2.*
3 *Cauſa criminalis & ciuilis quæ.*

1 CRIMEN † publicum illud eſſe dicitur, quoties pœna venit imponenda reo, & applicanda Fiſco, ſiue deſcendat ex crimine publico, ſiue non, ita voluerunt Gloſſ. & Bartol. *in rubric. de popul. action.* & Auguſt. de Arimin. *in add. ad Angel. in tractat. maleſ. in verſic. ad querelam, nu. 9.* vbi vocat iſtam opinionem communem fore. *Cõis opin.*

Contrariam vero partem, videlicet, vt crimina publica ea ſola intelligantur, quæ dependent *ex illis titulis, ff. & Inſtitu. de public. iud.* tenet, & firmat communiter teneri Bal. *in rubr. C. qui accuſare non poſ. col. 3.* *Cõis opin.* Sed ipſe inhæreo primæ opinioni Bar. & ſequacium, 2 tanquam tutiori, ac firmiori in practica. Item † quæ ſint, atque dicantur crimina publica, & quæ priuata, vide Placentinum *in tract. de accuſat. titul. 2. num. 1. & ſeq.* & Iacobum Nouellum *in pract. crim. in tit. indicia, quæ præcedere debent, nu. 1. & ſeq. in prin.* copioſe declarantes.

3 Et aduerte, † quod quemadmodum cauſa, ſeu iudicium criminale dicatur, vbicunque pœna delicti commiſſi Fiſco applicatur, ita cauſa ciuilis dicitur, quando pœna parti læſæ defertur, ac conceditur, ſecundum Gloſſ. & Bart. *in l. 3. ff. de ſepulch. viol.* quorum ſententiam affirmant eſſe communem Gomeſ. *Inſtitut. de action. in prin. num. 19.* Boer. *deciſion. 349. numer. 2.* Dec. *in rub. extra de iudiciis, nu. 9.* & Marcus Antonius Blanc. *in pract. crim. in rub. ſeu tit. viſis indiciis per reum, nu. 158.* *Cõis opin.*

OPINIO CLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Cumulatio actionum regulariter permiſſa eſt, niſi actiones ad diuerſa tendant. n. 2.*
3 *Cumulatio in eodem libello fieri poteſt* c. reintegranda, *& interdicti* vnde vi, *cum aliis remediis poſſeſſoriis.*

1 CVMVLATIO † actionum regulariter permiſſa eſt, vt voluerunt Gloſſ. Bar. & omnes *in leg. edita, Cod. de edend.* vbi Cagnolus *numer. 200.* narrat iſtam eſſe communem opinionem, & Zaſius etiam *in §. ſi minus, ſub numer. 12. Inſtitut. de action.* Papien. *in ſua practic. in for. act. real. §. ſeu ver. ſaluo iure, num. 11. cum aliis ſeqq.* *Cõis opin.*

2 Quæ † communis limitatur non procedere primo, vbicunque actionum diuerſarum cumulatio ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentium, & ad diuerſa tendentium fieret in iudicio, tunc enim non admitteretur, ſed penitus impediretur, ſecundum Cyn. *in l. interdum, ff. de pub. iud. & in l. 1. C. quando ciuil. act. præiud.* Bar. *in d. l. edita, nu. 15.* vbi ponit exemplum in eo, qui agit actione vi bonorum raptorum, & furti, *l. 1. ff. de vi bon. rapt.* Papien. *in d. §. ſaluo iure, nu. 13.* Zaſ. *in d. §. ſi minus, ſub numer. 18. cum aliis ſeqq.* in quibus locis ponunt ſimiliter aliqua alia ſimilia exempla, & referunt pariter cumulatiſſime quatuor cumulationum genera: quia abſolutoria lata in vna, poſſibile eſt, quod pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & opinionem iſtam ſequuntur Afflict. *in conſtitution. ſi ciuiliter agens, ſub numer. 7. & ſequent. libr. 2. rubric. 20.* Maranta *in tract. iudic. in 4. par. 20. & vltima diſtinction, ſub numer. 2. & ſeq. fol. paruo 78.* & omnes Doct. communiter *in d. l. edita.* vt refert ibi Bolognettus *numer. 120.* Cagnolus *num. 202. & ſeq.* & cæteri Moder. & Iaſfredus *deciſ. 287.* licet & male & inutiliter Coraſius *in* *Cõis opin.*

miſcell. iuris ciuilis, lib. 2. cap. 5. conetur ſuſtinere contrarium, & Myſing. *in obſeru. 15. centur. 1.* deducit, quod in Camera Imperiali admittatur cumulatio actionis iniuriarum, & legis Aquiliæ.

Sed † bene verum eſt, quod remedium *c. reintegranda, 3. q. 1.* poſſet concurrere cum interdicto, *vnde vi,* & cum aliis remediis poſſeſſoriis, & conſequenter ipſarum actionum in eadem petitione & libello cumulatio fieri permitteretur, ſecundum Præpoſ. *in d. c. reintegranda.* vbi profert magnum & vtile quidem verbum, quod Palatium Apoſtolicum, & practica eiuſdem Palatii ita obſeruat, quod dari & recipi ſoleat ſemper libellus, in quo omnia auxilia & remedia coniunguntur, & interdictum, *vnde vi,* cum aliis, & poſteà probata poſſeſſione rei, promulgatur ſententia pro actore, ſecundum remedium *d. c. reintegranda.* Et iſta practica obſeruatur etiam in Regno Neapol. Alias vero limitationes circiter ſeptem profuſe explicat atque diſcurrit Cagnolus *in d. l. edita, à nu. 201. vſque ad nu. 231.* & Zaſ. *in d. §. ſi minus, ſub nu. 12. cum aliis ſeqq.* 3

OPINIO CLXXIV.

SVMMARIA.

1 *Datio in ſolutum, & pro ſoluto, cum iudicis authoritate, ſeruatis de iure ſeruandis, reuocari non poteſt.*
2 *Datio in ſolutum, omnibus ſolemnitatibus adhibitis, habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*
3 *Iuri offerendi non eſt locus poſt concluſum in cauſa, nec poſt ſententiam, niſi in ipſa fuiſſet reſeruatum.*
4 *Datio in ſolutum facta per debitorem creditori, pro maiori quantitate, quam debetur, redditur nulla. Si vero eſt vltra dimidium iuſti pretii, reſcinditur ex* l. 2. C. de reſcin. vendit. *n. 5. & 17.*
6 *Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni, & eius obtinet vicem, non tamen idem eſt quod venditio. n. 7. 13. 14. 15. & 16.*
8 *Datio in ſolutum, vel venditio facta de bonis emphyteuticis, mediante decreto iudicis, & ſubhaſtationibus, an reſcindi poſſit? remiſſiue.*
9 *Retractus ius an locum habeat in re in ſolutum data. & n. 11. 12. 17.*
10 *Datio in ſolutum facta, ſi certo tempore debitum non ſoluatur, an poſſit per creditorem recuſari, & pecunia exigi.*
18 *Medio ſolario, inter ſuperiorem, & inferiorem, ad diuerſos dominos ſpectantes, vendito, an in iure retractus ſeu congrui, vicinus ſuperior vel inferior præferendus ſit. & nu. 19.*

DATIO † in ſolutum, & pro ſoluto, cum iudicis authoritate, ſeruatis de iure ſeruandis, reuocari non poteſt, nec debet, ſecundum Alex. cum aliis aggregatis per eum, *in l. ſi finita, §. Iulianus, col. fin. ff. de damno infect.* quem refert & ſequitur Dec. *conſil. 592. per totum.* qui poſt Alex. meminit iſtam eſſe communem opinionem, & alios eiuſdem ſententiæ congerit Tiraquel. *in tractat. de retract. Lignagier. § 8. gloſſ. 7. nu. 13.* Et ſequitur etiam, & cumulatiſſime declarat, & communem vocat quoque Ludouic. Bologninus *in repetit. d. l. ſi finita, §. Iulianus, col. 100. & ſeq. fol. 36.* Pariſ. *conſil. 81. conſultus quale ſit arbitrium, nu. 27. cum aliis ſeqq. vol. 2.* Cephalus *conſ. 286. Domina Catherina, ſub nu. 14. vol. 2.* & Cæſar Vrſillus *in annotation. Afflicti in deciſion. 191. ſub nu. 3.* 1 *Cõis opin.*

Imo datio ipſa in ſolutum, ſeu exequutio, non præcedente ſubhaſtatione, valet ſimiliter, & tenet, ſi iuſta ſit, & appellatum non fuerit, ita Card. Puteus *deciſ. 18. de re iud.* Ideo † creditor, cui res ipſa data fue- 2

rit io ſolutum, omnibus ſolemnitatibus adhibitis,
per ius offerendi, poſtea priuari non poſſet; quia talis
datio in ſolutum à iudice facta, habet vim ſententiæ
diffinitiuæ, ſecundum Bar. *in l. cum & minores, in princ.*
C. ſi aduer. rem iudic. cum aliis relatis per Dec. *in d. conſ.*
592. nu. 3.

3 Cæterum † poſt ſententiam non eſſet locus iuri
offerendi, niſi in ipſa fuiſſet reſeruatum, quinimo
nec poſt cooclusum in cauſa, vt concludit Tiraquel.
4 *loco de quo ſupra, §. 8. gloſſ. 7. nu. 13. & ſeq.* Et † licet hoc
non habeat difficultatem aliquam, nihilominus dif-
ficultas orietur, quando debitor pro ſuo debito per
errorem traderet aliquid io ſolutum eius creditori
maioris pretii, quam eſſet creditum, vel ex facto ſuo,
vel ex facto iudicis, tunc ipſa datio in ſolutum pro il-
la maiori ſumma valida & firma remaneret, ſecun-
dum Doct. *in l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi cer. petat.*
& præſertim ibi Dec. *in 3. not. & in l. cum amplius, ſub*
nu. 2. ff. de regul. iur. & Pariſ. cumulatiſſime *conſ. 81. nu.*
Cõis *36. vol. 2.* Et iſtam exiſtimo eſſe communem opinio-
opin. nem, prout ſequitur, & magis communem dicit cum
allegatis per eum eruditiſſimus D. Horatius Man-
doſius *in addit. Roman. conſil. 454. ſub nu. 12. in litera T.*

Quamuis Ruinus deducat ac profiteatur ex rela-
tis per eum *conſ. 136. ſub nu. 5. vol. 1. & conſil. 160. nu. 25.*
cum aliis ſeqq. vol. 2. conſ. 17. nu. 6. & conſ. 57. nu. 3. vol. 5. a-
Cõis liam ſententiam contrariam communem, videlicet,
opin. quod datio in ſolutum facta per debitorem credito-
ri pro maiori ſumma, ſeu quantitate, quam debea-
tur, in totum vitietur, atque nulla ſit. Et eandem o-
pinionem amplectitur etiam cum aliis coaceruatis
per eum Marſil. *in repet. l. fin. nu. 46. ff. de iuriſd. omnium*
iudic. Tiraquel. fuſiſſime *in tractat. de vtroque retractu,*
§. 23 gloſſ. 1. nu. 23. & ſeq. Petrus Duennas *in regula 185.*
Decretum ex falſa cauſa, nu. 4. & Afflict. *deciſion. 358. in*
cauſa inter nobilem Antonium, nu 7. & Alciat. *in l. 1. §. ſed*
ſi mihi, nu. 30 ff. de verbor. obligat. vbi admonet de com-
muni; tamen noli ob aſſertionem hanc aliter recede-
re in deciſiuis à prima opinione, tanquam communi
& veriſſima. Et hinc eſt, quod fructus percepti ex re
data in ſolutum non æſtimata, donec æſtimetur, non
ſunt reſtituendi, ſecundum Anton. Auguſt. *deciſion.*
3. & 650.

5 Et dato, quod † abſque dubio huiuſcemodi datio
in ſolutum non retractetur, ſed bene pretium, quod
excedit, res data in ſolutum per partem eius debitori
reſtituitur, loquendo in exceſſu infra dimidiam iuſti
pretii; ſed vbicunque quis eſſet ſuper re data in ſolu-
tum deceptus vltra dimidium iuſti pretii, poſſet il-
lam reſcindere remedio *l. 2. C. de reſcin. vend.* vt ſpecifi-
ce tradit poſt Oldr. & Ioan. And. Alex. *in l. ſi quis cum*
aliter, col 5. ver. item non habuerunt locum, ff. de ver. oblig.
quorum opinionem ſequitur ibi Claud. Aquenſ. *col.*
fin. & veriorem aſſerit, & Cagnolus etiam *in repet. l. 2.*
nu. 163. & ſeq. C. de reſcin. vendition. & Mantua conſu-
lendo *conſil. 70. nu. 5. cum aliis ſeqq. vol. 1.*

Et licet Aretin. *in d. l. ſi quis cum aliter.* poſt Bal &
Roman. *ibi*, & Socin. *in tract. fallentiarum, reg. 436.*
Venditio vltra dimidiam, nu. 4. tenuerint contrarium,
videlicet, quod in adiudicatione facta alicuius rei in
ſolutum creditori, non habeat aliter locum reme-
dium *d. l. 2.* quia datio in ſolutum non præſumitur
fœnerantia ex modicitate pretii, & pacto de retro-
uendendo, ita Caſſad. *deciſ. 2. de vſur.* tamen cum pri-
ma opinione Oldr. Io. And. & ſequacium indiſtincte
tranſeundum eſt, ſiue in datione rei in ſolutum ex
facto partis, ſiue ex facto iudicis; quæ videtur, & ap-
Cõis paret magis vera, atque magis communis, vt deduxi-
opin. mus in ſimili caſu *infra in Opinione, Venditur vltra dimi-*
diam. Et † quia datio ipſa in ſolutum ſimilis eſt vendi- 6
tioni, & eius obtinet vicem, *l. fin. ff. quibus ex cauſ. in*
poſſeſ. eat. & l. ſi prædium, in fin. C. de euict. & l. eleganter,
ff. de pign. act. & notant Ioannes de Amicis *conſ. 120. nu.*
8. Natta *conſ. 496 quoniam in conſultatione, nu. 13. vol. 3.*
Pariſ. *in d. conſ. 81. nu. 32. vol. 2.* Mantua *in d. conſ. 70.* Ce-
phalus *conſ. 98. nu. 45. vol. 1. & conſ. 254. præſupponitur in*
facto, nu. 8. cum aliis ſeqq. vol. 2. & Socin. iun. conſulendo
conſ. 47 nu. 9 & ſeq. conſ. 129. nu. 16. & 25. vol. 2. & conſ. 118.
nu. 9. vol. 3. & Laurent. Syluanus *conſ. 49. nu. 66.* Boer.
deciſion. 49. in fin. Tiraq. *in tractat. de retract. conſang. §. 1.*
gloſſ. 14. nu. 4. & ſeq. & Gail. *lib 2. obſer. 70. n. 2.* Imo date
in † ſolutum, eſt vendere, & ſic dici poteſt venditio i- 7
pſa, vt inquit Bar. *in l. 1. §. cum prædium, ff. de pignor.* &
Socin. iun. *in d. conſ. 47. ſub nu 9.* & Cephalus fuſiſſime
conſ. 159. Dominus Albertus, nu. 21. vol. 2. licet Corn. *conſ.*
166 num. 17. 24. & ſequen. volum. 2. velit contrarium, &
male.

Oriteturque † dubium ſimiliter in datione in ſo- 8
lutum, vel venditione facta de bonis emphyteuticis,
mediantibus decreto iudicis, & ſubhaſtationibus in
caſu relato per Coraſium *in miſcellaneis iuris ciuilis, lib.*
3. c. 3. ſub nu. 3. per Afflict. & Vrſillum *in addit. vbi, nu. 1.*
cum aliis ſeq. in deciſion. 191. & deciſo *in Sacro Regio Con-*
ſilio Neapol.

Occurret † dubium etiam vbicunque res data eſ- 9
ſet creditori in ſolutum, vtrum tunc haberet locum
ius retractus, & conſequenter res ipſa à propinquio-
ribus retrahi poſſet? Reſoluitur quæſtio per allega-
tiones ad vtramque partem, & diſtinctionem tutiſ-
ſimam traditam per Coraſium *in d. c. 3. nu. 2. cum aliis*
ſeqq. & per Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, §. 1. gloſſ.*
14. nu. 1. cum aliis ſeqq fol. paruo 93. & Afflict. *in tract. de*
iure protomiſeos, §. 3. nu 16. fol. paruo 62. vbi cum Docto-
ribus mentionatis in allegatis locis firmat, quod ius
congrui non habeat locum in datione in ſolutum, &
pro ſoluto authoritate iudicis, & ſine fraude facta, v-
bi idem Afflict. profert magnum verbum, quod ita
practicatur. Et ponit *in §. ſequen.* etiam omnes conie-
cturas iuris, & de iure, ex quibus diſcernitur ipſa da-
tio in ſolutum in fraudem facta. Ius congrui an ha-
beat locum in datione in ſolutum, vide infra *in opin.*
830 ſtatutum diſponens, quod vicinus præferatur cuilibet
emptori, n. 7.

Oritur † denique maxima ambiguitas, & dubium 10
de datione in ſolutum, facta, ſi certo tempore non
ſoluatur debitum, vtrum poſſit per creditorem re-
cuſari, ſi vellet pecuniam debitam exigere? Sed Soc.
iun. *conſ. 41. licet in hac conſultatione omnibus diligenter*
conſideratis, vol. 3. optimis rationibus & fundamentis
conſuluit contra Dec. quod ſi quantitas debita non
ſoluatur intra tempus ſtatutum inter partes per debi-
torem, creditor vtique non poſſit rem ſibi in ſolu-
tum datam recuſare, & pecuniam ipſam conſequi.

Sed ne † derelinquamus imperfectam quæſtio- 11
nem ſupra propoſitam, num in datione in ſolutum
indiſtincte ceſſet ius congrui, animaduertendum eſt,
quod diſtinctio præmentionata, atque tradita per
Bar. *in l. ſi quis aliam, nu. 1 ff. de ſolut & in l. non ſolum, § ſi*
liberationis, ff. de liber. leg. & Iaſ. *in l. cum filio, ff. de leg. 1. nu.*
129. non ſolum videatur oppugnatrix communis o-
pinionis omnium in iure Scribentium, verum etiam
depr auatrix, quod videlicet indiſtincte ceſſet, ceſſa-
reque debeat ius protomiſeos in ipſa datione in ſo-
lutum.

Imo † ne decipiantur fundantes ſe in diſtinctio- 12
ne, doctrinaque Bartoli, & ſequacium, faciliterque
etiam attingere queant veritatis ſcopum, ſciendum
eſt, dictum Doctoris intelligi debere ſecundum le-
ges,

ges, quas allegat. ita Bar. *in l. non ſolum, §. ſi liberationis, ff. de liber. legat.* Rom. *conſ. 211. nu. 5.* Curt. ſen. *conſ. 48. nu. 32.* Dec. *conſ. 189.* Ancharan. iun. *in quæſtionibus familiaribus, quæſt. 22. n. 14. lib. 1.* Hieronymus Mangilianus cum aliis aggregatis per eum *in repet. l. quoties, nu. 301. C. de rei vendicat.*

13 Sed leges per Bar. † *eo in loco* allegatæ non dicunt, dationem in ſolutum emptionem, vel venditionem eſſe, verum ſimilem: at nullum ſimile eſt idem, vt per Gloſſ. *in l. quod Nerua. ff. depoſiti, in ver. dolum.* vnde dici ſolet, quod omnis ſimilitudo claudicat, vt per tex. *ibi,* & hinc eſt, quod licet argumentatio à ſimili ſit in iure expeditiſſima, atque probabiliſſima, nihilominus tamen ea claudicat non vno tantum pede, nec procedit in decem caſibus relatis, atq; abſolutis per Nicolaum Eberhardum *in ſua centuria in loco à ſimili, col. pen. & vlt.* imo etiam argumentum ab identitate rationis in odioſis minime valet, etiamſi omnimoda ſimilitudo eſſet. ita Io. And. *in reg. odia, de reg. iur.* & Ant. de Butrio *in c. fin. de conſuet.*

14 Ergo ſequitur, † quod datio in ſolutum, non ſit emptio, vel venditio, dato, quod ei ſimilis ſit: & ſic quod ius congrui de venditione loquens in ſtatutis correctoriis, & pœnalibus, præſertim ceſſet in datione in ſolutum, & ita retorquetur argumentum contrarium aſſeuerantium, tantoq; magis, quia conſtitutio, *ſancimus,* de iure protomiſeos diſponit, vt tale ius locum habeat in venditione, emphyteuſi, & locatione, & per conſequens in venditione ſtricte ſumpta, per prædicta, non à eodem ſimili, vt in terminis firmauit Nic. Eberh. *in præall. loc. à ſimili, col. pen. in 3. lim. verſ. tertio non procedit quando ſtatutū imponeret pœnam.*

15 Quod vt apertius † planiusque demonſtretur, & penitus opinio contraria cæca appareat, induco tex. *in l. fin. ff. de bon. auth. iud. poſſ.* qui textus emptioni æquiparat dationem in ſolutum, ac permutationem, aliosq; quoſdam contractus, vt *eo in loco* videri poteſt, ſi igitur ex huiuſmodi æquiparatione, & ſimilitudinis ratione contenditur, quod datio in ſolutum iuri prædicto protomiſeos ſubiaceat, vt aſſentitur etiā vltra præallegatos Dd. Vincent. Maſilla *in comment. ſuper conſuet. ciuitatis Bari, in conſuet. de permutatione de iure protomiſ. in rub. de pign. & hypoth. nu. 7. cum aliis ſeqq.* eademmet ratione ducti iſti Dd. poſſent idem ſimiliter de permutatione, aliisq; contractibus alienationum contendere, cum in eadem lege emptioni ſimiles demonſtrentur. conſequens a. eſt falſum, ergo & cætera.

16 Ad cuius † corroborationem † adducitur etiam *l. ſi prædium, C. de euict.* vbi dicitur, quod datio in ſolutum emptionis vicem obtineat, prout etiam *in l. 2. C. de rerum permut.* vbi ſimiliter dicitur permutationem emptionis vicem obtinere, ita vt pari paſſu cum emptione ambulare videantur de iure communi. at ſi cæteri contractus alienationis emptioni ſimiles ſunt, de quibus in dictis locis, non video, cur dicendum ſit, vt de emptione ſtatutum magis in vno, quam in alio contractu locum habere poſſit? cum per viam extenſionis tantum id eſſet, & non aliter, quæ extenſio porro ceſſat in correctoriis & pœnalibus ex identitate rationis, imo etiam ex maioritate etiamſi ratio in ſtatuto eſſet expreſſa, ſecundum communem, veramque Scribentium opinionem, de qua teſtatur Campan. *in c. regni incipiente ad hoc, 144. verſ. & ſimiliter, & nu. ſeq.* vbi affluentiſſime quidem. & tanto magis extenſio reiicitur, quotieſcunq; per omnia iure non extat facta æquiparatio in eadem materia, prout ſi etiam non diſcernitur in caſu noſtro æquiparatio [illegible] in materia iuris congrui, vt per Campan. *vbi ſupra, verſ. aduertendum eſt.* ergo, & [illegible]

Quod autem conſtitutio ipſa, *ſancimus,* ſit correctoria, & pœnalis, patet, tum quia corrigit *l. dudum, C. de contrahen. empt.* tum etiam ex verbo, *ſancimus,* quod verbum pœnalem eſſe conſtitutionem oſtendit, Afflict. *eo in loco, in primo notabili,* vbi etiam Campan. & probatur *in eadem conſtit. in verſ. ideoque illi qui habent,* vbi datur pœna nedum periurii, ſed amiſſionis rei, & pretii, vel irritationis contractus.

Nec facit, quod hoc modo eadem conſtitutio, *ſancimus,* ſeruiret de vento, quia talis imaginatio fieri poſſet, etiam in permutatione, & aliis contractibus iuri prædicto non ſubiectis: nam lex caſu ſuo debet eſſe contenta, quia ſi iniuſte, & cum vicinorum præiudicio fient dationes in ſolutum, iam prouiſum eſt, vt fraudulenti contractus, etiam remota fraude, non ſubiecti debeant conſtitutioni prædictæ ſubiacere fraude detecta. Non apparente igitur de fraude, remanet opinio communis indubitata, quæ nempe fraus ſi non detegitur ex legitimis coniecturis ſaltem, cum aliter non præſumatur, merito ſuccumberet intentans ius congrui in contractibus *in conſtit. prædicta* non expreſſis, ſi fraudem non demonſtret, quia non ius deficit, ſed probatio. *l. duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tut.* & actore non probante reus abſoluitur, *l. qui accuſare, C. de eden. l. actor, C. de probat. l. fin. C. de rei vendicat. c. cum Eccleſia Sutrina, extr. de cauſ. prop. & poſſeſſ. & c. 1. vt eccleſiaſtic. benefic. ſine dim. confer.*

Nec vllatenus obſtat, quod † in datione in ſolutum locum habeat remedium *l. 2. C. de reſcin. vendit.* 17
quia ex hoc non arguitur, quod propterea in eo ius congrui locum obtineat. nam dictum remedium *l. 2.* locum ſortitur in laudo, vt per Gabriel. *concluſion. 1. de emption. & vendit. nu. 15.* & in diuiſione, *vt idem ibi, nu. 25.* ac etiam in donatione, *vt nu. 46.* aliisque contractibus, vt eo in loco explanat idem Gabriel. cum neceſſario apparatu: & nihilominus in eis ceſſat ius congrui. prout de laudo conſuluit Rom. *conſ. 107.* Afflict. *in d. conſtit. ſancimus, §. licet, nu. 26.* & idem ibidem, *de diuiſione, nu. 25.* Campan. *in d. conſtit.* vbi quamplurimos refert, & de donatione loquitur ipſa conſtitutio. Si igitur, vbi habet locum remedium *d. l. 2.* obtineret locum ius congrui, nullus fere contractus eſſet à conſtitutione *ſancimus* excluſus. quod ſi verum eſſet, quiſque ſani capitis iudicet. vnde non inſiſtendum vlterius duximus, ſed communem ſententiam ſequendam ſuademus, tanquam ſacroſanctiſſimam, contra quam calcitrari non poteſt vllo modo; vt dicendum etiam infra pleniori cornu *in opinione 230. ſtatutum diſponens quod vicinus, nu. 9. & ſeqq.* imo ita [illegible] his ſuperioribus annis vidimus etiam conſultum, atque accuratiſſime quidem reſponſum per D. Ioannem Paulum noſtrum Guadagnolum, & obtentum ad fauorem cuiuſdam ſui clientis.

Ad † prædicta pertinet etiam exticatio, & reſolu- 18
tio illius terribilis dubii, quod ſtante domo diuerſorum dominorum, habente tres habitationes, ſeu tria ſolaria, ſi alienetur ſolarium medium per aliquem ex ipſis dominis, ad cuius retractum concurrit vicinus ſuperior, & inferior, quæritur quis eorum tunc ſit præferendus, an inferior dominus, vel ſuperior? videtur certe vicinum à parte inferiori præferendum, per text. *in conſtit. ſancimus, §. in aliquo Græcorum capitulo, de iure protomiſeos,* vbi habetur, quod vicinus à tribus, vel quatuor partibus excludat omnes alios vicinos collaterales, vt per illummet text. hoc idem affirmat Afflict. *eo in loco, num. 8. & 9.* ſed dum vicinus inferior cohæret ab infinitis partibus cum domo ſuperiori, vt patet ad ſenſum, & probauere Io. de Amicis *conſil. 70.* & Iacobus Nouellus *in tractatu de iure protomiſeos*

§. 2.

Digitized by Google

§.2.ſub nu.181.& ſeqq. non abs re erit ille præferendus, prout in hoc aſſentiuntur quoque Afflict. *in d.conſtit. ſancimus, §.7.nu.2.* Neapod. *in conſuet. Neapolit. ſi quis domum, de iure congrui.* & Io. de Amicis *in allegato conſ. 20.* quibus in locis concludunt, quod vicinus inferior excludat collaterales.

19 Verum † enimuero adhibito diligentiſſimo ſtudio, contrariam ſententiam puto veriorem, atque tutiorem in iudicando, & conſulendo, quod imo vicinus ſuperior, vel à latere, excludat vicinum à parte inferiori. ad quod demonſtrandum, præſuppono, quod in materia iuris congrui habemus varia, diuerſaque iura, vnde non immerito inueſtigandum eſt, per quæ iura decidendus veniat præſens caſus, aut enim volumus, determinamusque illum decidere per ius commune Romanorum, aut per ius Canonicum, aut per ius conſuetudinarium ciuitatis Neapolis, aut per conſuetudines Græcorum relatas *in fine d. conſtitutionis, ſancimus, in §. ſcriptum eſt autem.* aut per conſtitutionem Regni, *ſancimus.* Primo itaque caſu per ius Romanum decidi ille nequit vllo modo, quia illo iure non habet locum ius congrui, *l. dudum, C. de contrahen. empt.* ſecundo vero caſu per ius Canonicum minime venit decidendus, quia licet illo iure locum obtineat ius congrui, *per c. conſtitutus, de reſtit. in integrum.* tamen cum habeamus legem ciuilem ſuper eadem materia, illa lex eſt ſeruanda, non autem lex canonica, ita Abb. *in c.1.nu.6.& ſeq. de noui oper. nunciat.* tertio autem caſu per ius conſuetudinarium nullatenus commediante talis caſus decidi poſſet, ex quo illa conſuetudo eſt localis ſtricti iuris, quæ non extenditur vllo quidem modo de loco ad locum, vt per Franc. Aret. *conſ.32.col.3.verſ.non obſtat ſecunda ratio.* Dec. *conſ.8.nu.4.& conſ.483.nu.21.* Burſat. *conſ.227. nu.71.vol.3.* præſertimque quando conſuetudo eſt contra ius commune, vt eſt conſuetudo Neapolitana, de iure congrui, vt per Io. de Amicis *conſ.1.nu.39.& ſeqq.* & Crauet. *conſ.36.nu.5.* nec aliter extenditur extra ciuitatem ipſam Neapolis ad bona Aprutina, ita Neapod. *in proœm. conſuetud. in fin. verſ. per quod.* vbi idem tenet Piſanell. *in addit.* & affluenter etiam Maranta *diſputat. 9.* quarto caſu neque per conſuetudines Græcorum decidendus veniret huiuſmodi caſus, quia illæ non ſunt de textu conſtitutionis, *ſancimus,* neque corrigunt illam conſtitutionem, nec ſeruantur, niſi vbi extat eadem conſuetudo, ſecundum Afflict. *in allegata conſtit. ſancimus, § 6. not.3. verſ. nota & aduerte ne erres, & in §.5. not.11. verſ. & hic finiunt verba Federici.* Sequitur ergo à ſufficienti partium enumeratione, decidendum eſſe caſum per conſtitutionem ipſam, *ſancimus,* prout ita cauetur per conſtit. Regni, *puritatem,* per conſtit. *vt vniuerſi,* per conſtit. *poſt mundi machinam, in fine,* per conſtit. *iudices,* & per conſtit. *circa,* & ita Paris de Put. *in tract. ſyndicatus, in ver. iudicare.*

Quo præſuppoſito ſtante, quod vicinus inferior non præferatur collaterali, ſeu ſuperiori, eſt textus *in d. conſtit. ſancimus,* qua cautum eſt, quod ſi plures ſint, vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem recipiat, nulla admodum habita ratione, nec vlla ſimiliter facta diſtinctione, an ſit vicinus inferior, vel ſuperior, vel collateralis, nec quod habens plures vicinitates præferatur habenti pauciores, ſed ſolum quod vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem recipiat, & ſic ſi vnus cohæret à tribus partibus, capiat tres partes, ſi à quatuor, capiat quatuor partes, ſi ab vna, capiat vnam, & ſic de ſingulis, prout ita concedit Afflict. *eo in loco, in §.7.nu.5.not.3.* & fiet diuiſio vſque ad vnum palmum, atteſtante & aſſentiente Afflict. *in eadem conſtit. §.1 in vltimo notab. nu.42.* Et ſic conſtitutio iſthæc non dicit, quod habens plures vicinitates excludat habentem pauciores, nec dicit, quod vicinus inferior excludat vicinum à latere. quod ergo lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſeruum, § ait prætor, verſ. non dixit ff. de acquiren. hered. & §. cum igitur, Auth. de non elig. ſecun. nub. verſ. nec eſt lex qualibet hoc tale dicens.* taliter quod erubeſcimus cum ſine lege loquamur, *l. illam, C. de collationib. & § conſideremus, Auth. de trien. & ſemiſ.* ſed quod inferior præferatur collaterali nullo iure cauetur, niſi conſuetudine Neapolis, quo iure non vtimur in Prouincia noſtra Aprutii, ſed conſtitutione prædicta, *ſancimus,* quæ non ſeruatur Neapol. atteſtante D. Vincent. de Franchis *deciſ.390.*

Secundo idem quoque probat Afflict. *in d. conſtit. ſancimus, §. 1. vltimo notab.* vbi notat ex hac conſtitutione, quod ſi plures extent vicini, & conſanguinei, omnibus competit ius congrui pro æquali portione, & fiet diuiſio vſque ad vnum palmum, quam opinionem Afflicti approbat Tiraquel. *in tract. de retractu conſanguineorum, §.11. gloſſ.10. nu.3.* & ſic pluralitas vicinitatum non habetur in conſideratione, ſed vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem recipiat, idemque tenet Afflict. etiam *in §.2. nu.23. not.3.* ſed quod vicinus inferior excludat collateralem, non reperitur iure noſtro cautum, & libenter addiſcere vellem ab eo, qui tenet, inferiorem præferri collaterali, quo iure ſuam fundet opinionem, quia quod hæc lex non dicit, nec nos dicere debemus, vt ſupra explanatum extat.

Tertio quod conſanguinitas cum minima vicinitate præualeat pluribus vicinitatibus, ſimiliter probatur *in d. conſtit. ſancimus,* inducendo eam pluribus modis. Primo, conſtitutio hæc tradit modum, ordinem, & formam, quibus vicini vocantur ad retractum, vt ibi, *quos vocamus per ordinem.* & primo vocat conſanguineos, vt ibi, *ut primo vocantur parentes, qui ſint coniuncti.* ſecundo vocat ſocios, ſiue conſortes. tertio qui ſunt ſub vno ſeruitio. quarto & vltimo, poſt vocat omnes extraneos, ſe tantum coniunctos. ex quo textu patet euidenter, quod conſanguineus vicinus ab vno latere præferatur vicino ex pluribus partibus, poſtquam conſtitutio vocat conſanguineum vicinum, priuſquam conſortes vicinos à pluribus partibus, qui conſortes habent infinitas vicinitates in re communi, quia habet partem in qualibet minima parte rei communis, vt notatur *in l.3. C. commun. diuid. & in §. quadam, inſtit. de actionib.* & tamen nulla habita ratione tot vicinitatum, conſanguineus vicinus ab vna parte præfertur ei vicino à mille partibus, ita per illum textum aſſentitur Afflict. *in d. conſtit. ſancimus, §. 1. nu. 17. verſ. ſed quæro habet domum.* idemque firmat Io. de Amicis *conſ.20. verſ. & propterea dicimus.* vbi concedit, quod ſi ſocius vult retrahere rem conſocii, excludit omnes alios vicinos, quamuis coniunctos ex mille partibus: & ſic determinat, quod pluralitas vicinitatum non operatur, vt quis præferatur, ſed quod adhuc vicinus à pluribus partibus excludatur à conſorte, verum conſorti, & ſocio præfertur conſanguineus, ergo conſanguineus præfertur habenti plures vicinitates. Secundo ad idem inducitur quoque *allegata conſtitutio* hoc modo, vocatis per conſtitutionem primo conſanguineis vicinis, & ordine ſucceſſiuo aliis, profero text. *hæc formalia verba,* poſt omnes iſtos, illi qui ſunt coniuncti, etiam ſi ſint extranei, ſi aut plures ſint, omnibus denuntietur, vt vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem recipiat: & ſic non dicit *conſtit.* quod vicinus à pluribus præferatur vicino à paucioribus, ſed vnuſquiſque ſecun-

cundum ſuam portionem recipiat, ex quibus verbis videtur reddi vana, & indubitabilis illa dubitatio, an vicinus à pluribus partibus præferatur vicino à paucioribus, quia vbi eſt caſus legis, ibi nulla admodum cadit dubitatio, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. & l. ancillæ, C. de furt.* Vnde infertur, quod licet vicinus inferior habeat mille vicinitates cum membro ſuperiori, non per hoc excludit alios vicinos habentes pauciores vicinitates, ſed vnuſquiſque debet admitti pro ſua portione. Inducitur & tertio *eadem conſtit.* hoc modo, ſi conſanguineus vicinus ab vna parte tantum, tanquam primo vocatus, præfertur conſorti habentes plures vicinitates, tanquam ſecundo vocato, ſequitur inconuincibiliter, quod ſi conſors præfertur habenti plures vicinitates, multo magis ei præfertur conſanguineus, qui conſanguineis præfertur conſorti, per regulam, Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, *l. de accuſationibus, §. 1.* vbi Bart. *ff. de tempor. præſcript. l. Claudius ſenex, ff. qui potior. in pignor. habeantur.* Ial. in *l. ſi quis pro emptore, nu. 184. ff. de vſucap.* & propterea dicit Afflict. *in rub. de iure congrui, nu. 13.* non eſſe mirandum, ſi quis compellatur vendere primo coniunctis, quam extraneis, quia multa ſpecialia ſunt introducta ratione ſanguinis, *vt ibi.*

Et ſi dicatur, quod ſtante, quod vterque extat vicinus, & vterque conſanguineus adhuc vicinus inferior admittitur ad ius congrui, non autem excluditur à collaterali, reſpondetur, quod hoc procederet, quando conſanguinei reperirentur in pari gradu, ſecus quando alter eſſet in proximiori gradu, tunc enim potior in gradu, eſt potior in iure congrui, vt per Afflict. *in dict. conſtitut. ſancimus, §. 7. notab. 6* & ita in terminis conſuluit Alexand. *conſilio 27. volumine ſexto.* & Rolandus à Valle *conſilio 16. numero quarto, volumine 4.*

Itaque ipſe remotior excluditur à proximiore, ita Afflict. *in d. conſtit. ſancimus, §. 1. nu. 7. in fine.* Caualcan. *in tract. de tutore, nu. 137. & deciſ. 19. nu. 80. & ſeq. in 2. par.* nam qui præfertur in ſucceſſione, præfertur in iure congrui, vt per Chaſſan. *ſuper conſuet. Burg. rub. 10. §. 4. & rub. 7. § 1. in text. verſ. aduerte etiam.* Imo ſi conſanguineus remotior emiſſet, poſſet tunc conſanguineus proximior procul dubio retrahere ab ipſo remotiore, ita Ruin. *conſ. 27. ſub nu. 10. vol. 4.* Caualcan. *deciſ. 19. nu. 80. in fine, in 2. par.* Io. Faber *in §. ita demum, Inſtit. de hered. ab inteſt.* Dec. *conſ. 620.* & Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. §. 11. gloſſ. 6. nu. 15.* vbi inquit, quod quando aliquid competit pluribus, quos lex vocat nomine collectiuo, vt conſanguineos, familiam, agnationemve, tunc proximiores admittuntur, & remotioribus præferuntur, *l. pater, § fratre, ff. de leg. 2.* Bal. *in c. 1. § ſi Titius, de feud. defunct. mil.* & hoc ſcribit eſſe notandum pro proximioribus Benedict. *in rub. de iure protomiſeos, nu. 39. in fine.* hoc enim ius datur gradatim, & ordine ſucceſſiuo, nam prior ſanguine, potior in retractu, ita Bal. Ang. Salyc. & Paul. Caſtren. *nu. 6. in l. fin. ff. de ver. ſignif.* Iacob. Nouell. *de iure congrui, § 1. nu. 287.* Caputaquen. *deciſ. 77 bulla Sixti, num. 2. in prima parte.* Aucharan. *conſil. 971. num. 4.* vbi quod ſicut in ſucceſſione proximior repellit remotiorem; ſic in iure congrui, Io. Faber *in § item ſi plures, numer. 2. Inſtitut. de legitim. agnat. & in §. ita tamen, Inſtitut. de hered. quæ ab inteſtat. defer.* & Feron. *ſuper conſuetud. Burgund. titul. de retract. § 1.* vbi diffinit retractum eſſe ius competens proximioribus. Vnde tenendo iſtam opinionem ita & taliter roboratam, non diſturbat in præſentiarum modo aliquo textus *in alio quoque capitulo*, quia ille textus non eſt aliter de textu conſtitutionis *ſancimus*, ſed extat potius textus conſuetudinis Græcorum, quæ non ſeruatur, vt per Afflict. *eo in loco, § 6. nu. 4.*

Secundo mirum me gentium intricat doctrina Afflicti *in eadem conſtitutione, in §. 7. nu. 2.* ex quo loquitur ſecundum conſuetudinem Neapolis, quo iure nos non vtimur in Prouincia Aprutii, quia illa conſuetudo non extenditur extra ciuitatem ipſam Neapolitanam, vt ſupra denudatum extat. imo Afflictus ibi *nu. 1.* à contrario ſenſu innuit contrarium, dum dicit, *& eſt ſecundum, quod in ciuitate Neapolis, &c.* ſentit ergo contrarium *extra ciuitatem*, per conſtitutionem *ſancimus*, quia incluſio vnius, eſt excluſio alterius, *l. cum prætor, ff. de iudic. l. cum ita, ff. de condit. & demonſtrat. & l. Pomponius, § etſi is, ff. de proc.* & hoc idem concedit Balthaſſar Benedellus *in d. conſtit. ſancimus, in rub. nu. 38.* dum exprimit aliter vbique ſeruari, vt in ipſa conſtitutione, *ſancimus, vbi vnuſquiſque ſecundum ſuam portionem, &c.* quæ opinio conſuetudine recipitur.

Nec obſtat *conſilium* Iohannis de Amicis *20.* quia diſcernitur fundatum ſuper *d. conſuetud. Græcorum*, vt in illis verbis, *quia in ſumma iure iſto, &c. in fine, ibi in § item de ipſa protomiſ.* per quæ verba apparet, quod Io. de Amicis mouetur per conſtitutionem *Græcorum*, non autem per conſtitutionem *ſancimus*, quod apertius colligitur ex illis aliis verbis, dum exprimit, quod iure illo attenditur maioribus vicinitatis, & ille qui habet plures vicinitates excludit habentes pauciores, vt dicitur *in d. § in alio quoque capitulo.* ſed conſtitutio noſtra hoc non dicit, imo contrarium, quod omnes ſuam portionem recipiant, ergo conſilium Iohannis de Amicis diſcernitur fundatum ſuper conſuetudine Græcorum; verum illa conſuetudo non ſeruatur, vt ſupra, ergo de conſilio iſto Ioannis de Amicis nulla admodum eſt habenda ratio. & ita vidi *de præſenti anno 1600.* conſultum in facti contingentia per D. Cæſarem Scarnatum de Focco inter Iureconſultos noſtræ ætatis primarium enumerandum, in Prouincia noſtra Aprutii, & in toto Regno, vnde fretus authoritate tanti viri approbaui huiuſmodi conſilium, & tanto libentius, quanto quod non ſemel tantum ita ſuperioribus temporibus iudicaui in variis caſibus, & cauſis occurſis.

OPINIO CLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ſtricti iuris, & interpoſitum per iudicem ex cauſa partim vera, & partim falſa, totum eſt nullum.*

DECRETVM †ſtricti iuris, & interpoſitum per 1 iudicem ex cauſa partim vera, & partim falſa, totum eſt nullum, ac penitus annullari debet, ſecundum Fulg. *in l. ſi non ſortem, § ſi centum, in fin. ff. de cond. indeb.* Bal. & Rom *in l. certi condictio, § quoniam, ff. ſi cer. pet.* Alex. *in l. 1. § ſi ſtipulanti, ff. de verb. oblig.* Ruin. *conſ. 160. n. 27. vol 2. & conſ. 152. nu. 10. vol. 4.* & Soc. qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, *in l. iuſte poſſidet, 7. col. fin. ff. de acquir. poſſ.* & Curt. iun. etiam *conſ. 170. n. 2.* & Rom *conſ. 454. ſub nu. 12.* vbi D. Horatius Mandoſius cum aliis citatis per eum *ſuper litera Z*, narrat ſimiliter iſtam eſſe communem. Et ita iudicauit Sacrum Regium Conſilium Neapol. teſte Afflicto *deciſ. 218.* & ita fuit aſſiſtentia & adiudicatio. Com. opin. Com. opin.

OPINIO CLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Debitores impetrantes dilationem moratoriam, ſiue dilationem quinquennalem à Principe, tenentur*

præ-

præſtare idoneam cautionem, etiamſi ipſis remiſſa ſit à Principe. n. ſeq.

3 *Ad dilationem impetrandam requiritur confeſſio debiti coram iudice.*

4 *An debitores pauperes non reperientes fideiuſſores ad iuratoriam cautionem admittendi ſint.*

5 *Debitore non valente fideiuſſionem inuenire in caſu moratoriæ impetratæ, forte ſufficeret ſe obligare, vel fideiubere, cum generali hypotheca omnium bonorum ſuorum, & adiectione pœnæ.*

6 *Dilatio quinquennalis debitoribus conceſſa an etiam competat eorum fideiuſſoribus.*

7 *Dilatio moratoria à qua die currere incipiat.*

8 *Dilatio quinquennalis conceſſa ſimpliciter pro debitis, non extenditur ad debitum iuratum, nec ad debitum ex delicto. nu. 11.*

9 *An Princeps ſecularis ſuper iuramento diſpenſare poſſit. n. 10.*

12 *Debitor impetrans dilationem quinquennalem, ea expirata, non poteſt cedere bonis, etiamſi non præſtitiſſet cautionem de ſoluendo.*

1 DEBITORES † impetrantes dilationem moratoriam, ſeu dilationem quinquennalem ob aliquam eorum incommoditatem à Principe, tenentur idoneam præſtare cautionem de ſoluendo, completo dicto tempore, *l. vniuerſa, C. de precib. Imper. offer.* quæ eſt canonizata *in can. vniuerſa 25. queſtion. 2.* & eſt text. in Regno, *in cap. item quia iudicia claudicare non debent* & ibi D. Carauita *in princip.* aliter huiuſmodi beneficio dilationis quinquennalis vti, ſeu gaudere non poſſunt, ſecundum communem opinionem, quam allegat Afflict. poſt Bald. *in deciſion. 378. ſub nu. 1.* & Bald. Nouellus *in tract. de dotib. 8. part. princ. in verſ. Duodecimum ſpeciale eſt.* quem refert, & ſequitur Cagnolus *in l. 2 num. 146. C. de pact. inter emptor.* & Cæſar Vrſillus cum aliis relatis per eum *in addition. Afflicti in deciſion. 288. nu. 1. & in d. deciſion. 378. ſub nu. 3.* in quibus locis hoc vtiliter in deciſiinis ampliat, & copioſe declarat in aliquibus caſibus. Com. opin.

2 Et hoc † ampliatur in tantum procedere, quod ſi remitteretur ipſa cautio per Principem in mentionata moratoria, adhuc etiam teneretur debitor illam præſtare, & nihil iuuaret dictum reſcriptum Principis, vt eſt tex. apertus in Regno, *in d. c. item quia iudicia claudicare non debent.* & ibi reſolutiſſimus D. Carauita *nu. 5.* qui affirmat iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

3 Item † vt debitores antedicti poſſint gaudere tali dilatione quinquennali, requiritur etiam, quod coram iudice debitum fateantur, *l. penult. ff. de ceſſion. bonor.* & notat Cagnol *in d. l. 2. nu. 146* & Afflict. *in deciſion. 379. in quadam cauſa.*

4 Sed † ſi isti debitores, qui ob paupertatem impetrauerunt moratoriam ipſam à Principe, non reperirent fideiuſſores, qui pro eis vellent fideiubere, tunc certe eis ſufficeret iuratoriam cautionem præſtare, nota *in Authen. generaliter, C. de epiſcop. & cleric. & in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogan.* & ita quotidie practicatur, ſecundum Iaſon. ibi, *nu. 25.* & Marſilium *in l. final. nu. 122. ff. de iuriſdiction. omnium iudic.* Et licet Roman. ſentiat contrarium *in l. 2. nu. 38. ff. ſolut. matr. & in conſ. 439 ſub nu. 10.* & Iaſ. *in d. l. 1. nu. 24. qui ſatiſdar. cog.* videlicet, quod prædicta oblata cautio iuratoria non ſufficiat, nihilominus noli aliter recedere à prima opinione, quæ obſeruatur in practica. Quæ non procederet vbicunque quis ob eius malos mores non reperiret fideiuſſores, tunc enim non ſtaretur ſuæ iuratoriæ cautioni, ſecundum Canoniſtas omnes *in c. qua fronte, de appel.* Bal. *in Auth. cui relictum, col. 3. C. de indicta vid. toll.* Afflict. *in tit. que ſit prima cauſa beneficii amit. §. nec eſt alia, nu. 95.* Iaſ. *in l. 1. nu. 11. C. de proc.* & Cortiam *in memorali, in ver. cautio cum fideiuſſ.*

Vel † forte fideiubere in caſu hoc ſufficeret, cum 5 generali hypotheca omnium bonorum ipſorum debitorum, & adiectione pœnæ, ſecundum quod habetur *in l. prætoria, ff. de prætor. ſtipulation.* & ibi Bartol. & per Gloſſ. & Ang. *in l. 2. § dubitetur, ff de iudic.* Sed in Regno Neapolit. vbi ex neceſſitate, ſeu diſpoſitione *d. c. item quia iudicia claudicare non debent* in ipſa moratoria, fideiuſſio per Principem remitti non poſſet, crederem quod iſte debitor non valens fideiuſſionem inuenire, non admitteretur cum iuratoria cautione, prout hoc firmat etiam in caſu ſimili Marinus Freccia *in tract. de repræſentatione inſtrumentorum, ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, in 9. par. q. 6.* vbi firmat, quod debitor præueniens creditorem ad finem impediendi repræſentationem inſtrumenti, ſecundum formam ritus, non admittatur ſub iuratoria cautione, ſi non potuiſſet inuenire fideiuſſorem, quia ex norma, & neceſſitate pragmaticæ malitiis litigantium inductæ, vt nemo conuenire poſſet ſuum creditorem per viam præuentionis antedictæ, niſi prius præſtita cautione de ſoluendo debitum, ac vncias decem pro pœna, & de ſe repræſentando perſonaliter in carceribus tempore publicationis cauſæ. Ideo ſi admitteretur debitor ad iuratoriam cautionem in præſenti caſu, redderetur vana dicta pragmatica.

Sed iſta † dilatio quinquennalis, ita vt ſupra, con- 6 ceſſa debitoribus, non competit aliter eorum fideiuſſoribus, & conſequenter induciæ ipſæ quinquennales non proſunt, nec prodeſſe poſſunt fideiuſſoribus, ſecundum Bartol. *nu. 2.* Alexan. *nu. 6.* Socin. & omnes communiter *in l. filiusfamil. §. 1. ff. de verborum obligat.* Matthæum Brunum Ariminenſem *in tractat. de ceſſione bonor. 2. quæſt. principali, nu. 2.* & Cæſarem Vrſillum *in addition. Afflicti in deciſion. 5. nu. 3.* in quibus locis memorati Doctores concludunt, quod dilatio quinquennalis conceſſa Cruce ſignatis, non prodeſt eorum fideiuſſoribus, quia priuilegium conceditur perſonæ qualificatæ, ex quo conceditur perſonis Cruce ſignatis, & vltra perſonas qualificatas non debet extendi; quoniam qualitas informat ſubiectum, cui inhæret Pariſ. *in conſilio 58. vol. 4.* vbi ait, quod qualitas ſi non interuenit, vitiatur actus, & in terminis Bald. *in l. ſi mandatori, nu. 8. C. de non numerat. pecun.* Com. opin.

Sed hoc fallit ſi reus compareret in iudicio, & acciperet defenſionem fideiuſſoris, opponendo de priuilegio ſibi conceſſo, tunc enim ipſe principalis comparendo, ſumendoque defenſionem pro fideiuſſore, faceret eum huiuſmodi induciis quinquennalibus gaudere. Et ita extitiſſe iudicatum in Sacro Regio Conſilio Neapol. refert Cæſar Vrſillus, licet dubitet *in add. Afflicti in deciſ. 288. ſub nu. 1.* prout dubitat etiam, & tenet contrarium expreſſe Alex. *in d. l. filiusfamil. §. 1. ſub nu. 6.* Quod quidem dictum verum eſſet, vbicunque priuilegium conceſſum remaneret inutile, ſi non prodeſſet fideiuſſori, alias ſecus, vt not. Alex. *in d. l. filiusfam. §. 1.* & ibi Soc. & Bar. *in l. Stychum, § quod vulgo, ff. de ſolut.* niſi dilatio antedicta cederetur cauſæ iudicati; quia tunc indifferenter prodeſſet fideiuſſori *iud. ſol.* non autem ex contractu, Bal. *in l. quoties, C. de precibus Imper. offer. & in l. tam mandatori, C. de non numer. pecun.* Et vide pro hac opin. communi ita explanata text. *in l. quoties, C. de precib. Imper. offerend.* & Afflict. *in conſt. pacta ven. n. 22.* vbi ad materiam quamplurima porrigit vtiliſſima.

Ideo † debent eſſe cauti creditores, quod dilatio 7 ipſa

ipſa moratoria inciperet currere à die datæ literarum moratoriarum, & non à die præſentationis, *c. cum ex, de reſcript.* & Guid. Pap. *deciſ. 109.* vbi ait etiam, quod dictæ moratoriæ non extenderentur ad creditores futuros.

8 Aduertere etiam debent ipſi creditores, † quod dilatio quinquennalis conceſſa ſimpliciter pro debitis, non extendatur ad debitum iuratum. Vnde ſi debitor intimare, ſeu notificare faceret dilationem moratoriam, ſi debitum iuratum ſit, illa dilatio abſque dubio aliquo eſſet nulla, ſecundum Cyn. & Salyc. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel publicam vtil.* Alex. *conſ. 38. vol. 3.* Iaſ. *in l. 2. nu. 2. C. de precib. Imp. offeren.* & Thom. Fer. *conſ. 55. nu. 2.* Affl. *deciſ. 5.* & ibi Vrſillum *in add. nu. 1.* & Afflict. *in deciſ. 111. num. 14.* Chaſſan. *conſ. 7. num. 67.* Roland. à Valle *conſ. 31. num. 20. volum. 2.* Bellum *in tractat. de re militari, par. 9. titul. de ſaluis conductibus, num. 63.* Carauitam *in d. c. item quia iudices claudicare non debent, nu. 6. & ſeq.* & Grammat. *deciſion. 12. Hector, & Hannibal de Amato, num. 2. & ſeq.* niſi à Papa concederetur huiuſmodi indultum, ac ſaluus conductus cum expreſſa mentione de iuramento, vt per Alex. *conſil. 205. volum. 2. & d. conſil. 38.* & per Matthæum Brunum *in d. tract. de ceſſion. bonorum, q. 26.* & Martin. Landen. *in tract. de priuil. conſil. 14. & de fiſco conſil. vltimo,* vbi ait etiam, quod non extenderetur ad debitum Cameræ fiſcalis, & idem tenet Roman. *ſing. 179. quod ſi Titius.* Dec. *in 1. lectur. num. 84. ff. ſi cer. pet.* & Rebuffus *in commentariis ad Regias conſtitution. Tomo 2. ſub rubr. de literis dilatoriis, annalibus, quinquen. art. 1. gloſſ. 1. num. 17. & 15.* & Vrſillus *in ſcholiis ad Afflictum in d. deciſ. 5. nu. 2.* & Pet. Bell. *in tract. de re milit. art, in 9. par. n. 60.*

9 Et † quemadmodum Pontifex poteſt iuramentum remittere, & ſuper eo diſpenſare, & moratoriam prædictam concedere debitoribus, per inſtrumenta iurata, ita etiam Princeps ſecularis, ſecundum D. Carauitam *in d. c. item quia iudices claudicare non debent, num. 8. & ſequen.* vbi profert magnum & vtile verbum, ita obſeruari quotidie in Regno.

10 An Princeps † poſſit diſpenſare ſuper iuramento, vide Gloſſ. pro parte affirmatiua *in l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr.* & Arium Pin. *in l. 2. C. de reſcind. vend. in 1. par. rub. c. 2. n. 7. & ſeq.* & Caran. *in prag. de Senatuſcon. Maced. incip. per excellentem, §. 17. poſt n. 2. 3. 4. & ſeq.*

Aduertere ſimiliter poſſent ipſi creditores, quod

11 talis † dilatio non extenderetur ad debitum ex delicto, vt late Ripa *in l. 1. ff. ſi cer. petat.* & ibi Alex. Alciat. Bolognettus, *num. 49. cum aliis ſeqq.* qui reſpondet omnibus contrariis, Roman. *conſil. 43.* & Matthæus Brunus *in d. tract. de ceſſion. bonorum, quæſtion. 26.* Et licet Dec. & aliqui alii *in d. l. 1. ff. ſi cer. petat.* ſentiant contrarium, videlicet, quod priuilegium hoc dilationis quinquennalis conceſſum debitoribus, comprehendat etiam debitores ex delicto; nihilominus prior ſententia apparet magis vera, magiſque communis. Cōis opin.

12 Aduertere etiam tenentur ipſi creditores, † quod vbicunque quis impetraret dilationem quinquennalem, & poſtea expiraret ob lapſum quinquennii, non poſſet vtique cedere bonis, & ſic etiam, quod non præſtitiſſet fideiuſſionem de ſoluendo, finito tempore, non admitteretur ad beneficium ceſſionis bonorum, ſecundum Gloſſ. & alios *in l. cum ſoluto, C. qui bonis ceder. poſſ.* Soc. *in tract. fallentiarum, in reg. 46. num. 14. fol. paruo 33.* Grammat. *in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, incip. Item quod aduocatus fiſci, num. 18. fol. 154. in titul. de inſtrum. & eorum præſentationibus.* & Afflict. cumulatiſſime *in d. deciſion. 378. nu. 2.* qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin. Et hæc omnino notanda ſunt, quia poſſent debitores calumnioſe vtendo priuilegio dilationis, illud præſentare ad omnem eorum libitum.

OPINIO CLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Debitor de fuga ſuſpectus capi & carcerari poteſt; & aliquando propria authoritate creditoris. n. 3.*

2 *Licentia capiendi debitorem poteſt concedi per iudicem, etiam die feriata, introducta in honorem Dei.*

4 *Creditor non ſolum poteſt capere ſuum debitorem in actu fugæ, propria authoritate, ſed etiam illum, qui eſt in fuga mentali, & contra quem extant manifeſtiſſima ſigna fugæ.*

5 *Laicus poteſt capere clericum ſuum debitorem ſuſpectum de fuga, & præſentare iudici eccleſiaſtico.*

6 *Creditor debitorem ſuum ſuſpectum allegare, & capere non poteſt, ſi inopiam eius tempore contractus notam habuit.*

DEBITOR † capi ac carcerari poteſt vti ſuſpectus de fuga probata prius per ſolum iuramentum ſuſpicione fugæ à creditore. 1 Et ſic ſufficit iuramentum creditoris ad hoc vt capi poſſit debitor ſuſpectus, ſecundum Benedictum de Plumbino, & Ang. *in repet. l. nemo carcerem, C. de exactor. tributor. lib. 10.* Roman. *in l. fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdare cog.* Io. de Imol. *poſt prin.* & Iaſ. *nu. 19. in l. 2. ff. ſolut. matrim.* Pariſ. *conſil. 107. nu. 54. vol. 3.* & ita conſoluit Alex. *conſ. 19. nu. 8. vol. 3.* & Natta *conſ. 29. nu. 2. & 10. volum. 1.* Et hanc opinionem aſſeuerat Paul. de Caſtro *conſ. 474. num. 1. vol. 1.* totum mundum ſeruare; & eandem opinionem dicit communiter practicari Caccialupus *in tract. de debitore ſuſpecto & fugitiuo, in 6. q. num. 18.* Cōis opin. Et ita per prædictam communem practicam ego ſæpe iudicaui, cum eſſem iudex criminalis in Ciuitate Terami *anno Domini 1561. & 1562.* vide And. Gail. *lib. 2. obſeruat. 44.* Et pro opinione noſtra Marſil. *ſing. 282. Creditor volens.* qui allegat Paul. Caſtr. *in l. iuſto, in princip. ff. de vſucap.*

In contrariam vero partem, videlicet quod debitor vti ſuſpectus de fuga non poſſit carcerari, niſi fuerit prius legitima ſuſpicionis cauſa allegata & probata per duos teſtes, inclinauit Bald. *conſil. 285. num. 3. & 4. vol. 1. in l. apertiſſimi, nu. 9. C. de iud.* Ang. Aret. *in prin. Inſtitut. de actionibus, num. 8.* Ang titubanter *in l. ſi ab arbitro. §. qui ex cauſa, num. 9. ff. qui ſatiſdar. cogan.* Alex. *in d. l. 2. num. 22.* Iaſ. *in princ. Inſtitut. de action. nu. 91. & in d. l. ſi arbitro.* & Pariſ. *conſil. 101. num. 5. vol. 3.* & iſtam opinionem eſſe ait communem Ripa *in ſuis ſingular. reſponſis, in titul. de legibus, & longa conſuetudine, c. 13. num. 28.* Cōis opin. & Thomas Parpalia *in repetition. d. l. 2. col. 21.* & ſequitur declaratque abunde Lanfran. *in c. quoniam contra, in c. 3. de recuſationibus, nu. 9.* & ibi Celſus eleganter *in addition. de probation.* & Grammat. *conſ. ciuili 17. nu. 12. cum aliis ſeqq.*

Quicquid tamen ſuadeant præcitati Illuſtres Doctor. propterea non diſcedo à prima ſententia, quæ quotidie obſeruatur in omnibus Italiæ Curiis, & probatur iſta optima ratione, quia hoc caſu periculum vertitur in mora, & res eſt talis, quæ celeritatem deſiderat, & vbicunque periculum eſt in mora ad probationem ſuſpicionis iuramentum ſufficit, vt eſt Gloſſ. & ibi Innoc. *in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. & in l. 2. vbi Doct. C. vbi in rem actio.*

Bene verum eſt, quod dictas opiniones ad optimam concordiam & conſonantiam fœdere diſtinctionis reducit Ripa *in d. l. 2. nu. 56. cum aliis ſeqq.* Et ſic iudex ex prædictis ſecure, oſtenſo prius inſtrumento

debiti per creditorem, ac præſtito iuramento de ſuſpicione & fuga, poteſt concedere ac impartiri licentiam capiendi & carcerandi dictum debitorem. Quæ
2 quidem † licentia capiendi etiam die feriata introducta in honorem Dei poteſt concedi, ſaltem ad hunc effectum, vt debitor præſtet ſuo creditori cautionem de iudicio ſiſti, ſecundum Gloſſ. ſingularem,
Cōis opin. & communiter ab omnibus Scribentibus approbatam *in l. dies feſtos, C. de feriis, in ver. fideiuſſionis.* quam Gloſſ. cum materia late explicant Doct. *in l. 2. ff. de feriis.* Iaſ. & Moder. *in d. l. 2.* & Doct. *in §. 1. Inſtit. de action.*
3 Sed ſi (nota congruenter hic) debitor † eſſet fugitiuus, & arriperet fugam, licitum eſſet ſuo creditori ipſum capere propria authoritate, & ipſum captum ad iudicem ducere, ſecundum Specul. *in titul. de accuſat. verſ. idem forte in debitore. argument. l. ait prætor, §. ſi debitorem de his, quæ in fraudem cred.* Ex idem etiam probatur ex not. per Bal. *in c. 1. §. 1. de pace iuram. firman.* Iaſ. *in l. 1. num. 71. de offic. eius.* Marſil. *in ſing. 43. & 243.* & Pariſ. *conſ. 107. num. 52. & conſ. 99. nu. 3. vol. 3.* & Ruinum *conſ. 18. nu. 24. vol. 5.*
4 Et † creditor non ſolum poſſet capere ſuum debitorem propria authoritate in actu fugæ, ſed etiam illum, qui eſſet in fuga mentali, & contra eum extarent aliqua euidentia ſigna vt fugere vellet, ſecundum Angel. *in l. pignoris cauſa, C. de pig. action.* Marſil. *in d. ſingul. 43.* & Caccialupum *in d. tract. de debitore fugitiuo, in 4. q. col. penul.* vbi hoc late probat ex mente
5 Doct. & declarat. Imo † tum etiam eſt licitum laico capere clericum debitorem ſuſpectum de fuga ſine periculo aliquo excommunicationis, dummodo præſentet illum iudici eccleſiaſtico, Abb. *in c. cum non ab homine, col. 4.* & ibi Bal. *col. 3. de iud.* & notat Iaſ. *in d. l. 1. num. 71. ff. de offic. eius.* & Marſil. *in d. ſingul. 43.* In materia, vltra adducta hic, vide Scriben. *in l. vnam, ff. ſi cert. petat.* Gerat. *ſing. 100* Amanel. *ſing. 244.* Alex. *in l. ſi fideiuſſor, §. ſtatiodatum, nu. 4. ff. qui ſatiſd. coguntur.* Felin. *in c. interfeciſti, nu. 1. in fine, extr. de homicid. volun.* & Scriben. *in l. plerique, ff. de in ius vocan.*
6 Cæterum adde † ad limitationem omnium allegatorum, quod creditor debitorem ſuum de fuga ſuſpectum allegare, & capere non poteſt, ſi tempore cōtractus ſuam inopiam notam habebat, ita Bar. *in l. ſiū à quo, nu. 2. per illum textum, ff. vt in poſſeſſ. legat. & ibi addit. & in l. fin. nu. 2. C. de ſponſal.* & Abb. *in c. propter ſterilitatem, nu. 9. extr. locati.*

OPINIO CLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Debitor recipiens pecuniam nomine mutui, nec ea indigens, an poſſit eam inuito creditori reddere. & nu. 2.*
3 *Commodans an ante actum perfectum commodatum repetere poſſit. n. 4. 5. & 6.*
7 *Finito vſu commodans rem commodatam propria authoritate recipere poteſt. Eiusq. ratio. n. 8.*
9 *Commodatum dici non poteſt niſi ad vſum determinatum detur.*
10 *Re commodata abutens tenetur furti.*
11 *Depoſitum reſtituere denegans ſimiliter tenetur furti.*
12 *Commodato accipiens, vel conducens equum, vel arma ad bellum, non tenetur ad reſtitutionem equo mortuo, vel ablato. & nu. 13.*
14 *Commodatum debet eſſe gratuitum.*
15 *Deſcriptio commodati, eiusq. deriuatio.*

1 DEBITOR † recipiens pecuniam nomine mutui, nec indigens iſta pecunia ſibi mutuata, poteſt eandem inuito creditore reddere; & ſic creditor inuitus cogitur illud idem recipere, ſecundum Cyn.
Cōis opin. & Dd. omnes communiter *in l. 2. ff. ſi cer. pet.* quia ſufficit, quod in eodem genere reſtitutio fiat, & non poteſt eſſe magis in eodem genere, quam ſi idem ſit, alias, & fortaſſe vrgentiores rationes adducit Dec. *in d. l. 2. in 1. lect. n. 8.* corroborando, tuendo, & allegando iſtam communem, licet Bolognet. *ibi nu. 2.* teneat nu- diter contrarium, & Tobias Nonius etiam *Inſt. quibus modis re contrahitur oblig. in prin. nu. 33.* Quam quidem communem opinionem declarant præcitati Doct. non procedere, quando res eſſet deteriorata; nam ſi eſſet deteriorata, non poſſet reddi, tunc enim non diceretur eſſe eadem res, *l. 3. §. ſi reddita, ff. commod.*
Sed aduerte, † quod contrarium determinatur in creditore mutuante alicui cum hoc pacto expreſſo, vt ſolutio fieret ad omnem requiſitionem ipſius mutuantis; quia tunc non poſſet ſtatim & in continenti requiſitio fieri dictæ rei mutuatæ, vt firmauit cum aliis relatis per eum Cæſar Vrſillus *in addit. Afflict. in deciſ. 91. ſub n. 8.* 2
Prout ſimiliter † commodans minime poteſt ſtatim commodatum repetere, niſi actus, ad quem commodatum ipſum factum extitit, perfectus appareat, probeturq; itidem perfectum eſſe, vt per Gloſſ. Bal. & Sal. *n. 2. in l. 2. C. commod.* Gl. & alios *in l. ſi panem, ff. de verb. oblig.* Paul. Caſtr. *in l. in commodato, §. ſicut autem, nu. 7. ff. commodati.* & Lud. Suares *in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iud. in 7. limit. ſub n. 2. fol. par. 614.* 3
Verum enimuero iſthæc communis traditio limitatur non procedere, quando ſcholaris commodaret, vel pignoraret pro eius ſocio, & tunc facile poſſet tunc præſumptio ex qualitate commodantis longioris quippe temporis, dum ſcholaris ipſe forenſis eſſet, & in receſſu accinctus, hoc enim caſu non tenetur diu expectare, ſed potius ſtatim rem repetere, ſecundum Bal. *in l. pen. in fin. C. commodati.* ne alioquin opus ſit, aut differre diſceſſum, aut rem amittere, quorum vtrunque foret iniquum, *arg. l. quæſitum, ff. de pignorib.* ita vt † vbicunque res reperitur accommodata ad certum vſum, in dubio præſumitur accommodata vſque ad illum completum, niſi aliter actum ſit in contractu, *l. 2. C. commodat.* Bal. *in l. pen. nu. 3. eod. tit.* & Abb. *in c. 1. nu. 9. de commodato.* vbi aſſignat commodam quippe rationem, quod commodatum ſi fiat ad certum & ſpecialem vſum, habet in ſe tacite tempus annexum. quia commodatum eſt alicuius rei ad aliquem vſum gratuito facta conceſſio, vt per Gloſſ. *eo in loco,* vbi etiam Io. And. ſupplet ad certum tempus, & idem Cyn. *in d. l. 2.* & Bar. *in d. §. ſicut autem.* vnde non immerito rationem prædictam attulit, quod vſus ſpecialis ſemper habet tempus annexum, & ideo non ſine myſterio Gloſſ. ipſa nullam fecit de tempore mentionem. Et ſic † conceſſio ſimplex talis eſſe cenſetur, qualis præceſſit determinata rogatio, & conſequenter ſi peto ab aliquo, vt accommodet mihi librum ad certum vſum, & ſimpliciter tradatur, tunc intelligitur in commodatum, ita Gl. & Sal. *n. 4. in l. 2. C. de commodato.* Quando vero † commodatum apparet factum ad certum vſum, non limitatum tempore, tacite, vel expreſſe, poteſt reuocari quandocunq; *l. Lucius, ff. de donat.* Alber. *in l. in commodato, n. 4. ff. depoſiti.* ſecus vero ſi vſus limitatus foret, *d. l. in commodato, §. ſicut.* & ibi Cyn. Bar. & alii, taliter quod ante vſum completum commodatum ipſum hoc caſu reuocari non poteſt, per not. *in c. 1. de commodato.* & per Specul. *in tit. de actio. verſ. item excipitur.* Nec tunc ante vſum completum agi poſſet actione commodati, vt per Gl. & Bar. *in d. §. ſicut, in ver. commodauit.* In tantum † quod licet, & licitum eſt commodanti eo caſu propria authoritate accipere rē commodatā finito vſu, ad quē extitit commodata, vt voluit Innoc. 4
5
6
7

in c.

in c. propter ſterilitatem, de locat. [illegible] commodatam rem commodator ipſe poteſt inuadere ſine periculo, vt per Gloſſ. etiam *in l. ſi quis in tantam, in ver. earundem rerum, verſ. tertio ſi inuado, C. vnde vi.* & ibi etiam Bal. *ſub nu. 25. verſ. tertio ad euidentiam.* vbi ſimiliter aſſignat viuaces rationes, & concedit pariter, vt commodans poſſit accipere equum commodatum, tam finito vſu, quam etiam non finito. imo ampliat hoc procedere quoque in locatore domus, vt pendente tempore conductionis valeat expellere conductorem, & non teneatur.

8 Et nihil mirum, quia † commodatarius rem commodatam tenetur ducere, portareque ad domum commodatoris, etiam diuerſi fori, ne damnum, incommodumque ſumptum commodator ex ſuo beneficio incurrat, vt probat Salyc. *in l. acceptam, nu. 8. C. de vſuris.* nec tunc vllo quidem modo refricare quæſtionem poteſt dominii, vt per Gloſſ. & Salyc. *ſub nu. 2. in fine, C. de commodato.*

9 Vnde † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, animaduertendum eſt, quod commodatum dici non poteſt, niſi vſum determinatum habeat cum tempore expreſſo, vel tacito, alias non eſt commodatum. & exemplum de expreſſo commodato ponit conuenienter Salyc. *nu. 2.* & Bal. *nu. 1. in l. 2. C. commodati.* videlicet, quando commodatur alicui ancilla ad texendum vſque ad ſex menſes, vt tunc iſtud re ipſa dicatur, dicique poſſit tempus expreſſum, alterum vero exemplum de commodato tacito affirmat ſimiliter eo in loco idem met Bal. vt illud dicatur, quando commodo ancillam alicui ad texendum vnam telam lanæ, tunc enim textura iſta habet naturaliter ſuum tempus, *l. continuus, § cum quis, ff. de ver. oblig.* cum omnia tempus habeant, *Eccleſ.* vel ſi commodetur equus occaſione ad vineam eundi, tunc vtique ſecundum loci ſpatium ineſt tempus eundi, & redeundi, *l. ſi teſtium, §. fin. ff. de fideicom.*

10 Secundo † aduerte etiam, quod commodatarius teneatur furti, ſi vtatur re conducta ad alium vſum, quam ea conceſſa ſit, vt eſt textus ſerenus *in l. ſi vt certo loco, §. idem denique ait, ff. commodati, ibi, in fine.* imo ait etiam furti, quando aliter re conducta eſt vſus, quemadmodum equo, inquit, vel veſtimento aliter quam commodatum eſt, vtitur, furti tenetur, prout notat ibi Gloſſ. *in ver. furti:* & Alberic. *nu. 8.* & eſt textus etiam *in §. furtum, el 2. Inſtit. de obligationib. quæ ex delicto naſcuntur, ibi,* qui rem vtendam accepit, in alium vſum eam transfert, quam cuius gratia ei data eſt, furtum committit. veluti ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi, longius aliquo duxerit. & ita iudicatum extitiſſe refert Valerius Maximus *lib. 8. cap. de iudiciis,* in eo, cui equi vſus eſt commodatus vſque ad Ariciam, & vlteriore eius municipii cliuo vectus eſſet.

11 Prout † depoſitarius vtens depoſito contra domini voluntatem, vel denegans illud reſtituere, committit ſimiliter furtum, *l. qui furtum, C. de condict. furt.* & ibi Paul. Caſtren. *n. 2. & c. 1. de depoſito.* & ibi Abb. *nu. 2.* nec non vtens pignore exiſtente penes ſe, committit etiam furtum, *l. qui depoſitum, C. depoſiti.* & eſt textus quoque ſerenus determinans vtrunq; caſum, depoſiti, & pignoris, *in §. furtum, el 2. Inſtit. de obligationib. quæ ex delicto naſcuntur, ibi,* itaque ſiue creditor pignore, ſiue is, apud quem res depoſita eſt, ea re vtatur, furtum committit.

12 Tertio † aduerte etiam, quod commodatarius equi ad bellum, non tenetur ad emendam equi mortui in bello ipſo, niſi ex pacto aliud conueniatur, ita Innocen. *in c. ſicut, el 3. de iureiuran.* & hoc idem locum obtinet [illegible] ad bellum, ſi ibi cap[illegible] locans equum, vel [illegible] ad emendam, ei qui ſic locauit, [illegible] conductor non tenetur [illegible] *quis dominum, ff.* [illegible] *ti.* in tantum quod locator tunc [illegible] eſſe contentus mercede ſua, nec tenetur conductor, [illegible] dolum, & culpam non commiſerit, vt per Innocent. *in d. c. ſicut.* taliter quod accipiens commodatum gratia ſui † tantum tenetur de dolo, & lata culpa, leui, & 13
leuiſſima, quoniam exactam diligentiam qualem in rebus ſuis adhibere debet, *l. in rebus.* & ibi Bar. *ff. commodati.* imo non ſufficit qualem adhiberet in rebus ſuis, ſi tamen alius diligentior cuſtodire potuit, *l. 1. §. is quoque, ff. de actionib. & obligationib. & §. item is.* & ibi Ozerius *ſub nu. 8. verſ. leuiſſima autem culpa, Inſtit. quib. modis re contrahitur obligatio.* vbi eodem met nu. explicat magiſtraliter & affluentiſſime quid ſit dolus, quid lata culpa, & quid leuis, & quid leuiſſima, & limitat doctiſſime quidem *ibi,* in fine, in minore, vt is non teneatur de leuiſſima culpa in re commodata.

Quarto † denuntiandum quoque eſt, quod commodatum debeat eſſe gratuitum, & ſolam vtilitatem continere commodatarii, *l. ſi gratuitum, §. ſi cum vnum, ff. de praeſcrip. l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commodati, §. item is qui, in fin. Inſtit. quib. mod. re contrahitur oblig. & arg. l. 1. ff. de precar.* & licet qui gratis commodat non videatur lucrari, tamen ſatis lucratur qui ſuam voluntatem adimplet, *l. pen.* & ibi Gloſſ. & Doct. *ff. de condict. ob cauſam.* imo ſpecies lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio debitorem ſibi acquirere, vt ait Iuriſconſultus in terminis *in l. in pignore, § 1. ff. de furt.* ita vt commodatum † ſit alicuius rei ad aliquem 15
ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, & non translatio, quia is qui commodat dominium retinet, & poſſeſſionem, *l. res commodata, ff. commodati.* prout in actu quidem practico explicat Bal. *in l. ſi quis in tantam, ſub nu. 25. verſ. tertio ad euidentiam, C. vnde vi.* dicitur autem commodatum quaſi vtentis commodo datum, & dicitur contractus nominatus, ſed pactum de commodando non, vt per Bar. *in l. iuris gentium, col. 1. ff. de pactis.* ideo in diffinitione ipſa commodati additur gratuito, quia ſi interueniat merces, tranſit in locationem, ſeu in contractum innominatum, *do vt des, facio vt facias, §. fin. Inſtit. commodati. & gloſſ. in c. 1. de commodato.* prout commodatum minime dicitur, ſi dicatur, commodo tibi domum ad habitandum quandiu volueris, verum precarium, & poteſt ſtatim reuocari, ita Bal. *in l. 1. C. commodati.*

OPINIO CLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Debitor quantitatis ob difficultatem ſoluendi, non excuſatur à mora.*

2 *A Bartoli opinione non eſt tutum recedere.*

3 *Aſſeſſores non recedunt à ſententia Bartoli.*

4 *Iudex iudicans contra communem opinionem, cenſetur ex imperitia iudicaſſe.*

DEBITOREM † quantitatis difficultas ſoluendi non excuſat à mora, ſecundum Bar. *in l. continuus, §. illud, num. 5. & ſeq. per illum tex. ff. de verb. obligat. & in l. quod te, num. 14. ff. ſi cer. petat.* quem ibidem ſequuntur Alex. *num. 9.* Zaſius *nu. 38.* Curt. iun. *num. 37.* Iaco. *num. 3.* Ant. de Butr. & Abb. *in c. breui, num. 4. de iureiur.* quam quidem opinionem Bar. audacter atteſtati ſunt eſſe communem, Ruinus *conſ. 150. num. 3. vol. 1.* Dec. *column. 5.* Iaſ. *num. 32.* Bartholom. Socin. *numer. 32.* Purpurat. *numer. 63.* & Ripa *numer. 52. in præallegata l. quod te.* 1

Com. opin.

In contrariam vero ſententiam ruditer, iudicio

 meo,

... ſecuti fuerunt Salyc. Cuman. Rom. ... Decius ... in tract. de ... in l. quod te. & Hieronymus tamen præfati Do- ... penſionibus, q.75. num.3. Cæterum ... cadant contra dictam com- ... ctoſ præcipitanter ... ea non recedo. Quia † non eſt tu-
2 tum, ob ... recedere ab opinione Bar. ſecundum Paulum
3 ... conſ.353. viſis omnibus inſtrumentis. Immo † Imol. in ... electa, de appellat. dicit, aſſeſſores nolle à ſententia Bar. recedere. Et eo magis non eſſet recedendum à prædicta opinione, quia conſtat eſſe magis communem, vt refert Ruinus in d. conſil. 150.

Et iudex, † qui contra communem iudicat, cenſetur propter imperitiam iudicaſſe, vt dicit Alex. in l. cum prolatis. & ibi Ang. ff. de re iud. Iaſ. in l. fin. col. pen. ff. qui ſatisdar. cogan. & Curt. ſen. conſ. 49. col. 30. & conſ. 46. nu. 13. Ideoque dictam communem tanquam veriſſimam mihi ſequendam fore conſtitui. Quam communem ita retentam limitat, ac declarat Ruinus in memorato conſil. 150. nu. 9. in quatuor caſibus non procedere, & in quatuordecim aliis caſibus eam declarat Purpuratus in d. l. quod te, nu. 64.

OPINIO CLXXX.

SVMMARIA.

1 *Debitor non poteſt cedere bonis, cum creditor renunciat facultati illum carcerandi.*

2 *Ceſſiones bonorum conceſſæ in Regno debitoribus, non admittuntur, ſi debita contracta ſint intra annum.*

3 *Ceſſiones bonorum per inquilinos, colonos, ſeu cenſuarios, & alios debitores Neapolitanorum non admittuntur contra Neapolitanos.*

1 DEBITOR † non poteſt cedere bonis, quando creditor renunciat iuri illum carcerari faciendi, ſecundum doctrinam Bald. *in l. 1. num. 17. C. qui bonis ceder. poſſ.* communiter receptam, ac approbatam à Scriben. *ibi*, quam ſequuntur etiam Ioan. Faber, & Iaſ. *in § fin. num. 17. Inſtitut. de action.* & de iſta communi opinione atteſtantur omnes Doctores *in præcitatis locis*. Et ratio huiuſcemodi communis ſententiæ aſſignatur iſthæc per Bal. *in d. l. 1.* quia ratio carceris ceſſat, qua ceſſante beneficium bonis cedendi ceſſa- Cõis opin.
2 re debet. Item † ceſſiones bonorum conceſſæ in Regno etiam cum regia decretatione, non admittuntur, ſi debita contracta appareant intra annum, vt diſponitur *in pragmatica 1. Regni de ceſſione bonorum, titulo incipiente. Per quanto ſiamo informati, che molte perſone.*

3 Similiterque † ceſſiones, & moratoriæ tam impetratæ, quam impetrandæ per inquilinos, colonos, ſeu cenſuarios, & alios debitores Neapolitanorum in Sacro Regio Collaterali Conſilio Neap. non admittuntur aliquo modo contra Neapolitanos ipſos, vt *in pragmatica 1. de Ceſſione bonorum, exordiente, Regente gli Magnifici Eletti di queſta Città di Napoli.*

OPINIO CLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Debitor redditur indignus ceſſionis bonorum beneficio, indicans partem bonorum, & partem occupans.*

2 *Debitor conuictus, quod partem bonorum ſuorum non indicauerit dolo, & malignitate, repellendus eſt à beneficio ceſſionis bonorum.*

3 *Debitor volens cedere bonis in Regno, debet omnia bona ſua & iura indicare; nec vnicum nummum ſibi reſeruare. n. ſeq.*

5 *Debitor ex errore, ſeu bona fide non indicans bona omnia ſua creditoribus, excuſatur.*

DEBITOR † ceſſionis bonorum beneficio redditur indignus, indicans partem bonorum, & partem occupans, ſecundum Gloſſ. & Bart. *in l. pen. ff. de ceſſion. bonorum.* Bald. & alios Doct. communiter *in l. 1. eod. titul.* & Ang. Iaſ. & Zaſ. *num. 5. in § fin. Inſtitut. de action.* Vnde † ſi iſte debitor fuerit conuictus, quod partem bonorum non indicaſſet ex malignitate, & dolo, tunc, vt ſuperius deduximus, eſt repellendus omnimodo ab huiuſmodi beneficio ceſſionis bonorum, tex. eſt *in l. fin. ff. de his, quæ in fraud. cred.* ſecundum lecturam Bart. communiter approbatam *ibi*; & idem tenet Bart. & alii Doct. *in l. alia, § eleganter, ff. ſolut. matrim.* & Bal. *in l. 1. C. de ceſſion. bonor.* quos Doct. referunt, & ſequuntur Alex. & Paul. de Caſtr. *in d. § eleganter.* 1 Cõis opin. 2 Cõis opin.

Et hoc † reperitur ſancitum de iure Regni, *in pragmatica, incip. Don Petrus de Tolleto Marchio Villæ Franchæ.* vbi habetur, quod volens cedere bonis, debet omnia bona ſua, & iura indicare, & in actis inſinuare creditoribus inſtantibus, & debitam quantitatem ipſorum iurium, & bonorum profiteri, vbi Ioannes Franciſcus Scaglionus apoſtillans dictam pragmaticam, *nu. 2. & 4.* declarans hanc materiam. Et † in tantum hoc procedit, quod ſi cedens bonis reſeruaſſet ſibi vnum denarium, ceſſio ipſa non valeret, prout ſcribit Bald. *in l. final. colum. 2. verſ. quæro quid ſi cedens bonis, C. qui bon. ceder. poſſunt.* 3 4

Sed † vbicunque debitor errore, ſeu bona fide non indicaſſet bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ non fuit demonſtrata, non perdit beneficium ob hoc ceſſionis bonorum, ſecundum Bald. *in l. fin. § cum igitur, col. 3. C. de iure deliberand.* 5

OPINIO CLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Debitor deficiens in ſolutione, certo tempore, & loco promiſſa, poteſt vbique conueniri, etiamſi alibi non ſortiatur forum.*

2 *Clauſula, quod debitor poſſit conueniri vbique locorum, quid operetur.*

DEBITOR † promittens, ac ſe obligans ſoluturum ſuo creditori centum Aquilæ, certo die, differensque tempore debito, in dicto loco ſolutionem, poſſet vtique conueniri non ſolum Aquilæ, verum etiam in quocunque loco, etiamſi ibi forum non ſortiatur, ſecundum Bal. Salyc. Paul. Caſtren. *in l. 1. ff. de eo quod cer. loco* poſt antiquos *ibi*, & alios quamplures congeſtos per Iaſ. *in § plus autem, nu. 27. & ſeq. Inſtitut. de action.* vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. 1 Cõis opin.

Sed nota, quod † vbicunque debitor obligaſſet ſe cum hoc pacto, ſeu clauſula, vt poſſet conueniri Aquilæ, & vbique locorum, tunc iſthæc clauſula nihil operaretur; nam prædicto pacto non obſtante, poſſet debitor conuentus declinare forum Aquilæ, niſi promiſiſſet, ac ſe obligaſſet iſte debitor ſoluere, & vbique locorum vbi fuiſſet petitum, ſecundum Doct. *in l. 3. § ſi quis ita, il. 1. ff. de eo quod cert. loco, in d. l. 1. eod. tit. in c. 1. ext. de iud.* Bar. & alios *in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis.* vbi Alex. *nu. 6.* ait hanc eſſe communem opinionem, & Antonius Galleſius *in tract. Cameralis obligationis, in 2. par. q. 3. nu. 1.* 2 Cõis opin.

OPINIO CLXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Debitor non poteſt ex pacto ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit.*

2 *Pactum, per quod renunciatur beneficio ceſſionis bonorum, non valet, etiamſi iuramento confirmatum ſit. n. 3.*

4 *Pactum, quo debitor ſe obligat ad carceres, etiam iuramento firmatum, non valet.*

1 DEBITOR † non poteſt per pactum ſe obligare ad carceres, ſi in termino non ſoluerit; & ſic non poteſt conſentire aliquo modo, vt poſſit compelli, capi, & carcerari propria creditoris authoritate, ſecundum Dyn. Bartol. Imol. Ang. Roman. Alex. & omnes magis communiter *in l. alia, §. eleganter, ff. ſolut. matrimon.* & Angel. & Moder. *col. 1. ff. de leg. 1.* per illum text. & alios relatos per Ant. Galleſium *in tract. cameralis obligationis, in 2. par. q. 4. nu. 2.* *Cōis opin.*

2 Nec † valet pactum, quod debitor non cedat bonis, ſecundum Iacob. de Arena, & Bald. *in l. 1. col. 9. C. qui bonis ceder. poſſ.* & alios Doct. congeſtos per Cottam *in ſuis memorabilibus, in memor. in verſ. Solui, poſt medium.* vbi refert etiam Doctor. contrarium aſſeuerantes, & Franciſcus Becclus etiam *conſ. 10 non parua eſt contentio, nu. 1. vel. 2.* vbi *num. 4. cum aliis ſeqq.* conſuluit, & inſimul ex magno catalogo Doctorum demonſtrauit magis communem opinionem eſſe, *Cōis opin.*
3 quod pactum, † etiam iuramento firmatum, per quod renuntiaretur beneficio ceſſionis bonorum, non valeret, neque teneret.

4 Quæ † quidem concluſio procedit, ac ampliatur etiam, ſi huiuſmodi pactum, ſeu obligatio ad carceres eſſet iuramento firmata, vel firmatum, vt per Bal. *in Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vend.* Alex. *in d. §. eleganter.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Alciat. *in c. cum contingat, nu. 69 de iureiur.* *Cōis opin.*

OPINIO CLXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Debitor ſpeciei, per interitum rei ante moram, liberatur ab actione præſcriptis verbis, ſeu de dolo; non autem à condictione ob cauſam. n. 2.*

1 DEBITOR † ſpeciei, per interitum rei ante moram, liberatur ab actione præſcriptis verbis, ſeu de dolo *l. quod te, ff. ſi certum petat.* vbi Iaſ. *numer. 12.* & Ripa *numer. 4. cum multis aliis ſequentibus.* Cyn. Bart. Bald. & cæteri *in l. incendium, C. ſi certum petat.* Ang. & Io. de Imol. *in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verborum obligat.* & Sigiſmundus Loffredus *conſ. 2. nu. 7. & 46.* vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & etiam Cagnolus cum aliis citatis per eum *in d. l. quod te, num 97.* quia caſus fortuitus non eſt aſcribendus culpæ debitoris, vt *in l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſocio.* Sed iſte *Cōis opin.*
2 debitor † non liberaretur ob hoc à condictione ob cauſam, ſecundum communem opinionem omnium Doct. *in prædictis locis,* quam ſequitur, & atteſtatur Iaſ. *in l. final. num. 12. C. de contrahen. emption.* & Ferrandus *in repet. l. pacta conuenta, nu. 80. in 3. lectur. ff. eod. titul.* *Cōis opin.*

Verum vt facilius intelligatur iſta communis, prçcitati Doct. tradunt hoc exemplum, videlicet, Do ſcyphum, vt des Stichum, ſed Stichus ante moram periit, profecto non agam præſcriptis verbis in te, vt des Stichum; quoniam eum non præſtare potes. nec ſimiliter agam ad id, quod intereſt mea, nam cum non fueris moroſus, non eſt ſubrogata obligatio ad intereſſe, nihilominus agam ad repetendum ſcyphum; ſiquidem datur, conceditur que mihi ex capite pœnitentiæ condictio ob cauſam, & iſtam communem latius declarat Bolognettus *in d. l. quod te, nu. 55. & ſeq.* & ſequitur, ac citat etiam Loffredus *in d. conſ. 2. nu. 46.*

OPINIO CLXXXV.

SVMMARIA.

1 *Debitor promittens cum iuramento ſoluere decem intra menſem ſub excommunicationis cenſura, & pœna, ſi tempus ei à creditore prorogatum ſit, an dicatur periurus. Et quid ſi prorogato tempore effluxo non ſoluerit. n. 2.*

1 DEBITOR † promittens cum iuramento ſoluere decem, intra menſem, ſub excommunicationis cenſura & pœna, non dicitur periurus, nec excommunicatus, ſi ſatisfecerit poſt alium menſem ſequentem; & ſic infra tempus ſibi à creditore prorogatum; quia idem terminus cenſetur cum primo, & vere ac proprie iuramentum videtur adimpleri intra tempus prorogatum, vt voluerunt Hoſtien. *in c. præterea, de appellat.* & Card. *in clem. 1. § nos itaque. de iureiur.* & Doct. omnes *in c. de cauſis, de offic. deleg.* & præſertim Auguſt. Berous *ibi, num. 51.* qui exprimit hoc dictum veriſſimum fore, communiter atteſtari approbatur Dec. *num. 45. cum aliis ſeqq. & in d. c. præterea, num. 7.* *Cōis opin.*

2 Sed tranſacto † termino præmiſſo prorogato, & debitor non ſolueret dicta decem, abſque dubio excommunicationem incurreret; quoniam prorogatio cum qualitatibus, conditionibus, conuentionibuſve omnibus primi termini facienda venit; ſecundum Gloſſ. & Dominicum *in c. In qua, de præben. in 6.* Bal. *in l. parabolani, C. de epiſcop. & cleric.* Ioan. de Imol. *conſ. 11.* & Beroum *in d. c. de cauſis, nu. 51. & ſeq.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

OPINIO CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Debitor habens bona non carcerandus.*

1 DEBITOR † habens bona, quæ publica ſubhaſtatione vendi poſſunt, in carceres poni non poteſt, *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & c. peruenit, de fideiuſſ.*

Hoc vero ceſſat, vbicunque debitor non haberet bona, ex quibus æs alienum ſolui poſſet, tunc capi poteſt, & carcerari, ſecundum Gloſſ. nota. *in l. 3. §. tutores, ff. de ſuſpect. tutor.* quam ſequuntur aſſeuerantque ſingularem Abb. *col. 5.* & Felin. *num. 10. in c. quoad conſultationem, de re iud.* Barba. *in c. 1. colum. 4. de depoſit.* Bald. *in l. ſi fine. ff. de in ius vocand. & in l. 1. colum. fin. Cod. de iur. & fact. ignor.* Paul. Caſtren. *in l. 4. §. prætor ait, ff. de re iud.* Alex. & Iaſ. *in d. § in venditione.* & iſta eſt communis opinio, ſecundum Aret. *in l. maritum, §. eleganter, num. 7 ff. ſolut. matrimon.* Alex. *in d. §. in venditione.* & Ripam *in l. obligatione generali, numer. 20. ff. de pignorib.* Iaſ. *in pr. in Inſtitut. de actionib. num. 90.* & Boer. *deciſ. 349. num. 7.* *Cōis opin.*

OPINIO CLXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Debitor moram committens tenetur omnino ad reſtitutionem, atque æſtimationem, re perempta penes ipſum.*

2 *Debitor moroſus dicitur ob multas, varias, & diuerſas cauſas.*

1 DEBITOR † moroſus tenetur omnino ad reſtitutionem, atque æſtimationem, re perempta penes ipſum eodem modo, quo & apud dominum, ac creditorem foret peritura; & ſic tenetur indiſtincta de interitu rei debitæ, nulla facta diſtinctione, an eodem modo apud creditorem ipſum peritura eſſet, ſecundum Gl. Bar. *n. 10.* Bal. Ang. Sal. *col. 11 & ſeq.* Roman. & Paul. de Caſt. *in l. quod te mihi, ff. ſi cer. pet.* Gl. & omnes *in l. ſi ex legati cauſa, in ver. homo, ff. de verb. oblig.* vbi Alex. explicat iſtam eſſe communem opinionem, & *in l. cum res, § fin. poſt medium, ff. de leg. 1.* Iaſ. *n. 27.* & Bolog. *n. 71.* *Cōis opin.*

Digitized by Google

n.91.ſimul cum omnibus aliis Moder. *in d. l. quod te.*

In contrariam vero partem inclinauit Martinus ex antiquioribus, & quidam alii, quos ſequuntur Fulgoſ. *num. 27. & ſeq.* Dec. *nu. 16.* Curt. iun. *num. 33.* Rip. *nu. 28.* & Bolognettus *num. 71. cum aliis ſeqq. in d. l. quod te.* vbi aſſeuerat, & expreſſe præſoppoóit opinio-

Cōis opin. nem iſtam Martini, & ſequacium communiter approbari à Modernis, ac æquiorem, veriorem, tutioremque fore.

Tamen quicquid iſti Moderni ſuadeant longa diſputatione, ac verborum multiplicium reuolutione, ob hoc non foret tutum in actu practico diſcedere à communi præmiſſa Gloſſ. Bart. & cæterorum illuſtrium Doctorum, quam veritate ductus amplector, tanquam iuſtam, & veriſſimam, prout eam ſequitur, & dicit iuſtam eſſe, etiam in foro poli, & animę. Ioannes à Medina *de reſtitutione q. 8.*

2 Et aduerte, † quod moroſus dicatur ob multas, varias, & diuerſas cauſas, vt per præcitatos Doct. & particulariter dicitur in mora, qui ſine iuſta cauſa etiam litigat, *d. l. nemo.* vbi hoc in ſummario ponit Alex.

OPINIO CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor tertius an conueniendus non diſcuſſo principali in obligatione bonorum precariata.*

1 DEBITOR † Titii conſtituens ſe precario nomine ipſius omnia ſua bona poſſidere, ſi poſtea aliquid ex ipſius bonis alienaret, poſſet petere creditor prædictus, adueniente caſu obligationis, huiuſmodi bona alienata ab illo, qui illa emit, nec requireretur, quod fieret excuſſio contra principalem; & ſic alienata per debitorem, qui conſtituerat ſe omnia bona ſua poſſidere, nomine precario creditoris, certum eſt poſſe per creditorem reuocari eueniente caſo obligationis, nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris, ſecundum Bal. & Ang. *in l. fin. C. de acq. poſſ.* Ang. Imol. Roman. & Alex. *in l. exitus controuerſia. ff. de acq. poſſ.* Francom *in diſput. petitoru, dub. 1. nu. 40.* Corn. *conſ. 85. n. 3. vol. 4.* Afflict. *deciſ. 139. n. 7.* Dec. *in l. fin. § fin. nu. 28. ff. ſi cer. pet.* Ruinum *conſ. 130. n. 8. vol. 2. & conſ. 178. n. 4. & ſeq. vol. 4.* Gozad. *conſ. 42 nu. 18* Marſil *ſing. 158.* Cagnolum *in proœm. Digeſt. nu. 211.* Tiraq. *in tract. de iure conſtituti par. 1. nu. 58.* Ripam *in rub. ff. de inter d. n. 14.* Gratum *conſ. 42. n. 15. vol. 2.* Bellonum *conſ. 34. n. 7. conſ. 44. in fin.* Pariſ *conſ. 103. n. 8. vol. 3.* Capycium *deciſ. 34. n. 4.* Grammat. *deciſ. 103. n. 10.* Marantam *in tract. iudic. in 1. par. diſtin. 7. n. 51. fol. parno 55.* Boerium *deciſ. 112. nu. 12. & deciſ. 200. n. 8* & Rolan à Valle *conſ. 79. n. 33. vol. 1.*

In contrariam vero partem, videlicet, quod neceſſaria ſit ipſius debitoris excuſſio, inclinarunt Aretinus tibanter *conſ. 127. n. 3.* & Barbat. *conſ. 28. col. 2. vol. 1.* Sed quicquid Dd. hi ſuadeant variis & diuerſis ambagibus, ob hoc igitur non recedendum reor in iudican-

Cōis opin. do, conſulendoque à prima ſententia, quæ communis eſt, atque veriſſima redditur per fundamenta, rationesque non parui quidem momenti, allegatas per præcitatos Doct. omnes.

OPINIO CLXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Defenſio rerum ſuarum vnicuique permiſſa eſt, & an aggreſſus aggreſſorem pro rerum ſuarum tuitione non ſolum vulnerare, ſed etiam interficere impune poſſit.*

2 *Defenſio permiſſa eſt pro tuitione vitæ & perſonæ in continenti, cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam animalibus irrationalibus. n. 3.*

4 *Defenſio talis an etiam conceſſa ſit pro tuendo honore.*

5 *Aggreſſus aggreſſorem interficere poteſt impune, ſi de vita ſua alias certus eſſe poſſet.*

6 *Occidens aggreſſorem ad neceſſariam honoris ſui defenſionem, non peccat, vt ne. ſimiliter occidens pro defenſione ſuæ pudicitiæ volentem eam rapere, vel carnaliter cognoſcere.*

7 *Defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ an requirat paritatem armorum.*

8 *Prouocatione verbis facta defenſio non facto, ſed verbis facienda eſt.*

9 *Defenſio vt inculpata & licita dicatur, ad vitæ tutelam, non ad vindictam fieri debet.*

10 *Percuſſus ex interuallo, ſedatoque tumultu, inſultum in percutientem faciens, animo vindicandi, non defendendi feciſſe cenſetur.*

11 *Defenſionis modum excedens ſi occidat aggreſſorem ex propoſito, qua pœna afficiendus ſit.*

DEFENSIO † vnicuique permiſſa eſt pro rei ſuæ tuitione, & ſic non ſolum occaſione hac aggreſſor impune vulnerari poteſt, verum etiam interfici, *l. 1. C. vnde vi.* vbi Gloſſ. Bart *nu. 2. & 7.* Bal. & cæteri communiter, Bart. *nu. 6.* Bald. Dec. *nu. 31.* & omnes *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* Bar. *nu. 2* & Marſil. *nu. 3. in l. furem, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* S. Antoninus Archiepiſ. Florent. *in ſua Summa, in 1. parte, titul. 7. c. 8. de homicidio, col. 8. verſ. ſed nunquid furem occidere.* Afflict. *in conſtitution. Neap. lib. 1 rub. 13. nu. 20. & 31.* Ioan. de Amicis *conſ. 77. num. 6.* vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Alex. de Neuo *conſ. 83 per totum.* & Bernard. Diaz. quoque *in regul. 307.* & conſtat pariter communem fore ex congeſtis per Petrum Duennas *in regul. 191. Defenſio licita.* vbi ponit hoc pro regula *cum 4. ampliat.* Sed hæc appareat communis ſententia Legiſtarum. Canoniſtæ vero communiter firmant contrarium, vt per Felin *in c. 2. num. 4. de homic.* negantes fas eſſe hominem occidere pro defenſione rerum. Cōis opin.

Et † defenſio licita eſt quoque pro tuitione vitæ, 2 ac perſonæ, cum vim vi omnes leges repellere permittant cum moderamine inculpatæ tutelæ in continenti, text. eſt *ins ſignificaſti, il ſecondo, ext. de homicid. & in l. ſcientiam, § qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. & in conſtitution. Neapol. pacis cultum.* & not. Abb. *num. 15. conuerſis ſequentib.* & reliqui *in c. olim, el 1. de reſtitution. ſpol.* Afflict. *in conſtitution pacis cultum, lib. 1. rubric. 8. ſub nu mer. 50.* Ang *in tract. maleſic. in ver. Tutus ſe defendendo, num. 7* & Petrus Duennas *in regul. 192. Defenſio cuilibet,* vbi hoc pro regula ponit *cum 6. ampliat. & 4. limitationibus.*

Imo † iure naturali defenſio etiam animalibus irrationalibus permiſſa cenſetur, text. eſt *in l. 1. § cum arietes.* vbi Bar. & cæteri. *ff. ſi quadrup. pauper fec iſ. dicat.* 3

Similiterque † cuique permiſſa eſt defenſio pro 4 tuendo honorem ſuom; nam licet aggreſſus potuiſſet fugere, euitareque vulneris illationem, tamen fugam arripere non tenebatur, ſed potius vulnerare, vel occidere, cum aliquem eſſe fugitum iniuria ſit, & ſic hoc caſu poteſt quis impune offendere aggreſſorem ratione iniuriæ prædictæ, vt voluerunt Bartol. Angel. & Salyc. *in d. l. 1. C. vnde vi.* Anchar. & Card. Floren. *in Clem. 1. de homic.* Bal. *in d. l. vt vim.* Ioan. de Amicis *in d. conſil. 77. nu. 5.* vbi ſupponit iſtam eſſe communem ſententiam, & Alex. de Neuo *conſ. 77 nu. 7. poſito inter conſil. crimin. diuerſorum collecta per Ioan. Baptiſt. Zilettum vol. 1.* Cōis opin.

Et † hinc eſt, quod aggreſſus aggreſſorem ſuum 5 percutere interficereve poteſt impune, ſi de vitæ ſuæ tuitione certus non foret, ſecundum Gloſſ. & Bald.

inc. ſi perfodiens. ext. de homi Gloſſ. Bart. Bald. & Saly. *in d.l.1.C.vnde vi.* & Bald. *in l.2. per text. ibi, C.ad legem Corn. de ſicar.*

6 Et quatenus † ſuperius docuimus licitam eſſe defenſionem vnicuiq; pro tutela proprii honoris, amplia vtiliter habere etiam locum, vt ſi quis occideret aggreſſorem ſuum ad neceſſariam honoris ſui defenſionem, minime peccaret, vt voluit Sanctus Antoninus *in ſua Summa in 2. part.c.6. de ſtupro. in fin.* Vbi loquitur de muliere, quæ pro defenſione ſuæ pudicitiæ, ſi vibraret gladium contra volentem eam rapere, ſeu carnaliter cognoſcere, & caſu, ac ad defenſionem eum occideret, quod non peccaret aliquo modo, & ſequitur Guil. Pepin. *in ſuo opuſculo ſuper Confiteor. in 2. tractat. 3. partis. cap. 6. de manu lepróſa luxuriæ. ſub litera M. la 2. verſicul. Ipſa autem virgo ſtuprata in tali caſu.*

7 Sed primo † defenſio præmiſſa fieri permittitur cum moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, cum paritate armorum, ita in terminis decidunt Gloſſ. Bart. Bald. & omnes communiter *in dict. l.1.C.vnde vi.* Bart. & alii *in dict. l. vt vim.* Marcus Antonius Blancus, *in practica criminu. in 3. & vltima parte defenſionu pro impugnato pro auxilio. nu. 3. circa fin. d. practica.* vbi hoc duobus modis limitat, & Ioan. de Amicis *in d. conſil. 77. nu. 8. & 14.* vbi fatetur iſtam eſſe communem. Nam aggreſſus cum lapide, ſeu baculo, non debet ſe defendere cum enſe, ſeu baliſta; huiuſmodi enim armorum defenſio iure non conceditur, ſecundum præcitatos Dd.

Com. opin.

8 Item prouocatio † verbis iniurioſis, tunc verbis, non facto permiſſa eſt defenſio, vt voluerunt Speculat. *in tit. de accuſation. verſ. quod ſi vocauit te latronem.* Ang & Iaſ. *in d. l. vt vim.* & Marcus Antonius Blanc. *vbi ſupra,* & maximus practicus D. Follerius, *in pract. criminal. in verb, recipiantur defenſiones reorum. ſub numer. 11.*

9 Secundo, vt † defenſio inculpata, licitaq; eſſe dicatur, neceſſe eſt, vt ad vitæ tutelam fiat, non ad vindictam, vt per Gloſſam, & alios *in dict. l.1. C. vnde vi.*

10 Vnde percuſſus ab † inſultante, ſi ex interuallo, ſedatoque tumultu inſultum feciſſet in vulnerantem, cenſeretur abſque dubio animo ſe vindicandi, non autem defendendi percuſſiſſe, ſecundum Gloſſ. Bar. Bald. & alios, *in d. l.1. C. vnde vi.* Ang *in d. verb. & Titius ſe defendendo colum. 3.* & Boer. *deciſio 165 ſub num. 6. cum aliis relatis per eum.* vbi apparet iſtam eſſe communem opinionem, & communem inquit Ioan. de Amicis *in d. conſ. 77. nu. 12.*

Com. opin.

11 Et quamuis † inſultatus excederet modum, metamque defenſionis in rixa, & percuteret, occideretque aggreſſorem ex propoſito, & deliberate, tunc nihilominus non veniret *lege Cornel. de ſicar.* puniendus, ſed alia mitiori pœna, & ſic de exceſſu ipſo, ſecundum Iacob de Aret. *num. 8.* & Bald. *colum. 7. in 9. quæſt. in d. l.1.* Anton. de Butr. *num. 37.* & Abb. *num. 15. in d. c. olim* Angel *in d. verſ. & Titius ſe defendendo. num. 36.* & ibi Auguſtin. *in addition.* Roman. *ſingul. 520. volo commentare.* Felyn. *in dict. c. ſignificaſti. colum. penult.* Alex in d. *conſil. 109. vol. 1.* Aret. *conſil. 80. num. 9.* Cottam *in memorali. in ver. defenſio.* D. Follerium *in dict. practic. crimin. in fragmentis. incip. vnde vi. nu. 58* & Per. Duennas, *in d. regul. 191. num. 5.* & Boer. *in dict. deciſ. 168. ſub num. 7. & ſeq.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Alexand. *conſil. 76. vol. 1.* Corne. *conſ. 194. colum. 1. vol. 3. & conſ. 107. col. 2. vol. 1.* quod quidem cõſilium ibi roboratum apparet ſubſcriptionibus nonnullorum illuſtrium Doctorum, & ſic, ſecundum mentionatos Doct. ſi quis percuſſus eſt à Titio, & ipſe inſequitur Titium vulnerantem, qui arripiebat fugam, ac eum interficit, licet hoc non agat animo ſe defendendi, non poteſt pœna mortis puniri, ſed mitiori.

Com. opin.

OPINIO CXC.

SVMMARIA.

1 *Defendere offenſum, & delicto obuiare, an & quando quis teneatur. & nu. 8.*

2 *Peccatum incurrit non repellens iniuriam à proximo ſi poteſt.*

3 *Defendens inſultatum, ſi inſultorem occidat, an ſic puniendus.*

4 *Mediator interponens ſe inter rixantes bono zelo ad eos dirimendos ſi occidatur ab aliquo rixantium, an is hoc nomine ſit puniendus.*

5 *Vaſallus offenſum vel aggreſſum dominum quatenus defendere teneatur.*

6 *Dominus tenetur vaſallum defendere, ſicut vaſallus dominum.*

7 *Domini an vaſallos aduerſus patrem, fratrem, & filios proprios defendere teneantur.*

1 DEFENDERE offenſum † ſi poteſt, & delicto obuiare nemo tenetur de iure ciuili, ſecundum Gl. *in l. culpa caret ff. de reg. iuris.* quam ſequitur Bart. *in l.1. §. ſed in eo ff. ad Syllania. in l. metum. §. ſed licet. ff. quod met. cauſa. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. colum. 1.* Salycet. *in l. quiſquis §. id quod. ff. ad leg. Iuliam maieſt.* Roman. *conſil. 117.* & ibi Dom. Horatius Mandoſius *in additio. in litera A* Felyn *in cap. quis aliot. de haret. & in cap. 1. colum. 2. de officio delegati.* vbi etiam Dec. *col. 9.* & Barbat. *colum. 8.* Anchar. *in cap. dilecto. de ſenten. excomm. colum. 2. lib. 6.* Aret. *in §. iuris. Inſtit. de iuſtit. & iure.* & Iaſ. *in d. l. vt vim. col. pen.* & ibi etiam Bolognetus *num. 78.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Dec. *in d. l. culpa caret. n. 4.* & Hieron. Cuccalon. *ibi in add. in prin.* & Franc. Conſcius Decanus Senenſ. *in c.1. n. 78. de offic. deleg.* & Bertran. *conſ. 297. viſo, & ponderato conſultationis themate. vol. 8.* vbi conſuluit pro iſta parte. De iure vero canonico tenetur quis, ſi poteſt obuiare delicto, tueriq; offenſum, vt per Gloſſ. *in dict. l. culpa caret.* & per Buer. *deciſ. 83. n. 7.* & ad hoc facit text. *in d. cap. dilecto.* Tamen Andr. Siculus, *in d. cap. 1.* affirmat opinionem dictæ Gloſſ. non eſſe veram, quia etiam de iure canonico nemo tenetur alium iuuare, & hoc in foro contentioſo, ſecus vero in foro conſcientiæ eſſe dicit, & ita iura citata, ſecundum eum intelliguntur, & idem tenet Anto. de Butri. *in cap. quanto. de ſentent. excommunicat.* Abb. *in capit. 1. de reſtitutione ſpoliatorum. colum. final.* Bald. *in l. 1. C. de ſecut. [illegible] colum. 4.* Ioan. de Anan. *in cap. 2. de hæretic.* Salycet. *in dict. §. id quod.* Legiſtæ omnes, *in dict. l. vt vim.* & Canoniſtæ, *in dicto capit. quanto.* & Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentin. *in ſua Summa in 3. parte. titul. 7. cap. 8. de homicidio. colum. 9. verſic. quæritur autem vtrum teneatur quilibet.* videlicet, quod dicta Gloſſ. intelligatur in foro conſcientiæ, & iſta eſt communis opinio, vt conſtat per ſupra allegata, & atteſtatur Conſcius, *in d. cap. 1. num. 84. & ſeq.* vbi etiam Dec. & Iaſ. *in d. l. vt vim. col. penult.* & Bolognetus *ſub num. 78.* & Hieronym. Gratus *conſ. 1. nu. 40. 47. & ſeq. lib. 1.* Licet in mentionatis locis ipſi teneant contrarium, videlicet, quod de iure canonico quis teneatur aliquem iuuare.

Com. opin.

Com. opin.

2 Vnde dicit Ambroſius, † quod qui non repelleret iniuriam à proximo ſi poſſet, tunc tam incurreret peccatum ipſe, quam ille, qui committeret delictum ipſum, ſeu inferret iniuriam, *c. non inferenda. & c. ſequent.*

c. ſequenti, 23. q. 3. & c. vos. q. 3. Et ita firmant Raymu. Guil. & Thom. *2. 2. quæſt. 79.*

Ego vero ſemper hortarer omnes homines, vt obuiare deberent delictis propter periculum animæ, conſcientiæque, quæ cunctis rebus præferenda eſt, quando poſſet tute, & abſque aliquo vitæ diſcrimine, & haberent ſecum arma apta ad obuiandum delictis, & non aliter, ideoq; non abre in huiuſmodi caſu voluit S. Antoninus vbi ſupra, quod tales nō teneantur ſe periculo exponere, & Bolognettus, *in d. l. vt vim. ſub num. 84.*

3 Nam vbicunq; quis † defenderet extraneum, & eum tuendo alium occideret, non veniret puniendus, ita Iaſ. *in d. l. vt vim. nu. 39.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & Philip. *in d. c. 1. col. 3.* Com. opin.

4 Et ob † hoc non ſit tibi in obliuione dictum Ang. *in l. 2. per text. ibi, C. de ſicar.* vbi dicit, quod mediator interponens ſe cum baculo inter rixantes bono zelo ad effectum illos diuidendi, & occideretur ab aliquo ex ipſis certantibus, tunc enim delictum remaneret impunitum, & præſumeretur interfectus ad neceſſariam defenſionem, & ſibi adſcriberetur, & imputaretur, eſto quod vt prudens ipſe debebat præparare, & interponere talibus armis, cautelis, & circumſtantiis, vt eius defenſio aliquo modo non redderetur debilior, & Angel. *vbi ſupra* ſequitur cum aliis allegatis per eum Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. num. 13.* & Gerardus *in ſingul. 9 nu. 2. 8. ſententi.* Cæpoll. *conſ. crim 23.* Marſil. *in l. 1. C. de ſicar. & in l. Diuus. & in l. de minore. vol. 11. ff de quæſt.* & Boer. *deciſ. 23. num. 2. 4. 8. & 10. & deciſ. 337.* Et ita anno 1575. ex his, mediante meo patrocinio, exiuit abſolutus Ioannes Angelus Danielis, de oppido Placentiæ Ciuitatis Aquilæ, à Magnifico D. Capitaneo, ſeu Gubernatore Terræ Carignani, de morte caſu illata per eum cuidam famulo hoſpitis, qui ſe interpoſuerat inter ipſum Ioannem Angelum, & Ioannem Carolum Marini de Caſtro Podii Placentiæ, muliones rixantes inſimul nocturno tempore in ſtabulo hoſpitii & dum altercabantur inter ſe occaſione amotionis cuiuſdam mulorum prædicti Ioannis Angeli de vno loco ad alium doloſe factæ, per antedictum Ioannem Carolum: ipſe Ioannes Angelus detinendo malleolum mucronatum in manibus, intulit cum eo ictum in gutture memorati famuli abſque dolo, atque eum trucidauit, & iugulauit. Et deniq; diſcuſſa cauſa in iure ex eiſdem actis, & inquiſitione formata, fuit ſeruatis ſeruandis abſolutus, & repoſitus in ſuam priſtinam libertatem.

5 Sed iſta † communis ita enucleata, & explicita interpretatur non habere locum in vaſallo, qui profectò tenetur offenſioni domini ſui obuiare, ſecundū Iacob. Leo. *conſ. 117. nu. 18. inſerto inter conſ. feudalia Albertis Bruni.* & ita tenent Dd. *in d. l. vt vim.* præſertimq; Bolognettus, *nu 82.* & Boer. *in d. deciſ. 23. nu. 6.* & Gratus, *in d. conſ. 1. num. 49. & ſeq.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Cæterum hoc intellige cum grano ſalis ſecundum diſpoſitionem *c. 1. quib. mod. feud. amit.* vbi vaſalli debent defendere Dominum ſalua eorum vita, & perſona, quam præponere non debent ſaluti dominorum; quia vaſalli non ſunt ſicut ſerui, vt firmat Gl. *ibi,* quam Afflict. *num. 46.* dicit notandam, & ſignandam. Et hoc idem voluerunt Gloſſ. & omnes Feudiſtæ communiter, *in c. ſi à morte. de alien. feud. paterni.* Aret. *in l. quidam col. 4. ff. de verb. oblig.* & Curt. *in tract. feud. in 4. par. col. 2.* Com. opin.

6 Vnde aduerte, † quod quemadmodum vaſallus tenetur defendere Dominum, ita etiam Dominus verſa vice obnoxius eſt vaſallos ſuos iuuare, & defendere, ſecundum Gloſſ. *in c. 1. §. contra omnes. in verb. fratrem. in tit. hic finitur lex.* vbi Aluarot. in medium refert, iſtam eſſe communem opinionem, cui accedunt Iacobin. de Sancto Georgio, & promiſerunt eidem Domino præſentare, *column. 9.* Dec. *conſil. 469. viſa, col. 1.* Afflict. poſt Bald. *de noua forma fidel col. 6. per text. ibi,* Alexand. *conſil. 15 viſis, col 3. vol. 5.* & Bertach. *in ſuo repert. ſeu Apoſtill. ibi in verb. vaſallus ſeruit. verſic. adde quod vaſallus.* vbi tollit omnia contraria. Com. opin.

Et hinc † aſſeuerat Aluarot. *in d. §. contra omnes.* iſtam determinationem eſſe ſacroſanctiſſimam, & terribiliſſimam aduerſus Dominos, qui iuuare tenentur vaſallos ſuos etiam aduerſus patrem, fratrem & filios: & ſi hoc non facerent, amitterent, ac perderent proprietatem, & proprietas hoc caſu conſolidaretur cum vtili dominio, vbi hoc idem firmat Præpoſ. *col 2.* & faciunt notata per Petr. de Bellapertica, *de feud. c. fin. col. 2.* & per Barbat. *conſil 11. illud. col. penul. volum. 2.* 7

Limitatur quoq; antedicta † communis in nonnullis aliis caſibus traditis per Bart. & alios maximeque per Bologn. *num. 80. cum aliis ſeqq. in d. l. vt vim.* per Anchar. *in d. c. 1.* Dec. *in d. l. culpa caret. n. 5 cum aliis ſeqq.* Boer. *in d. deciſ. 23. ſub num 6.* & Gratum, *in d. conſ. 1. nu. 49. & ſeq.* 8

OPINIO CXCI.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio an arguat nouationem.*

DELEGATIONE facta, † cenſetur facta nouatio, etiam de iure nouiſſimo: dato, quod non ſit expreſſum, & conſequenter, *l fin. C. de nouat.* non procedit in delegatione, ideo delegans campſorem, qui eſt debitor ſuus, concurrentibus duobus requiſitis, primo quod ille, qui delegatur, ſit debitor delegantis, & ſecundo, quod interueniat ſtipulatio inter debitorem delegatum, & eum, cui ſit delegatio per delegationem ipſam, fit vtiq; nouatio, quamuis non ſit expreſſe dictum, ſecundum Gloſſ. *i. l. 3. C. de noua.* Bar. Ang. Imol Caſtrenſ Rapha. & cæteros omnes, *in l. delegare ff. de nouat.* Bald. *in l pecuniam, quam ff ſi cert. petat.* Scribentes omnes communiter, *in l qui vſumfructum. ff. de verb oblig.* Dec. *conſil. 107. ſub nu. 1. & conſil 421. nu. 16.* Caſtren. *col. penul.* Aret. *col. 1.* Iaſ. *n. 37.* Cagnolum *num. 167. cum aliis ſeqq.* Bologn. *nu 93. & ſeq.* cæteroſque Moder. omnes, *in l ſingularia ff. ſi certum petat.* vbi oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem Com. opin. 1

In contrariam vero ſententiam inclinauere complures Dd. prout refert Paul. Caſtren. *in d. l. delegare.* adeo vt ob hoc Ang. ibi faſſus ſit, iſtum paſſum Cæſarea deciſione indigere, & huic vltimæ opinioni videtur inhærere quoq; conſulendo Iacob. Mandell. *conſ. 2. nu 10. & 13.*

Tamen quicquid iſti Dd. ſudent, & in dubium reuocent, noli diſcedere aliter à communi præmiſſa; cum re vera tutiſſima, veriſſimaq; appareat, & contra eam difficile, imo impoſſibile foret obtinere in cauſis decidendis.

OPINIO CXCII.

SVMMARIA.

1 *Depoſitarius an de dolo duntaxat, vel etiam de lata culpa teneatur. nu. 2.*

3 *An & quando de leui, & leuiſſima culpa teneatur. & num. 4. & 5.*

DEPO.

1 DEPOSITARIVS de † dolo duntaxat tenetur, *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. & §. prætetea. inſtitutio. quib. modis re contra. oblig.* Sed aduerte, 2 quia † non ſolum de dolo, verum de lata culpa etiam tenetur, *l. 1. C. depoſi.* & per Gloſſ. *in c. fin. in ver. culpa. ext. depoſi. & in d. §. præterea. in ver. dolo.* & tradit Bald. *conſ. 218. præmittendum eſt. lib. 5.* quoniam dictio illa, *tantum*, non excludit latam culpam, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. fal. modum dixer.*

3 Inferri etiam poteſt, † quod depoſitarius de leui, & leuiſſima culpa nullo pacto teneatur, vt in principio poſuimus, & concluſio hæc procedit, quando depoſitum factum ſit gratia deponentis; quia nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur, ideo ſolus dolus præſtatur, vt dicit text. *in d. §. nunc videndum.* ſecus ergo ſi factum ſit depoſitum contemplatione depoſitarii, tunc de leuiſſima culpa tenetur, *l. ſi quis nec cauſam in princ. ff. ſi cert. petat.* ſecundum communem intellectum, de quo late ſcripſit Dec. *ibi.* Com. opin.

4 Eodem modo ſi † depoſitarius obtulit ſe, de leuiſſima culpa obligatur, ſecundum Gloſſ. *in l. contractus.* vbi Dec. *ff. de regul. iuris. per l. 1. §. ſæpe. ff. depoſit.* quia eius occaſione, qui rogauit, contractus videtur celebrari, *l. ſi gratuita. §. margaritas. ff. de præſcriptis verbis.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Barbatius, *in c. bona fides. num. 3. de depoſit.* Com. opin. Licet ipſe in contrarium ponderet text. *ibi.* in æquiparatione, quam facit de eo, qui ſe obtulit, & de eo, qui pecuniam pro cuſtodia recepit, quem vide *ibi col. 2.* quia firmat, quod quando quis ſe obtulit, videatur contractus celebratus, gratia recipientis tantum. Si ve-
5 ro † depoſitum factum ſit occaſione vtrinſque, depoſitarius de dolo, lata, & leui culpa teneatur, ſecundum diſtinctionem, quæ habetur *in d. §. nunc videndum.* & latius hoc tradit Bart. *in l. quod Nerua. col. antepen.* & Abb. poſt alios, *in c. 1. de depoſ.*

OPINIO CXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Dictio taxatiua an & quando impediat extenſionem ad caſus ſimiles.*

1 DICTIO taxatiua † appoſita in lege, continente caſum fauorabilem, vel pium, impedit extenſionem ad caſus ſimiles, ſecundum Gloſſ. Cyn. Bar. Bald. Salyc. & omnes, *in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi donatio vſque ad 500. aureos, quæ tunc fieri poterat ad certas pias cauſas duntaxat ibi commemoratas, nihilominus in aliam cauſam ſimilem poterat fieri, ſecundum Gloſſ. & omnes, ſequitur Bar. *in l. ſerui. ff. de vſucap.* Roman. *in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur.* Barto. & cæteri Dd. *in l. ſi conſtante. in 9. quæſtio. ff. ſolut. matrimon.* Crotus *num. 59.* & Ripa *num. 86.* atteſtantur eſſe communem opinionem, & tradit Riminaldus *conſil. 109. num. 24.* Com. opin.

OPINIO CXCIV.

SVMMARIA.

1 *Diſtributiones quotidianæ an & quando veniant appellatione fructuum & nu. 2. 3. 7. 8. 9. 10. & 11.*
4 *Penſio reſeruata ſuper fructibus an valeat.*
5 *Fructus non dicitur, quod datur pro ſeruitio.*
6 *Diſtributionum quotidianarũ duo genera recenſentur.*
12 *Canonicus priuilegiatus ad percipiendos fructus in abſentia, non percipit diſtributiones.*
13 *Verba generalia prolata ſuper actu iam conceſſo, intelliguntur ſine reſtrictione.*

1 DISTRIBVTIONES quotidianæ † non veniunt appellatione fructuum, *c. licet.* vbi Canoniſtæ *de praben. in 6.* notat *deciſ. 8. eod. tit. in nouis.* Ioan. And. *in addit. Specul. in rubr. de conceſſ. praben.* Gemin. *in c. conſuetudinem. §. qui vero. de cler. non reſid. in 6.* & Oldrad. *conſil. 118.* & Couarru. *lib. 3. var. reſolut. cap. 13. num. 1.*

2 Idq; ea ratione; quia † ſunt reditus cenſuales & ad corpus præbendæ nihil attinent, cum integri ſint: & ideo in præbendarum valore non computantur, vt late Oldrad. *conſ. 118. ex virtute gratiæ.* Ioan. And. *in rubr. de conceſſio. præbend.* Gig. *conſ. 35. num. 11.* Pariſ. *conſ. 33. num. 4. vol. 4.*

3 Siquidem † fructus dicuntur illi, qui ſunt in appottatis, etiam abſenti, non autem qui præſentibus tantum dantur, ſecundum Oldrad. *in d. conſ. 118. num. 39.* Staphi. *de grat. expect. in 9. ſor. num. 64.* Repet. Rot. *ſuper regula de vero valo. §. 4.*

4 Vnde † penſio reſeruata ſuper fructibus, licet ſuſtineatur ex priuilegiis conceſſis: nihilominus vbicunque in priuilegiis Sanctorum Petri, & Pauli diceretur, quod ſuper fructibus, & redditibus eccleſiaſticorum beneficiorum poſſint retinere penſiones, tunc equidem appellatione fructuum, non venirent diſtributiones quotidianæ, & ita tenuit Rota Rom. quod penſio reſeruata ſuper fructibus non valeat, licet diceret fructibus, iuribus, & obuentibus. Et ita pronunciauit Reuerendus Dom. Caputaquenſ. in fauorem Reuerendi Dom. Attilii Cecii Canonici Lateranenſ. & nobiliſſimi Romani Ciuis, quæ fuit confirmata per tunc Reuerend. Dom. Criſanen. & idem firmauit Rota coram Reuer. Pat. Dom. Grato, *de menſe Martii, 1563.* etiam in fauorem eiuſdem R. Dom. Attilii, & alias idem tenuerat in vna Barchinonen.

5 Nam quod † datur pro ſeruitio, non dicitur fructus, Gemi. *conſ. 143. Titius in princ.* cum ratione operis, & laboris detur. *l. ſi duobus. §. ſi coeundo. ff. pro ſocio.* Rota *deciſio. 134. in nouis. & 776. in antiquis.* & Anchar. *in Clem. 1. de praben.* Barbat. *in c. vltimo. col. pen. de pecu. cler.* Felyn. *in c. ad aures. num. 14. de reſcript.* Prob. *in c. vnico. num. 37. 52. & 57. de cleric. non reſident. lib. 6.* Ripa *lib. 1. reſponſ. cap. 5.* Pariſi. *d. conſ. 33. col. 2.* Staphil. *de lit. grat. fol. 29.* Gom. *in tract. de expecta. num. 104.* & iſta eſt communis opinio. Com. opin.

6 Sed, vt † materia hæc clarius, ac apertius explicetur, ſciendum eſt, quod duo ſint genera diſtributionum quotidianarum, vt per Archid. *in dict. c. vnico. in princ.* & per Ioan. Monach. *in addit. nu. 12.* tenet Berous, *quæſtio. 114. num. 3.* Vnum eſt, quod proprium, & ſtrictum eſt genus diſtributionum, quæ dantur his, qui diuinis horis canonicis ſingulis diebus pro victu interſunt, *d. c. vnico. & c. licet. de præbend. ext.* & ideo percipiens facit illas ſuas, & de illis etiam teſtari poteſt; quia ſibi dantur pro ſeruitio, & ſtipendio perſonali, & labore diuino, *c. 1.* vbi Dom. de Sancto Gemin. *§. qui verò. in princ. de cleric. non reſiden.* Ioan. de Anan. *conſ. 87. circa dubium. in add. num. 5.* late per Gig. *in d. conſ. 35. n. 4. & ſeq.* & Barou. in *conſ. 7. n. 11. & ſeq. vol. 2.* Vbi hoc vtiliter ampliat, & appellantur manualia beneficia; quia videntur ſuccedere loco alimentorũ. Cardin. *c. olim. in princ. verſ. quarto quæ ſunt manualia. de verb. ſignif. ext.* Franc. *in dict. c. vnico. § ſtatuimus. in princ.* Alterum genus diſtributionum eſt, quæ dantur his, qui etiam non interſunt diuinis, dummodo ſint præſentes, *d. cap. olim.* & iſtæ non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, vt per Felyn. *conſil. 18. col. 3. verſ. modo his præmiſſis.* ſed potius reditus canonicales, qui alias appellantur fructus de menſa groſſa, vt per eundem Felyn. *in c. Iacobus. de Simon. ext. co.* quia ponuntur in maſſa groſſa communi, & diuiduntur inter cano-

Digitized by Google

canonicos ſingulo anno, ſeu ſingulo ſemeſtri, quæ proprie non dicuntur diſtributiones, Cald. videndus eſt, *conſil. 21. ſub tit. de præbend.*

7 Et in hoc † ſecundo genere diſtributionum quotidianarum limitatur illud, quod in principio poſitum eſt; quoniam vbicunque præbendæ non ſunt diſtinctæ in Eccleſia, ſed bona veniunt in communi, & poſtea fit diſtributio ſingulariter tantum cuilibet, vtique in hoc caſu, appellatione fructuum veniunt diſtributiones quotidianæ. Dom. *in cap. præſentiu. ext. de offic. ord.* Ioann. Monach. *in d. c. vnico. in addit. verſ. quod licet hic punctus. nu. 60.* idem tenet Ioan. de Anan. *d. conſil. 87. in addit. num. 5* vbi ſubdit, quod iſtæ portiones, quæ dantur in eccleſiis hoc modo, ſuccedunt loco præbendæ, & iudicatur de eis, ſicut de præbenda, *& in c. ex parte. ext. de conceſſ. præbend.* & ratio eſt, *vt per eum*; quia ſubrogatus ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. cum ſimilib.*

8 Sed aduerte, † hoc non eſſe ſimpliciter verum; quia in eccleſia Lateranenſ. licet fiat diſtributio in tribus, vel quatuor vicibus, tamen non fit niſi inter ſeruientes, & diuinis horis non intereſſentes nil penitus percipiunt, & ſi pro parte inſeruiunt, & pro parte percipiunt, & ſic quando fit diſtributio, habetur reſpectus ad dies, & horas ſeruitii; quia qualibet die punctantur. Et ideo, licet in groſſum diſtribuantur, dicuntur adhuc proprie diſtributiones Acchil. *de diſtrib. quotid. deciſ. vni.* Et ita proprie in iſtis terminis tenuit Rota Rom. *vbi ſupra.* Et allegata ſuperius procederent, quando fieret diſtributio inter præſentes, licet diuinis non interſint, vt late oſtenſum eſt ex recitatis allegationibus.

9 Secundo limitatur, † quando illæ diſtributiones quotidianæ, quæ ſunt incertæ, poſſunt redigi ad certum valorem, ſeu æſtimationem, Petr. Anchara. *in Clem. vni. de conceſſ. præben.* ſequitur Felyn. *in d. c. ad aures. nu. 14* Ioan. de Syl. *in 3. part. ſui tractatus de benefic. q. 12. nu. 7. & ſeq.* meritò tunc appellatione fructuum venirent etiam diſtributiones quotidianæ.

10 Sed aduerte, † quod Anchara. & Felyn. ſupra allegati non videntur hoc expreſſe firmare, verum hoc ſolum dicunt, & concludunt, quod incerta, quando poſſent redigi ad certam ſummam, computarentur in numero fructuum, vt in eccleſia Sancti Antonii Viennen. quæ per quæſtores hinc inde mendicantes perciperent 500. quolibet anno, quod & ſolet ſecundum Felyn. vendi. Imo ſubdit Felyn. quod ſi ſolum diuiderentur inter ſeruientes, non veniret appellatione fructuum.

11 Tertio limitatur † quando verbum fructus, & reditus profertur in priuilegiis, tunc illorum appellatione venirent diſtributiones quotidianę, vt eleganter voluit Ant. de Butr. *in c. licet nobis. in 3 not. per illum text. ext. de præbend.* Tamen communis opinio eſt in contrarium. Cōis opin.

12 Ideo Canonicus † priuilegiatus de percipiendo fructus in abſentia, non perciperet diſtributiones, Gloſſ. & Dd. omnes *in c. fin. de reſcript. lib. 6.* Staphil. *de lit. grat. & iuſt. fol. 192. col. 1.* etiamſi eſſet priuilegiatus priuilegio in corpore iuris clauſo, *d. c. fin. & c. 1. de cler. non reſiden. lib. 6.* vt de ſtantibus cum Epiſcopo, & in ſtudio, *c. licet.* vbi Gloſſ. Abb. & alii allegati, *de præben.*

13 Et quamuis † Papa concedat, quod vxoratus miles poſſit penſionem retinere vſq; ad ſummam 150. ducatorum, eo modo, & iure, quo quis habebat, Auguſt. Berous, *conſil. 204. viſis dubiis. num. 46. volum. 1. per text. in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 2. § item ſi voluntate cum ſeq. cum ibi not. ff. ſol. matrim.* prout etiam eſt doctrina communiter approbata, *in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunciat.* quod, quando verba generalia proferuntur ſuper actu iam conceſſo, talia verba generalia intelligerentur ſine reſtrictione Iaſ. *in l. in prouinciali. § ſi in publico num 3 eod. tit.* Cōis opin. Vnde ſi quis Comes haberet penſionem ſuper diſtributionibus reſeruatam, habereque facultatem tanquam vxoratus penſionem illam retinendi, vtique videretur ſine difficultate dicendum, quod debeat illam retinere eo modo, quo per prius habebat per ſupra allegata. Nihilominus aduerte vtiliter, quod ſi detur facultas retinendi vnum, non per hoc retinetur aliud, ex eo, quod vtitur verbo, *retinere*, procederet igitur argumentum, ſi Papa diceret, poſſent retinere penſiones; quia de omnibus intelligeretur, ſed vbicunque dicit ſuper fructibus, non poteſt operari ſuper diſtributionibus.

OPINIO CXCV.

SVMMARIA.

1 *Diſtributiones quotidianæ an ex conſuetudine abſentibus, & non miniſtrantibus dari poſſint.*

2 *Conſuetudine poteſt induci, vt clerici aſſiſtentes alicui ex officiis diuinis, vel horis canonicis, recipiant totam quotidianam diſtributionem, ac ſi omnibus, & ſingulis horis interfuiſſent.*

3 *Diſtributiones quotidianæ an debeantur canonicis non ſeruientibus, exiſtentibus in ſeruitio Epiſcopi, vel Papæ, vel in ſtudiis verſantibus. num. 4. 5 6. Et quid ſi priuilegium à Papa habeant, vt ipſis etiam abſentib. & non reſidentibus fructus debeantur. nu. 7.*

DISTRIBVTIONES quotidianæ, † etiam ex conſuetudine abſentibus, & non miniſtrantibus dari non debent, *c. vnico de cleric. non reſiden. in 6.* vbi Dd. *c. fin.* & ibi Gloſſ. *in verb. exceptis. de reſcript. in 6. & c. licet. de præben.* vbi Ioan. de Imol. & alii, qui concludunt etiam, quod huiuſmodi damnatio conſuetudinis derogaret tam conſuetudini antea inductæ, quam etiam tunc futuræ, & iſtam opinionem ſequitur cum aliis aggregatis per eum, & ait veriorē Alexand. *in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1* & magis communem ſcribit Bertrand. *conſil. 118. ſuper caſu mihi exhibito parte venerabilium virorum ſub num. 6. volum. 6.* 1

Et licet hoc † conſuetudine induci nequeat; nihilominus per ipſam conſuetudinem induci poſſet, quod ſi clerici alicui ex officiis diuinis, ſeu horis canonicis aſſiſterēt, perinde reciperēt totam quantitatem diſtributionum, ac ſi omnibus, & ſingulis horis illius diei interfuiſſent, vt conſuluit poſt Gl. citatam per eum Bertran. *in d. conſ. 118. ſub num. 6.* 2

Imo nec † canonicis, ſecundum iuris diſpoſitionem, exiſtentibus in Epiſcopi ſeruitio, & miniſterio debentur iſtæ diſtributiones, *c. de cætero. de cleric. non reſiden.* Imo nec eis, † qui reperiuntur in ſeruitio Summi Pontificis, dari debent, *vt in d. c.* & voluit Gl. *in d. c. fin. in ver. exceptis.* Similiter nec illi, † qui literis in aliquo ſtudio operā dant, diſtributiones quotidianas recipiunt, vt not *in c. licet de præben.* vbi Gl. Abb. & Dd. communiter, *in c. in præſentia de probat.* vbi Moder. hoc late ampliant. Imo etiam † ſtudentibus in Theologia, minime huiuſmodi diſtributiones conſignari poſſent, & qui eas perciperent vtique tenerentur ad reſtitutionem, ſecundum Gl. *in d. c. fin. in ver. exceptis.* quibus adſtipulatur iſtud not. Quod habens à Papa † priuilegium, vt fructus beneficii, etiam abſens recipiat, non poſſet quotidianas diſtributiones 3 4 5 Cōis opin. 6 7

butiones ex eo haberet, text. eſt, *& ibi* Gloſſ. com-
Cōis opin. muniter approbata, *in cap. fin. de reſcript. lib. 6.* Gloſſ. & ibidem Dd. *in cap. 2. de priuileg. eodem libr.* Gloſſ. *in d. c. vnico. in ver. adſuerint.* tradit Io. Staphil. *in tract. de literis gratiæ, & iuſtitiæ. fol. 193. colum. 1.* Et quamuis Pontifex proprio reſcripto iubeat reddi fructus beneficii, ac ſi clericus præſens eſſet, non ob hoc ei diſtributiones quotidianæ debentur, ſecundum Gloſſ.
Cōis opin. communiter receptam, *in d. c. vnico. de cleric. non reſident. in 6.* & ibi Probus *ann. 50.*

Et hoc idem dicendum erit vbicunque Pontifex abſenti permitteret fructus percipere, & ei debere ſtatueret, ac ſi reſideret, adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficii diſtinctos, & ſeparatos à diſtributionib. quotidianis percipiet, non antè ipſas diſtributiones quotidianas, quod adnotauit Caſſador. poſt alios, *in deciſ. vnica. in titul. de cleric. non reſidentib.*

OPINIO CXCVI.

SVMMARIA.

1 *Doctores iuris tam actu legentes, quam patrocinantes ſunt exempti à ſolutione collectarum cum ſuis vxoribus, & filiis.*

2 *Doctor ignarus an gaudeat priuilegiis Doctorum, ſicut alii Doctores habiles, & idonei.*

3 *Doctores iuris non tenentur recipere milites in ſuis domibus.*

1 DOCTORES iuris † ſunt exempti, & immunes à ſolutione collectarum, & conſequenter ad earum ſolutionem compelli nequeunt de iure communi, aliquo modo, *l. medicos. C. de profeſſ. & med. lib. 10.* vbi Doctores ipſi legum immunes ſtatuuntur, ſimul cum eorum filiis, vxoribus, atq; rebus ab omni functione, ac ab omnibus publicis muneribus. Et licet illam legem intelligant Bartol. Ang. & Ioan. de Platea, Paul. Caſtren. *in 1. conſtit. C. colum. 2.* Albe. de Roſa. *in rub. ff. de muner. & honor. col. 20.* Roman. *in l. aduocati. C. de aduocat. diuer iud.* Ang. *in §. item Romæ. in in fin. de excuſat. tuto.* & Parpal. *in repetit. l. placet. num. 108. & 112. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Nicolaus Feſtaſius per aliqua frigida fundamenta. *in tract. de aſtuno, & collectis. in 4. par. titul. de immunit. nobil. num. 46. cum aliis ſeqq. fol. par. 110.* Lauren. Syluanus per nonnullas rationes conſulendo, & omnes prope ieiunas, *conſ. 88. num. 6 cum aliis ſeqq. vol. 2.* & Crotus doctiſſ. & cumulatiſſ. conſulendo, *conſ. 64. magnifici conſules*, in Doctoribus actu legentibus publice, in aliquo ſtudio
Cōis opin. generali, vbi idem Crotus, & ſimpliciter quidem, *n. 12.* aſſerit ita Dd. communiter concludere.

Nihilominus in contrariam partem, videlicet, quod quilibet legum Doctores, & Aduocati gaudeant, & frui debeant, & poſſint eadem immunitate, & quod diſpoſitio *d. l. medicos.* procedat generaliter, etiam in Doctoribus non legentibus, & ſic patrocinantibus, inclinauere Gloſſ. *in l. his oneribus. in ver. angariorum. & in l. ſunt munera. in ver. principalis. ff. de vacatio. munerum.* Specul. *in titul. de reo. §. 1. num. 10.* Anchara. Imol. & Card. *in Clemen. 2. de magiſtris.* Aret. *conſ. 94. in princip.* Guid. Papæ *deciſ. 88. & 382.* Nicol. *concor. Gloſſ. 52. fallen. 22.* Claud. Aquen. *in l. Centurio. col. 2. ff. de vulg. & pupill.* Apoſtilla ad Paul. Caſtr. *in proœmi. C. in fin. col. 2.* Mantua *lib. 2. obſerua. t. 17.* & Tiraq. *in tract. de nobilitate. c. 29. an aduocati munus nobilitati obſit. num. 51. cum aliis ſeqq.* vbi hoc late probat, & hoc corroboratur etiam per ea quæ ponentur in proxima ſequenti opinione. Et ita conſuluerunt etiā doctiſſime, & copioſiſſime reſpondendo eqoidem omnib. contrariis Ripa, *in reſponſo 1. de muneri. & honori. tam nobil. quam clerico. incip. ciues, & incolæ.* & Lauren. Syluanus, *conſ. 20.* & Natta *conſil. 65. vol. 1.* vbi exclamat iſtam eſſe magis communem opinionem, & crebrò rem vocat cum ea tranſeundo, Iacob. Menochius, *de arbitr. iudic. quæſtionib. lib. 2. centuria 4. caſu 379. nu. 5.* Et adnotte, quod Bart. *in d. l. medicos.* intelligens illum text. habere locum in Doctoribus tantum actu legentibus, excludere intendit Doctores ignaros, inſipidos, & inſulſos, & ſic non legentes, nec aduocantes, & villæ ſuæ, aliisve negociis vacantes, nō autem Doctores laborantes, & miſeros clientes fortiter, & ſtrenue defendentes, vel conſulis, implicitis, & incōſultis hominibus conſilia, reſponſave reddentes. Et ita Alexan. *in d. l. Centurio. col. 1.* Menochius cum aliis citatis per eum, *in d. caſu 379. nu. 12.* & Ang. citatus pro contraria parte, *in d. §. item Romæ.* intellexerunt Bart. *in d. l. medicos.*

Et hinc eſt, † quod lex loquens de Doctoribus, 2
debet intelligi de habilibus, & idoneis; & priuilegia conceſſa per leges, & ſtatuta Doctoribus ipſis, non competunt Doctorellis, & indoctis, ſecundum Barbatium, *conſ. 57. col. 6. vol. 2. in proœmi.* Clemen. *col. 14. & in c. clerici. col. 5. de iud.*

Sed ſuper hoc contrarium verius apparet, quod etiam Doctor ignarus gaudeat priuilegiis Doctorū, per ea, quæ deducit Anton. *in d. c. clerici.* & ibi etiam Felyn. *n. 2.* & idem Felyn. *in rub. n. 4. de maio. & obed.* vbi ait dictum Barbat. de quo ſupra, falſum eſſe, & hanc eandem vltimam opinionem poſt longam diſceptationem ad vtramq; partem, ſequitur Petr. de Leuandini. *in tract. de Dd. in 13. q. 1. q. princ.* & Boer. *in tract. de authoritate magni conſilii. n. 4.*

Et mentionatam † opinionem communem ita e- 3
nucleatam ampliandam eſſe duxi, vt procedat etiam, quod ſecundum iura communia, Doctores iuris ciuilis minime teneantur milites hoſpitari in domibus ſuis, cum ab huiuſmodi onere hoſpitandi exempti ſint, vt voluerunt Petr. Piccolus, *ſuper forma appretii in Regno. n. 125. & ſeq.* Paris de Puteo, *in tract. Syndicatus in §. Doctor, n. 2. fol. paruo 117.* Chaſſan. *in catalogo Gloriæ mundi. in 10. par. in 20. conſideratio. 192. ver. & etiam Doctores iuris ciuilis.* & conſummatiſſimus D. Io. Anton. de Nigris, *ſuper capitulis Regni, in c. item ſtipendiariis. nu. 29.* Ripa, *in l. 1. n. 133. ff. ſolut. matr.* Natta *in d. conſ. 65. ſub n. 1.* Io. Franc. Ponziotbii, *in tract. de lamiis, & excellentia vtriuſq; iuris. in princ. n. 19. cum multis ſeqq.* per text. expreſſum, cum Gloſſ. *in l. 2. C. de muner. patrimon. libr. 10.* vbi etiam hoc multis rationibus, & quidem optimis comprobat, & vocat impios, & peſſimos, volentes violare talia priuilegia patrocinantium.

OPINIO CXCVII.

SVMMARIA.

1 *Doctoratus an ſit dignitas tam in medicis, quam iuriſperitis.*

2 *Doctorari non poſſunt ſpurii, vel naturales, & ſi de facto doctorentur eis præferuntur omnes Doctores legitimi, & naturales.*

3 *Doctores, tanquam conſtituti in dignitate, torqueri non poſſunt. Etiamſi extaret conſuetudo in contrarium. nu. 4.*

5 *Doctor dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur.*

6 *Nobilitas in quot genera diuidatur.*

7 *Nobilis, & nobiliſſimus appellatur per Imperatorem Vlpianus.*

8 *Doctores legum Imperator appellat dominos, patres, & milites.*

9 Doctoribus Princeps reuerentiam habet, Et Doctori ad Principem omnis clauſa ianua patere debet, Et Doctor ſtare debet ad latus Principis, non ad pedes.
10 Doctores ſunt repleti ſplendore ſicut ſol. Et ſacerdotes etiam nuncupantur.
11 Doctoris vniuſcuiuſque domus oraculum eſt ciuitatis.
12 Doctorum ſcientia mundus illuminatur, Et Doctores qui libros compoſuerunt, reputantur velut ſtellæ in firmamento cœli: & præferuntur cæteris Doctoribus paribus.
13 Doctores ab aliis, quantumuis maximis, non fratres, ſed domini appellari debent.
14 Doctori ſi nubat Domina, titulo Comitis inſignita, non dicitur nupſiſſe indigne.
15 Doctores publice legentes viginti annis, efficiuntur illuſtres.
16 Illuſtris vt quis fiat quæ requirantur remiſſiue.
17 Doctores publice legentes viginti annis, gaudent priuilegio Comitum, & contra eos non poſſunt teſtificari viles perſonæ. Et quæ dicantur viles perſonæ, remiſſiue.
18 Irnerius alias Guarnerius omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas conſtitutiones Iuſtiniani in breuiarium redegit, gloſſaſq; compoſuit, & ideo merito in iuris lucerna appellatus eſt.
19 Diocletianus Imperator combuſſit omnes libros Sacræ Scripturæ eo tempore repertos.
20 Iuſtinianus parans ſe poſteritati conſulere, perdidit innumeros illuſtrium Scriptorum labores ac libros propè diuinos, & prohibuit interpretationem, ſeu gloſſas, quæ tamen poſtea per conſuetudinem admiſſæ ſunt. num. 21.
22 Lotharii Imperatoris laus.
23 Doctoris tanta eſt authoritas, vt ipſi credatur atteſtanti de communi opinione.
24 Doctorum authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt. Imo Doctoris deciſio, etiam ſine lege loquentis, valet, præſertim ſi non habeat contradicentem.
25 Doctoris dicto an magis credatur in conſulendo, quam in legendo.
26 Nobilis non virtuoſus, non præfertur ignobili excellenti virtutibus, & ſic Doctori.
27 Statutum diſponens canonicos alicuius eccleſiæ debere eſſe nobiles, locum etiam habet in iis, quos ſola virtus nobilitat.
28 Nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis.
29 Nobilitas indubitata ea eſt, quæ ex honeſtis moribus & virtute oritur num. 32. Idq; teſtimoniis confirmatur, & exemplis. nu. 33. 34. 35. 36. vſque ad nu. 51.
30 Nobilitas quid. & nu. 31.
51 Doctoratus dignitas non liberat filium à patria poteſtate.
52 Doctores cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus ſint, non debent iactare ſeipſos. & num. 53. vſque ad num. 57. quia tales ſolent à viris grauibus ſtulti reputari.
57 Filius Doctoris præfertur non nato ex Doctore: Et qui ex Comite natus eſt, ei qui Comes quidem eſt, ſed non natus ex Comite.

1 DOCTORATVS eſt † dignitas, & ſic Doctores legum ſunt in dignitate, ſecundum Bart. in l. 1. C. de nouo Codice componen. Abb. Ioan. de Anan. col. 2. & Felyn. num. 1. in c. quanto. de magiſtris. vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem, & Dec. conſ. 161. num. 2. & ſequitur Guid. Papæ deciſ. 388. nu. 9. Marſil. in l. Oddictum. ſub nu. 5. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. expedita. num. 35. Deci. in c. propoſuiſti. num. 65. de probation. Vincentius Maxilla in conſuetudinib. Ciuitatis Bari, in conſuetudine, in Ciuitate noſtra. num. 17. in tit. de immunitatibus ciuium. fol. 24. & Bald. in l. 1. col. fin. ff. de iuſtit. & iure. vbi firmat, quod Doctoratus eſt dignitas, & in ſignum huius datur inſula tanquam Principi, ſeu præceptori, & Afflict. in conſtitutio. conſtitutione præſenti. ſub nu. 3. & ſeq. lib. 3. rub. 38.

Com. opin.

Vbi concludit, † quod licet ſpurii, vel naturales doctorari non poſſint, vt tradit Petr. de Anchor. in Clem. 2. de magiſt. & Alexand. in proœm. Cod. Et ratio ea eſt, quia ſpurius eſt infamis infamia facti, ſecundum Azo. in rub. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrog. Ergo tanquam infamis repellitur à dignitate, & cum Azone concurrit Bald. in l. 3. de lib. & poſth. & in l. generaliter. §. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & in l. bona fides. C. de iureiuran. Et quamuis collegia conferant ſpurio gradum Doctoratus, tamen quo ad dignitatem pro Doctore non eſt habendus, nihilominus, ſi de facto doctorarentur, eis præfererentur omnes Doctores legitimi, & naturales. Et quemadmodum in dignitate conſtituti reperiuntur Doctores legum, ita etiam Doctores artium, & medicinæ, vt voluit Barto. in l. omnes. C. de decurio. lib. 10. Alexand. conſil. 94. vol. 2. Vincentius Maxilla in d. conſuet. in Ciuitate noſtra. ſub num. 17. & Rolandus conſ. 67. D. Iacobus de Roma num. 8. & ſeq. vol. 3. 2

Et Doctores † ratione dignitatis prædictæ, torqueri non poſſunt, ſecundum Ioan. Andr. in c. in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. Cyn. Bart. & Alex. in l. milites. C. de quæſtion. Angel. in tract. malefic. in ver. fama publica. fol. 18. Alexand. & Galiaul. in repetitio. l. Centurio num. 25. ff. de vulga. & pupill. Matthesil. notab. 59. Marſil. ſing. 556. & in practic. crim. in §. expedita. nu. 30. Iaſ. in l. 1. C. de iur. & facti ignoran. Brun. in tract. de indiciis ad torturam. colum. 28. & Grammat. in voto 1. num. 4. 3

Quod procedit etiamſi extaret † conſuetudo in contrarium, & ſic de conſuetudine minime Doctor torqueri poſſet, vt voluit Bart. per illum text. in l. omnes iudices. num. 2. C. de decurio. libr. 10. Ang. in d. verſ. Fama publica. num. 102. Roman. ſing. 488. Iaſ. in l. de quibus. num. 66. ff. de legibus. Galiaul. in dict. l. Centurio. nu. 35. Grammat. in dict. voto 1. num. 12. & in voto 15. num. 4. licet corruptus ſit. Paul. Grillan. in tract. de tortura. q. 6. n. 3. Marſil. ſing. 556. & Carrerius copioſiſſime in pract. crim. in princ. ſub nu. 180. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem. 4

Com. opin.

Imo Doctor † dicitur nobilis, & nobilitatem ex legali ſcientia conſequitur, ſecundum Alexand. conſ. 14. in fin. vol. 1. Corſet. in c. grandi num. 27. de ſupp. negli. & Ioan. Iacob. de Leonardis conſ. 39. num. 27. & ſeq. inſerto inter conſilia Socin. iun. vol. 2. & Dec. in d. c. propoſuiſti. nu. 64. & Chaſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ. in titul. Des droitz appar. in ver. entre gens nobles. num. 1. §. 19. & Vinceotium in d. conſuetudine. in Ciuitate noſtra. ſub num. 17. Et ſic Doctor iudicatur eſſe nobilis, ita Bart. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Ang. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic. Vbi dicit quod quilibet Doctor dicatur nobilis; & nullus præſumatur nobilis, & miles, niſi probet. Bald. in c. 1. §. ſi ruſticus. de pac. tenend. addit. ad Bart. ad l. 1. in fine. C. de dignitat. lib. 12. 5

Et hoc † non mirum eſt, diuiditur enim (quemadmodum apud Diogenem Laertium ſcriptum eſt) nobilitas in quatuor genera. Vnum, quando maiores fuerunt boni, honeſti, & iuſti. Alterum, quando maiores opibus valuerunt, & vrbibus, aut nationibus imperauerunt. Tertium, quando celebres maiores fuere, vel à militia, vel à certaminibus Olympicis. Poſtremum genus eſt, vbicunque quis præſtantem animum, ac vere nobilem habet: quæ (vt ipſe concludit) optima nobilitas eſt. Sed apud Hieronymum, 6

[illegible] *conſil. 4. num 20 vol.* [illegible] ipſa nobi- [illegible] onem genera.

[illegible] non caret ratione, quia per Impe- [illegible] em, *in l.* [illegible] *§ fin. ff. de excuſ. tuto.* [illegible] lpianus appel- [illegible] nobilis, [illegible] limus, *in l. diſertiss. cod. titul. in* [illegible] *us fratres. ff. de iur. patronatus.* Imperator appellat Doctorem amicum ſuum, *& in l. ex Diui. C. de loca.*

[illegible] bi [illegible] anus † ab Imperatore appellatur parens [illegible]. Et [illegible] ibi Imperator non dedignatur appel- [illegible] legum D[illegible] tes patres, & dominos. Item Impe- [illegible] ores [illegible] ocant [illegible] dem Doctores milites, di- [illegible] tes [illegible] are dicuntur ſicut illi qui militant in caſtris [illegible] minus prouidemus humano generi, [illegible] ſi præſi[illegible] as atque vulneribus patriam, paren- [illegible] que ſeruaremus, *l. aduocati. C. de aduocat. diuer. iu-* [illegible] *um.*

[illegible] perius † Princeps reuerentiam habet, *l* [illegible] *C. de aduocat. diuerſ. iudic.* & habetur per Af- [illegible] *cud* [illegible] *tum.* Nam Doctori ipſi iuris ci- [illegible] emomnis clauſa ianua patere debet, [illegible] *ant.* [illegible] *de o* [illegible] *. diuer. iud.* Et voluerunt Imperato- [illegible] octore [illegible] um [illegible] iris ciui[illegible] is ſtare debere ad la- [illegible] incipis, non [illegible] d pedes, *l. iuriſperitos. in princ. ff. de excu. tut.* [illegible] t [illegible] apa reciperet omnes ad oſculum [illegible] is, tamen refert Ang. de Peruſi[illegible] *in l. cum ſaluta-* [illegible] *C. de ferent. pa.* Vrbanum Papam recepiſſe eum ad [illegible] m pacis. & propterea ait Azo, *in proœm. Inſtit.* quod ſcientia ciuilis fac at profeſſores eius in orbem terrarum ſolenniter principari, & ſedere in aula Imperiali.

10 Et Doctores † ſunt repleti ſplendore, ſicut ſol, vt per Barbat. *in cap. poſtulaſti. colum. 3. de foro competent.* & Doctores legum merito ſacerdotes etiam nuncupantur, quaſi Sacra miniſtratores, & ſacra reſponſa loco Dei dantes, proferentesque, licitum ab illicito, [illegible] uum ab iniquo, & iuſtum ab iniuſto diſcernen- [illegible], & iu[illegible] ſuum vnicuique tribuentes, *l. 1. vbi textus. ff. de iuſtit. & iure.* Nam Doctores ipſi legum miniſtri [illegible], quæ ſacratiſſimæ ſunt, *l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus.* quia diuinitus per ora Principum ſunt promulgatæ, *l. fin. C. de præſcriptio. longi temporis.*

11 Et vt † inquit Cicer[illegible] *in lib. 1. de oratore.* Domus vniuſcuiuſq; iuriſconſulti oraculum eſt Ciuitatis; ciues enim de rebus ſuis incerti, per eos certi dimittuntur.

12 Et conſequenter ſcientia [illegible] Doctorum mundus illuminatur, & niſi fuiſſent Doctores, eſſemus in tenebris, vt inquit Saly. *in auth. habita, C. ne filius pro patre.* & præſertim illi Doctores, qui libros compoſuerunt, qui velut ſtellæ in firmamento cœli reputantur, *Daniel. c. 13.* Et non tantum ſi[illegible] laborant, ſed omnibus etiam ve[illegible] itatem diligentibus, & exquirentibus, *Eccleſiaſt. cap. 34.* vt de eis cumulate ſcribit Lucas de Penna, *in l. mulieres. col. penul. C. de dignitat. libr. 12.* & [illegible] haſſaneu *in catalogo gloriæ mundi, part. 10. conſideratio 28.* vbi [illegible] mat, quod data paritate ætatis, & Doctor[illegible] s inter Doctores, præfertur qui libros compo[illegible]

13 [illegible] nummis maximis, non fratres, [illegible] bent appellari, [illegible] *2. C. de offic. diuer. iu-* *d.* [illegible] *m* [illegible] cas de Penna, *in l. mulieres. C. de dignitat.* [illegible] *is conſil. 57. præclare ſcribit* [illegible]. *col. 6.* [illegible] *volum.* [illegible] & Imol. *in Clemen. 2. colum. 2. de magiſtris.*

14 E[illegible] hi[illegible], q[illegible] que [illegible] it Saly. *in l. prouidendum. C.* [illegible] *po* [illegible] Dom[illegible] a titulo Comitis inſignita, [illegible] at Do[illegible] non di[illegible] tur nupſiſſe indigno, & ſequi[illegible] C[illegible] nipe. *in tract. de dote. in 1. par. q.* [illegible]

Et denique † Doctores quando legerunt publice viginti annis efficiuntur Illuſtres, ſecundum Bart. *in proœm. ff. colum. penul.* Ang. *in §. item Romæ. Inſtitut. de excuſat. tuto.* Alexand. *in rub. de dignitatibus libro 12.* Petrum Peruſinum, *in tract. de quarta canonica, in proœmio.* Barbat. *in proœmio Clement.* Bolognett. *in repetitio. dict. authent. habita. colum. 12. & ſeq.* Calca. *conſil. 8. colum. 14. & ſequen.* C[illegible] ſer. *in tract. de poteſtate regia. quæſt. 12.* Lupum, *in rub. de donatio. inter virum, & vxorem fol. 17.* Caccialup. *in tract. de debitore fugitiuo, quæſt.* [illegible] *ol. 2.* Franchinum Buxien. *in tract. quis ſit præferendus Doctor, an miles. fol. 4.* Barium, *in addit.* A[illegible] *d. conſtitutio. Conſtitutione præſe[illegible] ti, in litera G* [illegible] *in l.* [illegible] *ff. de offic. eius.* & [illegible] torum opinionem dicit communem eſſe Iaſ. *ibi num. 12.* cum omnibus Moder. Licet ipſe Alexand. quoque, & Bolognetus, *numer. 20. & ſeq.* ibi noluit admittere aliquo pacto, quod Doctores legentes publice viginti annis ſint Illuſtres. Tamen eorum fundamenta tolluntur per Bolognet. *in authen. habita. col. 13. & ſeq.* & per nonnullos Modern. *in d. l. 1.* & per conſequens prima opinio Bartol. & ſequacium videtur communis, quam approbat, ſequitur, & inquit communem Ioan. de Neuizanis, *in Sylua nuptiali. lib. 5. n. 36. & ſeq. fol. 457.* 15 Com. opin.

Et † effectus quot ſint, vt quis Illuſtris ſit, Iaſ. ponit tres, Curt. quatuor, ſex vero connumerat Bologn. *in d. l. 1. n. 22.* & vnum refert Afflict. *in d. conſtitut. Conſtitutione præſenti. n. 10.* 16

Videlicet, † quod iſti Doctores, qui legerunt viginti annis, gaudeant priuilegio Comitum, & quod contra eos teſti[illegible] cari non poſſint viles perſonæ, vbi etiam *num. 7. & ſequen.* explicat, quæ dicantur perſonæ viles. 17

Et † Imperator Lotharius fuit adeo iuſtus, ac Iuſtitiæ cultor, obſeruatorque perpetuus, quod Irnerium elegit (quem aliqui Guarnerium vocant,) iſte omnium primus leges ciuiles aperuit, nouellas conſtitutiones Iuſtiniani in breuiarium redegit, gloſſaſque compoſuit, & propterea iuris lucerna appellatus eſt, huius enim authoritatem eo tempore maximam ſequuti ſunt alii, nobis vſque ad trecenta librorum volumina relicta ſunt. Sed dolendum eſt valde per ipſum Iuſtinianum pulcherrimã illam, & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à ſanctiſſimis legum conditoribus deſcripti erant, deperiſſe opera [illegible] ius, qui ne elementa quidem nouerat. 18

Dolendum eſt † etiam ob ſcelus commiſſum per Diocletianum Imperatorem, perſequutorem eccleſiæ, qui omnes libros Sacræ Scripturæ eo tempore impreſſus, ſeu repertos combuſſit, ſeu igni tradidit, vt refert poſt Paulum Oroſium Petrus Meſſia. *in vitis Imperatorum, traductis per Alphonſum Vlloam, in vita Diocletiani*, quæ igitur [illegible] ctura fuiſſet [illegible] hæc, nemo eſt, qui ignoret, nec maiorem, nec æqualem, paremve vnquam repertam eſſe. 19

Et licet [illegible] Iuſtinianus credendo poſteritati conſulere perdiderit tot Illuſtrium Scriptorum congeſtos labores, tot libros, ꝓpe diuinos, tantam elegantiam doctrinamque, quæ quanti nunc emeretur, exprimi non poſſet, & ſcripturam interpretatiuam poni in libris per modum Gloſſationis, recenſerique prohibuiſſet, vt habetur *in l. 2. §. penult. C. de veteri iure enucle.* 20

Nihilominus ex † conſuetudine à trecentis annis citra, conſuetudo admiſit Gloſſemata Doctorum, & excuſat eos à pœna poſita *in d. §. pen.* & notat Alcia. *in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. in ver. Celſus.* 21

Et ſic † primus traditur Irnerius, qui e[illegible] ictum Iuſtiniani cõtempſit, & [illegible] othario maior locus, honor, 22

 & glo-

& gloriæ aſcribenda eſt, quam cæteris prædeceſſoribus Principibus, & eius memoria nullo vnquam tempore obliuiſcenda eſt, ſed reminiſcenda, colenda, & adoranda ſemper ab omnibus: ea quia primus fuit, qui occaſionem præbuit Doctoribus vt iura publice interpretando illuſtres efficerentur. Et hæc omnia late commemorat Petrus Meſſias *in vitis Imperatorum, nuper traductis per Alfonſum Vlloam in vita Lotharii Secundi. fol. 817.* & Doctoribus ob eorum maximos labores Principes. Imperatoreſque conceſſerunt infinita prope priuilegia, quæ ponuntur per Bologn. & alios *in d. auth. habita* & per Io. de Leſnaudiere *in tract. de Doctoribus.*

Et tanta eſt authoritas † Doctoris, quod creditur ipſi, atteſtanti de communi opinione, ſecundū Ferdinandum *in repetit. l. filiusfam. § Diui. ff. de leg. 1. num. 93. & 342.* Bald. *in l. de quibus. ff. de legib.* & Lanc. Decι. *in l. 1. in fin. ff. de leg. 1.* Licet de opinione iſtorum veriſſima dubitare videatur Cagnolus, *in l. 1. num. 265. ff. si cert. petat.* ex frigidiſſima ratione, *ibi*, adducta per eum. Et tamen Iaſ. *in l. 1. §. ſublata. col. 3. ff. ad Trebell.* ait, quod quando Doctores dicunt, quod eſt communis opinio, illud eſt bonum verbum in practica, & refert Iacob. de Leonardis *conſ. ſuo inſerto inter conſilia Socin. iun. 121. in ordine, n. 17. vol. 2.*

24 Item Doctorum † authoritas, vbi deficit lex, pro lege ſeruanda eſt, *l. ſi idem cum eodem.* vbi Angel. notat, *ff. de iuriſdictio. omnium iud.* Hoſtien. *in c. inquirendum. de pecul. clerico.* Iaſ. *in l. illam colum. 3. C. de collatio.* Fabianus *in tract. de empt. & vendit. fol. 25* & nonnulli alii relati per Neuiza. *in d. Sylua nuptial. lib. 5. nu. 24.* Imo Doctoris deciſio etiam ſine lege loquentis valet, & ſequenda eſt, teſte Paul. Caſtrenſe, *in l. mutum. ff. de acquir. hered.* & Iaſ. *in l. non eo minus. col. 2. C. de procur.* Nec non Doctoris deciſio vbi non habet contradicentem dicitur, & nuncupatur caſus legis, ſecundum Iaſ. *in l. pen. col. pen. C. de pact.* Tutiores etenim, & ſecuriores ſunt deciſiones in terminis, quam argumenta, teſte Gom. *in loco præcitato.* propterea admonet Felyn. *in c. cum ordinem. col. 4. de reſcript.* laborandum eſſe, vt deciſio in terminis habeatur, ſiquidem miſerorum refugium eſt procedere per regulas, vt tractabimus infra vberius *in opinio. 397 iudex in iudicando nu. 48.*

25 Sed aduerte, † quod magis creditur dicto Doctoris in conſulendo, quam in legendo, (de quo tamen vide Ant. Gabriel *lib. 1. com. concluſ. xii. de teſtib. concluſ. 4. n. 87. in 23 illatione.* vbi pro vtraq; parte plura congerit. & ibi *num. 92.* quid in Apoſtill. & addit.) & ratio huius dicti videtur iſta, ſecundum Alexand. *conſil. 185. viſo titulo quæſtionis. colum. 11. volum. 2.* quia eſt actus magis deliberatus, vbi Alexand. reſpondet ad quoddam dictum Romani, qui in lectura tenuerat vnum, & in conſulendo tenuerat contrarium. Sed reperio Alexand. de Neuo, *conſil 20. Reuerende Domine Vicari. num. 3.* Crauett. *in tract. de antiquitate temporum. in 1 part. fol. 19. num. 48.* Rubeum *conſil. 27 ſub num. 8.* contrarium aſſeuerantes, videlicet, quod Doctores legendo magis nitantur veritati, quam conſulendo: ex quo in lectura ceſſat affectio, & cupiditas æris. Tamen quicquid iſti ſuadeant, prima pars videtur verior, & rationabilior, vt late probat Neuizanus *in dicto libro quinto. ſuæ ſyluæ, numero 26.*

26 Cæterum † vt e ſemita in viam redeamus, concludendum eſt, quod nobilis non virtuoſus, nō præferatur ignobili excellenti virtutibus, & ſic Doctori, ſecundum omnes C[illegible] non iſtas communiter, præſertimq; Abb. *in c. venerabilis. de præbend.*

Vbi † per illud [illegible] tum. [illegible] quit, [illegible] ria canonicos alicuius E[illegible] leſiæ debere eſſe [illegible] non nocere ac inſerte [illegible] in virtuo[illegible] bilibus. Et ſi ſtatutum ho[illegible] non ita extendere[illegible] ret reprehenſibile, & penitus [illegible] tonum. [illegible] mo, quia Chriſto contrarium eſſet. Chriſtus enim ignobiles elegit in Eccleſia ſua [illegible] eſſent humiles, *ad Corinth. 1* [illegible] vero nobiles canoni[illegible] nt, quaſi [illegible] ipſos eſſe ſuperbos. Chriſtus ex paſtoribus, & bubulcis elegit Reges. iſti vero ex regibus [illegible] iguut canonicos. Chriſtus fundamentum Eccleſiæ poſuit humilitatem, ipſi vero [illegible] contra[illegible] fundamentum [illegible] cleſiæ, ponunt ſuperbiam. Tale vtique fundament[illegible] poneret diabolus, ſi ædificaret. Quo[illegible] iſti [illegible] plent illud verbum Domini, *Ioan. 1* Qui mihi [illegible] miniſtrat, me ſequatur. Non ſunt imitatores Chri[illegible] ſed ſunt quaſi Antichriſti. Et 1 *Ioannis 2.* Q[illegible] d[illegible] ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, ipſe ambulare [illegible] multo magis qui pro eo ambu[illegible] dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei miniſtrat, ſi eum non ſequitur, inexcuſabilis eſt. Tertio [illegible] illud *Matthæi 18* Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in R[illegible] cælorum, paruulus quantumcunque nobilis ſit, [illegible] paternitatem pauperum non refugit: [illegible] quantumcunque aliquis nobilis ſit, [illegible] leſia Dei [illegible] ſocie[illegible] non debet refugere. De ſocietate hominum [illegible] ſorum generum in Eccleſia Dei, videtur eſſe [illegible] dictum *Eſaiæ 1*. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Secund[illegible] diſcerne [illegible] maxima, euidentiſſimaque peruerſitas in ipſo ſtatuto circa hoc, quod quando explorare, timanque deberent, an perſona reperiatur idonea, quæ canoni[illegible] an da eſt: ipſi diſquirunt, quis pater eius exiſtetit. Vnde illis poteſt rationabiliter obijci quod dicit Angelus *Tob. 5.* Genus quæris mercenarij, an mercenarium. Indiſcretio etiam eorum in hoc colligitur, quod ipſi veriſſimum credunt eſſe illud, qualis pater, talis filius. quod verum eſt in perſonis increatis, ſed ad perſonas creatas extendere conantur: & tamē hoc clau[illegible] dicat centum p[illegible], ſæpe enim eſt pater ſapiens, filius fatuus, vt patet in Salomone, & Rohoam filio eius. Tertio cenſetur eſſe reprehenſibile huius ſtatutum: quia videtur eſſe Deo abominabile. al[illegible] tudo enim ſecularis non videtur Deo placere. Vn[illegible] *Lucæ 16.* Quod altum eſt hominibus, abominatio apud Deum. abominationes Deo offerunt, qui nobiles tantum canonicare volunt. *Exod. 18.* Abominationes Ægyptiorum immolabimus D[illegible] o noſtr[illegible] Quarto hoc ſtatutum damnandum quoque [illegible] ret tanquam valde nociuum Eccleſiæ Dei. Canonici enim militares non bene cuſtodiunt Chriſtum, ſicut figuratum videtur eſſe in hoc, quod milites male cuſtodierunt Chriſtum in ſepulchro: lapides q[illegible] d ſepulchri rite cuſtodierunt milites. ſed Chriſtū perdiderunt. Vnde cantat Eccleſi[illegible] *dicant nunc Iud*[illegible] ſic militares canonici lapides caſt[illegible] ecte cuſt[illegible] diunt, ſed Chriſtum amittunt. [illegible] tutum [illegible] afferret non [illegible] Ecc[illegible] q. [illegible] tualia. Vnde *Prouerbior. 17* [illegible] quærit ruinam. [illegible] cum in [illegible] magna parte exheredat Chriſtum. [illegible] rit vbicunq; deberent inſtitui [illegible] Dei, inſtit[illegible] illi diaboli, vn[illegible] ex his omni[illegible] us [illegible] a opinio præmiſſa Abbat.

Imo ad [illegible] cur[illegible] ed[illegible] do [illegible] tiæ, præt[illegible] ritur nob[illegible] liat[illegible] *quiſquam C* [illegible] *poſt lauda*[illegible] *nobilis* [illegible] *iudicus.* Neu[illegible]

[illegible] *nuptialib. lib. 4. ſub num. 131.* & Barbat. *in c. pruden-*
[illegible] num. 7 de donatio vbi etiam ponit [illegible]es [illegible]ecies no-
[illegible]litatis. *num. 4.* & Scala *de conſilio ap[illegible] lib[illegible]. cap.*
[illegible] incip. licet quilibet approbatus iuriſperitus. [illegible] dicit,
29 quod † ſcribit Caſſiodoru[illegible] *[illegible]ſtola*, vbi aſſerit il-
l[illegible]n eſſe indubitatam nobilitate[illegible], quæ ex honeſtis
3[illegible] moribus honoratur. E[illegible] † nob[illegible]itas eſt excellentia
quædam animi, qua digniores fiunt homines, & in
dignioribus præſtant [illegible]uius ſententiæ fuere plures
pr[illegible]ſtantiſſimi [illegible] referente Bartolo, *in l. 1. C. de di-*
31 *gni. lib. 12.* Et [illegible] *[illegible]ot. 4. politicorum, in fin.* † nobilitas
eſt antiqua virtus atque diuitiæ antiquæ, quem re-
fert Barbat. *in l. [illegible] certum annum, circa finem. C. de pact.* Et
32 Cicero *contra Saluſtium*, ego † maioribus meis virtu-
te mea præluxi, [illegible] ſi prius non oon fuerant à me no-
33 men [illegible] [illegible]. [illegible] Iuuen. † nobilitas ſola eſt, atque
v[illegible]ica [illegible], & H[illegible] m. ad Celantiam, Vera eſt
34 [illegible]ita [illegible] virtutum [illegible]s. Et Vrbanos † Quar-
[illegible] Corius *in chronica de anno 12.* reſpondit
[illegible] [illegible] [illegible]bilitatem, virum nobilem non
naſ[illegible] d[illegible] nobilem. Et [illegible] Flaminius † *in*
oratione cont[illegible] [illegible] Cornelium Scipionem, ego enim non
in aliena gloria, aut [illegible]ſis fortunæ bonis, ſed in pro-
pria, veraque animi virtute nobilitatem eſſe exi-
ſtimo.

36 Simi[illegible] er narratur, † dum [illegible]udam Iulii Cæſaris
maternam originem deſpiceret, & panificum eum
vocaret, ridendo petulit dicens, quod melius exi-
[illegible]mas, an quod nobilitas in me incipiat, an quod in
[illegible] deſinat: Item quidam vir operabat alium de ge-
nere ſuo, dicens, to es caput tui generis. cui ille: & tu
es cauda generis tui. Nec nõ quidam ſapiens, quum
quidã ex patrio genere natus inferior factus igno-
bilitatem generis illi obiiceret, inquit: Gaudeo,
quod ego ex me ſurrexi, tu ex te cecidiſti: generis
noſtri v[illegible]ique ſumus decus, & dedecus. Et quidam
alius Philoſophus alias alii obiurganti, reſpondit,
Mi[illegible] obitias procedere, crimen meum impuras glo-
riæ, dum tuum imputas ignauiæ. Itidem Hieronym.
[illegible]arrare conſueuerat, quod laudatur in quibuſdam,
[illegible]uod geniti ſunt nobiles, in aliis, quod nobilitatem
[illegible]rtute ſunt aſſecuti. pulchrum eſt reſpondi[illegible]e no-
[illegible]itati, pulchrum etiam humilius genus factis illu-
ſtr[illegible]e.

37 Et de Scipione Africano, [illegible] qui fuit bellicoſiſſi-
mos, narratur quoque, quod dum prouocaretur, ei-
que diceretur, v[illegible]em militem eſſe ſub armis, ac cum
parum pugnantem vocaret, patienter reſpondit, di-
cens, Imperatorem peperit me mater mea, non pu-
gnatorem, vt refert Gratus. *conſ. 5. ſub num. 16. vol. 2.* &
audi Apoleium, *in [illegible]b. de Deo Socratis*, ita ad verbum
38 dicentẽ: Si laudas aliquem, quia † generoſus eſt, pa-
rentes eius laudas. Si vero quia diues, fortunæ hoc
debetur: ſed ſi eum laudas, quia bonis moribus, &
a[illegible]ibus doctus eſt, & valde eruditus, quantoio ho-
[illegible]cet, tunc ipſum mirum laudas: quia nec à pa-
[illegible] he[illegible]e[illegible] [illegible]arium, nec ætate mutabile, nec à corpore
cad[illegible]m.

39 Pr[illegible] [illegible]a[illegible] onne Socrates, & Demoſtheoes no-
biliſſimi [illegible] [illegible] [illegible]men parenti[illegible]us ignobiliſſi-
mis, h[illegible] pr[illegible] [illegible]tis n[illegible]tus eſt.

40 E[illegible]iam † q[illegible] [illegible]et ren[illegible] [illegible] deberet, quod nobi-
litas habuit ortum [illegible] [illegible]ribus, quia [illegible]imus Rex
ſuper Iſrael, Saul [illegible] [illegible]or [illegible] [illegible]ait Deo, ſiquidem hu-
milis fui[illegible], & virtuoſus. [illegible] [illegible] 5. Cum eſſes paruulus
in oculis tuis conſtitui te Regem ſuper omnem po-
pulum meum Iſrael. ſecundus Rex fuit Dauid, qui
etiam propter ſuam probitatem fuit à Deo electus.
Vnde protulit Dominus de eo: Inueni virum ſecun-
dum cor meum, vnde non ab re de d[illegible]tate virtutis
ſcribens Boet. ait Non virtutibus ex dignitate, ſed
ex virtutibus dignitati honor acceſſit. & idem alibi,
virtuti propria dignitas inc[illegible] virtus eſt beatitudo,
vel felicitas præſentis vitæ. Beatitudo virtutum de
fonte cœl[illegible]ſtis beatitudinis, amitis Dei in hac valle
miſeriæ ſtillat. vnde *2. Corinth 12.* dicit Gloſ. Aug. in
regione intelligibili[illegible], beata vi[illegible] in f[illegible]nte ſuo bibi-
tur: inde aliquid [illegible] [illegible]gitur h[illegible] h[illegible]n[illegible] næ vitæ, vt in
tentationibus huius ſæculi, temperanter, fortiter,
iuſte, prudenterque viuatur. & Tullius concludit,
quod in quo virtus e[illegible], ni[illegible]hil ei deeſt ad bene ac beate
viuendum & Macrobius, ſolæ virtu[illegible] faciunt bea-
rum, nullaque al[illegible] via quiſquam hoc bonum adipi-
ſcitur. & Seneca patefacit, quod ratio recta, & con-
ſummata felicitatem hominis impleuit. h[illegible] [illegible]num
bonum hominis eſt, quod qui h[illegible]bet, eti[illegible] [illegible]lus
deſtituatur, laudandus eſt, quod qui non [illegible]
liorum omnium copia damnatur, rationem vero re-
ctam, & conſummatam facit virtus. vnde Augu[illegible]-
nus *in libro ſoliloquiorum* definit, quod virtus eſt ratio
recta, vel perfecta, id eſt, rationis rectitudo, vel per-
fectio.

Et ſic † nobiles debent eſſe virtuoſi. & per virtu- 41
tes cognoſci oſtendit Ariſto. *2. polit.* virtus, & mali-
tia determinant nobiles, & ignobiles. & inſuper iſti
virtuoſi multum honorandi ſunt ab hominibus. Vi-
de Ariſt. *3. ethic.* † honor eſt præmium virtutis, ex quo 42
ſequitur, quod nullus de iure eſt honorandus, niſi
virtuoſus appareat. Et idem Ariſto. *4. ethic.* † conclu- 43
dit, quod ſecundum veritatem ſolus bonus hono-
randus eſt, & quod homini virtuoſo non poteſt fieri
tantus honor, quin maiore honore dignus ſit. Et *3.*
ethic. ait, † quod virtuti perfectæ non ſit condignus 44
honor. ergo ex his concluditur, quod ſoli virtuoſi
ſunt honorandi, & quod nobiles ex virtute cogno-
ſcendi ſunt duntaxat.

Ideo nemo † debet ſeipſum iactare, nec glorio- 45
ſum prædicare, propter generis nobilitatem, aut cla-
ritatem. prout ex verbis Hieronymi euidenter colli-
gitur, qui, *in 3. part. epiſtol. epiſtol. 22. ad Celantiam ſcri-*
bens, ita ait: Fruſtra ſibi aliquis de generis nobilitate
applaudit, cum vniuerſi paris honoris, & eiuſdem a-
pud Deum ſint precii, qui vno Chriſti ſanguine ſunt
redempti: nec intereſt, qua quis conditione natus ſit:
cum omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur. Nam
etſi obliuiſcamur, quod ex vno omnes generati ſi-
mus, ſaltem id ſemper meminiſſe debemus, quod
[illegible] [illegible]num omnes regeneremur, ſcilicet Chriſtum. Si-
militer idem Auguſtinus, *ad fratres in eremo ſermone 48.*
qui intitulatur de cura animæ. ad idem propoſitum lo-
quitur, dicens. o homo, cur te iactas de generis no-
bilitate: nonquid omnium vna eſt naſcendi condi-
tio? nonquid & moriendi vna concluſio? quis no-
bilium vnquam natus eſt ſine ſanguinis cruentatio-
ne? nunquid nobilis ſimul cum paupere dum naſci-
tur, per eundẽ meatum tranſit? [illegible] regula etiam mor-
tis nunquid parcitur nobili, aut diuiti: Item Hiero-
nymus. *vbi ſupra ad Celantiam*, nobilem admonebat
ad humilitatem, & ad prædictæ nobilitatis contem-
ptum, dicens: Nul[illegible] vnquam te de generis nobilita-
te præferas, neq; obſcuriores quaſque, & humiliore
loco natas mulieres, te inferiores putes. neſcit enim
religio Chriſtiana perſonas accipere, nec conditio-
nes hominum, ſed animos inſpicit ſingulorum, ſer-
uum, & nobilem de moribus pronunciat Sola apud
Deum libertas eſt non ſeruire peccatis.

Summa apud † DEVM nobilitas eſt cl[illegible]rum eſſe 46
virtutibus. Quod apud Deum in viris nobilius Pe-

tro? qui tamen piſcator, & pauper fuit. Quid in fœminis, Beata Maria, illuſtrius fuit? quæ tamen ſponſa fabri deſcribitur. Sed illi piſcatori, & pauperi à Chriſto Claues Regni Cœleſtis traduntur. & ſponſa fabri meruit eſſe mater illius, à quo ipſæ claues datæ ſunt. Elegit enim DEVS ignobilia, & contemptibilia huius mundi, vt potentes, ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret, & ex aliis rationibus nobilitas ipſa ex genere contemnenda eſt; Primo, quia ſæpenumero nobilitas ex genere meliorem nobilitatem aufert, ſcilicet mentis nobilitatem. qua de re ſapiens ait, Non eſt, quo ſibi aliquis de nobilitate corporis, vel generis blandiatur, ſi ex meliori parte ſit famulus. Secundo contemnenda nobilitas ipſa carnis venit, imo potius nil eſt reputanda, cum re vera nobilitas non ſit, ſicut etiam Philoſophi ferè omnes, & præſertim Seneca aſſerere conſueuerat, Nemo altero nobilior, niſi cui rectius eſt ingenium, & bonis artibus aptius. & idem *alibi* aiebat: Quid eſt eques, aut ſeruus, aut libertinus, niſi nomina ex ambitione, vel iniuria nata? nec non Plato ſcribit, Neminem Regem, niſi ex ſeruis oriundum eſſe; neminem ſeruum, niſi ex Regibus, omnia iſta longa miſcuit varietas, & ſurſum deorſum fortuna verſauit. Tertio, ridiculoſum eſt corpus vnum nobilius dicere altero, vel vnum nobiliorem altero, ex parte corporis. vnum itaque bonum habet nobilitas, quæ carnis dicitur eſſe, quod quaſi frenum eſt quoddam, quod homines debet cohibere ne male agant. Vnde non ab re oſtendit Hieronymus, nihil aliud video in nobilitate appetendum, niſi, quod nobiles quadam neceſſitate aſtringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent. & Philoſophus etiam apertius hoc demonſtrat: Nobilitatis tantum ad hoc memineris, vt cum claritate generis, morum ſanctitate contendas, & cum nobilitate corporis animi nobilitate proficias. & complura alia ad hoc adduci poſſent, quæ breuitatis cauſa ſupprimuntur, cum ponantur per Chaſſaneum *in dicto verſicul. Entre gens nobles. numero 18. cum aliis ſequentibus.*

47 Et hoc non mirum, † quia nobilitas ſtercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiam, ſecundum Hoſtien. *in dict. cap. venerabilis.* & dicit idem Hoſtien. *in cap. tua de conſanguin. & affinit. col. 2.*

48 Quod qui ſuperbit de † nobiliori ſanguine, de nobiliori ſtercore intumeſcit; & nobiles pro maiori parte hodie ſuperbi, & inimici popularium, guloſi, & luxurioſi, pluſquam populares, & nihil aliud ſciunt, niſi comedere, bibere, & ſuperbire, ita tenet Baldus *in l. qui per adoptionem. in 1. lectur. ff. de adoptionibus.*

49 Et concluſiue procedendo, † nobilis magis cenſetur Doctor, qui nobilitatem, mediante virtute ſua acquiſiuit, quam deſcendens ex nobili genere, vt voluit Cyn. *in l. prouidendum. C. de poſtul.* Alexan. *conſil. 94. col. 2. vol. 1. & conſil. 209. ponderatis his, quæ in themate narrantur. num. 8. vol. 6.* Deci. *in c. clerici. num. 54. de iudiciis.* Vincentius Maxilla *in d. conſuet. in Ciuitate noſtra. ſub num. 17.* & Chaſſaneus *in d. §. 19. verſ. Entre gens nobles. nu. 2.*

50 Com. opin. Sed nobilis † virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili, ſecundum Doctores omnes communiter, *in d. cap. venerabilis.* & Bald. *in l. nemini. in fin. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.* vbi ait, quod data paritate in ſcientia, præhonoratur, qui eſt de nobiliori ſanguine, & ſequitur Dec. *in cap. conſtitutis. num. 17. de appellation.* & Tiraquell. *in tract. de nobilitate. cap. 3. num. 6. & ſeq.* & ita dicit obſeruari Chaſſaneus *in d. verſ. Entre gens nobles. num. 23.* & ſequitur, & abunde tuetur etiam Cagnolus, *in l. cum quid. num. 44. & ſeqq. ff. ſi cert. petat.* & iuſtiſſimus D. Carauita piæ memoriæ, *in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 10. in primis Doctores ſedeant. ſub num. 6.* Et hoc rationibus efficaciſſimis ſuaderi poſſet, quod quis nobilis non euadat ex eo, quod nobilibus parentibus tantum ortus ſit. Ex eadem enim radice exeunt vile, & nobile. Flos certe farinæ, & furfur ex eadem radice emanant, & nihilominus furfur cibus vilis eſt, quo porci paſcuntur, flos autem farinæ cibus nobilis eſt. Item ex eadem radice procedit ſpina, & roſa, ſed roſa ipſa creatura nobilis eſt, quia non ceſſat fragrare, redolereque hominibus, illiſque iuxta eam commorantibus ſuum, etiam gratum odorem fundere; ſpina vero quoddam vile eſt, quia pungit ea, quæ prope ſe ſunt. Et ſic ex eodem patre eademque matre poſſunt naſci duo. Vnus igitur erit nobilis, & alter obſcurus. vnus quidem ad inſtar roſæ nõ ceſſabit benefacere vicinis ſuis, & iſte nobilis erit, Alter v. erit ſpina in ignem mittenda, qui nõ ceſſabit pungere vicinos ſuos, hic inhonorus erit. Item ex eodem libero arbitrio fluunt, oriunturque bonum, & malum: ideo ſi nobile foret quicquid à nobilibus procederet, omnes profecto nobiles eſſemus, cum omnes originem trahamus à Deo, qui nobiliſſimus eſt. *Malachiæ 2. Nunquid non Deus vnus creauit nos, &c.* Item, ſi omne quod ex nobili oritur, nobile eſſet, ergo pediculi, & aliæ ſuperfluitates, quæ ex nobilibus procedunt, nobilia forent.

Et licet † Doctoratus dignitas ſit maxima, vt ſupra *in princ.* docuimus, nihilominus ea non liberat filium à patria poteſtate, vt tenuerunt Bart. *in l. item in poteſtate. in fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Bald. *in l. ſi maritus. C. de patria poteſtate. & in l. 3. C. de caſtren. pecul. libro 12.* & Cotta, *in memoral. in ver. ſacerdotium. in fine.*

Et quamuis etiam dignitas † Doctoratus maxima appareat, tamen ipſi Doctores cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus exiſtant, non debent ſeipſos glorioſos prædicare, animaduertendo illud *Prouerb. 27.* Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Et *illud poetæ pariter:* 52

Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe.

Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis.

Et re vera tales ſolent reputari à viris grauibus ſtulti, & glorioſi: Vnde vulgo dici ſolet, talis eſt de confraternia de te Deum laudamus, vel re glorioſus. Poteſt ergo cuilibet tali imputari iuſte, quod iniuſte improperabant Iudæi Chriſto, dicentes, Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, & teſtimoniũ tuum non eſt verũ.

Hinc Marcus Varro † ad Athenienſem auditorem, Multi (inquit) laudem admittunt, quoniam ipſi eam de ſe prædicant. 53

Et huius generis ſunt illi † Doctores, qui ſe iactant de ſapientia ſua, de ſenſu proprio, de ſcientia, de ſpeculatione, ac nouis intellectibus inuentis, atque traditis per eos ad aliquas leges, de victoriis reportatis, ſeu ſententiis prolatis in fauorem ſuorum clientum, de diſputationibus ſuis, de ſequela populi, atque de fama celebri, de libris compoſitis, & huiuſmodi; quia tali lingua glorioſa vtebatur Caiphas, cum aiebat his, qui congregati erant aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, *Ioan. 11.* ſimiliter tali lingua vtebatur quidam nuncupatus Helîu, de quo legitur, *Iob 32.* Quod prorupit in hæc verba iactatoria, dicens, Audite me, ego enim oſtendam vobis ſapientiam meam: omnia quœm 54

præmiſſa

præmiſſa prohibet, *Hierem. 9. c.* dicens: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. cuius ratio eſt; quia & ſi quis ſapiens fuerit, non propterea ſaluus erit, niſi pariter bonam vitam duxerit. quia vt habetur *1. Corinth. 1.* Non multos ſapientes, ſed quæ ſtulta ſunt elegit Deus, vt confundat ſapientes: ſicut patuit de
55 idiotis Apoſtolis. Et certe valde † vituperabile eſt Doctores gloriari, & ſe iactare de ſcientia, aut ſapientia ſua, & ob hanc cauſam in componendis, & dictandis codicibus, aut libris operam dare, vt ſic nomen eorum diuulgetur per vniuerſum orbem.

56 Secus autem cum hoc † faciant, & agant ad Dei honorem, & aliorum ædificationem, atque vtilitatem. Nam iſtud ſecundum ex charitate procedit, dicente Apoſtolo, *1. Corinth. 8.* Charitas, (inquit) ædificat. Gloriam ergo ſuam non quærebat diuinus ille Plato, de quo refert Commentator Auguſtin. *ſuper lib. 8. de Ciuitate Dei, c. 5.* dicens, quod conſuetudo ſua fuit libros ſuos intitulare nominibus magiſtrorum ſuorum, vel eorum, qui magiſtros ſuos docuerant. longe etiam à iactantia, & gloriatione erat ille Philoſophus Pythagoras. de quo refert Auguſt. *lib. 14. de ciui. c. 1.* dicens. quod non fuit auſus ſapientem ſe profiteri, & eſſe, ſed potius Philoſophum, id eſt, amatorem ſapientiæ ſe eſſe reſpondit, à quo id nomen exortum, ita deinceps poſteris placuit, vt quantalibet, de rebus ad ſapientiam pertinentibus, doctrina, quiſque, vel ſibi, vel aliis videretur excellere, non niſi Philoſophus vocaretur, hæc ibi. Vos igitur Doctores cauete vobis à lingua glorioſa, & vt verbis vtar illius Annæ Propheteſſæ matris, S. Samuel. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. *1. Regum. 2.*

57 Et quemadmodum † nobilis ex virtute, præfertur nobili ex genere, vt propalauimus ſupra, *num. 28.* ita etiam filius Doctoris præfertur, præferrique debet, non nato ex Doctore, vt per Gloſſ. & Bald. *in l. Gallus. §. quidam recte ff. de liber. & poſthum.* & per Tiberium Decianum *conſil. 7. ſub num. 43. & ſeq. vol. 3.* vbi aſſignat rationem, conceditque, etiam cum aliis Scribentibus, relatis per eum, quod natus ex Comite, præferatur quoque ei qui Comes quidem eſt, ſed non natus ex Comite.

OPINIO CXCIIX.

SVMMARIA.

1 *Doctores tam legentes, quam non legentes, ac ſcholares quoque, ex priuilegio, & fauore publicæ vtilitatis, ſcientiæq; poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta eorum domos malleantes. Etiamſi fabri ante eos ibi habitaſſent num. 2. Idem quoque in ægrotis obtinet, quod videlicet ii quoque malleantes prope eorum domos expellere poſſint. nu. 4.*

3 *Conſuetudine Neapolitana aliud receptum eſt, quæ in toto Regno obſeruatur.*

1 DOCTORES tam † legentes, quam non legentes, ac ſcholares quoque ex priuilegio, & fauore publicæ vtilitatis, ſcientiæque; poſſunt expellere fabros de ſuis officinis iuxta domos eorum malleantes, ſecundum Gl. Dyn. Albert. Bart. Bal. Ang. Caſtren. Iaſ. Soc. *nu. 64.* Alciat. *nu. 54.* Soc. iun. *nu. 276.* Ripam *n. 134.* Parpal. *n. 48.* & Illuſt. D. Goil. Pontanum Peruſinum præceptorem meum, *n. 84. cum aliis ſeq. in l. 1. ff. ſolu. matri.* & omnes alios Legiſtas, tam antiquos, quam Modernos ibi, & Canoniſtas, *in c. fin. de iud.* vbi Felyn. poſt alios relatos per eum, Guid. Papæ *deciſ. 88. & 388.* Alciat. *in lib. 3. pareng. c. 8.* Franciſcum Marci *deciſ. 635. in 1. par.* & Io. de Amicis *conſ. 104. n. 9.* vbi exprimit poſt Moder. *in d. l. 1.* iſtam eſſe communem opinionem. *Com. opin.*

2 Quæ quidem † ampliatur procedere, etiam ſi Doctores, vel ſcholares faber ipſe præueniſſet, quia tunc, ſi Doctores, ſeu ſcholares alibi commode habitare nequirent, poſſent abſque dubio aliquo expellere dictum fabrum, vt voluerunt Iaco. de Aren. Bar. & cæteri omnes, præſertimque; Ripa *in d. l. 1. nu. 130. ff. ſolut. matrim.* vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem. *Com. opin.*

Sed in Ciuitate † Neapolis extat conſuetudo in contrarium, videlicet, quod fabri malleantes retinent, ac habent officinas ſubtus domos Doctorum, & aliorum iuxta Eccleſias, & Monaſteria, quæ obſeruatur, & valet, tam ibi, quam in toto Regno, vt firmauit, & conſuluit Io. de Amicis, *in d. conſ. 104. n. 102. cum aliis ſeqq.* 3

Amplia † ſimiliter, vt hæc regula procedat etiam in infirmis, qui poſſunt eodem expellere malleantes prope eorum domos, vt per Decium, *in l. quæcunque. n. 72. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio.* 4

OPINIO CXCIX.

SVMMARIA.

1 *Doctor quis, & Aduocatus poteſt eſſe decimoſeptimo anno. Et ſi tunc omiſerit quaſdam allegationes in cauſa ſua, non poteſt prætextu minoris ætatis petere reſtitutionem in integrum. nu. 2.*

3 *Mercator ſi reperiatur deſcriptus in matricula mercatorum, & aſſerat ſe in actibus mercantiæ deceptum, non auditur tanquam allegans turpitudinem ſuam.*

DOCTOR, † & Aduocatus poteſt eſſe decimoſeptimo anno, *l. 1. §. initium. ff. de poſtulan.* Vnde ſi ipſe, † tanquam minor vigintiquinque annis, allegaret ſe deceptum, ac læſum in allegatione iuris, non eſſet reſtituendus, omittens quædam allegare in cauſa ſua, allegansque ex hoc ſe deceptum, &c. Vt per Scribentes omnes communiter, *in l. 1. C. qui, & aduerſus quos.* Ang. *conſ. 93. viſis, inſpectis omnib. col. 3. verſ. hinc deſcendit, quod Doctor licet minoris ætatis allegans ſe læſum.* & per Iacob. Mandell. *conſ. 46. cum præſens articulus. n. 5.* & opinionem iſtam ſcribit eſſe communem Boeri. *deciſ. 330. nu. 6.* & Guil. Raynerius *in l. nubil. §. non capitur. n. 5. ff. de reg. iur.* cum ſit contra eum præſumptio, argu. *d. l. 1. §. initium.* quoniam in ſuo Doctoratu fuit approbatus tanquam ſapiens, ita vt in ſuo caſu profeſſio ſua, & ſuum deſiderium quoque repugnent, vt in ſimili dicitur, *in l. profeſſio. cum ibi notat. in Gl. C. de muneri. patri. lib. 10.* & tenet Cyn. & Dd. *in d. §. initium.* & Ang. *conſ. 58.* & facit, quia turpe eſt Patritio viro illud ius, circa quod verſatur, ignorare, vt dicit text. *in l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iuris.* & ita etiam tenet Marcus Mantua, *in ſuis apophtheg. apophthe. 20.* 1 2 *Com. opin.*

Vbi ait † hoc idem dicendum in mercature, qui ſi reperiretur deſcriptus in matricula mercatorum, & aſſereret ſe in actibus mercantiæ deceptum, non audiretur, ſecundum Angel. *in l. 1. C. qui, & aduerſus quos.* quia ſecundum Mantuam in mentionato loco quodammodo mercator iſte allegaret turpitudinem ſuam ab alio non detectam, contra tritam iuris regulam. 3

OPINIO CC.

SVMMARIA.

1 *Doctori famoſo atteſtanti de conſuetudine an credendum ſit & nu. 3. & 4.*

2 *Doctoris aſſertio de conſuetudine, quæ obſeruatur in aliqua particulari Ciuitate, inducit præſumptionem, & transfert onus probandi in partem aduerſam.*

DOCTORI famoſo, † quemadmodum eſt Alex. atteſtanti de conſuetudine, vel conſuetudinem ita eſſe, vel in aliqua particulari Ciuitate ita, & taliter obſeruari, credendum eſt, ſecundum Bart. *in l. de quibus. ff. de legib.* à quo diſcordant omnes Moderni ibi 1

Cōis opin. communiter, Alciat. conſulendo, *conſil. 25. non videtur mihi hunc Reuerendiſſimum delegatum, tomo 2. libr. 4.* Grammat. *in voto 13. tremendi Dei, qui cuncta facit num. 3.* & quamplures alij Dd. quos congerit Pariſi. *conſil. 158. vol. 4.* Rocchus Curt. *in c. fin. ſectio. 7. nu. 9 de conſuetud.* & hoc Bart. dictum videtur nimis dubitabile, vt referunt Moder. ipſi *in d. l. de quibus* Creſcent. *deciſ. 209 & 276.* & Pariſi. *conſ. 105. num. 7. vol. 4.*

Sed aduerte ne erres, quia Bartol. opinio videtur Cōis opin. magis communis, vt ſcribit Io. Bapt. Ferretus, *conſil. 102. n. 6. vol. 1.* Gratus, *conſ. 12. n. 38. & ſeq.* Natta, *conſ. 218. n. 4. vol. 1.* Nicol. Feſtaſius, *in tract. de aſtimo, & collectu. in 2. par. tit. an, & quando foren. iudic. n 33 par. 2. fol. parno 39.* Dec. *in l. 2 § mutui datio. n. 8 ff. ſi cert. petat.* vbi eam nonnihil tueri conatur, & Socin. iun. *conſ 60. vol 2.*

2 Et aſſertio prædicta † Doctoris de conſuetudine, ad tollendum omne dubium, ſecundum veriorem, Cōis opin. & communiorem opinionem, ſaltem inducit præſumptionem, & transfert in partem aduerſam probandi onus, & hoc vltra alios firmat Deci. *conſ 539. in caſu, & conſ. 694. pro reſolutione.* Curt. iun. *conſ 60. nu. 3. cum alijs cumulatis per Moder. in d. l. de quibus* & Stracca, *in tract. de mercatura in 5. par. de decoctoribus. num. 6.* Feſtaſius *vbi ſupra, num. 38. cum alijs ſeqq.* Vrſillus *in addit. Afflict. in deciſ. 192. ſub n 2. & in deciſ. 321. ſub n. 10.* & Petr. de Benintendis, *deciſ. 95.* vbi meminit iſtam opinionem communem fore, & ita deciſum extitiſſe, in Rota Bononienſi.

3 Et procederent † quoq; præmiſſa abſq; dubio etiam in Curia duntaxat, in qua verſatus eſt Doctor ille, qui ſuis ſcriptis de re aliqua eſſe conſuetudinem atteſtatur, vt per Par. de Puteo, *in tract. ſyndic. in verſ. Doctor, ſeu aduocatus.* Alci. *conſ. 3. circa primum. col. fin. lib. 3.* Dec. *conſ. 472. col. 2. teſtator.* & Io. Lupi, *in repetit. c. per veſtras. ſuper rub. §. 21. n. 1. de donat. inter vir. & vxor.* Et hoc modo poſſet procedere dictum Bart. *in d. l. de quibus. col. 9.*

Et quatenus ſuperius concluſum fuit, quod ſtandum eſt dicto Doctoris, atteſtantis de conſuetudine, dic plene, vt per Iaſ. *in d. l. de quibus.* per Curt. *in d. c. fin. in ſectio. 7. nu. 9.* Marſil. *in pract. crim. in §. conſtante. col. 4. & in repetit. l. final. ff. de quaſtion.* Capicium, *deciſ. 176.* & Grammat. *d. voto 13.* & in hac quæſtione variauit Dec. *in d. conſ. 472. & 691. ponit.* Marſil. *ſingul. 768.* Probus, *in c. 1. de conſtit. & rubr. de conſuetud. in 6.*

4 Et adde Zaſium † dicentem, *in d. l. de quibus. fol. 82. & ſeq.* ponderandum eſſe, an Doctor ſpecificet locum conſuetudinis, vt ei credatur.

OPINIO CCI.

SVMMARIA.

1 *Doctores, vel aduocati qui locarunt operas ſuas, ſi moriantur pendente anno locationis, an heredes eorum poſſint petere integrum ſalarium totius anni.*

2 *Prætor moriens infra tempus ſui officii, ſalarium totius temporis tranſmittit ad ſuos heredes.*

3 *Doctor legens, & moriens tranſmittit ſalarium ad heredes etiam ſi fuerit impeditus infirmitate. Idem in Medico publico ſalario conducto, obtinet. nu. 4. Idem eſt, ſi Doctores legere nequeant, ob publicum aliquod impedimentum, vel ob peſtem, nihilominus enim integrum ſalarium conſequuntur. nu. 6. 7. & 8.*

5 *Doctor, Prætor, ſeu Senator, locans operas ſuas pro annua mercede, ſi Princeps amittat Ciuitatem vbi eſt conductus, caſu bellico, conſequitur integrum ſtipendium totius anni.*

1 DOCTOR, vel † aduocatus, qui operas ſuas locauerunt, caſu quo moriantur, pendente anno locationis, tranſmittunt ſalarium annuum ratione illius anni ad heredes. & conſequenter eorum heredes poſſunt petere integrum totius anni ſalarium, ſecundum Iaſ. poſt alios, *in l. diem functo colu. 8. ff. de offic. aſſeſſo. per text. in l. poſt duos. C. de aduocatis diuerſ. iud.* & ratio dicti huius iſta videtur; quia per eos non ſtetit, *l. 1. §. Diuus. ff. de varijs, & extraordin. cogn.* & iſtam ſcribunt eſſe communem opinionem Moder. *in dict. l. diem functo* præſertimque Curt. iun. *ibi, nu. 53.* Cōis opin.

Ampliatur † hoc etiam habere locum in prætore moriente infra tempus ſui officii, qui quidem ſalarium totius anni tranſmittit ad ſuos heredes, vt tradit Bart. Ang. Bald cæteriq; communiter, *in d. l. diem functo.* & iſtam communem ſequuntur, atteſtanturque Deci. *ibi, nu. 15.* Iaſ. *nu. 38.* & Curt. iun. *nu. 29.* Anton. Capicius *deciſ. 125. in cauſa magnifici Andreocta. n 2. cum duob. alijs ſeqq.* & Ripa *in tract. de peſte. in tit. de priuilegiis contractuum cauſa peſtis. nu. 15.* & Petr. Duennas cum alijs ſignatis per eum, *in regul. 63 aſſeſſore, num. 3.* & Bolognetius, *in d. l. diem functo. nu. 41. cum alijs ſeqq.* vbi hoc vtiliter diſcurrit, & declarat quomodo, & quando procedat. 2 Cōis opin.

Ampliatur † quoque in Doctore legente, & moriente, qui proculdubio tranſmittit ſalarium ad ſuos, ſecundum Gloſſ. *in d. §. Diuus.* vbi hoc idem procedere dicit in Doctore impedito infirmitate, cui etiam debetur totum ſalarium per rationem illius text. & per elegantem text. *in l. cum heredes. § Stichus. ff. de ſtatuliber.* Hoc idem voluit etiam Bald. *in l. 1. q 3. C. de ſuffrag.* Capicius *in d. deciſ. 125. num 4.* Iaſ. Dec. Iacob. Nigri, cæteriq; Moder. *in d. l. diem functo.* Alex. Iaſ. & Dec. *in d. l. 1 ff. de offic. crim.* & ibi Illuſtris Dom. Petrus Calephatus de Plumbino præceptor, & promotor meus, *nu. 265.* ait iſtam eſſe communem opinionem, & Curt. iun. *in d. l. diem functo.* Sed contra iſtam communem aſſertionem nonnulla argumẽta adducuntur per Fulgoſ. & Roma. *in d. l. 1.* quibus omnibus abunde reſpondet Deci. & poſt eum doctiſſime more ſuo Do. Petrus Calephatus ſequendo communem ipſam *nu. 266. & ſeq.* 3 Cōis opin.

Item † ſalarium totius anni inchoati, debetur heredibus medici de publico conducti, qui morte præuentus, annum perficere non potuit, vt cumulatiſſime, atque doctiſſime conſuluit Io. Cephalus, *conſil. 70 & ſeq. lib. 1.* 4

Similiter † Prætor, Senator, ſeu Doctor ipſe locans operas ſuas pro annua mercede, caſu, quo durante tempore locationis, Princeps amittit Ciuitatem, vbi eſt conductus caſu bellico, tunc conſequitur integrum ſtipendium totius anni, vt conſuluit Natta, *conſil. 452: caſus præſens ſatis clarus videtur. volum. 2.* 5

Necnon † Doctores ad legendum conducti, qui non poſſent legere toto anno ob aduentum, atq; acceſſum alicuius Principis in loco ſtudii, integrum ſalarium promiſſum totius temporis conſequerentur, vt conſuluit Dec. *conſil. 70. diuino implorato præſidio. & pro tenui facultate.* 6

Item † Doctoribus, qui non potuerunt legere toto anno ob caſum peſtis, rotum illius anni ſalarium debetur, ſecundum Caccialupum, *in dict. l. diem functo. quaſt. 40.* & Ripam, *in dict. tract. de peſte. 2. part. 4. priuilegio.* 7

Alios vero † tres caſus ſimiles, in quibus officialis, ſeu Doctor poſſit petere, ac conſequi integrum ſalarium, etiam non præſtito ſeruitio, ob legitima impedimenta occurſa infra tempus conductionis, poſuit Capicius, *in d. deciſ. 125. n. 3 cum alijs ſeqq.* 8

OPI-

OPINIO CCII.

SVMMARIA.

1 *Domo vendita ſeu legata, an hortus contiguus ſimul intelligatur venditus vel legatus.*
2 *Vendita vel legata domo, an cenſeantur ſimul vendita ſeu legata apotheca, vel officina ſub domo exiſtentes.*
3 *Vendita ſeu legata domo, vel agro ſimpliciter, non cenſentur vendita vel legata inſtrumenta exiſtentia in domo vel fundo.*
4 *Vendita domo an cenſeantur vendita ſtatuæ in ea exiſtentes.*

1 DOMO † vendita ſeu legata intelligitur venditus vel legatus hortus quoque, vbicunque tamen per domum ipſam ad hortum contiguum aditus ac acceſſus haberetur, quia tunc domus appellatione veniret etiam hortus, cum hortus paratus ſit cauſa domus, & ſic legatarius, aut venditor domus debet habere hortum contiguum domui, vel deputatum ad vſum domus, ita vt de domo habeatur aditus in hortum, alias autem non veniret, niſi actum ſit expreſſe, vt voluerunt Gloſſ. Archid. *in c. religioſam, 11. q. 2.* Gloſſ. & omnes *in l. Olympico, ff. de ſeruitut. vrban. prædiorum.* Bart. per text. ibi *in l. prædiu, §. fin. ff. de leg. 3.* Alexan. *conſil. 26. in princ. vol. 4.* Cæſar Viſillus *in addit. Afflict. in deciſion. 223. num. 2. & in deciſion. 298. num. 5. & ſequen.* Innoc. & omnes communiter *in c. Raynutius, de teſtamen.* præſertimque Barbac. ibi copioſe *nu. 6.* qui tollit omnia contraria. & Berous *nu. 58. cum aliis ſequen.* qui eam limitat, & vtiliter declarat non procedere in tribus caſibus cum aliquibus aliis interpretationibus & declarationibus ad propoſiti caſus declarationem, & eandem opinionem ſequitur etiam Dec. *conſ. 109. nu. 1. & ſeq.* Iaſ. *in l. beneficium, nu. 14. ff. de conſtitution. Principum.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, cui inhæret etiam Bertrao. *conſil. 239. nu. 1. cum aliis ſequen. nu. 3.* vbi reſpondet in quodam caſu ſimili, & Ioannes de Amicis *conſil. 1. nu. 6. cum aliis ſequen.* vbi ſimiliter videtur conſulere in caſu quotidie contingenti, & ſatis vtili in practica, & Socin. iun. *conſil. 159. nu. 8. vol. 2. & conſil. 61. nu. 4. & 7. vol. 1.*

Com. opin.

2 Item † vendita, vel legata domo, cenſentur etiam venditæ, ſeu legatæ apothecæ ſubtus domum exiſtentes, quando vno pretio ſimul emptæ extitiſſent, ac apothecæ ſimul cum domo eſſent ſub vno tecto, vel eadem contignatione, fundamento, & muro continerentur, vt voluit Ancharan. *conſ. 193.* Alexan. *conſ. 223. volum. 2. & conſ. 104. vol. 6.* Ioan. de Amicis *in dicto conſil. 1. nu. 6. cum aliis ſequen.* & Natta *conſ. 117. ſub nu. 1. & ſequen. vol. 1.* Et licet Berous *in dicto capitul. Raynutius, ſub nu. 63. & num. 67.* contrarium ſentiat, & conetur ſaluare opinionem iſtam Ancharan. & poſtmodum eam aſſerat dubitabilem, nihilominus veriſſima atque tutiſſima redditur ex ſcriptis Alex. *in memoratis conſiliis.* Eſt bene verum, quod Corn. *conſ. 203. vol. 1.* determinat conſulendo, quod legata domo non cenſeatur legata apotheca, & conſequenter, quod appellatione domus non veniat apotheca ipſa, quod procedit, ſecundum caſum propoſitum, per eum, vbicunque apotheca reperiebatur ſola, ex ſe, & ſeparata à domo teſtatoris, ſed in caſu præmiſſo apotheca reperiebatur ſubtus domum venditoris, ſeu teſtatoris. Vnde non mirum ſi appellatione domus, tunc veniret etiam apotheca.

3 Item † vendita, ſeu legata domo ſimpliciter, non vtique tunc cenſerentur legata, aut vendita inſtrumenta exiſtentia in ipſo agro, vel domo, & ſic ſub ipſo legato, vel venditione ita ſimpliciter facta, non continerentur aliquo modo inſtrumenta dictæ rei venditæ, ac legatæ, quæcunque eſſent, per Iaſ. *in d. l. beneficium, nu. 10. cum aliis ſequen.* per text. claros ibi citatos per eum, & per Chaſſanæum *conſil. 7. nu. 45. cum aliis ſequent.* vbi affirmat, iſtam eſſe communem doctrinam Doctorum.

Com. opin.

Similiterque † vendita domo non videntur venditæ ſtatuæ in ea exiſtentes, vbicunque poſſent auferri & amoueri ex domo abſque diminutione domus, tanquam poſitæ ad voluptatem; ſecus vero ſi extiterint affixæ domui, ita vt auferri nequeant ſine domus deformitate: quia tunc non tranſirent in venditione, vt voluit, & determinauit in facti contingentia Sacrum Palatium Romanum per nonnullas authoritates, & rationes, teſte Marco Antonio Bardo *in tract. de tempore vtili & continuo, c. 18. ſub n. 20.* 4

OPINIO CCIII.

SVMMARIA.

1 *Ciuis originarius vt quis efficiatur, quid requiratur. n. 2. 3. & 7.*
4 *Domus ſola poſſeſſio, non facit incolam.*
5 *Domicilium contrahere non dicitur, qui manſit in aliquo loco animo inde recedendi.*
6 *Arbitrio iudicis committitur, quando quis dicatur habuiſſe intentionem perpetuo habitandi in loco.*
8 *Vt quis ex ſtatuto efficiatur ciuis, ſi per decennium habitauerit in loco, ſufficit, ſi pro maiori parte illius temporis ibi habitauerit.*
9 *Ciuilitas, ſicut habitatione, incolatu, & priuilegio acquiri poteſt, ita etiam pecunia.*
10 *Ciuis Romanus quis ſit remiſſiue.*
11 *Ciues aduentitii in vniuerſitatibus ciuitatis Aquilæ dupliciter aggregantur.*
12 *Ciuis dicitur dupliciter, vno modo ſimpliciter, & alio modo ſecundum quid.*
13 *Vt ab honoribus, & à participatione bonorum communalium vniuerſitatum quidam prohibeantur, non eſt à iure alienum. & nu. 14.*
15 *Statutum poteſt inducere, vt exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*
16 *Ciues oriundi, & originarii ſunt potiores, quam peregrini.*
17 *Antiquitati ſtandum eſt in paſcuis, pontibus, aquis, molendinis, & commoditatibus aquarum.*
18 *Ciues noui non tenentur ad onera & collectas præteritas.*
19 *Argumentum à ſimili valet, quando ſimilis ratio concurrit. n. 20. requiritque æqualitatem. n. 21. item valet ſi ſimilia omnia ſint conuenientia. n. ſeq.*
23 *Ciuis Neapolitanus quis efficitur eo ipſo, quod duxit vxorem Neapolitanam, vel ibi ædificat.*
24 *Ciuis Aquilanus quis euadit, cum aggregatur in aliqua ex vniuerſitatibus in ea exiſtentibus.*
25 *Aquila ciuitas primaria eſt in Regno Neapol. & narratur eius origo, excellentia, & nobilitas.*
26 *Campani audacia in ſugillandis Aquilanis reprimitur iuſta rationabilique ex cauſa.*
27 *Bellum Braccianum Aquilæ geſtum, authore Angelo Fonticulano, narratur, in quo continentur quamplurimi congreſſus Aquilanorum & Braccianorum. Et finaliter Bracchii exitus miſerrimus recenſetur.*
28 *Ratio, cur author patriam ſuam laudauerit. Et ciuitas Aquila quem habuerit ortum. n. 29.*

DOMICILIVM † in dubio per habitationem continuam decem annorum contractum, conſtitutumque cenſetur, & conſequenter habitans in aliquo loco, per decem annos, videtur ibi verum in- 1

 cola-

colatum, ac domicilium contraxiſſe, *l. 2. C. de incol. lib.*
10. & voluerunt Gloſſ. Bar. & cæteri omnes *in l. lex*
Cornelia, §. ſi tamen, ff. de iniur. & in l. domicilium, ff. ad
municipalem. Felin. *in c. dilectus, il 2. num. 11. de reſcrip.*
Ruin. *conſil. 59. caſus iſte, num. 7. vol. 3.* Gloſſ. Bar. &
Doct. *in l. incola, C. de incol. lib. 10.* & Pariſ. *conſ. 12. nu. 20.*
cum aliis ſeqq. vol. 3. vbi conſuluit faſſusque fuit, iſtam
Cõis opin. eſſe commonem opininnem, & Cephalus etiam
conſil. 246. Magnificus, ſub nu. 25. lib. 2. & Rolan. à Valle
conſil. 79. in præſenti conſultatione, nu. 53. & ſeq. vol. 3.
2 Sed communis † opinio iſthæc intelligenda eſt
cum grano ſalis, vbicunque quis conſtituerit ſedem,
& larem cum maiori parte fortunarum ſuarum, &
habitauerit in loco noui domicilij, ſpatio decem annorom onn receſſurus iode: cum iſte dicatur contrahere tunc incolatum, textus eſt *in l. ciues, C. de incolis, lib. 10. in 2. reſponſo,* & *ibi* not. per Bartol. vbi ponuntur hæc tria in textu, ſi quis recte conſideret, & ita
conſuluit Roman. *conſ. 264. vt n Nurſinus.* & Horatius
Mandoſius *ibi in addit.*

Et hoc idem notat Gloſſ. *in l. 1. C. de municip. & ori.*
3 *lib. 10.* quæ inter cætera vult, quod † ad hoc, vt quis
dicatur incola, debeat habitare in loco, & ibi figere
domicilium cum maiori parte fortunarum ſuarum,
4 cauſa ibi perpetuo habitandi. Quia ſola † domus
poſſeſſio non facit incolam, *l. libertus, §. ſola domus, ff.*
ad municip. Et efficax etiam teſtimonium eſt Gloſſ. *in*
c. ſignificauit, de parto. & in c. nullus, de temp. ord. quæ
concludit, quod ibi quis dicitur incola, & habere
domicilium, vbi maiorem partem rerum ſuarum
habet, & commoratur, & conuerſatur aſſidue, & dies
feſtus colit, & hoc idem firmat Gloſſ. & Bar. *in l. 1. §.*
habitare, ff. de his qui deiecer. vel effu. & Gloſſ. *in Clemen.*
cauſam, in ver. communiter, de elect. & Paul. de Caſt. *in l.*
2. col. 1. C. de iuriſdiction. om. iudic. & dixit Bal. *in d. l. ciues,*
quod ad hoc vt contrahatur incolatus, quod animus
5 debet eſſe fixus in loco illo, & non in agro. Et † ideo
qui manſit in aliquo loco, animo inde recedendi,
non dicitur ibi contrahere domicilium, nec incolatum, *l. eſt verum, & ibi Bal. C. de incolis, lib. 10.* & ſic præcipue ad conſtituendum incolatum requiritur animus perpetuo habitandi in loco, & ea mens ex variis
6 coniecturis elicitur, *c. 2. de renunc.* Et in † hoc verſatur arbitrium iudicis, vt tradit Abb. *in c. fin. col. fin. de*
parroch. & Marian. Socin. *in c. fin. col. 7. quæſt. 6 prin. de*
foro compet. Dec. *conſ. 283. & diligenter, col. 7.* & egregie
7 per Alciat. *in l. pupillus, §. incola, ff. de ver. ſig.* vbi † varias
diuerſaſque proponit coniecturas, quibus incolatus
præſumatur.

8 Et † licet concluſio antedicta vera ſit ex allegatis
authoritatibus, & rationibus, nihilominus ſi ciuis ex
ſtatuti diſpoſitione ille efficiatur, qui per decem annos ſteterit in ciuitate, debet gaudere, & frui ciuilitate, etiamſi pro maiori parte illius temporis non ſteterit in ipſa ciuitate, & ſic non requiritur continua
manſio, & reſidentia, *l. cum de lanionis, §. Sabinus, ff. de*
fun. inſtruct. vbi Bar. quem textum dixit ſingularem
ſequendo hanc opinionem Rom. *ſing. 676. communiter ſunt ſtatuta,* & *ibi* Nicolaus Pignolatus *in add.* idem Roman. *conſ. 264.* & *ibi* fuſiſſime Horat. Mandoſius *in add.*
9 Et † quemadmodum habitatione incolatuque, &
priuilegio ciuilitas acquiritur, *l. 2. C. de incol. lib. 10.*
Dec. *conſ. 283.* & Alciat. *conſ. 102. nu. 10.* ita pariformiter
etiam mediante pecunia illa met ciuilitas acquiri
poſſet, vt apparet *Act. Apoſtol. 22. ibi,* Hic enim homo
ciuis Romanus eſt. Accedens autem Tribunus dixit
illi: Dic mihi ſi tu Romanus es? At ille dixit: etiam. Et
reſpondit Tribunus: Ego multa ſumma ciuilitatem
hanc conſequutus ſum. Et Paulus ait: Ego autem, &
natus ſum. Et ciuis † Romanus quid eſt dicere, not. 10
etiam *in Auth ſed hodie.* & *ibi* Bal. *C. de iur. aur. an.*

Et † hinc reducendo hæc omnia ad practicam, 11
concludo vtiliter, quod diuerſimode aggregari conſueuere variis in locis aduenæ & peregrini, & potiſſimum in patria mea extat conſuetudo immemorabilis aggregandi exteros ipſos, in Vniuerſitatibus ciuitatis prædictæ Aquilæ exiſtentibus, duobus modis.
Vno modo ſimpliciter, altero vero ad participandum; & veluti in primo modo iam tradito aggregandi nihil ſoluitur, ita etiam in ſecundo modo ſolui pecunia conſueuit. Vnde aggregati in primo caſu
prædicto participare non poſſunt, nec debent modo
aliquo de bonis, & obuentionibus propriis ipſarum
Vniuerſitatum, vt naturales alii ciues oriundi, & originarii.

Nam † iſti ciues neoterici & aduentitii veri ciues 12
dici nuncupatique nequirent, ſed ſecundum quid:
ciuis enim ſecundum Philoſophum *in 3. Polit.* dicitur
dupliciter: vno modo, ſimpliciter, & alio modo, ſecundum quid.

Nec eſt † à iure alienum, certas perſonas prohibitas 13
eſſe ab honoribus, nec non à participatione bonorum communalium Vniuerſitatum. Hoc etiam
videmus de iure ſcripto in honoribus, *l. vt gradatim,*
§. & ſi lege, ff. de muneri. & honor. l. ſpurios & l. honores, ff.
de decur. Nec † ergo eſt abſonum, ſi etiam conſuetu- 14
do hoc poteſt introducere, vt dicitur de iure primogenituræ, Bald. *in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.*

Videmus etiam † in ſtatutis vniuerſaliter per to- 15
tam Italiam, & præſertim in Regno Neapol. *in conſtitut. In aliquibus,* quod ſtantibus maſculis fœminæ
non ſuccedant, Bart. *in l. fin. ff. ad Tertull.* Bal. & Salyc.
in l. fin. C. de liber. præter. Quod ſtatutum habet etiam
locum in Iudæis, vt per Soc. *conſ. 62 in præſenti, vol. 1.* &
Marſil. *conſ. crim. 101. nu. 44. lib. 1.* & Marquard. de Suſannis *in tract. de Iudæis, & infidelib. in 2. part. cap. 2. n. 4.*
& ſeqq. vbi ait etiam illam eſſe communem opinionem, quam idem eo in loco vtiliter declarat, & remouet omnia obſtacula contraria.

Merito itaque † conſuetudine induci potuit, 16
quod ſolummodo certum genus perſonarum ad
præmemorata bona communia Vniuerſitatum cæteris excluſis admittatur, & re vera hoc ſuadetur ex
eo, quod Cicero oſtendit *primo de Amicitia.* Potiores
(inquit) nobis ſunt ciues quam peregrini: Non ergo
eſt ambitioſum, ſi nouitii & aduentitii ciues iudicentur ad imparia cum terrigenis & originariis, &
eiſdem commoda ciuitatis potius diſtribui debeant.
Bene faciunt quæ ſcribit Paul. Caſtren. *conſ. 342 ſtatutum, vol. 2.* Roman. *conſ. 121.* & Barbat. *conſ. 51. col. 1. vol. 2.*
Et ita obſeruatur in patria mea, vt aggregati in Vniuerſitatibus ſuis ſimpliciter vti ciues, ad communantias earumdem Vniuerſitatum quouis modo
non admittantur.

Et ad hoc † videtur textus formalis *in §. ſicut ab* 17
antiquo, in titul. de pace conſt. vbi ſeruanda ſunt in futurum, quæ ab antiquo fieri conſueuerunt, & eleganter affabreque Bald. *ibi* per illum textum notauit in
paſcuis, pontibus, aquis, molendiniſque, nec non in
in ipſis accommoditatibus aquarum ſtandum eſſe antiquitati.

Et † probatur hoc etiam poſtremo, quod quem- 18
admodum ciuis nouus non teneatur ad collectas,
quæ pro veteribus debitis imponuntur, & ſic hi, qui
de nouo ad habitandum venerunt, & ciues ſunt recepti, non tenentur ad onera & collectas præteritas,
& iam impoſitas contribuere, ſecundum Bart. *in l.*

pro-

pr[illegible]um, [illegible] ion lib. 10 & in l. [illegible] cohærendum, ff. ad le[illegible] alcid. & Bald. *in [illegible] § quod ſi nemo, [illegible] 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* & [illegible] paſſim, & inde ſincè o[illegible]ruatur in regia Camera Summar[illegible] Neap. Ita ipſi [illegible]ues neoterici [illegible] n d[illegible] ent per V[illegible]niuerſitates aggregantes, pariter [illegible] ata æquitalitate, participes fieri de acquiſitis per Vniuerſitates ipſas ante aggregationem eorundem [illegible]uium.

19 Valet † nempe [illegible] r[illegible] argumentum a ſimili ſecundum Doct. *in l. 1. ff. [illegible] eius.* Goſſ. *in [illegible] 1. in prin. in ver. teſtato, ff. de leg.* & Felin. vbi hoc ponit pro regula *in cap. præterea, num. [illegible] de ſponſal.* & [illegible] *in l. 2. C de pact. qui ſi[illegible] ſtra* vbi & *in c. 1 § porro, col. 3 in tit. quæ ſit prima cauſa benefic. amit. in [illegible] ib. feud. & in l. conuenticulam, C. de e[illegible]piſcop. & cler. col. 3* Concludit hoc procedere in ex[illegible]bitantibus fauorabilibus tant[illegible]m, & ſequitur Flor. *in [illegible] illud, & in l. ita vulneratum, ad legem Aquil.* & Innoc. *in c qualiter, de accuſat.*

20 Imo † ſumitur etiam hui[illegible]ſmodi [illegible]rgumentum, qua[illegible]do concurrer[illegible] [illegible]ulia ratio, [illegible]el maior prout d[illegible]cernitur in præ[illegible] [illegible]u, teſte Ba[illegible]. *in l. apud anti-*

21 *quos. col. 1. C. de [illegible]rt.* N[illegible] non † tale argumentum requirit æquitatem, qua [illegible]gat ſimile [illegible]us vt efficax [illegible]teſtimonium eſt Bald. *in c. ad hoc, volum. 8. de pace iur. in ſibus feud.*

22 V[illegible]at eſt ad hoc vt [illegible]rgumentum iſtud procedat quod [illegible] [illegible]iali [illegible]om[illegible] [illegible] uenie[illegible]tia, *l. quid ergo, §. ex compromiſſo. ff. de bis qui notan. infam.* vel ſal[illegible]m conueniant in e[illegible] de quo agitur, *l. apud antiquos, C. de furt.* Ripa *in l naturaliter, §. nihil commune, num. 13. ff. de acquir. poſſ.* Quare cum in caſu hoc con[illegible]ſtrat ſimilis ratio, cum caſu æquiparato, concurratque æquitas etiam, quæ iungit iſtos caſus inſimul, & conuenientia quoque ſcernantur in caſu occurrenti, opportune antedictis aduentitiis cantari poſſet, illud conſuetum proferri per moniales, mulieribus volentibus ingredi religionem, Si vis viuere mecum, porta tecum.

23 Sed in † ciuitate Neapolis ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ Regis Ferdinandi Primi exordiente, *Pateat vniuerſis*, eo ipſo, quod quis ducit vxorem Neapolitanam, vel ædificat ibi habitando, efficitur ciuis.

24 Ne[illegible] non † eo ipſo, quod aduenæ & peregrini aggregantur in aliqua ex Vniuerſitatibus, [illegible] [illegible]iuitate noſtra Aquilæ exiſtentibus, efficiuntur. & coadunt ciues Aquilani, ex antiqua, & antiquiſſima conſuetudine.

25 Et † hinc eſt, quod ad ipſam Aquilæ vrbem illuſtrem, & primariam inter a[illegible]ias ciuitates Regni Neapolitani, caput Prouinciç, & Metropolitanam, cum ea maxima ſit) & repletam, atque [illegible]onſtructam ab initio ex reliquiis vetuſtiſſimæ, & famoſiſſimæ ciuitatis Amiterni, & Forconii, poſt quarum direptionem, earundem ciues conſederunt in villis quiſque ſuis quas amœniſſimas, & feraciſſimas habebant, & [illegible]m iam illos ruſti[illegible] æ vitæ tæderet, memores ad[illegible] [illegible] ciuilitatis [illegible]uæ, al[illegible]m, hoc eſt, Aquilam [illegible]ſtruxerunt, & huc ſimul conuolitarunt o[illegible]tuaginta Vniuerſitates à principio [illegible]uæ conſtructioni[illegible], quæ cœperunt regi prout hodie reguntur, & moderantur, median[illegible]bus Syndicis, & aliis Officia[illegible]ibus. Et habuerunt, & habent territoria non mediocris obuentionis, in va[illegible] diuerſiſque locis [illegible]irc[illegible] ipſam ciuitatem. Imo Vniuerſitates ipſæ, & vnaquæque earum, retinnerunt, & reti[illegible]en[illegible] [illegible]ccleſiam in præmemorata ciuitate, in qua, ſeu quibus prædictæ Vniuerſitates congregari ſolent pro negotiis [illegible]is terminandis: in quibus itidem conſueuere celebrari quotidie miſſæ, & alia di[illegible] [illegible]a officia p[illegible] [illegible], & Paſtor[illegible] animarun[illegible] [illegible] non omnes prælibatæ Vniu[illegible]ſitate[illegible] & vn[illegible] quæque earum habuerunt & habent dep[illegible] [illegible] impre[illegible] p[illegible] arma, & inſignia propria in pal[illegible]tio, & [illegible] deniq[illegible] Illuſtris Magiſt[illegible] [illegible] [illegible]n. ciuitatis Aquilæ, & in fontibus [illegible]uis publicis: inter quas quidem Vniuerſitate reperitur collocat[illegible] p[illegible]itaqu[illegible] [illegible]iam V[illegible]niuer[illegible] noſtra, de Vio à qua noſtri Maiores cognomen aſſumpſerunt de Viuto, [illegible]uæ [illegible] adeo diues, vt omnes a[illegible], diuitiis, f[illegible], & ob[illegible]uentionibus de proprio territorio [illegible] [illegible]e præcellat. Et hinc [illegible] ſind[illegible] [illegible]e antedicta ciuitas Aquilana meruit ex priuil[illegible]gio, & gratia, cudere mo[illegible] [illegible]cum prærogatiua, & [illegible] in eis impre[illegible] [illegible] L I B E R T A S A Q V I L A N A, prout [illegible]lantur ipſæ antiquæ, & præſeæ monetæ, & Paris de P[illegible]teo *in tract. de Syndicatu, in titul. de exceſſib. Baronum circa ſubdit. cap. [illegible] ubnumer. 19.* Imo ita creuit eadem ciuitas Aquilana a princi[illegible]io, vt ea quatuordecim mil[illegible]us f[illegible]cu aribus [illegible]pputata, numerata, & repleta diſcernebatur; [illegible] [illegible] præſ[illegible] [illegible]rtim tatione circuitus, qui ci[illegible]tat[illegible] in ipſam, [illegible] ſpatio quatuor miliarium ambit, & ipſa [illegible]nt im turribus, præter arcem maximam, inſignita. Non mirum ergo fuit, ſi temporibus illis, & præſertim *in anno 1423. & ſequenti*, dum reperiebatur obſeſſa à Braccio Montonio, & Nic[illegible]lao Piccinino, Peruſinis i[illegible]luſt[illegible]ſſimis, & ſtrenui[illegible]imis militibus, maximo cum exercitu, per tredecim menſes continuos, propriis viribus animi, & c[illegible]p[illegible]ris eos præcipitauerit atque perdiderit, report[illegible]do victoriam, p[illegible]rpetua, & immorta[illegible]. mem[illegible]ri[illegible], & [illegible] de dignam. Appare[illegible] quo etiam ciuita[illegible] prædicta taliter Ec[illegible]leſiis ornat[illegible] [illegible] orata, & illuſtrata, vt inter [illegible] inter alias o[illegible]in[illegible] [illegible]tates Italiæ gloriari poſſit, ſe habere decem[illegible] oct[illegible] [illegible]eſias collegiatas clericorum, i[illegible] quibus, & [illegible]aq[illegible]aque earum adſunt R[illegible]ctores, Archipresbyter[illegible], Abb[illegible]tes, Priores, Canonici, & Cappellani, & in il[illegible] [illegible]dem recitantur quotidie ſuis congruis horis offi[illegible]ia, & horæ canonicæ. Item habet quoque decem Monaſteria, & Eccleſias collegiatas Monialium, quæ à tempore immemorabili vixerunt, & viuunt in tali ſanctitate, vt his temporibus inter cæteras Italiæ [illegible]ligioſas electæ, ac deſtinatæ fuerint aliquæ moniales, de mandato Papæ, Monaſterii Sanctæ Claræ, & Sanctæ Luciæ [illegible]uſdem ciuitatis ad r[illegible]formandum prim[illegible]ias E[illegible]cleſias, [illegible] [illegible]ollegia Monia[illegible]ium ciuitatis Neapo[illegible]is; imo eadem met ciuitas Aquilan[illegible] [illegible]ber etiam [illegible]uatuo P[illegible] [illegible]nos P[illegible]otec[illegible]ores, & [illegible]efenſores. Vnde in ſubterranea Ec[illegible]leſia San[illegible] L[illegible]urentii eſt vere corpus Sancti E[illegible]uitii Abbatis, de cuius vita & miraculis mentionem fecit Beatus Gregori[illegible]s *in ſuis dialogis.* L[illegible] in Eccl[illegible] S[illegible]nctæ Mariæ C[illegible]is Maiæ, reperitur [illegible]tiam corp[illegible]s Sancti Pe[illegible] Cœleſt[illegible]ni, Summi Pontificatus, p[illegible]ſt[illegible] [illegible] cura intignis. Nec non in Eccl[illegible]ſia Cathedrali ſ[illegible]bterranea adeſſe corpus Sancti Maximi Martyris, non dubitatur. E[illegible] in Eccleſia denique Sancti Bernardini in toto orbe terrarum celeberr[illegible]ima, reperitur [illegible]lud diuinum, & ex omni parte integrum, & [illegible]contaminatum corpus [illegible]llius Bernardini Sancti[illegible]mi, quod [illegible] capſa argentea miro artificio [illegible]onſtr[illegible]cta, v[illegible] loris viginti millium [illegible] [illegible]rum cuſtoditu[illegible] quibus quidem San[illegible]s, & [illegible] [illegible]ctis Dei & Patr[illegible], in conſpectu ipſius D[illegible] [illegible]n[illegible]bu[illegible], non ceſſ[illegible] quotidie humi[illegible]ter & deu[illegible] [illegible]n[illegible] me[illegible]are propriam patriam, me ipſum, & familiam. Et denique in ead[illegible]m ciuitate Aqu[illegible]læ ta[illegible] [illegible]ſt a[illegible] [illegible]s têperies vt in eiu[illegible] territorio tam magna croci q[illegible] [illegible]titas oriatur, v[illegible] toti orbi terrarũ ſufficia[illegible] P[illegible]nd[illegible] mines in prędicta ciuitate, & eius c[illegible] t[illegible]to[illegible] ſolem-

tes

tes, & ſummo ingenio præditi, atque limitati iudicii appareut, vt dubio procul in omnibus artibus & ſcientiis inter primarios totius Europæ connumerari queant. Sunt pariter ita alieni ab hæreſibus, vt nihil vllo vnquam tempore (Deo annuente) audita fuerit labes, ac ſuſpicio aliqua, quantumuis minima, de hæreſi. Suntque ita nobiles, inſignes, generoſi, & magnanimi, vt omnes Gentes, & Nationes allicere ſoleant: & eorum fidelitas erga Sereniſſimum D. Regem Catholicum ita ſemper perſpicua, & naturalis, & ſyncera, & incontaminata apparuit, & apparet, vt ſemper etiam nuncupari re vera potuerint, & poſſint fideliſſimi ſuæ Cæſareę & Catholicę Maieſtatis, contra lymphaticum, inſipientem, & fatuum vulgus, & contra alios quoſcunque maledicos, atque mendaces; in tantum, vt antedicta ciuitas Aquilæ, cum inclyta ſit, & decorata nobilitate, & diuitiis, & inſigni maxima, & euidentiſſima fidelitate, meruerit hac tempeſtate noſtra felici, fortunate gubernari à Sereniſſima D. MARGARITA DE AVSTRIA, CAROLI V. Imperatoris maximi, & ſemper Auguſti filia, ſua vita durante. Et hinc in hac inclyta ciuitate Aquilæ, mihi patria amœniſſima, hactenus fuerunt, & in præſentiarum ſunt aliqui Doctores doctiſſimi in vtraque cenſura, qui haudquaquam dubitant, cum quocunque alio peritiſſimo viro allegationes iuris oretenus, & etiam in ſcriptis facere. Adeo quod (vt vera loquutus eſt) aliqui Doctores huius ciuitatis, ſunt Doctores nonnullorum Doctorum aliquarum ciuitatum, & Terrarum prouinciæ noſtræ Aprutinæ. Habet ſimiliter eadem ciuitas Aquilæ generoſam nobilitatem, quæ plerunque contraxit affinitates cum Regibus Hiſpaniæ, cum Pontificibus maximis, cum principalibus familiis aliquorum Sedilium ciuitatis Neapolis, & cum aliquibus aliis familiis nobiliſſimis vrbis Romæ, vt teſtantur ſepulchra tam in ipſa vrbe, quam Aquilæ extantia. Imo ciuitas antedicta Aquilæ habet etiam honeſtiſſimas familias de populo, literis, moribus, & diuitiis ornatas, quæ nobiliter viuunt, poſſuntque audacter dicere, attenta excellentia ipſius ciuitatis, ſe præponendas eſſe nobilibus aliarum ciuitatum prouinciæ, prout affirmat Gloſſ. & ibi Bar. *in l. 1 C. de Alex. prima. lib. 11.* Et in tantum abundat honeſtiſſimis ciuibus, vt in regimine Vniuerſitatis (cum ſint quatuor decuriones) nullus eligatur, qui artem mechanicam exerceat: ſed plerique ſunt viri literati, honeſtiſſimi, & nobiliter viuentes, & Doctores, & nobiles ex genere.

26 Et quamuis † Ioannes Antonius Campanus *in vita præmemorati Braccii Montonii*, præter hiſtoricæ narrationis filum, & extra propoſitum, tanquam mordax, & capitalis inimicus ciuitatis Aquilæ, ex variis, diuerſiſque opprobriis, quibus inter ſe ab Aquilanis affectus fuit, inique & falſo nonnullas calumnias & maledicta ruſticatim & indigne, more ſuo, protulerit contra omnes familias eiuſdem ciuitatis Aquilæ: tamen (parcat mihi memoria ſua loquendo re ipſa, & veritate duce, ad naturalem defenſionem, & ad propriæ patriæ tutelam, quod quemadmodum ipſe Campanus fuit in prædictis opprobriis mendax, ita reperitur etiam in pleriſque ex ſuis ſcriptis, & præſertim in obſidione ipſius Aquilę facto, per eundem Braccium fallax & bilinguis, vt omnes ſui errores & lapſus manifeſtantur per omnes Hiſtoricos, & potiſſimum per Laurentium Spiritum Peruſinum, per Bernardinum Corium Mediolanenſem, & per Angelum Fonticulanum, grauiſſimos viros, & fideliſſimos ſcriptores, quibus magis hoc bellum perſpectum fuit, vtpote amicis ſucceſſorum Principum, quorum cauſa geſtum fuit. Sed miror cum [illegible] ro fuiſſe audaciam & temeritatem [illegible] quos nobiles atque illuſtres, & [illegible] n meros habemus patrum memoria celebres, patent [illegible] ſſe pectora affirmare ſit auſus: quos omnes, & ſingula eorum nomina, cum generis nobilitate, [illegible] eorum geſta ſi referre vellem, qui inde à partu Virginis *anno 1425. & ſequentib.* in viuis fuerunt, & floruerunt, non ſolum longior eſſem, quam ſuſcepti negotii ratio expoſtulat, ſed etiam medio (vt aiunt) cursu deficerem, cum hæc proprium & deſtinatum volumen deſiderent. Nam, vt cætera ſilentio prætereram, quis eſt tam hebes, & iudicio animi carens, qui non putet Aquilanos omnis rei militaris experiſſimos tunc fuiſſe? agebatur enim de ciuium libertate cum hoſte, eoque acerrimo, qui totam Italiam perterrefecerat. Nam à ſuis pendebat ob hoc bellum, vt ait Corius, ab illo enim pendebat Romanæ Eccleſiæ ſtatus, ius Regni Neapolitani, & Ducatuum [illegible] lani & Hetruriæ: cum igitur Aquilani tot menſium ſpatio ſe conſtantiſſime defenderint, vt nullis largitionibus, aut pactis honeſtiſſimis propoſitis, ad hoſtes deſciuerint: ſed eorum bona, liberos, parentes, vxores, & ciues ſuæ copiis auxiliaribus tutati ſint, quis dubitat eos totam Italiam in libertatem vendicaſſe? quæ ab eiuſmodi Tyranni oppreſſione iacebat. quod ſui ſummo conſilio fieri non poterat contra Campanum, qui ſuo ſe gladio confodit, dum ait, Sereniſſimam Reginam Ioannam pluries literas ad illuſtres ciues Aquilanos dediſſe, nec ad omnes ſolum, ſed etiam ad quamplurimos particulares, quibus cum familiaritas maxima & amicitia intercesſerat, quæ res in animum quidem Reginæ cadere poterat, ſi illi ciues fuiſſent ignobiles, vt vir ille mendaciſſimus ad poſterorum memoriam mandauit. Idem Campanus *in 2. lib.* dicit, Roſſium Aquilanum maximum equitum Peruſinorum Ducem fuiſſe. Ob hoc igitur bellum tam feliciter confectum, Aquilanorum virtute, totius Italiæ Principes, quotquot ſunt, de quorum omnium fortunis & ſtatu agebatur, huic noſtræ præclariſſimæ vrbi in æternum debent, cum liberi & tuti iam ſua bona poſſideant, quæ ſi a maioribus fuiſſent per hoſtes ablata, proculdubio priuati vixiſſent. Et niſi hominum memoria labilis eſſet, & aliquando hæc eadem Sereniſſimo & Catholico Hiſpaniarum Regi, Domino noſtro, inſinuarent per aliquem virum, pietate & doctrina inſignem, magnis nos aſſiceret præmiis. Sed conditione temporum factum eſt, vt Principes aliis diſtracti curis, omnia perlegere non poſſint: & ea eſt quorundam hominum improbitas & malitia, qui ex aliorum beneficio timent, ne quid ſibi detrimenti contingat, vt ne vnum quidem verbum facere dignentur de tam inſigni facinore apud Superiores: Imo quod peius eſt, reguli quidam Hiſpani, quibus ſcilicet Sereniſſimi Regis munere, & ſtipendii cauſa, ex errore quædam caſtra donata fuerunt, quæ pertinebant ad Rempublicam Aquilanam, cum omnes ab vno Aquilæ Prætore gubernarentur, videntes ſe iure dictis caſtris priuari, cœperunt maledictis omnibus nos accuſare. Quibus non obſtantibus, verente olim lite, inuictiſſimus CAROLVS QVINTVS, Romanorum Imperator, omnes nobis honores & iura contra calumniantium malignitatem cumulatiſſime reſtituit, exiſtente Prorege in Regno tunc temporis Illuſtriſſimo D. Petro de Toledo. Sed poſt interuenientibus literis quibuſdam ſuperſeſſorialibus fuit res ſuſpenſa, & adhuc pendet lis ſuper reintegratione iſtorum caſtrorum.

Sed † vt habeatur pleniſſima ac expeditiſſima no- 27
titia

[illegible] ciuitatis Aquilæ, n[illegible] tempo- [illegible] uoluere omnia diuulgata per D. Camillum [illegible] *lla Congiura de Baroni del Regno di Napoli contra il Re Ferdinando Primo, quaſi nel fine del primo libro, al [illegible] con queſte formate parole. [illegible] Aquila, città dell'Abruzzo fra altiſſimi monti poſta, e [illegible] de luoghi [illegible] tanto creſciuta, che di huomini, di arme, [illegible] era la prima riputata doppò Napoli [illegible] dello ſtato della Chieſa, etiam [illegible] gouernaua [illegible] di [illegible] dominio impartialita. Surgeua [illegible] de' Camponeſchi, potente tanto, che quaſi ne hauea [illegible] ipato, e quando [illegible] di Napoli [illegible] alcuna coſa ottenere era loro di meſtiere guadagnar prima i Camponeſchi. Era perciò l'Aquila meno dell'altre terre aggrauata, e, come Republica, nella [illegible] a [illegible] uiuena, per [illegible] quelli, ch'haueano fondato il principato in [illegible] uolonta, e beniuolenza del popolo, non ſoffriuano, che e fuſſe aſſ[illegible]giato, temendo che non ſe gli [illegible] mancaſſe l'authorità, e l'amore in odio ſi conuertiſſe. Queſta [illegible] ſi ſtimaua ſi Angioina, hauendo ſeguite le parti di Re nieri [illegible] doppo le quali guerre, il Re, per aſſicurarſi della Città, e de' Campone[illegible] con beneficio [illegible] garſi, donò a Piero Camponeſco il Contado di Montorio, il quale [illegible] nella ſua famiglia, [illegible] era per le commeſſe ribellioni [illegible] tolto [illegible], [illegible] più la ſtima dell'amore della patria, che dell'honore, e [illegible] della dignità, non acconſentì [illegible], che l'Aquila [illegible] come gli altri ſudditi e [illegible] fra di loro erano conſenti [illegible] doglienze, il Re accuſando il Conte d'ingratitudine, e all'incontro replicando il Conte, che a lui douea [illegible], che in tante guerre [illegible] meſſe con la ſua ſpeſa conſeruato in fede l'Aquila. Id[illegible]. In coniuratione Baronum Regni Neapolitani, contra Regem Ferdinandum Primum, circa finem primi libri fol. [illegible] vbi refert hæc formalia verba. Eſt Aquila ciuitas Abru[illegible], inter altiſſimos montes ſita, quæ ex ruinis vicinorum locorum in tantum excreuit, vt ratione hominum armis & opibus præcellentium fuerit prima reputata poſt Neapolim, quæ ſita à latere ditionis Eccleſiaſticæ, etiam regebatur ſicut vrbes eius dominij in partialitate. Surgebat in ea familia Camponeſcorum, tanta cum potentia, vt fere eius principatum occupaſſet, & cum Reges Neapolitani à ciuitate quicquam vellent obtinere, neceſſarium ipſis erat in ſuas primum partes Camponeſcos pert[illegible]ahere, eratque eam ob cauſam Aquila minus, quam cæteræ ciuitates, grauata, & inſtar Reipublicæ [illegible] vinebat. Itaque [illegible], qui principatum ſuum f[illegible]dat[illegible] in voluntate & beneuolentia populi, non ſe [illegible]bant, vt [illegible] aſpernaretur, timentes ne authoritas ipſis [illegible] nueret, & amor in odium conuerteretur. Familia hæc Angioina eſſe æſtimabatur, quæ partes olim Rinieri ſecuta fuerat eiuſque filij, poſt quæ bella Rex, vt de ciuitate ſecurus redderetur, & Camponeſcos beneficio ſibi obligaret, donabat Petro Camponeſco Comitatum Montorij, qui olim ad familiam ſuam pertinuerat, ſed per rebellionem amiſſus erat; ſed Petrus pluris faciens amorem patriæ, quam honorem & dignitatis, nunquam conſenſit, vt Rex Aquilanos grauaret, [illegible] & propterea inter eos multæ vigebant querimoniæ, Rex accuſando Comitem de ingratitudine, & econtra Comes re[illegible]ndo, quod Regi merito ſufficere debe[illegible], quod in tantis bellis abſque eius impendio Aquilanos in [illegible] conſeruaſſet.

28 Quæ [illegible] prol[illegible] ecto me [illegible] incitarunt, vt Aquilæ [illegible] meæ famoſiſſimæ, atque præclariſſimæ, & eius Comitatus mihi ſit his temporibus repetenda origo, cum [illegible] dum daturus ſum [illegible] peram non dubie qui[illegible] me ex re[illegible] Fur[illegible], & Amit[illegible], & Duroniæ, antiquiſſi[illegible]arum ciuitatum fuerit occupata hæc regio, in qua hodie [illegible] ſidet Comitatus [illegible] & in vari[illegible] oci [illegible] caſtra [illegible] quædam [illegible] quæ ſeparata vna ab a[illegible]tera, ſed vt in diuerſis locis vnicum corpus conficerent, vt in ciuitate Cauenſi, in T[illegible] Seuer[illegible] fonti, Olibani, in ciuitate Ducali, in Ter[illegible] Regalis, & in aliis [illegible] in hoc Regno ſimile [illegible] ri obſer[illegible]. Sed [illegible] ita c[illegible] non viu[illegible], vt p[illegible] in unio diſcordias inter eos pareret, primi habit[illegible] diuiſerunt agros, & montaneas in [illegible] caſtra, [illegible] numerum ocularioru[illegible] adeo v[illegible] ex [illegible] pulo aſſignata fuerit portio in montaneæ, & agri [illegible] lis, quos eius caſtra, quæ [illegible] ſolebat aſſignauerant: & hæc fuit prima diuiſi[illegible], & monta[illegible] inter oppida, ex qua quidem [illegible] ne [illegible] ter vnum c[illegible] ſeparat[illegible] ab ali[illegible] d v[illegible] ex caſtris fuit aſſigna[illegible] ſeparata portio, & om[illegible] oppida iunu[illegible] cum e[illegible] ebant. Sicuti dicimus in parrochiis, quæ licet inter ſe diuiſos fines ciuitatis habeant, nihilominus vnitæ ſimul, vnicam conſtituunt ciuitatem, *c. pen. & toto tit. de parroch.* [illegible] etiam in quarteriis ciuitatum, vt per Bar. & Doct. *in* [illegible] *tunci populi, ff. de iuſt. & iure* & in his ſimilibus.

D[illegible], no[illegible] multis elapſis temporibus ad frenan[illegible] potentium, qui in dictis caſtris in[illegible] exerant, vniuerſus Comitatus matura deliberatione deſtinauit conſtruere ciuitatem: & ſi[illegible] pertinentiis caſtri Aquilorum erexit vniuer[illegible]s Comitatus ciuitatem Aquilæ: & quia ciuitas hæc non habebat aliud territorium, ab omni caſtro fuerunt miſſi habitatores, qui repræſentarent vniuerſitatem illius caſtri in ciuitate Aquilæ: & nihilominus omnes iſti habitatores ſimul fecerunt Aquilam. & ideo ab illis temporibus vſque ad hodiernum diem aliquod caſtrum remanſit extra, & intus ciuitatem: & d[illegible]tur, verbi gratia, Pizzulus intus, & Pizzolus foras. Luculus intus, & Luculus foras. & ſic de ſingulis; & eodem tempore iſtis, qui venerunt ad incolendam ciuitatem, fuit aſſignata ab eorum caſtris pars in montaneis, & fuerunt omnes montaneæ, & agri [illegible], ſecundum numerum ocularioru[illegible] inter caſtrum e[illegible]tra, & caſtrum in ciuitate, quod caſtrum in ciuitate vſque ad hodiernum diem habet dictas portiones, & in ciuitate propriam Eccleſiam, fontem, & plateam. Et de hac conſtructione ciuitatis Aquilæ, & Comitatus [illegible] hiſtorias, & annales Aquilanos, meminit ex noſtris [illegible] de Pen. *in l. hac prouidentiſſima, col. 2. verſ. quarto ex hu qua, C. de quib. muner. lib. 12.* ex quibus infert, quod proinde Aquila, & Comitatus vnicum corpus ſint, cum ciuitas conſtructa ſit a Comitatu in Comitatu, & demum ſtabilita a Regibus per priuilegia Caroli Secundi, & Caroli Tertii, & Reginæ Iohannæ, ſub quorum deſtinatione fuit vnicum corpus de pluribus conficer[illegible], *l. quod in rerum, §. pen. & l. plane §. fin. ff. de leg. 1. l. locus, ff. de ver. ſignif. & l. commune diuidundo, §. 1. ff. commun. diuid.* 29

Braccianum autem bellum, ab Angelo Fonticulano deſcriptum, ideo hoc loco apponendum curaui, vt ea, quæ ad refellendas Cam[illegible] calumnias ſuperius dixi, [illegible] clariora fiant, & maxime probentur: & vt hinc demum Hiſtoriarum ſtudioſi huius rei veritatem facilius elicere poſſint.

Belli Bracciani Scriptoris encomium.

BRACCIANVM bellum Aquilæ geſtum vir doctiſſimus Angelus Fonticulanus, nobilis quidem genere, & doctrina politiſſimus, fideliter deſcripſit, eoque ma is, quod ſuis temporibus geſtum fuit, & non ſecus omnia narrauit, ac geſta fuerunt: tum quia ſe decebat virum prudentem, & hiſtoricum fidum: tum quia ab illis reprehendi potuiſſet, qui tunc vixerant, ſi falſum quid nunciaſſet. nec aliter quidem ſe geſſit in cæteris uis operibus tam ſoluta oratione conſcriptis, vt eſt Etymologia omnium huius regionis locorum, quam heroico carmine decantatis, vt ſunt Epigrammata plus quam ſexcenta: in qua quidem re plus huic fidei adhiberem, quam cuilibet hiſtoriarum ſcriptori. ſcimus enim etiam ex pleriſque, hæc eadem per manus quaſi tradita ab iis, qui eo tempore vixerunt, ſemper & paſſim eſſe narrata. hæc omnia recenſuit Amicus Picus Fonticulanus Eques auratus, non minori doctrina ornatus, quam animi fortitudine inſignitus, ita vt veriſſima eſſe credenda ſint.

BELLVM BRACCIANVM AQVILÆ GESTVM, A PERITISSIMO VIRO ANGELO FONTICVLANO FIDELITER NARRATVM:

In qua quidem narratione non ſolum Aquilanorum, & Braccianorum plurimi continentur congreſſus: verum etiam & Braccii miſerrimus exitus recenſetur.

CVM Rex Ladislaus è viuis deceſſiſſet, ac illi ſuperſtes ſoror Ioanna, Regnum Neapolitanum teneret, claro experimento cognitum eſt, Semiramidis prudentiam, non ſine magna ratione, ſexum, falſa veſte, diſſimulauiſſe: Illa enim mortuo Nino, cum viros, non æquo animo, muliebrem dominatum ferre cognoſceret, finxit ſe ni lium, & amictu virili, non modo ſeruauit, quod fuerat a marito relictum imperium, ſed auxit in maius, & Aſſiriorum ditionem longe vltra veteres terminos extendit. At Ioanna credens, beneficiis cæcam regnandi cupiditatem extingui poſſe, in graue perdendi Regni periculum, & cuſtodiendæ ſalutis diſcrimen incurrit. Nam cum à Sfortia, viro in Italia bellicis rebus clariſſimo, infeſtaretur, cumque Brac um e Tuſcia, & Aragonum Regem Alphonſum e Sicilia in ſubſidium arceſſeret, adoptauit hunc in filium, & rata eſt, eundem quibuſcunque periculis ſibi in poſtecum præſidio fore. Depolſo tandem bello, qui in filii locum adſcitus erat, qui Neapoli caſtrum nouum acceperat, & Calabriæ Dux fuerat inſtitutus, idem hoſtem gerens (quaſi adoptio proditionem, non pietatem ſuaderet) Reginam capere, & vinctam in Siciliam tranſmittere moliebatur, vt ipſe vacuum Regnum, antequam illa moreretur, inuaderet. Hoc non paſſi Neapolitani, & ille (vti male meritus filius) adoptione reſciſſa, pulſus, reuerſus in Siciliam eſt, vbi Neapolim intercipere tentauit. Interim Braccius Aquilam vrbem, incolarum ſplendore ac loci amœnitate clariſſimam, & vniuerſum Aprutium, conatus eſt, vel inuita Regina, fauentibus armis, occupare. Nam cum illa pro accepto beneficio (quod Sfortia olim hoſtis, opera Braccii, cum ipſa redierat in gratiam) cuperet virtutis & auxilii præmium rependere, Aprutium quaſi in prouinciæ formam redegit, atque illi Braccium, in decem annos, egia au-thoritate, præfecit. Hic vero, vt erat animi ma titudine plenus, ad maiora, quam verbis profiteretur, euehebatur, & Aquilam cum Aprutio non veluti Regni partem ſtudebat gubernare, ſed tanquam proprium, arbitratu ſuo poſſeſſurus, aggrediebatur. Braccius autem in agro Peruſino, oppid Montone claris parentibus ortus vir fuit m or, nobilitate ſane magnus, rerum vero geſtarum gloria maximus. N inque ab eius adoleſcentia m tiam ſecutus, ad eam ſtratagematum peritiam cudit, vt Dux habe-retur clariſſimus. animi enim magnitudine, & prudeon conſilio plurimum pollebat, eratque laborum patientiſſimus, corpore validus etſi altero pede claudus, manu, tam natura, quam exercitatione, perſtrenuus. honeſtate grauis, moderatione ciuilis, ſermone potens, gloriæ vero ſuper quam dici poteſt expetens. Militibus autem orationis ſuauitate blandiri, oportuna liberalitate largiri. Prima eius memoratu digna commendatio hac via militaribus in rebus effulſit. Exulabat Peruſina nobilitas fere omnis, cum qua Braccius quoque admodum iuuenis excludebatur. Is, cum fortuna premendo mortales nonnunquam reddat eminentiores, factus eſt in exilio, diuerſa militia, multiſque laboribus præclarus, & tantum conſecutus eſt authoritatis, tantumque potentiæ, vt Peruſinos, qui domi eſſent, exulem nobilitatem, armorum violentia, coegerit in patriam recipere: ipſe autem & à populo, & primariis ciuibus, Peruſinæ vrbis dominus electus ſit, & conſtitutus. Hinc aior factu onuertitur bene cedentibus rebus ad ampliora. Et cum Romana Eccleſia tres, ea tempeſtate, ſuſtineret ſummos Pontifices Benedictum in Hiſpania Gregorium in agro Piceno, & Ioannes, quamuis Piſan Concilio depoſitus, adhuc ſe ſummum Pontificem agebat quæ ciuitates ſub ditione E eſiæ fu t, forente ſc iſmate, iugum, & domi- id ba tur. Inuadit igitur Braccius,

quæ [Se]di Apoſtolicæ paruerant, oppida quamplurima, atque illa, ſuo poſſidet, & gubernat arbitrio. Depoſitis autem Benedicto, & Gregorio, MARTINO vero Colunna, poſt hos, & Ioannem, Pontificatum adepto, reuixiſſe viſa eſt Eccleſia, & vrbes, quaſcunque Braccius occupauerat, Pontificia authoritate repoſcuntur. At Braccius renuere primum, & ſe dicere armis illa conſecutum, armis porro ſeruaturum; mox tamen intercedente Republica Florentina pollicetur reſtitutionem, & rediit in gratiam cum MARTINO. Sed cum Summus Pontifex, Florentia digreſſus, Romam ſe recepiſſet, & Braccius promiſſis non ſtaret, nec quæ pollicebatur, oppida reſtitueret; rurſus à Pontifice diſſidet, cui tanquam ſacrilego, quod eccleſiaſticis incubuiſſet, aqua, & igni interdictum eſt. Sentiunt igitur Aquilani, aduertuntque magnam eius animi libidinem dominandi, & abiecta, quam in eum maximam ante id tempus ſeruauerant, beneuolentia, prætorem, quem primum, Braccio inſtruente, admiſerant, tanquam incendii principium, vrbe & magiſtratu extrudunt: ſiquidem frequenti concione decretum eſt, vt quia Regina, proximis diebus, adoptione reſciſſa Alphonſum Aragonum Regem ipſam capere, captamque vincire ſtudentem depulerat, adſciueratque Aloyſium Regem in Calabriæ Ducatum, & ſperatam ſui Regni ſucceſſionem; Aquila quoque dominum pariter cum Regina, eundem Aloyſium ſequeretur, neque, quæ Regi ſemper, aut Reginæ paruerat, Braccio Peruſino ciui obtemperaret. Itaque Legati ad Aloyſium, qui Romæ cunctabatur, hac de re miſſi ſunt. Hoc autem cum Braccius nouiſſet, arbitratus eſt, poſſe Aquilanos, ſiue minis perterritos, ſiue blanditiis illectos, à libera, & iam conſtituta ſententia deflecti. Nouerat enim, ſi Aquilam ſibi parere compuliſſet, facile totum Aprutium ſe in ſuam ditionem acturum: ſin ea parere abnueret, fore, vt omne Aprutium eius dominatum recuſaret. Nam vt poſt eius exitium latiſſime patuit, amicis ac domeſticis, quibuſcum arcana communicare ſueuerat, ſæpius aperuerat, non tantum his ſe contentum, ſed omne procul dubio Regnum hinc ſibi parari, & pendere auſpicari. Mittit ergo Braccius Aquilam Legatos, & eius voluntatem iubet Aquilanis prudenti facundia & aſtuta interiecta calliditate declarari. Regebatur Aquilana Reſp. velut hodie, ſex viris, horum primus appellatur Camerarius, reliqui præcipuis quinque artibus ciuitatis, ab omni iniuria vindicandis præfecti ciues, iique primarii quinque viri nomina ſortiti fuere. Ex artibus literatura præcedit, ſubſequitur proximo loco mercatura, tertia metallorum, pellium quarta, poſtrema vero nobilitatis quæcunque eſſet induſtria. Camerarii magiſtratum gerebat tunc Rentius Nuccii, ex quinque viris præerat pro literis, Notarius Petrus de Luculo, Paulus Nicolai Pauli pro mercatoribus, pro fabris, Nannes Pandulphus Berardi filius, pro pellium curatoribus, Micus Stephani, Matthæus Burii nobilium vicem gerebat. Hos vbi Legati adiuerunt, & docuerunt, ſe miſſos à Braccio, hoc fere ſenſu, legationem expoſuerunt. Mirari Braccium ab Aquilanis eum prætorem extruſum, quem prius admiſſum probauerant, quemque nulla fraude, nullo crimine, nulla denique ſuſpicione inſimularent: cognoſcere ipſos Braccium Aquilano populo amiciſſimum, Reginæ ſupra quam dici poſſet acceptum, & ab ea, toto Aprutio, inſtitutum Gubernatorem: quamobrem poſſe amicitiam eius Aquilanis, tum cæteris in rebus, prodeſſe, tum maxime Reginæ gratiam augere: monere igitur, vt pareant inſtituenti, ne dum ipſum renuunt Gubernatorem, in Reginæ odium, & iram dilabantur: ipſum autem, quod prætorem eiecerint, niſi pertinacia intumeſcant, ob amicitiam ignoſcere: at niſi Reginæ voluntati, & ei gubernanti obſequantur, fore, vt ſpectante Regina, propediem cingantur obſidione: quare dum ſpatium deliberandi conceditur, amicitiam eius cuſtodiant potius, quam Braccium hoſtem experiantur. Hæc cum audiſſet Camerarius, collegas intuens, vbi ſententiam ſuam eis quoque probari animaduertit, placido vultu Legatos aſpiciens: Conuocabimus (inquit) noſtros ciues, vt quoniam res iſta grauiſſima eſt, ipſi nobiſcum, quodcunque videbitur viſui fore, deliberent: cumque nobis tenendam ſententiam decreuerimus, admitti vos iubebimus, vt quæcunque ſint vobis referenda percipiatis: inde Legati in diuerſorium digrediuntur. Camerarius vero ciues confeſtim iubet concionem accelerare, concurrit ciuitas frequens, proponitur dudum accepta legatio: & quoniam erat omnibus eadem ſententia, breui ſtetit, nullam eſſe Aquilam, præter regium iuſſum, toleraturam: quod, vbi Legati ad Braccium retulerunt, & is cognouit non procedere, quod magna ſpe commotus intenderat, ſtatuit, quæ conſiliis non potuerat, & conſequi exercitu, & bello: quippe, quem puderet voluiſſe aliquid, & fuiſſe aggreſſum, quod fruſtra ſe cœpiſſe indoleret; protinus igitur ad oppugnandam hanc vrbem intendit, & quas habuit copias, armis & bello neceſſariis rebus, inſtruxit, tum nouo militum numero exercitum auxit, collegitque equitum ac peditum quinq; millia pugnatorum, feruet Hetruria, conſectantur arma in caſtra, ſcribuntur ordines, & militibus ſperatur præda non mediocris. Poſtquam ex ſententia Braccius agmen inſtituit, longis & arduis itineribus profectus in agrum Aquilanum, aggreditur caſtella montana, & anno ab orbe redempto 1423. nonis Maiis, Poſtam occupat, in ſummo monte poſitum oppidum, inde Santongiam vi capit, & Borbonam; atque his principiis proſpere cedentibus, factus eſt ob exiguam victoriam inſolentior, minatur vrbi exitium, hortatur commilitones, & parato diligentius agmine, deſcendit in loca plana Pizoli, quod diſtat ab vrbe paſſuum millibus ſex: atque hic aduertit, ſuos ob hoſtium vicinitatem, conſpicuæque ciuitatis magnitudinem trepidare, quippe qui iam vndique circumſurgentibus Appennini collibus, in campo non magno ſe circumſeptos aſpicerent, querebantur, ſeſe locorum ignaros, in aſperam regionem plane inductos ad cædem: tunc ille iubet adeſſe omnes, ac medius ipſe, & albo equo ſublimis, huiuſmodi oratione dicitur allocutus circumſtantes: Nihil eſt, quod poſſit nobis eſſe timori, ô viri fortiſſimi, fortuna ſe nobis exponit ſecundam, hoſtes territi concluſi mœnibus, nuſquam audent occurrere, omnia, niſi (quod alienum eſt à vobis) in tuto formidetis, certam pollicentur victoriam, permagni refert, vbi quid facturi ſint mortales, fauſtum principium ad illud aperiri: ſiquidem & qui aggrediantur, animo atq; viribus augentur, quod vobis euenire intelligo, & qui premuntur, non poſſunt non mente, atq; aliis præſidiis debilitari, quod Aquilanis obtigiſſe nemo eſt veſtrum omnium, qui non videat: Nam, vt omittam, quanto facti ſitis ob trium caſtellorum victoriam alacriores, id enim in vobis eſt, & ipſi poteſtis ſine aliena demonſtratione iudicare, quid animi cenſetis eſſe Aquilanis, cum ſentiant, quæ munitiſſima caſtella nobis eſſe impedimento potuerant, primo noſtro & repentino aduentui ſuccubuiſſe? Nec minus illud vos poteſt in audaciam accende-

cendere, quod vulgus Aquilanorum, prælijs nequaquam aſſuetum, ſi obuiam prodire non timuerit, temerario conflictu, ac ſine vllo ſanguine noſtro profligabitur: ſin mœnibus ſe maluerit continere, aut fame, ſiti in ſterili ſolo, breui periturum, aut ſiti, cum aquas ſine vlla difficultate ab vrbis aditu deriuauerimus. Neque habent hoſtes vnde poſſint expectare ſubſidium: neque quorum fortuna ſe inclinauerit, hi poſſunt hominibus fauorem impetrare. quid eſt ergo, quod vereamini? Imo quid eſt, quod non firmo voto ſperetis? nihil enim hic præter operam veſtram deſideratur: nunquam erunt Aquilani Tudertinis, nunquam Narnienſibus, & alijs, quos vicistis, feliciores: vnum illud præ omnibus moneo, vt velitis ad nouam tantum victoriam animum intendere, ſed illud curare diligentius, ne gloriam alijs facinoribus, alijſque victorijs partam, nunc male pugnando per ignauiam amittatis. Hęc vbi dixit, & ſuos omnes magis audere percepit, iuſſit eos, adueniente nocte, conquieſcere: poſtridie vero diuerſas villas iam vacuas inuadit, earum cultores in arcem natura, manuque munitam confugerant, quibuſque cum ſupellectilibus melioribus eodem conuectatis. Adoritur ergo caſtellum, tumultuario concurſu, modo plenum, quod quia pacis temporibus habitari non conſueuerat, grauiſſimo tenebatur oppidanorum incommodo: atque puerorum, & fœminarum ploratus vix incluſos, & loci breuitate impeditos viros permittebant irruentes hoſtes à muris, & oppugnatione depellere. Potitur tandem Braccius caſtello Pizolanorum: & quanquam ea loca multa rerum opportunitate referta ſint, placidis riuis, pratis virentibus, vbertate pomorum: nulla tamen amœnitate pellectus, ad Aquilana mœnia obſidenda, cupida celeritate properabat: Non tamen adeo potuit concitatis itineribus aduentare, quin Aquilana iuuentus interea commode ſe armis, atque animis ante eius aduentum inſtrueret. Erant ea tempeſtate in vſu frequenti arma ab his fere diuerſa, quibus hodie milites vel pugnant, vel proteguntur. Clypei, rotunda & quadrata forma, grandes, & quibus toti pene homines tegerentur, compacti tabellis ficulneis duris pellibus obducti, & quibus ferreę laminę decora firmitate præfigerentur: Lanceæ cubitorum circiter decem, breuiſſimo ferro præfixæ, & conti, atque iacula recentioribus firmiora, lati enſes alij, alij longiores, & in acumen protenti equitibus, quam peditibus magis communes: ſcorpiones lignei omnes, & multum ſtabiles, qui haſtas maruſculas, quaſi phalaricas contorquerent: Galeæ frequentes in occiput ſubmittebantur, ac inter ipſos humeros deficiebant, aliæ promittebant in conum, vt inde ſuper incuſſæ, ictu nequaquam diſſilirent. Florebat tunc familia Camponiſcorum in noſtra ciuitate primaria, in ea viri celeberrima virtute inſignes: aderat Antonutius, bellicis rebus, & in Gallia Tranſalpina, & in Italia pulcherrime geſtis late clariſſimus: aderant eius fratres magnitudine animi, & conſilio non inferiores, Aloyſius clara dignitate Montorij, & nobili titulo magnificatus, Baptiſta, pectore & ingenio prudentiſſimus, Pyrrhus, quaſi omine certo nuncupatus hoc nomine ab Æacidarum genere demiſſo, & eorum ſobrinus Melchior tam manu, quam facundia ſpectatus; his viris, augebatur ſenatus Aquilanus, & quæcunque ad ciuitatis defenſionem facerent, certis, & ad illa delectis viris edixerat. Alijs mandata eſt portarum cuſtodia: muli maiores tenent: vniuerſaque ciuitas præſidijs circummunitur. Antonutius Camponiſcus, quæ Paganicam ſpectat, maiorem vrbis partem ſeruat: Aloyſius, & Baptiſta ſuis cum equitibus, per pomœrium, vrbem, aſſiduo curſu circumdant, atque hos increpant, illos hortantur, laudant induſtrios, in deſides ſæuiunt. Camerarius, & quinque viri, niſi grauibus cauſis, nihil curiam deſtituunt, ad hos deferuntur omnia, hic fit crebra conſultatio, hinc mandata ſuſcipiuntur. Curatum eſt, vt ante ſingulas portas firmis, & obliquis trabibus figerentur cancelli, & eius foſſarum ductus prætenderentur, ne ſuperuenientes equites hoſtiles irruerent, & vt noſtri faciliori aditu haberent, quo commode confugerent, & ſe reciperent. Melchior ad portam Riperiæ curabat, vbi fons ille vberrimus, ſex & triginta latis, & diſtinctis fiſtulis eiaculans aquas ad noſtram vrbis partem confundit. Pyrrhus murorum latus occupauerat, quod templum Mariæ de Colle Maio ſpectat, quaſi hinc porta non celebri ſæpe improuiſus in hoſtes erupturus: toto ambitu mœniorum interdiu galeæ, atque arma cætera fulgent: noctu facibus, & lanternis micantibus vicissim, confuſa vigilum voce, clamatur. Hac diligentia, & hoc ordine ſe muniuerat Senatus, & Populus Aquilanus, cum pridie Idus Maias Braccius, ad Aquilanorum proſpectum exercitum promouit, qui ... to latiſſimo campo ſpargitur; Vnde facta c... vrbe, noua trepidatio, ſiquidem ætas, & ſexus infirmus occupatur terrore: Patres ſollicitantur conſilio, iuuentus autem armis, & audacia contumeſcit, tota vrbe clamatur, vbique arma, vbique ſcuta tractantur, campanarum creberrimus pulſus, omni regione intinnit, & reboat; Curritur ad portam Labareti: hoſtes in ipſas vſque foſſas, & cancellos impetunt: egreſſi Aquilani occurrunt, clamatur vndique, ac tanta ferocitate pugnatur, vt vix cancelli dirimerentur, vix contos torquere, & mouere haſtas in acie confertiſſima vacaret. gladiis ergo res agitur, & pulſu clypeorum. Bracciani tamen quo inſtantibus quibus niterentur, vrgebant intentius, & eorum impetu cancellorum pars euulſa proſternitur: nullus tamen in eo conflictu cæſus, pauci vulneribus, & ijs quidem non grauibus notati. Erant prope portam, domus quædam, & ſuburbium non magnum, ſin hoc, antequam pugna ſolueretur, cœptum igni incendium excitat, atque idem nunquam inſtaurandum procubuit, ac tantula re contentus, eo die, Braccius receſſit in agrum Pizolanum: quem ſupra ſex millibus paſſuum, ab vrbe diſtare docuimus. Aquilani facti ſunt ob eam pugnam ardentiores, quod hoſtes experti nihilominus vincendos, quam victuros agnouiſſe videbantur. Die vero, qui ſecutus eſt, Braccius, agmine facto, & Aquilam dextra relinquens, vineis, & collibus ſuperatis ad oppidum Paganicam deſcendit. Erat autem Paganica, caſtellum pulcherrimum, & diuitijs refertum, vbi nunc eiuſdem nominis pagus habitatur: Plaga loci aprica, montis radicibus irrigua planitie ſubiecta, ſolo fertilis, cultu facilis, amœna fontibus, & decurrentibus riuis; vnde Paganicorum nomen originem habuiſſe non dubitauerim: tametſi indigenæ nigri Æthiopis caput inſignibus apponxerunt. Huc ſpe prædæ alle... Peruſinus, & ... bellica tormenta, & bombardas non paucas adnexerat. Cumque natura, & firmis mœnibus oppidum tuto munitum vidiſſet, toſſit illud circumdatis aggeribus, & in ijs propugnacula, oppidanis muris æmula configi: tentauit exinde ſine pugna, ſolo expugnationis terrore conſequi victoriam. videbat enim non abſque plurima cæde ad muros poſſe perueniri, quare cum ſæpe quidem, ...

ſtructa

fruſtra incluſorum colloquium petiuiſſet, nono poſt obſidionem die iubet exercitum mœnibus circumfundi, afferri ſcalas, fundamenta ſuffodi, ſagittis pugnatores à ſummo muro depelli, clamantes vrgere vincere; pariter ergo circumcurritur vndique, nulli ſegnes, nulli trepidi ceſſabant, fit clamor virorum, fit armorum, & venientium telorum ſtrepitus: valles, & vicini colles bombardarum boatu reſultabant. At Paganici tacere intrepidi, reſiſtere, deuoluere ſaxa, quæ grandia eſſent, iaculari minora, atque omni ſilentio, quo poterant, omni conatu, omnibus telis quiſque pro ingenio properat detrudere ſcalas, foſſores conterere, ſimulque longe pugnantes plumbeis atque fulgureis pilulis ferire alios, alios deterrere: donec laſſi Peruſini, reuocante Duce, digreſſi ſunt, peracta oppugnatione. Demum Braccius in tentorium ſe recepit, vbi quid rerum eſſet actum iubet explorare, nouit è numero ſuorum plurimos, & eos quidem ſtrenuos occubuiſſe: nam quo quiſque animi plenus ad muros magis acceſſerat, eo celerius ſe obiecerat periculo: indoluit ergo, non aperto mœrore, & tam atroci obſidione caſtellum occluſiſſe, tacite pœnitebat: pudebat tamen tot labores, tot ſumptus, tot dies in caſſum aſſumpſiſſe, & inde diſcedere ſine victoria: Quos enim meditatus fuerat, terrore tantum, aut pollicitis expugnare, veluti bellicarum rerum ignaros, & formidoloſos, eos pugnaces & intrepidos experiebatur. Hæc tam varia cura vrgebat noctu ſolicitum: dum concluſi Paganici timentes hoſtes, quibus cœperant eſſe omori, augebant ſtolido conſilio formidinem: atque Braccianis, iubente Duce, clamantibus alacrius, conflantibus ignea crebriores, cladem que ingentem, ficta lætitia, diſſimulantibus; cœperunt alius alium timida oratione ſolicitare, exercitum eſſe numeroſum, quo clauderentur, hoſti crudeli ſeſe diu reſiſtere non poſſe, ſubſidium tamen, etſi mittatur, intercludi, quare non eſſe hoſtem vlterius exaſperandum, ne temere pugnando in ſe ipſos mox ſuperandos, moliantur crudelitatem. Hac in vulgus manante perſuaſione, datus eſt locus timori, & ad deditionem faciendam, quæſita eſt via. Electi igitur, qui plus ſapere, quique facilius ſententiam dicere viſi ſunt, atque à muris demiſſi per funem, ad Braccium, intempeſta nocte, perducuntur à vigilibus. Hos vbi conſpicatus eſt Braccius, & audiuit quæ peterent, quibuſve conditionibus ad eius fidem confugerent, alacri vultu paciſcentes admiſit: & quamquam gaudebant, lætiores tamen, & magnis pollicitationibus in maiorem ſpem erectos, & delinitos ad expectantes oppidanos dimiſit: poſtea vero quando aperta eſt dies, cuncti fere Paganici, patentibus portis, ad Braccium ſalutandum egreſſi ſunt, quos ille, vt erat prudentiſſimus, & facundus, ſperare monuit viuendi tranquillitatem, ſeque non excidium Aquilanorum velut hoſtem expetere, ſed curam & amplificationem Gubernatoris more ſibi vendicare: cum ea ſit Reginæ voluntas, vt ipſe annis decem vniuerſo præſit Aprutio, atque eius prouinciæ ſeruet & defendat incolumitatem, neque poſſe quemquam Braccio eſſe contrarium, niſi qui Reginæ aperta voluntate rebellauerint: quare dent operam, vt in Reginæ, atque ſui fide permaneant, ſeruaturi mandata quæcunque ipſe proponeret, neque ciuium Aquilanorum minas vereituri, quippe qui breui ſint in eius poteſtatem redigendi. Hæc vbi dixit: cum vltra quam ipſe peteret intueretur eos polliceri, cogit ſingulos, quæcunque pollicerentur, affirmare iureiurando, ſe facturos. Aſſericum, & Peſculum Maius, in ipſa Paganicorum obſidione, cum ea ne vidiſſet quidem, à Legatis acceperat. Poſteaquam hæc tranſegit, meditatus aliis quoque Aquilani agri caſtellis potiri, proſpexit ab eminenti loco, & ad dextram, & in Eurum campos late patentes, eoſque perpetuo montium iugo circumcluſos, & ad ipſas montium radices in apricis collibus caſtella non pauca inſidere, fluuium quoque amœniſſimum, medios agros dirimentem, corona populorum, & ſalicetis incingi. Tranſmiſit ergo planiciem, & concitato agmine venit ad caſtellum, nomine Foſſam, ad alterum campi latus, in arduo montis dorſo collocatum, nec tantum oportuit illud oppugnari, neque minis quidem terrere, Paganicorum exemplo permoti, vix dominum appropinquanti obuiam prodeuntes, oppidum, claues, & obedientiam obtulerunt. Erat in proximo ad Eurum ædes quædam, Diuo Euſanio dicata, nimirum auguſta, & egregia, huic adhærebant domicilia non multa, horum incolæ huc ſe receperant in ædem, propugnaculis, & altis pinnis, & foſſis munitam; tunc vero plus quam ſatis erant perterriti, nec pinnis, nec propugnaculis freti, ad ſolam Braccii fidem confugerunt, atque hanc geminam, & tam facilem victoriam vno conſecutus eſt die, & quaſi ventis, agitatum incendium, oppida popularia, & finitima corripuit. Rurſus abſcedens a flumine, ad ſiniſtrum cliuum exercitum conuertit, qui mollis eſt, & apricus, atque ibi aggreſſus eſt caſtellum Bariſcianum: quod, cum paucis ante temporibus habitari non conſueuerit, hominibus quam domiciliis plenius erat. Eſt ea regio ſterilis ſine vllis arboribus, pabulis tantum idonea gregibus, æſtiuis mentibus nutriendis: Huc ergo cum omnes Bracciani aſcendiſſent, ſectati ſunt primum greges, mox quarto die potiti ſunt Bariſciano, cuius incolas Braccius cum pollicitationibus, iiſque amplis, in ſententiam ſuam demulcendo pellexiſſet, iurare coegit ipſos, ab eius fide nunquam diſceſſuros. Occupauerat iam terror omnem Aquilani agri regionem, atque rumores victoris Ducis magis, quam arma vincebant: nam progreſſus ex illo magis ad Orientem ſuſpexit oppidum, aliud alto cliuoſo, & ſummo monte impoſitum nomine Leporanicum; nec fuiſſet auſus illuc aciem ſubducere, nec ruſtici loci opportunitate potitus: nam quanquam pauci, multum tamen exercitum detruderent, populatus tamen agros, & villas non longe iacentes, cum illi nouum hoſtium incurſum, & ſuarum rerum vaſtationem, à ſummo caſtello deſpicerent, rati, commodius eſſe pugnam non expectare, quam ſtratis iam villis murorum quoque ſtragem conſpicere. Egreſſi ergo Braccii ditionem vltro ſua deditione amplificauerunt: & qui ſine mœnibus potuiſſent agmini, & pugnantibus militibus, ſolo loci auxilio, reſiſtere, ruſticana formidine perterriti, nec oppugnati quidem in turpem deditionem peruenerunt. Lætus iam Braccius non ideo ſolum, quod Aquilana caſtella ſine ſanguine, ſine ſudore corriperet; verum etiam quod agreſtes vincendo Aquilanis ciuibus timorem non mediocrem incuteret; vadens vlterius, & vltra, quam paulo ante nominauimus, planiciem, in eminenti colle, aggreſſus eſt oppidum Phanianum; idque, cum leuibus pugnis duobus tantum diebus infeſtaſſet, in fidem & deditionem recepit. Inde reuocatus amœnitate fluuiali, ad vltimam camporum partem deſcendit, vt ibi Stiffium caſtellum non magnum, ſed natura munitiſſimum, expugnando conſequeretur. Eſt autem ibi ortus aquarum proculdubio mirabilis: Siquidem quicunque torrentes in ſummis, & interioribus montibus vno quodam lo-

co, & iacentibus pratis confluunt, vaſto monte pertuſo; ad eum cliuum emergunt, & efferuntur in lucem, vbi Stiffium eſſe diximus: atque is curſus aquarum ita præruptas rupes longa temporis vetuſtate peredit, vt vallem tam altarum rupium aſpectu, quam cadentium aquarum ſonitu terribilem effecerit: ſummo vero caſtello, turris inſedit teres, & obiter ad imum lacuna profunda adeo, vt ad turrim aditum vllum eſſe non permittat: Reliqua pars murorum ita præcipiti loco poſita eſt, vt facile poſſit ſine vllo munimine teneri. At Braccius quo munitius caſtellum hoc intuebatur, eo nitebatur auidius, vt illo quocunque modo potiretur, verum neque bombardis, neque aliis bellorum tormentis poterat quicquam promouere, & fortaſſis ad morem cæterorum timore victi eſſent, qui armis non vincebantur. Sed inerat eo loco vir quidam ſtrenuus, & magnanimus, cui nomen erat Antonutio Marini filio: Hic ergo non minus, quam munimentum Stiffium, aduerſus Braccianos ſeruauit inexpugnabilem. Omnia demum Aquilani agri caſtella breui ad Braccium defecerunt, præter Stiffium, Roccam Mediam, Fonticulos, & Nauellos. Petiit deinde Braccius Carapellem, hoc oppido potitus, obſedit Ofenum, quod poſt ptimam oppugnationem, pactis fœderibus adhæſit Peruſino. Tertio decimo tandem Fonticulos rediit, & circumpoſitis caſtris, obſidione, illos aut terrere, aut ad deditionem compellere exiſtimauit: & cum vidiſſet Braccius, nec Stiffium, nec Fonticulanum oppidum expugnari poſſe: calliditate, oppidanos circumuenire putauit: motis omnibus inde copiis, Aquilam verſus, iter capere fingens, ad vallem, quæ Riuula nuncupatur, applicuit: ibique Piccinino cum equitibus circiter quingentis in inſidiis poſito, ipſe tympanorum tinnitibus, & tubarum clangoribus ad Diui Demetrii caſtrametatus eſt. Interea Fonticulani quidam agricolæ præſertim, hoſtem abiiſſe rati, ad colligendos croccos flores, quorum maxima tunc erat copia, exire ſunt auſi. Hos è caſtro Faniani, ſigno dato, Piccininus inuadit, & pleroſque prope Celleſium fontem in planicie deprehendit, & ad Braccium captos abducit, qui benigne quidem eos excepit, & blandis verbis libertatem pollicetur, ſi efficiant, vt cæteri Fonticulani ſe dedant: id dum ſe nulla ratione velle, aut facere poſſe negant, minis, & conuiniis in carcerem detruduntur, pridie autem eius diei, quæ fuit quarto Nonas Octobris, prope oppidi muros ligati, ac Fonticulanis conſpicui circumducuntur: vt de deditione facilius putarent. verum cum eodem die vir ſtrenuus, & rebus bellicis experiens Roſius Guelfallionus, Patauio, in patriam reuolaſſet: & cum tantam ignominiam ægerrime ferret, vaſtos quoſdam molares ita parandos curauit, vt pilis inde miſſis, hoſtiles ſariſſæ, & haſtæ pleræque frangerentur; deſperata itaque & obſidione, & deditione, in turrim quandam Fannianenſem reducitur præda, & poſitis cuſtodibus, ibi deſeritur. quibus eiuſdem Roſii induſtria cæſis, breui, libera domum reuertitur, nec in poſterum vnquam Bracciani Fonticulos petiere, ſiue quia Roſii vires experti fuerant; ſiue quia Braccius, & Roſius, (vt creditum fuit) poſtquam apud Derutam Etruriæ oppidum ſimul conflixerant, alter cum altero in gratiam viciſſim redierat. ſiue vt ferebatur à quodam ſpiritu, quem magicis artibus, & incantationibus, in vitrea phiala circumferebat, ſe Fonticulis vita deceſſurum perceperat. vtcunque ſe res habet, ex eo tamen die, res Braccianæ cœperunt retro ſublaſſæ referri. & eiuſdem Roſii conſiliis plures Braccianorum conatus irriti facti creduntur: vt & in vltimo congreſſu, apertiſſime viſum fuit. Hinc rurſus Aquilam Braccius repetens, Monaſterium Diuæ Mariæ de Colle Maio, ſolo ſtadio ab Aquilanis mœnibus diſtans, occupauit: & vbi Arenaria dicuntur, ſedere iuſſit exercitum. obſeſſa vrbe, regreſſi ſunt Aquilanorum Legati, qui nuper ad Regem Aloyſium profecti, eius nomine, Antonellum Pappacodam Neapolitanum produxerunt, & non aduertentibus hoſtibus, in vrbem recepti; & cum Aloyſii, & Summi Pontificis MARTINI largam auxiliorum pollicitationem retuliſſent, fecerant ciuitatem ad reſiſtendum alacriorem. Vrget interim Braccius, & ex ipſo Diuæ Mariæ Monaſterio, ferit vrbem bombardis, atque ab Arenariis iubet aciem clypeatorum, ordine inſtructo, mœnibus accedere: Aquilani tamen neque bombardas extimeſcere, neque propinquantibus hoſtibus exire obuiam ceſſare: Quinimo longe à muris ſagittatis, iaculisque armati præcurrere. Peruſinorumque impetum animo præſenti repulſare. Mouit deinde caſtra obſeſſor, & ad eam vrbis partem progreſſus, quæ Boream ſpectat, in Valle Santantiæ, totis copiis conſedit, ratus Labareti portam ſuorum incurſibus magis obnoxiam. cumque aquam nouiſſet, ex ea valle in vrbem, occulto meatu, perlabi, ruptis fiſtulis omnes fere Aquilanos fontes exiccauit. ſed ne quid minimum, Aquilano populo, timoris incuſſit, quippe cum pluribus in locis, præſertim qua vergit ad fluuium, ea vrbs ſcateat fontibus vberrimis. Dum Braccius hic tenuit exercitum, venit ad eum Reginæ Legatus, monetque, vt ab Aquilana obſidione, iubente Regina, recedat, neque illa inuita, ſuos populos infeſtet, neque decere, vt quos ipſa ſeruandos commiſiſſet, horum ipſe machinetur excidium. At ille iuſta contemnens, Reginæ voluntatem, inquit, non eſſe liberam, & ea tantum conari, quæ quidem alieno conſilio, decernantur. deinde cum hinc diſceſſum pararet: adeſſentque Florentinorum Legati, volo (inquit Braccius) antequam à nobis abeatis, huius exercitus vires, atque animos intueamini. Moxque poſitis equitibus in inſidiis, iubet inſtructos pedites ad Labareti portam incendendam irruere. Agebatur iam hora vigeſima ſecunda, & Aquilani ciues fere omnes præter portæ cuſtodes redierant ad cœnam. Irruentibus autem Braccianis, obſtitit cuſtodia, & ſublatis vtrinque clamoribus, confeſtim manante tota vrbe, tumultu excitata eſt ciuitas, & ad Labareti portam concurſum, atque vt noſtrorum numerus ſingulis ſuperuenientibus augetur; ita Bracciani mœnibus, ceſſante conatu, propelluntur. cumque tam longe à muris certaretur, vt inter noſtros, atq; vrbem, non parum relictum eſſet ſpatii, proceſſit equitatus ex inſidiis, & inſtantes Aquilanos inopinantes aggreditur à tergo, nec tamen eorum globus deturbatur, nec pugnam, quamuis circũdentur, vllo timore intermittunt. Primi, vt cœptum erat, obſiſtunt peditibus, poſtremi vero ad equites conuertuntur. & vt quiſq; vel gladio, vel conto armatur, ſic ad illorum effodienda viſcera ſe ſubigit, atque interim dum pedites ob equitatum, dumq; equites ſuorũ peditũ certamine magis audẽt; & cædere hoſtes vniuerſos arbitrantur: magnum equorum numerus, humi ſtratus, ruentibus equitibus calcitrat, & reſupinus commoritur, atque homines non pauci occumbunt. Facto deinde crepuſculo, cum ad Braccium pedites, atq; equites rediiſſent, & cognitũ eſſet, quantũ ibi ſtragis factũ eſſet, quot viri, quotq; equi periiſſent; ferunt Bracciũ, vt forte diſcubue-

cubuerat, præ dolore ac rabie poſitam menſam calce proſtrauiſſe: Aquilani vero, cum vnum dumtaxat amiſiſſent ſuperiorem, alacres in vrbem ſe receperant. Iiſdem fere diebus Palmatius quidam miles, e numero Braccianorum, captiuum, quem in vinculis habebat, Aquilanum, quod non tempeſtiue ſe redemiſſet, equo alligatum, ad mortem vſque protraxit. Cumque à Monte Regali, ac cæteris montanis oppidis maximus eſculentarum rerum commeatus ad Braccium deferretur, iretque in præſidium equitatus non exiguus, auſi ſunt Aquilani globum hunc medio campo aggredi, ordinem confundere, onerata quædam iumenta depellere, & captiuos pariter in vrbem pertrahere. E quibus quidem captiuis, in eius, qui fuerat, equis, raptatus vltionem, pleroſq; trucidatos dilaniauere. Cæterum ne Bracciani molariam domum, ipſaſq; molas vaſtarent, omnem circa hanc domum agrum ſic immiſſo fluuio mollíuerunt, vt quaſi palus neq; pedites, neq; equites ſuſtineret. Imperante igitur Braccio vt molæ frangerentur, qui parere ſtudebant, eo peruadere non potuere. Moles, quæ amni oppoſita fluuium perducit ad molas, ſæpe à Braccianis diſrepta, ſæpius eſt à noſtris inſtaurata: atq; in ea diruendi reficiendiq; viciſſitudine multorum dierum opera conſumpta eſt. Commotus eiuſmodi certamine Braccius, repente vniuerſum coegit exercitum, eumq; ad Labareti portam conuertit, vt de improuiſo irruens, cæſis cuſtodibus, in ipſam vrbem faciat irruptionem. Sed quia præſto fuit magno cum ciuium numero Antonutius Camponiſcus, longe aliter acceptus eſt Braccius. Pugnatum eſt igitur ante portam acerrime, & tumultuoſe: nam neq; ordo affuit vllus, neque ob celeritatem & clamores imperatum eſt quicquam, aut obtemperatum. pro ingenio, pro animo, pro viribus quiſque ſuis agebat. creſcente tamen noſtrorum numero, vt ex tota vrbe currebatur, coacti ſunt Bracciani terga vertere, cum equos ibi plurimos & equites amiſiſſent. Venerat ad Braccium Reginæ Legatus Monachus, cumque vt ab Aquilana obſidione deſiſteret, multis rationibus monuerat, quod illa gubernandum commiſiſſet Aprutium, non vaſtandum, quod eiuſmodi obſidio, hoſtiles animos aperiret, quod oporteret ipſam ſui Regni ciuitates ab iniuſto bello, quacunque via poſſit, protegere, non armis tendeo dam gubernationem, ſed conſiliis, quibus niſi pareatur, eius eſſe Maieſtatis, non Braccii, vindicare contumaciam. Ad hæc cum ille Reginæ voluntatem handquaquam eſſe liberam reſpondiſſet. vade, tum inquit, ò Monache, perſuade Aquilanæ Reip. vt quatuor ad me Legatos demittat, audias volo quanta ſit Aquilanorum inſolentia, te fortaſſis interprete, res illa componetur. quamuis alias eadem me fruſtrata ſit opinio, nolim me quiſquam temeritatis vitio coarguat: venit itaque Monachus in vrbem, Aquilanum Senatum alloquitur. Reginæ obſidionem à Braccio adductam, docet eſſe moleſtiſſimam, peti ab eo Legatos quatuor, eos eſſe, ne pacem videantur renuere, mittendos. Redeuntes à Braccio Iacobus Antonius Mantini filius, & vir multa prudentia clarus Spallecta docuere, poſcere Braccium, vt eius nomine prætor Aquilanus acciperetur. id vero Aquilani non repudiauere tantum, ſed audactus & contempſerunt, & iriſerunt, & cum obſidionem fore prouectiorem intelligerent, timerentque famem incumbituram, toto oppido frumentarii ſunt inſtituti inquiſitores, vt quod vniuerſa ciuitate frumenti haberetur, id ita venire cogeretur, ne vel pauperrimus magis, quam cæteri, laboraret inedia; venibat autem tritici cuppa ſolidis viginti, accurata & opportuna facta diſpenſatione, cuſtodiæ quoque & excubiæ adhibentur diligentiores: cum Braccium nouiſſent, non dolo minus incumbere, quam armis. Mutat deinde caſtra Braccius, & progreſſus Rodio altius, & ad Roccam Cambienſem appulit, caſtellum vel paruum quidem, ſed cultoribus habitatum firmioribus. Fuerat idem vetuſtiore tempeſtate in ditione, cum Subequis, quo tempore Sicinarium erat Aquilanorum, ſed facta commutatione caſtellorum, quo facilius contineretur poſſeſſio, Sicinarium Subequis, Cambienſis Rocca aſſcripta eſt Aquilanis. Tentat Braccius oppidanorum animos, ſuaſione primum blanda, deinde minaci: nec tamen eos dulci neque atroci alloquio perterruit: tum ille paratis copiis aggreditur vndique muros. hic bombardæ maiores, ibi minores feriunt: hac parte ſcalis aſcendere, alia ſuffodere muros adoriuntur. Contra, obſeſſi communi & pari labore ſuffodientes conterere, aſcendentes detrudere, bombardarum pilulas & ſaxa, quanto poterant ſtudio, deuitare. labor & ſudor vtroſque diremit. Et cum noſtri his oppugnationibus nouiſſent non poſſe obſiſtere, cumque nullum vſquam expectaretur ſubſidium, ſatius eſſe putant facere deditionem, quam in caſtelli præcipitari euerſionem: nam & aquis auerſis hoſtes permanſuros, ipſarumque expectare ſiccitatem intuebantur. Paucis igitur poſt primam obſidionem diebus in Braccii voluntatem ſatis honeſtis conditionibus deueniunt. Dum hæc à Braccio geruntur, Nicolaus Verrenus magno equitatu ſub valle Santantiæ poſito, progreſſus ipſe ſexdecim tantum Comitibus ſecum ductis, circa Sixti templum, quaſi prædabundus apparuit. quibus proſpectis Aquilani, vt ſunt pugnæ ac victoriæ cupidi, ſine inſidiarum meditatione, certatim erumpunt, & fugam ſimulantem Nicolaum in inſidias vſque perſequuntur. ibi vero, cum pedites ab equitibus, numero & ordine ſuperioribus, obruerentur, diſpergi conati ſunt, & diuerſis callibus ex hoſtium manibus elabi, ſed nouę & repentinæ rei timore perculſi ſimul, & equorum celeritate præpediti, pauci per vineta diffugientes euadunt, reliqui circiter quinquaginta capiuntur, & pertrahuntur Paganicam. Eodem fere tempore, Braccio Rocca Campienſi potito, hic inſidiarum exitus nunciatus eſt. & Ocre oppidum arduum poſſe, ſi exercitus eo traducatur, haberi, quippe cum ibi fame laboraretur, & Aquilani ciues frumenti quicquam mittere cunctarentur, nocte, quæ ſecuta eſt, magna Braccianorum copia Ocre petebat: cum ex vrbe Aquila, magno iumentorum numero, & equitum peditumque comitatu, ſubſidium frumenti & bellicarum rerum mittebatur. ſenſerunt hoc Bracciani, veniuntque obuiam, præcognito tamen occurſu, qui ſubſidio præerant cum iumentis, & omni comitatu, imperfectare, Aquilam ſe recipiunt. dederunt igitur ſe Ocrini, & Braccius poſitis ibi præſidiis, ad Roccam, Medianam proficiſcitur. Cumque hic plurima. vt oppidanos terreret, moliretur, bombardarum tutam collocationem, ſcalarum ferramentorumque oſtentationem, & tubarum ad futuram pugnam veſpere claſſicum terribile; muros mane aggreditur, fit clamor, extrinſecus acceditur, propinquant ſcutati, & ſcorpionarii mœnibus, & oculis, qua parte facilior eſſet aſcenſus, metiebantur: at oppidani taciti expectare, ſpeculari, audere. vbi vero muros attigere Bracciani, ibi noſtri ſaxis, ſagittis, trabibus, vt denſa corona ſteterant, confeſtim coegerunt oppugnatores recedere. Aduertit Braccius, defenſores oppidum habere firmiores, & plures

quam eſſet opinatus, tota pariter mœnia, non poſſe vna oppugnatione circumcingi, neque vſquam ob defenſorum multitudinem expugnari, ſuis pericula parari, & occulta, & grauiſſima, dubitare quid ageret, diſcedere, & fruſtra tentauiſſe pudebat, oppugnare, & milites manifeſtæ cædi ſine vlla ſpe victoriæ obiicere non placebat. cum ſic vero animo fluctuaret, nunciatum eſt, poſſe Aquilam vrbem dolo capi, præſto eſſe proditores, proditionemque iam inceptam procedere, qua re vrbi propinquet, vt vbi opus fuerit exercitu, nulla mora, perdat occaſionem. Ad hæc Braccius erectus, relicta, quam obſidebat, Mediana, ad Balnenſem ciuitatem cum copiis deſcendit, ibique ſpe maxima ſuſpenſus proditionis exitum expectat. Sed qui id in vrbe moliebantur, dum proditorum numerum augere ſtudent, requiſitus quidam non modo non aſſenſit, ſed rem omnem callide perceptam ad Camerarium, & collegas clanculum detulit. Itaque de captis proditoribus meritum ſupplicium eſt ſumptum. depoſita ſpe tantæ proditionis confuſus omnino Braccius, & longe magis quam oſtenderet, ira pariter, & mœrore ſolicitus. quippe quod tanto exercitu, tot conſiliis, tanto ſumptu nihil Aquilanis eripuiſſet, quod illi nacti occaſionem non eſſent, vno momento recuperaturi, progreditur, & Aquila ad læuam relicta, apud Sanctum Victorinum, ſex millibus paſſuum ab vrbe, conſedit. Interim Farinula, oppidum Pinneoſe, à ſuis deficiens, quod iniuriis agitaretur, Aquilanis adhæſit, & confeſtim Pinnenſes, rebelle caſtellum, magnis viribus obſident. Nam & ab eorum vrbe vix ſtadiis duo de viginti diſtat, & quamuis exiguum natura munitum eſt. Nec Farinulani putauere, Aquilam, licet graui bello fatigatam, non poſſe ipſos à prementibus defendere; neque Aquilani ſpem eorum paſſi ſunt eſſe irritam: Quinimo, vt Braccius quoque, Aquilanis eſſe maiores vires, intelligeret, Troylo, à Farinulanis pro auxiliaribus copiis, miſſo, & magnum, & electum pugnatorum numerum dedere. hic ergo regreſſus à ſuperiore loco, in obſeſſores irruens, Aquilani nominis acclamatione, coegit eos, caſtris deſertis, fugam arripere, & cæſi quam pauci ſunt, capti vero circiter ducentos. Sic Aquila, quæ ſua putabatur amiſiſſe, aliena ſibi conciliare caſtella viſa eſt. Braccius, vbi Aquilanos Farinulæ ſucceſſu lætari accepit, veritus, ne caſtella rebellarent, quæ citra vrbem in eius poteſtatem deuenerunt; rurſus vnde prius abierat ad ciuitatem Balnenſem, vicum amœniſſimum regreditur, cumque ibi eſſet biduum commoratus, pergit vt alia quoque Aquilanorum caſtella ſubiiciat. obſidet igitur Tuxium, & eo, poſt acerrimam pugnationem, potitus, Sanctum Pium facilius, Capurcianum vero ægrius, Bominacum autem commode capit. Ad hæc monet, quos Paganici habebant, Comitem Brandolinum, Gattamelatum, & Nicolaum Picininum, vt Aquilam, quam crebrioribus poſſent excurſionibus, fatigarent: ob hanc enim rationem, hos cum equitibus trecentis, peditibus vero pluribus, ibi moram facere inſtituerat. Nulla erat igitur quies Aquilanis, neque frumentum, neque fructus vllos ex agris colligi, neque aliunde aduehi ſperabatur; quibus quidem rebus adhibita ciuitas animum ad neceſſariam conſultationem intendit. Itur ergo in concionem. atque hic huiuſmodi res deliberanda proponitur. vrbem, vt manifeſtum eſſet, obſideri, hoſtium vires fieri maiores quotidie, equites, qui tenerent Paganicam, ab inſidiis & excurſionibus non ceſſare, quod haberetur frumenti, id continue diminui, nouum vero neque colligi, neque poſſe aliunde comportari, caſtella Aquilani agri rebellauiſſe fere omnia, Braccium non modo quæ Aquilæ fuiſſent, ſed alia oppida ſuis viribus adiungere, Reginam, cuius fides teneatur, hæc omnia negligenter habere, imminere, niſi proſpiciatur, vrbis & Aquilani populi exitium. Quare ſi quis conſilii quicquam habeat, ſi quis patriæ charitate moueatur, tempore tam opportuno, ſententiam exponat, cum cunctantibus aliis Spallecta, vt erat animo & ſermone liber: Vos (inquit) Iureconſulti, & prudentiſſimi ciues, quæ fuerint meliora, meditamini: Ego vero quæ ſentio ideo primus exponam, vt ſi quid inepte attulero, veſtro conſilio, veſtraque authoritate, caſtigetur; ſic enim me natura progenuit, neque patitur à meæ vitæ inſtituto diſcedere, vt quæcunque ſint beneficia tum in amicos, tum maxime in patriam conferenda, ea putem oportere ſine dilatione præſtari. neque conſilia, neque remedia ſunt hoc tempore differenda: hoſtem enim habemus & atrocem, & potentem, atque illi diutius obſtare non poſſumus; cum fame potius, quam bello ſuperandi videamur. Quare cenſeo, Reginam dominam noſtram faciendam certiorem, nos bello vrgeri aſperrimo, indigere auxiliis, eſſe diuturnis armis fatigatos, neque poſſe longo ſpatio expectare ſubſidium, vrbem hanc eius eſſe Maieſtatis, ſtudeat eam potius defendendo ſeruare, quam eius fidelitatem ſpectando corruere in excidium patiatur. Eadem cenſeo Aloyſio Regi pariter ſignificanda, atque illud adiiciendum exiſtimo, vt Sfortiam iubeant miſeris rebus noſtris ſuccurrere. Nam etſi putandum ſit, Reginam Regemque huiuſmodi obſidionem non latere, quid tamen eis mittant auxilium, qui neque vexari, neque laborare quicquam conqueruntur, inſtituit illa Braccium Gubernatorem, quomodo, niſi nos ipſi declaremus, credat enim hoſtis non Gubernatoris veſtem induiſſe? tum quia Braccius eſt in re militari clariſſimus, quis audeat illi obuiam ire, & cum eius exercitu concurrere, niſi qui parem habeat bellicis in rebus claritatem? Ducis nomen magis quam exercitus hoſtes terrefacit, & parit victoriam. Sfortia (inquam) ſi ad nos ierit, vicimus ciues: & Braccius vbi eius aduentum audierit, eiuſdem famam duntaxat, quam multa hominum millia pluris faciet. eligatur ergo Legatus, qui Reginam, quique Aloyſium cum noſtris literis petat, hac via ſuccurratur obſeſſis, hac noſtra victoria, noſtra quies comparetur. oſtendamus in noſtris dominis nos habere præſidium, vt illi hoc tempore defenſionem exhibeant, deinceps vero vt fideliores, & ab ipſis protectos maiore, atque vberiore nos gratia complectantur. Hæc cum Spallecta dixiſſet, & rediiſſet in conſeſſum, venit in ſuggeſtum Lucus, vir Notarius, & patriæ amator, iſque dixit huiuſmodi exempli ſententia, quæ dicta ſunt à Spallecta, Magnifici domini, & ciues Aquilani, ea mihi placent omnia, nunciandam eſſe Regi, ac Reginæ hanc longam, & aſperam obſidionem, & petendum ad noſtri ſubſidium Sfortiam; hic enim hodie apud Reginam gratioſus. & eſt inter hos Duces pene pares, quæ ſemper inter eiuſdem ſtudii cooſortes verſatur æmulatio, quin etiam prælus nonnunquam concurrere: itaque alter alterius interitum meditatur. Quamobrem Sfortia cupido animo (modo Regina inſtituat) auxilia nobis contra Braccium afferet. Sed aliud quoque cenſeo, non minori cura, pro noſtra ſalute, efflagitandum, ſtudendumque, vt Martinus Summus Pontifex aliquam ſuarum copiarum partem, ad noſtram hanc defenſionem ire

iubeat,

ſubeat, q eam ob rem, facilius conſequemur, quia Braccius eſt ipſi Pontifici ſupra quã dici poſſit odioſus: Cum oppida quæ Gregorio, & Benedicto Pontificibus occuparat, quamquam ſæpe pollicitus non reſtituerit, & fama ſit, ſummum Pontificem aqua, & igni Braccio interdixiſſe, non eſt igitur extimeſcendum, neq; remittendi ſunt animi, bene ſperandum eſt: Petantur quæ diximus auxilia, quæ ſi (vt ratio ſuadet, vtq; firma ſpondet coniectura) acceſſerint, aut fugiet Braccius Aquilanam terram: aut in noſtris finibus, cum vniuerſo exercitu ſuo, profligabit. Spero quod mihi viſum eſt, vobis quoq; omnibus viſum iri veriſimile. Cum Licus his dictis aſſediſſet, factum eſt tota cõcione aſſentientium murmur, quaſi plauſus, & vt omni mora ſublata pro Regiis, & Pontificiis auxiliis mittatur, decretũ eſt. Cumq; cæteri legationem renuerent, Licus, huic periculoſo labori, ſe patriæ charitate permotus, obiecit. ſed iter aggreſſus, cum euaſiſſe putaret, & Taliacotium tantum vſque perueniſſet, ibi aſtu, & inſtitutione Braccii detentus, aſſumptum munus obire non potuit. Nicolaus Picininus, Gattamelatus, & Comes Brandolinus, quos diximus commorari Paganicis, ſatis eſſe videbantur ad Aquilanorum commoda ſic impedienda, vt neq; ipſi agrũ colere, neq; alieni quicqua ad eos quippiam afferre, quo procedentibus interea menſibus Aquilani fame perdomarentur: itaq; Braccius his per nuncios monitis, vt culturam & rerum allationem diligentius arceant, ad S. Valentinum, citato agmine, ꝓficiſcitur, qui cum per Toccanum agrũ iter haberet, erumpunt Toccani, eo onerata Braccii iumenta, aggreſſi, bõbardas tres, & alias res plurimas accipiunt, & ſtrenuum virum Nicolaum Piſanum commeatum defendentem capiunt, pergit nihilominus Braccius, & obſeſſo S. Valentini Comite breui cum illo ex arbitrio, ſententiaq; ſua paciſcitur. Inde Manupellum progreſſus, q id oppidum a militib. viris teneretur, non armis, ſed arte vſus eſt, & ſuaſionibus: pellexit enim milites eos, vt qui ſub Antonutio Camponiſco mererent, ad Braccii ſtipendia tranſirent. horum qui primus erat Fornarius & Manupellum ipſe tradidit, & arcem curauit Braccio, ab Abante caſtellano concedi. Regina interim precantib. Aquilanorum literis commota; Braccium, quem Monachus quoq; ſua relatione accuſauerat, conceſſa prius gubernatione diſpoliat, & Sfortiam creat magnũ ſui Regni Seneſcalcum, iubetq; ad Aquilam obſidione leuandam, proficiſci. hoc vbi Braccius accepit, progreditur Antianũ, & ſtudet anguſtiora loca, quacunq; Sfortia tranſiturus eſſet, occupare. Aquilani v. cum idem tam fama, q regiis literis accepiſſent, ea ſunt affecti lætitia, & talem euadendi ſpem cõcepere, vt e languidis ferociores, & ex mœſtis alacriores ſint redditi, neq; iam hoſtes, neq; famem exhorreſcere. Quinimo clamoribus, tubis, campanis, nocturnis deniq, luminib. hilaritatem oſtentant. Dum Braccius Manupello Antianum proficiſcit, dumq; Nicolaum Picininum Piſcariam, ad Aterni oſtium demittit, ne Sfortiæ liceat ibi flumum ſuperare, dum deniq, alios, aliis opportunis locis, ad Sfortiam arcendũ collocat, & Aquilam iubet crebrius moleſtari; progreditur Sfortia. & Braccium, in oppido Antiano, cum exigua ſui exercitus parte, deprehendit, morati ibi paucis diebus, & cum alterius vires tentare meditaretur, & rixæ quædam à militib. vtrinq; oborta agerent; accidit aliquando, vt duces quoq; ad ſuorum defenſionẽ deſcenderent in pugnam. Et quamuis non paratis aciebus, tumultuario tamen concurſu, geſtum eſt prœlium arduum, & acerrimũ, Braccius, paucis amiſſis, in oppidum ſe recepit: Sfortia vero ne dies ibi tereret, q hoſtis pugnam detrectaret, digreſſus in Vaſtũ & Lateſſani ditia, & valida oppida corripit. At Braccius digrediens ꝑuenit Buccanicum, quo cum Sfortia quoq; appuliſſet, ille iam mœnib. tutus hoſtiles incurſus eluſerat. Aquilani interim ab equitatu, & peditib. Paganicis reſidentibus, aſſiduo circum curſu fatigati cum quo prodirẽ nequirent, & eſſent iam fere omnium rerũ egeni, auſi ſunt tamen Cambieuſis Roccæ iumenta, bouesq; prædari; fuerant enim ſpeculati, quorſum armenta ꝓcederent in paſcua: itaq, duce Ioanne Matelicano, vt circũſidentes hoſtes fallerẽt, per ardua montis iuga, noctu, ꝓfecti, non longe à Rocca conſedere in inſidiis, cum autẽ dies clariuſculi ante viſi ſunt, q erumperent: attamen, facto agmine, incurrunt, atq, alii refugientes Roccanos ꝓſequuntur, alii abigunt armẽta, eaq; non patiunt diſcedere, ſed agunt in mõtem, neq; prius inde recedunt, q̃ homines duo de viginti, & ingentia equorum, vaccarumq; armenta abigant. Fiunt interim clamores, audiunt qui præſidẽt Ocre, audiunt & qui Paganicis commorantur. Occurrunt igitur vtrinq; pedites, equiteſq; Bracciani; ante tamẽ noſtri in D. Laurentii monaſterium ſe recipiunt, quã illi ſuperato cliuo conſequantur. Non erit ab re hoc loco referre, q̃ à pluribus accepi, rem memoratu digniſſimã. Verebantur qui prędam agerent, cum monaſterium vti ſolitarium, & ab hominum frequentia ſeiunctum clauſum ꝓculdubio crederent; ne dum oſtium effringerent, hoſtes ſuperuenientes prædã reciperent, & ipſos agerent captiuos. Quibus iam propinquis, ecce monachus monaſterium aperit: itaque parentib. ianuis confeſtim, & prædã includunt, & ſemetipſos ad monaſterii defenſionẽ conſtituunt. Monachus v. quem aperire conſpexerant diligẽter quæſitus, inuentus nuſquã fuit: ergo fama fuit, illũ Aquilanæ ciuitatis protectorem, D. Petrum Cœleſtinum fuiſſe. Conſequuntur tandẽ hoſtes, circumſæptum monaſterium, & illud expugnare, quibus poſſunt viribus, aggrediunt. At noſtri, forti animo, accedẽtes, repellunt, parietes diruunt, ſaxis petunt vrgẽtes, neq; parietes ſinunt vllo modo prenſari. Ciues Aquilani, vrbe tota vehementer fremere, pulſari campanæ, arma capi. alter alteros hortari. Erumpitur porta Rodiana, aſcenditur perpetuo armatorum agmine ad monaſterium: ante tamen q̃ eo perueniat, Bracciani plurib. in locis, occurrunt, à fluuio ad monaſterium vſque, multis pugnatur certaminibus. Ex vrbis mœnibus mulieres, pueriq; prœlia ſpectãtes nunc lętari, nunc vero dolere, vt noſtros aut pellere, aut pelli cõſpiciebant Deniq; cum Aquilanorum numerus frequenter augeretur, coacti ſunt hoſtes terga dare, & multis affecti ignominiis Ocre, atq; Paganicã repetere: noſtri vero victores, & captiuos, & prædam perduxere: quamobrem magna fuit in Ciuitate lætitia, & iuuenum animi ad pugnam facti ſunt erectiores. Vix pauci poſt hæc præterierant dies, cum Ardizonus ex iis, qui Paganicam tenebat, haud longe ab vrbis porta Paganica, poſuit inſidias equitum fere trecentorum, hos in valle inſidentes Aquilanorum aduerterat nullus. Et quia Braccius aberat, inermes magis quam armati vrbem Aquilani peretrabant. Propellit Ardizonus equites citciter ſexdecim. hi autem tanquam explorabundi mœnibus propinqui acceſſerunt, quos, vbi primum portæ cuſtodes aſpexere, ſublatis vocibus ad arma, atq; hoſtes inclamauere. Multi, vt erãt inermes accurrerunt, pauci arma capiunt: ꝓdibant enim quaſi ſpectatores nõ pugnatures. ibi Antonutius Camponiſcus vetabat prodire, & inſequi equites hoſtiles. pleraq; tamẽ iuuentus,

pugnandi cupiditate pellecta, recedentes equites, ſolis haſtis muniti ſequebantur. Tum ex improuiſo ꝓſiliunt Bracciani ex inſidiis, & noſtros aggrediuntur: inque omni conatu ſtudent circumuenire deprehenſos, quod Antonutius vbi proſpexit, abrepta de alterius manu lancea pedes, vt forte ſpectabat, accurrit. comitantur alii non pauci, ſed haſtis tantum armati: clamat Antonius & comites ad noſtros circumuentos ne vereantur, ſint fortes, feriant hoſtes, ſuffodiant equos. hoſtes vero vbi Antonutium nouerunt, & procedere conſpiciunt inermem, in hunc pleriq; ſe conuertunt, hunc petunt, hunc vt pugnæ, atque belli ſummam adoriuntur. At hic animo plenus regere ſuos, imperare quæ vſui fore cognoſceret: hoſtes autẽ velut irrideret, appellare magnanimos, laudare, hortari, vt viros ſeſe habeant. noſtri ergo Antonutii fauore ac ductu, audent ferocius, & ab vrbe ad hanc pugnam plena via proceditur: itaque Braccianis animus minuitur, noſtris augetur. Erat in ea valle, ſupercilium quoddam, hoc Aquilani occupant, equites & ſcutati peditatus hoſtiles agebant inferius: ea loci commoditas noſtros ad ſaxa torquenda adhortatur. equi, equiteſque feriuntur. Deliberat Antonutius è via, vt incurrentium impetum euitaret. & Ardizonus clamans ad ſuos agite (inquit) cõmilitones vrbem, & ipſam portam impedire, portam (inquam) aggredimini. Huic Antonutius, vade (ait) Ardizone iamdudũ parata tibi cœna, vade (inquam) tempus. quid alios iubes? Ardizonus, cum ſuos iam recedere, & Aquilanos videret, agmine perpetuo, ab vrbe accelerare, vertit equũ, & eo recurrente omnes ad loca ſuperiora ſe recipiunt: ac deinde illi Paganicam: hi vero Aquilam repetiuere. Aquilani quidem ſani, & læti omnes: at illi milites pleroſque ſaucios, equos vero claudos quamplures reduxere. Non ceſſant interea noſtri, crebris epiſtolis, Sfortiam in ſubſidium vocare. is ergo cernens, quod Braccius omnẽ pugnandi copiam auerteret, & opportuna loca præſidiis occupaſſet; ſtatuit, ſuperato Aterno, validam equitatus partem tranſmittere Aquilam, & Braccianos ab obſidione depellere. At ſi Braccius eos inſequitur, in agro Aquilano prælium commiſcere, ꝙ in maritimis, & circa Buccanicum promouere non licuiſſet. Nec propter locorum difficultates, ordine quodam, ſe poſſe credebat moderari equites, & regere, ac inſequentem exercitum ſuum animis implere, & hoſtem proſternere. Hæc igitur meditanti, & an vſquam ꝓfluentis vadum eſſet, exploranti; monſtratus eſt locus æſtiuis quidem menſibus vadoſus: ſed cum hoc tẽpore Ianuarius ageret, & fluuius torrentibus, ac pluuiis excreuiſſet, non poterat hoc vado, ſolita facilitate tranſiri: audet tamen Sfortiæ magnanimitas, & præmiſſo pedite quodam, vt aquæ intueretur altitudinem, ipſe, velut arduo equo vehebatur, conſecutus eſt. Cumque ad vtramque ripam bis, iterumque iſſet, atque rediiſſet, & ſpectantibus ſuis, iam omnem traiiciendi metum ademiſſet, atq; equites iam fluuium ſuperarent: Ecce familiaris adoleſcentulus animo, atque equo deficiens, medio amne mergebatur, cui Sfortia dum ferre opem feſtinat, & terga dat vndis venientibus, ſic eſt fluctuanti gurgite abſorptus equus, vt ipſe alternis ſuperuenientibus vorticibus, eum retractare nequiuerit, atque ſubito iam longius auectus, neque ipſe, neque equus vſquam ſit viſus apparere. Quas voces, quos exanimatos clamores, putes vtraque ripa, ſublatos? Ante militum oculos optimus, & clariſſimus Dux, in vnici, & amantiſſimi filii conſpectu chariſſimus, & inclytus pater interiit: neque arma illi, neque equi profuere, neq; vlla vis humana potuit auxilium tam ſubito, tamque improuiſo caſui afferre. Eius rei fama Braccio gaudium, Aquilanis dolorem, & pauorem intulit: nam illi moleſtiſſima ſollicitudo, his vero ſpes immenſi, & firmiſſimi auxilii ſublata eſt. Filius autem Franciſcus tametſi luctu, & mœrore grauiſſimo confuſus, ſtudet tamẽ & cum militibus, & apud Reginam in locum, & dignitatem paternam ſuccedere. Hæc agens, conſulit quos habebat paternos amicos, atque his ſuadentibus, exercitum reducit in Apuliam, ne forte, quæ Sfortia ibi oppida tenuerat, audita eius morte rebellarẽt. Gloriatur interea Braccius apud ſuos, & ſua quaſi conſilia, & militaria pręcepta iactans aſſeuerat, manus cõſerere ſe cum Sfortia renuiſſe, & loca opportuna præſidiis cõmuniſſe, vt his aduerſarius impeditus, afflictis rebus cum eo conflicturus omnino vinceretur. Deinde ad Nicolaum, quem à Piſcaria, & Aterni oſtio mortuo Sfortia reuocauerat, conuerſus: Vade (inquit) tu cum nepote chariſſimo (hic autẽ erat Nicolaus Fortebraccius eius nepos ex ſorore, quæ Stella vocabatur) repete Paganicam, & Aquilam eſuriendo, & præſidia, commodis locis ponendo ſic claudito, ſic vndique noctu, atq; interdiu premito, vt nec minimum quidem frumenti, ac rei cuiuſquam poſſit inferri. Paret Nicolaus, ſeq; Paganicam ad Gattameſatum, & Ardizonum, & comitem Brandolinum confert cum magno peditum numero. Poſtridie vero, quam eo veniſſet, ad monaſterium Diui Laurentii conſcendit, idque multorum dierum opera firmo muro, & validis in turri propugnaculis munit, ac poſitis ibi militibus, circiter trecentis, iubet eos noctu vigilare, ne quid rerum ad Aquilanos aduehatur: ipſe vero ad oppugnandos Nauellos accedat, atque id oppidum quamuis arduum & viris, armiſque bene munitum, ita tamen ſcutatis militibus, minis, bombis, & terrificis vocibus vrgebat, vt illud ob aquæ penuriam, & vires hoſtiles diutius durare non poſſet: Sed pendente à pugna Nicolao, & circum clamantib. militibus, venit à tergo Sancti Valentini Comes, & eius fratres vna acceſſere viri animi præſtantia, & fortitudine, ac rerum experientia clari; Hique aggreſſi Nicolaum, & eius copias omnes eo terrore ſuperuenientes incuſſerunt, vt qui oppidanis cœpiſſent eſſe timori, ipſos iam & timere, & fugere oporteret, & niſi præſto fuiſſet Ciuitas Ardenga oppidum, turpiter ſuccubuiſſet. Eo die Nicolaus, cum hoſtes domum ſe recepiſſent, retulit ſe ille Paganicã, & cum aduertiſſet ex multis partibus res Aquilam afferri, Diui Antonii quoque templum foſſis, & propugnaculis monivit, poſuitque ibi milites centum, vt quæcunque noctu afferri ſentirent, ea confeſtim erumpentes, interciperent: noctu enim & ſal, & frumentum, & pecora in vrbem perducebãtur, tanta erat lucri faciendi cupiditas. Quare cum omne vrbis latus clauderetur, neque poſſet quicquam rerum ad mortales alendos inferri, male ſe habent Aquilani. Latus Furconium ab iis, qui Ocre, & Paganicam tenerent, cuſtoditur: Amiternum ab iis qui Diui Antonii templum. Æquicolarum viam, qui Diui Laurentii monaſterio inſident, diurnis, nocturniſque cuſtodiis intercludunt. Regina, quod ab Alphonſo rege infeſtaretur, & iam Caietam amœniſſimam Campaniæ vrbẽ amiſiſſet, quo ipſa indigebat, ad ſuos auxilium mittere nequibat. Audiit miſerorum preces Deus, & qua non credas via, iuſte pugnantib. opportune ſuccurritur. In huiuſmodi Aquilanæ Reip. calamitate perlata eſt fama Reginam cum Rege Aloyſio, Duce Mediolani, & ſummo Pontifice ſocietatis fœ-

dus in-

dus inuiſſe, Mediolani Ducem Philippum claſſem in regnum demiſiſſe, recuperatam eſſe Caietam. Ea res Aquilanis ſpem reddidit, & quod de Sfortiæ morte doloris, hoc de nouo fœdere gaudii, perceptum eſt. Conſultatur ergo, & ad ſummum Pontificem, atque Reginam miſſum iri legatū decernitur, & auxilium ab vtroque quanta poſſit ſuaſione, implorandum, vt quod à Lico fieri non potuiſſet, hoc à nouo legato conficeretur. Ad hanc legationem Simon Abbantis filius eligitur, cuius prudentia, & facundia clarus. Is Romam fortunato itinere proficiſcitur; Et cum ad ſummi Pontificis pedes procubuiſſet, atq; Braccium retuliſſet, Aquilam obſediſſe iam diu, atque vrgere, vehementius exhauſtam, & fatigatā ciuitatem, eamque promiſſum auxilium in Sfortia amiſiſſe, orat, ſupplicat, obteſtatur, vt ciuitatem ſemper eccleſiæ deuotam reſpiciat, & ſaltem Petrum Nauarinum, aut quemlibet alium ad Aquilæ protectionē demittat, eſſe Aquilanum populum magnum, & validum, non patiatur illum adiungi potentiæ Braccianæ, ne forte Aquila perdomita, ad Eccleſiam quoque vexandam, Aquilanis viribus auctus, ſe conuertat. Sed Martinus, cum de Braccio, & eius copiis multa interrogaſſet, & ſuum cum Regina, & Mediolani Duce fœdus aperuiſſet: Vade, inquit, fili benedicte, pete Reginam, ipſa primum aliquid mittat auxilii; illud noſtris quoque viribus iungetur, quibus omnibus Braccii ſuperbia extenuabitur. Abiit Simon Neapolim, & à Regina Iacobum Caldoram bellicis rebus clariſſimum, Franciſcū Sfortiæ filium, cum magnis, & fortibus copiis impetrat, atque apud Reginam, & Duces ipſos, quanta ſit opus acceleratione declarat, Aquilanæ Reipub. feruentia mandata oſtendit, & literas poſt eius diſceſſum ad eum datas, recitat, ſtudetque ſuaſionibus crebris, & vehementibus, eos permouere. Interea Nicolaus Piccininus, atq; alii proceres Bracciani, vrbem, & quæcunque caſtella non corripuiſſent incurrendo, prædandoque plurimum infeſtare: Et Antonotius Marini filius Suffii, eos ad id caſtellum oppugnandum venturos præſenſerat: quamobrem reuocatis è Rocca Mediana, præſidiis peditum, eos, & quos ipſe equites haberet, in inſidiis ſtare iuſſit. Accedentibus itaque Braccianis, inſurgunt noſtri, & eos aggredientes, repēte circumueniunt, cumque illi in niuoſo loco ſeſe tuerentur, & arata mollita hyeme tellure paſſim equi præpedirentur, omnes terrore corripiuntur: pleriq; fugiunt, alii capiuntur, atroa quidem & acerrimos cōflictus: è noſtris occiſus eſt Nicolaus è Sancto Euſanio omnidus, ex hoſtibus vero tres capti, viri animis, atq; armis præſtantes, Antonellus Sancto Polio præfectus, Ioannes Drutemus, & Chriſtophorus Cerraldus. Pergit Nicolaus, & Aquilanis famem nocturna, ac diurna opera intentat: nuoc eos ad diligentem cuſtodiam hortatur, qui Sanctum Laurentium, nunc vero qui Sanctum Antonium tenebant, ne quid rerum in obſeſſam Ciuitatem inferretur: præcipuum tamen eius ſtudium erat, vt molas, molariaſque domos perfringeret, atq; dirueret: ad hoc animum & milites tanquam ad belli ſummā, & victoriam comparandam intenderant: neque dies vllus, neq; nox vlla abibat, quin hinc, atq; illinc, diuerſis inſidiis, aduerſus molas, noui apparerent incurſus. At Aquilani poſita in mœnibus cuſtodia, iuxta Diuæ Mariæ Goriani templum, in murorum propugnaculo campanam appenderant: eam cuſtodia, cum primū hoſtium aduentum proſpiciebat, horrēdo tinnitu pulſitare, inde ſubito Sanctæ Iuſtæ campana maiore ſonitu excitare Ciuitatem, itaq; hoſtibus nullus dabatur ad molas acceſſus, quin repente oppidani erumperent. Cum hanc frequentem, & audacē eruptionem Piccininus adnotaſſet, meditatus eſt populum Aquilanum extra vrbem deprehendere, & magno captiuorum numero, Ciuitatis deditionem, aut grandem pecuniā, adipiſci. Poſitis ergo inſidiis trinis, in Colle Maio, in valle Roſateoli, & in mediis vinetis, iubet paucos quaſi de more, vt molas pet[illegible]nt, procedere, quibus à cuſtodia viſis, datur continuo campanis indicium: feruet Ciuitas, egredit populus, & progreſſos hoſtes, quia pauciores eſſent, animis erectiorib. impetit, quibus ad Roſateolum tanquam S. Laurentium repetituris fugientibus, noſtri pleno agmine, illos vltra fluuium, tam collē aſcendentes inſequunt, & quamuis iniquo loco funduntur, fugaruntq; latiſſime. Ecce tamen exiliunt equites è Roſateolo, & aſcendentib. Aquilanis occurrunt: à tergo autem qui vinea tenuerant, & qui latuerant in Colle Maio adſunt præcipites: Tunc vero Aquilani neq; primis terga dare, neq; alios pati propius accedere: alii namq; paulatim recedentes, lanceis, ſagittiſque, hoſtilem impetū ſuſtinere: alii autem ad accedentes conuerſi eos ſuperiore cliuo adiuti in pontem vſq; depellunt. Clamatur interim, pugnatur acerrime, lanceę paſſim, & vndique infeſtæ ſagittæ alterno volatu commiſcentur. Deſcenditur ab vrbe ad hanc pugnam, & pontis aditus à deſcendentibus occupatur. Quare hoſtes ne ab aduerſis, & à tergo cædantur, abeunt ad læuam: & noſtri omnes in globum coeuntes, fiunt hoſtib. formidoloſi: qui ergo ſuperius erant digreſſi ad Sanctum Laurentium, qui vero inferius ad Collem Maium ſe recipiunt, ſuperato fluuio. At Aquilani cum ipſi pontem haberent commode, & lætis animis, ac vocibus redeunt, quippe cum ipſi incolumes omnes duos viderunt ex hoſtib. occiſos: quos cum exanimes poſcentib. reddidiſſent, diuerſos in clypeis, alterum ad Collis Maii, alterum ad D. Laurentii templū, efferri perſpexerunt. Exulabant ea tempeſtate Aquilani nō pauci: hi cum aduertiſſent ciues ſuos vrgeri iam fame, & ob eam rem, pleroſq; patriam deſtituere, inſtabant, adhortabanturq; Braccianos, vt vrbs oppugnaretur: ingens enim illos patriæ repetēdæ inuaſerat cupido: veniunt igitur ad Piccininū, cui quod Aquilana ciuitas ſit exhauſta frumēto, & à pluribus, quod à propinquis accepiſſent, ob inediam relicta, ſuadēt aggrediendos, oppugnandoſque muros, eoſq; quod rari ſint, & debiles defenſores à gentib. iotus ipſo: [illegible] propinquis, facile fore ſine cęde ſuperandos. Tum ille; erat enim apud D Laurentium, vnde omnem fere vrbem deſpicere licebat, cœpit oculos ad hanc rem percipiendam intendere; & viſi ſunt ei rari homines per fora, perq; plateas vagari, nullamq; obſeruare eſſe per vrbem vt ſolitum fuerat, alacritatem, omnia ſtupendo quodam teneri ſilentio: credit ergo exulibus; & mox Braccium, qui Piſcarię cunctaretur, ad vrbem frumento, ac ciuibus pene vacuam oppugnandam per literas euocat, cauſas quoque adiungit, quibus ille ſtudeat accelerare. His literis acceptis, quia quod fieri valde cupimus, hoc facile factum iri animū inducimus, redit in agrum Aquilanū Braccius, ſed eius reditum quanta poteſtate, & diligentia conatur occultare: iubet omnes copias diſſimulabundus, paulatim accedere ex agro noſtro, & ex aliis, quæ cœperat, oppidis, & vſque Tuderto, curat milites confluere, arma comportari, ſcalas fieri, atque aduehi, bellica tormenta, quæcunque haberi poſſint, parari: At Aquilani quod Braccium aduenisse præſenſerant, & cohortes cernebant augere mœnia omnia viris, ordinibuſq; compleuerant cuſtodias, ac ſtationes

fortiti,

ſortiti, alios etiam inſtituerant, qui per interiora pomeria totam vrbem circumirent, bonos quoſq; laudarent, ſegnes increparent, omnes pariter adhortarentur, tota vrbe mirabili ſolicitudine trepidatur. Quarto calendas Martii cum denſa nebula incumbet et ſub ipſa Aurora; cunctus Braccii exercitus ad Aquilana mœnia venire contẽdit, & ordine ſeruato qui ſcalas afferrent, quiq; eſſent in muros ante alios aſcenſuri præcedunt, ſubſequuntur ſcutatorum phalanges. Hinc equitum, peditumque cohortes; taciti omnes lento procedunt inceſſu, ne obſtrepant. Et iam hærentibus ſcalis aſcendebatur: ſed noſtri hoſtilem audaciam ſentientes, excitato clamore, ſcalas deturbant, ſaxa detorquent, feriunt deiectos, ante mortem obire cupiunt, quam vel paſſum à murorum pinnis, & propugnaculis recedant, tinniunt æra campanarum: itaque hominum voces, & metallorum murmura aerem omnem complere, & loca adiacentia omnia tremefacere: hæc accipiens hoſtis, quam vrbem vitis, rebuſque crediderat exhauſtam, hanc intelligit plenam, atque omni ex parte minacem: circuit tamen ambitum vrbis, & omnia diligenti cura explorans nullũ animaduertit murorum latus non firmius, & defenſorum multitudine frequentius: triſtis ergo, cum ſuos videat non procedere cogitatus, ſtari imperat, & circumfuſis vrbi legionib. expectari, quippe diiudicare meditatur, metu ne, vel animorum fortitudine, tam vaſta fieret inclamatio: abeunte mox nebula, receſſit exercitus. Braccius autem cum nullam implendi voti ſpem videat, hortatur Fulginatum dominum, vt tanquam ſuapte voluntate permotus, ſtudeat inter ipſum, & Aquilanos componere. Is literas ad Aquilanum Senatum huiuſmodi fere exempli ſcribit. Ipſum apud Braccium magnam habere familiaritatem, Aquilanos præcipites ire in excidium, hoſtem enim eſſe potentem, & pertinacem, eique & cœlum, & hominum genus fauere, ſe tantæ Ciuitatis caſum miſereri: Quare niſi aliter viſum fuerit, operam ſe daturum, vt aliqua fiat inter ipſos cum Aquilanorum honore compoſitio. eiuſdem exempli, & à Laureti Comite ad Aquilanos, eodem tempore deferunt epiſtola. Vtrique animo præſenti, & intrepido reſponſum eſt. Agere ſe tantis proceribus de oblata opera gratias: quod vero illi excidium parari prædicẽt, nulla ratione extimeſcere. Braccium eſſe quidem potentem, & fortunatum; Aquila tamen illum potiturum nunquam: Eſſe illi ſatius, ad alias expeditiones animum intendere, quod niſi breui ea terra Aquilana recedat, fore, vt in ea eius tituli omnes tollãtur. Defeſſus igitur animo, & ira inflammatus Braccius, conuocatis, quos proceres in exercitu habeter. Pœnitet (inquit) pudetque ô viri noſtrorum laborum, & gloriæ participes, tantum in vnius vrbis obſidione, temporis triuiſſe. Quippe dum hinc fruſtra pendemus bellum aduerſus Mediolani Ducem, ad quod Florentini obniae vocabant, omiſimus; Et vniuerſum Aprutium, atque omnis Apuliæ, Campaniæque ora eſſet his laboribus, & hoc tempore ſubacta: Tum Bononiam, Tudertum, & quaſcunque præclaras vrbes deuicimus; cum hæc noſtris viribus obduret, non virtute militari, ſed communi hominum fortuna, ſuperaſſe videmur: hic neque conſilio, neque armis, neq; mora proficimus, conſulite quæſo, & exponite ſententiam. Iam ſummus Pontifex, iam Regina, & Mediolani Dux ſocietatem inierunt, iam ab hoc incœpto, niſi quid ꝑpere cõfecerimus, depellemur: Aquilani neq; ſiti, neq; fame, neq; armis perdomantur, & qui bellicæ rei fuerant ignari habiti, iam ſæpe pugnando, hoſtem contemnere, armatis occurrere, & ſperare victoriam didicerunt. Quæ quidem ipſe ſtrategemata cognouerim, ea diligẽter exacta videris omnia: Dicite quæſo quid vobis moliendum, quidve tranſigendũ videatur, ſequar enim ſententiam, quocunq; vel ad victoriam vel ad honeſtum fœdus facere videatur. Cum hæc dixiſſet, & longa facta eſſet toto conſilio deliberatio; viſum eſt, quia Camponiſcorum prima eſſet in Aquilanis familia, vt Braccius Antonutii Camponiſci colloquium tentaret, & efflagitando conſequeretur: hoc enim pacto poſſe paciſcendi viam inuenire. Id quoque Braccius aggreditur, atque internunciis mandatis, ac literis conatur Antonutium ad colloquium euocare, & ipſe ad muros, cum paucis ſæpius accedit: At cum hoc neque Antonutius probaret, & Senatus Aquilanus omnino prohiberet, nihil accedenti Braccio præter ignominiam, & ſagittas obiicitur. Creuerat interim fama, & agreſtium quoque aures oppleuerat, Reginæ, ac Mediolani Ducis ſocietatem cohæſiſſe: itaque Tuſſium, & Sanctus Pius vicina inuicem Aquilanorum caſtella, vt ad Braccium iam antea defecerant, ita ob eam famam Aquilæ ſalutẽ, & Braccii exitium acclamauere: Quamobrem Braccius, vt erat ob rerum difficultatem indignatus, ad ea caſtella, confeſtim deuoluit exercitum, Tuſſium expugnare non poteſt, vel exiguum caſtellum non eſſe tanti arbitratur, vt illud multo ſuorum & labore, & ſanguine potiatur: Nam Sanctum Pium par oppidum via multorum dierum oppugnationibus euerterat, vbi non modo in muros, & rerum direptionem ſuperbe ſæuierat; ſed viros omnes, & omnes fœminas cruciatibus, & ignominiis horrendis affecit: mulieres enim iuſſit ad vrbis conſpectum perduci, ibiq; iuxta profluentem ignem accendi maximum, mulereſque illas ad vnam denudari, ac omnium veſtes in apparatas flammas proiici. Quod latum dedecus, quamve crudelitatem ibi fuiſſe putemus; cum anus, ac puellæ, militum impiorum nefandis, ac ſceleſtis manibus, laceris magis, quam detractis veſtibus, expoliarentur? Dumque nudæ, lachrymantes, ac ingemiſcentes, adeo cogerentur in globum, vt aliæ aliarum corporibus regi ſtuderent; Ite (ait miles) ite inquam ad Aquilanos, eiſque dicite, ciuium quoque matronas eiuſmodi pœna afficiendas, niſi ciuitas, quam primum, Braccio, morem geſſerit: eis ad vrbem venientibus, plerique tunicam, & quodcunque veſtis genus, ad honeſtatem operiendam, obiiciunt. Rebellauit etiam Bariſcianum, huc hoſtis, ſpe maioris prædæ commotus, admouet obſidionẽ: repugnant oppidani animo ferociore, neque hoſtium multitudine, neque minis, neque armis vllis perterrentur. Et cum diebus pluribus obſiſterent; facti ſunt pluribus in locis cuniculi, eorum aliqui ſub oppidi, & interiorum ædium fundamentis, inuicem occurrunt: Suffoſſis igitur propugnaculi cuiuſdam fundamentis, & bombarda propugnaculum ſæpe feriente, procumbit turris, & cuniculi antrum ſua ruina intra murum aperit. Hinc armatus hoſtis exiliens oppidum inuadit, terretque vehementer: pueris igitur, ac fœminis clamantib. magnus hoſtium numerus erumpit: oppidani occurrere primum, cognita autem re fugere. Mox vero cum hoſtium numerus ſuperaret, ſternitur portæ: hi diripiunt: concurrunt alii: extruduntur ſedibus ſuis domini: vident ſuas veſtes, & alia meliora exportari, & cum de ſalute agatur, pecuniam magis quam ſalutem deplorant. Viri captiui omnes Terannum, ducente cuſtode, mittuntur; Fœminæ vero nudato corpore Aquilã aduenient, miſerabile

ſpecta-

ſpectaculum eis qui mœnia ſeruant, ex quib. vt quiſque occurrebat, quo contegerentur, pallium, aut lacernam obiectabat, exclamabatq; in Braccii ob eius crudelitatem interitum. Interim furente, circa noſtra caſtella, Braccio, Aquilanorum legatus, quem & ad ſummum Pontificem, & ad noſtram Reginam miſſum ſupra diximus, Reginæ opes, & arma Pontificis commouerat; & Aquilana Reſpubl. tum à Regina, tum à Pōtifice ſtudet per literas, vt auxilia iampridem impetrata, iubeantur accelerare: cauſam tamen longiuſculæ moræ hanc fuiſſe comperio. Iacobus Caldora, cuius opes maximæ, & ſcientia rei militaris plurima erat, Braccianas partes agitans Braccii auſpiciis, & pecunia aduerſus Neapolim, & Reginam bellum gerebat. Hunc ſummus Pontifex, & Regina ſtudebant à Braccii ſtipēdio, ad ipſorum copias, amplificata conditione conuertere. Donec huiuſmodi agitata eſt ſollicitatio, cunctatus eſt & Pontificalis, & Reginalis exercitus, cum primum Iacobus eſt aſſentitus, quod quidem peracto menſe Martio, factum eſt: Nam eo vſque Bracciana prorogabatur obligatio; ſtatim & Reginæ Aueriæ commoſantis, reſtituta Neapolis, & ipſe Iacobus eſt Reginalis exercitus præfectus. Morantibus auxiliis, cum apud Ciuitatem Balnenſem Braccius cunctaretur, Ardiconus ab eo mittitur, & cum ſuis militibus quadringentis Aſculum reperit: quare hic ne diminutus exercitus videretur; Dux milites cogit omnes in vnum, & ad muros Aquilanos accedit, atque proxima via prætetiens, multam accepit Aquilanorum vocibus ignominiam: ſtantes enim pro mœnibus clamant, prætereuntemque mille generum opprobriis afficiunt, & milites quo fiunt abominatiores, Ducis deſpectu eo magis alacres; cum primum Braccii vexillum in ipſo progreſſu, equo cæſpitante, procubuit, & viſum eſt Braccianorum exitium portendere. Idemiam Braccio potuit eſſe timori, quod nocte proxima ante eius diſceſſum, per ſomnium viſus eſt à monacho quodam baculo pulſari, moneriq; minanter, vt ab vrbe ſua obſidenda deſiſteret: quod tamen ille cum ſuis retuliſſet, & quanquam vigil plagas quoq; ſentiret, ſicuti rem vanam irriſit. Putatum eſt autem fuiſſe illum Diuum Petrum Cœleſtinum Aquilanæ Ciuitatis Protectorem. Eo tenente Pectinum, maximus peditum numerus, diuerſo armorum genere munitorum & Peruſio, & à Ciuitate Caſtelli, & Tuderto, atque omnibus oppidis montanis, & Æquicolanorum ad eum confluxit. Et Nicolaus Verretius, in vico Sancti Heliæ cum altero exercitu commoratur: itaque hic ab Oriente, ille autem ab Occidente Aquilam obſident: cum interim & colles, & valles omnes militibus, & armis horrere viderentur, iuſte tamen bellantibus, aliquando aſpirat auxilium, diuina fauente clementia. Mouet tandem Caldora ſuas copias, vt ad Pontificis exercitū proficiſcatur, agens ipſe ſuos equites nongētos, Franciſcum Sfortiæ filium cum equitib. octingentis, & Micchelettam cum quadringentis: atque hi quidem omnes, equis, armiſque tuto muniti, omnes vero ad victoriæ pugnam paratiores, cum in agrū Albenſem perueniunt, Martini inueniunt exercitum expeditum, & pecuniis atque bellicis rebus inſtructum. Clamatur in occurſu, & aer ac latiſſima regio lætis hominū vocibus, clangorib. tubarum, ac tympanorum murmure exterretur. Aderat à ſummo Pontifice, legatus Cardinalis, Hiſpanus. duo enim ad hanc expeditionem à ſummo Pontifice legati, Franciſcus quidem Picciolpaſſus, Bononienſis ciuis, qui inde Pontifex Mediolanenſis creatus, Aquilam miſſus, Cardinalis autem cum exercitu venit. Hic vbi Iacobum Caldoram, & eius Comites alacri, atque blando vultu admiſit, ſic eſt eques, equites virorumque principum allocutus: Audite Duces celeberrimi, & quicunque adſunt viri magnanimi, audiant. Sanctiſſimus D. noſter ſummus Pontifex, S.S. Eccleſiæ præſes beatiſſimus, & Chriſti Dei noſtri Vicarius in terris, huc ad vos me venire, & quæcunque expoſueto afferre mandauit. Cupere ſe hoc iuſtiſſimum prælium aduerſus Braccium, Ducem, fama quidem clariſſimum, cæterum audacia, & rebus itaque geſtis ſacrilegum moueri: qui ſæpe cum Eccleſiæ Romanæ, & Apoſtolicæ ſedis maieſtatem lædere temporibus ſtuduerit, & adhuc pertinaci animo, in ſententia perſeueret, cumque Regnum, Eccleſiæ præſidio, fultum inuaſerit, & Aquilam ſummi Pontificatus amiciſſimam vrbem, annua iam obſidione, ſine vlla honeſtatis, aut iuſtitiæ cauſa infeſtet. eius ergo Sanctitatis nomine, vos ad hanc iniuſtitiam propulſandam adhortor. Sed quid Duces inuictos & viros frequenter victoriæ aſſuetos adhortor? noſtra eſt iuſtitia, noſtra erit, diuino nutu concedente, victoria. Iuſſit inſuper Beatiſſimus Dominus noſter, me veſtra vexilla benedicere, & eorum animas omnium delictorum infectione expiare, qui forte in hoc prœlio pro eccleſia pugnando ceciderint, vt læti, & liberi poſſint ad æternæ ſalutis patriam aſcendere. Ite igitur animo forti, ac victoriam, diuitias, & laudem ſempiternam adipiſcamini. His dictis vexilla ſibi iuſſit afferri, & eis diuini auxilii aduocatione benedixit, vt ſtabilia, vtque firma, & victricia procederent, noſtris fauorem, & audaciam, hoſtibus vero terrorem, & formidinem afferrent. Deinde iunctis, & erectis ad cœlum manibus Pontificali, & Apoſtolica authoritate, illos, omnibus ſceleribus, criminibuſque abſoluit, quicunq; forent, ea pugna, hoſtili manu perituri; & mota ſuper omnem exercitum dextera, precatus eſt ſummæ, & infinitæ potentiæ perſonas adeſſe. Poſthæc baculo quodam aſſumpto, hunc quoq; ſacrificis verbis, & ducta in crucem dextra, ominatus eſt, imperatorium ad victoriam, & conuerſus ad Iacobum Caldoram, qui proximus erat, militiæ cæterorum peritiſſimus habebatur. Accipe (inquit) Iacobe ſceptrum hoc, & beatiſſimo Patre mandante, fœlici huic exercitui, & magnanimis cohortibus imperato: te enim ille Ducem aduerſus Braccium noſtri exercitus elegit, inſtituitque Imperatorem, quod fœlix fauſtumque ſit, & gloriam, decuſque tuum efficiat cumulatius. Tum Iacobus, appulſo calcaribus equo, expectauiſſe ſe ait, vt ea dignitas, & id munus alii cuilibet tribuat, cum plures ibi extarēt, qui eiuſmodi Imperium prudenter, pleneque obiuiſſent: verum quia ſic placet Pontifici, accipere ſe illud læto, atque obedienti animo, ſeque operam daturum pollicetur, vt quæ fuerit de ipſo concepta ſpes, ea Beatiſſimi Patris expectationem non fruſtretur. Hęc dicens, capite reuerenter nudato, baculum de legati manu accipit; & ſummo Pontifici, atque ipſi Cardinali Reuerendiſſimo, gratias agit: pariterque toto exercitu in conſenſum, & alacritatem, tubis, tibiis, & hominum vocibus acclamatum eſt. Hinc Petrus Nauatinus ſpe nominis prædæ compulſus: (erat enim vir cupidus rerum, ſed bellicæ gloriæ cupidiſſimus) ſtatuit ad hoſtes infeſtandos procedere, & ad hæc Aquilani agri caſtella ſollicitanda, quæ Braccii ditionem ſequuta fuiſſent; proficiſcens inde, Marſis aſcendit cum ſuis ad Roccam Mediam, quod oppidum, quia parebat Aquilanis, prætermiſit, & in vallem Aterni deſcendit, vbi ex pluribus

caſtellis

caſtellis, ſoli Fonticuli, & Stiffium Aquilanorum fidem tenebant. Petens igitur Fonticulos fuit vicinis populis, præmeditato timori; ibi cum eſſet paucis diebus commoratus, ſtatuit excurrere, & prædariaque ad Sanctum Demetrium pergens, occurrit Nicolao Verterio: hic enim cum accepiſſet Petrum eſſe Fonticulis, ibat vt cum illo ſi forte ad excurrentem erumperet, congrederetur. Vterque igitur alteri improuiſus, vterque terruit, vterq; timuit; verum quia Nicolaus hoſtem putabat paratiorem, & magis numeroſum comitatum habere: namque ipſe prædabundus tantum egrediebatur. Sed vt primum è faucibus Campanæ Petrus emergeret, videtur paucis comitantibus impar viribus, & hoſtem contra venientem & maiorem, & firmiorẽ intuetur; qui cum poſſet in loca magis ardua ſe recipere, puduit virum magnanimum fuga prœlium detrectare. Ab vtriſq; igitur longe clamatur, hinc Braccii nomine, inde Pontificis: clamorem haſtati equites ſequuntur, neq; instituta eſt acies, neque quicquam imperatum, ſatis fuit ex acclamationibus nouiſſe, hoſtem adeſſe. Et cum æquo loco, ac prato latiſſimo res ageretur; omnibus licet, quam habẽt virtutem oſtendere, & ſinguli occurrunt ſingulis, quibus congrediantur: ex vtriſque pulſant, ex vtriſque pulſantur: Bracciani numero præualent, contenduntque ſuperare. Nauarinus ingenio ac viribus adnititur non circumueniri, nõ ſuperari. Conuerſo igitur ordine conflictus, quia Campanenſi vico pugnabat, iam à caſtello Stiffio prœliatur, ac paulatim cedens, Stiffium ad amicos ſe recepit: pugna pene pari, neutri aut multa dolere, aut magna viſi ſunt gratulari. Hoc celeri nuncio perlatum eſt ad Braccium, is autem expeditiorẽ exercitus partem ad Nauarinum obſidendum properare inſtituit, atque vbi illum Stiffii clauſum intelligit, ratus & Petro, & oppido ſe potiturum, ſi paucis ibi diebus in obſidione commoretur, quod paruo loco, ingens multitudo contineretur, ad hanc expeditionem frequentem exercitum traducit. Cum autem diutius cunctatus nouiſſet arduum locum, neque expugnari poſſe, neque vllius rei penuria fatigari, animum ad calliditatem conuertit; & quaſi oppidi potiundi deſperatione permotus, poſito Nicolao Piccinino in inſidiis progreditur; & in Bazzani vinetis, cum reliquis copiis conſedit. Petrus vero cum omnes hoſtes abiiſſe autumaret, relicto Stiffio, ibat, vt ſeſe Fonticulos reciperet: At Nicolaus ex inſidiis progrediens, ingenti, hunc, equitatu, aggreditur. Conuertit ſuos omnes Nauarinus in hoſtem, & ipſe animo intrepido hunc, atque illum, vt quiq; occurrebat, deturbat, & haſta fulminea diſiicit. Itaque quo plures ab vno ſternebantur, eo plures in ſuorum vltionem in vnum concurrere. ſocii quoque ducis exemplo commoniti tam audacter, tam ſtrenue decertant, vt Nicolaus cum ſuis formidine trepidaret. Verum quia numero longe ſuperiores erant, & feſſis aliis, alii recentiores occurrere, obrutus multitudine Nauarinus comprehenditur: maiore tamen ſanguine Bracciani maduere, quam ſocii Nauarini. quo quidem capto, ingens in exercitu Bracciano exoritur lætitia. & qui Sanctum Laurentium tenerent ad Ciuitatis inſultationem, agite, clamant, ô Aquilani, expectate auxilia, vbi nam Sfortia? vbi veſter Nauarinus. Condoluere quidem Aquilani, quaſi malum omen opinati, quod primum auxilium in Aterno demerſum eſſet, & alterius principium intermiſſum in Nauarino. ſed cum in dies, certioribus nunciis acciperent reginæ copias ad ipſorum auxilium Pontificiis acceſſiſſe; magna diluebat eiuſmodi dolorem conſolatio.

progreſſus ſalutaris exercitus in montes Aquilanos, & ad Roccam Cambianam vſque peruenerat. Cum ſuperueniente nocte, tantos, ac iam multos ignes accendunt, vt eorum fulgores ab Aquilanis facile perſpiciantur de mœnibus, deque cæteris eminentibus locis. Primum Cuſtodia, dehinc cæteri, & qui domo ad hoc prodibãt immenſam flammarum lucem proſpectabant. exhilaratur Aquilana Ciuitas huiuſmodi ſpectaculo, ſoluuntur animi timore grauiſſimo ac diuturno, & cuncti pari voto Braccianis minantur interitum. Braccius quoque hunc hoſtium aduentum intelligens, ſingulos cœpit proceres, lætis verbis hortari, ſingulis blandiri, & diuitias, potentiamq; vltra victoriam polliceri, ſingulorum equos; ſingulorum arma intueri; laudat omnes, eiſq; victoriam firmis promittit coniecturis. iubet cunctos armari, & procedere in ordinem, pedites, ſcorpionarios, haſtatoſque, dehinc equites claris, & fulgentibus armis coruſcos. tubarum clangores hanc pompam, & oſtentationem adornant, equorũ hinnitus, hominum clamores, & omnia militum colloquia præſeferunt lætitiam. Iamque omnes in tentoria ſe receperãt, cum exercitus proceres ad Braccium conueniunt, vt eius ſententiam de loco, & ſtatu pugnæ accipiant; quib. hilari vultu, admiſſis, Braccius, Quales inquit viſæ noſtræ copiæ viri magnanimi, nũne in noſtra manu victoria eſt? nonne vbi primum in hos campos hoſtes deſcenderint noſtro numero, atq; viribus obruentur? ſed quid vobis animi, quæve ſententia eſt. cupio enim, quid arbitremini, audire. Illis vero aliis alios aſpicientibus, & dum ſe inuicẽ venerantur ſilentibus; dic, inquit ille, Cattamelata, quanam via tenderes ad victoriam? Expectabam, inquit Cattamelatus, aliorum ſententias, prouocatus tamen dicam quæ ſentio. Hoſtilis exercitus Aloyſium Sancto Seuerino oriundum, & Sanctum Parentem ſuarum copiarum incrementum expectat; horum acceſſu, fiet numero ſuperior, exultabitque inſolentius. quare dum ſe minorem, & nobis imparem meditatur, dumque ſolum aduerſum nos cogitat irruere, ſentiat ſe præter opinionẽ occupari. Deprehenditur improuidus, confundetur tumultu, & in ipſa trepidatione fundetur. hoc antequam ſe redigat in ordinem, vicerimus. Cras igitur, ſurgente aurora, cliuum hunc aſcendamus, inclyte dux, & erimus, vt mea fert ſententia ſuperiores. eiuſmodi ſententia proceribus quidem omnibus viſa eſt tenenda. Braccius vero cum Cattamelatum laudaſſet, decreuiſſe ſe, inquit, omnium hoſtium deſcenſum expectare, vt in æquo, ac plano ſolo, & campis late patentibus, magis vniuerſalem, & clariorem victoriam conſequatur. Poſtridie tamen vt rem clarius intelligat, diſpoſitis cohortibus cunctis, & acie quaſi ad pugnam inſtructa, iubet eas ſtationibus immorari, neque loco quemquam demoueri. At ipſe ſummiſſis peditum duobus milibus, in montis dorſum cum equitibus triginta conſcendit, atque hos diligenter, & omni ex parte contemplatus, ad ſuos ingenti lætitia, diffuſus ingreditur, atque hoſtium omnium euaſurum eſſe neminem. pedites autem qui fuerant Braccium comitati, hoſtium caſtris propinquantes, & Braccii nomẽ acclamauere, & minaces ante illorum oculos inſtitere. ſic euocati hoſtes armati confeſtim obuiam procedunt, fit rixa, ſagittis, atque haſtis dimicatur. Bracciani tandem depulſi, ſaucios plures, mortuos tres retulerunt: quam quidem rem Braccius quod præter eius voluntatem facta eſſet, grauiter, & aſperrime coarguit. Caldora poſt Braccianorum temerarium inſultum mouit paululũ loco exercitum,

exercitum,

electum, vt tutius ſederet, & ab hoſtibus ſine ipſorum periculo nō poſſet infeſtari. id autem fuit Franciſco Sfortiæ moleſtiſſimum, & iuuenili, amaraque oratione de Caldora conqueſtus eſt, cum non deceat ſuum vexillum vnquam retro fieri, neque ſit ea diſciplina parentis, neq; cedendum vnquam hoſti, ſed audacius occurrendum: quem Caldora blandiſſime prudentibus verbis demulcens, ægre perſuaſit aſſentiri. equites autē, qui cum Braccio iamdudum hoſtes viſerant, & alii non pauci horum ſententiam comprobantes, Braccium ſimul adeunt: eumq; præſenti, & efficaci ſuaſione, quod à Cattamelato dictū fuerat, adhortant, vt poſtridie eius diei, hoſtes in ſuis caſtris aggrediatr: quod ibi futurus eſſet omnino ſuperior. quibus ille auditis, proditionē ſe arbitrari dicit aliter, quam in inſtituta acie dimicare. Itaq; nolle ſe, niſi cum inſtitutis, & ſuapte ratione paratis hoſtibus decertare, in virtute veram eſſe victoriam, nō in fraude. ſuam ſibi gloriam vera militiæ diſciplina, creuiſſe, nō in inſidiis. Iubet deinde literas ad Iacobum Caldoram huiuſmodi fere ſentētiæ dari, vt aliquantulum eius authoritatem derogaret. Braccius Iacobo Caldoræ Salutem. Accepimus te contra Braccium arma ferre, cuius auſpiciis, & authoramēto nuper militabas, id qua iuſtitia, quave fide moliaris, tu videris: ipſe vero nulla commotus iniuria quem ducem habuerim, hunc etiam hoſtem experiare, non improbo. teque venientem hac lege expecto, vt niſi ad æquum locum proueneris, nullo ſim incurſu laceſſiturus; atq; hoc his literis promiſſum fide inconcuſſa ſeruabo; progredere igitur tutus: vale. At Caldora nihil iniuriarum à ſe factum eſſe reſpondet, Braccio dum operam dederit, bona fide defunctum officio. iam vero & ſummo Pontifici, & Reginæ parere, deſcenſurum vero ad pugnam cum ei libuerit. Interea meditetur poſſe, qui agente Caldora viciſſet, rurſus aduerſante Caldora ſuperari. Cum Braccii tubicen accepto Caldoræ reſponſo eſſet inde digreſſurus, Aloyſius Sancti Seuerini, cum Sancto Parente, & aliis pleriſq, magnis, & florentib. copiis tam equitum, quam peditum ſequentibus, perueniunt ad exercitum, quæ res tubicini admirationē ad Braccium referendam attulit. ſiquidem accedentibus illis vtrinq; in Braccii clamatum eſt exitium, & exercitus erat iam terribilis, & maximus. Imminente igitur die, quo erat deſcendendum ad pugnam, primum Iacobus Caldora legatum alloquitur tempus eſſe dicens, vt exercitus ſuis ordinibus inſtituatur; & eo annuente, iubet omnes equites, ac pedites vt cognoſcantur apparari, inq; lata planitie diffundi, id vbi tubarum ſono pronunciatū, & edictum eſt; ipſe arduo equo vectus, Ludouicum Columnam primo loco, primam cohortem capere, Imperat, & cum eo Micotium Vgolini conſtituit. cohors vero ſecunda Frederico Mathelicano demandatur. hos, aliosq; deinceps eligendos, iubet ſuo quemq; loco ſiſtere cum ſuis, quoto in ſeriem deliberet. Appellat deinde Franciſcum Sfortiam, hic antē cohortibus tribus, tria ex ordine loca complectit. Euocat inde Antonium Caldoram, & huic ſextam ſpectatis viſis conſtantē commendat. ſeptimam Ioanni Sterlino. octauam vero credit Scaramutiæ Aſcolano. poſt hos nonā Comes S. Valentini moderat, & cum illo eius frater vir fortis, & magnanimus. Decimo loco vexilla ſtatuuntur, Pontificale quod Bernardus Aquauiuus, & Reginale, quod Iacobus Sangrus firma manu ſuſtinet: ea cuſtodiunt electi ac ſpectati equites trecenti, quib. legatus Pontificis cum equitibus centum & quinquaginta iungitur. Habet vndecima viros Tartalliſcos, bellicis rebus inſignes, hāc regit Paulus Theutonus. Leonellus Peruſinus præficitur duodecimæ, eumq; Micchelottus, & Raynerius pari gradu, comitantur. Tertiadecima quæ Hiſpanos habet milites, à Ioanne Garillu curat. tum Petrus armis, & corporis, & animi viribus excellēs, curam habet quartædecimæ, Andreæ Serano cura eſt quintadecima, ſextadecima Aloyſio S. Seuerini. Poſtremā agit Miccheletta: hinc habens Antonellum Lopidianum, inde Franciſcum Caracciolum. nec minori ſtudio pedites inſtituuntur. eis enim præficiuntur Comes Dulcis, & Petrus Teſta. Commeatus a. militis Ioanni Verſolino, Armilio, Antonello, Ouinalo, & eorum peditibus cuſtodiendus commendat. Hoc ordine conſtituto exercitu, vadens huc, atq, illuc Caldora; nunc hos, nunc autē illos appellat, recolit, atque laudat eorum res geſtas, quas nouerat. Docet imminere tempus, quo antiquæ nobilitati multū facere queant acceſſionis, aduerſus eos eſſe dimicandū, quibus Aquilani fuerunt ſæpenumero pugnando ſuperiores, quiq; toto iam anno, tempus ibidem terentes, vix agreſtes Aquilanorum edomuerint, nec iam poſſint vllū expectare ſubſidium, & ſint numero, ac loco inferiores. Braccium eſſe cum ſuis omnibus Deo, atq; hominib. inuiſum. quippe cum nulla innitatur iuſtitia, & SS. Eccleſiæ ſacrilegus hoſtis, ſit omnino graues omnium ſuorū ſcelerum pœnas ſubiturus. præſto eſſe inſuper populum Aquilanū, qui tam annuis iniuriis agitatus ſæuiſſimo impetu ſit iturus in vltionē; eſſe ipſis vna pugna, & ſummi Pontificis, etiam Reginæ, & Aquilanorū gratiam comparandam; nec minus honores, & diuitias ex hoſtium ſpoliis accipiendas. Non igitur expectent ab oratione virtutem, intendant ad victoriam animos, fiant ex fortibus fortiores, quo deinde hoſtium ſpoliis ſint, & gloria præſtantiores. Non ceſſat interim Braccius, & peditum tria millia, quos in ſummo monte, præſidio collocarat, miſſo tibicine, monet, ne quiſquam hoſtes, antequā illi deuenerint in planiciem, adoriatur, neve aliqua prouocet occaſione, niſi malint ſummū de ſe ſumi ſupplicium. Poſt hæc iubet exercitum quieſcere. vigiles non modo circum caſtra, verūetiam longe obſeruare, ſi quid hoſtilium rerū exaudiant. cunctos monet ſic accingi, vt poſtridie, prima luce, ſint ad hoſtes vincendos ad diripiendos progreſſuri. Dehinc ſe ad locorū opportunitatem eligendū cōuertit, & rupto fluminis alueo, aquas in lacunas duas, & eas quidem latas, ac nō multo ſpatio diſtantes immittit, vt mollita humus fieret hoſtibus impedimento. Cumq; futuræ pugnæ ſtatum animo concepiſſet, cohortium ordinem, & procerum ſtationes diuidit. primum autem locum tenere iubet Petrumiampaulum virum armis, & nobilitate clariſſimum. loco vero ſecundo, Populi Comitem cum eius veteranis militibus conſtituit. deinde Nicolaum Verterium eius virtute ac magnanimitate prælaudata tertium eſſe imperat. Huic proximum mandat accedere comitem Brandolinum, & quintum Cattamelatum, cum vtrunq; magnificis laudibus extuliſſet. ſextæ cohorti præficitur Sirangulinus. ſeptimæ Malateſta Cæſenas, quibus & laudes mirificas accommodat, & diuitias pollicetur ampliſſimas. his admouet Nicolaum Piſanū: quem ſequitur Antonellus Senenſis. Vngarus vero locatur decimus, & vndecimus Matthæus Prouenzanus quibus laudatis, & ſuis locis appoſitis, tradit cohortem duodecimam Horrio Toccano, & tertiamdecimam Iannecto Sparſaquano, & hos quoque diuitibus pollicitationibus, accumulat. Denique quartamdecimam tradidit Nicolao Piccinino,

quem & laudis, & rerum ſuarum participem ſe facturum pollicetur. Quintadecima tandem ex famulis centum collecta eſt, & vexillum Vgolino Marerio traditum mandat cuſtodiri fidis, & fortibus equitibus ducentis. Hæc inſtituerat Braccius, & mirabili alacritate, lætitiaque diffuſus, iubet omnes capere quietem, & animos, atque vires ad ſequentis diei victoriam præparare. Aquilani quoque ſe parauerant ad pugnam, & media fere nocte, cum hoſtilem, & amicum exercitum paratum eſſe nouiſſent, tota vrbe armis, campanarum tinnitibus, luminibus, & cohortantium hominum vocibus trepidatum eſt. ſingula quarteria explicitis vexillis, ad expectatiſſimum certamen accingebantur. & Sancti Petri vexillum Corporilongo traditum eſt. ſequebatur autem plurima, & bene armata iuuentus. vexillum vero Sancti Ioannis, Ioannes habet notarii Blaſii nepos, & hunc armis munita ſequebatur multitudo. Tum Diui Georgii volitantem cum dracone equitem fert Iacobus Caſaſſus, is quoque magnanimos, & virtute præſtantes viros ducere gloriatur. Diuæ autem Mariæ nigrum, & anguſtius humana forma caput, niueo velo, appictum, peuehit Nicolaus Ciminellus, quem quidem animis, atque armis munita multitudo proſequitur. Poſt hos tota procedit Camponiſcorum nobilitas, Antonutius bellicis rebus longo iam tempore clarus, Aloyſius Montorii dignitate ac multa virtute inſignis: Baptiſta qui animi ſagacitate, & conſiliis omnes anteiret; hinc Pyrrhus auidus pugnæ arduus, & ſtrenuus, & audens ſe, atq; alios adhortatus accelerat: qui quidē ſinguli ſingulis turmis præcedebant, & diem ardebant illuceſcere: omnes tamen Antonutii ductu gubernantur. Rareſcentibus autem proxima luce tenebris, Braxius maxima vincendi ſpe iamdudum elatus, fortunæ quoque varietatem animo volutabat, quippe cum hoſtium exercitum expectaret violentum, & magnum: Aquilanorum quoque populum, qui maximus eſſet, cogitabat, iniuriis, & contumeliis agitatum, in tanta opportunitate erupturum ad vltionem ſcilicet: præcipua illi cura à Iacobi Caldoræ authoritate, & bellandi ſcientia occurrebat. nulla tamen ei metus aperta ſignificatio, ſola victoria in eius vultu relucebat, verbo ſonabat, geſtu promittebat tanta animi magnitudine vehebatur, tam alacri vultus maieſtate vt diuino aliquo videretur numine afflari, hunc atque illum appellat, hortaturque, ne ſegnius eo die ſe habeant, quam alias, atque aliis facinoribus geſſiſſent; ſimul impetat, ſimul claſſicum indicit: & optimum quemque ipſius virtutem memorando confirmat. Iubet deinde veniri in concionem, ad quam ita eſt ex equo & fulgentibus armis loquutus: Hic dies, ſocii, locupletabit vos omnes, & quos alias adepti eſtis honores, efficiet cumulatiores, noua gloria: quas enim Ioanna, quaſque Martinus copias in nos mittit, eas vobis ſternendas diripiendaſque parauero; neque fuerit his rebus periculoſa, neque laborioſa quidem difficultas nouus Imperator nouos milites agit. & Iacobus Caldora nuper à noſtro ſtipendio diuulſus, adhuc noſtra ſigna, & Braccii nomen verebitur. magiſque ipſe noſtrum venerabitur imperium, quam à ſuis cum imperauerit intelligatur At ego quid quiſque veſtrum audeat, quidve poſſit ita noui, vt quid animi ſit à quoque exigendum, aut quid virium expetendum callens ſine vllo poſſim errore certis laboribus, certos viros opponere. ſtat etiam pro nobis ſanctiſſima cauſæ iuſtitia: nam Ioanna, quam toto Aprutio poteſtatem, & iura mihi tradidit, ea ruſus male ſuaſa, & fœminea leuitate impulſa, ad ſe reuocat. non meminit ingrata, quantis ipſam eripuerim periculis, & quo pacto pene pulſam in regnum ipſam reſtituerim? Tum Martinus à me Romam quaſi manu reductus, cum Florentia diſcedere non auderet, ob noſtra in ipſum merita, hæc nobis præmia rependit, vterque noſtris corruet manibus. & Pontifex, quod ſæpe dixi, eo redigetur, vt pro quadrantibus ſingulis, ſingula ſit facta peracturus: vt enim interficiatur abſit, imo ita millies animam acturum puto: olim enim fœlices, miſereque deinceps viuentes, mortuos rectius cenſeo appellādos, quam viuos. ipſe vero cum videam ex hoc prælio vobis parari diuitias, neque Ioannam, neq; Martinum culparim ingrato animo. Incredibile dictu eſt quā claram ſimus habituri victoriam. Aquilanos iam fame confectos, campeſtris hæc pugna præuicerit, poſt, Aquilam, nullam in hoc Regno Ciuitatem, ſuperari pudebit. Roma noſtras vires formidabit, Neapolis meditabitur obſequium. hæc omnia in veſtris haſtis, & gladiis veſtris ſita ſunt. locorum periti, locorum ignaros aggredimur. Fluuius quoque fuerit nobis præſidio; & qui noſtros gladios feſtinabunt aufugere, lacunis & mollita tellure morabuntur. vobis pugnaueritis, vobis viceritis, arma, equi, captiui, reliq; omnes veſtræ ſunt, mihi ſatis fuerit, veſtrum exercitum fuiſſe ſuperiorem. Cum hæc dixiſſet, & à nunciis hoſtes iam caſtris egreſſos procedere, acciperet, imperat, ſingulos proceres præmonſtratos ſtationes occupare, atque ibi hoſtilem impetum percunctari. Braccius ante alios ſtationibus conſtitutis, huc atque illoc obequitans quoſque laudat, & ſuo loco ſic ſtare iubet, vt laudato militiæ more, iri deti malit, quam loco vel minimum quid decedere. Gaudet magnanimus dux exercitus ordinem, & lætam, atq; pugnam meditantem iuuentutem intueri. his itaque geſtis præparare quiſque ſe ad pugnam. Ex aduerſo, qui nuper aduenerat cum equitibus quadringentis, & peditibus centum Aloyſius de Sancto Seuerino, præmiſſa moræ cauſa, ducibus adhuc in vnum coactis, primus hortatoria effatur talia. Eia præclariſſimi duces, magnanimi commilitones, veſtras iam exhibere vires, præparate animos ad victoriam capeſſendam, capeſſendam, inquam, crudelis enim tyrannus eſt, contra quem res agitur, Chriſtianæ religionis inimicus, omnique obſcœna morte digniſſimus: quibus auditis omnibus ad hoſtes inuadendos fuit alacri voce cōclamatum. At legatus qui ſupra conuocato exercitu iterum grauibus, multiſq; ſermonib. omnium releuat animos, ac victoriæ ſpem firmat; apoſtolica ſancta iterat munera; vexilla, baculum benedicit, & exercitum omnem. mori ſi quibus contigerit in acie æternum largitur indultum. Braccio autem, atq; Braccianis cunctis maledicit, æternoq; ſubiicit igni, & anathematizat. quæ dum Apoſtolica fierent inſtitutione ſeruata, euidentiſſima victoriæ emicant ſigna: ſiquidem aura quædā lenis exorta ſigna Aquilam verſus omni decentia deferre videbatur. Sed & Aquilæ duæ ex alto ſubuolantes, vna inſedit in vexillis ipſis, altera vero circūuolabat magna cunctorum admiratione, ac lętitia ſpe gloriæ. quo iucundo ſpectaculo terminato iterū Cardinalis cum baculo Iacobo Caldoræ exercitū tradit, & eius imperium, inquiens, accipe baculum iſtud quod tibi ſit auctio, inimicis autem vindex, fiat flamma. quare memēto S. matris Eccleſiæ generalē ad eius, tuamq; gloriam conſtitutum eſſe ducem: cui Iacobus humili corpore, voce leni, omni ſe reuerentia illud munus ſuſcipere reſpōdit. ſicq; ſtatim clangētib. tubis & Papæ, Reginæ, ac Eccleſiæ acclamata eſt victoria. Finito

vero

vero clamore, affuit Ludouicus Columna, qui omnia, quæ caperent, cenſebat fore communia: quam ſententiam Dux quidam Andreas Sellanus eques refellit audacter, & cuique ſibi ſuum cenſuit cedere lucrum. Tunc dominus Iacobus, cum cæteris ducibus, inito concilio, perſonante præcone, edicta proponit, quod quiſque alacri animo, ad ſequentis diei ſe præparet pugnam, & Braccium debellandum, ordinemq; ſuum omnino ſeruet immotatum. Verum iam altera exorta die, Iacobus dux ſummus quoſque nominatim ordinat, aduocatq; duces, quorum primos Ludouicus Columna, & Micutius Vgolini Aquilanus ciuis cum equitibus trecentis, iiſque pluribus Aquilanis. hinc Federicus cum ducentis, comes Franciſcus cum Gerhardo Corognola cum trecentis. Antonius Caldora equitib. comitatus ducentis. Ioannes Sterlinus centum quinquaginta, quem Scaramutia ſequitur. verum huius calcem terit comes S. Valentini, cum Bruno Germano magna comitante cohorte, quam dominus Iacobus dux inſequitur, quem vexilliferi cum Cardinali Hiſpano cōſequuntur. primum enim Bernardus de Aquauiua Pontificale deferebat vexillum, prope legatum centū quinquaginta comitatus equitibus, ac demum dominus Iacobus Sangrus Regni alia vehens inſignia gradiebatur, quæ à trecentis ambiebantur equitibus. poſt quos Paulus Theutonus, & Tartalliſet trecenti. Leonellus, Miccheletus, Raynetius. hi omnes vno gradiuntur cuneo centum quinquaginta. poſt quos Petrus Aluerinus, Andreas Serranus, & Aloyſius Sancti Seuerini, Miccheletta, Antonellus de S. Lopidio. vltimi vero Petrus Teſta, & Armeleus cum peditibus ſarcinarum præerant cuſtodiæ. aciebus ducibuſque iam diſtinctis, claſſicum iterum duce iubente intonuit, imperialia mandātur edicta, maxime de inuiolato ordine ſeruando, ni vellent mortis pœna mulctari. Braccius relatione percepta, certuſque ad ſe de inimicorum deſcenſu, calliditate iamdiu præmeditata, victorem ſeſe fore omnino promittebat. vnde lacunas induxit duas in ſubiectam planiciem, in qua conflictum futurum ſperabat: fluuiique alueum, qui dirimit eaſdem, duobus in locis, iubet effodi, quo omne dimiſſo replerentur foſſæ, molleſcerent arua, ſieq; & equis ſierent inuia, & hominibus, ac demum incaute aduentantes hoſtes iis paludibus præpediti facillime caperentur. quocirca & ibidem locum adinuenit, in quo tutiſſime ad hoſtes alliciendos proprium ſeruaret vexillum. mandat præterea peditibus ſuis, qui montis aditus ſeruabant, vnde noſtros deſcendere oportebat. erant autem fere tria millia, ne ſi nollent plecti, & ſuſpendi, quis eorum hoſtes irritare præſumat. Alloquitur inſuper ſuos, animo inquiens hilari, ac vultu iucundo: exultate viri fortes, gaudete commilitones ſtrenui omnes; namque hoſtium ditabimur ſpoliis, audeat quoq; quiſq; noſtrū, ſæuiat, trucidet ad libitū, dilaniet: omnes enim vos aſtaris ad bella doctiſſimi, victoriis creberrimis glorioſi, armis optime muniti, quinetiam fauentis fortunæ commoda multa tenetis, hoſtium autem omni in re conditio eſt infima. vnde veſtrum neminē tantæ credimus eſſe ignauiæ, vt rebus damnum, gloriæ autem ſuæ velit inferre eruorem. his itaque verbis, & aliis multis, modo omnes, modo ſingulos hortatus, duces in craſtinum pugnaturos componit, & exercitum. ducum autem cum ſuis cohortibus ordinem nunquam talem diſpoſuit. ſic enim conſtituti, conſpectu quidem decuri, apparebant Petrus Iampaulus, Comes populi, Nicolaus Verretius, Comes Brādolinus, Cattamelatus, Strangolinus, Malateſta Ceſenas, Nicolaus Piſanus, Antonellus Senenſis, Ioannes Vngarus, Matthæus Prouenzanus, Oringus Theutonicus, Ioanninus Sparſaquanus, Nicolaus Piccininus, quem etiam noua ſequuta eſt cohors, quam Braccius, tunc primum ex domeſticis, cōſiliariis, famuliſq; inſtruit. huic autem præcipitur, cum ſuis omnibus, collium prope Aquilam deſcenſus occupare, ne ciuibus, quoquo modo, facultas, ad ſuorum ſubſidium, campos incurrere, daretur. Regale vexillum, quod apud ſe erat, Braccius illud credidit Vgolino Marerio, cum equitib. ducentis, proprium vero Scardoctio conceſſit. Igitur omni iam aſtante exercitu ſerico, argenteo, aureoque fulgenti ornatus Braccius iterum, atque iterum quæ dixerat replicat, diuitias cunctis, dominatus promittit, & honores: demum, inquit, attendite animo chariſſimi fratres, ſi quis forte in futura pugna ſenſerit ſe nimium defatigari, ne deficiat, caute ſubducat ſe à prœlio, & ad locum veniat condictum, in quo velim, noueritis optima vina quæq; ad refocillandum animos opipare, abundanterque fore præparata. Talia dum circa vineta perficiuntur, ecce contra in montis dorſo cœpere hoſtium emicare cohortes, quæ non ad ſubiectos campos deſcendebant, ſed cum in dorſo illo cliui ſint plurimi, & in adiacentibus concauitatibus lacunas, & viuos fontes aquarum habeant non paucos, apud eos nocte illa caſtrametantur. Quos Braccius conſpicatus ad Nicolaum Verretium ſe vertens hac ſubſannatione alacri, eia, inquit, virorum fortiſſime, qua ſtrage eos cras te profligaturum autumas. cui Verretius: Feliciſſime dux ſi conceſſeris, dicam profecto, quæ ſentio, quidni? dicito ait dux. ait Nicolaus: dentur mihi tres cohortes, & incautos aggrediar eos, & vſq; ad internecionem deſæuiam, quod Braccius nullo modo ſe probare reſpondit, poſſe quippe maximæ eis eſſe formidini, & binas, aut tres proſtrare cohortes: cæteros vero fuga fore ſeruandos, quare abſque dubio melius eſſe, in campo illos opetiri, in quo cum fuerint hoſtes aggreſſi paludibus iam dictis circumuenti; nullus eorum poterit Braccianorum manus effugere. Reuocate quæſo in memoriam, quæ alibi ſæpe geſſimus, ſtrenuiſſimi commilitones, & duces. fortuna interdum fauente, ſæpiſſime etiam aduerſante. Dum Alberici partes ſectabamur, non vos latet cuiuſmodi maximas Bononienſium copias pauci, & noui quaſi milites intrepide, & repente non ſolum fudimus, verum etiam totum exercitum profligauimus. Obſeſſi apud Rhenum tenebamur, & repente, firmato vallo, & foſſis, frenato inimicorum impetu, & conſtitutis pontib. incolumes, flumen tranſiuimus, nec vnus noſtrum periit: licet omnes ſe necatos, & in hoſtium manibus implicitos arbitrarentur. hinc vt ſcitis Albericus totius exercitus curam nobis tribuit: hinc ſuis armis, & vexillo inſigniri ſumus. Paulo poſt mille, & quadringenti equites à Bononia Peruſium verſus me ſunt ſequuti, quorum multi hic nunc adeſtis, & animum erga vos meum, & militarem diſciplinam, ac fortunam mecum ſæpiſſime experti eſtis. Inde vos cum Roſſio Aquilano Patarino opem tuli: & propulſatis hoſtibus ſummi Pontificis legatus, ad ſe, nos vocauit; & eiuſdē equitatui præfecit. quo quidem tempore, quid à nobis actum ſit, manifeſtius eſt, q̄ vt hic recenſere ſit opus. Nonne Ludouicus Firmianus exercitu, quanq̄ numeroſiſſimo, munitus, nō ſine maximo copiarum detrimento, & pluſquā dimidii ſtatus direptione ſenſit, quid noſtræ vires efficere poſſent? ſcoſerat enim ille, me, pro tuenda arce, caſtra moniſſe: oppidanorum nomine literas miſit, quibus

ſcriptum erat ſe obſidione liberatos eſſe, & hoſtem alio tetendiſſe. Ego autem inimicorum fraude, id factum eſſe exiſtimans, literæ eodem exemplo cõſcriptæ licet alteræ redderentur, non prius deſtiti, quam illos fuſis hoſtibus longa obſidione liberaui, & tribus diebus, tria munitiſſima hoſtium Caſtella, in meam poteſtatem reduxi. Moa deinde Angelum Pergulanum vna cum ſeptingentis equitibus, & maxima peditum multitudine, tota die, manu conſerta, trecentis tantum ſtipatus equitibus non ſolum fugaui, verumetiam pleroſq; grauiſſimis vulneribus, ac morte mulctaui. Quare factũ eſt, vt pene omnia, quæ circum iacebant, Caſtella deditionem fecerint. Qua quæſo via Anconitanorũ fœdus, & amicitiam comparaſtis? Nonne dum maximã prædam abducebatis, grandẽ pecuniam vltro, & fœdus obtulerunt? veſtrum multi, qui mecum nunc hoc diſcrimen habetis, propriis oculis vidiſtis, & veſtris viribus experti eſtis, quanto impetu, quantaq; multitudine, in nos irruiſſet Ludouicus, & quãta virtute à vobis ſit dimicatum, ac demũm ſtratis copiis, quanta trepidatione ille fugam ornauerit, quot illius populi, quam breui tempore ad nos defecerint, ita vt ditiſſimus ille Princeps, & multarum copiarum imperator ſupplicibus manibus ad nos venire cogeretur, & noſtra omnium ope Aſculum, quod ad hoſtes defecerat, paucis diebus, ſibi obtemperare coegit. Quis veſtrum Caroli Malateſtæ audaciam, & magnas militum vires ꝓſpiciens ſibi perſuadere poterat, vt turpiſſime funderetẽ? & equæ multæ cũ dominis, & armis captę ducerentẽ? & cum quilibet veſtrũ, ac veſtri omnes equi diutius pugnando, defeſſi eſſent, nec cliuum, quo hoſtes ꝓperabant, vlla vi, ſuperare poſſent, præmiſſa tamen equarum earundem multitudine, quas præ libidine adeo inſectati ſunt equi, vt inimicos illuc pene appulſos præuenirent, & deturbarent? non minori deinde vſi virtute Lapitum munitiſſimum oppidum cepiſtis; & Martini equitatum fudiſtis: ac ditiſſimi inde facti, ad Cingolum oppidum natura fortiſſimum arma vertiſtis; & me duce, non prius ab armis, & pugna receſſiſtis, ac Cingolani terga vertiſſent, & mœnibus ſe ſepſiſſent. Nonne dum Romam petebamus, Fulginates pœnituit nobis commeatum denegaſſe? quanta cum eorum ignominia, & pernicie agros, & Caſtella plurima depopulati ſumus? quis eo tempore nobis obſiſtere potuit? exercitus licet maximi circumſtarent? quæ oppida ſub Ladislai Regis poteſtatem redegimus? Nonne pene omnia, quæ Tudertinis obtemperabant? non fuit poſtmodum parui laboris, paruique diſcriminis Derutam cepiſſe, & cum ea Roſſium Aquilanum alioqui inuictiſſimum ducem, nec illum ſolum, ſed ducentos, & quadraginta equites ſecum captiuos duximus. quem animum creditis nunc illum habere? cum ſemel, atque iterum ſit expertus quid Braccius poſſit? quantumque robur ſit in militibus meis? rediit nuper Patauio, &, quid ipſe de hoc bello, ſentiat, non me latet, eſſet quidem formidandus, ſed quid vnquam faciet inermis? deſidet nunc in patria, vobis licet aliter relatum ſit, illum ſcilicet, nunc Caldoræ exercitum inſtruere: ſed faceſſe, non militarunt ſub ipſo noui pene milites Caldoræ. Nihil eſt quod vereamini, Aquilanos eruptionem facere poſſe: graui enim obſidione premit illos vigilantiſſimus noſter Piccininus; & quod in tredecim menſes vix quater, aut quinquies facere auſi ſunt, nunc in tanta formidine conſtitutos facere poſſe arbitramini? temere quidem hoc auderent; nec tales vos vnquam Aquilanos nouiſtis, ſed conſultiſſimi intra mœnia ſeſe continuerunt, & nunc maxime continebunt, nec eſt cur Caldoram timeamus: illius namque milites locorum ignari, facile deprehenduntur, vel turpiter terga dabunt. & ſcitis me non pluris facere ſolere numeroſum exercitum virorum, præſertim non experientium, quam paucos veteranos milites, quorum Dux frequenti victoria ſit aſſuetus. hinc colligendum vobis eſſe cenſeo, breui victores fore. & licet alibi, plerumque ſummo cum honore, & noſtra omnium vtilitate ſimus victoriam conſequuti, hic tamen honorum honorem, vtilitatum vtilitatẽ, victoriarum victoriam conſequemur. alibi pro amicis fere ſemper certauimus, nunc res noſtra potiſſimũ agitur; quod ſi Aquilam ceperitis, nihil erit in poſterum, quod vobis, veſtriſque armis obſiſtere poſſit. & quos Regina fautores tenuit, breui atrociſſimos inſectatores experietur. Vnde præterea ſummus Pontifex ſibi copias comparabit, ſi has quas egerrime comparauit profligatas eſſe ſentiet? Mediolanenſium Dux ſibi maxime formidabit, vbi percipiet, nullum eſſe in Italia exercitum, qui à nobis fuſus non fuerit. noſtra igitur erit Italia, ſi vires, quibus hactenus vſi fuiſtis, nunc potiſſimum adhibearis. & ſi nihil aliud præter Aquilanos agros conſequi daretur, quid quæſo melius? quid vtilius? quid iucundius? quid amœnius? valeant illi, qui Aquilanum frigus, inferorum pœnis comparare ſunt auſi. Nos enim ipſi, aeris clementia experti ſumus, vbi nam gentium meliori valetudine vſi eſtis? vel quænam totius Italiæ partes vberiorem commeatum ſuppeditarunt? Quid quæſo vobis vnquam defuit, & ſi foris, ac ſub dio aſſidue pernoctaſtis? triticum, vinum, & fructus omnes, quos villa ſuggerit, paſſim naſcuntur: fontes vberrimi vbique ſcatent, non ſine agrorum commodo, & proſpectantium oblectamento. Si vero tibi Cattamelate, hic præſidere non eſt cordi, non deerunt Braccio comites, qui reliquum vitæ hic peragere concupiſcant. Cuncti diuites, cuncti honoribus pluribus affecti, cunctorum fama perennis erit. hæc Caſtella ditiſſima, hos feraciſſimos agros, hos bene conſitos hortos, has vineas tam bene cultas, quidquid demũ circumſpicitis, vobis ipſis hodie comparabitis, præter vaſa aurea, & argentea, ſupellectilium maximam copiam, crocum, & grandẽ pecuniam, quibus omnibus hanc vrbem, hæc oppida, & villas denique; omnes refertas eſſe nouiſtis. & vt quiſque ſe hodie ſtrenniſſime geſſerit, ita maximo à me munere donabitur. nunc igitur viribus opus, nunc animo forti, nunc qua ſoletis vti audacia. quid autem Braccius factus ſit, malo re ipſa, quam meis verbis comprobari. Quo dicto, calcaribus, equo citato, & magno impetu cuiuſdã haſta correpta, eam dextra vibrans, accircumquaq; curſitans, animi maximam oſtendit alacritatẽ, & ſuas in armis vires oſtentauit, & peritiam; quocirca ab omni exercitu clamor in cœlum extollitur, & Braccio acclamatur, & victoriæ. Hinc ducis munificentia, ſtatim vina proferuntur, & muſtacea multa, & varia exhibentur, & tandem quiſque optimis ꝓmiſſis, ſumptoque vino factus hilarior propria repetit tentoria. Aſt Aquilani cum iam hora diei eſſet vna de viginti, quando certis nunciis reſciſſent, prope Balneum militum copias aduentaſſe auxiliares, quanta exultatione exilierint, quo fuerint circumfuſi gaudio, qua ſpe deiectos erexerint animos, legentium commodius ingenio cenſeo derelinquendum, quam chartis poſſe mandari. Aduocatur quam

primum

primum concio, qua decernitur, vt Quartus quiſq; viribus quibus poteſt ſe præparet ad pugnam, quod illico præconis voce, in publico foro mandatur, ne aliqua cauſa cunctaretur, qui poteſt arma mouere, quin ea capeſſat, & cum tectoribus ſuis publica perſonante campana, nulla ratione moret adeſſe. Tunc erat videre ciues in hoſtes fremere, inuicē ſe monere, inuicē hortari, arma parare, & qui Reip. præerant iubere, parere alii, & agri oppida, quæ nō defecerunt celeritate qua poterant adire. Erat tunc Camerarius, ac Aquilanam Remp. moderabantur primus Nicolaus Galliardus, quinque viri Ioannis Petri Pauli, Franciſcus de Cambiano, Iacobus Factoris, Nicolaus Ciminelli, Antonius Tutu de Fidantia. quorum iuſſu Quarterius quiſque proprium ſibi præparat vexillum, & audito belli ſigno, quique ſuo adhæret. Interim vbique Aquilanis ſonare campanas, vocibus quibuſcunque poterant ſe, alioſque hortari. Domini autem Aquilani abſque mora, allata vexilla, quæ iuſſerant, latoribus aſſignant, prout celerius afferebantur. Vnde Quarti Sancti Petri vexillum primum allatum Corpori longo. Quarti Sancti Ioannis Iacobo notarii Blaſii. Quarti Sancti Georgii Iacobo Caſaſſo. Quarti Sanctæ Mariæ Nicolao Ciminelli committunt. Camponiſcorum vero domus vt cæteris nobilior erat genere, ita & viris, & armis cunctis, aderat inſignior. Nam aſtabat comes Montorii cum Baptiſta, Pyrrho, & Antonio, qui Aquilanum regebat exercitum vir in armis peritiſſimus. Interea nunciatum eſt Braccio, Aquilanos de eruptione cogitare, quod quidem egerrime tulit; licet Piccininum agri fauces occupare iuſſiſſet, quo Aquilanis impedimento fuiſſet, ne cum auxiliaribus copiis iungi potuiſſent: verebatur enim, ne fugato equitatu, & fuſis Piccinini cohortibus, eo demum irruerent, vnde ſuas cohortes eripere nequiret, maius etiam malum ſibi imminere proſpiciebat, vbi illi irrupiſſent: nam paludes, quas flumine deducto ad impediendos, vel potius deprehendendos hoſtium equites parauerat, in ſuorum perniciem factas eſſe ſentiebat. non ſolum enim Piccinini equites illuc deuenire cogebantur, verum nec ipſe cum ſuis poterat ſe in latam planitiem diffundere, vbi illa camporum pars, quæ ad Aquilam vergit, occluderetur. ab altera namq; parte, Caldoram premere, ex altera, Aquilanos includere, à tergo flumen, & quas dixi paludes, impedimento eſſe ſentiebat. optimum igitur factu ratus, binas literas ſtatim ſcribendas curauit, alteras, quæ Piccinino redderentur, alteras, quibus Caldoræ nomine Aquilani monerentur. primæ ſic fere habebāt. Braccius ſuo Piccinino ſalutem. Niſi tuam vigilantiam, tuum roboreum animum, tuamque in re militari peritiam, ac ſtudium proſpectū haberem, ad te ipſe cum exercitu properare compellerer: audiui namq; Aquilanos intra mœnia, vt demum irrumpant, aciem properanter inſtruere: quod quidem ſi fieret (vt certe fiet niſi abs te quam prudētiſſime obuiam itur) de te, de tuis cohortibus, de nobis, de exercitu, ac penitus de re noſtra actū eſſe cenſerem; ſunt natura audaces Aquilani, pertinaces, ne cedant, & nunc potiſſimum cum familiares copias præſto eſſe vident; fame laceſſiti, nihil intentatum relinquent, vt ſe quamprimum auxiliarib. iungant. quod quidem ne fiat, te etiam, atque etiam rogo. Vale. literas præterea, quas tibi ad Aquilanos dedimus quamdexterrime, & quamcelerrime perferendas curabis. iterum vale, & vigila. Quibus quidem à Piccinino acceptis vigilantius inſtare, tutius fauces occupare, potius obſidere, ſtationes diuidere, ipſe omnes monere, ſtrenuiſſimos quoſque appellare, premium maximum proponere, multa polliceri. Interea literas ſibi ad Aquilanos datas, quamprimum certo nuncio reddendas curare. quæ quidem vbi acceptæ fuerunt, & in concione perlectæ, maxime dubitatum fuit, non enim arbitrari poterant, Caldoram ſuadere potuiſſe, vt Aquilani nullam opem ſibi afferre tentaſſent. Exemplum enim harum literarum, ſic monere videbatur. Iacobus Caldora Aquilanorum Senatui Salutem. Veſtra omnium virtus, & firmiſſimum animi robur, hactenus in Italia celeberrimum fuit, cuius quidem fama iure effecit, vt non ſolum Regina, ſed etiam ſummus Pontifex vobis opitulari, & tam graui obſidione oppreſſos pro viribus leuare cogantur: ad quod peragendum nos huc miſſi ſumus ſanguinem, & vitam impenſuri pro veſtra omnium ſalute tuenda. nihil igitur eſt, quod vereamini circumſtantes hoſtium copias: ſic enim parati ſumus, vt vitam citius profundere, quam vos, veſtramque vrbem diutius obſeſſam eſſe patiamur. vos tamen interea intra mœnia veſtras cohortes, & voſmetipſos, omni vigilantia, obduratione, & conſtantia tenere iubemus: peruenit enim ad noſtras aures, Braccium multos hac nocte in inſidiis poſuiſſe, vt ſi forte vos inſtructa acie portis exire auſi fueritis, illico partim in vrbem irruant, partim à tergo vos inſectentur, vt ſimul & vrbe, & luce priuemini; & quod diu ſummo cum honore, & labore obſeruaſtis, vnico tantum lapſu diffundatur: non hæc ſcribo, quod de veſtra fortitudine & ſolertia verear, ſed ne animi fortitudo, tantum audaciæ iuuenibus præbeat, vt in aciem deſcendere audeant, & ad nos venire concupiſcant, nec diu hoc perpeſſuros eſſe credatis, armis enim hodie decernetur, Bracciuſne, an Aquila ſuperſtes ſit, nec prius conquieſcam, quam aliquid, quod manducetis ad vos comportandum, omni conamine, inſtituam. obdurate, vigilate, & valete. Aquilanorum pleriſque hæc vera eſſe perſuaſum erat, cum vir quidam bellicarum rerum experientiſſimus, ſic dicere inſtituit: Creditis Ciues ampliſſimi, Caldoræ literas ad nos peruenire potuiſſe, vndique circumſtantibus inimicorum præſidiis? ſic notus eſt Braccius? ſic Piccininus? an non conſueuerunt his calliditatibus, & fraude circumuenire? ipſi, ipſi, inquam, hoſtes, hanc impoſturam excogitarunt: timet enim ſibi Braccius, ne nos à tergo aggrediamur. quod ſi fiet, quo ſe recipiat, non habebit. quæ vox ita permouit omnium animos, vt ſtatim ab omnibus conclamatum ſit, & ad vnum in illius ſententiam pedibus itum. Aderat iam vtriſque promiſſa dies, aduenerat dies pugnæ, dies ſecunda Iunii, Aquilanis quidem memoranda, qui conflictus, non ferentes moram, ſummo mane per turmas ſuas vrbem egrediuntur. Siquidem primus Quartus Sancti Georgii progreditur, ſecundus Sanctæ Mariæ, poſt quem Sancti Petri, & vltimo Sancti Ioannis inſequitur. Et tranſmiſſo cliuo, contra Ciuitatem reſpiciente, occupant circa locum, qui Roſareolus dicitur, & hoſtibus, qui ſupra manent, & Diui Laurentii in ipſius cliui Serra ſeruant ædes, horribili voce, minati acclamauere; & conuicia multa in eos dixerunt. Ecce autem Braccius & ipſe impiger mouerat è caſtris, aderant in campo ſigna cum præſidiis externa die ordinatis, acieſque iam inſtruxerat. Erant Braccio equeſtres milites electi duo millia, deſtinauerat etiam iamdudum, vt diximus, Nicolaum Piccininum prout decreuerat, cum equitibus quatuor centum, quos ipſe in duas digeſſerat cohortes, ad introitus camporum occupandorum, ne Aquila-

ni in

perturbatorem, ſeditioſum, & eum, qui Deo, & hominibus ſemper fuiſſet infeſtiſſimus, & Aquilanorum omnium procuraſſet interitum, ſeruare teotaſent. Contra Durandus, pꝛæter legem militarem fieri, ſi captus hoſtis viuus non ſeruaretur, præſertim is, qui totius exercitus ſummus eſſet Imperator. Ad hoc accedebat, quod Mathematicus quidam ſenex, aſpectu venerandus, ac barbæ impexus, eodem die Ioanni Vrſino, Picœnorum præſidi, ab eodem poſtulatus, Braccii prædixit interitum, ſi pugnæ interfuiſſet. Si autem abfuiſſet, glorioſam eiuſdem victoriam vaticinatus eſt. hoc etiam etſi ab initio plurimis riſum peperit, te tamen ipſa veriſſimum fuiſſe compertum eſt. Interim Bracciani omnes terga dare, diffugere, ſalutem quærere: noſtri vero contra in vnum coire, hoſtes inſequi, debilitate, ſauciare, capere, trucidare, conſequi quos poſſunt. Victor autem Dux adueniens, cominibus, eius laudes, acclamantibus, Bracciom coosternatum repetit ſolum. Aſtitit ei Durandus, qui Braccii deditionem, & cuncta quæ acciderant cum retuliſſet; fauit miſertus Braccio Iacobus, eumque lenibus verbis demulcens, adhibita cuſtodia defendit, ſcuto impoſitum quodam non longe à Bazano pago ad ſua caſtra iubet deferri. Tuuc antem tantus erat animus, & Ducis amor, haud longe in campo Bazanenſi Bracciani adhuc viribus confiſi, milites fere quadringenti, globo congeſto ſeſe cohortantes noſtros debellare moliuntur. quos Aloyſius Sancti Seuerini aggreſſus, voa eum Aquilanis deuicit, ac fugauit, poſtremos quoſque trucidans Paganicam vſque, tanto eſt eos impetu proſequutus, vt applicante eo, illuc hoſtium multi ſtatim deſilirent ex equis, & in murorum foſſas, quo euaderent, ſeſe ducerent præcipites. Sæuiebant nempe Aquilani nulla deditione: quaptopter multi vndique ſponte deditionem fecere auxiliariis, ne in ſæuienres manus venirent Aquilanas. Peditibus vero, qui circumquaque fuerant in præſidiis, ſenteotia fuit, noſtrorum non expectare aggreſſus, ſed diffugere, ac propriæ conſulere ſaluti. Bracciani vero milites, qui Seſſium, & Fonticulos obſidebant, audita ſuorum ſtage, fugam ſtatim ornare, ſuæ quiſque ſaluti proſpicere, eo demum ire properabant, quo fortuna tuliſſet, quorum nonnulli eo ſe recipere conabantur, vbi amicos eſſe cenſebant: confugere aliqui ad Diuum Pium, qui dum in ſpeluncas ſeſe abdere tentarent, à muliere quadam deteguntur. En, inquit, direptores, eo proditores, accurrite, dilaniemus. Et arreptis lapidibus audacter in quinque milites impetum fecit; & proſtratis duobus, tantum clamauit, donec cæteri multitudine necarentur, non ſecus eorum cadauera, mulieres dilaniabant, ac ſi venantium præda fuiſſet, memores ſcilicet ignominiæ nequiter acceptæ. Alii eodem modo pariter profuſi in hoſtium manus deueoere, pauci vero vbi Braccius ſeruabatur ſeſe recipiunt, non ignorantes ſe in hoſtium manus incurſuros. Diripiunt igitur victores caſtra, colligunt ſpolia, equos, arma, veſtes, argentum congerunt, & aurum. Tanta victoribus inuenta ſunt ſpolia, vt ſæuiſſimo Duce perempto ipſi contenti fugientes haud longius fuerint proſequuti. At Caldora, vir prouidus cupiens hoſtem acerrimum, ac toti Chriſtianitati famoſiſſimum viuum conſpectui ſeruare Pontificis acerto medico, virum, qui eum curare valeret, inquirit, cui chirurgus vulnetibus inſpectis ſe prorſus curaturum pollicetur, & ſalutem ei omnino fore reſtituendam. quod vbi Comes Franciſcus Sfortia audiuit, acceſſit, & medici manui, qua Braccii caput ferreo ſtylo purgare curabat, manum impoſuit, atque impreſſit, & læſo cerebro paulo momento peſſimus ille for ſubiaceos eccleſiaſticis maledictionibus nequam animam omnium peccatorum ſarcinis oppreſſam euomuit. Hinc ſubito cadauer Iacobi aliorumque Ducum conſilio ſcinditur ferro, & inteſtinis, cerebroque proiectis, reliquum corpus totum ſale perfunditur, & capſa incluſum, Romam Beatiſſimo Papæ MARTINO deſtinatur Pontifex vero, qui nouerat, eum in excommunicatione, ac tanta vitiorum pertinacia reddidiſſe animam, nec vrbe quidem tam horrendum cadauer dignum exiſtimauit, ſed velut Chriſtianum peſſimum, ac in ignes æternos detruſum, non longe ab Eccleſia Sancti Laurentii extra muros in quadam crypta mandat humari. Aquilani vero, quia noua lux in die hac oriri eſt viſa, collectis ſpoliis, plurimis diebus tripudiis, conuiuiiſque vacantes, deiectos tanta, tamque longa obſidione luſibus quibus valent releuant animos, corpora refocillant: ſiquidem ab orbe redempto anno 1423. die Maii 7. Braccius agrum Aquilanum depopulari, & Aquilanorum caſtella in ſuam deditionem accipere, dieque 13. obſidione vrbem premere cœpit. anno vero 1424. die Iunii 2. in campo Balnenſi profligarus eſt, & à pago Paganico noo longe vita priuarus. Hic miſerrimus finis abſtulit virum tot facinoribus illuſtrem. & qui in tot annos toti pene Italiæ formidini fuerat, nunc autem ab eo confoſſus iacet, quem ipſe proculdubio vilipendebat. Nullus quidem arbitratus eſſet, eum, qui tot munitiſſima caſtra acerrime expugnanerat, tot fortiſſimos, & maximos exercitus, magna animi virtute profligauerat, qui Regibus, ſummis Pontificibus, & maximis Principibus terrores iogentes incuſſerat, ſic miſerrime extinctus iacebat. Cœperat vir ille fortis, magna totius exercitus conflictatione cum multis circumiacentibus oppidis munitiſſimum Tudertum, Regem Ladislaum, & cum eo Sfortiam non procul ab Aretio poſt acerrimum certamen voa cum ſuis copiis omnibus ad fugam vertit. & vbi Ladislaus vires receperat, felici ſemper certamine Braccius victor in caſtra redibat. imo ſi interdum Regis milites vel commeatus comportaodi cauſa, vel vt equos paſcereot, aliqua proficiſceren tur, ſtatim multa vigilantia, illos obſeruabat, alios diripiens, alios proſternens, alios captiuos ducens, alios in eorum pene caſtra inſequens. peſſime Regem conficiebat; & ne nocte quidem illum ſomnum, aut quietem aliquam capere ſinebat, tanto impetu, & ſtrepitu ſingulis noctibus eiuſdem caſtra inuadebat, propter quod Rex potentiſſimus ſupplices ſæpe Legatos ad Braccium miſerat ad conciliandam cum illo pacem, inuitatus interdum idem Braccius à Iulio Cæſare Regis Duce, vt ad ſe cœnatum veniret, iuit quidem Braccius, ſed menſam paratam non inueniens, multos illic Cæſaris milites peſſime affecit, ac equites quinquaginta captos abduxit. Cluſinom agrum late patentem, omni grege, & armento ſpoliauit, nec fuit, qui illius audaciæ ſeſe opponere voluerit, licet exercitus munitiſſimus non procul abeſſet. Turſianum, quanquam multo præſidio munitum, vnius tantum noctis oppugnatione cepit, & tanta erat in hoc Duce celeritas, & præſtantia, vt eadem nocte, quam longa erat, pedeſtri certamine huc atque illuc diſcurrens Caſtellionum expugnauit, & militibus ad diripiendum dedit. hoc idem pleriſque aliis locis effecit, & cum exercitui aliqua ex parte cibum, aut alia militibus neceſſaria deeſſe ſentiebat, ſtatim hoſti detrahere cogitabat, vt ſuis opitularetur, amicorum agros, & alia omnia ſumma cum vigilantia ſeruabat. Senſerunt hoc populi

puli

puli multi, & præſertim dum Interamnem petiit: indeque præda abducta in multos menſes ſuos nutriuit. ſenſerunt & Peruſini quam acerrimus hoſtis eſſet Braccius ciuitatis eiuſdem quamquam ciuis; nam ſuburbano direpto in portam impetum fecit, quæ labans ariete crebro Braccianis militibus demum ceſſit; & fugato Peruſinorum exercitu, ſexcentos equites captiuos duxit, & magnam ciuium multitudinem, qui Braccianis militibus ſtipendium in multos menſes perſoluere coacti fuerunt. ſic Dux Braccius, quamuis eſſet pauper, numeroſum exercitum ſemper alebat: ac ab illis ſtipendia parabat. Nunquam in agro Peruſino viſus eſt hoſtis, qui tanta cum dexteritate, & animi fortitudine, cuncta perluſtraſſet, quanta Braccius quaſi alter Annibal Pœnus caſtra, & villas ſæpiſſime ſuperauit. in quorum oppidis, & arcibus oppugnandis, vigilantia, celeritate, & taciturnitate ſemper eſt viſus. Nouerunt id Prætolani, Petramelenſes, & Cattaniani, quibus facilius fuit poſt victoriam, illius amicitiam comparare, quam eiuſdem viribus prius obſiſtere. &, vt Cattamelatus ſæpe recenſuit, nunquam arcem aliquam oppugnauit, quam breui non expugnaſſet: & mirabatur vir ille, qui fieri potuiſſet, vt Aquilani, & quædam Aquilanorum oppidula Braccianorum impetum tam diu ſuſtinere valuiſſent. dum vero cum hoſte manus confereret, vel ſtatim ipſe inuadebat, vel ſi cum ſuis peſſime factum eſſet, tunc ipſe cum paucis extremis viribus adactis in hoſtes irruebat, donec vel frangeret, vel profligaret. veluti Fauentinorum copias paucis, qui ſibi reſtiterant, terga dare coegit. non longe ab Imola hoc idem accidit Micheletto Cotoniolæ, cuius quadringenti equites capti, Braccio in poſterum paruerunt. hoc eodem modo Cæſenarum arx dedit illi: ſic Malateſta ſuos amiſit; ſic Montonenſes ad illum deficiunt; ſic Regis milites, quos non procul à Tuderto, in prima noctis vigilia, ille inuaſerat, dum à ſomno excitantur, & arma trepidi parare feſtinant, captiui ducuntur, & quatuor rapta vexilla referuntur, & in Regis tentorium demum penetratur. Craſſus Venuſinus innumeris copiis conſtipatus, Braccianis paucis terga dedit, trecentis equitibus prius amiſſis. & paulo poſt per arcem Bononienſem iter faciens in forum cum exercitu ſeſe contulit, non ſine multorum formidine, & non paucorum interitu. Iiſdem artibus Fortunanum oppidum debellauit, & Franciſchinum Mirandolanum cum multis militibus duobus tantum cohortibus conſtipatus in ſuam ditionem redegit. Si qui vero deditionem feciſſent, ſtatim amplectebatur, & benigne ſuſcipiebat, tanta erat in eo ad ignoſcendum facilitas. teſtati hoc ſunt Mantignanenſes, Ripenſes, Spinenſes, & Pilenſes. multa vero Peruſinorum oppida, & villæ direptæ, & male affectæ fuerunt, quia illi parere pertinaciter neglexerunt. Fruſtra Romæ apud Tybrim fluuium Braccianis viribus, a Romanis obſtatur. quinimo cum illi in ponte propugnaſſent, longa inſtructa cohorte exercitum in prata duxit, & ſuburbana expilanit, captis Romanorum octingentis, & niſi animo alio tetendiſſet, Romanis omnibus facillime imperaſſet. Campanis poſtmodum non mediocrem timorem, ac damnum incuſſit, & niſi plerique deditionem feciſſent, ægerrime cum omnibus actum fuiſſet. Sueſſani namq; & Capuorum villici, dum ſe à Braccianorum furore defendere poſſe perſuadent, Bracciani cum maximo eorum detrimento, intra diruta mœnia miſerrime accipiunt. A Sulmonenſibus manus non ilico dantur, ſed dum propugnare nituntur, ſe victos, & expugnatos eſſe fatentur. Tantum denique huius viri creuerat nomen, vt inuictus crederetur, itaque prouerbio efferebatur. *Forti Bracceo nullus obſiſtit*, eo demum deuenerat, vt ſolus Braccius vniuerſæ Italiæ Principibus præſtare putaretur. & quod magis in homine mirum eſt, homo quaſi nouus repente in tantas opes, & imperium creuerat. a Bracchiis, Carthaginenſibus genus ducere cenſebatur. primo à teneris, palæſtræ, & curſui ſe dedit, deinde vbi ex ephebis exceſſit, ad arma ſeſe contulit. & dum annum ageret ſextum decimum, duos eius inimicos in foro publico, tertium in via Peruſina intrepido animo trucidauit, biennio poſt, qui deinde cum cataphractis eum præficiunt Feltrienſes. hic à Florentinis numero augetur, & ad eundem modum propria virtute, ſemper in dies, ſummam laudem eſt adeptus, & nunquam ab armis recedens huc demum miſerrimum fortuna deuexit. ſic eum fore armis illuſtrem prædixerant Mathematici, & virtute animi præſtantem. nec illi à veritate aberrarunt. non enim animi virtutes corporis viribus cedebant. adeo enim beneficus erat, vt ſæpe ſe veſte priuaret, vt in amicos aliquid erogaret. & quidquid in bello adipiſcebatur, id omne militibus diſtribuebat, nunquam nummos circumferre ſolebat: nam interdum, dum nihil eſſet quod daret hoſpiti, qui lautum ſibi ſoli conuiuium parauerat, pallii aureum limbum diſſuere cœpit, ne ille de ſe [illegible] conqueri potuiſſet. patet præterea, nullum copiarum Ducem cuiuſcunque ætatis ſuis militibus [illegible] chariorem fuiſſe; nam natura ſic illum genuerat, vt non minus mitis loquendo, quam mirabilis animi [illegible] tudinem exercendo videretur. nullus placabilior in ſuos, nullus ſeuerior, ſed cum maturitate, & [illegible] tate in omnes, nullus ardentior ad excitandum militum animos in acie. & vbi periculum imminebat, ipſe ſemper primus efferebatur. & vbi plurimum erat laboris, illuc intendebat. patientiſſimus inediæ, vigiliæ, algoris, caloris, & cuiuſcunque incommodi, ſibi gloriam, aliis diuitias comparabat. in negotiis peragendis prudentiſſimus, in conſiliis ſapientiſſimus, in aggrediendo opere celerrimus, ita, vt multa prius ſæpe facta, quam ab eo dicta viderentur. nec vnquam aliquem à ſe abire ſinebat, quin, quod à ſe petiiſſet potiri poſſe ſperaret. & ſi quid interdum rogatus eſſet, quod ipſe ſecum facere neglexiſſet, nunquam ſe nolle prædicebat. ſed caute cauſam [illegible] bat, cur id ſe exequi non poſſe putaret, maximum interea animi angorem præ ſe ferens. ſic dum beneficia negabat, animi liberalitatem, & beneuolentiam oſtentabat. Tanta memoria cæteros anteibat, vt qui ſemel vidiſſet, vel illius nomen percepiſſet, ſemper in poſterum proprio nomine vocitabat. quid? quod nunquam vidit militem, quin ſtatim no[illegible] ſe, an ſub alio militaret? itaq; nunquam à ſimulatis militibus decipi poterat. Pauperum, & egenorum defenſor acerrimus, otioſorum, & deſidum, ſæuiſſimus inſectator. itaque fori conſultores, & obſeruatores illos vocitare conſueuerat. Quæ quidem virtutes eum ad ſummam dignitatem euexerunt. & niſi ſummi Pontificis leita, & mandata neglexiſſet, & ſe [illegible] factum nihili duxiſſet, tam miſerum exitum [illegible] tan non deploraſſet. quare non mirum eſt, ſi [illegible] dolore, vel gaudio, varii fuerint affecti, & [illegible] que cum mœrore permiſta videbatur hoc tempore, quando Braccianis pernicies, Aquilanis victoria [illegible] ſentiebatur. Nam qui Braccii partes ſunt ſequuti, tantum Ducem, tot virtutibus ornatum & natura præſtantem extinctum ingemiſcunt. Al[illegible]

caſtellis, ſoli Fonticuli, & Stiffium Aquilanorum fidem tenebant. Petens igitur Fonticulos fuit vicinis populis, præmeditato timori; ibi cum eſſet paucis diebus commoratus, ſtatuit excurrere, & prædari: atque ad Sanctum Demetrium pergens, occurrit Nicolao Verterio: hic enim cum accepiſſet Petrum eſſe Fonticulis, ibat vt cum illo ſi forte ad excurrentem erumperet, congrederetur. Vterque igitur alteri improuiſus, vterque terruit, vterq; timuit; verum quia Nicolaus hoſtem putabat paratiorem, & magis numeroſum comitatum habere: namque ipſe prædabundus tantum agrediebatur. Sed vt primum è faucibus Campanæ Petrus emergeret, videtur paucis comitantibus impar viribus, & hoſtem contra venientem & maiorem, & firmiorē intuetur; qui cum poſſet in loca magis ardua ſe recipere, puduit virum magnanimum fuga prœlium detrectare. Ab vtriſq; igitur longe clamatur, hinc Braccii nomine, inde Pontificis: clamorem haſtati equites ſequuntur, neq; inſtituta eſt acies, neque quicquam imperatum, ſatis fuit ex acclamationibus nouiſſe, hoſtem adeſſe. Et cum æquo loco, ac prato latiſſimo res ageretur; omnibus licet, quam habēt virtutem oſtendere, & ſinguli occurrunt ſingulis, quibus congrediantur: ex vtriſque pulſant, ex vtriſque pulſantur: Bracciani numero prævalent, contenduntque ſuperare. Nauarinus ingenio ac viribus admititur non circumueniri, nō ſuperari. Conuerſo igitur ordine conflictus, quia Campanenſi vico pugnabat, iam à caſtello Stiffio præliatur, ac paulatim cedens, Stiffium ad amicos ſe recepit: pugna pene pari, neutri aut minus dolere, aut magis viſi ſunt gratulari. Hoc celeri nuncio perlatum eſt ad Braccium, is autem expeditiorē exercitus partem ad Nauarinum obſidendum properare inſtituit, atque vbi illum Stiffii clauſum intelligit, ratus & Petro, & oppido ſe potiturum; ſi paucis ibi diebus in obſidione commoretur, quod paruo loco, ingens multitudo contineretur; ad hanc expeditionem frequentem exercitum traducit. Cum autem diutius cunctatus nouiſſet arduum locum, neque expugnari poſſe, neque vllius rei penuria fatigari, animum ad calliditatem conuertit; & quaſi oppidi potiundi deſperatione permotus, poſito Nicolao Piccinino in inſidiis progreditur; & in Bazzani vineis, cum reliquis copiis conſedit. Petrus vero cum omnes hoſtes abiiſſe autumaret, relicto Stiffio, ibat, vt ſeſe Fonticulos reciperet. At Nicolaus ex inſidiis progrediens, ingenti, hunc, equitatu, aggreditur. Conuertit ſuos omnes Nauarinus in hoſtem, & ipſe animo intrepido hunc, atque illum, vt quiq; occurrebat, deturbat, & haſta fulminea disiicit. Itaque quo plures ab vno ſternebantur, eo plures in ſuorum vltionem in vnum concurrere. ſocii quoque ducis exemplo commoniti tam audacter, tam ſtrenue decertant, vt Nicolaus cum ſuis formidine trepidaret. Verum quia numero longe ſuperiores erant, & feſſis aliis, alii recentiores occurrere, obrutus multitudine Nauarinus comprehenditur: maiore tamen ſanguine Bracciani maduere, quam ſocii Nauarini. quo quidem capto, ingens in exercitu Bracciano exoritur lætitia. & qui Sanctum Laurentium tenerent ad Ciuitatis inſultationem, agite, clamant, ô Aquilani, expectate auxilia, vbi nam Sfortia? vbi veſter Nauarinus. Condoluere quidem Aquilani, quaſi malum omen opinati, quod primum auxilium in Aterno demerſum eſſet, & alterius principium intermiſſum in Nauarino. ſed cum in dies, certioribus nunciis acciperent reginæ copias ad ipſorum auxilium Pontificis acceſſiſſe; magna diluebat eiuſmodi dolorem conſolatio. progreſſus ſalutaris exercitus in montes Aquilanos, & ad Roccam Cambianam vſque peruenerat. Cum ſuperueniente nocte, tantos, ac tam multos ignes accendunt, vt eorum fulgores ab Aquilanis facile perſpiciantur de mœnibus, deque cæteris eminentibus locis. Primum Cuſtodia, dehinc cæteri, & qui domo ad hoc prodibāt immenſam flammarum lucem proſpectabant. exhilaratur Aquilana Ciuitas huiuſmodi ſpectaculo, ſoluuntur animi timore grauiſſimo ac diuturno, & cuncti pari voto Braccianis minantur interitum. Braccius quoque hunc hoſtium aduentum intelligens, ſingulos cœpit proceres, lætis verbis hortari, ſingulis blandiri, & diuitias, potentiamq; vltra victoriam polliceri, ſingulorum equos, ſingulorum arma intueri; laudat omnes, eiſq; victoriam firmis promittit coniecturis. iubet cunctos armari, & procedere in ordinem, pedites, ſcorpionarios, haſtatoſque, dehinc equites claris, & fulgentibus armis coruſcos. tubarum clangores hanc pompam, & oſtentationem adornant, equorū hinnitus, hominum clamores, & omnia multum colloquia præſeferunt lætitiam. Iamque omnes in tentoria ſe receperāt, cum exercitus proceres ad Braccium conueniunt, vt eius ſententiam de loco, & ſtatu pugnæ accipiant; quib. hilari vultu, admiſſis, Braccius, Quales inquit viſæ noſtrę copię viri magnanimi, nōne in noſtra manu victoria eſt? nonne vbi primum in hos campos hoſtes deſcenderint noſtro numero, atq; viribus obruentur? ſed quid vobis animi, quæve ſententia eſt. cupio enim, quid arbitremini, audire. Illis vero aliis alios aſpicientibus, & dum ſe inuicē venerantur ſilentibus, dic, inquit ille, Cattamelate, quanam via tenderes ad victoriam? Expectabam, inquit Cattamelatus, aliorum ſententias, prouocatus tamen dicam quæ ſentio. Hoſtilis exercitus Aloyſium Sancto Seuerino oriundum, & Sanctum Parentem ſuarum copiarum incrementum expectat; horum acceſſu, fiet numero ſuperior, exultabitque inſolentius. quare dum ſe minorem, & nobis imparem meditatur. dumque ſolum aduerſum nos cogitat irruere, ſentiat ſe præter opinionē occupari. Deprehenditur improuidus, confundetur tumultu, & in ipſa trepidatione fundetur. hinc antequam ſe redigat in ordinem, vicerimus. Cras igitur, ſurgente aurora, cliuum hunc aſcendamus, inclyte dux, & erimus, vt mea fert ſententia ſuperiores. eiuſmodi ſententia proceribus quidem omnibus viſa eſt tenenda. Braccius vero cum Cattamelatum laudaſſet, decreuiſſe ſe, inquit, omnium hoſtium deſcenſum expectare, vt in æquo, ac plano ſolo, & campis late patentibus, magis vniuerſalem, & clariorem victoriam conſequatur. Poſtridie tamen vt rem clarius intelligat, diſpoſitis cohortibus cunctis, & acie quaſi ad pugnam inſtructa, iubet eas ſtationibus immorari, neque loco quemquam demoueri. At ipſe ſummiſſis peditum duobus milibus, in montis dorſum cum equitibus triginta conſcendit, atque hos diligenter, & omni ex parte contemplatus, ad ſuos ingenti lætitia, diffuſus ingreditur, atque hoſtium omnium euaſurum eſſe neminem. pedites autem qui fuerant Braccium comitati, hoſtium, caſtris propinquantes, & Braccii nomē acclamauere, & minaces ante illorum oculos inſiſtere. ſic euocati hoſtes armati confeſtim obuiam procedunt, fit rixa, ſagittis, atque haſtis dimicatur. Bracciani tandem depulſi, ſaucios plures, mortuos tres retulerunt: quam quidem rem Braccius quod præter eius voluntatem facta eſſet, grauiter, & aſperrime coarguit. Caldora poſt Braccianorum temerarium inſultum mouit paululū loco exercitum,

ercitum, vt tutius ſederet, & ab hoſtibus ſine ipſorum periculo nõ poſſet infeſtari. id autem fuit Franciſco Sfortiæ moleſtiſſimum, & iuuenili, amaraque oratione de Caldora conqueſtus eſt, cum non deceat ſuum vexillum vnquam retro fieri, neque ſit ea diſciplina parentis, neq; cedendum vnquam hoſti, ſed audacius occurrendum: quem Caldora blandiſſime prudentibus verbis demulcens, ægre perſuaſit aſſentiri. equites autẽ, qui cum Braccio iamdudum hoſtes viſerant, & alii non pauci horum ſententiam comprobantes, Braccium ſimul adeunt: eumq; præſenti, & efficaci ſuaſione, quod à Cattamelato dictũ fuerat, adhortant, vt poſtridie eius diei, hoſte in ſuis caſtris aggrediat: quod ibi futurus eſſet omnino ſuperior. quibus ille auditis, proditionẽ ſe arbitrari dicit aliter, quam in inſtituta acie dimicare. Itaq; nolle ſe, niſi cum inſtructo, & ſuapte ratione paratis hoſtibus decertare, in virtute veram eſſe victoriam, nõ in fraude. ſuam ſibi gloriam vera militiæ diſciplina, creuiſſe, nõ in inſidiis. Iubet deinde literas ad Iacobum Caldoram huiuſmodi fere ſententiæ dari, vt aliquantulum eius authoritatem derogaret. Braccius Iacobo Caldoræ Salutem. Accepimus te contra Braccium arma ferre, cuius auſpiciis, & authoramẽto nuper militabas, id qua iuſtitia, quave fide moliaris, tu videris: ipſe vero nulla commotus iniuria quem ducem habuens, hunc etiam hoſtem experiare, non improbo. teque venientem hac lege expecto, vt niſi ad æquum locum proueneris, nullo ſim incurſu laceſſiturus; atq; hoc his literis promiſſum fide inconcuſſa ſeruabo; progredere igitur tutus: vale. At Caldora nihil iniuriarum à ſe factum eſſe reſpondet, Braccio dum operam dederit, bona fide defunctum officio. iam vero & ſummo Pontifici, & Reginæ parere, deſcenſurum vero ad pugnam cum ei libuerit. Interea meditetur poſſe, qui agente Caldora viciſſet, rurſus aduerſante Caldora ſuperari. Cum Braccii tubicen accepto Caldoræ reſponſo eſſet inde digreſſurus, Aloyſius Sancti Seuerini, cum Sancto Parente, & aliis pleriſq, magnis, & florentib. copiis tam equitum, quam peditum ſequentibus, perueniunt ad exercitum, quæ res tubicini admirationẽ ad Braccium referendam attulit. ſiquidem accedentibus illis vtrinq; in Braccii clamatum eſt exitium, & exercitus erat iam terribilis, & maximus. Imminente igitur die, quo erat deſcendendum ad pugnam, primum Iacobus Caldora legatum alloquitur tempus eſſe dicens, vt exercitus ſuis ordinibus inſtituatur; & eo annuente, iubet omnes equites, ac pedites vt cognoſcantur apparari, inq; lata planitie diffundi, id vbi tubarum ſono pronunciatũ, & edictum eſt; ipſe arduo equo vectus, Ludouicum Colomnam primo loco, primam cohortem capere, imperat, & cum eo Micutium Vgolini conſtituit. cohors vero ſecunda Frederico Mathelicano demandatur. hos, alioſq; deinceps eligendos, iubet ſuo quemq; loco ſiſtere cum ſuis, quoto in ſeriem deliberet. Appellat deinde Franciſcum Sfortiam, hic antẽ cohortibus tribus, tria ex ordine loca complectit. Euocat inde Antonium Caldoram, & huic ſextam ſpectatis viris conſtantẽ commendat. ſeptimam Ioanni Sterlino. octauam vero credit Scaramutiæ Aſcolano. poſt hos nonã Comes S. Valentini moderat, & cum illo eius frater vir fortis, & magnanimus. Decimo loco vexilla ſtatuuntur, Pontificale q̃ Bernardus Aquauiuus, & Reginale, q̃ Iacobus Sangrus firma manu ſuſtinet: ea cuſtodiunt electi ac ſpectati equites trecenti, quib. legatus Pontificis cum equitibus centum & quinquaginta iungitur. Habet vndecima virus Tartalliſcos, bellicis rebus inſignes, hãc regit Paolus Theutonus. Leonellus Peruſinus præficitur duodecimæ, eumq; Micchelottus, & Raynenus pari grado, comitantur. Tertiadecima quæ Hiſpanos habet milites, à Ioanne Garillo curat. tum Petrus armis, & corporis, & animi viribus excellẽs, curam habet quartædecimæ, Andreæ Seriano cura eſt quintadecima, ſextadecima Aloyſio S. Seuerini. Poſtremã agit Miccheletta: hinc habens Antonellum Lopidianum, inde Franciſcum Caracciolum. nec minori ſtudio pedites inſtituuntur. eis enim præficiuntur Comes Dulcis, & Petrus Teſta. Commeatus a. omnis Ioanni Verſolino, Armilio, Antonello, Ouinulo, & eorum peditibus cuſtodiendus commendat. Hoc ordine conſtituto exercitu, vadens huc, atq; illuc Caldora; nunc hos, nunc autẽ illos appellat, recolit, atque laudat eorum res geſtas, quas nouerat. Docet imminere tempus, quo antiquæ nobilitati multũ facere queant acceſſionis, aduerſus eos eſſe dimicandũ, quibus Aquilani fuerunt ſæpenumero pugnando ſuperiores, quiq; toto iam anno, tempus ibidem terentes, vix agreſtes Aquilanorum edomuerint, nec iam poſſint vllũ expectare ſubſidium, & ſint numero, ac loco inferiores. Braccium eſſe cum ſuis omnibus Deo, atq; hominib. inuiſum. quippe cum nulla innitatur iuſtitia, & SS. Eccleſiæ ſacrilegus hoſtis, ſit omnino graues omnium ſuorũ ſcelerum pœnas ſubiturus. præſto eſſe inſuper populum Aquilanũ, qui iam annuis tumultis agitatus ſæuiſſimo impetu ſit iturus in vltionẽ; eſſe ipſis vna pugna, & ſummi Pontificis, etiam Reginæ, & Aquilanorũ gratiam comparandam; nec minus honores, & diuitias ex hoſtium ſpoliis accipiendas. Non igitur expectent ab oratione virtutem, intendant ad victoriam animos, fiant ex fortibus fortiores, quo deinde hoſtium ſpoliis ſint, & gloria præſtantiores. Non ceſſat interim Braccius, & peditum tria millia, quos in ſummo monte, præſidio collocarat, miſſo tibicine, monet, ne quiſquam hoſtes, antequã illi deuenerint in planiciem, adoriatur, neve aliqua prouocet occaſione, niſi malint ſummũ de ſe ſumi ſupplicium. Poſt hæc iubet exercitum quieſcere. vigiles non modo circum caſtra, verũ etiam longe obſeruare, ſi quid hoſtilium rerũ exaudiant. cunctos monet ſic accingi, vt poſtridie, prima luce, ſint ad hoſtes vincendos ad diripiendos progreſſuri. Dehinc ſe ad locorũ opportunitatem eligendũ cõuertit, & rupto fluminis alueo, aquas in lacunas duas, & eas quidem latas, ac nõ multo ſpatio diſtantes immittit, vt mollita humus fieret hoſtibus impedimento. Cumq; futuræ pugnæ ſtatum animo concepiſſet, cohortium ordinem, & procerum ſtationes diuidit. primum autem locum tenere iubet Petrum Iampaulum virum armis, & nobilitate clariſſimum. loco vero ſecundo, Populi Comitem cum eius veteranis militibus conſtituit. deinde Nicolaum Verterium eius virtute ac magnanimitate prælaudata tertium eſſe imperat. Huic proximum mandat accedere comitem Brandolinum, & quintum Cattamelatum, cum vtrunq; magnificis laudibus extuliſſet. ſextæ cohorti præficitur Strangulinus. ſeptimæ Malateſta Cæſenas, quibus & laudes mirificas accommodat, & diuitias pollicetur ampliſſimas. his admouet Nicolaum Piſanũ; quem ſequitur Antonellus Senenſis. Vngarus vero locatur decimus, & vndecimus Matthæus Prouenzanus. quibus laudatis, & ſuis locis appoſitis, tradit cohortem duodecimam Hortio Toccano, & tertiamdecimam Iannecto Sparſaquano, & hos quoque diuitibus pollicitationibus, accumulat. Denique quartamdecimam tradidit Nicolao Piccinino,

quem & laudis, & rerum ſuarum participem ſe facturum pollicetur. Quintadecima tandem ex famulis centum collecta eſt, & vexillum Vgolino Marerio traditum mandat cuſtodiri fidis, & fortibus equitibus ducentis. Hæc inſtituerat Braccius, & mirabili alacritate, lætitiaque diffuſus, iubet omnes capere quietem, & animos, atque vires ad ſequentis diei victoriam præparare. Aquilani quoque ſe parauerant ad pugnam, & media fere nocte, cum hoſtilem, & amicum exercitum paratum eſſe nouiſſent, tota vrbe armis, campanarum tinnitibus, luminibus, & cohortantium hominum vocibus trepidatum eſt. ſingula quarteria explicitis vexillis, ad expectatiſſimum certamen accingebantur. & Sancti Petri vexillum Corporilongo traditum eſt. ſequebatur autem plurima, & bene armata iuuentus. vexillum vero Sancti Ioannis, Ioannes habet notarii Blaſii nepos, & hunc armis munita ſequebatur multitudo. Tum Diui Georgii volitantem cum dracone equitem fert Iacobus Caſaſſus, is quoque magnanimos, & virtute præſtantes viros ducere gloriatur. Diuæ autem Mariæ nigrum, & auguſtius humana forma caput, niueo velo, appictum, prouehit Nicolaus Ciminellos, quem quidem animis, atque armis munita multitudo proſequitur. Poſt hos tota procedit Camponiſcorum nobilitas, Antonutius bellicis rebus longo iam tempore clarus, Aloyſius Montorii dignitate ac multa virtute inſignis: Baptiſta qui animi ſagacitate, & conſiliis omnes anteiret; hinc Pyrrhus auidus pugnæ ardens, & ſtrenuus, & audens ſe, atq; alios adhortatus accelerat: qui quidē ſinguli ſingulis turmis præcedebant, & diem ardebant illuceſcere: omnes tamen Antonutii ductu gubernantur. Rareſcentibus autem proxima luce tenebris, Braxius maxima vincendi ſpe iamdudum elatus, fortunæ quoque varietatem animo volutabat, quippe cum hoſtium exercitum expectaret violentum, & magnum: Aquilanorum quoque populum, qui maximus eſſet, cogitabat, minis, & contumeliis agitatum, in tanta opportunitate erupturum ad vltionem ſcilicet præcipua illi cura à Iacobi Caldoræ authoritate, & bellandi ſcientia occurrebat. nulla tamen ei metus aperta ſignificatio, ſola victoria in eius vultu relucebat, verbo ſonabat, geſtu promittebat tota animi magnitudine vehebatur, tam alacri vultus maieſtate vt diuino aliquo viderentur numine afflati, hunc atque illum appellat, hortaturque, ne ſegnius eo die ſe habeant, quam alias, atque aliis factionibus geſſiſſent; ſimul imperat, ſimul claſſicum indicit: & optimum quemque ipſius virtutem memorando confirmat. Iubet deinde veniri in concionem, ad quam ita eſt ex equo & fulgentibus armis loquutus: Hic dies, ſocii, locupletabit vos omnes, & quos alias adepti eſtis honores, efficiet cumulatiores, noua gloria: quas enim Ioanna, quaſque Martinus copias contra nos mittit, eas vobis ſternendas diripiendaſque parauero; neque fuerit his rebus periculoſa, neque laborioſa quidem difficultas nouus Imperator nouos milites agit. & Iacobus Caldora nuper à noſtro ſtipendio diuulſus, adhuc noſtra ſigna, & Braccii nomen veretur. magiſque ipſe noſtrum venerabitur imperium, quam à ſuis cum imperauerit intelligatur. At ego quid quiſque veſtrum audeat, quidve poſſit ita noui, vt quid animi ſit à quoque exigendum, aut quid vitium expetendum callens ſine vllo poſſim errore certis laboribus, certos viros opponere. ſtat etiam pro nobis ſanctiſſima cauſæ iuſtitia: nam Ioanna, quam toto Aprutio poteſtatem, & iura mihi tradidit, ea rurſus male ſuaſa, & fœminea leuitate impulſa, ad ſe reuocat. non meminit ingrata, quantis ipſam eripuerim periculis, & quo pacto pene pulſam in regnum ipſam reſtituerim? Tum Martinus à me Romam quaſi manu reductus, cum Florentia diſcedere non auderet, ob noſtra in ipſum merita, hæc nobis præmia rependit, vterque noſtris corruet manibus. & Pontifex, quod ſæpe dixi, eo redigetur, vt pro quadrantibus ſingulis, ſingulas ſit ſacra peracturus: vt enim interficiatur abſit, imo ita millies animam acturum puto: olim enim fœlices, miſereque deinceps viuentes, mortuos rectius cenſeo appellādos, quam viuos. ipſe vero cum videam ex hoc prælio vobis parari diuitias, neque Ioannam, neq; Martinum culpaſim ingrato animo. Incredibile dictu eſt quā claram ſimus habituri victoriam. Aquilanos iam fame confectos, campeſtris hæc pugna prænicerit, poſt, Aquilam, nullam in hoc Regno Ciuitatem, ſuperari pudebit. Roma noſtras vires formidabit, Neapolis meditabitur obſequium. hæc omnia in veſtris haſtis, & gladiis veſtris ſita ſunt. locorum periti, locorum ignaros aggredimur. Fluuius quoque fuerit nobis præſidio; & qui noſtros gladios fecturabunt aufugere, lacunis & mollita tellure morabuntur. vobis pugnaueritis, vobis viceritis, arma, equi, captiui, reliq; omnes veſtræ ſunt, mihi ſatis fuerit, veſtrum exercitum fuiſſe ſuperiorem. Cum hæc dixiſſet, & à nunciis hoſtes iam caſtris egreſſos procedere, acciperet, imperat, ſingulos proceres præmonſtratos ſtationes occupare, atque ibi hoſtilem impetum percunctari. Braccius ante alios ſtationibus conſtitutis, huc atque illuc obequitans quoſque laudat, & ſuo loco ſic ſtare iubet, vt laudato militiæ more, iudicet malit, quam loco vel minimum quid decedere. Gaudet magnanimus dux exercitus ordinem, & lætam, atq; pugnam meditantem iuuentutem intueri. his itaque geſtis præparare quiſque ſe ad pugnam. Ex aduerſo, qui nuper aduenerat cum equitibus quadringentis, & peditibus centum Aloyſius de Sancto Seuerino, præmiſſa moræ cauſa, ducibus adhuc in vnum coactis, primus hortatoria effatur talia. Eia præclariſſimi duces, magnanimi commilitones, veſtras iam exhibete vires, præparate animos ad victoriam capeſſendam, capeſſendam, inquam, crudelis enim tyrannus eſt, contra quem res agitur, Chriſtianæ religionis inimicus, omniquę obſcœna morte digniſſimus: quibus auditis omnibus ad hoſtes inuadendos fuit alacri voce cōclamatum. At legatus qui ſupra conuocato exercitu iterum grauibus, multiſq; ſermonib. omnium releuat animos, ac victorię ſpem firmat; apoſtolica ſancta iterat munera; vexilla, baculum benedicit, & exercitum omnem. mori ſi quibus contigerit in acie æternum largitur indultum. Braccio autem, atq; Braccianis cunctis maledicit, æternoq; ſubiicit igni, & anathematizat. quæ dum Apoſtolica fierent inſtitutione ſeruata, euidentiſſima victoriæ emicant ſigna: ſiquidem aura quædā lenta exorta ſigna Aquilam verſus omni decentia deferri videbatur. Sed & Aquilæ duæ ex alto ſubuolantes, vna inſedit in vexillis ipſis, altera vero circūuolabat magna cunctorum admiratione, ac lętitia ſpe glorię. quo iucundo ſpectaculo terminato iterū Cardinalis cum baculo Iacobo Calduræ exercitū tradit, & eius imperium, inquiens, accipe baculum iſtud quod tibi ſit auctio, inimicis autem vindex, fiat flamma. quare memēto S. matris Eccleſiæ generale ad eius, tuamq; gloriam conſtitutum eſſe ducem; cui Iacobus humili corpore, voce leni, omni ſe reuerentia illud munus ſuſcipere reſpōdit. ſicq; ſtatim clangētib. tubis & Papæ, Reginæ, ac Eccleſiæ acclamata eſt victoria. Finito

vero

vero clamore, affuit Ludouicus Columna, qui omnia, quæ caperent, cenſebat fore communia: quam ſententiam Dux quidam Andreas Sellanus eques refellit audacter, & cuique ſibi ſuum cenſuit cedere lucrum. Tunc dominus Iacobus, cum cæteris ducibus, inito concilio, per ſonante præcone, edicta proponit, quod quiſque alacri animo, ad ſequentis diei ſe præparet pugnam, & Braccium debellandum, ordinemq; ſuum omnino ſeruet imminutatum. Verum iam altera exorta die, Iacobus dux ſummus quiſque nominatim ordinat, aduocatq, duces, quorum primus Ludouicus Columna, & Micutius Vgolini Aquilanus ciuis cum equitibus trecentis, uſque pluribus Aquilanis. hinc Federicus cum ducentis, comes Franciſcus cum Gerhardo Cotognula cum trecentis. Antonius Caldora equitib. comitatus ducentis. Ioannes Sterlinus centum quinquaginta, quem Scaramutia ſequitur. verum huius calcem terit comes S. Valentini, cum Bruno Germano magna comitante cohorte, quam dominus Iacobus dux inſequitur, quem vexilliferi cum Cardinali Hiſpano cõſequuntur. primum enim Bernardus de Aquauiua Pontificale deferebat vexillum, prope legatum centũ quinquaginta comitatus equitibus, ac demum dominus Iacobus Sangrus Regni alia vehens inſignia gradiebatur, quæ à trecentis ambiebantur equitibus. poſt quos Paulus Theutonius, & Tartalliſci trecenti. Leonellus, Micchelettus, Raynerius. hi omnes vno gradiuntur cuneo centum quinquaginta. poſt quos Petrus Aluennus, Andreas Senatus, & Aloyſius Sancti Seuerini, Miccheletta, Antonellus de S. Lopidio. vltimi vero Petrus Teſta, & Armeleus cum peditibus ſarcinarum præerant cuſtodiæ. aciebus ducibuſque iam diſtinctis, claſſicum iterum duce iubente inſonuit, imperialia mandãtur edicta, maxime de tumultuoſo ordine ſeruando, ni vellent mortis pœna mulctari. Braccius relatione percepta, certuſque ad ſe de inimicorum deſcenſu, calliditate iamdiu præmeditata, victorem ſeſe fore omnino promittebat. vnde lacunas inducit duas in ſubiectam planiciem, in qua conflictum futurum ſperabat: fluuiique alueum, qui dirimit eaſdem, duobus in locis, iubet effodi, quo amne dimiſſo replerentur foſſæ, molleſcerent arua, ſicq; & equis fierent inuia, & hominibus, ac demum incaute aduentantes hoſtes iis paludibus præpediri facillime caperentur. quocirca & ibidem locum adinuenit, in quo tutiſſime ad hoſtes alliciendos proprium ſeruaret vexillum. mandat præterea peditibus ſuis, qui montis aditus ſeruabant, vnde noſtros deſcendere oportebat. erant autem fere tria millia, ne ſi nollent plecti, & ſuſpendi, quis eorum hoſtes irritare præſumat. Alloquitur inſuper ſuos, animo inquiens hilari, ac vultu iucundo: exultate viri fortes, gaudete commilitones ſtrenui omnes; namque hoſtium ditabimur ſpoliis, audeat quoq; quiſq; noſtrũ, ſæuiat, trucidet ad libitũ, dilaniet: omnes enim vos aſtatis ad bella doctiſſimi, victoriis crebertimis glorioſi, armis optime muniti, quinetiam fauentis fortunæ commoda multa tenetis, hoſtium autem omni in re conditio eſt infima. vnde veſtrum neminẽ tantæ credimus eſſe ignauiæ. vt rebus damnum, gloriæ autem ſuæ velit interire nomen. his itaque verbis, & aliis multis, modo omnes, modo ſingulos hortatus, duces in craſtinum pugnaturos componit, & exercitum. ducum autem cum ſuis cohortibus ordinem nunquam talem diſpoſuit. ſic enim conſtitui, conſpectu quidem decori, apparebant Petrus Iampauſas, Comes populi, Nicolaus Verterius, Comes Brãdolinus, Cattamelatus, Strangolinus, Malateſta Ceſenas, Nicolaus Piſanus, Antonellus Senenſis, Ioannes Vngarus, Matthæus Prouenzanus, Oringus Theutonicus, Ioannittus Sparſaquanus, Nicolaus Piccininus, quem etiam noua ſequuta eſt cohors, quam Braccius, tunc primum ex domeſticis, cõſiliariis, famuliſq; inſtituit. huic autem præcipitur, cum ſuis omnibus, collium prope Aquilam deſcenſus occupare, ne ciuibus, quoquo modo, facultas, ad ſuorum ſubſidium, campos incurrere, daretur. Regale vexillum, quod apud ſe erat, Braccius illud credidit Vgolino Materio, cum equitib. ducentis, proprium vero Scardoctio conceſſit. Igitur omni iam aſtante exercitu ſerico, argenteo, aureoque fulgenti ornatus Braccius iterum, atque iterum quæ dixerat replicat, diuitias cunctis, dominatus promittit, & honores: demum, inquit, attendite animo chariſſimi fratres, ſi quis forte in futura pugna ſenſerit ſe nimium defatigari, ne deficiat, caute ſubducat ſe à prœlio, & ad locum veniat condictum, in quo velim, noueritis optima vina quæq; ad refocillandum animos opipare, abundanterque fore præparata. Talia dum circa vinera perficiuntur, ecce contra in montis dorſo cœpere hoſtium emicare cohortes, quæ non ad ſubiectos campos deſcendebant, ſed cum in dorſo illo citui ſint plurimi, & in adiacentibus concauitatibus lacunas, & viuos fontes aquarum habeant non paucos, apud eos nocte illa caſtrametantur. Quos Braccius conſpicatus ad Nicolaum Verterium ſe vertens hac ſubſannatione alacri, eia, inquit, virorum fortiſſime, qua ſtrage eos cras te profligaturum autumas. cui Verterius: Feliciſſime dux ſi conceſſeris, dicam profecto, quæ ſentio, quidni? dicito ait dux. ait Nicolaus: dentur mihi tres cohortes, & incautos aggrediar eos, & vſq; ad internecionem deſæuiam, quod Braccius nullo modo ſe probare reſpondit, poſſe quippe maximæ eis eſſe formidini, & binas, aut tres proſtrare cohortes: cæteros vero fuga fore ſeruandos, quare abſque dubio melius eſſe, in campo illos operiri, in quo cum fuerint hoſtes aggreſſi paludibus iam dictis circumuenti; nullus eorum poterit Braccianorum manus effugere. Renocate quæſo in memoriam, quæ alibi ſæpe geſſimus, ſtrenuiſſimi commilitones, & duces. fortuna interdum fauente, ſæpiſſime etiam aduerſante. Dum Alberici partes ſectabamur, non vos latet cuiuſmodi maximas Bononienſium copias pauci, & noui quaſi milites intrepide, & repente non ſolum fudimus, verum etiam totum exercitum profligauimus. Obſeſſi apud Rhenum tenebamur, & repente, firmato vallo, & foſſis, frenato inimicorum impetu, & conſtitutis pontib. incolumes, flumen traiecimus, nec vnus noſtrum periit: licet omnes ſe neci datos, & in hoſtium manibus implicitos arbitrarentur. Iunc vt ſcitis Albericus totius exercitus curam nobis tribuit: hinc ſuis armis, & vexillo inſigniti ſumus. Paulo poſt mille, & quadringenti equites à Bononia Peruſium verſus me ſunt ſequuti, quorum multi hic nunc adeſtis, & animum erga vos meum, & militarem diſciplinam, ac fortunam mecum ſæpiſſime experti eſtis. Inde vna cum Roſſio Aquilano Patauio opem tuli: & propulſatis hoſtibus ſummi Pontificis legatus, ad ſe, nos vocauit; & eiuſdẽ equitatui præfecit. quo quidem tempore, quid à nobis actum ſit, manifeſtius eſt, quàm vt hic recenſere ſit opus. Nonne Ludouicus Firmanus exercitu, quanquàm numeroſiſſimo, munitus, nõ ſine maximo copiarum detrimento, & pluſquã dimidii ſtatus direptione ſenſit, quid noſtræ vires efficere poſſent? ſenſerat enim ille, me, pro tuenda arce, caſtra mouiſſe: oppidanorum nomine literas miſit, quibus

 ſcriptum

ſcriptum erat ſe obſidione liberatos eſſe, & hoſtem alio tetendiſſe. Ego autem inimicorum fraude, id factum eſſe exiſtimans, literæ eodem exemplo cõſcriptæ licet alteræ redderentur, non prius deſtiti, quam illos fuſis hoſtibus longa obſidione liberaui, & tribus diebus, tria munitiſſima hoſtium Caſtella, in meam poteſtatem reduxi. Mox deinde Angelum Pergulanum vna cum ſeptingentis equitibus, & maxima peditum multitudine, tota die, manu conſerta, trecentis tantum ſtipatus equitibus non ſolum fugaui, verumetiam pleroſq; grauiſſimis vulneribus, ac morte mulctaui. Quare factũ eſt, vt pene omnia, quæ circum iacebant, Caſtella deditionem fecerint. Qua quæſo via Anconitanorũ fœdus, & amicitiam comparaſtis? Nonne dum maximã prædam abducebatis, grandẽ pecuniam vltro, & fœdus obtulerunt? veſtrum multi, qui mecum nunc hoc diſcrimen habetis, proprijs oculis vidiſtis, & veſtris viribus experti eſtis, quanto impetu, quantaq; multitudine, in nos irruiſſet Ludouicus, & quãta virtute à vobis ſit dimicatum, ac demum ſtratis copiis, quanta trepidatione ille fugam ornauerit, quot illius populi, quam breui tempore ad nos defecerint, ita vt ditiſſimus ille Princeps, & multarum copiarum imperator ſupplicibus manibus ad nos venire cogeretur, & noſtra omnium ope Aſculum, quod ad hoſtes defecerat, paucis diebus, ſibi obtemperare coegit. Quis veſtrum Caroli Malateſtæ audaciam, & magnas militum vires, ꝓſpiciens ſibi perſuadere poterat, vt turpiſſime funderetur? & equæ multæ cũ dominis, & armis captę ducerentur? & cum quilibet veſtrũ, ac veſtri omnes equi diutius pugnando, defeſſi eſſent, nec cliuum, quo hoſtes ꝓperabant, vlla vi, ſuperare poſſent, præmiſſa tamen equarum earundem multitudine, quas præ libidine adeo inſectati ſunt equi, vt inimicos illuc pene appulſos præuenirent, & deturbarent? non minori deinde vſi virtute Lapirum munitiſſimum oppidum cepiſtis; & Martini equitatum fudiſtis: ac ditiſſimi inde facti, ad Cingolum oppidum natura fortiſſimum arma vertiſtis; & me duce, non prius ab armis, & pugna receſſiſtis, ac Cingolani terga vertiſſent. & mœnibus ſe ſepſiſſent. Nonne dum Romam petebamus, Fulginates pœnituit nobis commeatum denegaſſe? quanta cum eorum ignominia, & pernicie agros, & Caſtella plurima depopulati fuimus? quis eo tempore nobis obſiſtere potuit? exercitus licet maximi circumſtarent? quæ oppida ſub Ladiſlai Regis poteſtatem redegimus? Nonne pene omnia, quæ Tudertinis obtemperabant? non fuit poſtmodum parui laboris, paruique diſcriminis Deruram cepiſſe, & cum ea Roſſium Aquilanum alioqui inuictiſſimum ducem, nec illum ſolum, ſed ducentos, & quadraginta equites ſecum captiuos duximus. quem animum creditis nunc illum habere? cum ſemel, atque iterum ſit expertus quid Braccius poſſit? quantumque robur ſit in militibus meis? redit nuper Patauium, &, quid ipſe de hoc bello, ſentiat, non me latet, eſſet quidem formidandus, ſed quid vnquam faciet inermis? deſidet nunc in patria, vobis licet aliter relatum ſit, illum ſcilicet, nunc Caldoræ exercitum inſtruere: ſed faceſſe, non militarunt ſub ipſo noui pene milites Caldoræ. Nihil eſt quod vereamini, Aquilanos eruptionem facere poſſe: graui enim obſidione premit illos vigilantiſſimus noſter Piccininus; & quod in tredecim menſes vix quater, aut quinquies facere auſi ſunt, nunc in tanta formidine conſtitutos facere poſſe arbitramini? temere quidem hoc auderent; nec tales vos vnquam Aquilanos nouiſtis, ſed conſultiſſimi intra mœnia ſeſe continuerunt. & nunc maxime continebunt, nec eſt cur Caldoram timeamus: illius namque milites locorum ignari, facile deprehendentur, vel turpiter terga dabunt. & ſcitis me non pluris facere ſolere numeroſum exercitum virorum, præſertim non experientium, quam paucos veteranos milites, quorum Dux frequenti victoria ſit aſſuetus. hinc colligendum vobis eſſe cenſeo, breui victores fore. & licet alibi, plerumque ſummo cum honore, & noſtra omnium vtilitate ſimus victoriam conſequuti, hic tamen honorum honorem, vtilitatum vtilitatẽ, victoriarum victoriam conſequemur. alibi pro amicis fere ſemper certauimus, nunc res noſtra potiſſimũ agitur; quod ſi Aquilam ceperitis, nihil erit in poſterum, quod vobis, veſtriſque armis obſiſtere poſſit. & quos Regina fautores tenuit, breui atrociſſimos inſectatores experietur. Vnde præterea ſummus Pontifex ſibi copias comparabit, ſi has quas ægerrime comparauit profligatas eſſe ſentiet? Mediolanenſium Dux ſibi maxime formidabit, vbi percipiet, nullum eſſe in Italia exercitum, qui à nobis fuſus non fuerit. noſtra igitur erit Italia, ſi vires, quibus hactenus vſi fuiſtis, nunc potiſſimum adhibeatis. & ſi nihil aliud præter Aquilanos agros conſequi daretur, quid quæſo melius? quid vtilius? quid iucundius? quid amœnius? valeant illi, qui Aquilanum ſitum, inferorum pœnis comparare ſunt auſi. Nos enim ipſi, aeris clementia experti ſumus, vbinam gentium meliori valetudine vſi eſtis? vel quænam tutius Italiæ partes vberiorem commeatum ſuppeditarunt? Quid quæſo vobis vnquam deſuit, & ſi foris, ac ſub dio aſſidue pernoctaſtis? triticum, vinum, & fructus omnes, quos villa ſuggerit, paſſim naſcuntur: fontes vberrimi vbique ſcatent, non ſine agrorum commodo, & proſpectantium oblectamento. Si vero tibi Camamelare, hic præſidere non eſt cordi, non deerunt Braccio comites, qui reliquum vitæ hic peragere concupiſcant. Cuncti diuites, cuncti honoribus pluribus affecti, cunctorum fama perennis erit. hæc Caſtella ditiſſima, hos feraciſſimos agros, hos bene conſitos hortos, has vineas tam bene cultas, quidquid denique circumſpicitis, vobis ipſis hodie comparabitis, prætet vaſa aurea, & argentea, ſupellectilium maximam copiam, crocum, & grandẽ pecuniam, quibus omnibus hanc vrbem, hæc oppida, & villas deniq; omnes refertas eſſe nouiſtis. & vt quiſque ſe hodie ſtrenuiſſime geſſerit, ita maximo à me munere donabitur. nunc igitur viribus opus, nunc animo forti, nunc qua ſoletis vti audacia. quid autem Braccius facturus ſit, malo re ipſa, quam meis verbis comprobari. Quo dicto, calcaribus, equo citato, & magno impetu cuiuſdã haſta correpta, eam dextra vibrans, ac circumquaq; curſitans, animi maximam oſtendit alacritatẽ, & ſuas in armis vires oſtentauit, & peritiam; quocirca ab omni exercitu clamor in cœlum extollitur, & Braccio acclamatus, & victoria. Hinc ducis munificentia, ſtatim vina proferuntur, & muſtacea multa, & varia exhibentur, & tandem quiſque optimis promiſſis, ſumptoque vino factus hilarior propria repetit tentoria. Aſt Aquilani cum iam hora diei eſſet vna de viginti, quando certis nuncijs reſciſſent, prope Balneum militum copias aduenisse auxiliares, quanta exultatione exilierint, quo fuerint circumfuſi gaudio, qua ſpe deiectos erexerint animos, legentium commodius ingenio cenſeo derelinquendum, quam chartis poſſe mandari. Aduocatur quam

primum

primum concio, qua decernitur, vt Quartus quiſq; viribus quibus poteſt ſe præparet ad pugnam, quod illico præconis voce, in publico foro mandatur, ne aliqua cauſa cunctaretur, qui poteſt arma mouere, quin ea capeſſat, & cum rectoribus ſuis publica perſonante campana, nulla ratione moret adeſſe. Tunc erat videre ciues in hoſtes fremere, inuicē ſe monere, inuicē hortari, arma parare, & qui Reip. præerant iubere, parere alii, & agri oppida, quæ nō defecerunt celeritate qua poterant adire. Erat tunc Camerarius, ac Aquilanam Reip. moderabantur primus Nicolaus Galliardus, quinque viri Ioannis Petri Pauli, Franciſcus de Cambiano, Iacobus Factoris, Nicolaus Ciminelli, Antonius Tutii de Fidantia. quorum iuſſu Quatterius quiſque proprium ſibi præparat vexillum, & audito belli ſigno, quique ſuo adhærei. Interim vbique Aquilanis ſonare campanas, vocibus quibuſcunque poterant ſe, alioſque hortari. Domini autem Aquilani abſque mora, allata vexilla, quæ iuſſerant, latoribus aſſignant, prout celerius afferebantur. Vnde Quarti Sancti Petri veſillum primum allatum Corpori longo. Quarti Sancti Ioannis Iacobo notarii Blaſii. Quarti Sancti Georgii Iacobo Caſaſſo. Quarti Sanctæ Mariæ Nicolao Ciminelli committunt. Camponiſcorum vero domus vt cæteris nobilior erat genere, ita & viris, & armis cunctis, aderat inſignior. nam aſtabat comes Muntoru cum Bapiiſta, Pyrtho, & Antonnio, qui Aquilanum regebat exercitum vir in armis peritiſſimus. Interea nunciatum eſt Braccio, Aquilanos de eruptione cogitare, quod quidem egerrime tulit; licet Piccininum agri fauces occupare iuſſiſſet, quo Aquilanis impedimento fuiſſet, ne cum auxiliaribus cupiis iungi potuiſſent: verebatur enim, ne fugato equitatu, & fuſis Piccinini cohortibus, eo demum irruerent, vnde ſuas cohortes eripere nequiret, maius etiam malum ſibi imminere proſpiciebat, vbi illi irrupiſſent: nam paludes, quas flumine deducto ad impediendos, vel potius deprehendendos hoſtium equites parauerat, in ſuorum perniciem factas eſſe ſentiebat. non ſolum enim Piccinini equites illuc deuenire cogebantur, verum nec ipſe cum ſuis poterat ſe in latam planitiem diffundere, vbi illa camporum pars, quæ ad Aquilam vergit, occluderetur. ab altera namq; parte, Caldoram premere, ex altera, Aquilanos includere, à tergo flumen, & quas dixi paludes, impedimento eſſe ſentiebat, optimum igitur factu ratus, binas literas ſtatim ſcribendas curauit, alteras, quæ Piccinino redderentur, alteras, quibus Caldoræ nomine Aquilani monerentur. primæ ſic fere habebāt. Braccius ſuo Piccinino ſalutem. Niſi tuam vigilantiam, tuum roboreum animum, tuamque in re militari peritiam, ac ſtudium proſpectū haberem, ad te ipſe cum exercitu properare compellerer: audiui namq; Aquilanos intra mœnia, vt demum irrumpant, aciem properanter inſtruere: quod quidem ſi fieret (vt certe fiet niſi abs te quamprudentiſſime obuiam ibimt) de te, de tuis cohortibus, de nobis, de exercitu, ac penitus de re noſtra actū eſſe cenſerem; ſunt natura audaces Aquilani, pertinaces, ne cedant, & nunc potiſſimum cum familiares copias præſto eſſe videnti fame laceſſiri, nihil intentatum relinquent, vt ſe quamprimum auxiliarib. iungant. quod quidem ne fiat, te etiam, atque etiam rogo. Vale. literas præterea, quas tibi ad Aquilanos dedimus quamdexterrime, & quamceleſrrime perferendas curabis. iterum vale, & vigila. Quibus quidem à Piccinino acceptis vigilantius inſtare, tutius fauces occupare, portis obſidere, ſtationes diuidere, ipſe omnes monere, ſtrenuiſſimos quoſque appellare, prēmium maximum proponere, multa polliceri. Interea literas ſibi ad Aquilanos datas, quamprimum certo nuncio reddendas curare. quæ quidem vbi acceptæ fuerunt, & in concione perlectæ, maxime dubitatum fuit, non enim arbitrari poterant, Caldoram ſuadere potuiſſe, vt Aquilani nullam opem ſibi afferre tentaſſent. Exemplum enim harum literarum, ſic monere videbatur. Iacobus Caldora Aquilanorum Senatui Salutem. Veſtra omnium virtus, & firmiſſimum animi robur, hactenus in Italia celeberrimum fuit, cuius quidem fama iure effecit, vt non ſolum Regina, ſed etiam ſummus Pontifex vobis opitulari, & tam graui obſidione oppreſſos pro viribus leuare cogantur: ad quod peragendum nos huc miſſi ſumus ſanguinem, & vitam impenſuri pro veſtra omnium ſalute tuenda. nihil igitur eſt, quod vereamini circumſtantes hoſtium copias: ſic enim parati ſumus, vt vitam citius profundere, quam vos, veſtramque vrbem diutius obſeſſam eſſe patiamur. vos tamen interea intra mœnia veſtras cohortes, & voſmetipſos, omni vigilantia, obduratione, & conſtantia tenere iubemus: peruenit enim ad noſtras aures, Braccium multos hac nocte in inſidiis poſuiſſe, vt ſi forte vos inſtructa acie portis exire auſi fueritis, illico partim in vrbem irruant, partim à tergo vos inſectentur, vt ſimul & vrbe, & luce priuemini; & quod diu ſummo cum honore, & labore obſeruaſtis, vnico tantum lapſu diffundatur: non hæc ſcribo, quod de veſtra fortitudine & ſolertia verear, ſed ne animi fortitudo, tantum audaciæ iuuenibus præbeat, vt in arenam deſcendere audeant, & ad nos venire concupiſcant, nec diu hoc perpeſſuros eſſe credatis, armis enim hodie decernetur, Bracciusne, an Aquila ſuperſtes ſit, nec prius conquieſcam, quam aliquid, quod manduceтis ad vos comportandum, omni conamine, inſtituam. obdurate, vigilate, & valete. Aquilanorum pleriſque hæc vera eſſe perſuaſum erat, cum vir quidam bellicarum rerum experientiſſimus, ſic dicere inſtituit: Creditis Ciues ampliſſimi, Caldoræ literas ad nos peruenire potuiſſe, vndique circumſtantibus inimicorum præſidiis? ſic notus eſt Braccius? ſic Piccininus? an non conſueuerunt his calliditatibus, & fraude circumuenire? ipſi, ipſi, inquam, hoſtes, hanc impoſturam excogitarunt: timet enim ſibi Braccius, ne nos à tergo aggrediamur. quod ſi fiet, quo ſe recipiat, non habebit. quæ vox ita permouit omnium animos, vt ſtatim ab omnibus conclamatum ſit, & ad vnum in illius ſententiam pedibus itum. Aderat iam vtriſque promiſſa dies, aduenerat dies pugnæ, dies ſecunda Iunii, Aquilanis quidem memoranda, qui conflictus, non ferentes moram, ſummo mane per turmas ſuas vrbem egrediuntur. Siquidem primus Quartus Sancti Georgii progreditur, ſecundus Sanctæ Mariæ, poſt quem Sancti Petri, & vltimo Sancti Ioannis inſequitur. Et tranſmiſſo cliuo, contra Ciuitatem reſpiciente, occupant circa locum, qui Roſateolus dicitur, & hoſtibus, qui ſupra maneut, & Diui Laurentii in ipſius clini Serra ſeruant ædes, horribili voce, minari acclamauere; & conuicia multa in eos dixerunt. Ecce autem Braccius & ipſe impiger mouerat è caſtris, aderant in campo ſigna cum præſidiis externa die ordinatis, acieſque iam inſtruxerat. Erant Braccio equeſtres milites electi duo millia, deſtinauerat etiam tamdudum, vt diximus, Nicolaum Piccininum prout decreuerat, cum equitibus quatuor centum, quos ipſe in duas digeſſerat cohortes, ad introitus camporum occupandorum, ne Aquilani in

ni in hoſtium auxilium è collibus deſcenderent. Verum Antonutius Camponiſcus vir ab adoleſcentia in armis eruditus, monet Aquilanos quieſcere, ac expectare ſilenter, affirmans nuncium à Caldora acceptum iri, quando eis fuerit eundum. Mouerat iam tum & Caldora, copias ſuas auro, & argento Braccianis ornatiores, numero vero pauciores: mouerat quidem ſed gradatim, globatimque, magno procedebat diſciplinæ ordine ſeruato: neq; enim tunc poterat aliter cũ adhuc ſatis clíuoſus ſupereſſet deſcenſus. Exoritur interim in aere augurium quoddã, ſeu potius, vt ita dixerim, miraculum in conſpectu exercitus vtriuſque: ſiquidem ab oriente hic, à meridie ille ſibi iam propinquabant. Extemplo auis quædam magnatum alatũ ſubalbuli coloris, quæ Cozza vulgo dicitur, & altiſſimas rupes, ac montium incolit iuga cum Aquila quadã apparuit pugnans tantis, tamque validis incurſibus, vt plumarum copia non minima decideret in terram, donec certamen tamdiu geſtum eſt à cunctis, ſi quidem poterat inſpici; quoad Aquila in ſublime euolãs, inde velut fulmẽ quoddam in auem inimicam ſe iecerit, & vnguib. pectus, ac roſtro caput veluti ferro medium ſecuerit. Sed hęc dum aguntur Caldora munitur; ſiquidem, vt diximus, quo caute, globateq; incederet cum equitibus, pedites cum omni præmiſerat commeatu, quos Bracciani adoriuntur, & à valle bona vſq; ad collem Raynerium aſperrimo inſectantur cõflictu, & eis profligatis cum ſarcinis abducunt iumenta: quod vbi Duci Caldoræ innotuit; nolite, inquit, nolite vereri, interceptio iſta noſtra erit euectio. Talia enim ſunt niſi victorũ? ſumma hæc inter armatos vertitur milites, cum vicerimus profecto recipiemus: vos ergo ordine accepto præcedite integerrime. At Braccius ſolito pulchrius ſumptuoſis decoratus veſtibus, alios hortari, alios inſtruere, alios laude, alios ampla munerum ſpe ſollicitare. Vbi autem hoſtium copias planã ſubiiſſe conſpexit, & Aquilam verſus à dextris relicto ſe iter arripere, duas cohortes flumen imperat tranſmeare, & hoſtibus occurrere: conſulto enim vterque fluuium tranſire recuſabat, ne ſi quando retrocedere cogeretur, aluei læderetur repagulo. properant itaque Bracciani in locum, qui Aſperetus dicitur: & Ludouico Columnæ, Micutioque Vgolino, qui primi ibant, ſe obiiciunt, valideque cum eis committunt, & haſtis comminutis, ferro res agitur. Bracciani terga vertunt, quod vt primũ dux eorum aduertit, tres cohortes in vnum congerit cuneum, quibuſcum & ipſe ad locum vſque conuolat certaminis, quo vbi aduenit, è pugna ſe eximit, atq; eos, qui primo ceſſerant conflictui ad reſocillandum euocat vltra flumen: tunc & Caldorenſium tres cohortes in ſuarum properant ſubſidium, quibus Braccius quinque imperát occurrere: quod vt factum eſt equorum, hominumque horrenda fit ſtrages vtrinque. At tunc dux Iacobus cum ſuo toto commiſit exercitu, ſed nec minus ex aduerſo hoſtiles cunei eius occurrere. Porro tanta à cunctis dimicabatur audacia, tam efferatis animis, tam validis viribus, vt iam non de diuitiis, aut gloria, libidineque dominandi; ſed tantum de hoſtium interitu magis, quam de propria agereturi ſalute. Aduolat interea nuncius quidam Piccinino, quid inquiens hic ſtatis? victores fuimus, ceſſere hoſtes ad vineas vſque; tamque conſertis pugnatur aciebus, vt quid nunc ſucceſſerit, conijcere non poſſim, properate. Exiliunt Nicolai milites talia cum audiſſent, & ad certamen properant quam citius. Tunc illi conſerere manus, hoſtes deiicere, vulneribus debilitare. At contra etſi numero impares inſtare animo, viribuſque ſuperiores: Iam non tubarum, non tympanorum ſonitus vllus ſentiebatur, ſed ârmorum tantum tinnitus, & morientium equorum, hominumque gemitus horrendus, vndiq; opplebat auditum: quæ vt Braccius aduertit nouam cohortem ex conſiliariis, atque ſuis armigeris nuper electam, & centum milites ex vexillorum præſidiis præcipuos, efferato animo, ſecum aſſumit. En, ait, tempus adeſt fortiſſimi viri, quo quiſque veſtrum ditiſſimus fiat, & inclytus gloria, eo namque, quod quiſque in hoc prœlio fuerit lucratus duplum, id ſupra polliceor me ex munere cuique ſore largiturum: tantum audete nunc, mecumque hoſtium vexilla aggredimini, humique illa vi qua poteſtis proſternite, incidite, dilaniate. Talia vt dixit, impetu citato dux primus ipſe irruit in hoſtes, & cõtritis haſtis, gladio aperiente viam ad vexilla vſque perueniunt, circa quæ noſtrorum præcipua militum præſidia. Durus vtrique agitur conflictus, in quo ſumma rerum vndique nutabat. Nam Bracciani ſigna hoſtium ita comminuunt, vt vix tertiam partem apud illos dimiſerint, Iacobum Caldoram ex equo deiiciunt: ſed & quamprimum reſilit, & ſuos qua potuit releuat voce, viribuſque, nec tamen incaſſum: etenim Braccius in gena cuſpide vulnus accepit. Et ſic propria repetit vexilla: noſtrorum autem optimus quiſque cadere, plurimi capi, equites conſternari quamplurimi. At Aquilani quorum ora Braccianorum ſanguinem ſitiebant, iam adeſſant, & maxime ex collibus vinearum defluebant: quibus Baptiſta Camponiſcus ait, hodie ciues, hodie virtus, ſaluſque noſtra cognoſcetur: Antonutius autem, nolite, inquit, nolite amplius cunctari ad hoſtium conflictus, quam citius properate: vexilla, ordine, quo vrbe exierunt, ſeruato gradiebantur, tanta pugnatorũ multitudine, vt noſtri cœperint animos erigere, aduerſarii ita intimo corde pauere. Occurrit interim nuncius quidam Simon, qui auxilio Caldoræ propere venire iuber: retro enim cedere noſtros, & fugam arripere; actumque eſſe de rebus Caldoræ, niſi ipſi præſto ſint. Affuit inſuper & fœminarum temeritas, quæ caſu magis quam virtute hoſtibus multum incuſſit formidinis: nam pluſquam mille fœminæ cum primum norunt ſuos admouere, Collem Maium deſerentes, tanquam iam tunc vere victrices ad Bracciana caſtra diripienda, per planitiem ipſam properabant: eia vero qui contra proſpiciebãt è loco certaminis videbant homines aliqualiter armati. Quocirca Braccius illas, & mares Aquilanos conſpicatus erumpens dolore cogente victũ ſe ingemuit, & proditum: nam cum hanc emptionem prænidiſſet, Piccininum curaturũ reliquerat, ne vlla eſſet Aquilanis facultas auxiliaribus copiis ſuas vires coniungendi: qui tamen eius ſpretis præceptis, ſpoliorum auiditate ad conflictum acceſſerat; miraturque vnde Aquilanis tanta pugnatorum copia, & en ſuper nos ait aduenere laniſtæ: Aquilanorum autem hæc fuit ſententia, vt eorum aliqui vadũ, quo Bracciani flumen tranſierant, occuparent, rati ſe omnino fore victores, cum iam omnes pene viribus defeciſſe conſpicerent. alii etiam ad certaminis diſcrimen accurrerent, qui autem vada adibant, impediuntur ab hoſtib. ſed minime, quin proficiant, præpediunt. Occupant ergo hi vada, cæteri vero pugnam ineunt. multis variiſq; clamoribus, cœlũ omne replebant, & adiacentium vallium curua: omnes tamen Braccianis minabantur exitium, quibus vero poterant tota quidem virtute acerrime inferebant: quilibet namq; ſuffodere equos, deiicere milites, trucidare deiectos.

Antonu-

Antonutius Camponiſcus Caldoræ percunctanti de ſero eius aduentu conſulto ſe egiſſe reſpondit, cum peditcaniſi feſſis equitibus non poſſint emitti vtilius; equumque poſcenti validum dat, is inſilit, & ſtatim ambo commiſerunt: quo facto Iacobus Dux, ac noſtri omnes victoriæ reſumpta fiducia, audacius repugnare cœperunt. Legatus vero Apoſtolicus interim, quia & ipſi manu pugnare non licebat, hortationibus quibus poterat ad Eccleſiæ Sanctæ inimicorum exterminium ſuos hinc inde impellebat, & ſæpius eis benedictionem, & diuinum auxilium, Braccio vero, & Braccianis vltimum exterminium, Apoſtolica imprecabatur authoritate, ne cederent hoſtibus, inſtabat, quo vel in hoc mundo glorioſam victoriam, vel illo die munere eccleſiaſtico æternam conſequerentur ſalutem. Igitur reſumptis interim viribus, accenſis animis, qui paulo prius cedere videbantur noſtri, fiunt iam hoſtibus intolerabiles. Illi vero cum è faucibus præda videretur eripi, ſimulque pudet modo terga dare, qui ante ſe vidiſſent fere victores, inſtare acrius: vnde duriſſimus cunctis aciebus, mixtimque ingruit conflictus, quique hoſtem ferire, & inſtare pro viribus. Aquilanorum autem non tam voces iam audiebantur, quam audaces eorum manus ſentiebantur; & regio illa omnis morientium gemitibus, concurrentium armorum colliſionibus, horrendo mugire boatu. Capitur interim à noſtris Braccianus Dux Nicolaus Piccininus, qui pene ſtatim euadit cuſtodiam. Deluſus Braccius iam, & labore defeſſus, & animi anxietate correptus, ita fuerat raucus effectus, vt nec ipſe clamare, nec ab aliis audiri poſſet. Annuebat tamen enſe, militibus ſuis inſtanter, nec erat iam qui vellet parere. Aquilani namque vocibus, telis, vulneribus vrgere atrociter: quapropter Petrus Iampaulus ſua cohorte, & Comes Populi, qui primum commiſerant à Braccianis, cum focillatu rediiſſent, viderentque Aquilanorum audaciam, quia aut forte mori, aut vincere ſunt parati, fuiſſentque alias eorum experti congreſſus, cæteros inſuper hoſtes longe alacriores aduerterent, quam in ipſo pugnæ initio extiterint, ſatius cenſent inde fugere, quam ibi inutiliter mori. Vnde ipſi cum ſuis prout quiſque poterat diffugere huc, atque illuc. Quod vt Braccius agnouit ſe proditum, victumque, iterum congemuit, qui cum quidam è ſuis, fugam arripere ſuaderet, nolle reſpondit: ſed in ſuo malle ſe mori vexillo. At Nicolaus Verterius cum Cattamelato, quia nimmis teſerios ſe nouerant, non cum Braccio commori volunt, ſed fugam accelerant, & Ocre ſe recipiunt. Tandem multi è Braccianis, qui rem non nouerant, cum vellent ad refocillandum trans flumen ſe recipere, ab Aquilanis vada cuſtodientibus trucidati deperiunt: inter quos Ioannittus Aquaſpartanus ex Braccianis Dux occubuit. Aſt Micchelottus vnus è Ducibus noſtris callidus ingenio, videns globum quendam procul in campis, & è pugna illuc hoſtes defluere, quidnam id eſſet armigero mandat inquirere; qui diligenter perſpecta re quamprimum redijt, & globum quidem ſarcinas eſſe, & quos præmiſimus hoſtes fugiſſe perdocuit. quo audito Micchelottus domino Iacobo Duci mandat referri: quæ vbi Duci patuere, ac cæteris, tumultua exoritur: inſultantes exclamant omnes Aquilani ad profligandos Braccianos, carnes ex eis expoſtulant, morteſque crudeles. Braccius forte ſecum tunc ſuum deplorabat exitium, & eos qui fugerant accuſabat, & fortunam, quam ſemper pene ſenſerat ſecundam: mirabatur autem Aquilanorum ferocitatem, & conſtantiam, maxime cum idem Bononiam, Peruſiam, Tudertum, aliaque loca aliquando ſuperaſſet, & talia multa huiuſmodi componens (vt credi poteſt) animo fluctuabat. Sed acclamationum nouitate commotus cucurrit ad ſuos, eia, inquiens, filioli, eia, viri fortes, nolite victoriam, quam iam manibus tenetis, derelinquere, fortiſſimi viribus nolite vocibus pauere, & his dictis ſigna mouit in hoſtes maximo, & intolerabili illos propellens impetu. Sed ſtatim Antonutius Camponiſcus affuit, & cum ſuis Aquilanis lanceis, contis, ſcorpionibuſque armatis, Braccianorum irrumpit cuneum auxiliantibus ſequentibus militibus. Quantis vero ibi fuerit viribus, qua indignatione animi, quave ſtrage dimicatum, quis poterit verbis exponere? nullo iſto conflictu, inſidiæ, ſtratagemata nulla, viribus legitime eſt actum. Denique noſtri acto cuneo, vexilla impetunt, conſequuntur, proſternunt, atque dilacerant. quo viſo Braccius ſolum ſe extruit è turmis, & ad flumen properat, ſed vada reperiens ab Aquilanis obſeſſa, quo ſe vertat ignorans, mœſtus, laſſuſque, huc atque illuc errabundus accedit. At noſtri aliud maius vexillum, quod adhuc ſuo intactum permanebat præſidio, plurima aggrediuntur multitudine, committunt, dimicant, viriliter tandem ſuperant, diripiunt vexilla, & Vgolinum Marcerium capiunt, cunctos vndique fugant, denique exultantes exclamant, regio omnis intonuit à clamoribus eorum. Miles autem quidam, Durandus nomine, aduertit Braccium, cognouitque hominem ſingularem circa flumen errantem cum rapido impetit curſu, quem vt Braccius euadat flumen tranſnatar, ſed cum iam feſſis viribus animo defeciſſet, Durandus eum in ipſa aluei crepidine conſequitur, ac vt deditionem faciat efflagitat, euadatque, à quo Braccius cui ſe vellet virum tam celebrem dare manus ſciſcitatus, Durando Iacobo Caldoræ reſpondente, eius (inquit) fateor me fore captiuum, tantum precor ſeruato me viuum, & caute ad virum ducito, ſpondet Durandus. Idque perficere totis viribus dabat operam: verum Leonellus quidam ciuis Peruſinus, qui diu Braccio ſeditioſo fuerat inimicus, odio, eoque olim pulſus è patria quatuor armigeris ſtipatus affuit extemplo ſitibundus Braccii necem, quibus Durandus cum nequiret obſiſtere, vnus eorum Braccii ſauciat caput, guttur perforat, eum proſternit humi, & iam mortuum ratus equo diſceſſit abducto. Leonellus autem hic ſponte exul iam factus propter ſimultates, quas cum Braccio diu perpeſſus erat, anteaquam cum Braccio dimicaſſet, eodem die coram multis recenſebat, ſe eadem nocte ſomniaſſe, Braccium forti equo prouectum magna inimicorum ſtrage iam facta, ſtricto enſe, in ſeſe cucurriſſe, vt neci eum daret. & dum ictum incuteret Leonellum ſeſe defendiſſe, & eodem tempore, eodemque conamine Braccium in iugulo vulneratum eſſe: ac paulo poſt ex equo deſiluiſſe, & ſeminecem in quoddam tentorium relatum. hoc idem bis, aut ter eadem nocte, quoties ſomno premeretur, ſomniaſſe aiebat. & licet ſomniantis nulla eſſet fides adhibenda, tamen rerum euentus haudquaquam vana inter dormiendum illum vidiſſe comprobat, quod quidem ſomnium audaciam neutiquam minimam Leonello accreuit. & niſi Durandi, & aliorum interceſſiſſet authoritas, è veſtigio illic Braccius ſæuiſſime dilaniatus eſſet: tanto odio, tanta indignatione, & impetu Peruſinus in hoſtem ferebatur; imo grauiter ingemiſcens eos accuſabat qui virum nequiter, pacte

perturbatorem, ſeditioſum, & eum, qui Deo, & hominibus ſemper fuiſſet infeſtiſſimus, & Aquilanorum omnium procuraſſet interitum, ſeruare tentarent. Contra Durandus, præter legem militarem fieri, ſi captus hoſtis viuus non ſeruaretur, præſertim is, qui totius exercitus ſummus eſſet Imperator. Ad hoc accedebat, quod Mathematicus quidam ſenex, aſpectu venerandus, ac barba impexus, eodem die Ioanni Vrſino, Picœnorum præſidi, ab eodem poſtulatus, Braccii prædixit interitum, ſi pugnæ interfuiſſet. Si autem abfuiſſet, glorioſam eiuſdem victoriam vaticinatus eſt. hoc etiam etſi ab initio plurimis riſum peperit, re tamen ipſa veriſſimum fuiſſe compertum eſt. Interim Bracciani omnes terga dare, diffugere, ſalutem quærere: noſtri vero contra in vnum coire, hoſtes inſequi, debilitare, ſauciare, capere, trucidare, conſequi quos poſſunt. Victor autem Dux adueniens, comitibus, eius laudes, acclamantibus, Braccium conſternatum reperit ſolum. Aſtitit ei Durandus, qui Braccii deditionem, & cuncta quæ acciderant cum retuliſſet; fauit miſertus Braccio Iacobus, eumque lenibus verbis demulcens, adhibita cuſtodia defendit, ſcuto impoſitum quodam non longe à Bazano pago ad ſua caſtra iubet deferri. Tunc autem tantus erat animus, & Ducis amor, haud longe in campo Bazanenſi Bracciani adhuc viribus confiſi, milites fere quadringenti; globo congeſto ſeſe cohortantes noſtros debellare moliuntur. quos Aloyſius Sancti Seuerini aggreſſus, vna cum Aquilanis deuicit, ac fugauit, poſtremos quoſque trucidans Paganicam vſque, tanto eſt eos impetu proſequutus, vt applicante eo, illuc hoſtium multi ſtatim deſilirent ex equis, & in murorum foſſas, quo euaderent, ſeſe ducerent præcipites. Sæuiebant nempe Aquilani nulla deditione: quapropter multi vndique ſponte deditionem fecere auxiliariis, ne in ſæuientes manus venirent Aquilanas. Peditibus vero, qui circumquaque fuerant in præſidiis, ſententia fuit, noſtrorum non expectare aggreſſus, ſed diffugere, ac propriæ conſulere ſaluti. Bracciani vero milites, qui Suffium, & Fonticulos obſidebant, audita ſuorum ſtrage, fugam ſtatim ornare, ſuæ quiſque ſaluti proſpicere, eo demum ire properabant, quo fortuna tuliſſet, quorum nonnulli eo ſe recipere conabantur, vbi amicos eſſe cenſebant: confugere aliqui ad Dinum Pium, qui dum in ſpeluncas ſeſe abdere tentarent, à muliere quadam deteguntur. En, inquit, direptores, en proditores, accurrite, dilaniemus. Et arreptis lapidibus audacter in quinque milites impetum fecit; & proſtratis duobus, tantum clamauit, donec cæteri multitudine necarentur, non ſecus eorum cadauera, mulieres dilaniabant, ac ſi venantium præda fuiſſet, memores ſcilicet ignominiæ nequiter acceptæ. Alii eodem modo pariter profuſi in hoſtium manus deuenere, pauci vero vbi Braccias ſeruabatur ſeſe recipiunt, non ignorantes ſe in hoſtium manus incurſuros. Diripiunt igitur victores caſtra, colligunt ſpolia, equos, arma, veſtes, argentum congerunt, & aurum. Tanta victoribus inuenta ſunt ſpolia, vt ſæuiſſimo Duce perempto ipſi contenti fugientes haud longius fuerint proſequuti. At Caldora, vir prouidus cupiens hoſtem acerrimum, ac toti Chriſtianitati famoſiſſimum viuum conſpectui ſeruare Pontificis accito medico, virum, qui eum curare valeret, inquit, cui chirurgus vulneribus inſpectis ſe prorſus curaturum pollicetur, & ſalutem ei omnino fore reſtituendam. quod vbi Comes Franciſcus Sfortia audiuit, acceſſit, & medici manui, qua Braccii caput ferreo ſtylo purgare curabat, manum impoſuit, atque impreſſit, & læſo cerebro paulo momento peſſimus ille tot ſubiacens eccleſiaſticis maledictionibus nequam animam omnium peccatorum ſarcinis oppreſſam euomuit. Hinc ſubito cadauer Iacobi aliorumque Ducum conſilio ſcinditur ferro, & inteſtinis, cerebroque proiectis, reliquum corpus totum ſale perfunditur, & capſa incluſum, Romam Beatiſſimo Papæ MARTINO deſtinatur. Pontifex vero, qui nouerat, eum in excommunicatione, ac tanta vitiorum pertinacia reddidiſſe animam, nec vrbe quidem tam horrendum cadauer dignum exiſtimauit, ſed velut Chriſtianum peſſimum, ac in ignes æternos detruſum, non longe ab Eccleſia Sancti Laurentii extra muros in quadam crypta mandat humari. Aquilani vero, quia noua lux in die hac oriri eſt viſa, collectis ſpoliis, plurimis diebus tripudiis, conuiuiiſque vacantes, deiectos tanta, tamque longa obſidione luſibus quibus valent releuant animos, corpora refocillant: ſiquidem ab orbe redempto anno 1423. die Maii 7. Braccius agrum Aquilanum depopulari, & Aquilanorum caſtella in ſuam deditionem accipere, dieque 13. obſidione vrbem premere cœpit. anno vero 1424. die Iunii 2. in campo Balnenſi profligatus eſt, & à pago Paganico non longe vita priuatus. Hic miſerrimus finis abſtulit virum tot facinoribus illuſtrem. & qui in tot annos toti pene Italiæ formidini fuerat, nunc autem ab eo confoſſus iacet, quem ipſe proculdubio vilipendebat. Nullus quidem arbitratus eſſet, eum, qui tot munitiſſima caſtra acerrime expugnauerat, tot fortiſſimos, & maximos exercitus, magna animi virtute profligauerat, qui Regibus, ſummis Pontificibus, & maximis Principibus terrores ingentes incuſſerat, ſic miſerrime extinctus iacebat. Ceperat vir ille fortis, magna totius exercitus conflictatione cum multis circumiacentibus oppidis munitiſſimum Tudertum, Regem Ladiſlaum, & cum eo Sfortiam non procul ab Aretio poſt acerrimum certamen vna cum ſuis copiis omnibus ad fugam vertit. & vbi Ladiſlaus vires receperat, felici ſemper certamine Braccius victor in caſtra redibat. imo ſi interdum Regis milites vel commeatus comportandi cauſa, vel vt equos paſcerent, aliqua proficiſcerentur, ſtatim multa vigilantia, illos obſeruabat, alios diripiens, alios proſternens, alios captiuos ducens, alios in eorum pene caſtra inſequens, peſſime Regem conficiebat; & ne nocte quidem illum ſomnum, aut quietem aliquam capere ſinebat, tanto impetu, & ſtrepitu ſingulis noctibus eiuſdem caſtra inuadebat, propter quod Rex potentiſſimus ſupplices ſæpe Legatos ad Braccium miſerat ad conciliandam cum illo pacem, inuitatus interdum idem Braccius à Iulio Cæſare Regis Duce, vt ad ſe cœnaturum veniret, iuit quidem Braccius, ſed menſam paratam non inueniens, multos illic Cæſaris milites peſſime affecit, ac equites quinquaginta captos abduxit. Cluſinum agrum late patentem, omni grege, & armento ſpoliauit, nec fuit, qui illius audaciæ ſeſe opponere voluerit, licet exercitus munitiſſimus non procul abeſſet. Turſianum, quanquam multo præſidio munitum, vnius tantum noctis oppugnatione cepit, & tanta erat in hoc Duce celeritas, & præſtantia, vt eadem nocte, quam longa erat, pedeſtri certamine huc atque illuc diſcurrens Caſtellionum expugnauit, & militibus ad diripiendum dedit. hoc idem pleriſque aliis locis effecit, & cum exercitui aliqua ex parte cibum, aut alia militibus neceſſaria deeſſe ſentiebat, ſtatim hoſti detrahere cogitabat, vt ſuis opitularetur, amicorum agros, & alia omnia ſumma cum vigilantia ſeruabat. Senſerunt hoc populi

puli multi, & præſertim dum Interamnem petit: indeque præda abducta in multos menſes ſuos nutriuit. ſenſerunt & Peruſini quam acerrimus hoſtis eſſet Braccius ciuitatis eiuſdem quamquam ciuis; nam ſuburbano direpto in portam impetum fecit, quæ labans ante crebro Braccianis militibus demum ceſſit; & fugato Peruſinorum exercitu, ſexcentos equites captiuos duxit, & magnam ciuium multitudinem, qui Braccianis militibus ſtipendium in multos menſes perſoluere coacti fuerunt. ſic Dux Braccius, quamuis eſſet pauper, numeroſum exercitum ſemper alebat: ac ab illis ſtipendia parabat. Nunquam in agro Peruſino viſus eſt hoſtis, qui tanta cum dexteritate, & animi fortitudine, cuncta perluſtraſſet, quanta Braccius quaſi alter Annibal Pœnus caſtra, & villas ſæpiſſime ſuperauit. in quorum oppidis, & arcibus oppugnandis, vigilantia, celeritate, & taciturnitate ſemper eſt vſus. Nouerunt id Prætolani, Pettamelenſes, & Cattaniani, quibus facilius fuit poſt victoriam, illius amicitiam comparare, quam eiuſdem viribus prius obſiſtere. &, vt Cattamelatus ſæpe recenſuit, nunquam arcem aliquam oppugnauit, quam breui non expugnaſſet: & mirabatur vir ille, qui fieri potuiſſet, vt Aquilani, & quædam Aquilanorum oppidula Braccianorum impetum tam diu ſuſtinere valuiſſent. dum vero cum hoſte manus consereret, vel illam ipſe inuadebat, vel ſi cum ſuis peſſime factum eſſet, tunc ipſe cum paucis extremis viribus adactis in hoſtes irruebat, donec vel frangeret, vel profligaret. veluti Faueotinorum copias paucis, qui ſibi reſtiterant, terga dare coegit. non longe ab Imola hoc idem accidit Micheletto Cotoniolæ, cuius quadringenti equites capti, Braccio in poſterum paruerunt. hoc eodem modo Cæſenatum arx dedit illi: ſic Malateſta ſuos amiſit; ſic Montonenſes ad illum deficiunt; ſic Regis milites, quos non procul à Tuderto, in prima noctis vigilia, ille inuaſerat, dum à ſomno excitantur, & arma trepidi parare feſtinant, captiui ducuntur, & quatuor rapta vexilla referuntur, & in Regis tentorium demum penetratur. Craſſus Venuſious innumeris copiis conſtipatus, Braccianis paucis terga dedit, trecentis equitibus prius amiſſis. & paulo poſt per arcem Bononienſem iter faciens in forum cum exercitu ſeſe contulit, non ſine multorum formidine, & non paucorum interitu. Iiſdem artibus Fortunatum oppidum debellauit, & Franciſchinum Mirandolanum cum multis militibus duobus tantum cohortibus conſtipatus in ſuam ditionem redegit. Si qui vero deditionem feciſſent, ſtatim amplectebatur, & benigne ſuſcipiebat, tanta erat in eo ad ignoſcendum facilitas. teſtari hoc ſunt Mantignanenſes, Ripenſes, Spinenſes, & Pilenſes. multa vero Peruſinorum oppida, & villæ direptæ, & male affectæ fuerunt, quia illi parere pertinaciter neglexerunt. Fruſtra Romæ apud Tybrim fluuium Braccianis viribus, a Romanis obſtatur. quinimo cum illi in ponte propugnaſſent, longa inſtructa cohorte exercitum in prata duxit, & ſubito bana expilauit, captis Romanorum octingentis, & niſi animum alio tetendiſſet, Romanis omnibus facillime imperaſſet. Campanis poſtmodum non mediocrem timorem, ac damnum incuſſit, & niſi plerique deditionem feciſſent, ægerrime cum omnibus actum fuiſſet. Sueſſani namq; & Capuorum villici, dum ſe à Braccianis totum furore defendere poſſe perſuadent, Braccium cum maximo eorum detrimento, intra diruta mœnia miſerrime accipiunt. A Sulmonentibus manus non ilico dantur, ſed dum propugnare nituntur, ſe victos, & expugnatos eſſe fatentur. Tantum [illegible] de huius viri creuerat nomen, vt inuictus crederetur; itaque prouerbio efferebatur. *Forti Braccio nullus obſiſtit*, eo demum deuenerat, vt ſolus Braccius vniceteris Italiæ Principibus præſtare putaretur. & quod magis in homine mirum eſt, homo quam nouus repente in tantas opes, & imperium creuerat. a [illegible] Carthaginenſibus genus ducere cenſebatur. primo à teneris, palæſtræ, & curſui ſe dedit, deinde vbi, ex ephebis exceſſit, ad arma ſeſe contulit. [illegible] dum annum ageret ſextum decimum, duos eius inimicos in foro publico, tertium in via Peruſi. [illegible] intrepido animo trucidauit, biennio poſt, quindecim cataphractis cum præficiunt Feltrienſes. hic à Florentinis numero augetur, & ad eundem modum propria virtute, ſemper in dies, ſummam laudem eſt adeptus, & nunquam ab armis recedens huc demum miſertimum fortuna deuexit. ſic cum fore armis illuſtrem prædixerant Mathematici, & virtute animi præſtantem. nec illi à veritate aberrarunt. [illegible] enim animi virtutes corporis viribus cedebant. adeo enim beneficus erat, vt ſæpe ſe veſte priuaret, vt in amicos aliquid erogaret. & quidquid in bello adipiſcebatur, id omne militibus diſtribuebat, nunquam nummos circumferre ſolebat: nam interdum, dum nihil eſſet quod daret hoſpiti, qui lautum ſibi ſoli conuiuium parauerat, [illegible] ſericum lembum diſſuere cœpit, ne ille de [illegible] conqueri potuiſſet. patet præterea, nullum [illegible] Ducem cuiuſcunque ætatis ſuis militibus [illegible] chariorem fuiſſe; nam natura ſic illum genuerat, vt non minus mitis loquendo, quam mirabilis animi fortitudinem exercendo videretur. nullus pla[illegible]bilior in ſuos, nullus ſeuerior, ſed cum maturitate, & [illegible] cundi tate in omnes, nullus ardentior ad excitandum militum animos in acie. & vbi periculum imminebat, ipſe ſemper primus efferebatur. & vbi plurimum erat laboris, illuc intendebat. patientiſſimus inediæ, vigiliæ, algoris, caloris, & cuiuſcunque incommodi, ſibi gloriam, aliis diuitias comparabat. in negotiis peragendis prudentiſſimus, in conſiliis ſapientiſſimus, in aggrediendo opere celerrimus, ita, vt multa prius ſæpe facta, quam ab eo dicta viderentur. nec vnquam aliquem à ſe abire ſinebat, quin, quod à ſe petiiſſet potiri poſſe ſperaret. & ſi quid interdum rogatus eſſet, quod ipſe ſecum facere neglexiſſet, nunquam ſe nolle prædicebat, ſed caute cauſam [illegible] bat, cur id ſe exequi non poſſe putaret, maximum interea animi angorem præ ſe ferens. ſic dum beneficia negabat, animi liberalitatem, & beneuolentiam oſtentabat. Tanta memoria cæteros antecibat, vt qui ſemel vidiſſet, vel illius nomen percepiſſet, ſemper in poſterum proprio nomine vocitabat. quid? quod nunquam vidit militem, quin ſtatim no[illegible]ſſet, [illegible], an ſub alio militare cœpiſſet, nunquam à ſimulatis [illegible]tibus decipi poterat. Pauperum, & egenorum defenſor acerrimus, otioſorum, & deſidum, ſæuiſſimus [illegible] ſectator, itaque fori conſultores, & oblatratores illos vocitare conſueuerat. Quæ quidem vi[illegible] ad ſummam dignitatem euexerunt. & niſi ſummi Pontificis iuſſa, & mandata neglexiſſet, & ſi ana[illegible] factum nihili duxiſſet, tam miſerum exitium [illegible] tan non deploraſſet. quare non mirum eſt, ſi [illegible] dolore, vel gaudio, varii ſunt affecti, & [illegible] bique cum mœrore permiſſa videbatur hoc tempore quando Braccianis pernicies, Aquilanis [illegible] parta ſentiebatur. Nam qui Braccii partes ſunt ſequuti, tantum Ducem, tot virtutibus ornatum, & natura præſtantem extinctum ingemiſcunt. A[illegible]

ſa diutina obſidione liberatos eſſe lætantur. Condoluere præcipue primi exercitus milites, præſertim Verrerius, Piccininus, & Cattamelatus, quod eorum conſiliis, quę in omni certamine plurimi facere conſueuerat, nunc nulla ſuaſione obtemperare voluerit, imo ea conſilia propulſauerit, quæ rationi magis conſentanea eſſe crederentur. accuſabant pariter eundem, quod in mulieres contra ius, & morem belli atrociſſime ſæuiſſet. & licet milites inſtituiſſet, nę mulierum pudorem macularent: tamen impium, inhumanum, & præter id, quod decet optimum Ducem, viſum fuit, quod inciſis veſtibus miſellas circumduci iuſſiſſet: & ob id hanc calamitatem illum nunc perpeſſum eſſe affirmabant. nam nunquam antehac tali inhumanitate vſus fuerat. vtcunque ſit, magnum quoddam, & mirum viſum fuit, vt virtus huius viri, quæ nunquam vlli ceſſerat, modo conſternata iaceat. & quod magis miſerandum, huiuſmodi equites iudicabant, erat, quod paucos admodum de militum numero viuos reliquerat. periit enim ſimul Dux, exercitus, & præcipue ſtrenuiſſimus quiſque eques. Fuerant enim Aquilam relatæ centum ſupra mille Braccianorum equorum pelles, pręter ingentem multitudinem, quæ fluminis aqua abſorpta fuerat. Grandi etiam mœrore affecti ſunt miſeri captiui, quod cum antequam è vita decederet Braccius, cum poſſit ſanari, nullam opem admiſiſſet; nec illis quærentibus, & rogantibus, vt bono animo eſſet, vnquam reſpondere voluiſſet. nullus inimicorum fuit, qui, cum vidiſſet hos equites tam perdite collachrymantes, & ſeſe miſerrime conficientes, quin & ipſe lachrymis perfunderetur. nam dum quiſque fortunæ mutabilitatem reputabat, & humanarum rerum ſtatum infirmiſſimum, & quid ipſis interdum poſſit accidere, dolore concutiebatur. augebatur tam triſte ſpectaculum, quod milites proprias veſtes dilacerabant, quaſi cum Duce ſpem omnem amiſiſſent. Dum tam miſeri eiulatus, & animi conſternationes omnia complerent, & vndique grauiſſimis gemitibus cuncta reboarent; en Roſſius Dux impiger, & vigilantiſſimus, qui vna cum Iacobo Guelfalliono fratre minore natu, Amyco Pico, & quibuſdam aliis Fonticulis, quo nuper rediiſſe diximus eruptione facta, & vna cum Antonutio ciue Aquilano, qui intrepido animo Suiſſi præſes erat, & omni deditione contempta, viriliter propugnauerat, Iacobum Caldoram, quem ad Cambianam arcem cum ingenti copiarum exercitu, iam perueniſſe diximus, ſeſe contulerat, cum quo conſilio inito, & aciebus inſtructis, rurſus in eandem planiciem deſcenderat ſeruaturus, nom inimicorum aliqui illorſum fugam ornare auſi fuiſſent. nec tantum virum fefellit opinio: nam dum Nicolaus Piccininus, qui, vt ſuperius memoratum fuit, poſt Braccianorum exitium ſeſe ſumma cum celeritate, atque animi calliditate cuſtodia liberauit, illuc forte tetendit, vbi Roſſius fugientes operiebatur: quem vt agnouit Piccininus, ſtatim ad pedes deſiluit, licet fortaſſe ab hoſte facile euadere potuiſſet, verum cum illum antea non minus fortem, quam mitem, & qui nullo negotio ad ſe confugientibus ignoſcere conſueuiſſet: ad eundem modum proſiliere equites circiter quinquaginta, qui cum illo illuc deuenerant, benigno animo ſuſcipiuntur ab hoſte, & non captiui, ſed ſoluti, & tanquam hoſpites recipiuntur. Diſputant tamen hi duo Duces, bene ne an male ſe geſſerit Braccius, in ea obſidione, ac potiſſimum in conflictu. Benignius agi non potuit cum Aquilanis, inquit Piccininus, quando non precibus, non minis, non denique vllis iuribus exorari potuerunt, vt Braccium intra mœnia reciperent, eiuſdemque obtemperarent imperiis: & non ſecus Braccii vires, eiuſdemque formidabilem exercitum ſemper contempſerunt, ac ſi ruſticorum viliſſima cohors in illos impetum feciſſet: nec vnquam ad eum Legatos mittere, de ineunda pace, curauerunt: nec demum verbum vnum amicum ab illis extorquere valuit. quid faceret vir tot alioqui victoriis formidandus, cum flore nitiſſimo, & copioſiſſimo veteranorum exercitu? qui tot oppida munitiſſima debellauerat? qui ſummos Duces, & præcipuos totius Italiæ deuicerat populos, qui Peruſinos, Bononienſes, Hetruſcos, Picenos, ac totam pene Italiam, ſuo imperio obtemperare coegerit? vbi ſe vni ciuitati, eique, vt tunc videbatur, inopi, & inermi contemptui eſſe ſentiebat: vnum quidem, idque maximum erratum admiſit Braccius; quod in oppugnandis oppidulis, & in expugnandis villulis tempus contriuerit: quod ſi meo conſilio vti voluiſſet, ne pedem quidem tranſuerſum ab Aquila dimouiſſet: nam ſi id feciſſet, comportandorum commeatuum via Aquilanis clauſa fuiſſet. à tergo autem vt aggrederentur villici rei militaris omnino imperiti; nihil verendum fuit. Non te, cum noui Piccinine, inquit Roſſius, vt inanes ruſticorum impetus eſſe exiſtimes: non ab re, nec inconſulto vir rei militaris experientiſſimus prius impedimenta, quæ vel fortaſſe eſſent, vel eſſe potuiſſent, remouenda curauit: fœlicior fuiſſet in Aquilam ingreſſus victuis, & amiciſſimis agricolis, ſi ſe Aquilanorum ditioni ſubeſſe ſenſiſſent. memini ego apud Deruttam plurimum detrimenti mihi attuliſſe ruſticos: nam dum noſtrum Braccium inſectari tentaſſem, & duplices cuneos præteruiſſem, circumfuſa paſtorum, & ruſticorum multitudo à latere, & a tergo lapidea grandine, ſudibus præuſtis, & pilis infeſtare, donec deditionem facere compellerer. debuit præterea Braccius maturius perpendere, quantæ eſſent Aquilanorum vires, quæ nec à Regibus quidem dominis debilitari vnquam potuerunt. ſi ab obſidionis initio interfuiſſem, quid mihi cordi ſediſſet communefeciſſem; & noſtros à tanta armorum clade vendicaſſem: & Braccianæ gloriæ pariter conſuluiſſem. Hæc ſecum hi duo clariſſimi viri per planiciem prope flumen, Aquilam verſus equitantes, peragebant, cum ingens fugitiuorum peditum, & equitum multitudo illuc tendere tentabat, quo Piccininum tetendiſſe crediderant. quos vbi conſpicatus eſt hoſtis, & agnouit Piccininus, ille inuadere, hic autem pro viribus eripere conatur: quinimo hic non ablatæ ſibi libertatis, & beneficiorum immemor ſuos cohortari, vt facto cuneo, & magno conamine ac impetu in hoſtes ferantur, nunc de libertate, & vita potiſſimum agi exclamans. Roſſius, vt erat intrepidus, contra, hoſtibus mortem minitari, ſuos inſtruere, acriter pugnare, ac demum cum ſuis ingratum circumuenire, nec prius conquieſcere, donec multorum ſtrage peracta, Piccininum iterum ſub retia duceret, & captiuum duci iuberet. Fugitiuorum circiter triginta, preſſis calcaribus, apertam planiciem, ſumma cum celeritate petebant, & hoſtiles manus iam euaſiſſe ſibi perſuadebant: ſed in traiectu flumiois à Roſſii comitibus deprehenduntur; vbi pene omnes confoſſi remanent. & parum abfuit, quin Antonutius, & Iacobus, quos paulo ante memoraui, flumine abſorberentur, tam acri pugna in fluminis ripa, & interdum in alueo dimicatum fuit: quorum alter in ſiniſtro pede, vulnere accepto, alter vero propter oculum vulneratus diſceſſit. Nec minus interea ad armorum ſtrepitum, & maximum dimican-

mican-

Inter eorum clamorem ingens ruſticorum manus circumfuſa ruit ſpoliatura, videlicet, morientium cadauera; & ſpoliaſſent ſane, ni Dux ſpoliare vetuiſſet. ægre quidem tulit Roſſius, quod Piccininus inconſtanti animo, facile pene deſciuerit, & ſe benigne ſuſceptum minime cognouerit. Cuius quidem ingrati animi vitii cum ab eodem argueretur, ſuum tamen haud aſpernandum errorem diluere, & audacter purgare ſtudebat: verum ſemel, atque iterum fallenti noſtri haudquaquam credendum eſſe ſtatuerunt. itaque ad tentoria vinctum adducunt, commendatum cuſtodibus tradidit Roſſius, vt ad Braccium, quem adhuc viuere arbitrabatur, perduceretur. verum vbi percepit vita illum exceſſiſſe, ægerrime quidem tulit, acriter illos accuſans, quos eiuſdem necis auctores fuiſſe intellexit. Quare ſummum Ducem Iacobum Caldoram ilico conuenit: & multis verbis, ac demum precibus exorauit, vt non inſepultum, vt quidam pertinaciſſime ſtatuerant, desererent, & hac potiſſimum de cauſa, perlatum eſt eius cadauer, vt diximus, Romam: & captiui eiuſdem Roſſii precibus, & auctoritate vinculis leuati, tanta erat in illo viro placabilitas, atque animi fortitudo. Multi ciues Aquilani, & ii præſertim, qui primo loco habebantur, male licet affecti eſſent, & à Braccio, & Braccianis militibus, tamen dum non modica hoſtium multitudo captiua teneretur, tam in tentoria ipſa, quam alio, quo ducti fuerunt, cibum, aliaque neceſſaria abunde comportare iuſſerunt, vt eorum ſæuitiam, liberalitate compenſarent; cuius quidem munificentiæ plerique Peruſini non immemores fuerunt: ex eo namque cum Aquilanis firmiſſimam amicitiam inierunt; & qua potuerunt ope, huiuſmodi beneficia compenſare ſtuduerunt. Leonellum vero, qui primus in Braccium vulnus incuſſit, nullo honore affecerunt, quippe qui eo animo viſus eſt pugnare magis vter viueret, quam vter imperaret. inhumanum quoque Caldoræ viſum fuit, quod dum chirurgus, Braccianis vulneribus medendi gratia, manum admoueret, alter inconſulto eiuſdem manum & ſtylum impreſſiſſet. nouerat enim huius viri virtutem pene inconcuſſam, & quaſi cum nulla conferendam; omnia tamen bene geſta comprobauit: ideoque Aquilanorum ſeruatori gratias immortales agendas eſſe iuſſit. Indicuntur igitur Aquilæ, & vbique per oppida poſtulationes, ſacra templa viſuntur, diuino numini quidquid boni eueniſſet acceptum refertur. & eadem hora, qua tanta, tamque ſæua obſidione ſunt liberati, ſingulis diebus campanæ pulſantur in acceptorum beneficiorum recordationem DEO OPTIMO MAXIMO gratias agentes.

Braccianæ hiſtoriæ finis.

NVllum, quod ſciam, hanc Aquilanorum obſidionem, bellum vniuerſum, quod Braccius intulit, & totam rem geſtam, exactius, fuſius, diligentius, verius, ac fidius narrauit, quam hic auctor, quem aſcribendum curaui: nec quiſquam mihi vitio vertat, ſi tantam digreſſionem meis ſcriptis intertexendam ſim paſſus. Cognoueram enim, nullo meliori modo, nulla faciliori via, me probare poſſe, & lectoribus perſuadere, falſa pene omnia fuiſſe ea, quæ Ioannes Antonius Campanus de hoc bello, & contra Aquilanos ſcripta reliquerat. Credebat enim ille, Braccii poſteros extollere, ſi Aquilanos ſua petulanti lingua depreſſiſſet: quod quidem eſt contra illam regulam, quam ſibi Rhetores potiſſimam delegerunt. vt ſcilicet, ille fortis habeatur, qui fortia vincit, ille ſapiens, qui ſapientes, ille prudens, qui prudentes, ac demum ille virtute præſtans, qui omnis virtute præſtantes ſuperare poſſit. Si enim Braccius viles homunciones, inertes, quos ipſe appellat, paſtores, inſcios militaris artis, & peritia, non modo non vicerit, verùm etiam victus ab illis, & occiſus remanſerit. Quid quæſo laudis, quid gloriæ, tanto viro aſcripſiſſet? recantaret mehercle vir Campanus, ſi adhuc viueret; & palinodiam credo cecinisset, ſi vel hanc hiſtoriam perlegiſſet, vel ſaltem has rationes in mentem ſubiiſſet. Verum facile eſt homines decipi: vbi non ratione, ſed animi impetu, & amore, vel odio feruntur. Nec mirum eſt, ſi vir ille multum à veritate aberrauit: cum & illi, qui Epigrammata eiuſdem Braccii conſcripſerunt, decepti magnopere videantur. cum dicant in quodam verſiculo,

Hoſtili ſcelere Hyrpina procul occubat vrbe.

Dicant quæſo, quænam eſt iſta vrbs Hyrpina? nonne mons Soractes longe diſtans ab illis agris, vbi Braccius occubuit? quod vt manifeſtius pateat, Epigramma integrum hic ponetur. quod quidem Peruſinis, qui quotidie legunt, manifeſtum eſt. eſt enim Peruſii, in æde Diuo Franciſco ſacra, in dextera parte chori, in loco ſublato, vbi tumulus non admodum elegans ex commentitiis lapidibus eſt affixus. Epigramma autem ea parte, qua legi poteſt, ſic habet:

Anno Domini M. D. V.

Exciderat Latiis, bellandi gloria, terris,
Nec pedes ad pugnam, nec fuit aptus eques.
Proh ſcelus, externo populi Duce bella gerebat,
Atque erat externi militis illud opus.
Ereptum Italiæ reddit decus, inclytus armis
Braccius; & ciues reſtituit patriæ.
Hoſtili ſcelere Hyrpina procul occubat vrbe,
Dum Capuæ Princeps Regia ſigna gerit.
Triſtia ſic ſemper miſcet fortuna ſecundis,
Hic patriæ pietas oſſa reuecta locat.

OPINIO

Digitized by Google

OPINIO CCIV.

SVMMARIA.

1 *Dominium rei tacite legata an transferatur ipſe iure in legatarium ſine traditione, ſicut rei expreſſe legata.* & nu. 2.

3 *Legata rei dominium poſt mortem teſtatoris recta ad legatarium tranſit.*

4 *Non tamen debetur, niſi adita hereditate, nec ante peti poteſt.* nu. 5.

6 *Executiue autem pro conſequendo legato agi poteſt, cuius modus refertur.*

7 *Vſura legati etiam à tempore moræ debentur.*

1 DOMINIVM † rei legatæ tacite, non transfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominium rei expreſſe legatę, ſecundum Bart. *in l. 1. col. fin. ff. de legat. 1. & in l. emptor, §. ancilla, ff. de rei vend.* quem ſequuntur Bald. Ang. Florian. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l. ſeruum filii, §. final. ff. de legat. 1.* Dec. *in l. traditionibus, col. fin. C. de pactis.* Bertachinus *in ſuo repertorio, in ver. dominium transfertur, verſ. 9.* Et iſtorum opinionem aſſerit eſſe communem Soc. & Iaſ. *in d. l. 1.* Sed contrariam partem, quod imo dominium rei, tacite, legatæ tranſeat ipſo iure, in legatarium abſque conditione, tenent Imol. Alex. & Aret. *in d. l. 1.* ad quorum fundamenta reſpondent Soc. & Iaſ. *ibi.* Tamen † poſſet interpretari, ac limitari, ni fallor, quando res tacite legata eſſet apud legatarium, tunc quippe transfertur dominium in eum, per text. *in §. interdum, Inſtitut. de rerum diuiſion.* & per id, quod ſcribit Bal. *in l. 1. col. 5. C. communia de legat.* vbi concludit, quod quando teſtator legat rem heredis, tranſeat dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum.

Com. opin.

2

3 In tantum † quod ea, quæ legantur à teſtatore in eius teſtamento, recta via ab eo qui legauit, ad eum cui legata ſunt, tranſeant; *l. Titio herede, in fin. ff. de furtis, & l. legatum, ff. de leg. 2.* Soc. *in tract. fallentiarum, in reg. 221.* vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus, quod legatæ rei dominium à morte teſtatoris tranſit recta via in legatarium.

4 Sed animaduertendum eſt, quod † non ſtatim mortuo teſtatore debeatur legatum legatario, ſed adita demum hereditate, *l. ſi tibi homo, § tum ſeruus legatur, ff. de leg. 1.* Gloſſ. *in d. l. Titio herede.* Ruin. *conſ. 63. in princ. vol. 5.* Matth. Brunus *conſ. 11. nu. 2. vol. 1.* & Caputaquen. *deciſ. 216. nu. 3. in 2. par.*

5 Et † conſequenter legata peti nequeſit vllo modo, niſi prius adita hereditate: imo legatarius nullam admodum habet actionem realem, perſonalemve, vel hypothecariam, niſi poſt aditam hereditatem; ita Nicolaus de Milis *in ſuo repertorio, in ver. legata.* & Barbat. *in rub. de teſtam. col. 65. & ſeqq.* vbi aſſignat etiam varias viuaces rationes, & ponit hoc pro regula cum viginti limitationibus, & eſt textus, quod legata peti non poſſint hereditate non adita, *in l. ſi quis omiſſa, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. & in l. ſi nemo, ff. de teſtam. tutel.*

6 Cæterum † legatarius pro conſequendo legato exetutiue potius, quam iudicio ordinario agere poteſt, vt demonſtrat vtiliter cum ſuo neceſſario apparatu Ioſeph. Ludouici *deciſ. Vmbriæ 23. nu. 1. cum aliis ſeqq. in 1. part.* & ita ſeruatur quotidie in praxi, ſcilicet, quod citetur heres, ad dicendum ſi quid habeat contra inſtrumentum teſtamenti, & deinde ſi nullam habeat exceptionem releuantem, fit citatio, ad dicendum, cur contra ipſum exequi non debeat, & decernitur deinde contra heredem, ita vocatum, mandatum, atque præceptum, vt ſoluat legatum, cauſa cognita, & tunc illud legatum habet abſque dubio executionem paratam, & iudex mandabit voluntatem teſtatoris executioni. vt per Rodericum Suarez *in repet. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudic. in caſu, ſeu notabili, 6. fol. par. 319. & ſeqq. nu. 1. & ſeqq.* & Ang *in Auth. de hered. & falcid. in §. illud quoque, per textum eo in loco.*

Vnde † ſi ante relaxationem mandati, vigore teſtamenti, ſine aliquo vitio, & in publicam formam reaſſumpti, heres eſſet per legatarium interpellatus, conſtitutuſque in mora, poſſet per iudicem, non ſolum expedire mandatum contra eum pro ſolutione legati, pro dote relicti, ſed etiam pro interuſurio decurſo à tempore moræ vſque ad executionem mandati, vt grauiter, ac ſubtiliter tradidit vir ille, immortali memoria dignus, D. Io. Ant. Lanarius *conſ. 28. ſub nu. 19. & conſ. 46.* & Grammat. *deciſ. 103. prope finem.* vbi ait, ita etiam iudicatum fuiſſe in ſacro conſilio, interuſurium dotis, de quo agebatur, ſoluendam à tempore productæ petitionis, prout ita quoque iudicatum fuit in ſacra regia Audientia Barenſi *die 24. Aprilis 1598.* me exiſtente cauſæ tunc Commiſſario, ad fauorem Adriacæ Maureſinæ Tranenſis, contra heredes, & filios Beatricis de Angelis, interuſurium legati rei dotalis ſoluendum à tempore moræ, & ſic motæ litis. & abſoluimus etiam maturiori ſtudio infram *opinion. 1049. Vſura in legatis, lib. 3.* 7

Et ratio ea eſt, quia vt quis in mora conſtituatur, interpellatione opus eſt, *l. ſi ex legati cauſa.* & ibi Doct. notant, *ff. de ver. oblig.* & ſic mora nulla eſt, vbi nulla præcedit petitio, *l. mora, in fin. ff. ſi cer. pet. & l. nulla, ff. de reg. iur.* Ruin. *conſ. 221. nu. 3. vol. 1.* & Natta *conſ. 76. nu. 4. vol. 1.* quæ mora ſemper nocet heredi, *l. locum. §. condemnatio, ff. de tab. exhib.* Doct. notant in *l. vinum, ff. ſi cert. pet.*

OPINIO CCV.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta concubinæ, ſeu meretrici an valeat.*

2 *Meretrici, ſeu concubinæ quis non ſolum donare poteſt, ſed legare etiam in teſtamento, eamque heredem inſtituere, niſi forte in eodem teſtamento fratres eſſent excluſi.* nu. 3.

4 *Querela inofficioſi teſtamenti non intentata intra quinquennium per conſanguineos fratres exheredatos per concubinarium, ſeu fornicatorem, teſtamentum valet, & tenet, & concubina totam hereditatem conſequi poteſt.*

5 *Concubina, quæ eſt alterius vxor, inſtituta heres à concubinario, hereditatem ſibi relictam capere non poteſt, ſed applicatur fiſco.*

6 *Clerici an poſſint donare vel legare concubinis, ſeu meretricibus. Item milites an id poſſint.* nu. 7.

8 *Priuilegia militibus conceſſa ratione prærogatiuæ, & dignitatis, competunt etiam clericis.*

9 *Legatum, ſeu donatio facta à clerico concubinæ pro ſeruitiis ei præſtitis valet, & præſtari debet proportionabiliter, ſecundum ſeruitiorum qualitatem.*

10 *Clerici confeſſioni, quod debeat ſuæ concubinæ centum pro bonis ſeruitiis, vel ex alia cauſa legitima, an ſtetur.*

11 *Meretrix, vel concubina, vel alia turpis mulier non poteſt donare, ſeu legare clerico, ſeu presbytero, & talis donatio, ſeu legatum non valet.*

12 *An querela inofficioſi teſtamenti fratri competat, inſtituto ſpurio, ſeu illegitime nato.*

13 *Spurio an ab extraneo relinqui poſſit.*

14 *Nepos ſpurius, natus ex filio legitimo ſuccedit ex teſtamento, cognatis patris, licet non patri, nec auo.*

15 *Spurii tranſuerſales relinquentibus ſuccedunt, non ſui.*

16 Spu-

16 *Spurius vel naturalis licet prohibeatur ſuccedere patri, non tamen fratri pupillo, etiamſi ex iudicio patris ſuccedere prohibetur, & valet teſtamentum fratris, nec querelæ ſubiacet, in quo filius ſpurius alterius fratris inſtitutus eſt.*

17 *Contraria ſententia, quod ſpurio, vel quolibet illegitime nato, inſtituto, competat fratri teſtatoris querela inofficioſi teſtamenti, verior & receptior eſt.*

18 *Et an tale teſtamentum fratris valeat, & ſolum vſque ad legitimam reſcindi poſſit. & nu. 19. An verum in totum, etiam quoad legata & fideicommiſſa vniuerſalia, reſcindatur. nu. 20. Nec clauſula codicillaris operetur fideicommiſſum ad fauorem ſpurii. nu. 21. & 22.*

23 *Spurius filius clerici legitimatus an remaneat infamis infamia facti. Et an ſufficiat talis infamia, vt querela inofficioſi teſtamenti locum habeat. nu. 24. Item leuis macula. nu. 25. & turpis æſtimatio. nu. 26.*

27 *Plene legitimati, & reſtituti ad primæua iura natura, ſi inſtituti ſint à fratre, an adhuc querela locus ſit. Et an tales legitimati comprehendantur ſub diſpoſitione generali, & veniant appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, & in conditione vel diſpoſitione poſitorum. Et quid ſi qualitas illa legitimationis à teſtatore expreſſa ſit, aut ei nota fuerit. nu. 28.*

29 *Plene legitimatus nullatenus cenſetur turpis perſona, vel vlla infamia, quæ aliquem iuris effectum producat, notatus; quia talis legitimatio tollit omnem infamiam, etiam facti.*

30 *Meretrix, quæ ad meliorem vitam rediit, inſtituta, an locum habeat querela inofficioſi.*

31 *Filia, quæ peccauit in proprium corpus, poteſt per patrem exheredari, & an idem ſit, ſi viuente patre ad honeſtam vitam redierit.*

32 *In filio ſpurio legitimato, an infamia facti adhuc remaneat.*

33 *Plene legitimato an competat querela aduerſus teſtamentum fratris; quia ab inteſtato ei ſuccedere poteſt. & nu. 34.*

35 *Legitimatio plena an tollat omnes effectus infamiæ facti, quoad ſucceſſionem. & nu. 36. & 37.*

38 *Legitimatio filii clerici ſpurii an tollat omnes effectus infamiæ ſeu defectus quoad ſucceſſionem.*

39 *Clericus non poteſt legitimari à Comite Palatino.*

40 *Legitimatio filii ſacerdotis eſt prohibita iure canon. & diuino; nec fieri poteſt deſuper diſpenſatio à Principe ſeculari.*

41 *Diſpenſatio in filio ſacerdotis citationem agnatorum requirit, etiamſi fiat viuente patre.*

42 *Imperator, vel habens poteſtatem ab eo, an legitimare poſſit in terris Eccleſiæ. & nu. 43. & 44.*

1 DONATIO † facta concubinæ ſeu meretrici valet & tenet, non tantum quoad exceptionem, ſed & quoad actionem etiam; & ſic fieri poteſt donatio dictæ meretrici & concubinæ, ſecundum Ang. *conſ. 171 ſuper puncto prædicto pro cuius deciſione videre oportet.* Anch. *conſ. 247.* Rom. *conſ. 43. nu. 5.* Ang. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica, in ver. Donatio, nu. 32.* Ant. de But. *conſ. 14.* & Iaſ. *in l. miles, nu. 16. ff. de re iud.* Bart. & omnes *in l. affectionis, per text. ibi, & in l. donationes in concubinam, in princ. ff. de donat.* Et iſta eſt communis interpretatio Doct. contra Gloſſ. *ibi.* Cōis opin.

2 Quæ † quidem communis extenditur ac ampliatur, vt non ſolum donare quis poſſit meretrici, & concubinæ, verum legare in teſtamento etiam, atque illas heredes inſtituere, vt voluerunt Anch. *in d. conſ. 247. poſt prin.* Ant. But. *in d. conſ. 14.* & Iaſ. *conſ. 37. vol. 3.*

3 Quod limita † non procedere, vbicunque mentionata concubina, ſeu meretrix inſtituta eſſet per concubinarium, aut fornicarium, fratribus conſanguineis exheredatis; quia tunc locus foret querelæ inofficioſi teſtamenti, *l. fratres, C. de inoff. teſt.*

Cæterum † querela ipſa intentari deberet intra quinquennium, alias tranſacto iſto termino teſtamentum valeret & teneret, & concubina totam hereditatem conſequi poſſet, vt conſuluit Ang. *in d. conſil. 171.* 4

Limitatur etiam, † vbicunque concubina ipſa eſſet inſtituta heres à concubinario, qui cum ea aliter matrimonium contrahere non poſſet, ex quo virum habebat concubina, tunc enim non valeret dicta inſtitutio, nec prædictam hereditatem capere poſſet, ſed applicanda eſſet fiſco, vt conſuluit Capra *conſ. 127.* 5

Sed mentionata † communis ita ampliata non haberet locum in clericis, qui non poſſent donare concubinis, ſeu meretricibus, nec eis legare, & donationes, vel legata facta eiſdem non valent, ſecundum Bart. *in d. l. affectionis, & in l. miles, §. mulier, ff. de milit. teſtam.* & Anchar. *in d. conſ. 247.* Abb. *in c. 1. nu. 4. de cleric. egrot.* Angel. *in d. conſ. 171.* Bart. *nu. 4.* & Iaſ. *nu. 15. in l. miles, ff. de re iud.* Dec. *conſ. 132. nu. 1.* Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 39.* & Capyc. *deciſ. 102. nu. 1.* Ioan. de Anan. *in c. de his, col. fin. de ſepul.* Crauet. *conſ. 229. n. 3.* & Ripam *in l. centurio, nu. 19. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſi plagis, nu 13. ff. de verb. oblig.* 6

Quia † quemadmodum donatio, ſeu legatum factum per militem concubinæ, vel meretrici non valet, *l. 2. C. de donat. inter virum & vxor.* & per Gloſſ. & omnes *in l. miles ita heredem, §. mulier, ff. de teſtam. milit.* ita non tenet donatio facta per clericos, presbyteros ve huiuſmodi turpibus perſonis, tanquam milites Dei, vt concludunt Bertran. *conſil. 109 quilibet regulariter eſt arbiter & moderator rei ſuæ, nu. 2. vol. 1.* & memorati Doctores. 7

Siquidem † omnia alia priuilegia militibus conceſſa, gratia prærogatiuæ, & dignitatis, competunt quoque clericis, ſecundum Fulgoſ. *in l. quamuis, C. de iur. & facti ignor.* Gl. & omnes *in d. l. miles, de re iud.* præſertimque ibi Alex. *nu. 3* Iaſ. *nu. 11.* & Zaſ. *nu. 9.* Abb. *in c. 1. n. 3. extra de cleric. ægrot.* Euerard. *in loco à milite armata militia ad militem cæleſtis militia.* Alex. *num. 15.* & Galiaul. *nu. 51. in d. l. centurio.* qui omnes mentionem faciunt iſtam eſſe communem opinionem. Et licet aliqui Doctores *in d. l. centurio.* contrarium ſenſerint, tamen in deciſiuis ridiculoſum foret recedere à dicta communi, tanquam ſacroſancta. 8 Cōis opin.

Bene verum eſt, † quod legatum factum per clericos ipſos concubinæ, pro ſeruitiis præſtitis, valeret & teneret, atque præſtari deberet proportionabiliter ſecundum ſeruitiorum ipſorum qualitatem, & ſic donare, vel legare poteſt presbyter pro bonis ſeruitiis vſque ad concurrentem quantitatem prædictorum ſeruitiorum, vt firmant plerique ex præcitatis Doctoribus, in mentionatis locis, & Afflict. *in deciſ. 101. legatum factum.* vbi aſſerit ita fuiſſe deciſum *in Sacro Regio Conſilio Neapol.* 9

Vnde ſi † clericus fateretur ſe debere concubinæ centum, pro bonis ſeruitiis, vel ex alia cauſa legitima, puta depoſiti, tunc non ſtaretur ſuæ confeſſioni; præſumeretur enim facta in fraudem legis, prohibentis legatum, vel donationem; quia clerici videntes ſe expreſſe donare non poſſe, vt fraudent legem, confitebuntur ſe teneri concubinis ex cauſa ſeruitiorum, depoſiti, mutui, aut aliter. ita Anchar. *in d. conſ. 247.* & ſequitur Dec. *in d. conſ. 132.* & Ripa *in d. l. ſi plagis, col. fin.* 10

Et † aduerte, quod quemadmodum presbyter, ſeu clericus non poſſunt donare, legareve concubinæ, vel alteri mulieri cum eo turpiter conuerſanti, ita 11

S è con-

Digitized by Google

è conuerſo ipſa concubina, meretrix, ac turpis mulier donare, legareque non poſſet clerico, & dicta donatio, aut legatum non valeret, nec teneret; ſecundum Iaſ. *in l. 3. §. ſed quod meretrici, circa fin. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & ita conſuluit Bertran. *in d. conſil. 109. nu. 2. cum alu ſeqq.*

Et quamuis ſatis diu iam hoc ſaxum voluam, tamen deliberaui alia quoque, ſolito ſtudio, ſcitu digna adducere, etiamſi hodierno die humeris tuæ ad id infirmiorem intelligam. Eſt autem inſignis hæc quæſtio, quæ, ſi pro ſua amplitudine tractaretur, in ma-
22 gnum volumen excreſceret: An † videlicet querela inofficioſi teſtamenti fratri competat, inſtituto ſpurio, ſeu illegitime nato. pro cuius reſolutione duas reperio inter Doctores recentiores in hoc articulo repugnantes opiniones; quarum prima ea eſt, quod nullum ius competat fratri querelanti teſtamentum alterius fratris, quia non inſtituit turpem perſonam, *iuxta l. fratres, & l. fratris, & l. ſi pater tuus, C. de inoffic. teſtam.* & text. *in §. ſoror, Inſtit. eod. tit.* cum inſtituit filium ſpurium, alterius fratris, clerici, ſeu presbyteri.
23 Et hoc ea ratione potiſſimum, † quia ab extraneo poteſt ſpurio relinqui, vel dari aliquid quolibet titulo inter viuos, ſtante, quod hoc à lege non prohibeatur. ita Gloſſ. *in § fin. in Auth. quibus modis natural. efficiant. ſui.* cui aſſentitur eo in loco Iacob. de Beluiſio, *col. pen. verſ. quæritur ſeptimo.* & eiuſdem met ſententiæ fuit Ang. de Vbaldis *in eodem § fin. in verſ. ex teſtamen-*
24 *to.* vbi concedit, quod † nepos ſpurius, natus ex filio legitimo, ſuccedat ex teſtamento, cognatis patris, quamuis non patri, in cauo: quia quoad eos, non eſt ſpurius, nec reperitur lege prohibitum, veluti idem opinatus eſt Bal. *conſ. 373. præmittendum eſt, ſub nu. 5. & ſeq. verſ. dicet aliquis quod ſpurius non proprius, ſed alienus,*
25 *vol. 1.* vbi dicit, quod † quando aliquid relinquitur Titio, & eius deſcendentibus, quod veniant deſcendentes ex eo, licet ſint ſpurii, cum ſint relinquentibus tranſuerſales, & ſic quando ſunt ſpurii alieni, non autem ſui, per Gloſſ. *in dict. §. final.* & hanc opinionem ſequitur denuo Bald. *conſil. 140. caſus eſt talis, domina Dalia, numer. 1. & ſequent. volumin. 2.* vbi reſpondit, quod abſque dubio frater legitimus poſſit inſtituere heredem fratrem ſpurium, & teſtamentum ipſius firmiter valebit, & idem voluit etiam Guliel. de Benedictis *in repetit. c. Raynutius, in ver. & vxorem; in verſicul. abſque liberis, il 2. numer. 74.* vbi determinat, quod licet ſpurius patri ſuccedere prohibeatur, non tamen prohibetur ſuccedere fratri, & idem ſenſit Io. Bapt. Caccialupus *in repetit. ad l. ſi qua illuſtris, numer. 86. Cod. ad Orſician.* dicens, quod ſpurii poſſint inſtitui à tranſuerſalibus, & non poſſint eis ex teſtamento, & per ſideicommiſſum ſuccedere. quam ſententiam tenet etiam Iacobus Aricombonus *ad repetit. ad leg. qui ſe patris, numer. 14. Cod. vnde liber.* vbi refert ita Baldum conſuluiſſe *conſilio quinto, volumine primo,* & poſt eundem Aricumbonum, & Io. Lup. Hiſpan. & alios quos refert, iſtam partem in terminis conſulendo ſequitur Rolan. à Valle *conſil. 87. poſt numer. 16. cum aliis ſequentib. vol. 3.* vbi potiſſimum *nu. 26. prope fin.* poſt Bar. quem refert *in l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulg. & pupill.* ait,
26 quod † quamuis naturalis, vel ſpurius prohibeatur ſuccedere patri, tamen non prohibetur fratri ſuo pupillo ſuccedere, etiam ex iudicio patris, vt voluit Gloſſ. *in d. §. fin.* & ſequitur Guliel. de Benedictis *in d. c. Raynutius, nu. 128.* Bal. *in allegato conſ. 140. vol. 2. & in l. eam quam, col. pen. C. de fideicom.* Federic. Petruccius Senenſis *conſ. 57.* in tantum, vt teſtamentum fratris, qui inſtituit filium ſpurium alterius fratris ſui, omnino valeat, & teneat, & nullo modo ſubiaceat querelæ inofficioſi teſtamenti, ac ſi fuiſſet inſtituta turpis perſona, veluti hanc opinionem ſequutus eſt Paleottus *in tractatu, de nothis, ſpuriiſque filiis, capite 55.*

In contrariam vero partem, † quod ſpurius, & 17
quilibet illegitime natus, cum ſit turpis perſona, & infamis infamia facti, quoad omnes effectus, ſi inſtituatur, competat procul dubio fratri teſtatoris querela inofficioſi teſtamenti, inchoauit Azo *in ſumma C. ex quibus cauſis infam. irrog. poſt nu. 4.* quod equidem frequentiſſime ſecuti ſunt Scribentes, & præſertim *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* & nouiſſime D. Hieron Gabriel. *conſ. 30. nu. 1. cum aliis ſeqq. vol. 2.* vbi annectit etiam hanc Azonis ſententiam, quicquid ſcripſerit Paleottus *de nothis, & ſpuriis, cap. 55.* eſſe communem, eamque Rotam Romanam ſæpenumero approbaſſe. Com. opin.

Idcirco † hæc opinione retenta, quæ omnino ſe- 18
quenda eſt, cum parum obſtent rationes, quibus Paleottus mouetur, imo facile illæ ſubuerti poſſint, cum re vera non negetur, quin filius ſpurius fratris poſſit ab altero fratre in teſtamento inſtitui, iuxta Gloſſ. *in d. §. fin. in Auth. quibus modis natural. efficiant. ſui.* & iuxta authoritates, & rationes notatas a Rolan. à Valle *in allegato conſ. 87. poſt nu. 16. & ſeqq. vol. 3.* ita vt teſtamentum validum ſit: ſed negatur, quod ex hoc reddatur falſa opinio Azonis; quia non negatur, ex eadem, teſtamentum fratris, in quo inſtitutus eſt filius ſpurius, alterius fratris non valere: ſed affirmatur, id per querelam reſcindi poſſe, *iuxta l. fratres, C. de inoffic. teſtam.* ita vt verum ſit, quod in totum, & non quoad legitimam tantum, reſcindatur, ſecundum opinionem Gulielmi Cunei, relatam, & commendatam per Bar. *in d. l. fratres, nu. 3.* idque æquius eſt, atque receptius, vt teſtantur Vezinus, & Michael de Graſſis *inter communes opiniones diuerſorum, libro 3. de teſtam. opinion. 19.* quam ſententiam approbauere etiam Salyc. *in d. l. fratres, quæſt. 3.* & Bal. *eodem loco.* Paul. Caſtren. *in l. omnimodo, in prin. C. de inoffic. teſtam.* & conſulendo *conſ. 61. vol. 1.* Quicquid † contrarium illis 19
antiquis temporibus ſenſerit Pariſ. *conſilio 64. numer. 26. volumine tertio,* & ſacrum regium conſilium Neapolitanum, ſecundum Afflict. *deciſion. 125. numero tertio, in fin.* quæ fuit opinio Angel. de Vbaldis *in lege prima, ff. de inofficioſ. teſtament.* ſcilicet, quod in terminis *dict. l. fratres.* frater non impugnet teſtamentum in totum, ſed vſque ad legitimam, quando eſt aliquid relictum: quia non debet eſſe melioris conditionis frater, quam deſcendentes, in bonis aſcendentium, vel econtra. nam, vt demonſtrauimus, hæc ſententia hodie minime ſequenda eſt. & quicquid affirmauerit Paritius, contraria opinio hodie eſt non tantum verior, & æquior, ſed re vera etiam receptior, Vezino, & Graſſo teſtibus, *in locis prænominatis,* quam itidem ſequutus eſt validioribus, robuſtioribuſque rationibus eam comprobans Clarus *de teſtament. quæſtion. 50. poſt numerum tertium, per totam,* vbi ſubdit quoque, quod ſi caſus contingeret, ita conſuleret, & iudicaret: quicquid deinde concordare conetur prædictas opiniones, ita diſtinguendo, an ſit relictum titulo inſtitutionis, vel non, vel titulo inſtitutionis, ſequenda ſit opinio Ang. de Vbaldis. & quamuis diſtinctio hæc rationabilis videatur, tamen ego puto eam minime ſequendam eſſe, cum careat Dd. authoritatibus. Imo hanc ſententiam † adeo veram 20
opinati ſunt Dd. mentionati, vt nec quoad legata, & fideicommiſſa vniuerſalia, tradiderint teſtamentum ſuſtineri, vt referunt Vezinus & Graſſ. *in alleg. opin. 20.*
Quam † opinionem etiã ſemper ſacroſanctã & adeo 21
veram

verum exiſtimaui, vt nec clauſula codicillaris operetur fideicommiſſum, ad fauorem turpis perſonæ inſtitutæ, ſecundum Paul. Caſtren. *conſ. 394. nu. 4. vol. 1.* Ang. de Vbaldis *in Auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* Dec. *conſ. 561. col. 1.* Iaſ. *conſ. 71. in fin. vol. 1.* Ruin. *conſ. 5. col. fin. vol. 3.* Rolan. à Valle *conſ. 87. nu. 12. vol. 3.* vbi de communi mentionem facit. Quicquid contrarium,
22 etiam in hoc, † iudicauerit factum conſilium Neap. ſecundum Afflict. *deciſ. 125. in fin.* & Soc. iun. *conſ. 87. nu. 15. lib. 4.* quorum determinatio ſi his temporibus, quibus creuit numerus ſcriptorum illuſtrium, iterum trutinaretur, vtique, abſque vlla difficultate iudicaretur, determinaretutque contrarium, ſecundum priorem opinionem magis, magisque communem. veluti vltra præallegatos teſtantur Cæſar Vrſillus *in add. Afflicti deciſ. 125. nu. 2.* Gozadin. *conſ. 85.* Beroius *conſ. 26. nu. 36. vol. 2.* & alias non obſcure abſoluimus infra *in opinione 865. Teſtator quemadmodum poteſt, nu. 23.* Quamobrem ad rem noſtram redeundo, hodie hæc opinio ſine vllo dubio verior, roboratior, atque receptior eſt, quod ſpurius, vel quilibet illegitime natus, cum ſit turpis perſona, & infamis, ac penitus notatus infamia facti, quoad omnes effectus, ſi inſtituatur, competat ſine ſcrupulo fratri teſtatoris, querela inofficioſi teſtamenti, ſecundum opinionem Azonis, quam non ſemel tantum more ſuo religioſe, ſed pluries approbauit Rota Romana.

23 Cæterum † vbicunque eſſemus in ſpurio, filio clerici, legitimato, in quo non eſt legitimatio plena, nec reſtitutio ad iura primæuæ naturæ, tueri certe poſſet nonnullorum opinio, qui opinati ſunt, etiam legitimatum remanere infamem infamia facti, ita vt ex ea ſequantur aliqui effectus, ex his, quos de iure, infamia huiuſmodi producit, de quibus Gloſſ. *in l. nec vilem, C. de inoffic. teſtam.* quia huius generis legitimationes, ſeu diſpoſitiones non plenæ, ſed limitatæ, non ſunt ſufficientes ad ſubmouendos effectus infamiæ facti, niſi expreſſe tollantur.

24 Et ad hoc, † vt locum obtineat diſpoſitio *d. l. fratres.* ſufficit, vt ſcriptus heres notatus ſit infamia facti, iuxta Gloſſ. vulg. *eo in loco*, quam omnes Scribentes ibidem vniuerſaliter ſequuntur. Cõis opin.

25 Et † præter infamiam, vel turpitudinem ſufficit etiam, quod leues maculæ non aſpergantur, vt inquit Imperator *in hac eadem l. fratres.* & intelligitur tunc contrahi infamia facti, *l. honori, & l. liceт, ff. de obſeq. libert. c. ſunt plurimi, 6. q. 1.* notat Gloſſ. *in c. infamis, §. porro, 3. q. 7. & in l. ea quæ, & ibi bonus textus, C. de his qui not. infam.*

26 Imo † ſufficit etiam turpis æſtimatio, ad incurrendam infamiam, ita vt habeat locum text. *in d. l. fratres.* vt eleganter reſpondit, explicauitque Natta *conſ. 478. nu. 21. cum ſeqq. vol. 3.* vbi itidem teſtatur, ita ſe aſſidente fuiſſe iudicatum *in Rota Mantuana.*

27 Quocirca † remanet dubitatio in his, qui plene legitimati ſunt, & reſtituti ad primæua iura naturæ. in his itaque, quamuis receptius ſit inter Doctores, tam legendo, quam conſulendo, quod vbicunque dubitatur, verum ſub diſpoſitione aliqua generali legitimati comprehendantur, & veniant appellatione filiorum, vel filiorum legitimorum, & naturalium, aut in conditione, vel diſpoſitione poſitorum, regulariter ex voluntate diſponentium minime veniant. Quia veriſimile eſt, eos intellexiſſe de legitime natis, niſi ex coniecturis, & veriſimilitudinibus, ex verbis, & aliis diſpoſitionibus, & qualitate perſonarum collectis, contraria voluntas diſponentis colligatur. Cõis opin.

28 Sed cum † agitur de diſpoſitione, facta expreſſe, & nominatim, fauore certæ perſonæ legitimatæ, ab eo, qui eius qualitatem notam habuit, ita vt ſit certa, tunc ſolummodo dubitari contingit, de poteſtate, & habilitate. cum igitur huiuſcemodi habilitas requiratur ad eſſe tempore actus, vt notant Scribentes in his terminis *in l. arenam, C. de inoffic. teſtam.* ſi quis legitimatus nunc plene reperiatur, non erit amplius ſpurius, ſed vere legitimus, & per fictionem legitime natus, ſecundum Alex. *conſ. 2. vol. 1.* & Natt. *conſ. 624. nu. 5. vol. 3.* & ſic legitimatus plene inſtitui poterit, præteritis fratribus, ita vt hereditas non poſſit ab eo, per querelam inofficioſi teſtamenti, auferri.

Et opinio hæc reipſa non caret rationibus robuſtiſſimis. quia † plene legitimatus non eſt vllatenus 29
turpis perſona, neque infamis aliqua infamia facti, ex qua aliquis naſcatur iuris effectus: cum ex hac legitimatione tollatur ſine omni dubio omnis infamia, etiam facti, quoad effectus iuris, atque ad famam reſtituatur, ita Bal. *conſ. 146. col. 2. vol. 1.* & Alex. *in l. ex facto, nu. 21. ff. de vulg. & pupill.* Sicut nec † contra 30
meretricem, quæ ad bonam vitam, melioremque frugem redit, (in qua remanet infamia illa facti, quæ vix à Deo ſolo tolli poteſt, vt exprimit Bal. *in l. Caſſius, ff. de ſenat. in fine.*) ſi inſtituatur, præteritis fratribus, querela inofficioſi teſtamenti datur, vt poſt alios concedit Iaſ. *in d. l. in arenam, nu. 5. & in d. l. fratres, nu. 6. limit. 5.* quia cum ſe correxerit, non debet reputari turpis perſona, ita Iaſ. *in Auth. non licet, col. 1. C. de liber. præterit.* & Ripa *in repet. l. fin. nu. 223. & ſeqq. C. de reuocan. donat.* qui dicit etiam hanc eſſe communem opinionem. Cõis opin.

Et quamuis præcitati † Doct. loquantur in filia, 31
quæ peccauit in corpus ſuum, quæ licet poſſit per patrem exheredari, vt eſt textus *in l. ſi filiam, C. de inoffic. teſtam.* tamen, ſi viuente patre ad honeſtam vitam fuerit reuerſa, & pœnituerit, Doctores vnanimi voto omnes conſentiunt, quod non poteſt per patrem exheredari, & præſertim Bal. *eo in loco*, Alex. & Ripa, *nu. 71. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Plotus *conſ. 1. nu. 23.* Campegius *in tract. de dote, quæſt. 13. in fin.* Io. de Amicis *conſ. 91. nu. 6.* & iſtam communem approbauimus etiam infra *in opinione 308. Filia quæ peccauit in corpus ſuum, nu. 4. & ſeq.* C opin.

Idcirco multo minus in propoſito dari poteſt querela, ſi filius ſpurius legitimatus inſtituatur, qui nunquam demeruit, † licet etiam in ipſo ſimilem in- 32
famiam facti remanere, affirmari poſſit, prout in terminis, hiſce rationibus vtitur quoque Hieronym. Gabriel. *conſil. 30. numer. 9. & ſequentib. volumin. 2.* qui vltra hæc annectit etiam, quod ſicuti turpis perſona, vel ſimili infamia facti notata, quæ locum facere poſſit diſpoſitioni *d. l. fratres.* non poteſt ipſa, ſi præferatur à fratre, de inofficioſo teſtamento agere, vt per Iaſonem *in allegata leg. in arenam, numer. 5. & in fin.* Sed plene † legitimato competit querela aduerſus teſta- 33
mentum fratris, cui ſuccedere ab inteſtato poteſt, vt tradidit Curtius iunior *in leg. 1. numer. 5. ff. de inofficioſ. teſtament. & conſil. 37. numer. 4.* Salycet. *column. 1.* & Iaſ. *numer. 6. limitation. 4. in dict. leg. fratres* dum volunt, legitimato non dari querelam, ea ratione; quia ius agnationis, & ſuccedendi, quoad fratrem, non conſequitur. & ſic aſſentiuntur expreſſe dari, ſi ius agnationis, & ſucceſſionis, etiam quoad fratrem, conſequatur: & conſequenter non excludi à querela, propter infamiam facti: prout ita demum veriſſimum eſt, quod legitimatus non eſt infamis illa infamia facti, quæ neceſſaria foret ad effectum querelæ.

Nec vllatenus † in præſentiarum diſturbat illa 34
obiectio, quod etſi legitimatione tollatur turpitu-

do, tamen minime tollitur infamia facti, quæ à Deo ſolo tolli poteſt, vt per Tiraquellum *de conſtit. poſſeſſor. part. 3. limitation. 7. numer. 10. & in tractat. ceſſant. cauſ. limitation. 12. numer. 12.* & Guliel. de Benedictis *in c. Raynutium, numer. 28. de teſtam.* quia reſpondit Hieronym. Gabrielius *conſil. 30. poſt numer. 16. volumin. 2.* quod ad effectum, de quo agitur, non eſt attendendum factum ipſum, quod infectum reddi non poteſt, ſed eſſe attendendos effectus, quos infamia facti ex diſpoſitione iuris producit, qui omnino tolli poſſunt, ſecundum Baldum *in dict. leg. Caſtiu.* Quos effectus ſi-
35 miles † tollit ipſa legitimatio, quod ſufficere debet, quia ſatis eſt, plene legitimatum eſſe habilem ad ea, quæ ſunt iuris ciuilis, vt explicat Natta *conſil. 624. numero quinto, volumine tertio.* quia, quoad effectus iuris, vt eſt ſucceſſio, tantum habet roboris, vt omnes maculas penitus tollat, *l. imperialis, § itaque, & §. nam omni macula, Cod. de nupt.* & Rolan. à Valle *conſil. 67. num. 19. vol. 3.*

36 Quocirca, † ex allegatis rationibus perſpicue liquet, quod, quoad effectum præſentis ſpeculationis, & omnes etiam iuris effectus, legitimatus non ſit infamis, & poſſit etiam, excluſis fratribus, irreuocabiliter inſtitui. quæ opinio, non tantum, veluti ſuffulta optimis rationibus, veriſſima cenſetur; ſed etiam ho-
Cōa opin. die communiter recepta, ac complurium Scribentium authoritatibus vallata eſt: quia eam ita in terminis ſequuntur Curtius iunior *in leg. 1. numer. 1. ff. de inofficioſ. teſtament. & conſil. 37.* Gozadin. *conſil. 85. num. 20.* Bald. *conſil. 146. volumin. 1. & conſil. 363. volumin. 5.* & Rolan. à Valle *conſil. 67. numer. 36. & 39. volumin. 3.* quos refert, & ſequitur in terminis terminantibus Hieronymus Gabrielius *in prænotato conſilio 30. numer. 21.* qui addidit, ita eſſe de mente Salycet. & Iaſon. *in dict. leg. fratres.*

37 Hac † igitur opinione retenta, tamquam probatiſſima, atque veriſſima, in iudicando, & conſulendo ea ſequenda eſt; & nihil vrget contraria opinio, quod ſcilicet de legitimato, quoad diſpoſitionem *d. l. fratres.* idem iudicandum ſit, quod de ſpurio, quam ſententiam tenuit Berous *conſ. 54. vol. 2. & in c. in præſentia, nu. 331. de probat.* nam ea ſolitaria remanet, vt animaduertit Hieron. Gabriel. *in d. conſ. 30. poſt nu. 22.* ita vt Berous decipiatur, dum innititur authoritati Baldi, & Alexandri, qui nullibi opinionem iſtam ſecuti ſunt.

38 Poſtremo, admiſſa † huiuſmodi opinione, tamquam ſacroſancta, atque receptiſſima, ea tamen coarctanda eſt, ſi legitimatus eſſet filius clerici: tunc enim legitimatio filii ſpurii ipſius clerici, fieri non poteſt, nedum à Comite Palatino, ſed nec etiam ab ipſo Imperatore, in eius propriis aula, & petente etiam patre, ſecundum opinionem Benedicti de Plumbino *in vna diſputation. incip. ſtatuto Piſano.* Baldi *in l. 1. C. de natur. liber.* Alex. *conſ. 8. vol. 2.* Soc. ſen. *conſ. 65. col. fin. & conſ. 47. num. 20. volum. 3.* Soc. iun. *conſil. 58. col. 3. volum. 2.* Dec. *conſil. 338. numer. 6. & conſil. 150. numer. 4.*
39 vbi explicite decidit, † quod clericus non poſſit legitimari à Comite Palatino, ex quo clericus ipſe non poteſt prorogare iuriſdictionem, etiam voluntariam laici, & ſic Imperatoris, vel habentis poteſtatem ab eo.

40 Vnde cum † ſimus in legitimatione filii ſacerdotis, quæ eſt prohibita à iure canonico, & diuino, quia cum patre nullo modo poterat eſſe matrimonium: idcirco iſta eſt diſpenſatio, non autem legitimatio, quæ fieri minime potuit à Principe ſeculari, vt tradit Pariſius *conſilio ſecundo, numer. 22. volumine ſecundo.* Et
41 hoc † ea ratione iuſtificatur, quia talis diſpenſatio citationem agnatorum requirit, etiamſi ſint viuente, & petente patre, ita Ancharan. Curt. Calderin. Soc. Iaſ. Dec. & Crotus *in locis allegatis à Pariſ. in dicto conſilio 2. numer. 26.* ita vt ex his appareat impoſſibile eſſe eam exerceri per Comitem Palatinum in terris Eccleſiæ, vt per Pariſium *eo in loco, numer. 25.* & per Corn. *conſilio primo, columna ſexta, verſicul. non obſtat, vol. 3. & conſ. 9. vol. 4.*

Cæterum † opinio iſta Benedicti de Plumbino 42
magis communiter reiicitur, & contrarium verius eſt, atque receptius; quod videlicet Imperator poſſit legitimare, vel habens poteſtatem ab eo ſubditum, etiam in terris Eccleſiæ, ſecundum aliam opinionem Iacobi de Beluiſo *in Authent. quibus modis natural. efficiant. ſui.* Io. And. *in c. per venerabilem, qui filii ſint legitim.* Bar. *conſilio 75. numero quarto.* Angel. de Vbaldis *conſilio 350. numero quinto.* Paul. Caſtren. *conſilio 125. numer. 4. volumin. 2.* Calderin. *conſil. 4. qui filii ſint legitimi.* Dec. *conſil. 307. nu. 6. conſ. 207. nu. 7. conſ. 52. num. 2. & conſil. 150. column. 2.* Bertran. *conſ. 26. num. 10. vol. 3. in nouis.* Capra *conſil. 2. column. 5.* & Pariſ. *conſ. 1. nu. 8. vol. 2.* vbi ait, hanc opinionem eſſe magis communem, cum ſit le- Cōa
gitimatio ipſa ad inſtantiam patris, & eam ſequuntur opin.
Martin. Laoden *in tract. legitim. nu. 96. cum ſeqq.* Nicol. de Vbaldis *de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. 12.* Ant. de Roſellis *in tractat. de legitim. nu. 31.* Gozadin. *conſ. 48. nu. 2.* Fulgoſ. *conſ. 168.* & perilluſtris D. Reſtaurus Caſtaldus dulcis memoriæ præceptor meus *in tract. de Imperatore quæſt. 102. nu. 4.* vbi teſtatur etiam eam eſſe communem.

Et † quamuis non deſint Scribentes, qui legen- 43
do, conſulendoque contrariam ſententiam exiſtimauerint veriorem, vt fuerunt Iacobus Butrigarius *in lege prima, Cod. de iure annul. aureo, libr. 11.* Bartol. *in l. qui in prouincia, de ritu nuptiar. ff.* Panormitan. *in c. venerabilem, qui filii ſint legitimi.* Innocen. *in c. paſtoralis, de offic. ordin.* Felin. *in c. audiens, de præſcript.* Afflict. *in c. 1. ſi de feud. fuer. controuerſ.* Lucas de Penna *in leg. eos, numer. 65. Cod. de his qui ſponte, libro decimo.* Rebuffus *in tractat. de priuileg. ſcholar. quæſtione octaua, priuileg. 3. numero primo.* Ludouic. de Sardis *de naturalibus liberis, quæſt. 10. nu. 21.* imo plures ſunt etiam conſulentes, qui eandem opinionem ſequuti ſunt, Alex. *conſ. 67. vol. 1.* Paul. Caſtren. *conſ. 343.* Ancharan. *conſ. 320. num. 2.* Corn. *conſ. 10. & 28. vol. 3.* Soc. ſen. *conſ. 357. nu. 14.* Curt. ſen. *conſ. 73.* Iaſ. *conſ. 70. vol. 3.* Chaſſaneus *conſ. 31. nu. 16.* Signorol. de Homodeis *conſ. 221. col. antepen. verſ. præterea.* Rota Romana *deciſion. 1. qui filii ſint legitimi, in nouis.* ob quas equidem authoritates, nouiſſime cauſa propoſita in eadem met Rota, in vna Romana hereditatis, de Soderinis, coram Capiſucco *die 14. Nouembris 1552.* ob tam magnam Doctorum varietatem, Domini de Rota nihil reſoluerunt, ſed vt narrauimus, quicquid præcitati Doctores affirmauerint, ac quicquid Rota ipſa dubitauerit, prior opinio contra Benedictum de Plumbino verior iudicatur, & ſine dubio hodie receptior, vt contraria minime attendenda ſit. & tanto magis id procedit ſine difficultate, vbicunque eſt facta legitimatio non ſubditi, de conſenſu patris, ab Imperatore, vel ab alio, habente facultatem ab eo, etiam in terris Eccleſiæ.

Idcirco † hoc caſu ſatis manifeſte apparet, opi- 44
nionem iſtam eſſe ſtabiliſſimam, receptiſſimamque, vt minime de ea hodie dubitandum ſit in deciſiuis, actuque practico, quod huiuſmodi legitimatio valeat, ſecundum Iacobum de Beluiſo *in Authent. quibus modis natural. efficiant. ſui, columna ſecunda, in princ. & in diſputation. incip. pater habens filium.* Quam opinionem patet etiam veriſſimam eſſe in foro

facet-

ſacerdotis, vt ſcilicet filius ſacerdotis poſſit à Comite Imperiali legitimari, petente patre, vt probauere Calderinos *conſ. 3. in fine, qui filii ſint legitim.* Bal. *in l. & ſi contra, in verſ. ſed nunquid imperator, C. de nupt. & in Auth. quib. mod. natural. efficiant. ſui, §. fin.* Io. And. & Præpoſitus *in c. per venerabilem, §. qui aut. col. 74. & ſeq. verſ. decimo facit, qui filii ſint legitimi.* Paul. Caſtren. *conſ. 226. col. 2. ſecundum antiquam impreſſionem.* Dec. *conſ. 150. nu. 15. & conſ. 258. nu. 10.* Soc. ſen. *conſ. 47. nu. 36. vol. 4.* quas binas opiniones, vt ſupra ſtabilitum, ſuſtentatumque eſt, hodie puto ſine difficultate aliqua admittendas eſſe, velut in terminis, in ambabus opinionibus ipſis, atteſtante Verallo *deciſ. 146. in fine, in 2. parte*, domini Auditores illius temporis remanſerunt in deciſis, quoad hoc, quod Imperator poſſit non ſubditum in terris Eccleſiæ, de conſenſu patris legitimare, & pariter filium clerici, vt ita demum fuit reſolutum *die 14. Nouembris 1552.* coram D. Capiſucco in cauſa Romana hereditatis dominorum de Soderinis. Et quamuis in hac opinione ſecunda dubitauerit Rota ipſa Romana, tamen ſecundum eam ita fuit ſimiliter deciſum, poſt duas poſitiones, *per conſilium Baldi 763. volum. 5.* atteſtante Verallo *deciſ. 148. & ſequenti, in 2. parte*, quod clericus filius clerici legitimari poſſit ab imperatore, vel ab habente cauſam ab eo, patre petente, etiam in terris Eccleſiæ.

OPINIO CCVI.

SVMMARIA.

1. *Mutuam petenti pecuniam, ſi ea numeretur non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis, an donatio vel mutuum cenſeatur.*
2. *Si Princeps concedens alicui feudum, vtatur verbis,* donamus, damus, & tradimus, *aliiſque ſimilibus donationem importantibus, an libera donatio cenſenda ſit, vel conceſſio feudalis.*
3. *Contractus ex eo de quo magis participat, & ex forma, cenſendus eſt nu. 4.*
5. *Verba vel pactum in contractu appoſitum, ſi non ſint contra eius ſubſtantiam, eum non vitiant.*
6. *Beneficia Principis latiſſime ſunt interpretanda.*
7. *Forma omiſſio maior eſt, quam materia, eiuſque omiſſio in qualibet minima parte, vitiat actum.*

1 Donatio. MÆVIVS † petiit mutuum à Titio, qui ad huiuſmodi requiſitionem ipſi numerat, non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis, hæc numeratio tunc ratione diſſenſus inter partes non erit donatio, nec mutuum; verum ſi pecunia conſumpta ſit, erit quidem credita pecunia ipſa, & obſtabit Titio in repetitione facienda, exceptio donationis ſcilicet, quod pecunia intentione, & animo non repetendi conſumpta ſit, *l. ſi ego, ff. ſi cer. petat.* Cæterum ſi adhuc extaret pecunia numerata, tunc quoque tradens, cenſeretur tradere animo non repetendi, & ſic re ipſa exſtante, videretur voluntate, tam dantis, quam recipientis, reconciliari poſſe donationem, & eidem Titio repetenti præfatam pecuniam, obſtaret exceptio doli, & tali exceptione is reiiceretur, ſecundum Gloſſ. *in ver. conſumpſerit.* Bart. Ang. Caſtren. Alex. *ſub num. 4.* & Dec. *in d. l. ſi ego.* Et licet Cyn. Rayn. Bald. Odofredus, Oldradus, Fulgoſ. & Iaſ. *ibi ſub num. 5.* ſentiant contrarium, quod res ipſa donata adhuc extans, repeti poſſit; nihilominus prima opinio Gloſſ. & ſequacium apparet quam manifeſtiſſime Com. opin. magis communis, teſte Couarruu. *in regul. peccatum, de regul. iur. lib. 6. in princip. 2. relectionis, ſeu partis, fol. parmo 49.* & eam ſequitur etiam Raphael Cuman. Paul. Caſtr. & alii *in l. ſi tibi dederim, ff. de donation. per text. ibi.*

Non vulgaris † etiam eſt quæſtio, ſed practicabilis, & apud grauiſſimos feudorum interpretes perdifficilis, & ardua, ſi Princeps concedit alicui feudum, & in ipſa conceſſione vtitur verbo, *donamus, damus, & tradimus*, & aliis ſimilibus importantibus donationem, an libera donatio cenſenda ſit, vel potius feudalis conceſſio? Importantiam quæſtionis huius nemo eſt qui neſciat, cum vnuſquiſque pro comperto habeat, qua iuris diuerſitate teneantur hi duo contractus feudi, & donationis. Prima itaque facie videtur dicendum, quod ſit feudalis conceſſio nuncupanda. 2

Primo, quia in † dubio attendi debet id, de quo magis participat contractus, & ſecundum illum cenſeri, ſicut dicitur de donatione cauſa mortis: nam quando eſt facta mentio mortis, dicitur donatio cauſa mortis, textus eſt *in l. Seia, ff. de dote præleg.* & notatur *in l. qua dotem, ff. ſol. matrim.* ſed in tali conceſſione reperitur verbum, *inueſtimus.* ſimiliterq; *retentio ſeruitii feudalis*, ac de feudo eſt facta mentio, merito igitur conceſſio erit feudalis. 3

Secundo, † quoniam in tali conceſſione adeſt inueſtitura, & vera forma feudi, & contractus feudalis, dum dicitur, quod non velit alium recognoſci ſuperiorem, & licet reperiatur verbum *donamus*, nihilominus adeſt forma contractus, quæ forma dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe, *l. Iulianus, § ſi quis rem, ff. ad exhiben.* qua forma ſeruata, actus dicitur in eſſe deductus, & perfectus, *l. Mæuius cum ibi notatis, ff. de cond. & demonſtr. & l. non dubium, à contrario ſenſu, C. de legib.* Iaſ. *in l. cum his, §. prætor, ff. de tranſact.* & Rol. *conſ. 30. poſt nu. 16. vol. 4.* 4

Tertio † quoque facit, quod cum verba non ſint appoſita contra ſubſtantiam contractus, tunc talia verba non vitiant contractum, ita vt poſſit retineri nomen contractus, textus eſt *in l. vbi ita donaturus.* vbi Bar. *ff. de donat. cauſ. mort. & in l. ſi quis ante.* vbi Doctores, *ff. de acquir. poſſ.* 5

Idem etiam multo fortius videmus in pacto, quod non eſt appoſitum contra ſubſtantiam contractus: nam huiuſmodi pactum non vitiat contractum, ita vt poſſit retinere nomen illius contractus, *d. l. vbi ita donaturus, & d. l. ſi quis ante, cum ſimilibus.* & iſtam partem per quamplurimas rationes poſſe teneri in puncto iuris, auſus eſt etiam affirmare Iaſ. *col. 8. in prælud. feudorum.*

Sed prædictis non obſtantibus altera ſententia iudicatur de iure verior, & magis communis, quod immo hæc conceſſio, taliter concepta, ſit omnino nuncupanda donatio vera, & non feudalis, ex eo, quia tranſlatum eſt omne ius, ex qua tranſlatione, facta contra naturam, ac feudi ſubſtantiam, concludendum eſt, Principem donare voluiſſe, dum vſus fuit verbo, *donamus*; à verborum enim proprietate non eſt recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 2.* & D. Io. Ant. Lanarites *conſil. 28. num. 15. & conſil. 53. num. 18.* Præſertim etiam, † cum beneficia Principis latiſſime ſint interpretanda, *l. final.* vbi Doctores, *ff. de conſtit. Princip.* ob quas rationes, atque nonnullas alias, in propriis terminis conſulendo, hanc partem amplectitur Oldradus *conſil. 159. num. 3.* vbi refert, Carolum ſecundum, Siciliæ Regem, conceſſiſſe filio ſuo Terentio Principi, Principatum Achaiæ, ſub hac forma, *donamus, damus, & tradimus ex cauſa donationis proprio motu, & inueſtimus quicquid habemus in principatu Achaia ratione feudi aperti, vel alia ratione, transferendo directam, vtilem, & alia actionem, ita vt pro eo nullum alium recognoſcas ſuperiorem, niſi nos.* vbi ex huiuſcemodi forma ortam eſſe controuerſiam, inquit Oldradus 6

 ipſe;

ipſe, an cenſeatur talis contractus, ſimplex donatio, an vero feudum; & concludit, quod non ſit feudum, ſed ſimplex, & pura donatio, & ipſum ſequi videtur, licet non omnihil admodum inſiſtat diſputando Seyſellus *in tract. feudorum, in tit. de definit. & inuent. feud. col. 7. verſ. adducitur etiam quaeſtio ardua.* & hanc partem, pro qua reſpondit Oldradus, eſſe communi ſuffragio receptam, planum facit Hieron. Gratus *conſ. 9 nu. 78. vol. 1.* Et hanc quoque partem eſſe communem, ac in communi ſchola Doctorum receptam, ait Soc. iun. *conſ. 102. nu. 9. & ſeq. vol. 1.* & poſt eos eandem opinionem ſequitur Clarus *in tract. de feudis, quaeſt. 17.* & Rolan. *conſ. 50 poſt nu. 22. vol. 3. & conſ. 85. nu. 38. vol. 4.* Cum itaque hæc ſit communis opinio, ab ea profecto in iudicando, & conſulendo putamus non eſſe recedendum, prout ſecundum iſtam partem in facti contingentia Romæ *anno 1581.* ita conſuluimus, in cauſa, vertente in ſacro Rotæ Auditorio caducitatis feudi DD. Comitum de Saxetellis, audiuimusque deinde, talem conceſſionem factam, per verbum, *donamus*, Rotam Romanam reſoluiſſe eſſe donationem, & non feudum, coram R. P. D. Robuſterio.

Nec obſtant vllo modo adducta in contrarium, nam vnica ſolutione omnia exterminantur, atque diſſipantur, ex eo, quia omnia præſuppoſita in argumentis ſunt falſa, videlicet, quod ſit ſeruata ſubſtantia, & forma ipſius feudi; nam forma conceſſionis feudalis, non habet in ſe verba ſimilia *donamus*, & alia, importantia meram donationem: & ſic omnia agiliter retorquentur; quia in tali conceſſione non adeſt vllatenus forma feudi, merito ergo corruit actus, etiamſi eſſet factus pro feudo, *l. non dubium, C. de legib.*

7 Formæ † enim omiſſio maior eſt, quam materiæ, vt per Beroum *conſilio trigeſimo ſexto, numero quinto, volumine primo*, in tantum quod eius omiſſio in qualibet minima parte vitiet actum, etiamſi abſque dolo fuerit forma omiſſa, ita ipſe Berous *conſilio ſecundo, numero primo, volumine primo.* Roland. *conſilio trigeſimo, poſt numerum decimum ſeptimum, volumine quarto*, & formæ re vera nihil addi, vel detrahi poteſt, quia quod perfectum eſt, non ſuſcipit ex interuallo magis, & minus, vt dicit Baldus *in leg. quoties, columna ſecunda, verſicul. ex hoc elicitur, Cod. de ſuis & legitim.* Pariſ. *conſilio decimo nono, numer. 182. volumine ſecundo, & conſilio 161. numero decimo quinto, volumine tertio.* Et vbi aliquid requiritur pro forma, videtur cogitatum, non de effectu, ſed de modo, & ideo non licet extra ſuos limites quicquam addere, nec etiam per æquipollens poteſt impleri, *c. cum dilecta, de reſcript. l. diligenter, ff. mandati.* Bar. *in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, columna ſecunda, ff. de liberis & poſthumis.* Bald. & Ang. & alii *in lege prima, eodem titulo.* Roland. *conſilio quinquageſimo nono, poſt numerum trigeſimum octauum, volumine tertio.* vbi poſt Pariſ. *conſilio 19. volumine ſecundo, numero ſexageſimo* loquit, quod defectus formæ fortior ſit, quam defectus renunciationis. Et ſic omnia adducta, facile corruunt, ac eo potiſſimum fundamento, cum conſtet expreſſe, quod Princeps voluerit donare ex verbis prædictis adhibitis, *donamus*, à quibus non eſt recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 2.*

OPINIO CCVII.

SVMMARIA.

1 *Donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum an valeat. Et quid ſi facta ſit Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, nu. 2.*

3 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, in qua eſt appoſitum precarium, an valeat.*

4 *Vel in qua eſt facta retentio fructuum, vel alicuius rei certæ à donante, de qua diſponere poſſit.*

5 *Vel quæ facta eſt per ſtipulationem.*

6 *Donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum, an valeat quoad bona præſentia tantum, non autem quoad bona futura, & an ſuſtineatur per clauſulam,* omni meliori modo, *poſitam in donatione.*

7 *Item ſi bona tacite, vel expreſſe ſint donata cum honoribus, & oneribus, & deducto ære alieno, & ſolutis debitis donantis, quibus deductis parum ſuperſit.*

DONATIO † omnium bonorum præſentium, & futurorum alias prohibita, tanquam liberam teſtandi facultatem tollens, non valet, nec tenet; ſecundum Bartol. Caſtrenſ. Cuman. Imol. Alexand. & alios Doctores communiter, *in leg. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligationibus.* quam nimirum communem ſequuntur, declarant, & citant Moderniores, Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. & cæteri omnes *in l. final. Cod. de pactis.* Bertrand. *conſilio 260. etiam ſi donatio inter viuos, numer. 1. volum. 1.* & Curtius iunior *conſil. 23. numer. 1.* & infiniti conſulentes *variis in locis*, & Iulius Clarus cum cæteris ſignatis per eum, *in tractat. de donation. quaeſt. 19.* & excellentiſſimus D. Horatius Mandoſius *in addition. Roman. conſil. 26. ſuper litera A.* licet & inutiliter contrarium ſuadere & ſuſtinere conetur Coraſius *in miſcell. iuris ciuilis lib. 6. c. 17. nu. 1. cum aliis ſeqq.* 1 Com. opin.

Sed fallit † iſta communis, vbicunque donatio hæc eſſet facta Eccleſiæ piæque cauſæ, tunc enim valet & tenet, vt ponit Iaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 10.* & latius *in l. fin. colum. fin. C. de pactis*, vbi que Dec. *num. 31.* aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, *& in cap. in præſentia, num. 8. & 27. de probation.* & poſt eum Auguſtinus Berous *ibi num. 81. cum aliis ſequentib.* & idem Dec. teſtatur *conſil. 488. num. 5.* & Iaſ. *conſil. 169. column. 4. volumin. 4.* & Clarus *in tractat. de donation. quaeſt. 20. verſ. vlterius quæro* & Marcus Mantua *in dicto c. in præſentia, nu. 10. cum aliis ſequen.* licet ibi & male contrarium firmet, & ſequitur etiam, & tuetur, & magis communem prædicat Tiraquel. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio 100.* Tamen in hoc caſu Eccleſia ipſa teneretur donanti alimenta ſubminiſtrare, *l. ſunt qui, cum tribus ſequentibus, ff. de regul. iur.* & ita tenent omnes præcitati Doct. examinantes materiam iſtam. 2

Fallit ſecundo loco † dicta communis, ſi in iſta donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum fuerit appoſitum precarium, tunc enim habetur loco traditionis, vt per Doctores *in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta.* Alex. *in l. 3. § incipiam, ff. de acquiren. poſſ.* & ibi Iaſ. audacter aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur, & citat etiam Affl. *deciſ. 57. nu. 4. & deciſ. 335. nu. 8. & ſeq.* & Tiraq. cumulatiſſime *in tract. conſtit. poſſ. in 2. par. 30. ampliat. nu. 1. cum ſeq.* Et licet idem Affl. parum ſibi conſtans ſenſerit contrarium *in deciſ. 159.* nihilominus rationabiliter eum *ibi in addit. nu. 5.* reprehendit Cæſar Vrſillus. 3 Com. opin. Com. opin.

Tertio limitatur † communis iſta, quando in donatione omnium bonorum, præſentium & futurorum, fuerit facta retentio fructuum, ac alicuius rei certæ à donante, de qua diſponere poſſet, quo (inquam) caſu valet donatio, ſecundum Doctor. omnes *in d. l. fin. C. de pact. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.* & alios quamplures congeſtos per Boer. *deciſion. 200. num. 25.* ibi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & D. Horatius Mandoſius *in addition. Roman. in dicto conſil. 26. ſuper litera A*, & ita conſuluit Bertrand. 4 Com. opin. Com. opin.

conſil.

conſil.41 punctus quæſtionis. volum. 8. Licet Dec. præcipitanter *conſil.33. & conſ.351. & conſ.203.* tenuerit contrarium, in quibus locis voluit etiam ipſe Dec. donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum non valere, quando donans reſeruaſſet de illis bonis in vita diſponere, ſimul ac in morte; ſed in hoc caſu, ſicut in alio ſuperius relato, communis opinio videtur contra Dec. vt abunde deducit Boer. *in d. deciſio. 204. num. 25.* ideo retenta dicta communi, tanquam veriſſima: Limitatur vtiliter per Bertrand. *in d. conſil. 260.* non procedere, vbicunque vſusfructus reſeruatus, & bona retenta, proteſtando, eſſent tam parui momenti, vt non ſufficerent ad alimenta ipſius donatoris; quia tunc donatio iſta omnium bonorum præſentium, & futurorum, non valeret, nec teneret. Et iſtam limitationem ſequitur etiam Claud. de Seyſell. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. final. ff. de verb. oblig.* de modicis enim non curat prætor, *l. ſcio, cum vulgaribus. ff. de in integr. reſtit.* & nemo inueniretur, qui ob tam modicam donantis hereditatem adiret, *argum. in princ. Inſtitu. ad l. falcid.*

Com. opin.

5 Quarto limitatur præcedens † communis, quando aliquis donaret omnia bona ſua alteri per ſtipulationem, tunc enim donatio iſta tranſit in contractũ, qui eſt irreuocabilis, vt ſentit Gloſſ. *in d. l. fin. C. de pact. in verb. accommodauerit.* quam communiter ſequuntur Scribent. *ibi*, & de iſta communi vltra Modest. *in d. l. ſtipulatio, & in d. l. fin.* teſtatur Boer. *deciſ. 353. num. 8. & 14.*

Com. opin.

6 Quinto limitatur, † quod licet huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valeat, nihilominus valeret, & teneret quo ad bona præſentia, & ſuſtineretur per clauſulam, *omni meliori modo*, deſcriptam, ac poſitam in ipſa donatione, quo ad bona præſentia, non autem quo ad futura, vt voluit Angel. *conſil. 106. quadam mulier.* Deci. & cæteri, *in l. fin. C. de pact.* & Vrſillus cum aliis relatis per eum *in addit. Afflict. in deciſ. 107. num. 4.* vbi fatetur ita obtinuiſſe de facto in Sacro Regio Conſilio Neapolitano.

In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod dicta donatio in totum vitietur, tam in bonis præſentibus, quam futuris, inclinarunt Bald. *num. 19.* & Purpurat. *num. 247. in d. l. fin.* vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem, & Guid. Papæ etiam *conſil. 214. ſub num. 6.* & ſequitur quoque Angel. titubanter, Ioan. de Imol. & Alex. *num. 21. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.*

Com. opin.

Sed quicquid Scribent. iſti ſuadeant, etiam in deciſiuis noli aliter diſcedere à dicta prima opinione, tanquam veriori, æquiori, & amplexa à memorato Sacro Conſilio Neapolitano, cum qua concurrit quoque conſulendo Bertrand. *conſil. 41. punctum quæſtionis talis eſt. num. 9. & ſeq. volum. 8.* & Natta *conſ. 453. places concluſio reddita. num. 16. & ſequ. volum. 2.* & Tobias Nonius *conſil. 55. ſub num. 5. & ſequen.* quia in huiuſmodi donatione videntur eſſe duæ donationes, vna ſcilicet de præſentibus, altera vero de futuris, *argumen. l. ſcire debemus. ff. de verbor. obligat. & l. ſi peculium ſeruo. ff. de pecu. legat.* & ſecunda donatio facta, videlicet de futuris, eſt cauſa tollendi per indirectum arbitrium teſtandi, ideo illa vitiaretur in omnibus poſtea quæſitis, velut ſub illa generalitate comprehenſis.

7 Sexto limitatur, † quod donatio ipſa omnium bonorum præſentium, & futurorum ſuſtineatur, vbicunque ipſa bona tacite, vel expreſſe eſſent donata cum honorib. & oneribus, & deducto ære alieno, & ſolutis debitis donantis, aſcendentibus fere ad valorem bonorum donatorum, & quibus deductis parum reſtet, ſuperſit, aut remaneat pro donatario de dictis bonis donatis, vt optimis rationibus conſuluit Bertrand. *conſil. 331. multa ſunt de quibus. vol. 8.* Alias vero quamplures limitationes communes, & valde vtiles, ponit copioſe Clar. *in d. quæſt. 19. & ſeq.* & vnam aliam limitationem refert Bertrand. *conſil. 165. num. 5. vol. 6.*

OPINIO CCIIX.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, an valeat. Et quid ſi iurata ſit. nu. 2.*

3 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, non eſt imputanda ipſi filio in legitimam.*

4 *Donatio facta à patre filio exiſtenti in poteſtate, ob benemerita, valet, & imputatur in quartam, niſi expreſſe dicatur. Et quid ſi nulla ſit facta mentio meritorum, quæ tamen extant in patrem, an intuitu meritorum, vel filiationis præſumatur facta. nu. 5. & 6.*

7 *Donatio facta per patrem filio ob benemerita quatenus valeat.*

8 *Iudicis arbitrio relinquitur, an merita æquiualeant donationi.*

9 *Beneficia collata à filio patri ſunt probanda, nec ſtatur in eo aſſertioni patris.*

10 *Donatio, in qua pater remittit filio vſumfructum in bonis aduentitiis filii, valet, etiam non expectata morte patris.*

11 *Donatio facta à patre filio in poteſtate ſtudiorum cauſa an valeat, ſicut facta pro dote.*

12 *Donatio facta filio in poteſtate per Imperatorem, Regem, ſeu quemcunque alium Principem, habentem poteſtatem legis condendæ, valet, & tenet.*

13 *Donatio regia, facta filio in poteſtate, valet, etiamſi in ea expreſſum non ſit Regem donaſſe regia authoritate.*

DONATIO facta † à patre filio in poteſtate, non valet regulariter, ſecundum Albert. *in l. ſi patre. in princip. C. de inoffic. teſtam.* Bertrand. *conſ. 274. quamuis donatio inter viuos. in princ. vol. 8.* Pariſ. *conſ. 18. num. 19. vol. 2.* Dd. communiter *in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* quam communem citat, & late limitat in decem caſibus Crotus *ibid.* 1

Com. opin.

Et inter alios † caſus interpretatur per Scribentes iſta communis non procedere, vbicunque donatio eſſet iurata inter patrem, & filium in poteſtate: quia tunc valeret, & ſuſtineret ratione iuramenti, vt tenet Bald. *in l. final. C. de vſucapion. pro dot. in conſil. 430. præmittendum eſt. volum. 1. alias 362. volu. 3.* Abb. cæteriſque Canoniſtæ, *in cap. cum contingat. de iureiuran.* & Legiſtæ, *in d. l. frater à fratre. & in l. pacta, quæ contra. C. de pactis.* Aretin. *conſil. 27. colum. 2. & conſil. 72. in fin.* Alex. *conſil. 20. colum. 1. volum. 3. & in l. ſi donatione. C. de collatio.* vbi Iaſ. quoque, Deci. & Riminald. atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, & idem Dec. *conſil. 202.* Alciatus, *conſil. 45. nu. 2.* Cranet. *conſil. 282. col. 2.* Pariſ. *conſil 69. num. 12. vol. 3.* Bertrand. *conſil. 35. col. 2. & conſil. 62. num. 4. & conſil. 135. num. 7. nu. 1. volu. 1.* vbi dicit, quod iſta hodie videtur communis ſententia, tam Scribentium in iure, quam Conſulentium, *& in d. conſ. etiam 274. num. 1. volum. 8.* & ita conſuluit etiam *conſ. 159. viſo caſu mihi exhibito, exordiente anno præſenti. volum. 6.* & Tobias Nonius, *conſ. 56. nu. 6. cum aliis ſeqq.* vbi tollit elegantiſſime omnia contraria, quam etiam late tenet Iaſ. *conſ. 118. colum. 1. volu. 4.* Socin. iun. *conſil. 13. colum. 1 vol. 2.* Ruinus *conſ. 179. col. 2. volum. 1. & conſil. 96. numer. 5. volum. 5.* Capic. *deciſio.* 2

Com. opin.

Neapolit. 56. colum. 1. & Alciatus, *conſil. 29. aduerſus donationem. nu. 1. & ſeq.* & Vaſquius cum aliis innumeris ſignatis per eum, *in tract. de ſucceſſ. reſolutio. l. 1. §. 3. nu. 8.* vbi ait magis communem fore, atq; refert alios Dd. contrariæ ſententiæ, prout illoſmet aggregauit etiam ante eum Bertrand. *conſ. 206. viſo caſu. num. 1. cum quinque aliis ſeqq. vol. 5.* eamque fatetur quoque communem Alciat. *in d. cap. cum contingat. n. 207.* & Clarus cum aliis relatis per eum, *in tractat. de donatio. quaſt. 8. verſ. ſed quæro.* vbi ait in practica hodie non habere difficultatem aliquam.

3 Et † donatio iſta ſimplex, facta à patre filio in poteſtate, non eſt imputanda filio in legitimam, niſi tempore donationis hoc dictum ſit, *l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoff. teſtam.* & ibi Gloſſ. Bart. Iaſ. & alii omnes, & notat Craoet. *conſ. 136. num. 2.* & ita conſuluit Bertrand. *conſ. 103. ponitur in facto, col. 3. & ſeq. vol. 4.* vbi in medium referaoit iſtam eſſe communem, prout de ea meminit etiam cum magno catalogo Dd. relato per eum Franciſ. Beccius, *conſ. 20. nu. 1.* Com. opin.

4 Fallit ſimiliter † dicta communis quoteſcunque donatio facta eſſet propter benemerita præcedentia, filio in poteſtate conſtituto, tunc vtique iſta donatio ſtatim valeret, ſecundum Gloſſ. *in authen. vnde ſi parens. C. de inoff. teſtam.* cuius opinio communiter approbatur, teſte Decio, *in d. l. ſi donatione. num. 10.* & Riminald. *conſ. 240. nu. 3.* Et ratio eſt; quia præſumitur ſibi deberi ex operibus ſuis, & ſic iudicatur aduentitium: & aduenticia in quartam non computantur, *l. ſcimus §. repletionem. C. de inoffi. teſtam.* Com. opin. Cæterum Alex. *conſ. 8. vol. 2. col. 2.* allegando concordantia, dicit communem opinionem eſſe, quod imputetur, niſi expreſſe dicatur, & ei innititur Franciſc. Beccius, *in d. conſil. 20. nu. 2.* vbi *nu. 5. cum aliis ſeqq.* conſuluit in notabili caſu, quod donatio facta filio contemplatione matrimonii cenſeatur facta ob cauſam. Com. opin.

5 Ampliatur dicta † limitatio eatenus procedere, quod ſi pater donaret filio, qui ipſi patri beneficia contulerat, nulla facta mentione, vel expreſſione meritorum, tunc præſumeretur iſtam donationẽ eſſe factã intuitu meritorum præcedentium, non autem intuitu filiationis, ſecundum Gloſſ. Saly. cæterosq; Dd. communiter, *in d. l. ſi donatione.* & Crotum, qui communem aſſeuerat *in dict. l. frater à fratre. num. 79.* Com. opin.

6 Tamen ſi in † inſtrumento diceretur ſanguinis affectione; tunc potius præſumeretur dictam donationem celebratam fuiſſe naturali affectione, quam ob merita; vt per Dd. præcitatos, & ita conſuluit Paolus de Caſtr. *conſ. 105.*

Sed quæſtionis tollendæ gratia caute pater poſſet ſpecificare benemerita; vbicunque enim in inſtrumento forent ſpecificata beneficia, valeret donatio inter patrem, & filium, vt concludunt Dd. communiter *in locis citatis*, & communis iſta non habet contradicentem, vt per Moder *in d. l. frater à fratre.* Com. opin.

7 Et tu intellige † limitationẽ hanc procedere, quando videlicet benemerita rei donatæ reſponderent, eſt Gloſſ. not. communiter approbata, *in d. l. ſi donatione. in verſ. poſtulat. & in c. relatum. il 2. in verſ. iuxta ſeruien. de teſtam.* Bart. *in l. ſi forte. num. 5. ff. de caſtren. pecul.* & de hac communi atteſtatur Dec. *in l. petens. num. 17. de pact.* Com. opin.

8 Sed quomodo dicatur, † merita æquiualere donationi, dic, quod hoc relinquendum ſit iudicis arbitrio, qui attentis meritis, iudicat donationem moderatam, vel non moderatam, ſecundum communem opinionem omnium Dd. citatam per Iaſ. *conſil. 154. nu. 5. vol. 2.* Com. opin.

9 Et in hoc non ſtandum eſſet † confeſſioni patris, ſcilicet merita præceſſiſſe, ſed opus eſt, quod ſeruitia ipſa probentur, vt tenent Gloſſ. & Bart. *in d. l. ſi forte.* Iaſ. *in d. l. frater à fratre. num. 44.* Corne. *conſ. 144. nu. 10. vol. 2.* Mantua *in d. l. ſi donatione. num. 46.* vbi Riminal. *num. 8.* Cotta *in memoralibus verb. in ver. donatio inter patrem & filium.* Ruin. *conſ. 96. num. 2. vol. 5.* & Afflict. *deciſ. 360. num. 15.* & iſta eſt communis, vt *in ſequenti concluſione* ponam *poſt princ.* Com. opin.

Fallit quoque dicta communis, † quando pater 10 remitteret filio vſumfructum in bonis aduentitiis filii, nam in caſu hoc donatio ſtatim valeret, non expectata morte patris, ſecundum Bart. *in d. l. frater à fratre. num. 57.* Gloſſ. & Bart. *in l. 2. C. de inoffic. teſtam.* quam doctrinam Bart. ſequuntur Dd. communiter Bartol. *in dict. l. frater à fratre. num. 44.* & Crotus, *ibi, col. 4.* Com. opin.

Fallit vlterius dicta communis † non procedere in 11 donatione facta filio in poteſtate à patre cauſa ſtudii, quam donationem valere dicunt, ſicuti pro dote factam, Bald. Angel. Alex. & Iaſ. *in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* qui ſimul cum Ripa, *ibi, nu. 140.* aſſerunt iſtam eſſe communem opinionem, & Clarus *in tract. de donatio. q. 8. verſ. 3. refertur.* quorum opinio certe videtur dubia, & nimis periculoſa. Com. opin. Nam contrarium, quod non valeat huiuſmodi donatio, tenet Bart. Bald. ſibi contrarius, Imol. Alex. Iaſonque, ſimiliter Saly. religioſiſſimus D. Gulielm. Pontanus præceptor meus bonæ memoriæ, & Ripa, qui prædictos citat *in d. l. 1. in fin.* & recitat iſtam eſſe magis communem opinionem. Com. opin. Nec procedit hic æquiparatio dotis, & ſtudii; quoniam pater tenetur dotare filiam, *l. fin. C. de dotis promiſſion.* Sed non tenetur aliquid dare filio cauſa ſtudii, præter grammaticam; qua filius cum honeſtate conditionis ſuæ carere non poteſt. vt per Alex. *in d. l. 1. in fin.* nam ſi donatio facta filio cauſa dotis per patrem valet, ſed nõ idem iuris cenſeri debet de donatione facta cauſa ſtudii: Cum in donatione ſtudenti facta fraus ſubeſſe poſſit, & tanto magis, quia ſcholares ſunt callidi, & aduerſus eos præſumitur, vt tradit Bald. *in d. l. neque natales. C. de probat.* & Iaſ. *in l. non hoc. nu. 17. C. vnde legiti.*

Limitetur poſtremo † etiam antedicta commu- 12 nis non procedere in donatione Regis, Imperatoris, ſeu alterius cuiuſuis habentis poteſtatẽ in terris ſuis legis condendæ, facta per eos filiis ſuis in poteſtate, quæ valet, & tenet, ſecundum Oldra. *conſ. 231. vt tum, de quo quæritur aliqualis cognitio.* cui inhæret Fely. cum aliis ſignatis per eum, *in c. cum non liceat. de præſcript.* Socin. *conſ. 68. fruſtra plenitudini. vol. 1.* & Bertran. *conſ. 227.* prout dicit Oldrad. *num. 6. vol. 3.* Et iſta regia donatio, etiam ſi excederet *ſummam 500. aureorum*, ſimiliter valeret, vt dicemus *infra* cumulatiſſime *in opinio. 685. Rex, vel Dominus.*

Et iſta † donatio regia valeret etiamſi in huiuſmodi donatione per Regem, ſeu Principem expreſſum 13 non ſit, ſe donare regia authoritate; quia in dubio etiam Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, vbicunq; actus alias non valeret, niſi ea vteretur, ſecundum communem opinionem, quam ſequitur, & citat Bertrand. *in d. conſ. 227. nu. 12.* Com. opin.

OPINIO CCIX.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter virum & vxorem conſtante matrimonio regulariter non valet. Et quid ſi iuramento confirmata ſit. num. 2. & 4.*

3 *Donatio ſimulata, nõ valet, nec firmatur iuramento. Et an donatio Iudæorũ, iuramento firmata, valeat. n. 4.*

ſ Donatio

5 *Donatio inter virum & vxorem facta ex cauſa ſeruitiorum, valet. Item ex cauſa benemeritorum, ſi donatio benemerita non excedat. nu. 6.*

7 *Seruitia præſtita inter coniuges non probantur per confeſſionem ipſorum coniugum, etiam accedente iuramento aſſertorio. nu. 8.*

9 *Seruitia ve eius occaſione poſſit inter coniuges fieri donatio, qualia eſſe debeant.*

10 *Donatio reciproca inter virum & vxorem collata poſt tempus mortis, valet, ſi fiat incontinenti, ſecus ſi ex interuallo.*

11 *Donatio iuris patronatus facta à marito vxori, vel econtra, valet.*

12 *Vir plebeius qui nobilem, & ſenex qui iuuenem duxit, conſtante matrimonio faciens inſtrumētum de recepiſſe dotem, quam non recepit, an id valeat.*

13 *Donatio remuneratoria facta ad recompenſationem nobilitatis, vel alterius inæqualitatis inter coniuges, valet, etiam conſtante matrimonio.*

14 *Donatio facta ab vxore marito, pro expenſis in refectione ædium incendio conſumptarum, valet.*

1 DONATIO † inter virum & vxorem regulariter conſtante matrimonio, eſt inualida, & prohibita, *vt in tot. titul. ff. & C. de donatio. inter virum & vxorem.* & huius dicti aliquas rationes reddit Coraſius *in miſcell. iuris ciuilis. lib. 5. c. 1. nu. 1. cum aliis ſeqq.* & ponit pro regula cum aliquibus ampliationibus Ioan. Lupi. *in repetit. c. per veſtras, ſuper rubr. §. 46. & ſeq. de donat. inter virum & vxorem.* & Alphan. *in collect. 185. & 367.*

2 Sed hoc fallit, vbicunque † donatio iſta prohibita ratione perſonarum, firmaretur iuramento, tunc quippe valet, prout tenet Guilhel. de Monte Laud. Laurer. & Zabarell. *in 5. quæſt.* & Ioan. de Imol. poſt Landulf. *in 2. quæſt. in Clemen. Romani. de iureiuran.* Corſet. *in rub priuileg. 25. eod. titul.* Bald. *in l. 2. col. 49. ff. eod. tit. & in l. cum multa. C. de dona. ante nupt.* Ripam *in l. ſi vnquam. in 15. quæſtio. num. 35. C. de reuocan. donatio.* Nicol. Euerard. *in Centur. in loco à vi energ. ſen effec. inuam. in 2. effec. verſ. vndecimo ex iſto ſequitur. folio paruo 703.* Ludouic. Gomeſ. *in §. quadam. num. 19. de action.* Alexan *in l. ſi donatione. C. de collatio.* Panormita. *conſ. 91. factum ſic proponitur.* Alexand. *conſ. 142. col. penult. volum. 5. & conſ. 8. volum. 2.* Paulus de Caſtr. *conſ. 99. in iſta donatione.* Roman. *conſ. 44. ex ſupra narrato.* Corne. *conſ. 118. in hac. colum. 1. volum. 1. conſ. 104. circa primum. volum. 2. & conſ. 41. videtur. colum. penul. volum 3.* Socin. *conſ. 115. colum. 3. vol 1.* Accuratiſſimus D. Ioſephus de Ruſticis, conciuis meus *in tract. ſuo artificioſiſſimo, de bonis paraphernalibus, in præfatione.* quem vidi manu ſcriptū, Bart. *in l. Seius, & Angerius. ff. ad leg. falcid. & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.* Feder. de Senis *conſ. 150.* Guil. de Cun. & Alberi. *in l. ſed, & ſi poſſeſſori. §. item & ſi iurauero. ff. de iureiur.* Maranta *in tract. iudiciorum. in 6. part. num. 26.* Abb. Imol. aliique Canoniſtæ, *in c. cum contingat. de iureiur.* Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. abunde plures cumulans, & dicens iſtam eſſe magis communem opinionem, *in l. pacta quæ. C. de pact.* Marſil. *in pract. crim. §. ſecunda quæſtio. n. 59.* Boer. *deciſ. 92. nu. 6.* Deci. *conſ. 232. col. 2. & conſ. 240.* Ripa *lib. reſpon. 3. in 3. reſpon. num. 3. & reſpon. 4. nu. 6. eod. libr. & reſpon. 6. num. 3.* Guid. Papæ *conſ. 204. in cauſa col. fin.* Crauet. *conſ. 81. n. 1. & conſ. 102. nu. 2.* Rube. *conſ. 25. num. 5. & conſ. 54. col. 1.* Ruinus *conſ. 179. n. 115. vol. 1. & conſ. 132. nu. 2. vol. 4.* Aret. *conſ. 84. in 2. dubio.* Socin. iuo. *conſ. 44. col. 2 vol. 2.* Bertrand. *conſ. 205. vol. 4. conſ. 301. nu 3. & conſ. 327. num 4. volum. 1.* & Clar. cum cæteris congeſtis per eum *in tract. de donat. quæſt. 9. verſ. ſed quid ſi in ipſa donatione.* vbi ait eſſe indubitabilem , o conſulcodo, & in iudicando, & Pariſi. qui pari modo ſupponit eſſe magis communem opinionem. *conſ. 86. num. 46. vol. 3.* Iacob. Mandellus *conſ 4. nu. 12.* Cotta *in lib. memorabilium. in ver donationem inter virum & vxorem.* vbi dicit, quod ſecundum iſtam communem ſæpius vidit iudicari, & Crotus *in repet. l. frater à fratre. nu. 72. & ſeq. ff. de condict. indebit.* reſpondet omnibus Dd. contrarium aſſerentibus.

Com. opin. [left margin, beside "magis communem opinionem"]

In contrariam vero partem inclinauit idem Bartol. *in l. 1. ff. de donation. inter virum & vxorem.* Bald. poſt Dyn. *in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. cum mulier. C. de donat. ante nupt.* Salyc. & Fulgoſ. *in d. l. 1.* Cyn. *in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.* Bald. *conſ. 29. caſus. colum. 1. & ſequen. conſ. 398. ſuper eo volum. 1. & conſ 294. donatio. volum. 3.* Anton. de Canar. *in diſput. exordiente, Angerius.* cum aliis congeſtis late per Iaſon. *in d. l. pacta quæ.* & Socin. *conſ. 65. circa, colum. 6. & ſeq volum. 1.* vbi allegat Laudenſ. & Henric ita tenere, *& conſ 66. eod. volum.* & Curt. ſen. *conſ. 66. num. 3. 4. 5. & 6.* vbi tenet ſententiam iſtam communiorem eſſe, quam ſequitur etiam, tuetur infinitis prope rationibus, & ait pariter communem eſſe Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ in titul. Des droitz. & appar à gens mariez. §. 7. in ver. ſuppoſé, que leſdictz contraulx. à num. 1. vſque ad num. 28.* Com. opin.

Tamen quicquid ſuadeant Curt. & Chaſſaneus longo ſermone *in locis præmiſſis*, à prima opinione affirmatiua, & magis communi ſaltem foret in actu practico diſcedere, quam minime ſpernit Ioannes Lupi. *in repet. c. per veſtras. ſuper rub. §. 51. nu. 10. de donat. inter vir. & vx.* cum aliis ſignatis per eum, *ibi.*

Sed hoc certe non procedit in † donatione ſimulata; quia cum hoc caſu videatur eſſe facta in fraudē, non valet, nec firmatur iuramento, ſecundum Bart. *in l. codicillis. §. Titia. in fin. ff. de legat. 3.* & Ruin. *conſ. 130. num. 4. vol. 1.* & Clarum *in d. q. 9. verſ. hæc tamen concluſio* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem. 3 Com. opin.

Limita ſimiliter non procedere in † donatione 4 firmata iuramento Iudæorum, quod cum reſpiciat animarum ſalutem, ad cuius obſeruantiam non poſſunt compelli, ſecundum relata per Dec. *in l. pactum quod dotali. poſt num. 12. C. de collat.* quod an ſit verum perlege vſque ad *nu. 14.* vbi contrarium firmat, & ſequitur Gabriel. cum multis relatis per eum, *libr. 7. communium concluſ in tit. de donationib. concluſ. 3. n. 26.* & Marquard. de Suſanis cum ſuo neceſſario apparatu, *in tract. de Iudæis, & infidelib. in 2. par c. 8. n. 8. cum aliis ſeq.*

Et iuramentum hoc dicitur aſſertorium, quod quidem non valet, ſed ſi eſſet promiſſorium de futuro ſcilicet, quando promitterem non contrauenire nullo vnquam tempore, tunc vigore iſtius iuramenti promiſſorū, firmatur donatio iſta, vt per Barto. & Alex. *in l. Seius & Angerius. ff. ad leg. falcid.* Guilhel. de Cun. *in l ſed, & ſi poſſeſſori §. item ſi iurauero. ff. de iureiurand.* Bald. Nouellum *in tract. de dote. in decima part. col. 5.* & Ripam *in 3. lib de donationib. cap. 6.* & per Bertrand. *conſ. 122.* Aret *num. 2. & ſeq. volu. 8.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Fallit ſecundo dicta concluſio, † ſeu regula in donatione facta inter virum & vxorem ex cauſa bene- 5 meritorum, ſeu ſeruitiorum, quæ donatio vtique valet, ſecundum *l. quod autem. §. ſi vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & præcitatos Dd. ac Iacob. Mandellum *ind conſ. 4. num. 15.* Cyn. Bald. Saly. Iaſ. Deci. & alios, *in l. ſi pater puellæ C. de inoff. teſta.* Abb & omnes, *in rub. ext. de donat.* Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore. num. 09. ff. de vſucap.* Soc. *in d. conſ. 65. circa primam quæſtionem. & conſ. ſequenti, col. 1. vol. 1.* Hippolyt. Riminal. *Inſt. de* donatio.

Digitized by Google

donatio. in princ. num. 262. Iaſ. *in l. en hoc iure. col. 12. verſ. tertium effectus. ff. de inſtit. & iur. & conſ. 173. num. 5. vol. 4.* Deci. *in l. ſi donatione. nu. 8. C. de collatio. & in l. licet. nu. 11. C. de pact.* & Veroneuſ. *cautela 112.*

6 Et donatio † hæc fieri permitteretur ad ratam ſeruitiorum præſtitorum, ac factorum, & non vltra, text. eſt *in l. quod autem. §. ſi vir, & vxor. ff. de donatione inter vir. & vxor.* & notat apoſtilla ad Bart. *in d. l. ſi forte.* & Boſſius *in d. pract. crim. tit. de principe. nu. 323.*

7 Tamen † ſeruitia iſta debent probari aliter, quam per cõfeſſionem ipſorum coniugum; quia ipſis coniugibus hoc caſu, ex quo non poſſunt libere donare de meritis, & ſeruitiis, non adhiberetur fides aliqua, niſi probarentur: ſecundum doctrinam Barto. *in l. ſi forte. ff. de caſtrenſ. pecu.* communiter approbatam ab omnibus, *in l. ſi donatione. C. de collation.* de qua communi vltra Scriben. ibi, facit mentionem Soci. *conſ. 65. col. 2. & conſ. 66. col. 3. vol. 1.* & Cranet. *conſ. 175. nu. 2.* & vide Bart. *in l. ſi vero non remunerandi. §. inde Papin. ff. mand. & in l. ſi tibi. §. ſi pactum. ff. de pact. & in l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat.* Ripam *in l. ſi vnquam, 15. quæſtio. nu. 35. C. de re uocan. donatio.* Alex. *conſ. 18. vol. 3.* Angel. *conſ. 341.* Dec. *conſ. 96. col. 2.* Gratum *conſ. 97. n. 17. vol. 1.* Ioan. de Amicis *conſ. 31. n. 8.* Grammat. *deciſ. 73. nu. 10.* & Capicium, *deciſ. 203. col. 3. & ſeq.*

Com. opin.

8 Imo ipſis † coniugibus etiam cum iuramento aſſertorio minime crederetur in præſenti caſu, ſecundum Alea. *in l. ſi donatio. C. de collatio. col. 2.* Et debent

9 eſſe talia † ſeruitia iſta, quæ egeant, atque digna ſint compenſatione, & remuneratione, non autem ſeruitia obſequialia, ad quæ vxor teneatur, ſecundum Andr. de Pomate, *in add. 1. ad Bart. in d. l. ſi forte. in addit. præcedentibus meritis.*

10 Fallit tertio dicta regula in † donatione reciproca, videlicet reciproce inter coniuges, hoc modo facta, quod ſi contingat alterum præmori, ſuperſtes habeat bona, valet, & tenet talis donatio; ita concludit Cyn. Bald. & Salyc. quos refert, & ſequitur Iaſ. *in l. ſi pater puella. C. de inoffic. teſta.* & Socin. *in tract. fallentiarum, fallent. 204. in primo verſiculo.* Salyc. *in l. fin. C. de pact.* Ioan. And. *in addit. ad Specul. in tit. de inſtru. editio. §. porro. circa vlt. col.* Iaſ. *in d. l. ſi quis pro emptore. nu. 109. ff. de vſucap.* Oldrad. *conſ. 130. ad habendam.* Alex. *conſ. 152. in cauſa. col. 3. vol. 6.* Roman. *ſing. 820. prohibita.* Hippolyt. *ſingu. 50. donatio. & ſing. 333.* Georg. Natta *in tract. quod ſtantibus maſculis in 2. quæſt. princ. num. 104. fol. 132.* Hippolyt. *conſ. 107. in ciuil. & conſ. 106. in criminal.* Ang. *conſ. 169. viſis.* & Boetius *conſ. 51.* & vinaciſſimus D. Ruſticus *in d. tract. de bonis paraphernali. in præfatio.* & ea nempe ratione ſuſtinetur ipſa donatio reciproca inter virum & vxorem: quia neuter in illa læditur, *l. quod autem. §. quod ait. ff. de donat. inter vir. & vx.* Deci. *in l. licet. nu. 11. C. de pact.* Cæpol. *caut. 112. nu. 1.* & Iaſ. *conſ. 173. nu. 5. vol. 4.* Quod de plano procederet ſi vnius donatio alterius donationem in continenti ſequeretur, ſecus ſi ex interuallo: quia tunc talis reciproca donatio infirma, & inualida redderetur, *l. qui iam nupta. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſecundum Roman. *in d. ſing. 820. prohibitis inter ſe donare.* & Nicolaum Pignolam *ibi in addit.* & Cæpol. *cautela 181.* vbi etiam alio modo declarat, Socin *in regula 104.* Ioan. Coraſ. *lib. miſcellanearum 5. cap. 14. nu. 5.*

11 Limitatur quarto loco, † non habere locum præcedentem regulam, quotieſcunque vxor marito donaret ius patronatus tantum: quia tunc valeret donatio, ex quo maritus non efficitur locupletior. *l. naturalis §. fin. ff. de præſcript. ver. & l. plant. la 2. in fin. ff. de leg. 1.* & ita tenet Alex. *in l. ſi conſtante. §. ſint autem. circa fin. ff. ſolut. matrimon.* & Domini de Rota *deciſ. 31. in antiquis ſub rubr. de pact. incipien. conſuetudo circa fin.* & Marcus Mantua *lib. 6. Enchiridii rer. ſingul. cap. 129. incip. de coniugibus multa.*

Limitatur quinto, † vbicunq; plebeius acciperet mulierem nobilem in vxorem, ſeu ſenea puellam, & conſtante matrimonio faceret inſtrumentum de receptione dotis, quam in effectu non receperat. Et quamuis iſta dicatur donatio inter virum & vxorẽ, nihilominus valet, quia fit in remunerationem & ad recompenſationem propter inæqualitatem eorom, ita eleganter concludit Bart. poſt Gloſſ. *ibi in l. ſi voluntate. num. 2. C. de dotis promiſſio & in l. ſi diuortio* & ibi Iaſ. *num. 9. ff. de verb. oblig.* idem tenet Bald. *in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. petat.* Abb. *in c. 1. nu. 8. de adult.* Iaſ. *in l. fin. col. fin. C. de verb. ſignific. & in l. ex hoc iure. num. 35. ff. de iuſtit. & iur.* Tiraquell. *in tract. de legibus connubia in 4. l. num. 7. & in l. 5. num. 18.* & Clar. *in d. quæſt. 9. verſic. ſed pone, quod maritus.* Et illam recitat vile communem opinionem Curt. iun. *conſ. 6. nu. 20.* & Baldi Nouellus *in d. tract. de dote, in 10. part. an. 7.* 12

Com. opin.

Imo talis † donatio facta ob cauſam, & in recompenſationem nobilitatis mulieris per virũ plebeium, vel alterius cuiuſuis inæqualitatis viri, & vxoris, valet & tenet etiam conſtante matrimonio, ita Bartol. Imol. Raphael Cuma. Alea. Iaſ. & alii communiter, *in d. l. ſi diuortio.* 13

Com. opin.

Limitatur poſtremo huiuſmodi † regulam non procedere, cum vxor donat pecuniam marito pro refectione ædium, quæ incendio cõſumptę fuerunt, vt, *in l. quod ſi vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxorem.* nedum ratione ibi poſita: verumetiam, Quia † rei publicæ intereſt vrbem ruinis non deformari, *l. 2. ff. ne quid in loc. publ. l. ſi quis nemine. C. de ædific. priuat.* & ita dicebat Mantua *in d. lib. Enchiridii, 6. cap. 129.* Hincque eſt, quod Ciuitatum ædificia dirui prohibentur, *l. Senatus. ff. de contrahen. empt. l. cætera. § primo. ff. de leg. 1. l. fin. de dam. infec. & l. fin. C. de iur. reipub.* Imo diruta reſici iubentur, *l. præſes prouinciarum. ff. de offic. præſid. l. curatoris. de dam. infect. l. ſi vi propoſitum. C. de ædific. priuat. & l. ſingularum.* D. Marinus de Caramanico inſignis iuriſconſultus *in gloſſ. conſtitu. ſi damna de homicid. & dam. clandeſtin. in ver. in quorumcunq; territoriis locorum.* Limitaturq; eadem regula in nonnullis aliis caſibus per Ioannem Lupi. *in d. c. per veſtras. in rubr. §. 49. cum ſex aliis ſeqq.* 14 15

OPINIO CCX.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta per patrem priuato, per ſuperuenientiam liberorum reuocatur. Etiamſi ante natiuitatem liberorum facta ſit, & reuertitur dominium rei donatæ in donantem, ipſo iure, etiam abſque petitione. nu. 2. & 3.*

4 *Donatio facta priuato, reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, etiam ſi in ea interuenerit iuramentum. Et ſiue donata ſit quota bonorum, ſiue res particularis. num. 5.*

6 *Donatio facta Eccleſiæ, an reuocetur per ſuperuenientiam liberorum.*

7 *Donatio facta per patrem vni filiorum, non reuocatur per natiuitatem aliorum filiorum.*

8 *Donatio facta priuato, non reuocatur per legitimationem filii poſt donationem factam.*

9 *Legitimatio filii facta non tollitur, nec reuocatur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium: ſed effectus illius legitimationis limitatur, atq; reſtringitur.*

10 *Donatio remuneratorum facta priuato non reuocatur per ſuper-*

ſuperuenientiam liberorum. Nec donatio facta ob cauſam nu 11.

12 *Dotis conſtitutio facta per patrem filiæ etiam de maiori parte fortunarum ſuarum non reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

1 DONATIO facta † priuato ꝓpter ſuperuenientiam liberorum penitus reuocari ſolet, *l. ſi vnquã.*
Cōis opin. & ibi not. omnes communiter, *C. de reuocan. donatio. & in l. 1. C. de inoffic. donat.* & Ruin. *conſ. 107. nu. 22. vol. 1.* Et beneficium hoc euacuandæ donationis ob nouæ prolis ſuſceptionem concedit lex patri, miſerationis cauſa, quaſi eidem lex miſereri velit, cogitans, quod ſi pater filiorum ſuſceptionem conſideraſſet, hanc
Cōis opin. donationem non feciſſet, & iſta eſt communis ratio, vt tradunt omnes cōcorditer *in d. l. ſi vnquam.* & Corne. cum aliis quamplurimis aggregatis per eum *in conſ. 15. Ex quo dictum Franciſcum, ſub nu. 2. vol. 1.*

2 Et amplia † hoc in tantum procedere, quod licet illius rei donatę dominium fuiſſet tranſlatum in donatarium per patrem ante natiuitatem filii, nihilominus poſt natiuitatem filii reuerteretur in dominio donatoris dicta donatio ante petitionem ipſius ipſo
Cōis opin. iure, vt per Gloſſ. & alios Dd. communiter, *in d. l. ſi vnquam.* & Bart. *in l. Titia. la 2. §. Imperator. nu. 2. ff. de lega. 2.* quam opinionem declarat, & citat Ripa *in d. l. ſi vnquam. num. 103.* ſimul cum aliis Moder.

3 Ampliatur ſecundo etiam, † quod iſta donatio reuocetur per ſuperuenientiam filiorum ipſo iure; quia continet in ſe tacitam liberorum conditionem, ſecundum Bart. *col. 1.* Rubeum, *nu. 289. in d. §. Imperator.* & Ioannem Cephalum, conſulendo cum aliis citatis per eum, *conſ. 94. num. 11. volum. 1.* vbi ſcribit iſtam
Cōis opin. opinionem communem eſſe, & magis æquam, & Corne. etiam, *conſ. 15. ſub nu. 23. vol. 1.*

4 Item ampliatur, † quod reuocetur ipſa donatio etiam interueniente iuramento, ſecundum Bart. *in d. §. Imperator.* Oldrad. *conſ. 238. cum mulier.* Aret. *conſ. 24. quatuor dubia. in princ.* Alex. *in d. conſ. 71. vol. 4. nu. 7.* Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 125. col. 2. vol. 1.* Gozad. *conſ. 1. nu. 16.* Deci. & omnes communiter, *in l. 1. num. 22. C. de pact.* Ruin. *conſ. 70. num. 13. vol. 1.* Deci. *conſ. 180. viſa, in fin.* Pariſi. *conſ. 73. donatio. num. 18. & 48. vol. 1.* Socin. iun. *conſ. 44. tenore. num. 46. vol. 2.* Grat. *conſ. 25. in præſenti. volu. 1. in fin.* Chaſſane. *conſ. fin. anno Domini. nu. 20.* & Ripam *in d. l. ſi vnquam. in 3. q. & in reſpon. 15.*
Cōis opin. *licet donatio, nu. 17. vol. 3.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem.

5 Ampliatur † poſtremo *d. l. ſi vnquam.* quod reuocans donationem, extraneo factam, propter ſuperuenientiam filiorum, procedat, non ſolum eo caſu
Cōis opin. quo donata ſit quota bonorum, ex communi opinione allegata per Ripam *in d. l. ſi vnquam. num. 14. & ſeq. C. de reuocan. donatio. & in l. 1. ſub nu. 5. & ſeq. C. de pactis.* & per Bolognettum, *ibi, ſub num. 36.* Sed etiam vbi donata reperitur res particularis, aut pars illius: vtpote quia ratio *d. l. ſi vnquam.* fundata diſcernitur in hoc, quod veriſimile non cenſeatur donantem ita donaſſe, ſi de liberis procreandis cogitaſſet, ita militat etiam eadem ratio, quotieſcunque donaretur res quædam certa, aut ſingularis, veluti caſtrum, fundus, vel domus, aut pars illius, aſcendens in effectu ad valorem alicuius quotæ bonorum donatoris, ſicut ſi donaretur illa quarta bonorum, vt identitas rationis vtrumque caſum alliciet, debet itaque vtroque caſu eſſe eadem iuris diſpoſitio, *l. à Titio. ff. de verb. oblig. & c. 2. de tranſlat. prælat.* alias quippe videretur fuiſſe lex impoſita verbis, & non rebus, quod eſſe non debet, *l. fin. de vſur. & l. 2. in fin. C. commun. de lega.*

& c. commiſſa. de electio. in 6. & huic opinioni accedunt Ioan. de Plat. *in l. 1. C. de rei poſtula. lib. 10.* Bartol. & Bald. *in d. l. Tit. a. §. Imperator.* Ioan. de Imol. *in c. fin. de donat.* & ita doctiſſime conſuluit Alex. *conſ. 71. conſideratis his quæ narrantur in themate, num. 2. cum aliis ſeqq. volum. 4.* idemque firmat etiam *conſ. 162. viſis his quæ copioſe, & eleganter allegata ſunt. num. 1. & 3. volu. 6.* Iaſ. Claud. Aquenſ. Deci. *num. 9.* Ripa *ſub nu. 5. & ſeq.* & Bolognettus *ſub num. 36. in d. l. 1. C. de pactis.* & Tiraquel. cum magna caterua Doctorum relata per eum, *in d. l. ſi vnquam. ver. omnia, vel partem, num. 2.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Ripa *in d. l. ſi vnquã n. 16.* Cōis opin.

Sed fallit primo iſta communis, † vbicunque donatio eſſet facta Eccleſiæ, tunc duntaxat reuocatur 6
vſque ad legitimam, vt voluit Gloſſ. & Archidia. *in c. fin. 17. q. 4.* Bart. *in d. §. Imperator.* & poſt eum Cuma. Roma. *in Auth. ſimiliter. in § ſpetia. C. ad l. Falcid.* Bald. Angel. Salyc. & Paul. de Caſtr. *in d. l. 1.* Abb. & Imol. *in c. fin. de donat.* Barba. *in repetit. l. cum acutiſſimi. col. 87. C. de fideicom.* Iaſ. *in authen. ſi qua mulier. col. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. generaliter. § cum autem. col. 2. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutio.* Felyn. *in cap. in præſentia. col. 22. de probatio.* Corne. *conſ. 11. col. fin. vol. 3. & conſ. 30. colu. 2. vol. 4.* Calca. *conſ. 13. col. 2.* Corſet. *ſing. in verſ. donatione. incipiente: Licet donatio,* Pariſi. *conſ. 73. num. 24. vol. 1.* vbi recitat iſtam eſſe communem opinionē, idemq; Cōis opin.
teſtatur Ripa *in d. l. ſi vnquam num. 115.* & Tiraquel. *ibidem, num. 66.*

Verum communis iſta procedit in foro contentioſo, in foro vero poli ipſa Eccleſia tenetur propter ſuperuenientiam filiorum donata reſtituere, text. eſt *in d. c. fin. 17. q. 4.* quem text. dicit ad hoc menti tenendum eſſe Auguſtinus Berous *in c. 1. ſub rub. nu. 217. de conſtitu.*

Limitatur ſecundo dicta communis, † quando 7
facta eſſet per patrem vni filio, quæ donatio nō poſſet reuocari poſt natiuitatem aliorum filiorum, vt
ſenſit Bart. & omnes Legiſtæ communiter *in d. §. Imperator.* & Canoniſtæ *in d. c. fin. de donat.* vt per Ripam Cōis opin.
in d. l. ſi vnquam. num. 115.

Limitatur tertio † antedicta communis, quod li- 8
cet donatio reuocetur per ſuperuenientiam liberorum, nihilominus non reuocaretur per legitimationem filii poſt donationem factam, ſecundum Bald. *in l. 2. in fin. C. ſi quid in fraud. pa. & in l. 1. col. pen. C. de inoff. teſtam.* & Salyc. *in l. ſi tota. C. de reuoc. donat.* Bene verum eſt, † quod legitimatio ipſa prius facta, nō tolle- 9
retur, nec reuocaretur per ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium, ſecundum com- Cōis
munem opinionem omnium Scribent. citatam per opin.
Deci. *conſ. 566. pro reſolutione caſus propoſiti.* & per Gozad. *conſil. 6. num. 65.* ſed effectus illius legitimationis limitaretur, & reſtringeretur, vt voluit, & declarauit Gozad. *ibi num. 65. 67. 68 & 69.*

Interpretatur poſtremo quotieſcunque † donatio 10
eſſet remuneratoria, tunc quantumuis ſit facta priuato non reuocatur, nec reuocari poteſt aliquo modo, ſecundum Roman. *conſil. 26. pro deciſione eorum. ſub num. 6. & ſeq.* Ang. & Bald. *in d. l. ſi vnquam.* Alex. *conſ. 28. præclare. in fin. vol. 3.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem. § libertus. col. 6. ff. de condict. indeb.* Dec. *conſil. 20. in cauſa iſtorum fratrũ. in princ. & conſ. 366. pro declaratione in tertio dubio* Ruin. *conſil. 123. quia agitur n. 7. vol. 1. & conſ. 140. circa caſum. n. 6. vol. 4.* Bertrau. *conſ. 47. attento caſu. n. 7. vol. 1. conſ. 205. ſi eſt verum. n. 12. vol. 2. & conſ. 292. dubia. n. 1. vol. 3.* Io. Bapt. Ferret. *conſ. 94. reſpondendo. n. 2. vol. 1.* Iaſ. *col. pen.* & Claud. Aquenſ. *in 6. effectu. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* & Cagnol. & Dec. *in d. l. 1. C. de pactis.* & Scribent. omnes communiter, *in d. l. ſi vnquam.* vbi Moder.

Com. opin. Moder. & Ripa *num. 29.* citant, & nonnihil iſtam communem declarant.

22 Et limitatur † quoq; non procedere in donatione facta extraneo ob cauſam, vt ea nono reuocetur ob ſuperuenientem donanti prolem; ſecundum Bald. Angel. Ripam, Tiraquel. *in gloſſ. donatione largitus nu. 11. cum aliis ſeqq.* & alios, *in d. l. ſi vnquam.* & Bertrand. *in conſ. 4. ad caſum, ſub num. 1. vol. 5.* vbi aſſignauit rationes concludentes, & conſuluit etiam, quod conſtitutio dotis facta per patrē filiæ de medietate omniū ſuorum bonorum, & fortunarum, non cenſeatur reuocata per natiuitatem aliorum filiorum.

Alias vero quamplures limitationes communes, & vtiles quidem ponit vltra Ripam, & Tiraquel. *in d. l. ſi vnquam.* Clarus, *in tract. de donatio. quaeſt. 22. & ſeq.* & Bolognettus *in d. l. 1. num. 56. cum aliis ſeqq. C. de pactis.* Tiber. Decianus *conſ. 34. nu. 7. & ſeq. vol. 1.* & Diaz. *in regula 213.* vbi coaceruat 13. limitationes.

23 Et quamuis † donatio propter ſuperuenientiam liberorum reuocetur ipſo iure, ſicut & conſtitutum in ea appoſitum, etiamſi fuerit iuramento roborata, vt abſoluimus ſupra, *num. 4. in 3. ampliatione:* tamen amplificatur quoque quinto loco eadem concluſio, & communis determinatio, vt locum habeat etiamſi donatio facta ſit cauſa dotis, vt per Rimiuald. iun. *conſ. 254. prima conſideratione, num. 3. cum aliis ſeqq. vol. 3.* & per Diaz *in praeallegata regula 213.* vbi tradit quoque alias lectu dignas ampliationes.

OPINIO CCXI.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta abſenti Notario pro eo ſtipulante an valeat.*

2 *Notarii ſtipulatio pro altero non valet, niſi eo ratificante ſtipulationem.*

3 *Poena pacis ruptae non acquiritur complicibus, abſentibus, pro quibus fuit pax facta, niſi illorum ſecuta ratificatione.*

4 *Renunciatio litis, & cauſae, facta abſente aduerſario, ei non prodeſt, niſi ſecuta ratificatione. Ideo renunciatio haec reuocari poſſet re integra.*

5 *Frater nomine fratris abſentis, & ſuo nomine ſtipulans emphyteuſim non acquirit fratri, niſi ratificauerit, & illo non ratificante; tota acquiritur ipſi ſtipulanti.*

6 *Poena promiſſa in inſtrumento pacis, vt pro parte acquiratur parti offenſae, & pro altera fiſco, fiſcus agere non poteſt, niſi notarius ſtipulatus ſit fiſci nomine.*

7 *Beneficium collatum abſenti, ante habitam notitiam, & praeſentationem literarum, ac ratihabitionem non acquiritur.*

8 *Priuilegium, ſeu beneficium ciuilitatis conceſſum abſenti, ei non prodeſt, niſi poſt ipſius beneficii acceptationem.*

9 *Beneficium legitimationis impetratum per patrem filii naturalis, ipſo filio ignorante, ei non prodeſt, niſi ad eius notitiam deuenerit, & ipſe impetrationem ratam habuerit.*

10 *Abſens electus in familiarem Papae non acquirit beneficium familiaritatis, ante notitiam, & acceptas literas familiaritatis.*

11 *Abſens cui conceſſum eſt feudum, non poteſt petere inueſtituram ante praeſentatas, & acceptas literas conceſſionis.*

12 *Priuilegium collatum abſenti, & ignoranti, ei non prodeſt ante nactam eius notitiam.*

13 *Beneficium collatum per Papam abſenti, & ignoranti, qui deinde non acceptet, vel moriatur extra Curiam, ante eius acceptationem, dicitur vacare in ipſa curia: Inio poteſt etiam conferri per ordinarium.*

14 *Beneficium abſenti collatum, non poteſt reuocari, etiam ante abſentis acceptationem.*

15 *Promittens, ex ſolo aſſenſu, naturaliter obligatur ad promiſſa.*

16 *Donans obligatur naturaliter ante donatarii acceptationem.*

17 *Obligatio naturalis repetitionem impedit.*

18 *Renunciatio facta abſenti, valet, etiam ad praeiudicium renunciantis, non autem ad praeiudicium abſentis, quamdiu ei non eſt notificata.*

19 *Ratificatio donationis, abſenti factae, & ſtipulatae eius nomine per notarium, tacita ſufficit.*

20 *Abſens quibus modis, & ſignis cenſeatur tacite ratificare donationem, remiſſiue.*

21 *Praeſentia donatarii in dubio praeſumitur, licet nihil fuerit dictum de eius praeſentia.*

22 *Donatio facta abſenti, & mortuo, ante acceptationem euaneſcit, & facultas acceptandi non tranſit in heredes.*

23 *Dominium, nec poſſeſſio acquiritur donatario abſenti, & ignoranti per conſtitutum, nec per vſusfructus retentionem, niſi ſecuta ratihabitione, facta verbis, vel facto.*

24 *Dominium non quaeritur ei cui conceditur, ante ratificationem, ſed penes conſtituentem, & concedentem remanet.*

DONATIONEM ſtipulans † Notarius abſenti, 1 & ignoranti adhuc, ex parte abſentis, & ignorantis, non eſt donatio, nec ei aliquod ius quaeritur, niſi ratificatione ſecuta, & ſic eius conſenſu concurrente, vt tradit Bald *conſ. 220. lib 2.* Alber. *in l. non enim. col. 2. ff. de adoptio.* Paul Caſtrenſ *conſ. 95 colu 3. volum. 2.* Dec. legendo, *in l. certi condictio. § ſi nummos col. 2. ff. ſi cert. petat. in l. 1. nu. 22. C de pact. in l. contractus. nu. 16. ff. de reg. iur.* & conſulendo, *conſ 226 col. 2. conſ 247. col. pen. conſ. 432. circa fin. conſ 486 num. 13. & conſ 661. col. 2.* Curt. iun. *conſ. 52. num. 12. conſ 55. num 9 & conſ. 120 col. 2.* Bertrand. *conſ. 116. col 4. lib. 2. & conſ 34. vol 3.* Soc. *in l. 1. § ſi iuſſerim. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ* Ruinus, *conſ. 121. col. 2 lib. 1. & conſ. 174. col. 2. eod. lib* Chaſſan. *conſ. 7. col 8. & conſ. 59. col fin.* Pariſ. *conſ. 12. nu 120. lib. 2.* Rube. *in repeti. l. non ſolum. § morte. nu. 9 & 59 ff. de nou. oper. nuncia. & conſ. 132.* Gratus, *conſ. 12. col. 1. conſ. 25. num. 37. conſ 67. col. 2. conſ. 92. col. 2. & conſ. 127. col. 2. lib. 1.* Gallaul. *in rub. nu. 84. ff. de verb. oblig.* vbi refert iſtam eſſe opinionem veriorem, & Apoſtilla ad Alexand. *in conſ. 31. col. pen. lib 6.* ſcribit eſſe magis communem opinionem. Et Com. opin. ad hoc corroborandum omnes praecitatos Dd. cumulat Tiraquel *in tract. de conſtitu. poſſeſſ. in tertia par. limitatio 30 nu 10 & ſeq* Concludens ibi non † valere 2 generaliter ſtipulationem notarii pro altero, niſi eo ratum habente, prout voluit Salyc. *in l Gaius. ff. de verb. obl.* Socin. iun. *conſ. 126. nu. 32. lib. 2.* Alciat. *in c. cum contingat n. 234. de iureiurand.* qui audacter recitat iſtam Com. opin. eſſe communem ſententiam, Cagnolus eo anno *in l. ſi. nu. 273. C de pactis*

In contrariam vero partem, quod imo valeat donatio facta abſenti, notario pro eo ſtipulante, & recipiente, vt per huiuſmodi ſtipulationem continuo ius quaeratur abſenti abſque alia ratificatione, inclinauit titubanter Deci. *conſ. 293. col. 2.* Ruinus, *conſ. 119. vol. 4. conſ. 126. n. 10. vol. 1. & conſ. 47. vol. 5.* Corne. *conſ. 21. col. 2. vol. 4.* Bertrand *conſ. 156. num. 5. vol. 1.* Socin. iun. *conſ. 118. col. pen. vol. 2.* Alciat. *conſ. 27. n. 6.* & nonnulli alii Dd. relati per Tiraquel. *in praecitato tract. conſtitu. poſſeſſ. nu. 13. & ſeq.* Et ita voluit etiam doctiſſime conſulendo Ioan. Cephalus *conſ. 33. per totum vol. 1.* & Tobias

Nonius,

Cha opin ...onius *conſ. 53. nu. 4.* vbi admonet hanc ſententiam
forte hodie crebriori calculo receptã, approbatam-
que fore. Et ita determinauit quoque Senatus Man-
tuanus, quod ratificatio, de qua agitur, fieri poſſit
poſt mortem vnius ex contrahentibus, atteſtante D.
Ioan. Pet. Surdo *deciſ. 111. Oſarna. ſub n. 4. cum aliis ſeqq.*

Sed quicquid iſti Doctores ſuadeant contra iſtam
opinionem, ob hoc ſatuum foret ab ea recedere,
quam quidem communem citat etiam & amplecti-
tur copioſe Ant. Capicius *deciſ. 180. in cauſa Illuſtriſsimi.
n. 8 & ſeq.* Horatius Mandolius *in addit. Romani. in conſ.
295. donatio patris. in lit.* C. Roma. *conſ. 353. quo ad premiũ.
nu. 10.* & ibi idem Mandolius *in add. in lit. E.* & Couarr.
in rub. de teſtam. in 3. part. nu. 13.

3 Pro qua † facit quod ſingulariter voluit Bart. *in l.
ſi vxor. § ſi quis vxori. col. fin. ff. de adult.* vbi pœna pacis
ruptæ non acquiritur complicibus, & ſequacibus, pro
quibus abſentibus facta fuit pax, niſi illorum ſecuta
ratificatione. Et ideo ſi interim vnus ex his fuerit of-
fenſus, agere nõ poteſt ad pœnam; quia quo ad eum
pax non dicitur ruptá.

4 Facit etiam, † quod voluit Bald. *in l. fin. C. ad Ma-
ced.* & optime per Alexan. *in l. poſtquam lite. C. de pact.*
vbi renunciatio litis, & cauſæ, facta, abſente aduer-
ſario, illi non prodeſt, niſi ſecuta ratificatione, ideo-
que reuocari poteſt re integra, vt *ibi*, & argum. *l. bo-
norum. cum ibi not. ff. rem ratam haberi.* quia abſenti
nunquam acquiritur, niſi per ratificationem, vt per
Imol. *in c. potuit. de locato ſol. fin.*

5 Et faciunt optime † verba Bart. & Alexand. *in l. ſi
mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* quando frater nomine
fratris abſentis, & ſuo nomine ſtipulatus fuiſſet em-
phyteuſim, quia fratri non acquiritur, niſi ratificaue-
rit, & illo non ratificante, totum acquiritur ſtipulãti.

6 Facit etiam † dictum pulcherrimum Bart. *in l. 1. in
fin. ff. de iure fiſc.* vbi ſi in inſtrumento pacis pœna fue-
rit promiſſa, vt pro parte acquiratur paro offenſæ, &
pro alia fiſco, tunc fiſcus agere non poſſet, quod te-
nendum eſt, niſi aliquis, vt notarius, vel iudex fuerit
ſtipulatus fiſci nomine, Bart. *in l. arbiter vero. ff. de arbi-
triis. per illum text.*

7 Adduco hic † illud etiam conſimile, ad præſen-
tem materiam cõſentaneum, quod beneficium col-
latum abſenti, ſibi nõ acquiratur, nec ſibi proſit ante
habitam notitiam, & præſentationem literarum, per
ea, quæ ponit Bart. *in l. abſenti. ff. de donat.* & quod ha-
betur *in l. Labeo ff. de iureiurand.* & per Gloſſ. *in c. quia
cunctis. de conceſſ. preben. in 6. & in c. ſi tibi abſenti de præ-
ben. eod. lib.*

8 Et meminit † vtiliter Roman. *in l. qui abſenti. ff. de
acquir. poſſ.* fuiſſe in facto conſultum, quod benefi-
cium ciuilitatis collatum cuidam ciui originario al-
terius territorii tunc abſenti, ſibi non prodeſſet ante
habitam notitiam, & factam acceptationem; nam
beneficium collatum abſenti, nullo modo prodeſ-
ſet, niſi poſt acceptationem, vbi Roman. rationem
aſſignat iſtam: alium caſum ſimilem adducendo,
9 quod † beneficium legitimationis impetratum per
patrem filii naturalis, ipſo filio ignorante, non proſit
filio, niſi ad eius notitiam deuenerit, ipſamq; impe-
trationem ratam habuerit, *§. generaliter. authen. quib.
mod. natur. effi. ſui. collatio. 7.*

10 Itidem ab eodem fonte, † ſiue ſtipite videtur e-
manare, quod voluit Ancharanus *conſ. 398. præmitto
pro clariori deciſione. num. 1. cum aliis ſeqq.* concludens
ibi, quod ſi abſens & ignorans fuerit conſtitutus fa-
miliaris Papæ, quod non acquirat vtiq; beneficium
familiaritatis abſens ipſe, ante notitiam, & acceptas
literas familiaritatis.

Nec non ab † eadem radice procedit, quod vtili- 11
ter ſcribit Bald. etiam *in præludiis feudorum*, aſſerens,
quod ſi prælatus concederet feudum alicui abſenti,
quod per non poſſet tunc inueſtitura ante præſen-
tatas, & acceptas literas conceſſionis. Et de hoc † ſi- 12
militer fidem habes penes Bart. *in l. beneficium. ff. de
conſtitut.* concludentem *ibi*, quod priuilegium colla-
tum abſenti, & ignoranti, ſibi non proſit ante habi-
tam notitiam.

Facit quoque ad † præmiſſa illud quod poſt Ioan. 13
Andr. *in addit. Specul. in tit. de actio. ſeu petitione. §. ſuper
petitionibus. in vltima addit.* voluit Gemin. *in c. 2. in fin.
de præbend. in 6.* vbi concedit, quod vacante beneficio
in Curia, & Papa illud conferret abſenti tunc, & i-
gnorãti, qui deinde ante quam acceptaſſet morere-
tur extra Curiam ipſam, quod eo caſu diceretur il-
lud beneficium vacare in eadem Curia, ex eo, quia;
cum ille abſens ipſum non acceptaſſet, dici non po-
terat eſſe ſuum, *d. c. ſi tibi. cum aliis iuribus allegatis* per
Ioan. Andr. & Geminia. *in locis præcitatis.* & benefi-
cium hoc ita abſenti collatum caſu quo is non acce-
ptet, vel moriatur, poteſt etiam conferri ab ordina-
rio, vt concedit Anchara. *in d. c. ſi tibi. colum. 11.* & Re-
buffus *in pract. beneficiorum, de reprobata beneficii viuen-
tis impetratione. num. 65.*

Sed aduerte hic vtiliter, † quod beneficium ipſum 14
collatum abſenti, nõ poſſet reuocari, etiam ante ab-
ſentis acceptationem, text. eſt *in d. c. ſi tibi.* Vbi diſpo-
nitur, quod ſi abſenti beneficium conferatur, confe-
rens non poteſt illud reuocare, quamuis abſenti non
quæratur ante acceptationem.

Quod ex alio † non videtur procedere, niſi quia 15
conferens ſuo ſolo conſenſu, ſaltẽ naturaliter ſe ob-
ligauit, vt oſtendit Illuſtris D. Guliel. Pontanus præ-
ceptor meus, *in rubric. de verbor. oblig. ſub nu. 23. verſ.
quarto facit.*

Et hoc idem † concludendum eſt in donatione 16
facta abſenti; nam ante acceptationem donatarii rei
donatæ, donans obligatur naturaliter, ſecundum D.
Pontanum *in d. rubr. de verb. oblig. ſub nu. 23.* vbi ita ex-
planat, & declarat, *d. l. abſenti. ff. de donat.*

Siquidem † obligatio naturalis impedit repetitio- 17
nem, *l. naturales. ff. de act. & oblig.* Et ſic donans reuo-
care nequit donationem factam abſenti ante *ipſius*
abſentis donatarii acceptationẽ, ſecundum omnes
Dd. & præſertim Moder. *in d. rub. ff. de verbor. obligat.*
Franc. Aret. *col. penul.* Alex. & Iaſ. *colum. 8.* & alios o-
mnes *in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. eod. tit.* & Ti-
raquel. cum magna caterua Doctorũ relata per eum
*in tract. conſtituti poſſeſſorii in 3. part. limitat. 30. ſub num.
49. & 66.*

Et hoc idem † explicandum eſt, procedere etiam 18
in renunciatione facta, ad fauorem abſentis, vt re-
nunciatio *ipſa* valeat, etiam in præiudicium renun-
ciantis, ſecus ad præiudicium abſentis, donec ſibi
non fuerit notificata, textus eſt notabilis *in l. ſed & ſo-
cius. §. ſi abſenti. ff. pro ſocio.*

Et iſtam † communem ita receptam, & approba- 19
ram tanquam veriſſimam intellige, vt non requirat
expreſſam ratificationem, ſed ſufficiat, vt abſens taci-
te ratam habeat donationem iſtam, ſecundum Dec.
in d. conſ. 586. col. fin. Gozad. *conſ. 42. col. fin.* & Gratum
d. conſ. 12.

Et quomodo, † quibuſque modis & ſignis vi- 20
deatur, ſeu colligatur tacite abſens ratificare dona-
tionem, vide Tiraq. late declarantem *in d. tract. conſti-
tuti poſſeſſor. in 3 par. 30. limitat. n. 21. & ſeqq.*

Et his † accedit ſimiliter, quod in dubio præſumi- 21
tur præſentia donatarii, licet nihil fuerit dictum de

T præſen-

præſentia ipſius, vt tenet Gloſſ. *in l. 1. verſ. inter præſentes.* & ibi Bartol. *ff. de donationib. cauſa mortis.* & Gloſſ. *in l. optimam. in verb. ipſo die. & in verſ. ſeruus.* & Iacob. Butri. *C. de contrahen. & committ. ſtipul.* & tenet Ioannes de Imol. *conſ. 7.* Sed Bald. videtur tenere contrarium *in l. ſi quando. per illum textum. C. de ſtatu. & imagin.* vbi reſpondet *ad d. l. 1. & ad legem optimam.* quod ibi per ſcripturam apparebat partes fuiſſe præſentes, ſed vbi non apparet, non præſumitur.

22 Occurrit pariter † præmiſſis hoc valde vtile, quod mortuo abſente, ante acceptationem, euaneſcit donatio. Et ſic facultas huiuſmodi ratificandi, vel acceptandi non tranſit in heredes, vt voluerunt Paul. Caſtrenſ. *conſ. 195. volum. 2.* Deci. *conſ. 226. & 513. in fin.* & Alciat. *in d. conſ. 77. ſub num. 6.* & Berous *conſ. 4. viſo toto præſenti proceſſu. ſub num. 34. volum. 1.*

23 Sed ſecuta † ratihabitione abſentis, ſtatim vtique transfertur dominium, & poſſeſſio in ipſum abſentem donatarium, per id quod habetur, & notant Scribentes *in l. ſi hac mente*, alias *ſi ego. ff. de negociis geſtis. & l. communis ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſſio.* & quod notat Alexand *in l. qui iure. eodem titulo.* iunctis his, quæ ſcribunt Doctores, præſertimque Salyc. *in l. traditionibus. ff. de pactis.* Alexand. & cæteri omnes, *in l. quod meo. in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ.* & Domini de Rota *deciſion. 150. incipien. item quod licet amicus.* Alexand. *conſ. 110. volum. 1.* & Canoniſtæ omnes, *in capit. cum veniſſent. de reſtitutio. ſpoliatorum.* & Ruinus, *conſ. 174. conſideratis, & ponderatis omnibus. numer. 2. volum. 1.* Tiraquell. *in tractat. conſtitu. poſſeſſorii. 3. parte. limitatione 30. num. 57. & ſequent.* & Berous *conſ. 4. viſo toto præſenti proceſſu cauſæ. ſub numer. 34. cum 4. aliis ſequentibus. volum. 1.* quibus in locis ſentiunt expreſſe, quod ſi ego conſtituam me tenere, & poſſidere rem aliquam nomine abſentis, vel precario nomine illius, & deinde re adhuc integra ille ratificet, ipſe quærit poſſeſſionem.

24 Vnde ante ratificationem † dominium non quæritur modo aliquo, ſed remanet penes conſtituentem, ſecundum Gloſſ. *in dicta l. ſi hac mente. in verb. ſuam facere.* quam ſequuntur omnes communiter *ibi*, & potiſſimum Bartol. *ſub numer. 3.* vbi inquit iſtam eſſe veritatem, & Paul. de Caſtr. *ſub numer. 6. & ſequ.* opinionem hanc receptam à Doctoribus oſtendit, & eidem opinioni accedunt Bartol. *num. 2.* & alii vnanimiter, & concorditer, *in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. ff. de donatio. inter virum & vxorem.* & Ruin. *conſilio 143. viſis omnibus inſtrumentis. numer. 11. volum. 1.* vbi meminit de communi, & ei inhærent Ruin. *in dicto conſilio 174.* & Berous *in dicto conſilio 4. ſub numer. 34. cum aliis ſeqq.* quibus in locis ampliant vtiliter iſtam communem.

Cōis opin.

OPINIO CCXII.

SVMMARIA.

1 *Donatio inter viuos vſque ad quingentos aureos valet ſine inſinuatione. An idem ſit in donatione facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco. num. 2.*

3 *Donatio reciproca, ſeu viciſſitudinaria, etiamſi excedat quingentos ſolidos, valet, & tenet.*

4 *Donatio facta vltra quingentos aureos valet vltra talem ſummam, nulla interueniente inſinuatione, cum ſoluta gabella non aſcendit vſque ad quingentos ſolidos.*

5 *Donatio excedens quingentos aureos ſine inſinuatione facta, an confirmetur iuramento.*

6 *Donatio remuneratoria non eget inſinuatione.*

7 *Inſinuatio donationis, non requirit decretum iudicis.*

8 *Inſinuatio donationis fieri poteſt coram quocunque iudice, etiam cui non ſubſit donator, nec res donata.*

9 *Inſinuatio donationis nihil aliud eſt, quam eam facere redigi in ſcriptis coram iudice.*

DONATIO inter † viuos facta vſque ad quingentos aureos valet ſine inſinuatione, *l. ſi quis pro redemptione. §. fin. C. de dona.* & vltra non valet: quia donatio excedens quingentos aureos debet inſinuari, *dicto §. final. l. ſancimus. eodem tit.* & notat Clar. *in tractat. de donatio. §. donatio. quæſt. 16.* vbi ampliat iſtam regulam in nonnullis caſibus vtilibus, & communibus. 1

Sed hoc limitatur in † donatione facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco. Nam donatio iſta vltra quingentos aureos non inſinuata, facta Eccleſiæ valet, & tenet, ita Specul. Ioann. Andr. poſt Pileum, *in titul. de inſtrument. editio. in §. porro, in fin.* Hoſtienſ. & Ioann. Andr. pariter, *in cap. final de fide inſtrumento.* Butrius & Imol. *in cap. ad hæc. de teſtament.* Bald. & Alberic. *in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Abb. *in capit. relatum. il primo. num. 4. de teſtament.* Paol. Caſtrenſ. *conſilio 212. numer. 6. volum. 2. in nouiſſimis.* Calder. *conſilio 111. de donat.* Cannar. *in tractat. de inſinuation in 3. part. quæſt. 8.* & Paris. *conſ. 70. num. 23. volum. 4.* Et opinionem iſtam ſupponit eſſe communem Felyn. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num. 57. de conſtit.* Iaſ. *conſ. 169. col. 4. volu. 4.* & Ripa *in 3. lib. reſponſor. cap. 11. col. fin.* 2 *Cōis opin.*

Cæterum in contrariam ſententiam inclinauit Gloſſ. *in §. ſi minus. in authen. de non alienan.* vbi tenet, quod donatio nō valeat Eccleſiæ facta ſine inſinuatione vltra quingentos ſolidos, & eam Gloſſ. Bartol. præter morem ſuum contrarium late confirmat, ſequuntur etiam Cynus, Albericus, Angelus, & Salycetus, *in d. l. ſancimus.* Angel. & Fulgoſ. *in l. penult. C. de donat.* Cyn. Odofre. Bald. Salyce. & Paul. Caſtrenſ. *in d. l. illud.* Barbat. *in d. cap. ad hæc.* Sed primam opinionem amplectendam eſſe ſuadeo, quæ videtur magis communis, teſte Ruino, *conſ. 182. num. 13. vol. 1.* & Clar. *in tract. de donat. q. 17.*

Fallit ſecundo loco dicta concluſio in † donatione reciproca, & viciſſitudinaria, quæ non requirit, nec eget inſinuatione, etiamſi excedat quingentos aureos, ſecundum Angel. *conſ. 169. viſis prædictis inſtrumentis. colum. penult.* & voluit Gloſſ. *in l. Attilius Regulus. ff. de donatio.* & ibi, Doctor. Gloſſ. & communiter Scribentes *in l. licet. C. de pactis.* Bald. poſt Guilielmum de Cun. *in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. tertia. C. qui bonis cedere poſſ. & in l. ſi mortis. circa finem. C. ad legem Falcidiam. & in l. final. ff. de exercito.* Alexand. *conſ. 133. ſtantibus his, quæ in facto præſupponuntur. num. 10. volum. 7.* Ioann. Andr. *in addit. Specul. in titul. de inſtrum. editio. §. porro. circa finem.* Iaſ. *in l. ſi pater puella. C. de inofficio. teſtament.* vbi plura congerit in materia viciſſitudinis, & idem Iaſ. *conſ. 9. num. 13. poſito inter conſil. feudalia Alberti Bruni.* & Curt. iun. *conſ. 81. numer. 5.* vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem. 3 *Cōis opin.*

Fallit tertio regula prædicta, vbicunque † donatio eſſet facta vltra quingentos aureos, quæ tamē ſoluta gabella, non aſcenderet in effectu vſq; ad quingentos ſolidos, tunc profecto valet donatio vltra talem ſummam, nulla facta inſinuatione, ſecundum Bortolum, *in l. quotiens. C. ad leg. Falcid.* quem ſequitur Bald. Imol. Paul. Caſtrenſ. *in lectu. Paduana.* & ibi Alexand. quoque, Roman. *ſingul. 200.* & Cremen. *ſingul. penul.* Licet Angel. & præcipitanter, *in d. l. quotiens.* aſſerat contrarium, cuius fundamenta contunduntur per Alexand. & alios communiter, *ibi.* Et iſta 4 *Cōis opin.*

Barto-

Bartoli opinio communis, etiam ſeruatur quotidie in practica, ſecundum citatos Dd.

5 Limitatur quarto quotieſcunque † donatio hæc eſſet iurata: quia donatio ſine inſinuatione, iſto caſu firmaretur iuramento, & iuramentum tolleret ſolennitatem inſinuationis, ſecundum Ioan. Andr. & Imol. *in loco ſuperius citato*, & hoc idem firmat Alex. *in l. nemo poteſt ff. de legat. 1.* dicens, quod ita ſæpe conſuluit, prout reperitur, *conſil. 4. num. 10. conſil. 12. col. 2. vol. 1. conſil. 21. col. penul. volum. 3. conſil 217. colum. 2. volu. 6. & conſil. 133. colum. 4 volum. 7.* Ripa *lib. reſpon. 3. reſpon. 11.* Afflict. *in cap. 1. in 12. fallen. ad capitul. quæ sunt. de pactis. in tit. de feud. dat. in vicem legis commiſ.* Idemque late Aret. *conſil. 247. & 77.* & Deci. *conſil. 239 num. 2.* vbi ſcribit iſtam eſſe magis communem ſententiam, *& conſil. 432. colum. penult. & conſil. 488. nu. 6.* Rubeus *conſil. 59. num. 5.* Socin. iun. *conſil. 118. nu. 2. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 33. & 45. & conſil. 69. num. 67. volum. 3.* Ruinus *conſ. 172. in fin. 180. num. 14. volum. 1. & 159. num. 15. volum. 4.* Bellonus *conſil. 60. colum. final.* Gratus *conſil. 70 num. 28. volum. 1.* Bertrand. late, *conſil. 1. num. 19. volum. 3. & conſil. 78. nouiſſimorum. num. 7. volum. 3.* & Curt. iunior *conſil. 47. colum. 4.* Sed Curt. ipſe, *conſil. 66. cum ſequ.* inclinauit in contrariam opinionē negatiuam Bald. & Salycet. eamque communem aſſerit Bauerius, *in tractat. de virtute iuramenti. prima parte. verſic. 22. num. 35.* Ferratius *cautela 33. col 3.* multos enumerans. Anton. de Cannatia *in tractat de inſinuatio. in 2. part. q. penult.* & Calca. *conſil. 25. colum. antepen.* & Cronis *in d. l. nemo poteſt. num. 21.* & Tiraquel. *in l. ſi vnquam. nu. 138. & 154. C. de reuocan donatio.* vbi congerit nonnullos Doctores hinc inde pro vtraque parte. Et opinionem iſtam negatiuam contra communem ſupponit eſſe magis communem Barba. *conſil. 16. colu. 12. volum. 2. & conſ. 52. volum. 3.* Bertrand. *conſil. 22. viſis dubus, & ſcripturis. num. 14. cum 4. ſeqq. volum. 8.* & multi alii relati per Moder. Senen. *conſil. 69. colum. 8. libr. 1.* vbi citant omnes Doctores pro iſta parte; & cum eadem parte concurrit etiam Bertrand. *conſil. 113. viſo caſu mihi exhibito. num. 8. & ſeq. volum. 8.* & Apoſtilla ad Alexand. *in d. conſil. 4. in litera E.* vbi meminit, quod ita obſeruatur *in Regno Galliæ* poſt nouam conſtitutionē. Pro iſta opinione negatiua, quod ſit communis, non autem affirmatiua, tenet Socin. *conſ. 69. vol 1.* Boer. *in tract. de iureiuran. cap. 26.* & Curt. ſen. *conſ. 66.* Tamen prima ſententia affirmatiua videtur verior, & magis communis, vt ſupra oſtendimus, quam ſequitur etiam cum infinita caterua Dd. & communē, & magis communem teſtatur Horat. Mandoſ. *in addit. Romani conſil. 26. ſuper litera E.* & Bertrand. *conſ. 85. vidi publicum inſtrumentum matrimonii. num. 2. & conſ. 269. Ex themate mihi exhibita conſultationis. nu. 3. vol. 8. & conſil. 38. ex caſu, ſeu conſultationis themate, ſub num. 1. volum. 6.* & Tobias Nonius conſulendo, *conſil. 56. nu. 12. & ſequent.* prout docet etiam illam ſequendo cum aliis fere innumeris ſignatis per eum Clarus *in tract. de donationib. q. 18* & Roland. à Valle *conſil. 19. facta fuit donatio. num. 48. volum. 1. & conſil. 70. quod heredes. num. 22. volu. 2.* Et caſu eueniente, libenter ſemper ſecundum eam iudicarem, & conſulerem, & ita alias conſuluit doctiſſime inſignis D. Pax conciuis meus, cuius conſilio ſubſcripſerunt ſe omnes Doctores illuſtres Bononiæ tunc temporis, reſte Alexand. *in dict. conſil. 4. ſub num. 10.* & Bertrand. *in d conſ. 38 ſub num. 1.* Et eſt communis ſententia ſecundum Guido. Papæ *conſil. 32 circa donationem dudum factam & conſil. ſeq. & ſing 341. inſinuatio donationis fuit inuenta.* Aret. *in §. alia.* vbi *Addit. Inſt. de donat.* Frid. de Senis *conſ. 281.* & Aret. *conſ. 2. & 17.*

Com. opin. Com. opin.

Qua opinione retenta, tanquam veriſſima, & magis communi, limitatur non procedere, quando iuramentum donationis, ſi confirmaret donationem, tenderet in præiudicium tertii: tunc enim donationem ipſam nō confirmat, prout in notabili caſu tradit Socin. *in d. conſil. 69. nu. 40. vol. 1.*

Secundo limitatur etiam, quod mentionata communis procedat iure communi inſpecto; ſecus, ſtante ſtatuto, donationem nō inſinuatam infra certum terminum inualidante: iuramentum enim non ſupplet tunc inſinuationis defectum; cum intelligatur rebus ſic ſtantibus. iſta fuit originalis deciſio Federici de Senis, *conſ. 281.* Auton. de Butr. & Ioan. de Imol. *in cap. cum contingat. num. 79. de iureiuran.* Franciſc. Aret. *conſil. 2. colum. 2.* Corne. *conſ. 186. num. 2. volum. 2.* Curt. iun. *conſil. 141. circa inſtrumentum. in fin. num. 22.* & Alexand. *conſ. 125. colum. penult. volum. 1. & conſ. 170. num. 5. vol. 7.*

Tertio etiam non † procedit regula præmemorata, vt donatio quingentos aureos excedens abſq; inſinuatione valeat. cū fieret ob merita, & ſic ob cauſam: tunc enim ipſa inſinuatio non foret neceſſaria, nec vllo modo requireretur. vt concedunt Barr. & Ioan. de Imol. *in l. Aquilius Regulus. ff. de don.* Bald. *in l. ſi cum mihi. ff. de dolo.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem. § libertus n. 8. ff. de cond. indebiti.* Iaſ. *in l. ex hoc iure. nu. 33.* vbi Claud. Aquen. *col. 9. ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi pater puellæ. col. 2. C. de inoff. teſtam.* Io. Lupi, *in rubr. de donationib. inter virum & vxorem §. 50 num. 8.* Practica Papienſ. *in forma libelli, quo agitur pro donatione, in ver. ſolenniter.* Alex. *conſil. 12. col. 2. vol. 1. & conſ 83 vol. 2. & conſ. 216. in princ eod. volum.* Roman. *conſ. 26. num. 3.* & ibi tractabiliſſimus D. Horatius Mandoſius *in add. in litera D.* cum magna caterua Doctorum aggregata per eum, Deci. *conſil. 414. colum final.* Curt. iun. *conſil. 67. num 6. & conſ 142. num. 5.* Bertran. *conſ. 205. colum. 2. vol. 2.* Nicolaus Bellonus *conſ. 60. num. 20.* Aret. *conſ. 11. colum. 2.* Ferrat. *cautela 33. colum. fin.* Ruin. *conſil. 11. num. 7. volum. 1.* Marcus Mantua *conſ. 51. & conſ. 132.* Guid. Papæ *quæſt. 95.* Cappella Tholoſ. *deciſ. 381.* & Cæphalus *conſ. 272. in facto præſupponitur. n. 130. volum. 2.* & iſta eſt communis, vt ad lucem adducunt plerique ex præcitatis Doctoribus, & elegantia & doctrina inſignis D. Ioſephus de Ruſticis, conciuis meus, *in tract. de bonis paraphernalibus*, quem vidi manu ſcriptum, *in præfatione.* 6 Com. opin.

Et prædictis accedit, † quod in inſinuanda donatione, decretum iudicis non requiratur: ſecundum Bartolum, Roman. & alios, *in l. Modeſtinus. ff. de donatio. poſt numer. 3.* & opinionem iſtam aſſeuerat eſſe communem Rogerius *ibi num. 16.* Faber, & Aret. *in §. 1. Inſtit. de donat.* idemque tenet Bald. *in l. illud. colum. 2. num. 8 C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. Paulus de Caſtr. & Iaſon, *in l. omnium. C. de teſtament. per text. in terminis in l. fin C. de præd. cur. libr. 10.* Bertran. *conſil. 248 num. 14. libr. 1.* Tiraquell. *in tractatu de legibus connubial. in Gloſſ. 5. num. 32.* Clarus *in tractat. de donationibus quæſtio. 15. in fin.* & Cannatius *in dicto tractatu, de inſinuatione, quæſtione 10.* vbi abunde reſpondet fundamentis Doctorum, contrarium tenentium. 7

Occurrit ſimiliter præmiſſis vtiliter hic, † quod inſinuatio fieri poteſt coram quocunque iudice, etiam cui non ſubſit donator, nec res donata; ſecundum Bartol. & Roman. *in d. l. Modeſtinus.* Salycet. *in l. lata, alias data. C. de donationibus.* Alexan. *conſ. 156. col. 2. volum. 2.* Guid. Papæ *conſil. 23. num. 6.* & Fabrum *in d. §. 1. Inſtit. de donationibus.* 8

Sed contrarium tenuit Imol. *in d. l. Modeſtinus.* cui videtur inhærere Capycius *deciſ. Neapol. 203. colum. 7.*

idem quetenet tirubanter Guido Papæ *deciſione 325.* Cæterum prima opinio Bartoli eſt verior, & magis communis, quam ſequitur Anton. de Cannat. *in dict. tractat. de inſinuatione. quæſtio. 12.* & Rogerius *in dict. l. Modeſtinus. num. 19.* & Clarus *in dict. quæſt. 15. verſ. vlterius quæro.* Cōis opin.

9 Occurrit vltimo loco, † quod donationis inſinuatio nihil aliud ſit, quam eam facere redigi in ſcriptis coram iudice. ita tradit Bart. *in d. l. Modeſtinus. num. 2.* quem Roman. Paul. Caſtren. & alii communiter *ibi* ſequuntur, *vbi* Cuma. dicit, quod magis proprie loquendo ſit reductio donationis ad acta iudicii. Idem quoque tradit Bartol. *in l. donationis. C. de donat.* Bald. *in d. l. illud. colum. 2. & in authent. ſi omnes. C. ſi min. ab her.* Oldr. *conſ. 253. in fi.* Alex. *conſ. 156. colum. 1. vol. 2.* & Socin. iun. *conſ. 67. nu. 19. vol. 2.* Cōis opin.

OPINIO CCXIII.

SVMMARIA.

1 *Donatio in quinque caſibus ingratitudinis reuocari poteſt. Et an etiam reuocari poſſit ab Aduocato & Procuratore, ſi contra donantem patrocinentur. Item ſi donatarius donantem non aluerit.*

2 *Donatio reuocari poteſt per heredem donantis, ſi ingratitudo donatori nota non fuit, vel repentina morte præuentus impeditus fuit eam reuocare.*

3 *Donatio propter pacta non ſeruata, reuocari poteſt, nedum à donante, ſed etiam ab herede poſt eius mortem. Nec poteſt donatarius hoc caſu purgare moram, præſertim ſi iuramentum interceſſit. num. 4.*

5 *Mora purgatio an admittatur de æquitate canonica, remiſſiue.*

6 *Donatio remuneratoria propter ingratitudinem reuocari non poteſt.*

7 *Priuilegium exemptionis, licet alias reuocari poſſit propter ingratitudinem; tamen ſi ſit conceſſum in remunerationē, reuocari non poteſt propter ingratitudinē.*

8 *Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur propter ingratitudinem prælati, etiamſi cōcurreret ingratitudo Capituli.*

9 *Renuntiatio, ſeu collatio beneficii in fauorem alterius facta, nunquam reuocatur, etiam ratione ingratitudinis, cum tale beneficium ſit alteri collatum.*

1 DONATIO ex quinque † caſibus ingratitudinis reuocari poteſt, quos enumerat Gloſſ. *in §. 1. Inſtit. de donat. & text. in l. fin. C. de reuocand. donationibus.*

Vt etiam donatio ab aduocato, ſiue procuratore reuocari poteſt, tanquam à perſonis ingratis, ſi contra donatorem patrocinium, operam, ſiue induſtriam præſtent, ita Abb *in cap. cum ſacerdotes. num. 2. cum ſeq. extr. de poſtul.* Quod non procedit, quando iuſſu iudicis ad id coguntur, *c. quod quis. de reg. iur. in 6. l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. eod. l. quanquam. ff. de aqu. plu. arc. l. ſi ſtipulatus. §. Silanum. ff. de ſolut. & l. ſed ſi pecunia. §. 1. ff. de rebus cor. qui ſub tut.*

Sed dubitatur, an ex alia cauſa ſimili non expreſſa à Gloſſ. ſupra allegata liceat donationem reuocare; vt puta ſi donatarius donatorē non aluerit. Goffred. Alber. Angel. & Fulgoſ. *in d. l. fin.* & Faber *in d. §. 1.* tenent quod non, & opinio iſta fuit de mente Gloſſ. *in l. in condemnatione. ff. de reg. iur.* quatenus dixit cautum nō reperiri donatarium teneri ad alimenta donatori; ergo propter ea non præſtita, priuari donatione non debet.

Contrarium vero tenet Gloſſ. Cyn. Faber, & alii, *in d. l. fin.* & poſt eos Ripa *in quæſt. 41. & 49. num. 163. & ſeq.* Abb. Anchara. Imol. & Barba. *in d. c. fin. de donat.* Iaſ. *in authen. non licet. colu. 2. C. de liber. præter.* Lupus *in rubric. de donat. inter virum & vxorem. §. 70. num. 25.* Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius. num. 19. de teſtam.* Guliel. Mayner. & Cagnolus *in d. l. in condemnatione.* & Clar. *in tract. de donat. quæſt. 21. verſic. quid ergo.* vbi oſtendit opinionem iſtam æquiorem, communioremq; eſſe, & id ſaltem procedere, ſecundum pleroſque prædictorum, quando donatio eſſet facta omnium bonorum, vel magnæ quantitatis; aut propter dictam donationem donator ad egeſtatē redactus eſſet. & diſtinctionem iſtam ponit Rogerius *in l. qui ex donatione. ff. de donationib.* & hæc eſt æqua, & communis opinio. Contraria autem ſuperius relata, impia, & quæ gratos animos ad ingratitudinem prouocat, prout Salycet. Ripa, Guiliel. Benedictus, Maynerius, & præcitati Doctores teſtantur, & Moder. *in d. c. fin.* & aliud exemplum, vltra allegatum dictæ communis opinionis, ponit Ripa *in d. l. fin.* Cōis opin.

Declaratur primo † regula iſta, vbicunque donator donationem reuocare non potuit, vel quia ingratitudo ſibi nota nō fuit, vel repentina morte præuentus impeditus fuit eam reuocare. ita voluit Ioan. Andr. Anchara. Imol. & cæteri Canoniſtæ, *in d. capitulo fin.* Roman. & Alexand. *in l. rei iudicatæ. ff. ſoluto matrimon. colum. 2.* Faber *in d. §. primo.* & Ripa *in d. l. fin. quæſt. 61. colum. 3.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Moder. *in allegato capit. fin.* Quæ communis probatur hac ratione: quia non poteſt videri remiſſa ingratitudo; ex taciturnitate defuncti, qui agere propter ignorantiam, vel aliud impedimentum non potuit argum. *l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam.* ergo non mirum ſi heres ſuus poteſt ad reuocationem agere. 2 Cōis opin.

Declaratur ſecundo loco dicta † concluſio, quando ſit reuocatio donationis in vltimo caſu, poſito *in d. l. fin.* videlicet, ob pacta donationi impoſita, & per donatarium non adimpleta: nam hoc ius ad heredem quoq; donantis tranſmittitur. vt concludunt ibi Baldus, Angelus, Albericus, Salycetus, & alii communiter moti; quoniam non ſit eo caſu reuocatio propter ingratitudinem, ſed propter pacta non ſeruata, prout etiam dicunt Abb. Siculus, & Barbat. *colum. 3. in d. cap. fin.* Fulgoſ. & Ripa *quæſt. 63. in d. l. fin.* tradunt in hoc quandam diſtinctionem, quæ erit ſatis vtilis in practica. 3 Cōis opin.

Amplia prædicta, † quod donatarius in iſto caſu non poſſet purgare moram, præſertimque quando ipſe donatarius iuraſſet conuenta inter ipſum, & donantem adimplere: nam iuramentum obſtaret purgationi, *l. ſi quis maior.* vbi Bartol. *C. de tranſaction.* & idem Bartol. & alii communiter *in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligat.* & ita in terminis conſuluit Corne. *conſ. 101. colum fin. volum. 1.* Sed nunquid † purgatio iſta moræ admittatur, de æquitate canonica, vide Moder. declarantes *in d. l. ſi inſulam.* & Ripam *in d. l. fin. num. 110. cum ſeq.* 4 Cōis opin. 5

Sed vbicunque nota † ad præmiſſorum interpretationem, quod donatio remuneratoria propter ingratitudinem reuocari non poſſet, ſecundum Rom. *conſ. 298. in fin. circa præmiſſum* & voluit Alex. *conſ. 215. col. 2. nec arguendo. col. 3.* vbi ſubdit: 6

Quod licet alias † priuilegium exemptionis poſſit reuocari propter ingratitudinem, vt not. Bald. *in l. 2. C. de liber. & eo. liber.* tamen quando eſſet conceſſum in remunerationem, non poſſet reuocari propter ingratitudinem, ad quod allegat Bald. *in l. ſi cum mihi. ff. de dolo.* 7

Nec poſſet † reuocari donatio facta Eccleſiæ, propter ingratitudinem prælati, vt ſentiunt omnes Canoniſtæ. *in d. cap. fin.* & iſta eſt communis opinio, teſte 8 Cōis opin.

Ripa

Ripa *in d.l.fin.nu.173.& ſeq.* vbi eam late probat,& declarat.

Imo ampliatur hoc in tantum procedere, vt ſi concurreret ingratitudo prælati, & Capituli ſimul, nihilominus donatio ipſa reuocari non poſſet, ſecundum communem opinionem Doctorum, quam citat Ripa *loco de quo ſupra,& in libr.2. reſpon. q.28. n.20.* & Clar. *in d.q.21. in fin.* Cõis opin.

9 Itidem collatio, † ſeu renunciatio beneficii in fauorem alterius facta nunquam reuocatur, etiam ratione ingratitudinis, poſtquam huiuſmodi beneficium fuerit alteri collatum, vt voluit Hoſtienſ. *in §. qualiter reuocaretur, de donatio.* Ioan. Andr. Card. & Imol. *in d.c.fin. de donatio.* Dec. *in c. cum acceſſiſſent. in 11. nota. de conſtitu. & in c. relatum. in 4. nota. de praben.* & Ripa *in d. l. fin. in quaeſtio. 49.* quia beneficia gratis conferuntur. *cap. gratia,1. quaeſt.1.* & pro eis temporale obſequium pręſtare ſimoniacum foret, *c. cum eſſent de ſimon.* nam tunc eſſet quaſi homagium petere, *c. ex diligenti. eodem titulo.* Et ſic renuncians nunquam poterit habere regreſſum ad illud beneficium, ſcilicet, quod reſcindatur renunciatio ipſa facta occaſione ingratitudinis: ſiquidem etiam conditiones, & iura donationis non poſſint in beneficialibus adaptari, videlicet ingratitudo liberti circa patronum, *l. ſi vnquam. C. de renocan. donatio.* vel ſi manus violentas iniecit in donatorem, vel ſi atrocem iniuriam irrogauerit, vel ſi graue damnum rerum ſuarum molitus ſit, vel ſi vitæ periculum inferre præſumpſerit, *cap. final. de donatio.* vel ſi conditionem appoſitam non adimpleuerit; quoniam in beneficialibus conditio non apponitur, vtpote quia ſunt actus legitimi, *regula actus. de regulis iuris. libr. 6. l. fin. C. de reuocan. donatio. & §. aliæ Inſtitut. eodem titul. ver. ratione ingratitudinis impugnanen. cap. final. de poſtulan. & cap. grauem. de exceſſ. pralat.* cuius ratione aufertur etiam feudum, *can. ſi imperator. 96. diſtinctio.* & ſimiliter legatum, *l. Papinianus. §. meminiſſe.* vel qui patronum impugnat, qui redigitur in ſeruitutem, *l. ſi manumiſſori. C. de obſequi. patron. praſtan. canon. libertis. 12. quaeſtio. & c. octaua. de ſer. non ordin. & cap. de famulis. §. fina.* Alteram etiam rationem efficaciſſimam aſſignat Ripa, *in dict. l. final. quaeſtio. 49.* quod ideo collatio beneficii non reuocatur propter ingratitudinem; quia beneficium datur propter officium, *cap. final. de offic. ordin. in 6.* vt beneficiatus ſeruiat altari, *cap. cum ſecundum, de prabend.* ideo non eſt donatio ſimplex, ſed ob cauſam, quæ regulariter non reuocatur propter ingratitudinem.

OPINIO CCXIV.

SVMMARIA.

1 *Donatio cum incipit à promiſſione, tenetur donans de euictione.*

2 *Donatio facta per libertum in fraudem patroni, reuocata à patrono, etiamſi incipiat à promiſſione, donatarius tamen non habet actionem de euictione contra libertum.*

3 *Donatio etiamſi incipiat à promiſſione, licet euicta ſit virtute hypotheca ignorata, non obligat donantem de euictione.*

4 *Donatio non incipiens à promiſſione, ſed à traditione, nullatenus obligat donatorem de euictione.*

5 *Donatio incipiens à ficta traditione, vt quia donator conſtituit ſe donatarii nomine poſſidere, non obligat donantem de euictione.*

6 *Per conſtitutum licet ſit ficta traditio transfertur vera, & propria poſſeſſio, ac ſi vera traditio interueniſſet.*

7 *Donatio remuneratoria, incipiens à traditione, obligat donatorem de euictione.*

8 *In donatione incipiente à traditione, ſi promiſſa ſit euictio, ſiue per ſtipulationem, ſiue nudo pacto, obligatur donator de euictione.*

9 *Donator promittens rem donatam bonam facere, ſeu ſecuram reddere verbis generalibus, tenetur de euictione.*

10 *Donator promittens pro ſuo dato, vel facto circa rem donatam, dicitur de euictione promiſiſſe.*

DONATIO † vbicunque incipit à promiſſione, donator tenetur de euictione, ſecundum Gloſ. Bart. cæteroſq; Dd. communiter, *in l. Ariſto, §. fin. ff. de donatio.* vbi Rogerius plures caſus conſiderat, & D. Fuluius Conſtantinus Peruſinus *in §.1 nu.5. & ſeq. Inſtit. de donatio.* & Tobias Nonius *conſ.14. nu 14.* & Angelus de Clauaſio, *in ſua Summa, in verb. donatio. nu.37.* vide etiam Ant. de Burgos *in tract. de empt. & vend. in c. ſi venditori. n.22. eo. tit.* Sed contrarium expreſſe tenet & firmat Gloſ. *fin. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig.* Iacob. de Are. & Alberi. *in l.1. C. de iure do.* Cuma. *in d.l. Ariſto. in fin.* Fulgoſ. *in l. ad res donatas. ff. de edil. & in l. ſi tibi. §. pactum.* Bart. *in l. ſi id quod aurum. num.7. ff. de verb. oblig.* idem ſentit Ripa *libr. 3. reſponſorum. cap.8. n.2.* & Faber *in §.1. Inſt. de donat.* 1 Cõis opin.

Cæterum rationes † iſtorum Dd. parum, aut nihil me mouent ad diſcedendum à præmiſſa communi opinione, quæ ita amplexa, abſque alia rationum inculcatione limitatur, non procedere in donatione facta per libertum in fraudem patroni, quam licet patronus reuocet, nihilominus donatarius non habet actionem de euictione contra libertum, poſito quod donatio cœperit à promiſſione, caſus eſt ſingularis, ſecundum vnum intellectum Gl. quem Bart. Ang. Paul. Caſtr. Imol. aliiq; communiter ſequuntur ibi, *& in l. qui res. §.1. ff. de ſolu.* & Roma. *in d.l. Ariſto. §. fi.* inferens ibi idem eſſe in patre reuocante alienata per filium in eius fraudem. 2 Cõis opin.

Limitatur ſimiliter † dicta communis, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ, vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donantis, ita Paul. Caſtr. *in l. ſi rem meam, in fin. ff. de ſolut.* quem ſequitur Afflict. *in c.1. nu.8. de lege Corrad.* 3

Interpretatur tertio † loco dicta communis, non procedere, quando donatio ipſa non incipit à promiſſione, ſed à traditione, tunc donator non teneretur aliquo modo de euictione, ſecundum Gl. *in d. §. 1. Inſt. de donat.* vltra quam Gl. & alias, quas citat Aret. *ibi*, habes aliam, *in d. l. ad res donatas* quã ſequitur Cæpolla *ibi in nu.7.* Dd. *in d.l. Ariſto. §. fin* Imol. *in c. final. de empt. & vend.* Corn. *conſ 141. vol. 2.* Iaſ. *conſ.34 col. fin. & conſ.73. col. fin. vol.1.* Ruin. *conſ.184. lib.1.* & Tob. Non. *in d. conſ.14. n.2. & 14.* Boerius *conſ 67. in princ.* & Angelus de Clauaſio *in d. Summa, in ver. donatio. ſub nu.37.* & iſta eſt communis opinio, teſte Aret. *in d. §.1. Inſt. de donat.* & Cort. iun. *conſ. 178. nu.27.* Donator enim de euictione non tenetur, niſi id ab eo promiſſum ſit, ita Salyc. *in l. quoniam num. 1. C. de euict.* 4 Cõis opin.

Quæ ampliatur in tantum procedere, † vt habeat locum non ſolum in donatione, quæ incipit à vera traditione, verum etiam à ficta, vt quia donator conſtituit ſe donatarii nomine, poſſidere: id enim conſtitutum eſt actus fictus, & ficta traditio, vt tenet Gl. & Dd. *in l. ab emptione. ff. de pactis.* Bart. *in l. ſi is, qui pro emptore. col. pen. ff. de vſucap.* Bald. *in l. penul. C. pro donat.* Corne. *conſ.343. col.2. lib.1.* & Cuma. *conſ.173. col.3.* 5

Et ratio † huius ampliationis ad præmiſſam tertiam limitationem per Doctores præcitatos allega- 6

rum voluntatum causa mortis, nu. 175. Fuluius Constantinus *Instit. de donat. in prin. nu 9.* & Couarr. *in d. 3. par. nu. 25.* & Clarus *in d. q. 4. ver. & hac.* vbi istam communem ſequitur cum quadam moderatione.

4 Accedit † ſimiliter præmiſſis, quod iſta donatio cauſa mortis, nudo pacto perficitur; ſecundum Bar. *in l. cum pater, §. Mauio, ff. de leg. 2. & in l. 1. ff. de donat. causa mor.* & omnes Doct. communiter *in l. secundum, atlias l. 2. ff. de leg. 1.* vbi Alex. *nu. 7.* & cæteri Scriben. communem iſtam citant, comprobant, & pluribus medijs tuentur; & Rolan. Paſſager. *in tract. de donatione causa mortis, rub. 1. n. 9.* Couarr. quoque cum cæteris ſignatis per eum, *in d. 3. par. n. 14.* & Fuluius Constantinus *Instit. de donat. in prin. sub nu. 1. ver. pro resolutione eorum.* Com. opin.

5 Et † finaliter aduerte, quod in donatione cauſa mortis nullum poſſet adiici onus: ſecundum Gloſſ. *in l. licet, C. de pactis, in verbo, Mortis causa, in secunda ratione.* Sed Gloſſ. hæc communiter reprehenditur per Doct. *ibi*, & præſertim per Fulgoſ. Alex. Iaſ. Claudium Aquenſ. & alios, pro quorum ſententia videri poteſt, *l. ab eo, C. de fideicommiss.* & alia fundamenta, quæ inducuntur per præmemoratos Doct. *in d. l. licet.* Com. opin.

OPINIO CCXX.

SVMMARIA.

1 *Donatio à patre facta filio an sit conferenda.*

2 *Donatarius vigore donationis sibi facta, non potest tanquam heres hereditatem adire: sed vt heres singularis possidere potest.*

1 DONATIO † facta per patrem filio in poteſtate non debet conferri; quia morte confirmatur, & ſic donatum videtur eſſe quæſitum poſt mortem patris: ſecundum communem opin. Doct. *in Auth. ex testamento, C. de collat.* de qua per Vaſquium *in tract. de successionum resolutione, lib. 2. §. 19. sub n. 49* & per Iaſ. *in d. Auth. ex testamento.* Et iſtam communem limitat in tribus caſibus Gloſſ. *ibi*, & Soc. *in tract. fallent. in litera D. regul. 103.* Com. opin.

2 Cæterum aduerte, quod † donatarius ipſe, donationis vigore eidem factæ, non poſſet vllo modo tanquam heres hereditatem adire. Et ratio ea eſt, quoniam tunc, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ei hereditas vllatenus delata cenſetur. & cum donatio hæc vim teſtamenti non habeat, merito igitur donatarius aliquid tanquam heres ſingularis virtute donationis poſſidere poſſet: quia cum de alio teſtamento aliter non conſtet, ex illa donatione præſumitur, vt infallibiliter tenet oculatiſſimus D. Oradinus, præceptor meus, *in suis fertilissimis atque solidissimis decisionib. dec. 345.*

OPINIO CCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simplex facta à patre filio, qua ab initio valuit, conferri non debet, si aquet legitimam, eiusq; ratio.*

1 DONATIO † ſimplex facta à patre filio, quæ ab initio valuit, conferri non debet, quando implebat eius legitimam: quia tunc contemplatione legitimæ facta cenſetur, & ſic magis relicti, quam inter viuos donationis naturam imitatur: ſecundum Bar. Paulum, Picum, *nu. 62.* Ripam *num. 493. & num. 560. cum alijs sequen.* & Ruinum *nu. 18. & 23. in l. in quartam, ff. ad legem Falcid.* vbi appellant iſtam eſſe communem opinionem, & Coraſ. *in l. filium, quem habentem, num. 106. C. fam. ercisc.* licet *ibi* male ſentiat contrarium, & Corn. quoque *in l. illud, C. de collat.* & Soc. *consil. 18. vol. 2.* Com. opin.

OPINIO CCXXII.

SVMMARIA.

1 *Donatio remuneratoria facta à tutoribus, curatoribus, cæterisque administratoribus rei aliena, an valeat.*

2 *Minores an absque decreto iudicis possint facere donationem remuneratoriam. & nu. 4. 5. 7. 8. 9.*

3 *Minor, eiusq; tutor potest donare magistro pupilli; vel alteri, iusta causa suadente, pro remuneratione.*

6 *Donatio remuneratoria non est proprie donatio.*

10 *Donatio remuneratoria facta per minorem de rebus immobilibus est potius quadam permutatio, vel beneficij compensatio, quam liberalitas.*

11 *Minori promittenti pacem de neco patris, sine tutoris authoritate, non conceditur in integrum restitutio.*

12 *Donatio remuneratoria facta per personas prohibitas valet, dummodo merita sint aquiualentia rebus donatis.*

13 *Arbitrio iudicis terminandum est, quando merita dicantur aqualia rei donata.*

14 *Remuneratio debetur ex honesta & morali obligatione, non autem legali.*

15 *Actio cur non detur contra ingratos. & nu. 16.*

17 *Actio aduersus ingratos apud Macedones data fuit.*

18 *Hadria vetustissima ciuitas in prouincia Aprutij, in qua actio, & peculiare tribunal contra ingratos constitutum fuit. nu. 19.*

20 *Minor si sit læsus ex tutoris seu curatoris defectu, non restituitur, nisi prius egerit ad interesse contra tutorem, vel curatorem, si sint soluendo.*

21 *Restitutio in integrum vt habeat locum, requiritur necessario, vt minor sit læsus sua facilitate, & dolo aduersarij.*

22 *Pupillus, vel minor, potest ex seipso sine tutore præsentare.*

23 *Tutores, ac curatores an, & quibus casibus possint donare bona Principis.*

DONARE † tutores, vel curatores, cæterique administratores poſſunt bona minorum remunerationis cauſa, atque in eos conferre, qui erga minores bene meriti fuere, *l. cum plures, §. penult. ff. de administ. tut. l. 1. § sed nonnullos ff. de tutel. & rat. distrahen. & l. qui filium, ff. vbi pupil. educari debeat, & l. filius, in princip. ff. de procurat.* & voluit Gloſſ. *in c. fin. de offic. vicarij, libro 6.* Bart. *in l. ambitiosa, ff. de decretis.* Fulgoſ. *cons. 101.* Iaſ. *consil. 101. nu. 2. vol. 4. & in l. contra iuris, §. si filius, nu. 7. ver. secundo fallit, ff. de pactis.* Roman. *cons 50.* & Aret. *cons. 24.* vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. à Valle etiam *cons 18. num. 62. vol. 2.* Quin & ciuitas Principi ſubdita poteſt ob bene merita, immunitatem perpetuam alicui concedere, vt per Pariſ. *cons. 68. nu. 5. lib. 4.* Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuoc. don. in verb. donatione largitus, nu. 32.* quos refert Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. quæst. 47.* 1 Com. opin.

Imo ipſi † minores, etiam abſque iudicis decreto, poſſent facere huiuſmodi donationem; ſecundum Roman. *in l. si ante nuptias, ff. solut. mat.* Marian. Soc. *cons. 66 volum. 1.* Bertran. *cons. 205. col. 2. vol. 2. cons. 244. Viso instrumento cessionis. sub nu. 4. & seq. vol. 4.* & Alciat. *in l. creditores, ff. de verb. sign.* 2

Contrarium vero, & male, titubanterque firmanit Iaſ. *in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & in l. cum filio, col. pen. ff. de leg. 1.* & circumſpectiſſimus D. Octauius Simoncellus *in tract. de decretis, cæterisque solemnitatibus in contractibus minorum adhibendis, lib. 1. tit. 2. inspectione 4. sub num. 28. cum alijs sequen, fol. paruo 53.* vbi reperi hunc locum citaſſe, & aſſeruiſſe, iſtam communem per me incaute relatam; concluderetque denique antedictam communem procedere, & veram

eſſe

eſſe ſolummodo in rebus mobilibus, vt eas minor, ſeu eius tutor donare valeat remunerationis occaſione, & inſiſtere etiam ibi aliquibus artificioſis rationibus, vt ipſa communis nullatenus habere locum poſſit in rebus immobilibus, quæ per minorem intuitu remunerationis donari nequeant. Imo rem minoris, etiam cum decreto donari non poſſe, voluit Bald. in l. ſi quando, nu. 3. C. ſi maior. fact. alien. rat. hab. Et eiuſdem opinionis, quod maior rem immobilem donare nequeat propter benemerita, etiam cum decreto iudicis, reperio authores fuiſſe Ant. de Alex. in l. fin. C. ſi aduerſ. donat. & Aret. conſ. 24.

3 Sed † conſtanter permanendo in incepto, perſeuerandoque etiam, & optimo iure in prima ſententia communi, ac illam funditus ſtabiliendo, atque confirmando, aduertendum non iniuria eſt, quod communis prædicta fundatur in Gloſſ. in l. contra iuris ciuilis, §. fin. in ver. Non habere, ff. de pact. vbi firmat, licitum eſſe minori, vel eius tutori, iuſta cauſa ſuadente, donare pro remuneratione magiſtro, etiam de peculio caſtrenſi, vel quaſi; & loquitur indiſtincte, & generaliter, ſiue de bonis mobilibus, ſiue immobilibus donet magiſtro ipſius pupilli, prout ita loquuntur etiam omnes Doct. præcitati hanc partem communem amplectentes. Et hanc opinionem fateor fundatam reperiri in viſceribus iuris, ponderando text. à contrario ſenſu, qui hoc probat in l. fin. C. ſi aduerſ. donat. & in l. non ſolum, in ver. multo magis, iuncto verſ. & ſine cauſa cognita, C. de præd. minor.

4 Et iſte † minor in huiuſmodi caſu non videtur donare, ſed potius ſoluere debitum naturæ, vt l. Aquilius Regulus, ff. de donat. & l. ſed ſi lege, in §. conſuluit, ff. de pet. hered. & in c. cum in officiis, de teſtam. & l. ſi pater, §. fin. ff. de donat. & l. mortum autem, §. ſed licet, ff. quod met. cauſ.
5 cum † remuneratio hæc ex ratione naturali procedat, vt deducit Fortun. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iure, illat. 10.

6 Nec † iſta donatio remuneratoria poteſt proprie donatio dici, d. l. Aquilius Regulus. & ibi Bart. Abb. in rub. de donat. Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verb. donatione largitus, n. 11. vbi Ripa, quæſt. 14. Bertran. in d. conſ. 244. ſub n. 4. vol. 4. Bar. in proœm. Digeſt. col. 4. & ibi Cardin. Alban. in lucubrat. nu. 74. Iaſ. in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur. & in §. ſed ſi quis, nu. 8. de act. & Fuluius Conſtantinus, Inſt. de donat. in rub. nu. 5. vbi referr effectus huiuſcemodi opinionis, & iſta eſt communis opinio, vt ex allegatis authoritatibus facile cernitur, & magis communem vocat Clarus in tract. de donat. q. 3. Com. opin.
7 Illa † enim obligatio, quæ ex naturali ratione ineſt hominibus, vt grati benefacientibus ſint, inducit ad
8 remunerationem. Nam † ingratitudo exſiccat fontem pietatis, l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.
9 & not. Ang. in tract. malefic. fol. 7. col. 3. Et † nemo debet ſe opponere illi, à quo recepit beneficium, c. de forma. 22. q. 5. c. vltim. ext. de poſt. c. illud, §. hoc autem, 8. q. 2. & l. ſi pari, in fin. ff. de inoff. teſt. Et vt ſcribit Seneca lib. 11. de beneſic. c. 18. Diligentius quærendus eſt beneficii, quam pecuniæ creditor, huic enim reddendum, & quantum accepi, & ſi reddidi ſolutus ſum, ac liber, at illi plus ſoluendum eſt, & nihilominus relata gratia cohæremus.

10 Et † conſequenter donatio memorata facta per minorem de rebus immobilibus cauſa remunerationis eſt potius quædam permutatio, ſeu beneficii compenſatio, quam liberalitas, l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de pet. hered. vbi Bal. Curt. ſen. conſ. 54. col. 4. Aret. conſ. 17. col. 6. & Barb. conſ. 26. col. fin.

11 Et ſi, ô D. Octaui, minor † poteſt facere, ac promittere pacem de nece patris ſine tutoris, vel curatoris authoritate, nec ei conceditur in integrum reſtitutio aduerſus talem pacem, vt voluerunt Dyn. in l. Diuus, in apoſtil. ff. ad Syllan. Afflict. in conſtitut. minorum iura, nu. 6. lib. 2. rubr. 38. Morouus in tract. de fide, treug. & pace, part. 2. quæſt. 48. nu. 4. cum aliis ſeqq. & alii relati infra in opinion. 564. pacem facere. per totam. Quare igitur contradicere audeas, minori ipſi licitum non fore, donare immobilia, ratione naturali duce, & abſque eius læſione in recompenſationem beneficiorum receptorum.

Vnde † ex his communis præmemorata procedit 12 ſine ſcrupulo aliquo, dummodo merita forent æquiualentia rebus donatis, vt in c. relatum, il 2. de teſtam. & l. Iuxta ſeruitii meritum. & ita concludit Dec. conſil. 174. col. 1. Chaſſaneus in conſuetud. Burgundiæ, in titul. Des droitz, rubr. 4. §. 7. num. 9. fol. 157. Iaſ. in Auth. vnde ſi parens, num. 14. & ſequen. C. de inoffic. teſtam. Rolan. in d. conſil. 18. num. 69. 70. & 71. volum. 2. & Cardinalis Albanus in lucubration. ad Bart. in d. 1. conſtitution. Digeſtorum, num. 72. & Clarus in tract. de donation. quæſt. 3. verſ. ſed nunquid ad hoc. vbi explicat iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Et † ſimiliter ibi docet ex communi opinione, re- 13 ſidere in iudicis arbitrio, quando merita ſint æqualia rei donatæ. Et ita videtur etiam declarare Aret. in d. conſil. 24. num. 14. quod tutoribus licitum ſit donare bona minoris bene conſideratis facultatibus ipſius minoris, & bene meritis donatarii.

Et quatenus laboret totis viribus ſuis idem D. Octauius, loco de quo ſupra, ſalua re eandem communem, poſſe procedere de plano, vbicunque ex meritis ius agendi competeret inferenti beneficia, reſpondeo talem conſiderationem penitus inutilem eſſe: nam memor eſſe debet, † quod remuneratio 14 non eſt debita ex obligatione legali, ſed ex honeſta, & morali, vt probat S. Thom. de Aquino 2. 2. quæſtion. 105. artic. 5. cum duobus aliis ſeqq. & illuſtris D. Ranaldus Ridolfius præceptor meus, vnicum noſtri ſeculi lumen, in oratione 1. pro pupillo, nu. 5.

Adeo † quod nullum ius, nullaque actio in Repu- 15 blica detur, ac concedatur aduerſus ingratos, atque vtile Reipublicæ fuit, nullam actionem ex hoc conſtituere, authore Seneca, lib. 3. de benef. c. 7. & Fratre Sabba in ſuis recordationibus, record. 122. col. 2.

Siquidem † iſtis actionibus omnia fora non ſuffi- 16 cerent: cum omnes homines ingrati dignoſcantur, & omnes eodem morbo laborare videantur, & animal ingratius homine nullum eſt: nam ſi accipientium animos intueare, beneficiorum magna pars perditur, quidam ſe obliuione relaxabunt, alii forſan iniuriis beneficia penſabunt, vt eſſent iniuriæ, non ceſſabunt querimoniæ. Audiſti apud Lucanum de Pompeio querentem Photinum, apud Senecam Sabinam de Auguſto, & apud Liuium, & Valerium Maximum Coriolanum de propria patria.

Vnde † contemplamini totum orbem, vici o- 17 mnes lamentis talibus pleni ſunt, poſſem breuius totius mali cauſam, ſtultitiam dicere. Bene tamen verum eſt, conſtare apud Macedones actionem aduerſus ingratos temporibus illis lege datam fuiſſe, teſtatur ſe legiſſe Ludou. Cælius lib. 4. lect. antiq. c. 28. quod ex Valerio Maximo conſtat lib. 5. c. 3. §. Phocion.

Et in ciuitate † vetuſtiſſima Hadriæ in Prouincia 18 noſtra Aprutii per ſtatutum aduerſus ingratos conſtitutum tribunal, actionemque extitiſſe, vt meminit Frater Sabba in d. recordat. 122. col. 2.

Et ſi minor † maior factus vellet forte petere re- 19 ſtitutionem in integrum aduerſus donationem remuneratoriam factam per eius tutorē, vel curatorem de rebus ſuis ſtabilibus, credendo euitare Scyllam, incide-

Digitized by Google

rum voluntatum cauſa mortis, nu. 175. Fuluius Conſtantinus *Inſtit. de donat. in prin. nu. 9.* & Couarr. *in d. 3. par. nu. 25.* & Clarus *in d. q. 4. ver. & hac.* vbi iſtam communem ſequitur cum quadam moderatione.

4 Accedit † ſimiliter præmiſſis, quod iſta donatio cauſa mortis, nudo pacto perficitur; ſecundum Bar. *in l. cum pater, §. Maeuio, ff. de leg. 2. & in l. 1. ff. de donat. cauſa mor.* & omnes Doct. communiter *in l. ſciendum, alias l. 2. ff. de leg. 1.* vbi Alex. *nu. 7.* & cæteri Scriben. communem iſtam citant, comprobant, & pluribus medijs tuentur; & Rolan. Paſſager. *in tract. de donatione cauſa mortis, rub. 1. n. 9.* Couarr. quoque cum cæteris ſignatis per eum, *in d. 3. par. n. 14.* & Fuluius Conſtantinus *Inſtit. de donat. in prin. ſub nu. 1. ver. pro reſolutione eorum.* Com. opin.

5 Et † finaliter aduerte, quod in donatione cauſa mortis nullum poſſet adiici onus: ſecundum Gloſſ. *in l. licet, C. de pactis, in verbo, Mortis cauſa, in ſecunda ratione.* Sed Gloſſ. hæc communiter reprehenditur per Doct. *ibi*, & præſertim per Fulgoſ. Alex. Iaſ. Claudium Aquenſ. & alios, pro quorum ſententia videri poteſt, *l. ab eo, C. de fideicommiſſis.* & alia fundamenta, quæ inducuntur per præmemoratos Doct. *in d. l. licet.* Com. opin.

OPINIO CCXX.

SVMMARIA.

1 *Donatio a patre facta filio an ſit conferenda.*

2 *Donatarius vigore donationis ſibi factæ, non poteſt tanquam heres hereditatem adire: ſed vt heres ſingularis poſſidere poteſt.*

1 DONATIO † facta per patrem filio in poteſtate non debet conferri; quia morte confirmatur, & ſic donatum videtur eſſe quæſitum poſt mortem patris: ſecundum communem opin. Doct. *in Auth. ex teſtamento, C. de collat.* de qua per Vaſquium *in tract. de ſucceſſionum reſolutione, lib. 2. §. 19. ſub n. 49.* & per Iaſ. *in d. Auth. ex teſtamento.* Et iſtam communem limitat in tribus caſibus Gloſſ. *ibi*, & Soc. *in tract. fallent. in litera D. regul. 103.* Com. opin.

2 Cæterum aduerte, quod † donatarius ipſe, donationis vigore eidem factæ, non poſſet vllo modo tanquam heres hereditatem adire. Et ratio ea eſt, quoniam tunc, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ei hereditas vlla tenus delata cenſetur. & cum donatio hæc vim teſtamenti non habeat, merito igitur donatarius aliquid tanquam heres ſingularis virtute donationis poſſidere poſſet: quia cum de alio teſtamento aliter non conſtet, ex illa donatione præſumitur, vt infallibiliter tenet oculatiſſimus D. Oradinus, præceptor meus, *in ſuis fertiliſſimis atque ſolidiſſimis deciſionib. dec. 345.*

OPINIO CCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ſimplex facta à patre filio, quæ ab initio valuit, conferri non debet, ſi æquet legitimam; eiusq; ratio.*

1 DONATIO † ſimplex facta à patre filio, quæ ab initio valuit, conferri non debet, quando implebat eius legitimam: quia tunc contemplatione legitimæ facta cenſetur, & ſic magis relicti, quam inter viuos donationis naturam imitatur: ſecundum Bar. Paulum, Picum, *nu. 62.* Ripam *num. 493. & num. 560. cum alijs ſequen.* & Ruinum *nu. 18. & 23. in l. in quartam, ff. ad legem Falcid.* vbi appellant iſtam eſſe communem opinionem, & Coraſ. *in l. filium, quem habentem, num. 106. C. fam. erciſc.* licet ibi male ſentiat contrarium. & Corn. quoque *in l. illud, C. de collat.* & Soc. *conſ. 18. vol. 2.* Com. opin.

OPINIO CCXXII.

SVMMARIA.

1 *Donatio remuneratoria facta à tutoribus, curatoribus, cæteriſque adminiſtratoribus rei alienæ, an valeat.*

2 *Minores an abſque decreto iudicis poſſint facere donationem remuneratoriam. & nu. 4. 5. 7. 8. 9.*

3 *Minor, eiusq; tutor poteſt donare magiſtro pupilli, vel alteri, iuſta cauſa ſuadente, pro remuneratione.*

6 *Donatio remuneratoria non eſt proprie donatio.*

10 *Donatio remuneratoria facta per minorem de rebus immobilibus eſt potius quædam permutatio, vel beneficij compenſatio, quam liberalitas.*

11 *Minori promittenti pacem de nece patris, ſine tutoris authoritate, non conceditur in integrum reſtitutio.*

12 *Donatio remuneratoria facta per perſonas prohibitas valet, dummodo merita ſint æquiualentia rebus donatis.*

13 *Arbitrio iudicis terminandum eſt, quando merita dicantur æqualia rei donatæ.*

14 *Remuneratio debetur ex honeſta & morali obligatione, non autem legali.*

15 *Actio cur non detur contra ingratos. & nu. 16.*

17 *Actio aduerſus ingratos apud Macedones data fuit.*

18 *Hadria vetuſtiſſima ciuitas in prouincia Aprutij, in qua actio, & peculiare tribunal contra ingratos conſtitutum fuit nu. 19.*

20 *Minor ſi ſit læſus ex tutoris ſeu curatoris defectu, non reſtituitur, niſi prius egerit ad intereſſe contra tutorem, vel curatorem, ſi ſint ſoluendo.*

21 *Reſtitutio in integrum vt habeat locum, requiritur neceſſario, vt minor ſit læſus ſua facilitate, & dolo aduerſarii.*

22 *Pupillus, vel minor, poteſt ex ſeipſo ſine tutore præſentare.*

23 *Tutores, ac curatores an, & quibus caſibus poſſint donare bona Principis.*

DONARE † tutores, vel curatores, cæterique administratores poſſunt bona minorum remunerationis cauſa, atque in eos conferre, qui erga minores bene meriti fuere, *l. cum plures, §. penult. ff. de adminiſt. tut. l. 1. § ſed nonnullos ff. de tutel. & rat. diſtrahen. & l. qui filium, ff. vbi pupil. educari debeat, & l. filius, in princip. ff. de procurat.* & voluit Gloſſ. *in c. fin. de offic. vicarii, libro 6.* Bart. *in l. ambitioſa, ff. de decretis.* Fulgoſ. *conſ. 106.* Iaſ. *conſil. 101. nu. 2. vol. 4. & in l. contra iuris, §. ſi filius, nu. 7. ver. ſecundo fallit, ff. de pactis.* Roman. *conſ. 50.* & Aret. *conſ. 24.* vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. a Valle etiam *conſ. 18. num. 62. vol. 2.* Quin & ciuitas Principi ſubdita poteſt ob bene merita, immunitatem perpetuam alicui concedere, vt per Pariſ. *conſ. 68. nu. 5. lib. 4.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. in verb. donatione largitus, nu. 32.* quos refert Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 47.* 1 Com. opin.

Imo ipſi † minores, etiam abſque iudicis decreto, poſſent facere huiuſmodi donationem; ſecundum Roman. *in l. ſi ante nuptias, ff. ſolut. mat.* Marian. Soc. *conſ. 66 volum. 1.* Bertran. *conſ. 205. col. 2. vol. 2. conſ. 244. Viſo inſtrumento ceſſionis, ſub nu. 4. & ſeq. vol. 4.* & Alciat. *in l. creditores, ff. de verb. ſign.* 2

Contrarium vero, & male, titubanterque firmauit Iaſ. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, & in l. cum filio, col. pen. ff. de leg. 1.* & circumſpectiſſimus D. Octauius Simoncellus *in tract. de decretis, cæteriſque ſolemnitatibus in contractibus minorum adhibendis, lib. 1. tit. 2. inſpectione 4. ſub num. 28. cum alijs ſequen. fol. paruo 53.* vbi reperi hunc locum citaſſe, & aſſeruiſſe, iſtam communem per me incaute relatam; concludereque denique antedictam communem procedere, & veram

eſſe

eſſe ſolummodo in rebus mobilibus, vt eas minor, ſeu eius tutor donare valeat remunerationis occaſione, & inſiſtere etiam *ibi* aliquibus artificioſis rationibus, vt ipſa communis nullatenus habere locum poſſit in rebus immobilibus, quæ per minorem intuitu remunerationis donari nequeant. Imo rem minoris, etiam cum decreto donari non poſſe, voluit Bald. *in l. ſi quando, nu. 3. C. ſi maior fact. alien. rat. hab.* Et eiuſdem opinionis, quod maior rem immobilem donare nequeat propter benemerita, etiam cum decreto iudicis, reperio authores fuiſſe Ant de Alex. *in l. fin. C. ſi aduerſ. donat.* & Aret. *conſ. 24.*

3 Sed † conſtanter permanendo in incepto, perſeuerandoque etiam, & optimo iure in prima ſententia communi, ac illam funditus ſtabiliendo, atque confirmando, aduertendum non iniuria eſt, quod communis prædicta fundatur in Gloſſ. *in l. contra iuris ciuilis, §. fin. in ver. Non habere, ff. de pact.* vbi firmat, licitum eſſe minori, vel eius tutori, iuſta cauſa ſuadente, donare pro remuneratione magiſtro, etiam de peculio caſtrenſi, vel quaſi; & loquitur indiſtincte, & generaliter, ſiue de bonis mobilibus, ſiue immobilibus donet magiſtro ipſius pupilli, prout ita loquuntur etiam omnes Doct. præcitati hanc partem communem amplectentes. Et hanc opinionem fateor fundatam reperiri in viſceribus iuris, ponderando text. à contrario ſenſu, qui hoc probat *in l. fin. C. ſi aduerſ. donat. & in l. non ſolum, in ver. multo magis, iuncto verſ. & ſine cauſa cognita, C. de præd. minor.*

4 Et iſte † minor in huiuſmodi caſu non videtur donare, ſed potius ſoluere debitum naturæ, *vt l. Aquilius Regulus, ff de donat. & l. ſed ſi lege, in §. conſuluit, ff. de pet. hered. & in c. cum in officiis, de teſtam. & l. ſi pater, § fin. ff. de donat. & l. metum autem, §. ſed licet, ff. quod met. cauſ.*
5 cum † remuneratio hæc ex ratione naturali procedat, vt deducit Fortun. *in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſt. & iure, illat. 10.*

6 Nec † iſta donatio remuneratoria poteſt proprie donatio dici, *d. l. Aquilius Regulus.* & *ibi* Bart. Abb. *in rub. de donat.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verb. donatione largitus, n. 11.* vbi Ripa, *quæſt. 14.* Bertran. *in d. conſ. 244. ſub n. 4. vol. 4.* Bar. *in proœm. Digeſt. col. 4.* & *ibi* Cardin. Alban *in lucubrat. nu. 74.* Iaſ. *in l. ex hoc iure, ff de inſtit. & iur. & in §. ſed ſi quis, nu 8. de act.* & Fuluius Conſtantinus, *Inſt. de donat. in rub nu. 5.* vbi refert effe-
Cōm opin. ctus huiuſcemodi opinionis, & iſta eſt communis opinio, vt ex allegatis authoritatibus facile cernitur, & magis communem vocat Clarus *in tract. de donat. q. 3.*
7 Illa † enim obligatio, quæ ex naturali ratione ineſt hominibus, vt grati benefacientibus ſint, inducit ad
8 remunerationem. Nam † ingratitudo exſiccat fontem pietatis, *l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.*
9 & not. Ang. *in tract. maleſic. fol. 7. col. 3.* Et † nemo debet ſe opponere illi, à quo recepit beneficium, *c. de forma, 22. q. 5. c. vltim. ext. de poſt. c. illud, §. hoc autem, 8. q. 2. & l. ſi pars, in fin ff. de inoff. teſt.* Et vt ſcribit Seneca *lib. 11. de benefic. c. 18. Diligentius quærendus eſt beneficii, quam pecuniæ creditor, huic enim reddendum, & quantum accepi, & ſi reddidi ſolutus ſum, ac liber, at illi plus ſoluendum eſt, & nihilominus relata gratia cohæremus.*

10 Et † conſequenter donatio memorata facta per minorem de rebus immobilibus cauſa remunerationis eſt potius quædam permutatio, ſeu beneficii compenſatio, quam liberalitas, *l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de pet. hered.* vbi Bal. Curt. ſen. *conſ. 54. col. 4.* Aret. *conſ. 17. col. 6.* & Barb. *conſ. 26. col. fin.*

11 Et ſi, ô D. Octaui, minor † poteſt facere, ac promittere pacem de nece patris ſine tutoris, vel curatoris authoritate, nec ei conceditur in integrum reſtitutio aduerſus talem pacem, vt voluerunt Dyn. *in l. Diuus, in apoſtill. ff. ad Syllan.* Afflict. *in conſtitut. minorum iura, nu. 6. lib. 2. rubr. 38.* Moronus *in tract. de fide, treug. & pace, part. 2. quæſt. 48. nu. 4. cum aliis ſeqq.* & alii relati infra *in opinion. 564. pacem facere per totam.* Quare igitur contradicere audeas, minori ipſi licitum non fore, donare immobilia, ratione naturali duce, & abſque eius læſione in recompenſationem beneficiorum receptorum.

Vnde † ex his communis præmemorata procedit 12
ſine ſcrupulo aliquo, dummodo merita forent æquiualentia rebus donatis, *vt in c. relatum, il 2. de teſtam. ibi, Iuxta ſeruitii meritum.* & ita concludit Dec. *conſil. 174. col. 1.* Chaſſaneus *in conſuetud. Burgundiæ, in titul. Des droitz, rubr. 4. §. 7. num. 9. fol. 157.* Iaſ. *in Auth. vnde ſi parens, num. 14 & ſequen. C. de inoffic. teſtam.* Rolan. *in d. conſil. 18. num. 69. 70. & 71. volum. 2.* & Cardinalis Albanus *in lucubration. ad Bart. in d. 1. conſtitution. Digeſtorum, num. 72.* & Clarus *in tract. de donation. quæſt. 3. verſ. ſed nunquid ad hoc.* vbi explicat iſtam eſſe communem Cōm opin.
opinionem.

Et † ſimiliter *ibi* docet ex communi opinione, re- 13
ſidere in iudicis arbitrio, quando merita ſint æqualia rei donatæ. Et ita videtur etiam declarare Aret. *in d. conſil. 24. num. 14.* quod tutoribus licitum ſit donare bona minoris bene conſideratis facultatibus ipſius minoris, & bene meritis donatarii.

Et quatenus laboret totis viribus ſuis idem D. Octauius, loco de quo ſupra, ſaluare eandem communem, poſſe procedere de plano, vbicunque ex meritis ius agendi competeret inferenti beneficia, reſpondeo talem conſiderationem penitus inutilem
eſſe: nam memor eſſe debet, † quod remuneratio 14
non eſt debita ex obligatione legali, ſed ex honeſta, & morali, vt probat S. Thom. de Aquino *2. 2. quæſtion. 105 artic. 5. cum duobus aliis ſeqq* & illuſtris D. Ranaldus Ridolfius præceptor meus, vnicum noſtri ſeculi lumen, *in oratione 1. pro pupillo, nu. 5.*

Adeo † quod nullum ius, nullaque actio in Repu- 15
blica detur, ac concedatur aduerſus ingratos, atque vtile Reipublicæ fuit, nullam actionem ex hoc conſtituere, authore Seneca, *lib. 3. de benef. c. 7.* & Fratre Sabba *in ſuis recordationibus, record. 122 col. 2.*

Siquidem † iſtis actionibus omnia fora non ſuffi- 16
cerent: cum omnes homines ingrati dignoſcantur, & omnes eodem morbo laborare videantur, & animal ingratius homine nullum eſt: nam ſi accipientium animos intueare, beneficiorum magna pars perditur, quidam ſe obliuione relaxabunt, alii forſan iniuriis beneficia penſabunt, vt ceſſent iniuriæ, non ceſſabunt querimoniæ. Audiſti apud Lucanum de Pompeio querentem Photicum, apud Senecam Sabinam de Auguſto, & apud Liuium, & Valerium Maximum Coriolanum de propria patria.

Vnde † contemplamini totum orbem, vici o- 17
mnes lamentis talibus pleni ſunt, poſſem breuius totius mali cauſam, ſtultitiam dicere. Bene tamen verum eſt, conſtare apud Macedones actionem aduerſus ingratos temporibus illis lege datam fuiſſe, teſtatur ſe legiſſe Ludou. Cælius *lib. 4. lect. antiq. c. 28.* quod ex Valerio Maximo conſtat *lib. 5. c. 3. §. Photion.*

Et in ciuitate † vetuſtiſſima Hadriæ in Prouincia 18
noſtra Aprutii per ſtatutum aduerſus ingratos conſtitutum tribunal, actionemque extitiſſe, vt meminit Frater Sabba *in d. recordat. 122. col. 2.*

Et ſi minor † maior factus vellet forte petere re- 19
ſtitutionem in integrum aduerſus donationem remuneratoriam factam per eius tutorē, vel curatorem de rebus ſuis ſtabilibus, credendo euitare Scyllam, incide-

Digitized by Google

20 ciderent in Charybdim. Nam † ſi prætenderet læſionem minor ipſe ex tutoris, vel curatoris defectu, vtique non reſtituetur modo aliquo, donec prius egerit ad intereſſe contra tutorem, vel curatorem, ſi eſſet ſoluendo, ſecundum Ang. de Peruſio *in Auth. de heredibus. & Falcid. in §. illud quoque, collation. 1.*

21 Et ſi † cuperet minor ipſe ex donatione remuneratoria facta, per ſeipſum petere reſtitutionem in integrum, requireretur, quod eſſet læſus, *l. nam & poſtea, § ſi minor, ff. de iureiuran.* Imo dato, quod eſſet vere ex hoc læſus, non tamen eſt adhuc iuſta cauſa obtinendæ reſtitutionis in integrum: nam opus eſt, requiriturque neceſſario, vt ſit minor, & ſit etiam læſus ſui facilitate, & dolo aduerſarii, vt firmat Bart. *in l. fin. C. de in integ. reſtitut.* Iaſ. *in d. l. nam & poſtea, §. ſi minor.* quam legit cum *l. aut prætor, la 2.* Bertr. *conſil. 169. col. 1. vol. 1.* & Dec. *in l. nihil conſenſui, §. 1. ff. de regul. iur.*

22 Et † quemadmodum ex his minor poteſt donare immobilia cauſa remunerationis, ita etiam idem minor, ſeu pupillus poteſt præſentare abſque tutore, ſecundum Gloſſ. & Ioan. And. *in c. ex eo, de electione lib. 6.* Ancharan. *conſil. 355. in fin.* Abb. *in cap. 1. num. 4. de iure patron.* Ant. de But. *conſ. 29. in fin.* Caldet. *conſ. 9. in tit. de iure patron.* Cæſar Lambert. *in tract. de iure patron lib. 1. 2. articul. 7. quæſtion. principali, 1. par. nu. 35.* & Lapus *in allegation. 8. præſentat us per patronos, ſub nu. 2. verſic. & pupillus licet non eligat.* vbi etiam *in addition. in litera H.* ſapientiſſimus D. Quintil. Mandoſ. cum aliis aggregatis Doctor. per eum prædicat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

23 Et † ſimiliter in omnem cauſam, ſeu caſum tutores ipſi, & curatores poſſent donare bona Principis, vt conſuluit Bertran. *conſil. 8. volum. 2.* & eſt Gloſſ. *in cap. grandi, de ſupplen. negl. prel.* quod diffuſe limitauit conſulendo Rolan. à Valle *dict. conſil. 18. num. 65. cum aliis ſeqq. volum. 2.* procedere in bis rebus, quas Princeps donare conſuetus erat, non autem in aliis rebus, quas rariſſime largitus appareat.

OPINIO CCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Donata ſponſæ per conſanguineos ſponſi, ſoluto matrimonio morte ſponſæ, remanent apud ſponſum, & non ſunt reſtituenda heredibus vxoris. Sed donata ſponſæ a ſuis conſanguineis, ad eam, eiuſve heredes reuerti debent.*

1 DONATA † ſponſæ per conſanguineos, & attinentes mariti, & ſponſi, ſoluto matrimonio, per mortem vxoris, & ſponſæ, remanere debent penes maritum, & non veniunt reſtituenda heredibus vxoris, ſecundum Bar. *in l. ſed, & ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de vulgar. & pupill.* quem ſequitur Iaſ. *ibi,* & cæteri, quos ipſe refert, & *in l. vt liberis, col. pen. C. de collation.* Ruinus *conſ. 133. ſub nu. 1. vol. 4.* Ang. Aret. *in §. fuerat, Inſtitut. de action.* & Lupus *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxorem, §. 45.* & eſt deciſum per Rotam *in deciſion. 1. de donat. inter virum, & vxor. in antiquis,* vbi late Domini de Rota diſtinguunt, & ita concludunt in dubio, quam opinionem oſtendit communem eſſe Cagnolus *in l. contractus, nu. 48. ff. de regulis iur.* & magis communem Clarus *in tract. de donation. q. 10. ver. ſed numquid ea.* Cōis opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod non acquirantur marito, ſed vxori, quamuis à conſanguineis mariti donatio proceſſerit, inclinauit Alciat. cum aliquibus Doct. illuſtr. ſignatis per eum, *in tract. de præſum. reg. 1. præſump. 18.* Verum ipſe inhæreo communi præmiſſæ, quæ roboratur, declaratur, tutaque redditur pluribus fundamentis per Lupum *in d. § 45. fere per totum.* & ita conſuluit etiam Ang. *conſ. 134. quidam nomine Matthæus de Tuderto cepit in vxorem.* & ita econtra donatio facta ipſi ſponſæ per eius conſanguineos ad illam, ſeu ad ſuos heredes debet reuerti, ac ſpectare, vt voluit Bar. *in d. § ad ſubſtitutos.* & Ruinus, *in d. conſ. 133 num. 1.* vbi affirmat hanc ſententiam non habere contradictorem. Cōis opin.

OPINIO CCXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod donatio reuocari nequeat, ratione cuiuſcunque ingratitudinis committendæ an valeat.*

DONATOR † promittens non reuocare donationem ex quacunque cauſa, vel ingratitudine futura, non obſtante pacto hoc, ſuperueniente ingratitudine, vtiq; poteſt eam reuocare, etſi pactum, quod reuocari donatio nequeat ratione cuiuſcunq; ingratitudinis committendæ, non valet, nec tenet, ſecundum Bart. Bald. Paul. Caſtren. Iaſ. *nu. 17.* & Bolognettum *ſub nu. 96. in l. fin. C. de pactis.* Bald. *in l. final. C. de bonis, quæ liber.* Salyc. *in l. pactum, C. de collat.* Specul. *in tit. de donat. §. 1. verſic. quid ſi actum ſit.* Anton. & Imol. *in cap. fin. de donation.* Corn. *conſil. 102 num. 7. cum aliis ſequen. volum. 1.* Roman. *conſil. 26. colum. fin.* Alex. *conſ. 40. volum. 4. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 23. ff. de verb. obligation.* & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. *ibi,* & Rubeum *conſ. 64. num. 1.* 1 Cōis opin.

Hoc vero limitatur non procedere, vbicunque interueniret iuramentum: nam tunc etiam ingratitudo futura poſſet remitti, & pactum illud firmaretur dicto iuramento, ſecundum Ioan. Andr. *in addition. Specul. in d. § 1. verſic. quid ſi actum ſit.* Ioan. de Imol. *conſil. 35. col. 6.* Alexan. *in d. conſil. 40. volum final.* Felin *in cap. ſi diligenti, colum 7. de foro competen.* Iaſ. *in dicta l. fin. C. de pact. num. 17.* Alexand. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 22.* vbi ait, opinionem iſtam veriorem, communem, & in practica ſeruari, & ſequitur Socin. *conſil. 53. colum. 2. volum. 1.* Aquen. *in dicta l. ſtipulatio, colum. 4.* Bauer. *in tract. de virtute iuramen. caſu 38.* Ripa *in repetition. l. fin. C. de reuocan. donation. quæſt. 54.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, eodem titul.* & Rubeus *in d. conſil. 64. num. 3.* vbi ita conſuluit, & prædictæ opinioni inhæret quoque Bolognettus *in d. l. fin. C. de pactis, num. 97. & ſequen.* & iſtorum aſſertio adeo clara, communisque eſt, & iure probatur, vt nefas ſit eam in controuerſiam aliquam mittere. Cōis opin.

In contrariam vero partem, vt huic heredi, ſeu donatario indigno hereditatem, vel donationem teſtator adimere poſſit, & periurium non incurrat, ac committat, inclinauit Gloſſ. *in c. vltima voluntas, 3. quæſtion. 3.* & ibi Archidiac. Corn. *conſil. 224. volum. 4.* vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur, & communiter teneri ait Alciat. *in cap. cum contingat, num. 39. de iureiuran.* Bart. *in l. ſi duobus, § idem reſpondit, ff. pro ſocio.* Cyn. *in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Angel. de Gambil. *in tract. de teſtamen. in Gloſſ. & iurauit non reuocare.* & Chaſſaneus *conſil. 51. nu. 26.* Cōis opin.

Et licet primam opinionem Alexan. & Socin. *num. 50. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta* aſſerant communem eſſe Legiſtarum, nihilominus ingenue fatentur quoque contrariam præmiſſam eſſe communem ſententiam Canoniſtarum, de qua per Mayner. & Cagnol. *in l. nemo poteſt mutare, ff. de regulis iuris.* per Alciat. *vbi ſupra nu. 77.* per Moder. *in tractat. de teſtamen. parte 2. nu. 15.* & Curt. *conſ. 33 nu. 21.* Sed ipſe inhæreo memoratæ opinioni Legiſtarum, tanquam tutiori & communiori.

OPINIO CCXXV.

SVMMARIVM.

1 *Donatori aſſerenti ſe ob bene merita donaſſe, plena fides adhibenda eſt, vbicunque non prohibetur eam rem donare.*

1 DONATORI † aſſerenti ſe ob bene merita do-
naſſe, plena fides adhibenda eſt, vbicunque do-
nare eam rem, de qua agitur, prohibitus non erat, ſe-
cundum Bartol. reliquoſque omnes, *in l. ſi forte, ff. de*
caſtren. pecul. Paul. Caſtren. *in l. Attilum Regulus, ff. de do-*
Cōis opin. *nation.* Doctores omnes communiter *in l. ſi donatio-*
ne, C. de collation. Guidonem Papæ *quæſtion. 95.* Ber-
tran. *conſil. 3. & 154. colum. 2. volum. 3.* Bartholom. So-
cin. *conſil. 295. colum. 3. volum 2.* Iaſ. *conſil. 154.* Pariſ. *conſil.*
38 colum. final. volum. 3. & Dec. *conſil. 20. colum. fin. &*
conſ. 531. & iſta eſt vera communiſque opinio, ſecun-
dum memoratos Doctores omnes; ſed donatori aſ-
ſerenti merita præceſſiſſe non creditur, quando do-
nare liberum non erat, vt late ſcripſimus *in 1. parte, in*
opinion. 74. exordiente: Donatio inter virum & vxorem, in
2. limit.

OPINIO CCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Dos exigi debet in loco domicilii mariti, non autem in loco contractus.*

1 IN † dote exigenda non locus contractus, ſed ſem-
per locus mariti attenditur, ſecundum Abbat. &
omnes communiter *in cap. 1. de ſponſ.* Bartol. & cæteros
in l. exigere dotem, ff. de iud. Bald. *in cap. 1. §. final. de inve-*
ſtit. de re al. fac. in vſibus feudorum. Abbat. & Felin. *in fin.*
& reliquos *in c. final. de foro competen.* & Alex. *conſil. 100.*
volum. 3. Nec libet hac in re vti ampliori Doctorum
Cōis opin. catalogo, cum ſit apud eos hæc opinio frequentiori
calculo recepta, & ratio eſt: agitur enim de contractu
reſoluendo, quo caſu actor ſequitur forum rei, *cap.*
cum ſit generale, de foro competenti, & l. iuris ordinem, C.
de iud. & quod exigi dos debeat in loco mariti, quo-
niam mulier illum elegiſſe videtur, in quo etiam mo-
rari debebat, *l. de iure, §. final. ff. ad municipal.* & not. *in l.*
2. C. de iudic. & quia etiam matrimonium contractum
eſt cum aduena ſtatim receſſuro, ergo in loco domi-
cilii mariti dos exigi debebit, *l. quæro, ff. ſoluto matri-*
monio. & not. Salycet. *in l. cunctos populos, colum. 2. C. de*
Summa Trinit.

OPINIO CCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Dos promiſſa, licet nondum tradita, cenſetur proprie dos.*
2 *Dos promiſſa ex proprietate ſermonis comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote.*
3 *Stipulatio de dote lucranda committitur in dote promiſſa.*
4 *Pactum ſimile procedit in dote promiſſa.*
5 *Stipulatio debet ſecundum proprietatem verborum intelligi.*
6 *Dos conſtituitur eo ipſo quod promittitur.*
7 *Dos duplici modo creatur, vel promiſſione, vel traditione.*
8 *Dotem appellant nonnullæ leges per verba importantia proprietatem, etiam ea, quæ eſt promiſſa.*

1 DOS † promiſſa, licet nondum tradita, cenſetur
proprie dos; & ſic dos data & promiſſa à pari
Cōis opin. procedunt, ſecundum omnes Doctores communi-
ter, *in rubr. ff. ſoluto matrimonio.* præſertimque Iaſ. &
Ripam *ibi, nu. 58. & ſequen.* perhibentes iſtam com-
munem opinionem fore, quam ſequitur & appro-
bat pariter viuis rationibus cum aliis relatis per eum
Tiraquel. *in tractat. de retractu, in §. final. num. 32. circa*
final. tractatus. Et † ſic dos ipſa promiſſa comprehen- 2
ditur ex proprietate ſermonis in ſtatuto ſimpliciter
loquente de dote, vt voluerunt Angel. *conſil. 76 ſta-*
tutum loquitur, & conſil. 180. promitto. Iaſ. Vinc. San.
num. 69. Ruinus *nu. 95.* Parpal. & Bulgarus, Ioan. An-
nibal. *num. 476.* Aretin. & Ripa *num. 59. in d. rub. ſolut.*
matrimon. & hoc probatur ex pluribus.

Primo, † quia ſtipulatio de dote lucranda com- 3
mittitur in dote promiſſa, *l. ex morte, C. de pact. conuen.*
tam ſuper dot. Item † & pactum ſimile procedit in do- 4
te promiſſa, ſecundum Gloſſ. *in l. mulier, in ver. Debe-*
bat, ff. de condition. inſtitut. & in l. ſi donatarius, in penult.
gloſſ. in ver. Dumtaxat, de condiction. ob cauſ. Gloſſ. & Do-
ctor. *in §. dotes autem, in verb. percipiente, Authent. de*
nupt. ergo dos promiſſa videtur proprie dos. Nam
ſtipulatio † debet ſecundum proprietatem verbo- 5
rum intelligi, *l. quicquid. & ibi notat. ff. de verborum obli-*
gation. & ita arguit Iaſ. *in dicta rubr. ff. ſoluto matrimonio,*
nu. 203. per illum textum.

Secundo, † quia fit & conſtituitur dos eo ipſo, 6
quod promittitur, vt aiunt Doctor. *in l. de diuiſione, ff.*
ſolut. matrimonio. & Gloſſ. *in l. 1. §. accedit, in ver. Fecerit,*
C. de rei vxor. action. & probatur *in l. quemadmodum, &*
in l. tale, ff. de iure dotium. Vtpote, † quia duplici modo 7
creatur dos, & in eſſe deducitur, vel ipſa promiſſio-
ne, vel traditione rerum, cum antea promiſſa non eſ-
ſet, vt inquit Salycet. *in d. §. accedit.* Angel. *in d. conſil.*
76. & Ruinus *conſ. 125. viſis, nu. 3. vol. 1. & conſ. 151. viſo ſta-*
tuto, vol. 5.

Tertio & vltimo, quia † reperiuntur complures 8
leges, quæ appellant dotem per verba importantia
proprietatem, ex eo ipſo, quod eſt promiſſa, *l. ſi mu-*
lier, §. ſi dos, ff. quod met. cauſ. & toto titul. C. de dote pro-
miſſ. l. ſi pater mulieris, l. dotis promiſſio, l. cum poſt, §. patro-
na, l. ſi mulier, & l. ſiue generaliter, ff. de iure dot.

OPINIO CCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Dos proprie dicitur ſoluto matrimonio.*
2 *Dos promiſſa proprie dos dicitur, & comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote.*
3 *Dos non ſoluta, ſed per patrem genero pro filia promiſſa, an per patrem poſt mortem filiæ ſoluenda ſit liberis exiſtentibus, ſecundum conſuetudinem Martinæ.*
4 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & ſi corrigat ius commune, potius reſtringi, quam extendi debet.*
5 *Statutum loquens in dote data, an procedat etiam in dote promiſſa. & nu. 11.*
6 *Conſuetudo æquiparatur ſtatuto, quod eſt ſtricti iuris.*
7 *Conſuetudo Martinæ ſtricte eſt interpretanda. Et an ad alia loca ſeparata ſit extendenda. nu. 12.*
8 *Conſuetudinem Martinæ habere locum etiam in dote promiſſa, & non ſoluta, eamque opinionem hodie eſſe veriorem & receptiorem. & nu. 25.*
9 *Lex,* dos à patre, C. ſoluto matrimonio, *an procedat etiam in dote promiſſa, & non ſoluta.*
10 *Retentio facilius datur, quam repetitio.*
12 *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum ſeparatum, nec contiguum, & connexum, habentem diſſimilia iura, ſed ſolum ad connexum ſimilia iura habentem.*
13 *Conſuetudo Martinæ generalis eſt, & per totum orbem ſeruatur, etiam in dote promiſſa.*
14 *Conſuetudo Bitontina circa dotem reſtituendam ſoluto matrimonio, eiusq; explicatio.*
15 *Dos mortuo viro reſtituitur mulieri. Et an dotem, quam ſocer nomine filii à nuru recepit, ſi ſocer eman-*

cipato

cipato filio eam poſtea, ipſa volente, ſoluit, eo mortuo repetere poßit. nu. 16.

17 *Reſtitutio dotis, etiam conſtante matrimonio, ob vergentiam mariti ad inopiam, peti poteſt; & quæ tum mulieri competant remedia. Et quid articulare & probare debeat. nu. 18.*

19 *Priuilegio aſſecurationis dotis, an mulier renunciare poßit.*

20 *Alii inſuper caſus recenſentur, quibus vxor conſtante matrimonio dotem repetere poßit. & nu. 21. 22. & 23.*

24 *Alienari prohibentur non ſolum res dotales immobiles, ſed etiam donationes propter nuptias, & quando rerum iſtarum alienationes ſint validæ. nu. 25.*

26 *An remedia dotis aſſecuratoria, etiam locum habeant contra patrem, ad quem dos extantibus liberis peruenit, ſi pater bona dotalia prodigat. Et quomodo hoc caſu filiis ſuccurratur.*

27 *An ætas 18. annorum, qua filiis poſt matris mortem ſecundum conſuetudinem Barenſem dos reſtitui debet, conſideretur eodem modo in fœmina, ſicut in maſculo.*

1 DOs † proprie etiam dicitur ſoluto matrimonio, vt voluerunt Bald. Paul. Caſtren. & cæteri, *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Dec. *in l. fin. eod. tit.* & Bart. *in 3. oppoſit.* Paul. Caſtren. & Socin. & Ripa, *nu. 70. & ſeq. in rub. ff. ſolut. matrim.* vbi ſimul cum aliis Modernis perhibent iſtam communem opinionem eſſe.

Cõis opin.

2 Item dos † promiſſa eſt etiam proprie dos, & ex ſermonis proprietate comprehenditur quoque in ſtatuto ſimpliciter loquente de dote, ſecundum Ang. *conſ. 180. præmitto, & conſ. 76. ſtatutum loquitur.* Aret. Ruin. *nu. 95.* Iaſ. Parpal. Bulgar. Ripam, *nu. 59.* Vincen. Sau. *nu. 69.* & Ioan. Annibalem, *nu. 476. in d. rubr. ſol. matrim.* quia fit, conſtituiturque dos eo ipſo, quod promittitur, vt inquit Gloſſ. *in l. 1. §. accidit, in ver. fecerit, C. de rei vxor. action.* & Doct. *in l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim.*

Et licet Soc. ſenior *ibi*, Alex. & Alciat. *in d. rub.* & *ibi* etiam Socinus iunior *in 1. part. nu. 49. in 2. parte, nu. 20.* videantur ſentire, concludereque contrarium, dotem promiſſam non eſſe proprie dotem; tamen explotis eorum frigidiſſimis rationibus, noli in deciſiuis recedere à prima opinione Angel. & ſequacium, tanquam ſacroſancta, & magis communi.

Cõis opin.

Vnde hic non abs re diſcurrendum eſt, etiam ſuper intricata hac quæſtione: An dos de generali conſuetudine Martini, mortua matre, debeat retineri per maritum pro filiis eius? De qua materia licet aliquid dictum ſit, vt neceſſitas requirit, infra *in opinione 302. filiusfamilias in poteſtate conſtitutus regulariter non poteſt teſtari, nu. 16. & ſeqq.* nihilominus tamen cum antiquitus magna fuerit controuerſia, ac etiam his noſtris temporibus acrius controuertatur inter
3 Scribentes ſuper hoc articulo: An † dos non ſoluta, ſed per patrem genero pro filia promiſſa, ſit per patrem poſt obitum filiæ ſoluenda, liberis exiſtentibus, iuxta conſuetudinem Martini, in quo ſacrum conſilium Neapolitanum ob eius difficultatem iudicauit ſuperioribus temporibus, rem ita componendam eſſe, vt dimidia tantum pars dotis ſoluatur marito, ſeu apud eum remaneat, vt teſtatur Capycius *deciſ. 176. ſub nu. 34.* Nam quamuis communiter opinentur Doctores, quod diſpoſitio *l. dos à patre, C. ſolut. matrim.* limitetur ex conſuetudine Martini Sillimani, antiqui Gloſſatoris, quod ſcilicet ad patrem non reuertatur, ſed penes filios remanere debeat, vt fateri videtur Tob. Nonius *conſ. 48. nu. 11.* & Alphanus *in collectan. iuris 46.* & Ioſeph. Ludouici *in concluſ. 11. in prin. in lib. commun. opin.* Veſillus *in addit. Afflict. in deciſ. 236. ſub nu. 7.* Tamen in terminis caſus, de quo agitur, complures reperiuntur Doctores antiqui, & recentes, qui enixe ſtuduerunt illam opinionem, vt veriorem, tueri, quod conſuetudo hæc Martini minime locum obtineat in dote promiſſa, quatenus pater in mora ſoluendi non fuerit; quam ſententiam illuminauere, atque approbauere Herculan *nu. 38. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* & Bal. & Anton. de Alexandris, relati per Capycium *in allegata deciſ.* Tob. Nonius *in d. conſ. 48. nu. 11.* Soc. iun. *conſ. 114. vol. 3.* licet ſimpliciter referat, inquiens, ſe contrarium conſuluiſſe *conſ. 35. volum. 1.* Phanut. *de lucro dotis, gloſſ. 11. numer. 6. in fin. fol. 499.* Et hanc opinionem, cum vltimo loco eam ponat, ſequi videtur Ioſeph. de Ludouicis *in dict. concluſion. 11. poſt verſicul. contrarium voluit.* qui allegat, iſtam opinionem ſecutos fuiſſe Socin. iunior. *in allegato conſilio 114. numer. 17. & ſequentib.* & legendo quoque *in rubric. ff. ſolut. matrimon. in prima parte, numer. 50.* Neuiſ. *in ſylua nuptiali, lib. 2. numer. 79.* Roland. à Valle *de lucro dotis, quæſtione quinta, numero octauo*, qui tamen Rolandus pro iſta opinione male allegatur à Ludouico ipſo, cum in libro meo apertiſſime Rolandus contrariam partem ſequatur. Et demum hanc eandem ſententiam, quod videlicet conſuetudo Martini non habeat locum in dote promiſſa, nouiſſime amplexus eſt conſulendo D. Menochius *conſil. 238. per totum, volumine tertio.* ac etiam recentius, ipſi Menochio ſubſcribens, Cephalus *conſilio 709. per totum, volumine quinto*, quamuis ideo Cephalus ibidem non aduerterit, ſe contrariam partem, etiam conſulendo ſecutum fuiſſe, vt patet ex eius *conſilio 336. numero vigeſimo ſeptimo, verſicul. octauo, volumine tertio.* Qui omnes huic negatiuæ opinioni aſſentientes potiſſi-
mum adducuntur hac ratione, quod † cum conſue- 4
tudo ſit ſtricti iuris, & iſta in terminis noſtris corrigarius commune, ſcilicet *dict. l. dos à patre.* debeat potius reſtringi, quam extendi: cum enim Martini conſuetudo neceſſario loquatur in dote ſoluta; igitur non debet locum habere in propoſito, vbi non eſt
ſoluta, ſed promiſſa tantum. Veluti † ſtatutum lo- 5
quens in dote, non procedit in promiſſa, vt notatur *in leg. ſi donaturus, §. 1. ff. de condict. cauſ. dat.* & à Matheſil. *ſingul. 73.* & à Roland. à Valle *de lucro dotis, quæſtione ſexta.*

Quæ cum † ita ſint, obtinere locum debent in hac 6
conſuetudine, quæ ſtatuto æquiparatur, *l. de quibus, ff. de legib.* cum ſtatutum ſit ſtricti iuris, ita Bar. *in l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. oblig.* Alex *conſ. 110. nu. 10. vol. 6.* Ancharan. *conſ. 365. col. fin. nu. 11.* Ang. *in §. ex non ſcripto, in fin. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Crauet. *conſ. 170. num. 4.*

Et in † ſpecie huius conſuetudinis Martini, eam 7
eſſe ſtricte interpretandam, voluere Bar. *nu. 30.* & Alex. *nu. 28. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* cui rationi ad hanc rem in validiori fundamento adhærent Soc. iun. *conſ. 114. nu. 22. vol. 3.* Tob. Nonius *conſ. 48. nu. 9. & ſeqq.* Menoch. *conſ. 238. vol. 3.* & Cephal. *conſ. 709. poſt nu. 9. cum ſeqq. vol. 5.* ac plerique alii, qui iſtam opinionem ante eos ſecuti ſunt.

Ego vero, † quicquid præmemorati illuſtres Do- 8
ctores ſenſerint, multoties conſulendo arbitratus ſum, contrariam opinionem firmiorem, ac hodie, ſine difficultate aliqua, receptiorem. quia cum verius ſit, quod reſolutio huius articuli dependeat ab intellectu *dict. l. dos à patre.* quemadmodum exiſtimauere D. Herculan. *in leg. poſt dotem, ff. ſolut. matrimon.* ac Tob. Nonius *conſilio quadrageſimo octauo*, videlicet, vt

ſi d. l.

Digitized by Google

ſi *d.l.* procedat in dote adhuc non ſoluta, ſimiliter in ea locus ſit conſuetudini. Cum enim Martinus Gloſſator putauerit, dictam legem non habere locum, exiſtentibus filiis eiuſdem matrimonii, & hanc opinionem Martini, conſuetudo receperit, ideo ob hanc rationem, conſuetudinem procedere etiam in dote non ſoluta, vt videlicet ea debeatur filiis eiuſdem matrimonii, ſi matrimonium morte vxoris ſoluatur, verius eſſe opinor; veluti hanc opinionem ſecuti ſunt plures illuſtres Iuriſconſulti, non inferioris authoritatis, quam alii, vt ſunt Socin. iun. *conſil. 35. numer. 16. volumin. 1. & in rubric. numer. 50. ff. ſolut. matrimon.* Ruin. *conſil. 225. columu. 3. volumin. 1.* Dec. *conſil. 35.* Ripa *in leg. in quartam, numer. 190. ff. ad legem Falcidiam.* Guid. Pap. *deciſion. 438.* Capycius *deciſion. 176.* Roland. à Valle *in tractat. de lucro dotn, quæſtion. 5. numer. 8.* & eſt communis opinio, quæ ſeruatur in praxi, vt teſtatur Ioſeph. de Ludouicis *in allegata concluſion. 11. verſicul. ampliatur, fol. 20.* quam ſententiam ſecutus fuerat prius Cephal. *conſil. 336. numer. 27. volumin. 3.* pro qua etiam robuſte, ac viriliter conſuluit Hieronym. Gabriel. *conſil. 175. poſt numerum quartum, & per totum, volum. 2.* quem vidimus poſt hæc ſcripta, licet male eo in loco exiſtimauerit, ac aſſeruerit, ob æqualem numerum authoritatum Doctorum pro vtraque parte exiſtentem, vtramque harum opinionum poſſe aſfirmari communem eſſe, cum reuera, vt Ludouicus ipſe *in d. concluſ. 11.* atteſtatus eſt, illa opinio affirmatiua, quod conſuetudo hæc Martini habeat effectum, etiam in dote promiſſa ſit communior, imo puto, quod hodie ſit magis communis, ob alias authoritates, quas allegaui, ab ipſo Ludouico nullatenus citatas.

9 Cæterum, † vt pateat, hanc ipſam ſententiam non tantum receptiorem eſſe, ſed etiam fulcitam robuſtioribus rationibus, puto animaduertendum eſſe, quod deciſio huius quæſtionis pendeat ex eo, an *d. l. dos à patre.* intelligatur quoque de dote promiſſa. Et quicquid ſcripſerint Herculan. Tob. Nonius, Soc. iun. Menoch. *in locis allegatis*, ac etiam Cephal. *conſ. 709. nu. 5. & ſeqq. vol. 5.* qui autumauere, quod *d. l. dos à patre.* non procedat in dote promiſſa, re ipſa verius eſt, illam legem habere locum etiam in dote promiſſa, non ſoluta.

10 Nam ratio euidens eſt, quia † longe facilius conceditur retentio, quam repetitio, *l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur.* idcirco, quemadmodum patri, ſi viuat tempore mortis filiæ, etiam cum filiis, permiſſa eſt repetitio ſolutæ dotis, ita etiam retentio promiſſæ dotis permiſſa erit, *per d. l. dos à patre.*

Quæ opinio etiam communis eſt, & verior de iure, vt inquit etiam Capycius *in allegata deciſ. 186. poſt nu. 19.* Martinus vero Gloſſator protulit oppoſitum, & eius opinio per totum mundum ſeruatur de conſuetudine, vt Capycius eo in loco aſſerit, quodque Doctores etiam communiter affirmant. Et ratio iſtius conſuetudinis, vt omnes innuunt, illa videtur, vt dos retineatur à marito, ad commodum filiorum, & propter onera matrimonii.

Et quia æquiſſimum eſt, in dote matris filios proprios præferri auo dotanti: cum itaque opinio iſta non tantum ſit receptior, ſed etiam rationabilior, & æquior, concludo, quod etiam alia opinio, quam ſupra iam ſdem oſtendi, hodie crebriorem eſſe, vt ſcilicet dicta conſuetudo procedat ſimiliter in dote promiſſa, ſit hodie etiam verior, & æquior, ac omnino ſequenda in iudicando, & conſulendo, tum propter præmiſſas rationes, tum etiam propter alias quamplurimas adductas à Soc. iun. *in allegato conſ. 35. nu. 16.* & ab Ang. de Vbaldis *conſ. 180. & in rub. ff. ſolut. matrim. nu. 50. & ſeq.* & poſt eos à Hieron. Gabriel. *conſ. 165. poſt nu. 7. cum ſeqq. vol. 2.* qui omnes concludunt, quod quemadmodum propter veriſimilem mentem ſtatuentium, ſtatutum de lucro dotis, habet locum etiam in dote promiſſa, vt per Rolan. *quæſt. 5. nu. 11. in tract. de lucro dotn*, ita etiam ſit dicendum de hac conſuetudine, quod propter veriſimilem mentem obtineat etiam locum in dote promiſſa.

Hac igitur opinione retenta, quæ omnino ſequenda eſt, ſupereſt, vt tollamus fundamenta Tobiæ Nonii, Socini iunioris, Menochii, & Cephali, qui contrariam partem in allegatis conſiliis amplexi ſunt. Et primo nihil perturbat illa diſputatio, quod ſtatutum † de dote data, non procedat in dote promiſſa, quam plene examinat Rolan. *de lucro dotn, quæſtion. 6.* qui concludit, veriorem, & magis communem opinionem eſſe, quod huiuſmodi ſtatutum non procedat in dote promiſſa, vbi allegat plures Doctores, id expreſſe atteſtantes: quia reſpondetur, quod quamuis hæc ſententia habeat rationes quamplurimas ſuſtentabiles, & authoritates etiam in contrarium, vt defendit Cephal. *conſ. 336. vol. 3.* tamen non opus eſt in caſu, de quo agitur, de quæſtione hac diſputare; quia hoc caſu conſtat explicite de mente; quoniam conſuetudo aufert ad fauorem patris dotantis inductum beneficium *d. l. dos à patre.* & ſic conſequenter ex mente, in neceſſariam conſequentiam, ius retinendi, quod eidem competebat ex diſpoſitione *d. l. veluti.* huiuſmodi reſponſione vtitur Hieron. Gabriel. *in allegato conſ. 165. poſt nu. 9. vol. 2.* 11

Secundo, nihil ad rem facit, quod huiuſcemodi conſuetudo tum non procedat, ſi filia moriatur ſine filiis eiuſdem matrimonii, licet habeat filios ex præcedenti matrimonio; quia verius eſt contra Bal. & Alex. ex conſuetudine prædicta, quod dos non detur filiis, vti heredibus matris, ſed vi conſuetudinis, eis, vti filiis, immediate applicetur, vt notant communiter Doctores *in d. l. dos à patre, & in l. in quartam, ff. ad legem Falcid.* Capyc. *deciſ. 176. nu. 24. & ſeq.* adeo vt remaneat penes patrem filiorum ſuperſtitum pro oneribus matrimonii, & ideo ad patrem, filiæ defunctæ in matrimonio, redire debet, ſecundum *d. l. dos à patre.* & notant Scribentes *in d. l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim.* & ita explicat Hieron. Gabriel. *in d. conſ. 165. poſt nu. 13.* quocirca exiſtimat eo in loco, quod cum militet hoc caſu eadem ratio conſuetudinis, quæ reſtringit tantum *d. l. dos à patre.* ita vigore eiuſdem conſuetudinis impediri patrem vxoris, retinere dotem non ſolutam, ſicuti dotem ſolutam repetere nequiret.

Et quia prædicta intelliguntur vera eſſe, quatenus bona paterna, ſeu pars eorum, quæ ad filiam ſpectat, æquiualens ſit bonis maternis, quæ fuerunt in dotem computata; quia in illa ſuccedunt filii, veluti heredes matris, quod non habeat locum in illis conſuetudo prædicta Martini, cum ſit pro illa parte dos ipſa aduenticia. quæ profecto procedunt hoc caſu, quia filii ex eodem matrimonio tantum exiſtunt, atque ſuperſunt. Quoniam ſi adeſſe reperirentur, etiam filii ex aliquo matrimonio præcedente, tunc quicquid Hieron. Gabriel. *d. conſ. 165. poſt nu. 15.* litigioſe affirmate putans, quod hoc caſu dos, ſoluto matrimonio per mortem mulieris, exiſtentibus filiis eiuſdem, nec non alterius matrimonii, reſtitui debeat patri pro portione, quæ non ſpectat ad filios vltimi matrimonii, ſentio ego veriorem eſſe, & æquiorem illam opinionem, quod tunc admittantur, etiam filii alterius matrimonii, beneficio filiorum eiuſdem matrimonii; quam opinionem plures tenere aſſeruit

Herculan *in leg. poſt dotem, numero trigeſimo ſexto, ff. ſoluto matrimonio.* & quamuis hæc opinio videatur nimis dura ipſi Gabrielio, ob prædictas rationes, quia non debetur filiis dos, vti heredibus matris, ſed vi conſuetudinis, illis, veluti filiis, immediate applicetur, ita vt ſit penes patrem filiorum ſuperſtitum pro ſupportandis oneribus matrimonii. quæ ratio ceſſet in filiis præcedentis matrimonii: ego tamen neſcius non ſum, poſſe hoc conſequi filios prioris matrimonii beneficio filiorum eiuſdem matrimonii, vt ipſi etiam cenſeantur filii eiuſdem matrimonii, vt ſeruetur æqualitas, & æquitas inter eos. Et quamuis prædictæ rationes nonnihil vrgeant, nihilominus opinio, quam Herculanus refert, ſequenda eſt, ita vt contra communem, hodie nimis ſolitaria ſit contraria opinio, quam ſubleuare ſtudet Hieronymus Gabrielius.

Poſtremo nihil obſtare itidem videtur aliud fundamentum, cui præ cæteris potiſſimum innituntur Menoch. *conſ. 238. per totum, lib. 3.* ac ipſi Menochio ſubſcribens Cephalus *conſ. 700. poſt nu. 25. cum ſeqq. vol.*
22 *5.* videlicet † quod cum conſuetudo non extendatur de loco ad locum ſeparatum, nec contiguum, nec connexum, habentem diſſimilia iura, ſed ſolum ad connexum, ſimilia iura habentem, vt diſtinxit Ant. Gabriel. *in lib. commun. concluſ. lib. 5. de præſcript. concluſ. 2. poſt nu. 14.* ex quo infert Cephalus, Martini conſuetudinem, ſi ſeruabitur in loco ſuo, non eſſe extendendam ad loca ſeparata, qui ſubdit inſuper, dicere, quod Martinus ſenſerit de vniuerſo orbe, temerarium eſſe, cum veri ſimiliter ipſe totius orbis obſeruantiæ notitiam non habuerit. Nam reſpondetur, i-
23 ſtam Cephali rationem, non ſolitariam † ſolum, ſed etiam deteſtabilem, irregularemque eſſe, cum Doctores omnes receptius affirment, quod iſta conſuetudo Martini ſit generalis, & per totum orbem ſeruetur, & quod, quemadmodum eſt generalis, ita, proui generalis eſt, refertur per Doctores, vt tradit Herculan. *in l. poſt dotem, col. 35.* vbi annectit, quod poſſit etiam dici ius commune non ſcriptum, *§. ex non ſcripto, Inſtit. de iur. natural.* quod idem placuit Ant. de Alexandris *in ead. leg. poſt dotem.* vbi inquit, quod Martini Gloſſatoris opinio in hoc per totum orbem obſeruetur de conſuetudine, quam opinionem refert etiam Capycius *in allegata deciſ. 176. poſt nu. 19.* & eam commendauere Gloſſ. *in ver. conferre.* & communi conſenſu Doct. omnes *in l. illam, C. de collat.* idcirco clare patet, illam Cephali rationem, vti ſatis friuolam, communiterque apud Scribentes damnatam. nullo modo in propoſito ſequendam eſſe. & quod conſuetudo, ius non ſcriptum appelletur, eſt textus etiam *in §. conſtat, Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil.* Bar. *in l. de quibus, ff. de legib. & in l. 2. ff. de vulg. & pupill.* & Dec. *in rub. col. 1. de conſuet.* vbi hoc ponit pro regula.

Ex quo etiam diſſoluitur alia obiectio, qua alii ſuſtinere conantur contrariam opinionem, dum aſſeuerant, quod cum de iure communi certiſſimum ſit, quod à patre dos promiſſa peti non poſſit, ſoluto matrimonio per mortem vxoris, relictiſque liberis, per generum, *d. l. dos à patre, & d. l. poſt dotem.* & dubitetur, an conſuetudo generalis, quæ præſupponitur obſeruari in dote ſoluta, obtineat etiam in dote promiſſa, videatur onus probandi, quod obtineat quoque in dote promiſſa, pertinere ad eum, qui bocallegat, cum pater fundet intentionem ſuam in iure communi, & Scribentes, atteſtantes de conſuetudine approbatoria opinionis Martini, non loquantur aliquo modo de dote promiſſa, ad not. per Gloſſ. *in l. omnis definitio, ff. de reg. iur.* quia ſimiliter reſpondetur, quod illi, qui atteſtantur generaliter de conſuetudine totius orbis, approbante ſententiam ipſius Martini, circa diſpoſitionem textus *d. l. dos à patre.* (quæ loquitur etiam de dote promiſſa, vt verius, & receptius eſſe ſupra explicauimus) etiam in conſequentiam ſatis ſufficienter atteſtentur, etiam de illa, & cenſeant firmius eſſe, quod conſuetudo prædicta, etiam de promiſſa dote intelligatur; & ideo pater, quod aſſeuerantes, limitari conſuetudinem in dote promiſſa, debeant hoc ipſi verius probare, quod etiam conſiderauit Hieron. Gabriel. *in allegato conſ. 165. poſt nu. 16. vol. 2.* affirmo igitur ex præmemoratis concludendum eſſe, conſuetudinem Martini procedere etiam in dote promiſſa.

Vnde quemadmodum explanauimus hanc Martini conſuetudinem ſolito ſtudio, ita etiam explicanda venit quoque hodie † conſuetudo Bitontina, pri- 24
ma in ordine, quia eius materia quotidie ventilatur in hac ſacra regia Audientia Barenſi. diſponit enim conſuetudo iſta; & eius verba præciſa. atque formalia ſunt infra ſcripta: *Quod ſi contingat matrimonium diſſolui morte viri, muliere ſuperſtite, ſuperſtitibus liberis, vel non ſuperſtitibus ex eodem matrimonio, dos erit eidem mulieri ſuperſtiti remanenda, & ad eius dominium aſſignanda: Si vero matrimonium ipſum ſoluatur morte mulieris, nullis ex eis liberis derelictis, dos ipſa erit reddenda eidem dotanti, & eius heredibus, & ſucceſſoribus, remanenda ad eorum vtilitatem, & commodum irreuocabiliter, & perpetuo apud eos. Quod ſi matrimonium ipſum diſſolui contigerit morte mulieris filiis remanentibus ex eodem matrimonio vno, vel pluribus, & in minori ætate exiſtentibus, præfata dotis medietas erit tenenda per eundem ſponſum, & altera dotis medietas per ipſum dotantem, vel eius heredes, & ſucceſſores habenda, & vti fruenda ab eis ad eorum vtilitatem, & commodum, tamdiu, quamdiu filii ſuperſtites, & minores ad ætatem legitimam decem & octo annorum peruenerint, & egreſſi fuerint, quibus ad dictam ætatem decem & octo annorum perductis, tam medietas dictarum dotium tenenda per ipſum dotantem, vel eius heredes, quam reliqua medietas dotium præfatarum tenenda per ipſum ſponſum; aſſignandæ erunt per ipſos dotantem, & ſponſum, vel eorum heredes, eiſdem filiis ex ipſo matrimonio procreatis, remanenda irreuocabiliter, & perpetuo apud eos. fructus vero, medio tempore inde percepti, remanere debeant penes ipſos dotantem, & ſponſum, & eorum heredes, cedendo lucro eorum. Si vero ipſi filii ſuperſtites & minores infra dictam ætatem legitimam mortui fuerint, præfata dotis medietas, tenenda per dictum ſponſum reſtitui debet prædicto dotanti, vel eius heredibus, & penes eos, cum reliqua medietate earundem dotium perpetuo remanere. Res vero mobiles, appretiatæ, & non appretiatæ, & pecunia dotalis reſtitui debent à ſponſo ſtatim poſt anni circulum à die diſſolutionis matrimonii numerando, dicto matrimonio diſſoluto illi vel illis, cui vel quibus competierit reſtitutio, iuxta pacta ſuperius declarata, præter illas res de dictis rebus mobilibus, quæ communi vſu, vel vetuſtate temporis conſumptæ fuerint durante matrimonio prædicto. bona vero mobilia ſtatim ſoluto matrimonio.*

Habes ergo ſtudioſiſſime lector, quod iſte textus concordet cum textu *in l. 2. ff. ſolut. matrim.* ex quibus regula clara certaque formatur, quod † mortuo vi- 25
ro, dos reſtituatur mulieri. pro cuius intelligentia notatu dignas eſſe duxi nonnullas ampliationes, & fallentias

Primo enim amplianda eſt hæc regula, quod non ſolum † procedat ſoluto matrimonio, ſed etiam eo 26
conſtante, vt ſi pater, dum filius eius vxorem ducit, recipiat dotem à nuru, & poſtea filium emancipet, & ei-

& cīeem filio vxoris dotem reſtituat, nuru ipſa volente; nurus enim, ſoluto matrimonio per mortem viri, non poterit dotem repetere, *l. ſane ff. de iure dot.* vbi Bar. Paul. Caſtren. & alii vniuerſaliter omnes, & ita fuit rationabiliter deciſum per ſacrum regium conſilium, atteſtante Afflicto *deciſione trecenteſima quadrageſima nona*, vbi Vrſillus *in additionibus ſub numero primo* allegat etiam alios non paucos eiuſdem ſententiæ Doctores. Sed tutiſſime profecto tunc ageret pater, ad euitandum quodlibet diſcrimen, vt adhiberet remedium, cautelamque traditam per Vrſillum *eo in loco, ante finem*, vt videlicet mediante decreto iudicis faciat huiuſmodi dotis reſtitutionem, vel eam ad honeſtum iuſtumque lucrum ponat ſeu impendat.

Secundo quoque ampliatur eadem regula, quod
17 nedum † dotis reſtitutio fiat ſoluto matrimonio, ſed etiam eo conſtante, vt quando maritus ad inopiam vergit, vxori ſubuenitur, vt aſſecuretur pro dotibus, eidem marito aſſignatis, caſus eſt *in leg. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimonio, in leg. vbi, Cod. de iure dot. & in Authentic. de æqualit. dot. §. illud, columna ſexta.* per quem textum fuere declarata ampliataque etiam dicta iura Digeſtorum & Codicis: nam per ius Digeſtorum, & ſic per textum *in dict. leg. ſi conſtante.* mulier poterat agere, cum maritus adeo ad inopiam peruenerat vt bona eius non ſufficerent ad ſolutionem æris alieni, & dotium; per ius vero Codicis, & ſic per textum *in dict. leg. vbi.* diſponebatur, quod ſi mariti bona ſufficiant ad æs alienum, & dotium ſolutionem, & maritus ipſe vergat ad inopiam, dum continuo impendendo diſſipat; cuius exemplum ponit Bartolus *in dict. leg. ſi conſtante, numero tertio*, in marito nobili, habente parum in bonis, cui neceſſe eſt, vt nobilem comparere, & viuere, & bonorum vſusfructus non ſufficiant, iuuetur iſto caſu mulier, vt agere poſſit pro dotium aſſecuratione; per ius vero authenticorum, *de æqualit. dot. dict. §. illud.* prouiſum cenſetur, quod in omni caſu quo mulier veretur virum ad inopiam vergere, poſſit, & valeat pro dotibus, & lucris maritalibus, *vt in allegatis iuribus*, agere.

Vnde in præſentiarum deueniendo, deſcendendoque ad practicam huiuſmodi ſpeculationis, a-
18 nimaduertendum eſt, † quod ſi ius Digeſtorum ita in florida obſeruantia foret, neceſſe haberet mulier articulare, atque probare, quod bona non ſufficiant pro alieni æris, & dotium ſolutione, aliter non obtineret vllo modo; ex quo *dict. l. ſi conſtante.* id neceſſario requirit. ſi autem ius Codicis, probare neceſſe habebit mulier, quod continuo, inſanabiliterque vir impendit, & quod ſubſtantia deuoretur, abſorbeaturque ab impenſis, quo caſu obtineret, *vt in dict. leg. vbi.* Sed per ius nouiſſimum authenticorum omnia iſta ſublata reperies, quoniam probando mulier, quod vir continuo contrahat debita, obtineret procul dubio, prout ſolent cauti Aduocati omnes noſtræ tempeſtatis conſulere, & ita vidimus obſeruarim in hac ſacra regia Audientia prouinciæ Terræ Bari *anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo* cum nonnulli ali[illegible]quentius, in cauſis in ea his temporibus dec[illegible]is aſſecurati[illegible]nis donum, quar[illegible]m cauſarum multas [illegible]musquoque ordinatas m[illegible]o prædicto per eruditiſſimum [illegible] Ioannem Baptiſtam Vrbanum, Iuriſconſul[illegible] B[illegible]ntinum, & Aduocatum in ſacra Audientia principalem atque [illegible]ompilatis proceſſibus, palin [illegible]n, victoriamque non ſemel reportaſſe in cauſis, reliqua vero pro hac materia aſſecurationis dotium vide per Bar. & alios omnes ſufficienter explanata *in dict. leg. ſi conſtante.* quæ ſtudioſe omiſimus, ex quo tota iſta materia reducitur *ad §. illud, Authentic. de æqualit. dot.* & ſic facilitata claret.

Imo † eſt adeo vehemens, & publicum hoc priui- 19
legium aſſecurationis dotium, vt illud cedi nequeat vllo modo, nec ei mulier renunciare poſſit quauis ratione, vt per Baldum *in lege vnica, columna penultima, Cod. de priuileg. dot.* Cottam cum aliis ſignatis per eum, *in memorab. in verſicul. dos repeti poteſt.* vbi profert etiam magnum verbum, ſe ita vidiſſe ſeruari.

Et ratio ea eſt, quoniam etſi regula ſit generalis, quod quilibet poſſit renunciare fauori ſuo, *c. ad apoſtolicam, extra de regular. & l. ſi quis in conſcribendo.* vbi Gloſſ. & Franciſ. Curt. *numero octauo, Cod. de pact.* Socin. *regul. 339.* Gloſſ. *in leg. pactum inter heredes, ff. de pactis.* & Felin. *in c. ſi diligenti, de foro competenti.* nihilominus tamen huiuſmodi regula limitatur non vnico ſolum caſu, vt per Doctores modo allegatos, *in locis ante ſignatis*, & præſertim limitatur non procedere, vbicunque talis fauor inductus eſt, vt contingit in caſu noſtro, ad publicam vtilitatem, *l. 2. §. ſed quia verſamur, Cod. de iuramento calumniæ, & l. ius publicum, ff. de pactis.* & conſequenter fauori ſuo publico nemo poteſt renunciare, *c. ſi diligenti, de foro competenti.* Bar. *in leg. Seius & Augerius, ff. ad legem Falcidiam.* & in terminis Iaſ. *in leg. ſi conſtante, columna finali, ff. ſoluto matrimonio.* vbi concludit, quod mulier beneficio ſibi à lege conceſſo non valeat, nec poſſit renunciare, etiam cum iuramento: & ſic iſta renunciatio, ſi eſſet iuramento expreſſe firmata non valeret, neque teneret, & ſequitur Cotta *in memorabilibus, in verſiculo, dos repeti poteſt etiam conſtante matrimonio, in fin.*

Tertio amplia, † reſtitutionem dotis etiam eſſe 20
permiſſam in matrimonii conſtantia, in caſu *l. quamuis, ff. ſolut. matrimonio*, vbi tres caſus reperies. Primo, ſi dos fuerit conſignata marito, vt æs alienum ſoluat, aut prædia emat. Secundo, ſi mulier liberis ex alio matrimonio, vel fratribus, & parentibus ſubuenire intendat, *l. mutus, in fin. ff. de iur. dot.* Tertio, ſi eos ab hoſtibus redimere cogitet.

Quarto itidem † amplia in caſu *d. l. mutus, ff. de iur.* 21
dot. per quem textum vir cæcus, mutus & ſurdus poteſt dotem reddere vxori, vt ipſum, & filios alat, & ne diſſipetur, deperdaturque ipſa dos.

Quinto † ampliatur etiam regula prædicta, vt 22
mulieri, matrimonio quoque manente, dos ſit reſtituenda, vbicunque filius, vel ſeruus eam receperit, & pater, vel dominus huiuſmodi dotis receptionem ratam non habuerit. tunc enim, ne mulier ipſa periclitetur, ei conceditur conſtante matrimonio dotis repetitio, textus eſt *in l. quemadmodum, ff. de iure dotium*, ibi. *Igitur hanc dotem periculo mulieris eſſe dico, quamdiu dominus, vel pater ratam promiſſionem, vel traditionem habuerit, ideoque etiam, manente matrimonio, res quas tradiderit condictione repetituram hoc idem incerti condictione conſecuturam, vt promiſſione liberetur.* vbi etiam Gloſſ. *in ver. repetituram.* ſtmate hoc repræſentat.

Sexto † amplia eandem met regulam, dotem et- 25
iam conſtante matrimonio reſtitui debere, per textum *in leg. final. ff. de iure dotium.* quo in loco reſtituitur res dotalis, manente matrimonio, vt alienari poſſit, vt ibi præclare ſtatuitur. & ne ſic de facili tranſeat, rem dotalem alienari poſſe; ſciendum eſt. quod prohibita ſit alienatio bonorum dotalium, mobilium, & immobilium, de immobilibus loquendo, quæ vſu

non conſumuntur, vt ſubito apparatu extricaui *in opinione quadrageſima, alienari non poteſt res immobilis.* vbi allegaui textum *in Authentic. ſiue à me. Cod. ad Velleianum.* & ibi Gloſſ. & eſt quoque textus *in §. 1.* & ibi Mynſinger. & alii vniuerſaliter omnes, *Inſtitut. quibus alienar. licet.* Bar. *numero decimo ſeptimo.* Iaſ. *numer. 33.* & Ripa *numer. 102. & ſequentib. in lege prima, ff. ſoluto matrimonio.* quod vtiliter limita duobus modis, vt per Iaſonem *eo in loco, numero trigeſimo tertio,* & limita poſtremo etiam in caſu *l. res in dotem datæ, ff. de iure dotium.* in rebus, quæ conſiſtunt in numero, pondere & menſura.

Et vt prædicta omnia eluceſcant, ſcire debemus, textum *ind. Auth. ſiue à me.* fuiſſe compoſitum ex verbis *Auth. vt immobilia antenuptialis donat.* per quam
24 Auth. ad † alienationis rerum dotalium efficaciam aliqua requiruntur, quæ cum d. facili adeſſe, interueniréque non poſſint abſque timore inualiditatis, Doctores hac de cauſa in [illegible] ſuper talibus donationibus, remedium præbent, vt dicam inferius. vnde pro intellectu *d. Auth.* nota, quod non ſolum diſponat circa alienationem rerum dotalium, ſed etiam circa donationes propter nuptias, & hæc eſt principalis eius intentio: quoniam ibi res immobilis, conſcripta in donationem propter nuptias, & eidem obligata, prohibetur alienari à viro, etiam cum conſenſu vxoris, quam tamen efficacem, dicit ibi textus, eſſe, ſi tranſacto biennio, mulier de nouo conſentiat, renunciando iuri hypothecæ. Idque etiam in dote procedere diſponit *dict. Authentic. §. & multo potius.* vide etiam Afflictum hanc materiam declarantem *in decision. 311. decision. 312. & decision. 313.* & Vrſillum quoque *in additionibus his in locis.* at quia ſic de facili non conſentiunt contrahentes in dicta alienatione, ſub ſpe, quod tranſacto biennio, conſentiendo mulier, & renunciando, vt dictum eſt, conualeſcat. ideo Aduocati, euueniente caſu alienationis prædictæ, conſulere conſueuere, vt partes Principem adeant, & pro dote alienanda, vel vendenda re, ſubmiſſa donationi propter nuptias, ſupplicent; adhibita aliqua iuſta cauſa, & hoc fit gratia per Principem, vt quotidie hoc videmus. alias vero quæſtiones non paucas in hac materia reſtitutionis dotium extricauere Bartolus & alii omnes *in lege, ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio.*

25 Vnde Martini † antiquiſſimi Iuriſconſulti, & Gloſſatoris opinio receptiſſima reuera cenſetur, vt ſupra non obſcure oſtenſum eſt, & ſcribit etiam illam pro textu tenendam Max[illegible]a *in comment. conſuetudinum Bari, in l. dot à patre profecta, de iure dotium, nu. 4. & ſeqq.* Et dotem patri reſtituendam eſſe, matrimonio ſoluto per mortem vxoris ſine filiis, necnon vigore præfatæ conſuetudinis Bitontinæ, ſi filii extent, & mater eos poſt ſe relinquat in minori ætate, conſiderata, vt in textu, in decimo octauo anno, medietas dotium erit tenenda per dotantem, alia vero medietas per virum, quæ reſtituitur poſtquam filii peruenerint ad dictam ætatem.

26 Et hinc deuenitur ad illam quæſtionem: † An remedia ſupra annotata reſtitutionis dotium, ſi vir vergat ad inopiam, vxori faciendæ, locum etiam habeant in caſu, quo, vt diximus, dos fuit reuerſa ad patrem, extantibus filiis, ita vt dicti filii poſſint agere contra patrem, remedio prædictæ aſſecurationis, per textum *in d. l. ſi conſtante.* vbi Bar. *nu. 62.* ſentit, non poſſe filios huiuſmodi vti remedio & allegat textum *in l. 1. C. de bonis mater. & l. lu nulla, de iudic.* quoniam remedium *d. l.* tantummodo ſuccurrit mulieribus matrimonio conſtante. nec etiam [illegible] deſcriptione, alio modo, & melius diſtinguendo determinat, quod ſi pater abutatur bonis dotalibus & cadat abuſus in prodigalitatem, eo caſu ſuccurratur, dando eidem patri curatorem, aut non cadit in prodigalitatem, & iſto caſu ſi male vtatur, dicta bona vendendo, ipſo viuente, non poſſunt filii aliquid dicere, ac opponere, ſed poſſent eo mortuo bona illa vendicare, *dict. l. 1. Cod. de bon. matern. & Authentic. de nupt. §. ſed quod ſancitum, columna quarta.* ſi autem alio modo diſſipet, & dos ſit in quantitate, & patrimonium ſuum pater adeo prodigat, vt eis non [illegible] ſalua dos, tunc ipſis ſuccurritur remedio *leg. Imperator. ff. ad Senat. Trebell. & l. fin. §. quibus, Cod. de, [illegible]* per iudicis officium, vt dictam dotem ſaluam habeant, vt ſimiliter conſiderat Dominus Vincen[illegible] de Franchis *deciſione de[illegible], numero vndecimo,* [illegible] diuerſo caſu.

Et dum dicitur in textu eiuſ[illegible] conſuetudinis Bitontinæ, quod filius peruen[illegible] ætatem decem & octo annorum, dos [illegible], à dotantibus, & a marito [illegible] hic tractare, cum textus [illegible] indiffer[illegible] *peruentu ad ætatem legitimam decem & octo annorum* [illegible] 27
ætas conſideretur eodem modo in [illegible], ſicut in maſculo? Dubia quidem videtur [illegible], ſed tamen clara redditur, quamquam [illegible] filiorum filiæ, etiam fœminæ de iure communi [illegible] neantur, *l. qui filiabus, ff. de legat.* [illegible] *ita ſcriptum. ff. de legat. 2. l. ſi quis ita, ff. de teſtament. tut.* Bar. *in leg. qui duos, ff. de legat. 3.* Bald. *in lege prima, ff. de legitim. heredit. & in lege, ſed ſi hoc, §. liberos, ff. de in ius vocand.* Paul. Caſtren. *conſilio ſeptuageſimo octauo, conſilio 3[illegible] & conſilio 3[illegible]6.* Io. de Arnon. *in notabil. 90. nota vnum pulchrum.* attamen contrarium conſideratur de iure Longobardorum, vnde deſumpta cenſetur dicta conſuetudo, vt elucet in toto titulo, *de iure dotium,* in conſuetudine Bari, quo iure appell[illegible] fœminæ non continentur, vt per Gra[illegible] *deciſione ſexageſima tertia, numero decimo [illegible]timo,* quod [illegible] eſt in prouincia iſta Ba[illegible] vbi ius Longobardorum obſeruatur. quibus ſic præmiſſis rationabiliter concludere poſſumus, ætatem illam decem & octo annorum legitimam conſiderari in filio maſculo, non autem in fœmina. & ſi quæramus, quæ [illegible] indicatur ætas legitima in fœmina, idem ius Longobardorum planum facit *in d. l. dos à patre profecta, in allegatis Bari conſuetudinibus,* eſſe in duodecimo anno, his formalibus verbis; *Legitimos dicimus, & cenſemus maſculos poſtquam decimum octauum, fœminam vero, poſtquam duodecimum exceſſerit annum.*

OPINIO CCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dos legata, vel legatum dotis cauſa factum, an debeatur, non ſecuto matrimonio temporali, vel ſpirituali.*

DOTIS † legatum, vel dot[illegible] cauſa factum alicui 1 mulieri, conditionale [illegible] debetur [illegible] ſi ſequuto [illegible], vt in *l. Pa[illegible], in princip. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus* firmat Ioan. Dilectus *in tr[illegible] teſtandi, cir[illegible] 6 cau[illegible] 31.* Barbatius per [illegible] *in l[illegible]g. Titio [illegible], §. Titio genero, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.* [illegible] communis opin[illegible] ſecundum Paul. Caſtr. [illegible] *columna tertia* C[illegible] *volumine* [illegible] lum *in tractat. de d[illegible] in 6* [illegible] Co[illegible] Cum *in cap. 3. nu. 2. de teſtam.* [illegible] *ff. de leg[illegible].*

In contrarium vero partem, vi[illegible]licet, vt [illegible] legatum dotis pur[illegible] in ſit [illegible] declinauer[illegible] *l. ind. l. Titio genero* [illegible] *nu.* 7. & 1[illegible] vbi [illegible] hib[illegible] [illegible] nem commun[illegible] eſſe, quam [illegible] non pauet per eum [illegible] & [illegible] cos[illegible] quib[illegible].

S[illegible] quid ipſ[illegible] peccator dix[illegible] in tanti dubi[illegible] paſſ[illegible] conſeut am ergo [illegible] in prima opinione, tioquam r[illegible] magis c[illegible] uni, & ſacroſancta, [illegible] conſtitution. *in aſquibus, nu. 25.* v[illegible] ſſe [illegible] in [illegible] Sac[illegible] Regio Conſilio N[illegible] tano ipſo pat[illegible] tracta batur de [illegible] ingreſſa monaſterium po[illegible] atum dot[illegible], & nihi lo[illegible] us fuit de [illegible] m, conditionem [illegible] tradi[illegible] b ingreſſum prædict[illegible], ac dotem [illegible] ſſe ridem monali.

OPINIO CCXXX.

SVMMARIA.

1 [illegible] per a[illegible] ex [illegible] ulatu exigi poteſt, licet nulla [illegible] adh[illegible] ita ſtipulatio.

2 [illegible] nuda [illegible] tione, nu[illegible] que conſenſu conſtituitur, qui [illegible] am nutu, & facto quam verbis declaratur.

3 Actio ex ſtipulatu con[illegible] marito ſoluto matrimonio ad pe[illegible] tionem [illegible] promiſſæ.

1 DOs † pe[illegible] ctionem [illegible] ex ſtipulatu exigi poteſt, licet nulla [illegible] ſtipulatio, ſecundum nouam conſtitutionem *l. vnica, C. de rei vxor. action.* vbi Bar. & omnes communiter hoc firmant. Et ob talem [illegible] utionem receſſum eſt, *à l. ad exactionem, C. de*

2 *dotis promiſ.* vbi † dos nuda pactione, nudoque conſenſu conſtituebatur, pariebatque actionem ea conſtitutio, qua dotem exigere maritus poterat, & conſ[illegible] ipſe tam nutu, & facto, quam verbis declaratur, *l. nutu, ff. de legat. 3. l. vbi non voce, ff. de regulis iuris, & l. item Labeo. ff. de pactis dotalibus.* Et ita notat Angel. *conſil. 35. ſtatuto communis.* Paul. vero Caſtren. contra omnes conatur defendi poſſe *per d. l. vnicam,* non eſſe correctam *l. ad exactionem.* tamen iſthæc Paul. opinio non videtur tuta, ſecundum prælatos Doctores [illegible] o inhærendum eſt dictæ communi.

3 Et aduerte, [illegible] quod quemadmodum mulieri ſoluto matrimonio datur actio ex ſtipulatu, *per d. l. vnicam,* ita etiam in [illegible] dotem mariti conceditur ipſi [illegible] dem actio ad petitionem dotis promiſſæ, ſecundum Gloſ[illegible] *l. [illegible] ff. de verb. obligation. & in d. l. vni[illegible] ſi [illegible] fuerat, eiuſdem l.* cum qua ſentit Bartol. aliique omnes communiter *in locis allegatis, & in l. quis libero ff. ac [illegible].*

OPINIO CCXXXI.

SVMMARIA.

1 Duellum quodnam ſit licitum.

2 Homicidium commiſſum in pugna ludicra, ex conſue[illegible] permiſſa, an ſit puniblie. & num. 3.

4 [illegible] uetudo mala non excuſat peccatum, ſed potius ag[illegible].

5 Cler[illegible] permittatur ludus pro experimento virtutis & [illegible].

6 Sententia condemnatoria contra clericos pro eorum morum correctione, ha[illegible] executionem paratam, omni appellatione remota, & non admiſſa.

1 DVELLVM, † pugna, [illegible] atum, aliquando conceditur ex [illegible] a cauſa, quam ratione iniuriæ, vel dignitatis conſeruandæ, ſcilicet occaſione publicæ lætitiæ, & Principis, & gratia gloriæ, & pro honore, & experimento virtutis; & ſic huiuſmodi duellum, quod fit gratia virtutis, de iure ciuili permiſſum videtur, ſecundum Gloſſ. *in leg. qua actione, §. ſi quis in colluctatione. ff. ad legem Aquiliam.* Bald. *in lege prima. ff. de ædilit. edict.* Pari[illegible] *in tractatu de duell. in §. permittitur, libro ſexto* [illegible] *§. pone quod ex conſuetudine, libro octauo.* Claudium Aq[illegible] *in le[illegible] ex hoc iure. ſub numer. 34. ff. de iuſtit. & iure.* [illegible] iſt [illegible] communem opinionem & Alcia[illegible] *in tract. de ſingularis certa. c. 3.* per leges ſign[illegible] as per eum, & alios præcitatos, vbi tradit: Quod qu[illegible] † moribus ciuium ludus aliquis in vrbe adm[illegible], vt lapidum B[illegible], Peruſii, & Aqu[illegible] patriæ [illegible], pugnorum Senis, & perticarum, Laudæ, & gladiorum, ſeu enſium in prædicta patria mea, & in toto Regno, ſi quis occiſus fuerit, nullus ſit pœnæ locus, & refert ante eum ita conſuluiſſe Dec. *conſilio nono, numero tertio, cum aliis ſequen.* & ſequitur hoc etiam Cremen. *ſingul. 150. mos puerorum.* 2

Quia † licet ta[illegible] is ludus lapidum, pugnorum, & perticarum, & gladiorum prohibitus ſit, nihilominus propter conſuetudinem quis excuſaretur pœna temporali, ſecundum Gloſſ. *in cap. venerabilis, de conſuetudine.* quam ſequitur Roman. *ſingular. 19. an conſuetudo reprobata* & Nicol. Pignol. cum aliis relatis *ibi in addition.* & idem Roman. *conſil. 466. ſub numer. 1.* & D. Horatius Mandoſius *ibi in addition.* cum aliis fere innumeris ſignatis per eum, & Cæſar Vrſillus *in addition. Afflict. in deciſione 91. num. 9* & Iacobus Menochius ſimiliter cum magna caterua Scribentium, *in tractat. de arbitrariis iudicum quæſtionibus, & cauſis lib. 2. caſu vltimo, id eſt, 400 numer. 6. cum aliis ſequentibus.* Sed in huiuſmodi conſuetudine peccaminoſa, & deteſtabili, parum, aut nihil confidendum hodie eſſet, cum penitus ea annullata ſit per Concilium Tridentinum *in ſeſſione 25. ſuper decreto de reformatione, cap. 19. deteſtabilis duellorum vſus*, vbi *in verſicul. qui vero pugnam* diſponitur, quod tales occiſores, & interfectores in memorata pugna, & ludo, vt homicidæ puniri debeant, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili. Et † iſta conſuetudo mala minime excuſat peccatum, imo aggrauat ipſum peccatum, vt firmat & probat Diſcipulus *in Sermone 30. ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, in litera E.* & Pepin *in Euangelijs quadrageſimalibus, ſuper Euangelio, Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam, feria* [illegible] *poſt primam Dominicam quadrageſimæ, col. 4. fol. par[illegible] 56* 3 4

Alen[illegible] † quod cleri[illegible] ſimiliter permittitur huiuſmodi ludus pro experimento virtutis, ſecundum Hoſtienſem, quem ſequitur Abb. *in cap. e. de [illegible].* vbi concludit, quod i[illegible] hoc caſu nu[illegible] eſt differentia inter ius ciuile, & canonicum; & ſequitur etiam Dec. *in dicto conſil. 9. ſub numer. 4.* & Iacobus Menochius cum aliis citatis per eum *de arbitr. iudic. quæſtion. lib. 2. centuria 4. caſu 440 numer.* [illegible] modo dictum duellum, aut exercitium veriſimiliter ad mortem non tendat licet in aliquo caſu mors ſequi poſſit: quia hoc tanquam accidens non eſt in aliqua conſideratione. Sed Concilium Tridentinum *ſeſ. 22. can. nihil eſt.* ſtatuit, clericos ſub pœnis ordinariis alias ſtatutis, ac aliis maioribus arbitrio ordinarii imponendis, non poſſe in huiuſmodi colluctationibus, choreis, aliis ludis, comeſſationibus, luſibus, ac aliis quibuſcunque leuibus delictis, & in negotiis ſecularibus interuenire, ſeu ſe exercere. 5

Atque † determinat eadem Sacroſancta Synodus Tridentina, *vbi prope finem.* quod condemnatio, quæ fit contra clericos in huiuſmodi caſibus pro morum 6

V [illegible] cor-

correctione, habeat executionem paratam, ac contra eos pro exactione pœnæ incurſæ, & declaratæ procedatur exequutiue omni prorſus appellatione remota, ſeu non admiſſa. Ideo ô clerici, qui in ſortem Domini vocati eſtis, ſtudete continuo, & totis viribus vitam, ac mores veſtros componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus, nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præſeferatis, vt vtar verbis *d. c. 1. poſt princ.*

OPINIO CCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Duellum eſt omni iure prohibitum, tam reſpectu prouocati acceptantis, quam prouocantis, etiam ſub grauiſſimis pœnis, per* Concil. Tridentinum. *nu. 3.*

2 *Duellum etiam ſuſceptum poteſt recuſari.*

1 DVELLVM † eſt omni iure prohibitum, ſcilicet iure diuino, canonico, & humano propter peccatum mortale, tam reſpectu prouocati acceptantis, quam prouocantis, quibus omnibus procul dubio Eccleſiæ ſacramenta, præcipueque Euchariſtia denegantur, niſi eos pœniteat, *cap. monomachiam, 2 quaſtion. 4.* vbi Gloſſ. & Archidiacon. *& ext. de torneamentis, & de cleric. pugnan. in duello, & de purgatione vulgari, per totum.* & Ioan. de Platea per text. *ibi in l. 1. C. de gladiat. lib. 11.* Lauren. Corradus *in tractat. de duello, in princip. num. 1.* Abb. *in cap. ad audientiam, de homicid.* Paris de Puteo *in tract. de duello. § an qui, lib. 9.* Iaſ. *in l. ex hoc iure, num. 13 & ſequen. ff. de iuſtit. & iur.* & Felin. *in cap. qualiter, il 2. § ad corrigendos, colum. fin. de accuſat.* cu n aliis late congeſtis per Laurentium Syluanum *conſil. 51. num. 1. & ſequen.* vbi iſtam opinionem abunde probat, declarat, & dicit eſſe communem poſt præcitatos Doctores, & Gratus etiam *conſ 3. & ſeq vol. 2.* Cōis opin.

2 Propterea † duellum etiam ſuſceptum, & acceptatum licite poteſt recuſari, ſecundum Iaſ. *conſil. 144. facti, colum 5. volum 2.* Cottam *in memorali, in ver. Perduellionis* & Socin. iunior *conſil. 25. num. 2. & ſequen. volum. 6.* & Ioan. de Neuizanis *in ſua Sylua nuptiali lib. 1. nu. 82.*

3 Et ideo † non immerito Concil. Tridentin. *ſeſſion. 25. cap. 19.* penitus, & radicitus extirpauit duellum, ſub horribilioribus, maioribus, & terribilioribus pœnis, quæ excogitari poſſint.

OPINIO CCXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Stillicidium recipiens in area ſua, an & quatenus in ea ædificare poſſit. Et quantum ſpatii pro ſtillicidio relinquere debeat. nu. 2.*

1 ÆDIFICARE † poteſt in area ſua, ſeu ſolo recipiens ſtillicidium, dummodo ſeruitus debita ſtillicidii non impediatur, & ædificans ipſe ſtillicidium recipiat, ſecundum Gloſſam, Bartol. Odofred. Floc. & omnes *in l. ſeruientes, § final. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* quorum opinionem inquit communem Socin. *conſil. 141. colum. 1.* & Cæpolla *in tractat. ſeruitut. in cap. de ſeruiente ſtillicidii, quæſtion. 7. nu. 7.* licet ipſe aliter ſentiat, & temere quidem. Cæterum abſque dubio aliquo procederet communis iſta, vbi recipiens ſtillicidium ædificaret citra, & non vltra: cum nullum ius competat vicino citra ſtillicidium, vt declarant Doctores omnes *in locis mentionatis*, & eſt text. *in d. § fin.* Cōis opin.

2 Et aduerte, quod † ædificans iuxta murum alterius tenetur, & debet relinquere vnum pedem, *per l. final. ff. fin. reg.* Sed vnde capiendus, ac ſumendus ſit pes ab ipſo muro, ſeu à loco, vbi cadit ſtillicidium; & in hoc iudicio meo inſpicienda foret conſuetudo ciuitatis, cum conſuetudo quemcunque actum reguIet. *l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilit. edict.* Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regulis iuris* Felin. *in cap. 1. colum. 6. de probationib.* & ita argum. Cæpolla *in dicto tractat. de ſeruitut. in cap. de ſolo & area, nu. 2.* Sed vbi ceſſaret conſuetudo, & iure communi decidenda eſſet, pes ſumendus foret à muro, non autem à ſtillicidio, præcipueque vbi area, in qua ſtillicidium cadit, eſſet illius recipientis: vnde concludendum eſt, quod in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati* ideo ei licebit intra locum, vbi cadit ſtillicidium, ædificare.

Et aduerte ſimiliter, quod *dicta l. final. ff. fin. regun.* procedit tam in prædiis vrbanis quam ruſticis, vt late concludit Cæpolla *in dicto tractat. de ſeruit. in cap. de pariete, & muro, num. 2.* vbi dicit ita ſeruari, & Natta *conſil. 277. ſuper caſu propoſito teneo, ſub numer. 1 volumine 2.*

OPINIO CCXXXIV

SVMMARIA.

1 *Ædificare domum, vel aliud quid in area, ac ſolo ſuo, an quilibet poſſit, idque rurſus amoliri, etiamſi vicino noceat, etiamque ædes per amolitionem ruituræ eſſent.*

2 *An quilibet in ſuo quam alte velit ædificare poſſit. & nu. 7.*

3 *Qualibet res ab omni ſeruitute libera præſumitur, & contrarium aſſerens probare debet.*

4 *Præſcriptio contra ædificare in ſuo volentem, an locum habeat, & quando ea currere incipiat.*

5 *Luminibus vicini altius ædificando an officere poſſit.*

6 *Animo nocendi, vel ad æmulationem, an & quando quis ædificare præſumatur. & nu. 8.*

9 *Luminibus vicini officere quando quis cenſeatur.*

10 *Feneſtra in muro communi an fieri poſſint.*

ÆDIFICARE † in ſua area, ac ſolo quis poteſt, 1 & in eo opus facere, etiamſi vicino noceat, dummodo animo nocendi non faciat, *l. 1. § denique, C. de aqua plu. arcen.* & ſi ex hoc ædificium vicini ruat, non tenetur ædificans, vt probatur *in l. fluminum, § fin ff. de dam. infecto.* Imo ſi ædificium illud aliquo tractu temporis præbuerit vicino iuuamen, & poſtmodum velit dominus amouere alicuius ſuæ commoditatis, & intereſſe gratia, nihil ei imputandum erit, ſecundum Gl. *in d. l. fluminum, § fin.* & ſic ædificans in iſtis caſibus non tenetur de damno infecto aliquo modo; & licet in hoc, & circa hoc ſtipulatio interponi non debeat, tamen ſi interpoſita fuerit, & ædificans ſe obligaſſet ſponte ex certa ſcientia, & non per errorem aliquem, & ſic ſciens ſe non teneri ad damnum reſarciendum, teneri voluit, tenetur, & tenaciter obligatur, ſecundum Gloſſ. Dyn. Iacob. de Arct & Bar. *in d. l. fluminum, § fin.* & Corn. *conſ 282. nu 5. vol. 4.* vbi recitat iſtorum opinionem eſſe communem, & ſuadet ſequendam fore. Cōis opin.

In tantum † quod regulariter quilibet in ſuo ſolo 2 caſtrum, aut domum ædificare, aut ædificatum reſtaurare, altiuſque ad cœlum vſque tollere poſſit, quia eius eſt cœlum, cuius eſt ſolum, *l. altius, vbi Gloſſ. C. de ſeruit. & aqua. l. ſi in ædibus, eod. tit. l. fin. vbi Gloſſ. in ver. quia, ff. de ſeruit. l. fin. §. fin ff. quod vi aut clam.* Alex. *conſ. 174 nu. 1. vol 2 opportune conſideratu.* Barthol. Soc. *conſ 141 conſideratu, nu. 1. vol. 1.* Schurff *conſ. 65 præſens conſultatio, nu. 1. cent 1. & conſ 77. veritas, nu 1. cent. 3.* Io. Pet. Surdus cum aliis aggregatis per eum *conſilio 27. numero primo.* Petr. Duenn. *in regula 35.* Ant. de Padilla *in dict. l. altius, num. 1. & ſequentib.* Bero. *conſil 31. num 3. volum. 3.*

volum. [illegible] præceptor meus, D. Marcus Ant. Eugenius *conſ. 2. num. & 17.*

3 Quælibet enim res ab omni ſeruitute libera eſſe præſumitur, *l. cum eo ff. de ſeruitutib. vrb. præd. & d. l. altius* [illegible] Gloſſ. *in ver. prohibetur* [illegible] *domum ff. de reg. iur.* Bernard. Alphon. *collectan. 184.* & explicauimus infra *in opi. 280. ſendaluces.* quia ſeruitutes non habent cauſam naturalem, ſed conuentam, vel præſcriptam, quæ, & alia probari debent, *§. fin. Inſt. de ſeruit. ruſtic. præd.* Iaſ. *in l.* [illegible] *peruſquam. nu. 40 ff. de nou. oper. nunciat. & in l. ſi in ædibus. C. de ſeruitutib. & aqua.* & affluentius Io. Pet. Surd. *in conſ.* [illegible] *num. 2.* & Lauren. de Pinu *conſ. 164. verum claudendo feneſtras. num.* [illegible] *& ſeqq.* & ſic denique ſeruitus nullatenus præſumitur, & eam allegans, probare tenetur.

4 Quinimo regula † illa ita explanata, ampliatur etiam ex textu in *l. qui luminib. vbi Gloſſ. in ver. ſeruam. ff. de ſeruit.* [illegible] *præd. orum.* [illegible] *in § aquæ. num. 41 Inſtit. de actionib.* Pet. Duennas *in reg. 33. in prima ampliatione.* vbi tradit, quod etiamſi quis longiſſimo tempore [illegible], poſſit tamen ad libitum ædificare, & [illegible] tinat quoque Lauren. de Pinu cum aliis aggregatis per eum, *in prællegato conſ. 164. num. 9.* vbi concludit in propriis terminis, quod ſi quis ſtetiſſet per [illegible] annos, in eo tamen non cadere præſcriptio, cũ in [illegible] facultatibus negatiuis non cadat præſcriptio, [illegible] contra vicinum aliquid factum ſit, & co [illegible] quẽ [illegible] præſcriptio demum curreret à tempore quo quis altius voluit ædificare, & ob prohibitionem ſibi factã deſtitit, & ſic à tempore prohibitionis incipit currere præſcriptio, & non ante, vt per Paul. Caſtren. *in d. l. qui luminibus.* Alex. *conſ.* [illegible] *4. col. 2. volu. 2.* Capycium *deci. 209. num. 20. & 25.* & Crotium *conſ. 44. num. 19. volum. 2.*

5 Amplia ſimiliter ſecundo loco eandem regulã, ſi quis ædificando, & altius tollendo luminibus vicini officiat, eaque in totum obſcuret, *l. Proculus. ff. de damno infect. & l. fluminum § fin. eod. tit. l. altius & l. ſi in ædibus. C. de ſeruitutibus, & aqua.* quia dolo non facit qui ſuo iure vtitur, *l. nullus videtur. ff. de reg. iur.* vbi Decius. & Cagnol. Bartholom. Soc. *conſ. 141. volum. 1.* & facit etiam *l. 1. § denique & l. ſi in vno fundo. C. de aqua pluu. arcen.* & ampliationem hanc commendat etiam Bald. & Ang. *in l. cum eo. ff. de ſeruit. vrban. prædiorum. per textum ibi.* & D. meus Marcus Anton. Eugenius *in d. conſ. 32. num. 37.* & Pet. Duennas cum aliis relatis per eum, *in reg. 33. in 3. ampliat.* vbi reprehendit Soci. *in reg. 110.* contrarium affirmantem abſque vlla lege ac ratione.

6 Nec præſumitur animo nocendi, † vel æmulandi aliquem ædificaſſe in ſolo ſuo libero, dum ſit percepturus vtilitatem ex ædificio, ita Gloſſ. *in l. fluminum. §. fin. ff. de damno infecto.* Iaſ. *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. colum. 2.* Alex. *conſ. 174. volum. 2.* Anton. de Padilla *in allegat. l. altius. nu. 22* vbi ait hanc eſſe communem [illegible] nem, atque vtiliter etiam amplificat. & Laur. [illegible] cum aliis aggregatis per eum, *in prænotato conſ. 164.* [illegible] aſſignat rationem palpabilem, quod ea quæ [illegible] renere bonorum non præſumantur fieri [illegible] imo, [illegible] one. quo [illegible] bil [illegible] ſi- [illegible] ac vtilitati [illegible], qu [illegible] e qu [illegible] bet præ [illegible] mẽ [illegible] um bon [illegible] n, [illegible] [illegible] conſ [illegible] ium, [illegible] *dictum. d. præ* [illegible] *l. ſeruos ff. de manu. teſta. & l. cum pater §. 10* [illegible] *ff. de leg. 2*

7 C [illegible] tam regula [illegible] ampliata fuit in ædificiis ad æmulationem [illegible] n. & [illegible] liam alienus [illegible] itans, at [illegible] ſtructi *l. opus nouum ff. de oper. pub.* [illegible] *de reſtit. ſpoliat.* Roman. [illegible] *in quæſtio- n. ſignificorum num. 4.* Afflict. *in c.* [illegible] *& palatia nu. 5.* *quæ ſint reg.* Cephal. *conſ. 130. videbatur prima. num. 18. volum. 1.* Petr. Duenn. cum aliis coacervatis per eum, *in allegata regul. 33. in 7 fallentia.* vbi annectit etiam, iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem vocat quoque B[illegible]er. *deciſ 380. num. 9.* & Horat. Mandoſius *in addit. ad Roman. in d. conſ. 52. in lit. G.* & D. Marcus Anton. Eugenius *in prænotato conſ. 32. n. 38. & ſeqq.* Com. opin.

Et ædificium † conſtructum ad æmulationem, præſumitur eo ipſo, quod non eſt neceſſarium, vt per Roman. *conſ. 52. in fine.* Bertrand. *conſ. 333 etiamſi verum eſſet, quod quis in ſuo poſſet facere* [illegible] *neſtram. volum. 3. prima parte.* & B[illegible] *in præcitata deci.* [illegible] 8

Sed an † aliquid officiat luminibus, ſtandum eſt peritis in arte, ſecundum Alex. *conſ. 174. in fin. volu.* [illegible] *2* 9 & Io. Vincen. Hondedeum cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 80. num. 22.* & ita vidi prouiſum obſeruatum, & executum in practica in variis cauſis occurſis mihi, vt aduocato, & iudici per quadraginta annos continuos, quibus verſor in hac legali ſcientia.

Sed hoc totum ad eiuſmodi limitationem ſpectans, & pertinens, exemplifica, vt in *l. opus nouum. ff. de oper. pub. & l. quicunq; caſtellorum. C. de fundis limitro- phis. lib. 11.* vbi Gloſſ. *in ver. antiquitas.* Bartol. *in l. ex hoc iure. num. 7 ff. de iuſtit. & iur.* vbi Iaſ. *num. 12.* Innocen. *in c. Piſanu. de reſtit. ſpoliat.* Bartol. *in l. 1. num. 2. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. & in d. l. opus nouum. num. 3. &* [illegible] & Iaſ. *in l. quominus. num. 24. de fluminib.* alias vero limitationes *ad d. l. altius.* tradit, diſcurrit, & reſoluit *eo in loco.* Anton. de Padill. Berous *conſ. 131. cum ſuper quodam pilaſtro. num. 64. cum aliis ſeqq. volum. 3.* Petrus Duen. *in reg. 35*

Et cum hucuſque diſcuſſa ſit materia ſuper ædificio, facto in ſolo proprio, nunc quædam alia, ſpectantia ad ædificium, faciendum in re communi, tractanda quoque ſunt. Itaque ſciendum eſt, quod † feneſtræ in muro communi fieri non poſſunt, ſecundum notata per Cæpoll. *de ſeruit. vrbanor. prædiorum. cap. 62. de feneſtra. num. 3.* & Angel. & alios vniuerſaliter omnes, *in l. quidam Hiberus ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum.* Et ratio ea quidem eſt, quia ob appoſitionem feneſtræ in muro communi, mutatur muri facies, & qualitas, imo debilitatur etiam murus ipſe, ſecundum Ang. *in l. inter quos ff. de damn. infect.* & ſic ob mutationem ſtatus rei, videlicet, cum ſocius in pariete communi vellet inuito ſocio, facere id quod ei proſit, & vicino noceat, ei prohibitum eſt, vt per Ioan. de Imol. *in l. in reficiendo. ff. de dam. infect.* & Bero. *conſ. 131 num. 10. & ſeq. volum. 3.* Altera quoque poteſt adduci ratio hæc, quod in re communi vicinus, inuito ſocio, ius ædificandi non habeat vllo modo, *l. in re communi de reg. iur. in 6 & l. ſed ſi inter. in princ. & in fin. ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum.* quodque tanto magis procedit, ſi ex huiuſmodi ædificio, res communis & ſocii, deterior euaderet, nec res communis foret ad hoc parata, *l. quidam Hiberus. ff. de ſeruit. vrbanorum prædiorum. & l. Sabinus. vbi Gloſſ. ff. communi diuidun.* Bero. *conſ. 132. ſub num. 8. volum 3.* & Horat. Carpanus *in commentariis ſtatutorum Mediolani. cap. 333. num. 2 & 4.* vbi concedit, quod non liceat ſocio feneſtram aliquam facere in muro communi, inuito ſocio, niſi ille murus eſſet ad vſum luminis paratus, nec ſeruitus cenſeretur impoſita ex non contradictione, vel ſcientia, ſed requireretur conſenſus expreſſus prout ita etiam firmat conſulendo in terminis Corn. *conſ. 78. vol. 4. in hac conſultatione breuiter* vbi annectit etiam omnes ita communiter tenere. Vbi hoc idem limitat quoque, quod in muro communi feneſtram facere poſſit ſocius, ſi ei hoc proficuum, vtileque foret,

& alteri ſocio nullatenus nociturum. Et nihil mirum, quia ſuſtentatur hæc machina illa iuris regula; videlicet, quod id, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facile concedendum ſit, ſecundum Gloſſ. *in princ. in l. 2.* vbi Iaſ. etiam *nu. 32. ff. ſolut. matrim.*

OPINIO CCXXXV.

SVMMARIA.

1 *Emancipatus an tranſmittat hereditatem non aditam ſicut ſuus.*

2 *Emancipatus vocans in ius patrem ſine venia, incidit in pœnam* l. penul. ff. de in ius vocan. *quam ſoluere tenetur; ſed acta facta circa hoc, valent, parte citata non opponente.*

1 EMANCIPATIONIS, † ac patriæ poteſtatis differentia hodie penitus ſublata eſt, vt ibi cautum reperitur, *§. nullam in authen. de hered. quæ ab inteſt.* Tamen emancipatus ipſe non obſtante remotione dictæ differentiæ, non tranſmittit patris hereditatem non aditam, ſicut ſuus; & ratio videtur iſthæc, ſecundum Alexand. *l. emancipati. colum. 6. C. de collationib. & in l. cum quidam. §. ſuum heredem. ff. de acquir. hered.* quia ſuitas in patria poteſtate regulariter fundatur, *§. ſui. Inſtitut. de hered. qualit. & differen.* Item propter ſuitatis exiſtentiam confirmantur tabulæ pupillares, tutelæ, ſimul ac libertates, dato quod filius ſe abſtinuerit ab hereditate, *l. filius qui ſe paterna. & l. quaſitum ff. de acquir. hered.* ſecus in emancipato, & iſta eſt com-
Com. opin. munis opinio Dd. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.* quam ſequuntur, atteſtanturq; Moder. *ibidem*, & quod filii in poteſtate conſtituti, vt ſuperius docuimus, tranſmittant hereditatem patris non aditam, & ad quoſcunq; heredes, probatur, *in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit.* & Dd. tenent hoc communiter omnes, *in l. infanti. C. de iure deliberan.*

2 Et his accedit cõgruenter, † quod quando emancipatus in ius vocauit patrem, nulla prius venia impetrata, obtenta, ac petita, tenetur pœnam, *in dict. l. penult. ff. de in ius vocand.* ſtatutam ſoluere; tamen proceſſus fabricatus valeret, & teneret, parte citata non
Com. opin. opponente, ſecundum communem aſſertionẽ Scribent. de qua atteſtatur Alexand. *in l. fin. num. 2. C. de in ius vocand.* & Petr. Duen. *in reg. 351. nu. 10.* poſt Purpur. *in l. fin. nu. 36. in tract. quem fecit poſt lecturam illius l. C. de eden.*

Contrariam vero ſententiam, quod filius vocans in ius patrem abſque venia, volenſq; ſoluere pœnam *d. l. penul.* non ob hoc poſſet proceſſum conualidare, dixit meliorem Grammat. poſt alios relatos per eum *conſ. ciuili 40. n. 4.* vbi ita conſuluit.

OPINIO CCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, colonus, cenſuarius, & conductor probantes ſe ſoluiſſe canonem, per tres annos continuos, an præſumantur ſoluiſſe toto tempore præcedente.*

1 EMPHYTEVTA eo † ipſo, quod probat per ſcripturam, vel per duos, vel per tres teſtes ſe ſoluiſſe canonem, ſeu cenſum per tres continuos annos præteritos, præſumitur ſoluiſſe toto tempore retro, niſi contrarium probetur, ſecundum Gloſſ. & com-
Com. opin. muniter Doctores *in l. 2. C. de iure emphyt.* & præſertim Iaſ. *ibidem, num. 168. & 170.* per textum *in l. quicunque. C. de apoch. publ. libr. 10.* Berous *conſ. 152. ſuper dubio propoſito multum non inſiſtam, ſub num. 3. volum. 1.* & Curt. iunior, qui facit mentionem de communi *conſilio 96. num. 5.* qui quidem Scribentes *vbi ſupra* ſubdunt *dict. l. quicunque.* habere locum etiam in ſimplici colono, & in quolibet cenſuario, & in alio quolibet obligato ad annuas præſtationes [illegible] x identitate rationis, vt *ibi* per eos, & Iacob. Philip. Portu. ſeu potius Anton. Gabriel. *in concluſione 5. libro 6.* vbi ponit hoc etiam pro regula cum aliquibus aliis ampliationibus, & limitationibus, & limitat etiam, & [illegible] clarat Laurentius Syluanus *conſilio 83. numero* [illegible] *ſequenti, volumine 2.*

OPINIO CCXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Soluens canonem, vt feudatarius, emphyteuta, vel colonus triginta annorum ſpatio, parit ius illi, cui ſoluit, perſonale, pro ſe, heredibus, ac ſucceſſoribus.*

2 *Feudalem rem poſſidens per decennium vt feudalem, an ſolenni conceſſione eam adeptus præſumatur.*

1 SOLVENS alicui † canonem, vt feudatarius, emphyteuta, vel colonus triginta annorum ſpatio, hoc caſu dicitur illi acquirit hoc ius perſonale pro [illegible], heredibus, ac ſucceſſoribus, vt per Bald. Bart. Salyc. Cyn. aliosque communiter, *in l. male agitur & in l. omnes & in l. 2. C. de iure emphyteu.* & *ibi* nonnulli Doc. aiunt iſtam eſſe communem opinionem, & Auguſt. Berous *in cap. d. lecti filii. numer. 24. de arbitru.* & Balb. *in tractat. de præſcription. in 3. part. princip. quæſtion. 10. prima parte numer. 38. & in 2. part. princip. quæſtio. 6. num. 1. in fine.* Emphyteuta. Com. opin.

Sed ſi quis † per decennium poſſediſſet aliquam rem vt feudalem, tunc [illegible] iq; præſumeretur præceſſiſſe ſolennis conceſſio feudalis, ſecundum communẽ opinionem omnium Doctorum, quam citat Balb *in d. q. 10. poſt num. 35.* & Pariſ. *conſ. 23. nu. 3. vol. 4.* nam in hoc caſu de minori præiudicio agitur, quam in ſuperiori, quantum ſcilicet intereſt inter perſonam, & res, merito etiam curſus minoris temporis ſufficit ad inducendam præſumptionem. 2 Com. opin.

OPINIO CCXXXIIX.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta non ſoluens canonẽ priuato per triennium, & Eccleſiæ per biennium, cadit à iure emphyteutico, etiamſi teneretur tantum ad canonem vnius nummi.*

2 *Emphyteuta in ſolutione canonis in minimo deficiente, an res in commiſſum cadat.*

3 *Emphyteuta qui canonem ſub pœna ſoluere promiſit, ceſſans in ſolutione, poteſt expelli, non obſtante, quod pœna promiſſa ſit.*

4 *Emphyteuta debito tempore non ſoluens canonem, non ſolum perdit rem emphyteuticam, ſed etiam fructus Et a quo tempore, fructus perceptos reſtituere teneatur. nu. 5.*

6 *Emphyteuta cadens à iure ſuo propter canonem non ſolutum, an ob hoc cadat à iure luendi, vel ſi [illegible].*

7 *Cenſuarius non ſoluens cenſum, vel canonem, vigore rei accenſatæ, & ſub annuo cenſu conceſſa non incidit in commiſſum.*

8 *Vaſallus non priuatur ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

9 *Emphyteuta ceſſans a ſolutione canonis, cadit ab emphyteuſi tum demum, ſi dominus voluerit.*

10 *Dominus poſt declaratam caducitatem an propria authoritate ingredi poſſit poſſeſſionẽ rei emphyteuticæ.*

11 *Emphyteuſis renouatio, an tacite præſumatur inducta ob canonis receptionem a domino factam, poſt incurſam caducitatem.*

12 *Mora purgari poteſt in emphyteuſi eccleſiaſtica, non autem in priuata.*

EMPHY-

1 E[illegible] priuatus [illegible] ceſſans [illegible] ſolutione canonis [illegible] triennium, & [illegible] Eccleſiæ per bienniũ, cadit à iure emphyteuti[illegible], [illegible] *de locato.* vbi Canoniſtæ, & Legiſtæ om[illegible] co[illegible] [illegible] *in l. 2. [illegible] de iure emphyteut.* vbi [illegible] Ia[illegible] *col.* & Gozad. *conſil. 37. num. 1.* (Com. opin.)

Ampliatur hoc in tantum, [illegible] quod emphyteuta, qui tenet [illegible] vnius nummi, cadit ab emphyteuſi [illegible] per biennium à ſolutione, vt concludunt om[illegible] tores [illegible] communiter, *in authen. qui rem. [illegible] de [illegible] eccl.* & iſtam communem, vbi Moder. *[illegible] authent.* ſequitur & citat R[illegible] *in l. fin. num. 29. [illegible] C. de reuocan. donatio.* & Clarus [illegible] aſſi[illegible]gnatis per eum, *in tract. de iure emphyteu. quæſt. 8. verſ. ſed pone.* (Com. opin.)

2 Ampliatur etiam ſecundo [illegible], ſi † emphyteuta [illegible] certum canonem ſoluerit [illegible] nummo, [illegible] incidit in commiſſum, vt not. Bald. *in rub. [illegible] de contrahen. empt. quæſt. 10.* Oldra. *conſ. 29.* Alexan. *[illegible] in l. in executione [illegible] ff. de verb. [illegible] 19.* Bertrand. *con[illegible] quia tempore iusta, ſeu [illegible] ſocietatis nu. [illegible] volum. 8.* Iaſ. qui latius ait iſtam eſſe communem opinionem, *in l. 2. [illegible] 1.54. [illegible] de iure emphyt.* Gozad. *conſ. [illegible] num. 1. & [illegible] 69. num. 8.* Rimina. *conſ. 181. num. 5.* Ioan. Cephalus *conſ. [illegible] num. 18. volum. 1.* & Albertus B[illegible] *in tract. quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, in [illegible] articulo principali. nu. 107.* & eſt Gloſſ. notab. *in l. res bona fide. ff. de contrahen. empt.* volens rem venditam hoc pacto, quod niſi [illegible] pretium fuerit ſolutum, eam inemptam eſſe, [illegible] ſoluto infra tempus, excepto vno nummo, inemptam reputari. (Com. opin.)

Sed contrarium, & optimo quidem iure iudicio meo deciſum extitit in Rota Bo[illegible], teſte Petro de Beointendis *deciſio. 6. Epiſcopus [illegible] n. 4.* videlicet, quod emphyteuta deficiens à ſolutione canonis in minima parte non cadat ob hoc à iure ſuo, & hoc idem diſtinguendo videtur ſentire C[illegible]us, *in tract. de iure emphyt. in d. q. 8. ver. hoc autem de plano.*

3 Ampliatur tertio ſimiliter vbicunq; emphyteuta promiſiſſet ſoluere canonem etiam ſub pœna, & poſtmodum ceſſaſſet in canonis ſolutione: quia tunc poſſ[illegible] [illegible] quo expe[illegible] non obſtante quod pœna promiſſa eſſet ſecundum Gloſ. *in d. l. 2. [illegible] de iure emphyt.* & Alex. *conſ. [illegible]2. ſub num. 2. vol. 4.* vbi demonſtrat d. [illegible] ff. communiter approbari. (Com. opin.)

4 Ampliatur quarto loco pariter, vt † emphyteuta differens tempore longiuo ſoluere canon[illegible] [illegible] rem perdat emphyteuticã, ſed fructus etiam ipſius rei & ſic po[illegible] tempore, quo res incidit in commiſſum, fructus perceptos reſtituere tenetur, [illegible] un dum Arg. *in §. ſi vero [illegible] in authen. [illegible] non aliæ.* Bald. *in l. ſi pater [illegible] de vſufru.* [illegible] *in d. [illegible] in c. de quarta. totum. [illegible] de pr[illegible] ſcript.* & [illegible] *per [illegible] ſi vnquam. C. de r[illegible] donatio.*

5 [illegible] præmiſſa ad [illegible] ipſa te [illegible] die, quod d[illegible] nus de [illegible] emph[illegible] in c[illegible] R[illegible] ta Bononienſis [illegible] qu[illegible], & non [illegible] Pet[illegible] ten l. *in deciſ. [illegible] per* [illegible] reſponſionibus [illegible] contraria. Alias vero ampli[illegible] ones [illegible] didi: Affl[illegible] *dec. [illegible] 3.* & *ibi* Vrſillus *in additio. num. 1. cum aliis ſeqq.* & [illegible] mar. *deciſ. 52. Iulius Vrcedomini antiquus procurator.*

Et iſta concluſio ita explicita † interpretatur non procedere in iure francandi: quia emphyteuta cadens à iure propter [illegible] canonem non ſolutum, non ob hoc videtur cadere à iure luendi, ſiue francandi, ſecundum [illegible] latum per Ia[illegible] *in d. l. 2. colum. 3. in 3. nota* licet [illegible] Iaſon arguat contra Veronenſem, quod i[illegible] de[illegible] cadere etiam [illegible] di: quia pactum de luendo, videtur eſſe p[illegible] utæ; & ſic vult Ia[illegible] quod etiam [illegible] pœnali fieri debeat exten[illegible]. Sed in hoc con[illegible] net Barbat. *conſ. 5[illegible] colum. 18. vol.* [illegible] *in l. in bona fidei colum. 4. C. d[illegible] act. [illegible] peteus* [illegible] *eod. tit.* & Iaſ. etiam ſibi contrarius, [illegible] conſilium in melius tenendo contrarium, [illegible] *cum quidam. in [illegible] ff. de liber. & poſthu.* quo[illegible] pœnalibus non ſit licita e[illegible] tenſio ex i[illegible] nitate rationis, vbi abunde hoc pr[illegible] bat, dicens hanc [illegible] communem opinionem per regulam præmiſſam, Clarus *in tract. de feudis. q. 51.* 6 (Com. opin.)

Item limitatur [illegible] non procedere in re accenſata, ſeu in accenſamen[illegible] ſub annuo cenſu [illegible] enim propter ceſſationẽ ſolutionis canonis, vel cenſus non caderet in commiſſum, vt conſuluit Bertran. *conſ. 21. quamuis emphyteuta priuati. vol. 6.* 7

Modo vero pulchrum [illegible] eſt ſcire, vtrum requiratur ſententia declaratoria priua[illegible] in concluſione [illegible] *in principio* poſita. In h[illegible] itaque articulo ſunt opiniones variæ Canoniſtarum, de quibus per Gloſſ. & Dd. *in d. c. potuit.* Sed quod requiratur ſententia, & [illegible] has nõ priuetur vaſallus ipſo iure 10 caſibus, in quibus vaſallus ipſe incurrit pœnam priuationis feudi, vt [illegible] Gloſſ. *in c. 1. in ver. iure feudi* cuius opinio[illegible] communẽ dicit Clarus cum aliis congeſtis per eum, *in tract. de feud. quæſt. 62.* tandem non videtur neceſſaria, ſecundum magis communem opinionem, quam ſequitur, & allegat Iaſ. *in d. l. 2.* Caſſadorus *in 2. deciſ. in tit. de locato, & conduct.* & Auguſtin. Berous *in c. 1. nu. 43. de precario.* 8 (Com. opin.)

Sed ſecundum Legiſtas † limitatur pariter tertio loco, quod emphyteuta ceſſans a ſolutione canonis cadit ab emphyteuſi, domino volente; & ſic tunc demum priuatur, ſi dominus voluerit, ſecundum Bartol. Bald. Ang. Salyc. Iaſ. cæteroſque communiter, *in d. l. 2.* per text. *ibi* Bart. & Bald. *col. fina. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi ait, quod emphyteutis priuatio ob canonem non ſolutum non eſt in facto eſſe, cæterum eſt in potentia fieri domino volente [illegible] proſequitur Deci. *conſ. 138. colum. 2. & ſeq.* & [illegible] eſt communis o[illegible] inio. vt per Iaſ. *in d. l. 2. in 3. nota* & per Iul. Clar. cum aliis cumulatis per [illegible] um, *in [illegible] tract. de iure emphyt. q. 9.* videlicet, quod non facta aliter declaratione, emphyteuta retinet ius ſuum, & per conſequens dominium vtile, atq; poſſeſſionem. 9 (Com. opin.)

Ideo aduerte, quod dominus poteſt poſt declaratam caducitatem propria authoritate [illegible] gredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, ſecundum Gloſſ. *in d. l. 2. in verb. propellere.* [illegible] ſententiam communem eſſe docet Decius *conſ.* [illegible] *46. [illegible]* Alexand. *conſil.* [illegible] *nu. 2. volum. 4.* Sigiſmund. *conſil. feudali. 37. nu. 3.* & Coroc. [illegible] *in 3.* quamuis & male Bertrand. *conſ. 203. [illegible] venerabilis vir. ſub num. [illegible] ſeq. volum. 8.* contra [illegible] [illegible] Imo ſi emphyteuta verbis tantum reſiſteret [illegible] poſſet dominus illum expellere, ſecundum magis communem opinionem citatam per C[illegible] *193. [illegible] 3.* 10 (Com. opin.)

In contrarium [illegible] partem, videlicet, quod poſt caducitatem dominus emphyteuti[illegible] propria [illegible] [illegible] cum autho[illegible] itate [illegible] [illegible] inatum [illegible] quorum ſententi[illegible]

ait

Com. opin. ait communem Alberi. *colu. 1.* & Iaſ. *in d. l. 2.* & illam ſeruat Parlamentum Delphinale, ſecundum Guid. Papæ *deciſ. 107. num. 1.* prima ſententia Gloſſ. magis communis apparet, & ab ea non foret tutum recedere in iudicando, conſulendoq; aliquo pacto.

21 Coarctatur etiam quarto, quod † emphyteuſis renouatio tacite inducta præſumitur ob receptionẽ canonis factam à domino poſt incurſam caducitatẽ, ob non ſolutum canonem; & ſic dominus ipſe recipiens ab emphyteuta canonem, poſtquam ipſe cecidit à iure ſuo, videtur ſibi remittere caducitatem, eumq; reintegrare, ſecundũ Gl. Cyn. Saly. & Legiſtas omnes, *in l. 2. C. de iure emphyt.* & Io. And. & alios Canoniſtas, *in d. c. potuit. de loca.* & præſertim Barbat. *ibi, n. 24.* & Auguſt. Bero. *n. 69.* & Roma. *conſ. 103. viſo propoſita quæſtionis themate. ſub nu. 5. verſ. tertio, quod quemadmodum ob canonis receptionem.* vbi ad lucem adducit Com. opin. iſtam eſſe communem opinionem, & Barbat. etiam, & Berous *in d. c. potuit* quam ſequitur quoque, & limitat Marſilius, *in l. qui falſam monetam. num. 92. ff. ad legem Cornel. de falſis.* procedere, obtinereque locum dummodo Superior ſciuiſſet emphyteutam ob huiuſmodi cauſam à iure ſuo cecidiſſe, ſecus vero ſi ignorauiſſet: tunc enim ignorans ſuam caducitatem, canonem recipiendo ſibi, ſuoque iuri non præiudicaret: quæ nempe ignorantia ipſius domini dubio procul mediante ſuo proprio iuramento probaretur, quod eſt vtique notatu dignum; & opinio hæc fuit originaliter Cyn. *in d. l. 2. quæſt. 4.* cui inhæret Io. de Imol. *in l. Mæuius. §. duobus. ff. de legat. 1.* & idem Marſilius *in repetitio. rub. nu. 138. C. de probatio.*

Limitatur ſimiliter ſecundo loco, eandem communem opinionem extẽdere vires ſuas tantummodo in priuato, ſecus vero in Eccleſia, quæ non poteſt in hoc ita facile præiudicare Eccleſiæ: quia tunc prælatus recipiens ſcienter canonem futurorum annorum, & ſic pro futuro tempore, non videtur ei remittere ius expellendi, & conſequenter caducitatem ipſam, vt conſtanter firmant Gloſſ. & alii, *in d. c. potuit.* & potiſſimum *ibi* Barbat. *ſub num. 24.* & Berous, *ſub num. 69.* vbi iſtam limitationem affabre reſoluunt, mediante diſtinctione tradita *ibi* per eos, licet Abb. *ibi ſub num. 14.* contrarium aſſerat, & concludat, & male quidem, vt nulla admodum ſit differentia inter Eccleſiam & priuatum. Tamen quicquid ſuadeat inutiliter, noli recedere in deciſiuis à dicta diſtinctione tanquam tutiſſima.

22 Quinto, & poſtremo † limitatur eadem regula in principio poſita, quod mora purgari poſſit in emphyteuſi eccleſiaſtica, *d. c. potuit.* non autem ipſa purgatio moræ fieri deberet in emphyteuſi priuata, ſi nõ ſoluit canonem intra tempus emphyteuta, *d. l. 2. C. de iure emphyt. & c. propter. de locat.* Alexand. *in l. ſi inſulam. col. 6. de verb. obliga. & in d. l. 2.* & notat Bertrand, *conſ. 146. quamuis bona emphyteuticaria. num. 2. volum. 8.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, licet concludat, quod in iſto caſu etiam celeriter mora purgari poſſit, vt ſcripſimus infra *in opin. 218.* Com. opin.

OPINIO CCXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta priuatus, qui ceſſauit ſi ſoluere canonem, expelli poteſt ſtatim poſtquam ceſſauit à ſolutione canonis, licet lapſum non ſit triennium.*

1 EMPHYTEVTA priuatus † non ſoluens canonem in curriculo triennii, & emphyteuta Eccleſiæ, biennii curriculo, cadit à iure ſuo, *c. potuit. de locato.* vbi Dd. *in l. 2. C. de iure emphyteu.* vbi not. Iaſ. *in 3. col.*

Sed ſi emphyteuta iuraret, & poſtmodum canonem ipſum ſtatim non ſolueret, haudquaquam expectato biennio, ſeu triennio, caderet à iure emphyteutico, ſecundum Bald. *in c. querelam. de iureiur.* Alexan. *conſ. 85. & conſ. 126. volum 1.* Corſetum *in ſing. in verb. emphyteuta incipien. licet emphyteuta Eccleſiæ.* Gozad. *conſil. 69. num 9.* Natam *conſ. 426. quamuis regulariter emptor prædii. num. 21. vol. 2.* & Marcum Antonium Bauer. *in tract. de virtute iuramenti in concluſ. 10.* vbi appellat opinionem iſtam communem eſſe, Gozad. etiam Com. opin. *conſ. 57. nu. 10. & ſub nu. 19.* & Clarus quoque cum aliis citatis per eum, *in tract. de iure emphyt. quæſt. 8. verſ. & hoc quidem* vbi & male firmat contrarium.

OPINIO CCXL.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans rem emphyteuticam abſque conſenſu domini, an cadat à iure ſuo, etiamſi poſt alienationem eam celeriter reemat.*

EMPHYTEVTA alienans † rem emphyteuticam abſque conſenſu domini cadit à iure ſuo, etiamſi poſt alienationem celeriter reemat rem illam: 1
nam per hoc non releuatur à caducitate iam incurſa, *l. fin. C. de iure emphyt.* vbi Dd. & ita ſe habet communis opinio, teſte Iaſ. *in l. cum dubitatur. nu. 135. C. de iure emphyt.* & Claro, cum cæteris compluribus ſignatis per eum, *in tract. de iure emphyt. quæſt. 13. verſ. ſed quid ſi emphyteuta.* quæ procedit de rigore iuris, ſecus de æquitate, ſecundum Anton. de Butr. *conſ. 34. in fin.* & Bertrand. *conſ. 146. venditio. nu 5. cum aliis ſeqq. vol. 5.* Com. opin.

Amplia hoc etiam procedere in conductore ad longum tempus, ſecundum Fulgoſ. *conſ. 25.* quod dictum pro ſingul. refert, ſequiturq; Iaſ. *in l. 1. col. 7. ver. circa differentias. C. de iure emphyt.* dicens hoc eſſe valde notandum: cum ſit materia pœnalis.

Amplia ſimiliter, vt ſi huiuſmodi alienatio eſſet facta ſine conſenſu domini directi, quod tunc talis facultas poſſet exerceri, etiam contra tertium poſſeſſorem, habentem cauſam ab ipſo primo emphyteuta, ita Cyn. *in l. 2. q. 4. C. de iure emphyt.* ita Bald. *ibi, q. 13.* & *ibi* Iaſ. *col. 62. & ſeq.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Sed interpretatur primum iſta concluſio ita ampliata non habere locum in alienatione emphyteuſis, facta ſine traditione: nam dicta alienatio abſque traditione caducitatem non inducit, *d. l. fin.* & notat Specul. *in tit. de locato § nunc aliqua. verſ. 195.* & Canoniſtæ *in capit. potuit. eod. tit.* & Bertrand. *in d. conſ. 146. n. 1. vol. 5.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Iaſ. *in l. cum dubitatur. num. 132. C. de iure emphyt.* & Bertrand. *conſ. 243. ſi venerabilis vir. nu. 1. vol. 8.* quam ſequitur cum aliis innumeris ſignatis per eum, & demum ait communem fore Tiraquel. *in tract. de retractu conſanguineorum. §. 1 Gl. 2. n. 42. 43. & 44. fol. 17.* Com. opin.

Alexand. vero, *conſ. 173 viſo themate, & ſcriptis. col. 2. volu. 2.* ampliat hoc dictum procedere non ſolum in emphyteuſi, verum etiam in feudo, ſequitur Syluanus *conſ. 2. nu. 54.* Iaſ. *in d. l fin. colu. penul.* ſcribens iſtam eſſe communem opinionem, & Neguſan. de Fano *in tract. de pignori. & hypothec. in 2 par princ. 3. membri n. 79.* & Tiraquel. cum aliis relatis per eum *in d. Gl. 2. nu. 45.* Com. opin.
Et ratio aſſignatur iſthæc. ſiquidem venditio perfecta non dicitur ante traditionem, *c. cum Ioannes. de fide inſtrum. & § vendita. Inſtit. de rerum diuiſ.* & finaliter verba alienationis, de quibus *in d. l. fina.* intelligi debent cum effectu, *c. relatum. de cleric. non reſiden. & l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſq. iur.*

Interpretatur etiam ſecundo eadem concluſio,

vbicu-

Vbicunq; emphyteuta aſſignaret fructus fundi emphyteutici in ſolutũ, & pro ſoluto ſuo creditori, tunc enim non caderet à iure emphyteuſeos, quippe: quia non transfert ius in re, nec poſſeſſionem in emptorẽ, ſecundum Bald. *in c. qua in eccleſiarum. de conſtitu. & in l. codicillis. §. inſtituto. & ibi* Alex. *ff. de leg. 2.* & Iaſ. cum aliis citatis per eum, *in l. filiumfamilias. §. Diui. verſ. 12. ff. de leg. 1. in 2. lectu.*

Declaratur etiam præfata concluſio pluribus aliis modis per Afflict. *deciſ. 98.* & per Marſil. *in ſingu. 412. plures.* Ioan. Cephalum *conſil. 139 volum. 1.* Clar. plenius, quam alium, *in tract. de feud. quaeſtio. 31. & in tract. de iure emphyt. in d. quaeſt. 13. verſic. ſed nunquid, cum aliis ſequentib.* & per Vrſillum *in addit. Afflict. in deciſio. 107. num. 7. & ſeq.*

OPINIO CCXLI.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta alienans partem ſuam alteri emphyteutæ irrequiſito domino, an cadat à iure ſuo.*

2 *Iulii Clari laudes.*

3 *Emphyteutæ poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteuticam, abſq; domini conſenſu.*

4 *Emphyteuta, ſeu vaſallus alienans partem emphyteuſis, vel feudi, irrequiſito domino, cum proteſtatione, & clauſula appoſita in inſtrumento, quod talis alienatio intelligatur facta, reſeruato ſemper conſenſu Eccleſiæ, ac domini, an pro illa parte nihilominus cadat à iure ſuo.*

1 EMPHYTEVTA ſine † domini conſenſu, ac eo irrequiſito rem emphyteuticam alienans, regulariter cadit à iure ſuo, vt docuimus abunde ex communi opinione, *in ſuperiori proxima opinione.* Sed hoc non procederet, vbicunque emphyteuta partem ſuam alienaret alteri emphyteutæ, tunc vtique alienare poſſet in alium emphyteutam partẽ ſuam, etiam irrequiſito ipſo domino, ſecundum Bartolum Caſtrenſ. & cæteros, *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligation. & in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſactio.* Ioan. Andr. *in add. ad Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 72.* Calde. *conſ. 10. in tit. de locato.* Ang *in l. ſi domus. §. fin. in princ. ff. de legat. 1.* Salyc. *in l. ea lege. C. de condictio. ob cauſam.* Alex. *conſ. 189. col. 3. vol. 2.* Bart *in l. & ideo. ff de condict. furti. & conſil. 52.* Marſil. *ſingul. 28. emphyteuta alienans.* Et licet non deſint aliqui, qui teneant contrarium, de quibus meminit Iaſ. *in l. 1. num. 116. C. de iure emphyt.* nihilominus opinio Bart. & ſequacium communis eſt, ſecundum Iaſ. *in d. §. duo fratres. num. 24.*

2 Et Illuſtrem D. Iulium Clarum, † qui melius, quã alius, quem hucuſque viderim, olfecit, ſeu guſtauit in omnibus ſuis ſcriptis communes opiniones *in tractat. de emphyteuſi q. 14. quaero, nunquid plures emphyteutæ.*

3 Vbi oſtendit † copioſe etiam more ſuo ex communi opinione Dd. emphyteutas quinq; poſſe inter ſe abſq; domini conſenſu, videlicet, rem emphyteuticam diuidere. Com. opin.

4 Sed quotieſcunq; † emphyteutæ non inter ſe, ſed aliis extraneis alienarent aliquam partem emphyteuſis, irrequiſito domino, & cum proteſtatione, ſeu clauſula appoſita in inſtrumento, quod huiuſmodi alienatio intelligatur facta, reſeruato ſemper cõſenſu Eccleſiæ, & domini, tunc pro illa parte duntaxat alienata cadit à iure ſuo, & ipſa pars alienata deuoluta cenſetur, non obſtante dicta proteſtatione, vt determinauit Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, teſte Grammat. *deciſio. 49.* vbi ſcribit cum aliis glomeratis per ipſum, *num. 2.* hoc idem procedere in feudo, videlicet, quod vaſallus alienans partem feudi, debeat ſolummodo priuari pro illa parte alienata, & affirmat iſtam eſſe communẽ opinionem prout veriſſima, & tutiſſima apparet. Com. opin.

OPINIO CCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ius emphyteuticum an donare poſſit, irrequiſito domino.*

EMPHYTEVTA ius † emphyteuticum donare poteſt, etiam non requiſito domino, ſecundum Gloſſ. *in l. fin. in verſ. aliis vendere. C. de iure emphyteut.* quam communiter approbant Dd. vt ſcribit Alex. *in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. & conſ. 90. ſuper eo. in fin. lib. 4. & conſ. 189 col 3. vol. 2.* & Alciat. *conſ. 8. nu. 4. tomo 2. lib. 6. fol. 116.* & Alex. *conſ. 120. ſuper eo quod quaeritur. num. 5. volum. 1.* vbi eam declarat: quoniam non eſt eadem ratio donandi, & vendendi, *l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* 1 Com. opin.

Si vero teſtator ſimpliciter legaret, vel donaret prædium emphyteuticum, tunc coarctaretur iſta communis, & emphyteuta ipſe priuaretur ſuo iure, ſecundum Bart. *in d. l. ſi domus. §. fin.* cuius opinionem aſſerit eſſe communem Alex. *ibi,* Corne. *conſ 84. videtur. col. 1. vol. 2.* & Iaſ. *conſ. 109. ſpectabilis. volu. 2.* Et ratio iſtius limitationis videtur hæc. Nam teſtator videtur legando male vti re ſibi in emphyteuſim data: cum ex eo pateretur legatario cauſa contra dominum præſcribendi, *authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vt per Bald. *in l. adem. C. locat. colum. 1. in l. vſuſfructu. ff. ſolat. matrimon.* Com. opin.

In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod emphyteuta fiſci, vel priuati donare, ac legare poſſit, non requiſito aliter domino, inclinauit Bald. *conſil. 160. quaeritur. lib. 1. cum aliis congeſtis per Alexand. in d. l. ſi domus. §. fin.* vbi Iaſ. *num. 34. & ſeq.* poſt Alex. *conſ. 17. col. fin. vol. 5.* audacter ſequitur, & atteſtatus iſtam eſſe communem opinionem contra Bartol. Cardin. Floren. etiam *in c. potuit. de locato.* & Moder. *in c. cum M. Ferrarienſis de conſtitu.* & ſequitur quoque, declaratq; vtiliter, atq; ait magis communem cum aliis fere innumeris citatis per eum Clar. *in tractat. de iure emphyt. quaeſt. 15. per totam.* & Alexand. *in d. conſ. 120. ſub num. 20.* ſimiliter tenet Bal. *conſ. 139. diuiſio. vol. 4.* in caſu ſimili, quod emphyteuſis diuidi poſſit, irrequiſito domino. In iſto igitur conflictu opinionum, & ne res emphyteutica rediret ad dominum, *d. §. fin.* quam optime, ac tutiſſime ageret emphyteuta, iudicio meo, vt ante teſtamentum, & legatum obtineret, impetraret, & haberet conſenſum directi domini de legando, vel donando emphyteuſim, ſecundum Alexand. *in d. §. fin.* & hoc modo tolleretur penitus omnis dubitatio, & dato quod emphyteuta in omnem euentum, donaret, vel legaret emphyteuſim, ob hoc non poſſet eam tradere, vel aliquem in poſſeſſionem inducere, vt per Moder. *in add. ad Alexand. in d. conſ. 120. in lit. E.* & Curt. iun. *conſ. 130. circa fin.* Com. opin.

OPINIO CCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an rem ſolitam concedi in emphyteuſim, vel feudum, concedere poſſit abſq; ſolennitate, & authoritate ſuperioris.*

RES ſolita in † emphyteuſim, vel feudum concedi, caſu quo reuerteretur ad Eccleſiam, Eccleſia poſſet illam concedere abſq; ſolennitate, authoritateq; ſuperioris, iuxta doctrinam Federi. de Senis *conſ. 174.* quem ſequuntur Scriben. *in c. vt ſuper. de rebus Eccleſiæ non alienan.* Specul. *in §. ſequitur. ver. & hoc. circa fin. in tit. de locato.* vbi Io. Andr. audacter aſſeuerat ita in practica ſeruari, & Moder *in c. 1. de precariis.* 1 Emphyteuſis.

OPI-

Digitized by Google

OPINIO CCXLIV.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſi per generationem finita, & reuerſa ad dominum, an deſcendentes, ſeu heredes emphyteutæ, ſeu generationis finitæ, petere poſſint confirmationem, & domino eam negante an poſſint appellare ad ſuperiorem.*

2 *Eccleſia volens rem emphyteuticam ad ſe reuerſam, pro ſe retinere, non tenetur de illa inueſtire heredes, & deſcendentes vltimi morientis.*

3 *Emphyteuſis renouatione facta extraneo, an re nō integra, excludat conſanguineos vltimi morientis à renouatione ad eos ſpectante.*

4 *Emphyteuſis renouatio intra quod tempus peti debeat remiſſiue.*

5 *Emphyteuſis renouatio fieri debet, non obſtante, quod primus accipiens ab emphyteuſi ceciderit propter inobſeruantiam.*

6 *Emphyteuſis renouatio, ob canonem non ſolutum, peti non poteſt per deſcendentes, & heredes vltimi morientis.*

7 *Emphyteuſis renouationem petens, debet eſſe heres inſtitutus, inſtituto autem herede extraneo, is præfertur non inſtituto.*

8 *Emphyteuſis renouari debet generatione finita, etiam agnatis, & collateralibus, dummodo ſint heredes inſtituti.*

9 *Emphyteuſis renouationem petens, debet eſſe heres vniuerſalis, vel ſucceſſor ſingularis: & ſucceſſor ſingularis præfertur heredi vniuerſali penes quem res non eſt.*

10 *Emphyteuſis renouari debet agnatis, etiamſi eccleſiaſtica ſit, vel etiam noua. num. 11.*

1 EMPHYTEVSI finita † propter generationem, & reuerſa ad dominum, deſcendentes, ſeu heredes iſtius emphyteutæ, ſeu generationis finitæ poſſunt petere confirmationem; & ſi dominus denegauerit, poſſunt appellare ad ſuperiorem, pariter ac implorare officium iudicis pro renouatione prædicta facienda, ſecundum doctrinam Bart. *in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidian. & æſti.* communiter approbatam à Dd. vt refert Barbatius *in c. reſcripto. col. 4. de locato, & conducto.* Marſil. *in ſingu. 419 licet in re ſua.* Alciat. *conſ. 27. placet mihi, num. 4. libr. 1. tom. 1. fol. 14.* Boetius *deciſ. 107. circa fin.* & Ripa *in tract. de peſte. in tit. de remediis præſeruatiuis contra peſtem. num. 260. cum aliis ſeqq.* Clarus copioſe *in tract. de iure emphyt. quæſt. 43.* & iſtam communem declarat Ioan. Cephalus *conſ. 147. nu. 5. 21. 22. & ſeq. volum. 1.* & ſequitur etiam nouiſſime poſt alios relatos per eum Pariſ. *conſ. 118. num. 55. libr. 2.* D. Horat. Mandoſi. cumulatiſſime *in additio. Roman. conſil. 22. in lit. K. & conſ. 70. in litera G.* & D. meus Oradinus *deciſ. 107. in princ.* & Iacob. Philip. Porti. ſeu potius Anton. Gabriel. *in concluſ. 12. finita emphyteuſi. lib. 1.* qui prædicant hanc eſſe magis communem opinionem, & ponunt eam pro regula. Cōis opin.

2 Et ſententia † iſtorum de plano procedit, & abſq; dubio aliquo, quando vult Eccleſia rem ipſam emphyteuticam alteri locare, tunc agnati admittuntur ad renouationem. Sed ſi Eccleſia nollet alteri concedere, ac vellet pro ſe retinere, vtique poſſet, ſecundum Abb. & Imol. *in c. bonæ. de poſtulat. prælat.* Aret. *in l. ſi mihi. ff. de verb. obligat.* Curt. ſen. *conſ. 48.* Calca. *conſ. 8. num. 45.* & iſta eſt communis opinio, teſte Horatio Mandoſio, *in add. Roma. in d. conſ. 22. in litera K. in 5. limitat.* & Petro de Beumren. *deciſ. 19.* vbi aſſerit ita fuiſſe deciſum in Rota Bononienſi. Cōis opin.

In contrariam vero partem, & male, & ieiunis quidem rationibus, videlicet, quod ſi Eccleſia vellet rem reuerſam pro ſe retinere, teneatur inueſtire de eadem re heredes, & deſcendentes vltimi morientis, inclinauit conſulendo Tobias Nonius *conſ. 3. per totum.* vbi præſupponit iſtam eſſe communem ſententiam. Tamen ne erres nolimodo aliquo recedere in actu practico à prima opinione realiter communi, & ſacroſancta, quam interpretatur prudentiſſime locum ſortiri Berous *conſ. 98. viſa facti ſpecie, ſub n. 16. vol. 1.* vbicunq; Eccleſia hoc ageret ex cauſa. Cōis opin.

Limitatur itaque † primo præallegata communis opinio, quando eſſent extranei heredes inſtituti: Et ſic vbicunq; res non eſſet integra, & renouatio ipſius emphyteuſis facta foret in extraneo, ad eius renouationem conſanguinei admitti nequirent, ſecundum Angel. *conſ. 110. in fin.* Roma. *conſ. 70. ſub nu. 3.* Afflict. *in c. 1. ſub nu. 4. quemad. feud. ad fil. pert.* Alexan. *conſ. 10 num. 9. volum. 3. & conſ. 83. num. 3 volum. 7.* Marſil *in d. ſingul. 419.* & Gozad. *conſil. 39. ſub num. 2. 17 18. & 19. & conſil. 71. num. 1.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. 3 Cōis opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod etiam re non integra exiſtenti proximiores admittantur, inclinarunt Alexand. *num. 20* & Iaſ. *in fin. in l. ſi mihi, & tibi. ff. de verb. oblig.* Ripa *in d. l. 1. num. 1. ff. de priuil. credi.* Pariſ. *conſil. 8. num. 4 volum. 2.* Curt. ſen. *conſil. 47. num. 10.* & Gozad. *conſil. 86.* & Horat. Mandoſi. *in add. Roman. in d. conſil. 22. ſub lit. K.* vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem. Cōis opin.

Sed quid ego infelix peccator dicerim in tam dubitabili paſſu? concurram igitur cum diſtinctione tutiſſima (iudicio meo) tradita ſuper hoc per Curt. ſen, *in d. conſ. 47.* & Gozad. *in d. conſ. 86.* concludentes *in præcitatis locis*, quod aut agnati fuerunt negligẽtes, & renouatio fuit facta extraneo, & eo caſu procul dubio illa valeret, & teneret. Aut non fuerunt negligentes, & tunc, non obſtante renouatione extranei, deberet nempe agnatis fieri renouatio, & iſtam diſtinctionem tanquā ſacroſanctam reperio approbaſſe Rotam Rom. teſte D. meo Oradino, *in dict. deciſio. 107.*

Et infra quantum tempus † debeat peti confirmatio iſta, vide Mandoſ. *in addit. Roma. in d. conſ. 22. in lit. K. in 8 limitatio.* Alex. & Pariſi. declarantes, *in addit. ad Bart. in d. §. permittitur.* 4

Vbi etiam dicit, *in fin addit.* ipſe Pariſi. † quod deſcendentes poſſunt petere renouationem emphyteuſis, etiamſi aſcendentes fuiſſent priuati, eo quia veniſſent contra conuentiones. Et ita deciſum extitit etiam in Rota Roma. *ſub die 25. Octobris, 1568.* atteſtante D. meo Oradino, *in deciſ. 178.* renouationem faciendam eſſe, nō obſtante, quod primus accipiens in emphyteuſim ceciderit culpa ſua propter inobſeruantiam. 5

Limitatur † præfata communis vlterius per Iaſon. *in l. 2. num. 21. C. de iure emphyt.* habere locum quando emphyteuſis expiraſſet per generationem finitam, ſecus ſi per canonem non ſolutum, & idem firmant Ancharā. *conſil. 174. colum. penult.* Alex. *in d. l. ſi mihi. col pen.* Gozad. *conſ. 46. num. 16.* Socin. *conſil. 167. num. 23. vol. 2.* Deci. *conſil 329 circa fin.* Ripa *in l. 1. col. 3. ff. de priuil. credi.* & Ant. Gabriel. *in d. concluſ. 12. in 1. limit.* 6

Iidem aduerte, † quod opinio præmemorata Bart. communis *in d. §. permittatur*, abſq; ſcrupulo aliquo, ſortiatur que locum vbicunque petentes renouationem, reperiẽtur inſtituti heredes, ſecus vero ſi extranei inſtituti eſſent: quia illi tunc præferri deberent, teſte Alex. *in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* 7

& Apo-

Digitized by Google

& Apoſtill. ad Abb. *in c. bona memoria. de poſtul. prælato.* vbi firmat, quod extranei inſtituti præferantur nõ inſtitutis, & Bero. etiam *in d. conſil. 95. n. 9. 10. & 27. vol. 1.*

8 Interpretatur † quoq; eadem communis opinio, quod tam deſcendentes, & agnati, quam collaterales & cognati, dummodo ſint heredes inſtituti, renouationem petere poſſint, ſecundum Imol. *conſ. 27. nu. 3.* Ruin. *conſ. 12. n. 20. vol. 1.* & Dec. *conſ. 131.* vbi in medium referauit etiam iſtam eſſe communem opinionem, & D. meus Oradinus quoq; *in dict. deciſ. 107. poſt prin.* & Hieron. Gabriel. *conſ. 30 Alphonſus. ſub n. 10. vol. 1.* Cōis opin.

9 Similiterq; † renouationem petens, neceſſario debet eſſe heres vniuerſalis, vel ſaltem ſucceſſor ſingularis in re, quo nempe caſu ſucceſſor ipſe ſingularis præfertur heredi vniuerſali, penes quem res nõ extaret, ex teſtimonio Dec. *conſil. 78. circa fin.*

10 Poſtremo opinio † communis præmemorata ſine dubio obtineret etiam locum, & procederet in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſecundum Anchara. *conſil. 171. & conſ. 74.* Alexand. *conſ. 80 volum. 1.* Imol. *in d. conſ. 27.* Ruin. *in d. conſ. 12* Dec. *in d. conſ. 131. col. pen.* Hieronym. Gabriel. *in d. conſil. 30 ſub n. 10.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Claro, *in d. q. 43.* & D. meo Oradino, *in d. deciſ. 107* ſecundum quam ita iudicaſſe, & tenuiſſe DD de Rota recenſuit, & huic ſententiæ accedit etiam Berous *in præcitato conſil. 95 num. 5 & 43 vol. 1.* & Ruin. *conſ. 131 nu. 16. vol. 1.* Cōis opin.

11 Qui † deducit eam ſimiliter procedere in emphyteuſis noua ſit.

Alias vero declarationes ad iſtam communē posuit Corſetus *in add. Abb. in verſ. renouationem in c. bona. il 2 de poſtulat. prælat.* Clar. *in d. q. 43 per totam.* Horatius Mandoſ. *in add. lit. Roma conſ. 22. in d. lit. K.* & Anto. Gabriel. *in d. concluſ. 12.*

OPINIO CCXLV.

SVMMARIA.

1 *Heredum appellatione etiam extranei veniunt. limitatur nu. 2. 3. & 4.*

1 REGVLA eſt. † quod ſub nomine heredum, etiam extranei includuntur. *l. ſecundum. l. heredis appellatio ff. de verb. ſign. & l. annalibus. C. de lega.* iſta vero iura, quæ ad hoc, per Dd. allegantur, de numero heredum, videntur loqui, vt omnes veniant in infinitũ, probatur etiam iſta concluſio ex eo, quod nomen heredis generale eſt, & in plures ſpecies diſtinguitur, vt *Inſt. de hered. qual. & differen. in princ.* Nam heres dicitur, id eſt, dominus, *in l. Nerua. § legis. ff. ad l. Aquil.* & ſecundum iſtam concluſionem arguit Angel. *conſ. 350. chariſſime Frater.* Emphyteuſis.

Et procedit † hoc, etiamſi dicatur pro heredibus ſuis, *l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* not. Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. ver. 113.* Bart. & Dd. *in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſthu.* & Alex. *conſ. 9 col. 2. vol. 2.*

2 Iſta vero regula fallit, † quando dicitur de heredibus maſculis: tunc enim non veniunt extranei, ſed duntaxat deſcendentes, ſecundum Ray. de Forliuio *in diſp. incip. quidam habebat duos filios.* quem ſequitur Bald. *in l. Gaius. col. pen. ff. ſolut. matrim. & in d. l. Gallus §. etiam. in fin. diſtin.* Bart. quem refert cum concordantibus traditis *ibi* per eum Alex. *col. 3. & in l. quod dicitur, in 6. char. ff. de verb. oblig. & conſ. 105. perſpectis. vol. 1.*

3 Conteſtatur ſecundo, † prædictam concluſionem non procedere, quando aliqua coniectura eſſet in contrarium, vt verba de extraneis heredibus non intelligerentur, vt eſt text. *in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell.* ibi enim conditio, *ſi ſine herede deceſſerit*, intelligitur tantum de liberis: quia illa conditio, etiamſi intelligeretur de extraneo herede, quodammodo impoſſibilis redderetur, vt declarat Abb. *in c. in præſentia de probatio. in princ.* Gl. Bart. & Dd. *in d. § fin.* & Ang. *conſil. 305. & conſil. 265.* Cumanus *conſil. 125* Alex. *conſil. 105. vol. 1. & conſil. 17. vol. 2.*

Interpretatur † poſtremo iſta regula, quando emphyteuſis fuiſſet conceſſa ab eccleſia alicui, & heredibus ſuis, tunc ad extraneos heredes non porrigeretur, ſi nominatim non fuerit dictum quibuſcunque heredibus, *§. emphyteuſim in authen. de non alienan.* & not. Bart. *in l. etiam.* & *ibi* Alexand. *ff. ſolut. matrim.* & idem Alex. fatetur iſtam eſſe communē opinionem *conſil. 23. opportune conſideratis. colum. 2. volum. 1.* Imol. *in d. l. ex facto § fin.* Dec. *in d. cap. in præſentia. num. 153 & ſequen. & conſil. 117.* Afflict. *deciſio. 100.* Gozad. *conſil. 39.* Ruin. *conſil. 161. volum. 1.* Pariſ. *conſil. 84. & 85. volum. 4.* & Boer. *deciſio. 268. nu. 7.* & Clarus cum aliis ſignatis per eum, *in tract. de iure emphyt. q. 28 ver. certum eſt caſus.* vbi congerit Dd. contrariæ ſententiæ, videlicet, quod ipſa emphyteuſis tranſeat ad extraneos heredes, refertq; iſtorum opinionem magis communem eſſe, & copioſe declarat. Sed in deciſiuis nunquam recederem à prima ſententia Bart. & ſequacium, cum quia ſecernitur realiter magis communis, tum etiam, ſiquidem conſuetudine ſeruatur, vt affirmat conſulendo Tobias Nonius poſt alios coaceruatos per eum, *conſil. 2. num. 30. & ſeq.* 4 Cōis opin. Cōis opin.

OPINIO CCXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi conceſſa priuato an comprehendantur etiam naturales.*

IN emphyteuſi conceſſa priuato, comprehenduntur naturales, niſi conditio concedentis aliud ſuaderet, ſecundum communem aſſertionem Doctorum, quam ſequitur, & citat Alexand. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col. 13. ff. ad Trebell.* Abb. Dec. *num. 136.* & Moder. *in c. in præſentia. de probatio.* 1 Emphyteuſis.

Contrarium vero tenuit Ang. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitutio.* quoniam verba dubia in contractibus interpretanda ſunt contra illum, qui ſtipulatur, *l. veteribus. ff. de pact.* & verba in dubio proprie accipiuntur, *l. 1. §. ſi quis ff. de actio.* filius vero naturalis non dicitur proprie filius, *ff. de his, qui ſunt ſui.* & iſtam partem ſcribit eſſe veriorem Dec. *in loco præcitato*, tandem ipſe conatur præfatas opiniones ad bonam conſonantiam, & concordiam reducere, quam videndam ſuademus, quia eſt veriſſima.

OPINIO CCXLVII.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta an ob ſterilitatem, vel alium caſum fortuitum remittenda ſit penſio. Item ob bellum, & incurſionem hoſtium. n. 2. Et diffidam guerræ, ſeu belli denunciationem. nu. 3.*

4 *Diffida, & diffidare quid. num. 5.*

6 *Item an emphyteuta tempore treugæ, ſeu induciarum canonem ſoluere teneatur.*

7 *Bellum, vel ſola belli ſuſpicio, paria ſunt, & ob vtrumq; cauſam remiſſio fit, eiuſque ratio.*

8 *Metus quid.*

EMPHYTEVTÆ nulla † eſt facienda remiſſio penſionis ob ſterilitatē, vel ob alium caſum fortuitum, ſecundum Iacob. de Arena, Cyn. Bart. Bald. Angel. Salyc. & cæteros omnes, *in l. 1. per text. ibi, C. de iur. emphyt.* Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verſic. 137.* Gloſſ. Abb. Anton. de Butr. Imol. & Barba *num. 17. in c. potuit. de locato.* vbi Abb. *colum. final.* præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, prout hãc 1

X eſſe

Cōis opin. eſſe communem ſcholam Legiſtarum, atque Canōniſtarum omnium, fatetur etiam Cotta, *in memorialib. in verſic. conductor. poſt princip.* & Natta *conſil. 49. nu. 15.* & ita conſuluit Aretin. *conſil. 55. colum. 1.* & Alberi. de Roſa. *in dict. l. 1.* referens ibi pro hac parte ſe conſuluiſſe in arduis quidem cauſis, & poſtremo obtinuiſſe, & ſic cōſuluit, ac iudicauit pariter Collegium Paduæ, teſte Abba. *in dict. cap. potuit.* & ſequitur quoq; ac dicit communem, limitatq; Clarus *in tract. de iure emphyteu. quæſtio. 8. verſicul. ſed nunquid propter ſterilitatem.*

2 Et iſta communis, † quod remiſſio ob ſterilitatem rei emphyteuticæ fieri nequeat, limitatur non procedere propter guerram, cum eo tempore remiſſio penſionis, & canonis fienda ſit, ſi fundus datus in emphyteuſim coli non poſſet propter timorem hoſtium, vt concedunt Iacob. de Arena, Cyn. Bart. Salyc. Bald. & Iaſ. *colum. 4. in d. l. 1. C. de iur. emphy.* Gloſſ. Iacob. de Bel. & Bald. *in l. interdum. §. 1. ff de acquir. poſſeſſ.* Gl. *in authen. ſi quas ruinas. C. de SS. Eccleſ.* Angel. *in authen. de non alien. §. quia vero, coll. 2.* & Dd. *in d. c. potuit.* vbi Bero. *n. 176.* & Barbat. *ſub nu. 17.* ad lucem adducit

Cōis opin. iſtam eſſe communem opinionem, & Abb. *ibi ſub n. 18.* meminit etiam de eadem communi, & Boſſius *in pract. crimin. in tit. de remiſſione mercedis conductorum nu. 14.* vbi in medium retulit communem hanc opinionem non obſeruari Mediolani, & eandem ſententiam contra communem veriorem iudicauit Abbas *in d. c. potuit. ſub num. 18.* vbi nunciauit ita alias in facti contingentia conſuluiſſe Collegium Paduanū. Sed ego in actu practico nunquam recederem à memorata communi tanquam ſacroſanctiſſima.

3 Nec non propter diffidam guerræ † emphyteuta canonem minime ſoluere tenetur, ſecundum Ioan. de Prat. *in l. qui proprio. § item quæritur ff. de procur.* & hoc nō caret ratione: ſiquidem diffida eſt quodammodo initium belli, quæ fieri debet antequam Chriſtianus Chriſtianum offendat, niſi iuris, vel iudicis authoritas ad offendendum conceſſa ſit, vt voluit Bald. *in l. 2. colum. 21. C. de ſerui. in authen. item nulla. C. de epiſcop. & cler. & in l. 4. C. de obſe. pa. præſtan.* & Hoſtien. & Ioan. Andr. *in verſic. diffidatus in c. 1. de homi. lib. 6. in nouel.*

4 Et conſequenter † diffidæ tempus computatur inter tempora belli.

5 Cum diffidare † ſit licentiare quemlibet ad offendendum, Bald. *in l. 3. C. ad leg. Falcid.* & Ang. *conſil. 14.*

6 Nec inidem ipſe † emphyteuta tenetur penſionem ſoluere tempore treugæ, per notata per Bald. *in titul. de pace Conſtan. § vaſalli, qui tempore. in princip.* Nam, ſecundum pleroſque ex Scribentibus, variis in locis iuris noſtri, tempus treugæ, quod eſt dubium inter pacem, & guerram, poteſt nuncupari potius tempus belli, quam pacis, vt not. *in c. ſignificauit. extra de iudæ.* & ita arguit Anchara. *conſ. 88. præmiſſa facti ſerie diligenter conſiderata ſub nu. 2.*

7 Et ſic paria ſunt, † quod ſit actualiter bellum, vel ſola belli ſuſpicio, vt penſionis remiſſio ob cauſam belli fiat, ſecundum Anchara. *in loco præcitato,* vbi refert dictum illud Senecæ *in tragædiis: Peior eſt bello, timor ipſe belli,* quem refert & ſequitur Alexand. *in l. diuortio. colum. 3. ff. ſolut. matrimo.* Imol. *conſil. 7. colum. 11.* Iaſ. *in l. clam poſſidere. § qui ad nundinas. 8. not. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. cum te proponas. la 1. & ſeq. C. de tranſactio.* Lauten. Syluanus *conſil. 28. viſo caſu propoſito, nec non inſtrumentis num. 7. & ſeqq.* Ioan. Iacob. Leonardus *conſil. 117. altiſſimi redemptoris. num. 168. cum duobus aliis ſeqq. poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni,* & Decii *in l. 1. num. 67. ff. de offic. eius.* Vnde ſecundum Franciſcum Petrarcham de remediis aduerſæ fortunæ, nō immerito magis eſt timendus caſus inſtantis pugnæ quam pugna ipſa. nam via bene geritur, quod pauide geritur. timor, [illegible] ſtus cautionem, vehemens vero deſperationem parit; quarum altera nil in treuga melius; altera peius nil in rebus omnibus.

Metus † enim eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, *l. 1. §. metus ff. quod metus cauſ.* 8

OPINIO CCXLVIII.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad heredes extraneos. & num. 2.*

EMPHYTEVSIS eccleſiaſtica, † quamuis ad filios tranſeat, nihilominus ad extraneos heredes non tranſiret aliquo modo; & ſic emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & heredibus nunquam tranſit ad extraneos heredes, ſed duntaxat ad filios, ſeu deſcendentes ipſius recipientis, *§. emphyteuſin. & ibi not. in authen. de non alien.* Gloſſ. & omnes Dd. *in l. etiam. ff. ſolut. matrimon.* Speeul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 115.* Bart. Bald. Ang & cæteri, *in l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff. de liber. & poſthum & in l. in conuentionibus. ff. de verb. oblig.* Calderi. *conſil. 6. in tit. de loca.* & iſtam ſententiam magis communem eſſe affirmat Alexand. *in l. quadam. §. nihil. nu. 6. ff. de eden. conſil. 23. vol. 2. vol. 1. conſil. 8. col. 4. conſil. 37. col. fina. vol. 2. conſil. 89. vol. 4. & conſil. 129. volum. 3.* Imol. *in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius. in ver. ſi abſque liberis, 2. num. 29. de teſta.* Aret. *conſil. 55. in fine.* Dec. *conſil. 171. colum. 1. & in c. in præſentia. num. 44. de probation.* Ruin. *conſil. 117. colum. 11. volum. 1. & conſil. 109. num. 30. volum. 3.* Gozad. *conſil. 39. num. 6.* Curt. iun. *conſil. 130. num. 5.* Segura *in l. coheredi. §. cum filia num. 160. ff. de vulga. & pupill.* Pariſi. *conſil. 98. num. 8. volum. 2.* Socin. iun. *conſil. 71. num. 3. volum. 1. & conſil. 79. num. 5. & ſeq. volum. 4.* & vltra prædictos ſequitur quoque eandem opinionem, & ait, quod conſuetudo fere vbiq; eam approbat Corne. *conſ. 100. col. 11. vol. 4.* & Afflict. *deciſio. 100. num. 1.* qui teſtatur de communi, & refert ita extitiſſe iudicatum in Sacro Regio prætorio Neapol. & Cæſar Vrſillus etiam copioſe *ibi in addition. Afflicti,* & Iulius Clarus cum aliis prope innumeris ſignatis per eum, *in tract. de emphyteuſi. quæſtio. 28. incipiente, quæro nunquid emphyteuſis tranſeat ad extraneos heredes.* vbi vtiliter, & laborioſe declarat dictam opinionē, quamque ſequitur, & ait ita in facti contingentia conſuluiſſe Collegium Papienſe. Cōis opin.

In contrarium vero partem videlicet, quod † emphyteuſis ipſa eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos heredes, inclinauit Imol. titubanter, *in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat.* quem refert Corne. *conſil. 131. num. 13. & conſil. 172. num. 17. volum. 2.* & Socin. iun. *conſil. 124. colum. fin. volum. 1.* & Clarus cum aliis relatis per eum eiuſdem ſententiæ, *in dict. quæſtio. 28. verſic. contrariam vero ſententiam.* vbi affirmat iſtam eſſe communem poſt citatos per eum; & antedictæ opinioni Imolæ, quod emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos heredes, robæret ſimiliter Natta, *conſil. 117. Inſignis Doctor. numer. 3. volum. 1.* & Cephalus cum quodam moderamine, ſeu diſtinctione conſulendo, *conſil. 9. bona præpoſituræ Eccleſiæ num. 8. cum aliis ſequentib. volum. 1.* 2 Cōis opin.

Tamen in deciſiuis noli aliter recedere à priori ſentētia, quæ apparet tutior, verior, & communior, quod dicta emphyteuſis eccleſiaſtica indiſtincte cōceſſa nunquam tranſeat ad extraneos heredes, & cum ea concurrit Ioannes Baptiſt. Ferrettus *conſil. 103. num. 11. vltra præcitatos Scribentes. volum. 1.* vbi vocat

e aſt

eam magis communem, & conſuetudine approbatam Paul. de Monte Picho, *in l. Titia. §. Titia cum. q. 37. ff. de leg. 1.* Alcia. *conſ. 27. placet mihi concluſio. nu. 1. fol. 15. & conſil. 39. licet magis communis, tom. 1. libr. 1. fol. 17.* & Bertrand. *conſ. 129. viſo, & ponderato caſu nu. 13. vſque ad num. 24. volu. 8.* & ſcripſimus etiam *in opin. 98. regula eſt ante finem.*

Sed iſta ſententia magis communis ita retenta, limitatur ſecundum Bald. *in l. 1. ff. de rerum diuiſ. in q. 24.* non procedere vbicunq; quis accepiſſet feudum, ſeu emphyteuſin pro ſe, & heredibus ſuis quibuſcunq; quia dictio illa, *quibuſcunque,* tunc porrigeret feudum ipſum ad omnes heredes, etiam extraneos per text. *in c. 1. de feudo non habente propriam naturam.* & ita cum Bald. concurrit Rom. *in l. etiam, in princ. ff. ſolut. matr.*

Limitarunt etiam, quotieſcunq; inueſtitura feudi conceſſa eſſet pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque; quia Bald. *in c. 1. in princ. de prohib. feud. alienatio. per Feder.* firmat, quod ſi recipio feudum pro me, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quod iſta verba non ſolum comprehēdant tria genera heredum, ſcilicet voluntariorum non ſuorum, & neceſſariorum tantum, de quibus, *Inſtit. de hered. qualit. & differ. in princ.* Sed etiam contineant legatarium, *l. quadam. §. his autem. ff. de edendo.* quia legatarius in re legata, quodammodo eſt heres, *l. id tempus. §. 1. ff. de vſucap.* pro quo, licet non alleget, facit *l. 1. §. permittitur.* ibi, *qualitercunque heredem, & ſucceſſorem. ff. de aqua quotidia. & aſti.* & huiuſmodi opinionem, quod emphyteuſis cōceſſa ab Eccleſia pro ſe, & heredibus quibuſcunque, tranſeat ad extraneos heredes, ſequitur etiam, & meminit ita in facti contingentia obtinuiſſe in Sacro Regio Conſilio Neapolitano Vrſillus *in adnotationibus ad Afflictum. in d. deciſ. 100. poſt princ.* Et ratio eſt iſta, ſecundum Barthol. Socin. *in conſ. 45. capiendo. circa princ. col. 2. volum. 1.* quia tunc veniunt heredes ipſi extranei ac ſi mentio expreſſe de eis facta fuiſſet. Imo tunc tranſit emphyteuſis ipſa ad legatarium etiam, de quo vide eundem Bald. *in l. etiam filios. ff. ſolut. matrim.* & Corne. *conſ. 13. in præſenti, vol. 3.*

OPINIO CCXLIX.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis Eccleſiæ ſuſcepta* pro ſe, & heredibus ſuis, *an comprehendat tam fœminas, quam maſculos, ita vt filii filiæq; ſimul ſuccedant. Et quid, ſi conceſſa ſit pro ſe, & filiis maſculis & fœminis. nu. 2.*

1 IN emphyteuſi † pariter filii, filiæq; ſuccedunt; & ſic vbicunque emphyteuſis Eccleſiæ ſuſcepta eſſet *pro ſe, & heredibus ſuis,* comprehēderet tam fœminas, quam maſculos, vt per Alexan. cum aliis ſignatis per eum, *in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocan.* & late Socin. iun. *conſ. 79. nu. 6. vol. 4.* vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem; Et hoc caſu procedit argumentum de feudo ad emphyteuſim, vt ſcripſimus diffuſius ſupra *in opinione, exordiente, Argumentum de emphyteuſi ad feudum.* [Emphyteuſis.] [Cōis opin.]

2 Sed dicta communis † de plano procederet, dummodo filiæ per ſtatutum, ſtantibus maſculis, à ſucceſſione non excluderentur, tunc enim emphyteuſis ipſa conceſſa, *vt ſupra,* ac etiam pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, ſtante memorato ſtatuto, intelligeretur ordine ſucceſſiuo, & ſic tranſiret ad filios maſculos primo, & eis deficientibus ad fœminas, ſecundum Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ſub num. 5. ff. de oper. liber.* Anchara. *conſ. 125. num. 6.* Alexand. *conſil. 9. in princ. volum. 5.* Socin. *conſ. 51. num. 36. volum. 4.* & Socin. iun. *in d. conſil. 79. nu. 9. cum cæteris allegatis per eum.*

vbi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & Curt. iun. *conſ. 171. materia præſentis. nu 3.* [Cōis opin.]

OPINIO CCL.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulans rem emphyteuticam pro ſe, & filiis ſuis, ordine ſucceſſiuo ſtipulari cenſetur, ita vt primo pater, quamdiu viuit, & deinde poſt eius mortem filii filiæq; admittantur.*

PATER ſtipulans † rem emphyteuticam *pro ſe, & ſuis filiis,* ordine ſucceſſiuo ſtipulari cenſetur, & ſic durante vita patris, primo ad ipſum emphyteuſis ipſa ſpectat, ac ad eam admittitur, & poſt eius mortem filii, filiæq; admittuntur, ſecundum Gloſſ. *in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthum.* Bart. Bald. & cæteros omnes, *in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat.* Calderinum *conſ. 12. in tit. de loca.* Capra. *conſ. 5. col. 1.* Curt. ſen. *conſil. 73. col. 5.* Anchara. *conſ. 143. in princ. & conſ. 225. num. 7.* Barbat. *conſ. 18. colum. 8. vol. 2.* Iaſ. *in l. 2. num. 186. C. de iure emphyt.* Ioan. de Amicis *conſ. 133. num. 9.* vbi affirmat cum dicta opinione totum mundū tranſire, & Corne. quoq; *conſ. 47. num. 5. vol. 4.* & Pariſ. *conſil. 23. nu. 129. vol. 1.* & in effectu iſta eſt communis opinio, communiſq; obſeruantia. 1 [Emphyteuſis.] [Cōis opin.]

OPINIO CCLI.

SVMMARIVM.

1 *Ementes poſſeſſiones Eccleſiæ, ad vitam, cum pacto, vt poſt mortem eorum ad Eccleſias reuertantur, an committant vſuram.*

EMENTES terras, † ſeu poſſeſſiones ab Eccleſiis, vel Monaſteriis cum pacto, quod poſt eorum mortem ad Eccleſias ipſas reuerterentur, committerent vſuram ex eo, quod homines ſperarent diu viuere, & ſic ſperarent ſe amplius percepturos de prouentibus poſſeſſionum, quam ſit pecunia, quam dederunt, vt voluerunt Raymundus, & Goffre. *in ſumma, de vſuris.* & alii relati per Boer. *deciſ. 44. ſub nu. 35.* 1

In contrariam vero partem, videlicet, quod huiuſmodi emptores poſſeſſionum Eccleſiæ eorum vita durante, non committant vſuram, & valeat talis emptio, inclinarunt Hoſtien. *in Summa. de vſur. §. an aliquo caſu. col. fin.* Io. And. *in rub. de vſur.* Archi. & Ioan. de Fantu. *in can. quicunque, 13. q. 4.* Petr. Cynuſq; *in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtam. & in l. ſi ea. C. de vſur.* vbi etiam Bald. Oldra. *conſ. 160.* Roma. *conſ. 202. & 424.* & iſtorum opinio communis eſt, & veriorem eam ſequendo vocat Boer. *in dict. deciſ. 44. num. 35. & ſeq.* & ſequitur etiam Marſil. late, & vtiliter declarat Cæſar Vrſillus *in addit. Afflicti, in d. deciſ. 402. n. 1. cum aliis ſeqq. in repet. rubr. C. de probatio. n. 428. & ſeq.* vbi ponit alium caſum ſimilem. [Cōis opin.]

OPINIO CCLII.

SVMMARIA.

1 *Emens rem aliquam nomine proprio, de pecunia aliena, eam ſibi, non ei, cuius eſt pecunia, acquirit.*

2 *Secus, ſi de pecunia Eccleſiæ, vel clericus de fructibus, & pecunia præbendæ prædium emeret, id enim Eccleſiæ efficitur, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine emerit.*

EMPTA res † de pecunia aliena, nomine proprio ementis, eſt ipſius ementis, & ei acquiritur, non autem illi, cuius eſt pecunia, *l. ſi ea. C. de rei vendica.* Gl. *in c. inquirendum.* & ibi Abb. *nu. 5. & in c. 1. num. 4. de pecul. clericor.* 1

Sed hoc fallit non procedere in re † empta de pe- 2

cunia Eccleſiæ ab adminiſtratore ipſius Eccleſiæ, tunc enim empti dominium acquiritur Eccleſiæ, nõ ementi, vt voluerunt Gl. *in c. Apoſtolico, 12. q. ii.* Bald. *in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cler.* Gloſſ. Innoc. Hoſt. Io. And. Abb. Card. Barbat. *col. 1.* & omnes communiter, *in c. inquirendum. de pecul. cler.* Roma. *in auth ſimiliter. col. 6. C. ad legem Falcid.* Tiraquel. *in tract. de priuil. pia cauſa, in priuil. 120.* Corſetus *ſingulari, in verb. empt.* Aretin. *in l. cum heredes. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Lapus *in allegatio. 58. nu. 12. & in allegat. 74. quæro an res empta de pecunia, ſub nu. 3. verſic. licet ſecus dicamus in milite.* & Gloſſ. *in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. vt proponis. C. de rei vendicat.* vbi dicitur in re empta ex pecunia militis, ſicut in re empta ex pecunia populi, aut minoris, *l. 2. quando ex facto tut. & l. 3. C. arbitr. tutel.* eſt & in Eccleſia Gloſſ. *in l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* cuius opinionem prædicat communem eſſe Ripa *in l. Senatusconſulto. nu. 16. ff. in quibus caſibus pign. vel hypot. contrah.* pro qua videtur text. expreſſus *in c. 1. 12. q. 3. & 2. quæſt. ver. fixum.*

Cõis opin.

3 Quod adeo verum eſſe, inquit, † quod ſi clericus habens pecuniam de præbenda, emerit prædium, non poterit amplius illud dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuiſſet dare: quia ſtatim prædium fit Eccleſiæ, ſiue emerit nomine Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno, *c. 1. de pecul. cleri & d. c. inquirendum.*

Hoc vero limitatur non procedere, vbicunq; per prælatum pecunia ſibi acquirit, & ſibi, non autem Eccleſiæ emit, ſecundum Bald. *in c. Eccleſia vt lit. penden. in l. etiam. C. de fideicom. & conſil. 298. vol. 1.* & Bertachin. *in tract. de epiſcopis. 4. part. quæſt. 44. quæro.* vbi ait hoc de plano procedere ceſſante fraude.

OPINIO CCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non percipere valens fructum ex re empta, an teneatur venditori ad intereſſe pretii non ſoluti à die traditionis rei venditæ.*

1 EMPTOR qui † nullos fructus percipit, neq; percipere potuit ex re empta, vt quia ſterilis, vel alia ratione, non tenetur ad vſuras pretii non ſoluti à die traditionis rei venditæ ab emptore, ſecundum Cyn. Salyc. & Paulum, *in l. minorum. C. in quibus cauſ. reſtitu. in integrum non eſt neceſſ.* Salyc. *in l. 2. C. de vſur.* Curne. *conſil. 59. volum. 3.* Maria. Socin. *conſil. 109. colum. 2. volu. 1.* Paul. Caſtren. *in l. Iulianus. §. vendito. ff. de action. empti.* Alexand. & Claudi. *in l. de diuiſion. colum. final. ff. ſoluto matrimon.* & Iacobum Manchellum *conſil. ſeu patrocinio. 5. ſub num. 6.* & Cagnolum *in l. curabit. nu. 26. cum duobus aliis ſequentibus. C. de action. empt.* vbi exclamat iſtam opinionem communem eſſe, atque refert alios Dd. contrariæ partis.

Cõis opin.

OPINIO CCLIV.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus an & quando diſpenſare poſſit?*

2 *Epiſcopus cum ſacerdote, diſpenſare poteſt, vt leges audiat, item, vt ſubditus per ſeptennium, in Academia aliqua ſtudiis incumbat, eamque diſpenſationem ſine cauſa reuocare nequit.*

1 EPISCOPO regulariter † diſpenſare permittitur, niſi ſpecialiter, & expreſſe prohibitum reperiatur, & ſic Epiſcopus diſpenſare poteſt vbicunq; non prohibetur, ſecundum Dd. omnes, *in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic.* & Spec. cum cæteris ſignatis per eum *in tit. de diſpen. verſic. nunc de Epiſcoporum.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem.

Cõis opin.

2 Prout † Epiſcopus etiam poteſt diſpenſare cum ſacerdote, vt audiat leges, vt per Gl. *in c. fin. ne clerici, vel monach.* quæ diſpenſatio tam eſt efficax, vt Epiſcopus diſpenſans cum ſubdito, vt poſſit ſtare in ſtudio per ſeptennium, illam diſpenſationem ſine cauſa reuocare non poſſit, vt per Gl. *in ver. ſeptennium.* & Dd. *in c. cum ex eo, de elect. in 6.*

OPINIO CCLV.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus habet fiſcum, & poteſt confiſcare bona clerici eius iuriſdictioni ſubiecti, eaq; Cameræ Epiſcopali applicare non Cameræ Romanæ. Quod etiam procedit in pœna pecuniaria laico impoſita. nu. ſeq.*

EPISCOPVS habet † fiſcum, ſeu procuratorem fiſcalem, & ſic omnia poteſt confiſcare, vel applicare ſuæ Cameræ, & in ſententia contra aliquem clericum iuriſdictionarium proferenda poteſt pœnam eius ad Curiam Epiſcopalem deuoluere, eiq; applicare, non autem Cameræ Romanæ, ſecundum Butr. & Imol. ex mente Gloſſ. *ibi, in cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend.* Abb. Anani. & Socin. *in cap. excommunicamus. de heret. in princ.* Oldra. *conſil. 302.* Afflict. *in prælud. conſtitutionum q. 15. nu. 9.* D. Follerium iuriſperitiſſimum, & ſummo ingenio præditum, qui ait hoc omnes tenere, *in practi. canonica crimin. tit. de denunciatione facta. c. 5. nu. 14. & ſeq.* Ioan. Bernar. Diaz *in practi. crimin. canonica. c. 134.* vbi deducit iſtam opinionem veriorem eſſe, & obſeruari de conſuetudine generali; & Franciſcum Marci *deciſione, ſeu q. 939. nu. 10. cum aliis ſeq. in 1. par.* & Felyn. cum cæteris ſignatis per eum *in c. cæterum. de offic. ord. nu. 10.* ex quibus apparet iſtam eſſe communem opinionem, & vſu frequentiſſimo, & conſuetudine immemorabili approbatam. 1

Cõis opin.

Imo pœnam pecuniariam, quam imponit † Epiſcopus, ſeu eius Vicarius laico, pro crimine eccleſiaſtico perpetrato per eum, poteſt ſimiliter applicare Cameræ Epiſcopali: ex eo, quod ipſe Epiſcopus habet fiſcum, vt elegantiſſime, & doctiſſime conſuluit Barbat. *conſil. 39. poſito inter conſil. crim. diuerſorum collecta per Ioan. Baptiſtam Zilettum in 1. vol.* 2

OPINIO CCLVI.

SVMMARIA.

1 *Ætas per quem probari debeat.*

2 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet tenetur probare.*

3 *Minor iurans in inſtrumento ſe maiorem, & allegans poſtea ſe minorem, non auditur, nec poterit hoc probare.*

4 *Subſtitutus pupillariter allegans pupillum deceſſiſſe in pupillari ætate, non tenetur hoc probare, ſed aduerſarius. contrarium nu. 5.*

5 *Ætatem allegans, quando eam probare teneatur.*

ÆTAS debet † probari per fundantem ſe in ea, ſiue ea maior ſit, ſiue minor, ſecundum Gl. *in can. presbyter, 78. diſtinct.* & Abb. *in c. in præſentia. de probatio.* poſt alios relatos *ibi* per eum, *& in c. 1. de reg.* Bal. per illum textum *in l. ſi minorem* vbi latius inſiſtit Salyc. *C. de in integr. reſtit.* Bar. *l. 1. circa fin. ff. de except.* Corn. *conſ. 98. vol. 1.* Alex. *conſil. 147. n. 9. vol. 7.* & Natta *conſil. 249. reſoluto diligenter proceſſu cauſa. n. 1. vol. 2.* & iſtam ſcribunt eſſe communem Fely. Dec. *num. 166.* & Moder. *in d. c. in præſentia.* 1

Cõis opin.

Quia quilibet tenetur probare † quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt per Parpal. *in l. ſi quis maior. in 1. nota. C. de tranſact.* Corſet. *in ſingu. in verb. qualitas.* Felyn. *in c. examinata. de iudic.* Iaſ. & Dec. *in l. qui ſe patris. col. 1. C. vnde liberi, & clarius in l. ſi emancipati, col. 2. C. de collatio.* & Felyn. *in d. c. in præſentia. in Gl. in ver. ſecunda.*

Iſtaq; communis ita probata † interpretatur primum nõ procedere, quando in inſtrumento iurans, vel fundans ſe in maiori ætate, etiam dixiſſet, & iuraſſet ſe maiorem: quia tunc ex inſtrumento ſatis probatus

batur eum fuiſſe maiorem, & creditur ita eſſe, nec ipſe contrarium dicens auditetur, vt eſt text. *in l. penul. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. circa fin.* & Roma. *conſ. 112.* & Ancha. *conſ. 126.* Soc. *conſ. 60. col. 8. vol. 1.* & Cagnolus *in d. l. ſi quis maior. nu. 42.*

4 Limitatur ſecundo iſta communis † in ſubſtituto pupillariter: nam qui allegat pupillum deceſſiſſe in pupillari ætate, ipſe non tenetur hoc probare, ſed eius intentio videtur fundata, & admitti debet, niſi per aduerſarium de maiori ætate probetur, ſecundum Bald. *conſ. 431 in 4. par.* per text. *in l. ex facto ff. ad Trebell.* vbi ſubſtitutus Titio decedenti ſine liberis, mortuo Titio, fundata eſt intentio ſubſtituti, niſi ꝓbetur, quod Titius ipſe haberet liberos, & hoc in fauorem ſubſtituti introductum fuit, de quo per Bart. & Ang. *ibi*, & tradit Alex. *conſ. 29 viſo themate. vol. 1.* & iſtam limitationem ſequitur etiam Dec. *in d. c. in præſentia. num. 170.* & Maranta *in repetit. l. is poteſt. num. 199. ff. de acquir. hered.*

In contrariam vero partem inclinauit Bald. *conſil. 19. volum. 5.* Bart. *conſ. incip. B. fecit teſtamentum in fin.* Soc. *in l. qui duos. § cum in bello. & in d. l. ex facto. § penul.* vbi etiam Ripa hoc idem tenet.

5 Limitatur poſtremo iſta communis, † quādo quis fundatur in ætate, ita vt ætas principaliter allegetur, ſecus autem, quando actus allegatur, qui ad ſui validitatem acceſſorie ætatem includit; quoniam ætas idonea præſumitur, vt concludit Abb. *in dict. cap. in præſentia, per text. ibi*, & idem Abb. *in c. cum virum. de reg.* Bald. *conſ. 264. factum tale eſt. col. fin. vol. 2.* Et adeo iſta præſumptio procedit, vt non tollatur, niſi per aduerſarium, contrarium concludenter probetur, *d. c. in præſentia.* vbi Abb. & Dec. *num. 167.* hoc pleniſſime declarant.

OPINIO CCLVII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio*, non confecti inuentarii, *oppoſita ab herede, impedit litis conteſtationem. limitatur nu. ſeqq.*

1 EXCEPTIO oppoſita † per heredē conuentum, *inuentarii non confecti*, impedit litem conteſtari, vide infra *opin. 151. n. 12. & l. fina. C. de iure delib.* & *ibi* Barto. qui ait exceptionem hanc, quam heres habet infra tempus conficiendi inuentarium impedire litis ingreſſum: cum etiam hęc exceptio impediat ſententiæ executionem, & quotidie practicatur, quod inſtrumenta nō exequuntur contra heredes exiſtentes infra tempus conficiendi inuentarium, & huiuſmodi opinionem ſequuntur Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. Corne. cæterique communiter, *in d. § . donec. per illum text.* Alex. in *l. vir bonus. in add. ad Bart. ff. iud. ſol.* Ang. in *§. aque. Inſt. de actio. verſ. 11.* & Philip. Francus *in c. 1. fallent. 19. de lit. conteſta.* Cōis opin.

2 Sed interpretatur primo iſta † communis non ꝓcedere in herede cōuento, vt reſtituat vſuras, ſi quādo defunctus iuſſit eas reſtitui, vel cauit ſecundū formam, *c. quamuis. de vſuris. lib. 6.* tunc etiam propter animæ periculum, quæ cunctis rebus eſt præferenda, nō debet differri, *l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.* & hoc etiam: quia animæ detrimentum inferretur illo medio tempore, ꝙ poſtea non tolleretur, *l. 2. ff. de appell. recip.* cum ſit damnum irreparabile, merito diſcedimus à regulis iuris communis, *d. l. 2. & l. tutor, qui repertorium ff. de adminiſt. tut.* Diſpoſitio vero præcedens procedit, quando omnia ſalua remanent, ita tenent Richar. Alberi. Cyn. Rayner. Bal. Ang. Fulgo. Paul. de Caſt. Alex. Corne. Iaco. de S. Georg. Iaſ. cæteriq; communiter, *in alleg. §. donec.* Cōis opin.

3 Limitatur ſecundo præcedens † communis non habere locum, quando conueniretur heres pro legatis piis, non requirentibus dilationem, puta alimentorum pauperum, qui interim necarentur fame, ita limitat Ang. *in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid.* quem ſequitur Imol. *ibi*, & Alex. Corne. & Iacob. *in præcitato §. donec.*

Tertio coarctatur dicta † communis, non procedere, vbicunq; conuenitur heres rei vendicatione: tunc enim conuenitur, vt quilibet poſſeſſor, non vt heres, *l. de eo. § pen. in fin. ff. ad exhiben.* quod voluit Odofred. Guil. de Cun. Nicol. de Matar. Bal. Saly. Paul. de Caſt. Ang. Alex. Corne. Iacob. de S. Georg. *in d. §. donec.* quamuis *ibi* Cyn. ſenſerit contrarium, ob id, ꝙ diſpoſitio *illius text.* generaliter loquatur, dum etiam in eo loquitur de hypothecaria, quæ eſt actio in rem, daturq; contra quemlibet poſſeſſorem, *l. eos. C. qui potio. in pigno. habean.* & iſtam opinionem Cyn. ſimpliciter refert Albert. *in d. §. donec.* tamen Alex. Corne. & Iacob. *ibi* præcedentem limitationem aiunt eſſe veriorem, & communiorem: cum *in text.* dicatur, *creditoribus hereditariis*, ex quo, qui non ſunt creditores hereditarii non comprehenduntur; idem etiam voluit Ang. Imol. *in dict. §. hac ſtipulatio.* Vnde heres rei vendicatione conuentus, non poſſet obiicere pendentiam inuentarii. 4 Cōis opin.

Limitatur prædicta † communis vlterius, nō procedere, quotieſcunq; petitur aliquid ab herede pro impenſa funeris, tunc proculdubio nō poſſet opponere de inuentario, ita tenent, & concludunt Ang. Alex. Corne. Iacob. de S. Georgio, *in d. §. hac ſtipulatio.* 5

Addeq; præmiſſis, quod ex huiuſmodi exceptionibus impedientibus litis ingreſſum cumulauit triginta Martinus de Fano *in tract. de except.* Alex. *in l. vir bonus. in add. ad Bar. ff. iud. ſol.* Ang. vero Aret. *in §. aque. Inſt. de except.* retulit quadraginta, Maria. Soc. poſuit *33. in c. 1. de litis conteſta. in 6.* Philippus Francus *in d. c. 1. col. 4. & ſeq.* poſuit per viam fallentiarum *43.*

OPINIO CCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum. Et eſt dilatoria num. 2. nec poteſt opponi poſt litis conteſtationem. num. 3.*

4 *Iuramentum præſtitum per debitorem ante ſpolium, non obſtat aduerſus exceptionem ſpoliationis.*

5 *Iuramentum calumniæ ſi omittatur cum petitum eſt, reddit totum proceſſum, & ſententiam inde ſecutam ipſo iure nullam.*

6 *Fiſcus an de calumnia iurare debeat, & quid de conſuetudine fiat. num. 7.*

EXCEPTIO ſpoliationis † impedit litis ingreſſum: cum ſpoliatus debeat ante omnia reſtitui, *l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi pub.* & *ibi* Gl. & *in c. 1. de reſtitut. ſpoliat.* & dicit Ang. *in l. ſi maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quod ſpoliato fauetur, ſi ſpoliatus eſſet omnibus bonis eius, vel maiori parte à tertio: tunc etenim à nemine inquietari poteſt, neq; ciuiliter, neq; criminaliter, niſi prius, & ante omnia reſtituatur, vt *ſupra* deduximus. 1

Ex † Bar. *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* ait præfatam exceptionē eſſe dilatoriam: ideo impedire debet litis conteſt. quē ſequuntur omnes Dd. *ibi*, & Ang. *in § aque. Inſtit. de except. in 39. except.* & Francus *in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. in fallent. 22.* vnde allegans dictam exceptionem eſt profecto audiendus, vt per Specul. *in § 1. in tit. de citat.* Innocent. & Abb. *in c. monit. de appellat.* & Ioan. Andr. *in c. cum olim. circa fin. extr. de reſtit. ſpoliat.* quorum opinionem ſcribit eſſe communem Grammati. *deciſ. 85. nu. 2. & 3.* 2 Cōis opin.

Digitized by Google

Sed huiuſmodi † exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, ſecundum Bartol. *in d. §. nihil commune.* quem ibi communiter ſequuntur omnes, vt aſſerunt Fulgoſ. & Modern. quamuis nonnulli ſenſerint contrarium, quorum fundamentis abunde reſpondent præcitati Moder. inhærendo communi opinioni.

4 Et aduerſus iſtam † exceptionem aduerte quod non obſtaret iuramentũ præſtitum per debitorẽ ante ſpolium, vt per Io. And. *in c. 2 de ordi. cognit.* & alios citatos per Grammat. *in d. deciſ. 81.* Item exceptio præſcriptionis oppoſita, & in iudicio allegata impedit litis conteſtationem, ſecundum Hoſtien & Canoniſtas omnes *in c. 1. de præſcriptio.* quorum opinionem comprobat Boer. *deciſ. 344. nu. 1. cum alijs ſeqq.* vbi deniq; fatetur etiam communem, & ſecundũ eandem deciſiſſe Conſilium Burdegalenſe, & hoc idem conſuluit Senatus Gratianopol. teſte Gui. Papæ *in deciſ. 221.*

5 Similiterq; iuramentum † calumniæ tanquam inductum iure naturali, & diuino, quãuis remitti poſſit, nihilominus ſi peteretur à parte, & non præſtaretur, totus tunc proceſſus, & ſententia inde ſecuta annullaretur, & conſequenter iuramentum calumniæ eſt adeo potens, vt ſi omittatur vbi petitum ſit, reddat proceſſum totum ipſo iure nullum, ſecundum Bart. Bald. Alex & alios omnes, *in l. 2 § ſed quia veremur. ff de iura. calum.* Afflict. *in conſtitutione lite legitime conteſtata. ſub nu. 4. & ſub nu 6 lib. 2. rub. 23.* Marantam *in tract. iudic. in 6. part. in 10. membro. actu 1. nu 2.* & Proſperum Carauitã *in ritu 288. cap. emanatum. nu. 34. cum alijs ſeqq.* vbi admonet iſtam eſſe veriore opinionem, & ita in terminis conſuluit Soc. iun. *conſ. 59 viſo proceſſu agitato inter Iacobum, & fratrem. nu. 3. cum alijs ſeqq. vol. 2.* vbi optime reſoluit iſtam eſſe communẽ opin.

6 An fiſcus † de calumnia iuret: dic q ſic, per text. *in l. vnica. C. de conductorib. & procuratorib. lib. 11* quia fiſcus ipſe non eſt priuilegiatus, niſi in caſibus a iure expreſſis, & ſic in alijs caſibus ius commune ſeruat, *l. fin. C. de fiſcalibus vſuris. lib. 10.* Gl. *in l. 1. in ver. pertinet* [illegible] *de petitione hereditatis. & in l. item veniunt. §. at Senatus. in ver. in publica ff. eod.* And. de Iſer. & Afflict. *in c. 1. § in quibuſdam. de frat. de nouo benef. inueſt.* Dec. *conſ. 531 n. 3. accurate, & diligenter abſoluta ſuit præſens conſultatio.*

7 Quicquid tamen ſit de † iure, conſuetudo generalis hoc nullatenus admittit, vt per Dd. *vbi ſupra.* quia calumniari non præſumitur is, quem neceſſitas ſui officii excuſat. *l. poſt legatum. §. qui accuſaui. in ver. aduocatum. ff. de his quib. vt indign.* vbi textus aperte ſatis aperit, quod aduocatum fiſci qui intentionem delatoris exequitur in omnib. officiis, neceſſitas ſatis excuſet, & ſic neceſſitas officii excuſat, *l. 4. ff. de in ius vocando. & l. Lucium. ff. de his quib. vt indign.* imo quod plus eſt, à maleficio quoque excuſat neceſſitas, *l. non exiſtimo. & ſeq. ff. de adminiſtrat. & periculo tut. vel curat.*

OPINIO CCLIX.

SUMMARIA.

1 *Exceptiones an opponi poſſint, ad impediendam executionem ſententiæ, quæ in rem iudicatam tranſiuit.*

2 *Exceptio expenſarum, ſeu melioramentorum poteſt opponi in executione ſententiæ, etiamſi ius retentionis in ſententia excipienti reſeruatum non foret.*

3 *Exceptio, ne quis exigatur vltra quam quis facere poſſit, opponi poteſt in executione ſententiæ.*

4 *Exceptio nullitatis an impediat executionem ſententiæ. & nu.* [illegible] *& 6*

7 *Signatura quas hoc caſu commiſſiones ſuper nullitate decernere ſoleat. & n. 8 & 9 Et quid in Regno obſeruetur, oppoſita nullitate, ad impediendã executionem n. 10.*

[illegible] *Reſcripta ſuper nullitatibus, poſt tres conformes, nõ conceduntur in Romana Curia, niſi cum* [illegible] *præiudicio trium conformium.*

12 *Conſilium* [illegible] *Neapol.* [illegible] *dare inhibitoriales literas in ſententiis, latis in magna Curia Vicariæ infra ſummam 150. aureorum* [illegible] *præiudicio executionis ſententiarum.*

EXCEPTIONES omnes, † quæ opponuntur ad impediendum executionem ſententiæ, in rem iudicatam tranſactæ, ſi reſpiciunt actionem primam, & huiuſmodi exceptiones natæ ſint ante ſentẽtiam, nunquam opponi poſſunt, & oppoſitæ non impediunt executionem, vt habetur per Bart. quem Dd. omnes communiter ſequũtur, *in l. 1. C. de iuris, & facti igno. & alijs in locis citatis* per Iaſ. *in d. l. 1.* & Dd. ſimiliter omnes vnanimiter *in l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Dec. *in l. in ambiguo. § non eſt nouum. nu. 10. ff. de reg. iuris.* Azo *in ſumma, in tit. de except. nu.* [illegible] *& in d. tit. ſententiam reſcindi non poſſ. nu. 2* & Io. Ferrari *in tract. de appellationibus lib. 3 cap. 3 n. 338. in tom.* [illegible] *nouiſſimorum tract.* & [illegible] præſenti caſu in Curia noſtra Aquilana, de currente menſe Auguſti, 1 [illegible] 03 admonui tunc iudicem ad iudicandum, ſecundum hanc communem, velut veritatem ipſam conſtantiſſimam, atq; probatiſſimam. quia nullum vnquam errorem videtur committere iudex, iudicando ſecundum communem, imo facilis, perfectus, ſanctus, atq; fidelis aditus ad tranquillitatem conſcientiæ, & [illegible] diſtunc omnibus patebit.

Sed iſta † communis opinio claudicat primo loco 2 non obtinere, vbicunq; opponeretur exceptio expẽſarũ, vel melioramentorũ, vel aliæ ſimiles exceptiones non redarguentes ſententiam de iniquitate, [illegible] enim illæ opponi poſſent, etiam poſt ſententiam, & impedirent vtiq; ipſius ſententiæ executionem, ita Specul. *in tit. de except. §. 3.* Bart. Bald. Alber. de Ro[illegible] *vol. fin.* & alii communiter omnes, *in l. an fundus ff de rei vendic.* Lanfranc *in c. quoniam contra in ver. teſtes. verſic. ſed dubitatur de huiuſmodi quæſtione, & probat* & Rolan. à Val[illegible] *quoniam* [illegible] *ſub num. 1. & ſeq. vol. 1.* vbi huius communis ſententiæ aſſignat efficaciſſimam rationem.

Secundo † limitatur etiam eadem communis, q 3 exceptio, ne teneatur quis vltra, quam facere poſſit, quæ ſolet concedi ex iuris diſpoſitione clerico, marito, & iudici in ſindicatu, opponi valeret, etiã in executione ſententiæ. *l. ex diuerſo § final.* & ibi Dd. *ff. ſoluto matrimo. & in l. 2. C. quod cum eo. & in l. 1. C. de lur. & facti ignor.* & Ro[illegible] *d. in d. conſ. 18 nu.* [illegible].

Tertio † fallit quoq; communis prædicta, quod 4 exceptio nullitatis ſententiæ impediat ſimiliter executionẽ ipſius ſententiæ, Spec. *in tit. de executione ſententiæ. §.* [illegible] Gl. *in c. paſtoralis. §. quia vero de offic. deleg.* Bal. & Saly *in l. ſi nõ cognitio. C. ſi contra ius. vel vtil. pub.* Alex. *conſ. 33. in fin. vol. 1.* Paul. de Caſt. & Alex. per text. ibi, *in l. ſi feriatis ff. de fer.* & idẽ Alex *in l. ſi expreſſim, de appell.*

Vbi concludit, † quod ſi nullitas appareret ex ſententia, poſſet tunc illa opponi ad impediendũ executionem eiuſdem ſententiæ, vt [illegible] quando ſententia lata eſſet in die feriata in honorem Dei, quo nempe caſu nõ foret opus reuocatione; q[illegible] conſtaret tunc de nullitate notoria, & manifeſtiſſima, & talis nullitas negocium perimeret, *d. l. ſi feriatis & l.* [illegible] *C. de exec. rei iudic. l. ſi cum nulla de re iud. & l. fin. C. ſi ex fal. inſtru.* Bald. *in l. ab executione col.* [illegible] *C. quor. appell. non rec.* [illegible] R[illegible]ma. *conſ. 51* Zuccard. *in l. fin. num. 200. C. de edict. Diui Adriani.* & Felyn. *in c. de cætero. ext.* [illegible] *de re iud.*

Et ſic, † ſi nullitas poſſet probari incontinenti [illegible] eiſdem actis, & producerentur proceſſus, in quo [illegible] cerent litis ſolennia, ſecundum *l. prolatam. C. de* [illegible]

[illegible] dubio [illegible] ecutio [illegible] *de exhibe* [illegible] *quo. § ſi de teſtam* [illegible] Bar. [illegible] *ſi de fal. inſtru. C. in l. 4. § condemnatum, de re iud.* [illegible] an Veſti[illegible] *in ſua pract. lib. 8.* [illegible] *de* [illegible] *ate,* [illegible] *tempori* [illegible] *& proceſſu. col.* [illegible] *ſub verſi* [illegible] *ma in dubium eſt.* vbi a[illegible] ſtam eſſe omn[illegible] opini[illegible] Ioan Staphil *in tract. de litteris gratiæ* [illegible] *iuſtitiæ, col.* [illegible] *& ſeq.* vbi [illegible]
7 in præſenti [illegible], ſ[illegible] am [illegible] concedere commiſſionem ſuper n[illegible] ſ[illegible] c[illegible] uſ[illegible] *a, partis ind. ato.*

Et huc [illegible] *de* [illegible] C[illegible] *in tit. de re-*
8 *ſcript.* vbi [illegible] ſtatutam [illegible] eſſe [illegible] conce-dere in m[illegible] pponen[illegible] illa clauſulam [illegible] *ſine* [illegible] *tione penſionis,* [illegible] gat [illegible] tulante & featuriente ex [illegible] iterarum [illegible]
9 [illegible] uſuevit conce-[illegible] ad inſtan-[illegible] que cau[illegible] m [illegible] reſtitutio-[illegible] ad [illegible] & [illegible] , [illegible] nec imp[illegible] ari [illegible] iu-[illegible] nullitat[illegible] ad pro-ponendum [illegible], & [illegible] & non [illegible] [illegible] ſſad. *de* [illegible] *tit. de canſ. p[illegible] propter.* Va[illegible] tius *in tract. de nullitatibus, in titul. qu[illegible] infra quod tempus de nullitate agi poſſit, & nunquam pariat aliqu[illegible] tu effectus, & quo, n.* [illegible] & Virgi[illegible] *de* [illegible] *in conſtitutione Ægidiana, n.* [illegible] *cum aliis ſeqq.* vbi hoc probat authoritatibus & rationibus.

10 Et ita † etiam obſeruatur in Regno in Sacro Conſ[illegible] io, in Regia Camera Summariæ, & in Magna Curia Vicariæ, in cauſis deuolutis in ipſis regiis tribunalibus per remedium appellationis, in quibus, allegatis nullitatibu[illegible] d finem impediendi executionem ſententiæ, habentis executionem [illegible] iure para-[illegible], conceditur aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitate[illegible], quibus propoſiti[illegible], illis que guſtatis, [illegible] qu[illegible] di[illegible] uſſis, & non militantib[illegible] in iure, demandatur exe[illegible] utioni ſententia, & [illegible] ſcribitur [illegible] o, ve ſua n exequantur ſenten[illegible] m literis conc[illegible] ſſis [illegible] tribunal [illegible] us non [illegible]

11 Sed † [illegible] ſcripta, [illegible] literæ ſuper nullitatibus poſt [illegible] ſ[illegible] tentias [illegible] ines in Rom[illegible] Curia, in ipſa ſignatura nullatenus [illegible] eduntur niſi cum clauſula. *ſine præiudicio* [illegible] attestante Vantio *in d. tit. quoties* [illegible] *infra quod tempus de nullitate agi* [illegible] *it, nu. 6.* & Octaui[illegible] Veſt[illegible] *in loco* [illegible] *allegato,* per [illegible] tum expreſſum [illegible] *Clemen.* [illegible] *calumniam, de re iudic.* & [illegible] aſſignari poſſ[illegible] ſtbæc quia [illegible] ciale eſt propte[illegible] præſumpt[illegible] m calumniam [illegible] [illegible] im[illegible] do per via[illegible] nullitatis [illegible] fir-mat Rota *de* [illegible]

Simil[illegible] Sacru[illegible] C[illegible] Neap[illegible] on[illegible] dare in lib[illegible] nullitatis in Magna Curia Vi[illegible] a ſumm[illegible] tum qui quagintaaureo[illegible] præiudic[illegible] execut[illegible] ſententiæ [illegible] oc q[illegible] *exordiente, Notantem in* [illegible] *tit. de officio Sacri Regii Conſilii.* [illegible] *hæc quæ ipſi tribunali incumbunt* vbi d[illegible] ſententias p[illegible] eadem Magna Cu[illegible] Vicariæ [illegible] , a ducatis quinquaginta infra, plenariæ executioni

demandandas fore, non o[illegible] appellatione interpoſita, quæ co[illegible] mittitur cum clauſula, facta prius executione[illegible], vel [illegible] ra præiudicium executionis ipſarum ſententia[illegible] um, a quibus app[illegible].

OPINIO CCIX.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis: ſecus ſi abſolutionem impetrauerit* [illegible]
3 *Excommunicat[illegible] etiā poſt al[illegible] teſtis eſſe ne-[illegible] ſi fuit excommunicatus pro furto, vel alio facinore.*
4 *Excommunicatus admitti poteſt in teſtem, in te[illegible] mento, & contractibus* [illegible].
5 *Excommunicatus poteſt condere teſtamentum, ſicut alius non excommunicatus.*
6 *Et habet teſtamenti factionē,* [illegible] *actiue, quā p[illegible].*

EXCOMMV[illegible] ICATVS † non p[illegible] lit[illegible] ſecundum omnes *in* [illegible] *teſtimonium,* [illegible] *in c. veniens, il 2. ext de teſtib.* N[illegible] *de teſti[illegible] in v[illegible] municatus.* Ferrar. *in ſua pra[illegible] in forma iuramenti* [illegible] *in § proteſtante, nu.* [illegible] Albe[illegible] *in tract. de te*[illegible] Iodoc. Damhaud *in ſua praxi rerum criminalium,* [illegible] *n. 16.* Felin. *in c. Rodulphus, ſub n. 39. in fin. d. n.* [illegible] vbi Apoſtilla *in litera A,* & Lanfran. *in c. quoniam contra,* [illegible] *c. 8. de teſtib. ſub nu. 76. de probat.* vbi deducit iſtam [illegible] nionem communem eſſe.

Quæ fall[illegible] † cum excommunicatus eſt abſolutus: 2
nam [illegible] ſt abſolutionem impetratam [illegible] b excommunicatione, recipi debet, & poteſt in [illegible] em, vt voluerunt omnes *in d. c. teſtimonium.* Apoſt[illegible] a ad Fel[illegible] n *in d. c. Rodulphus, ſub n. 39. ſub litera A,* vbi hoc i[illegible] terpretatur velit[illegible] & Lanfran. *in d. c. quoniam contra, in verb. de teſtibus, nu. 76.* vbi recitat iſtam eſſe veram, & com[illegible] nem ſententiam; licet ipſe poſt Innocen. *in d. c. teſtimonium* hoc coarctet non habere locum, † quando 3
quis excommunicatus extitiſſet ob furtum, vel aliquod aliud facinus, tunc etenim teſtis eſſe nequiret, & ſequitur Bertach. *in 1. par. ſui repertorii, in verb. excommunicatus teſtis eſſe poteſt in contractibus, ſub nu. 50.*

Fallit † ſecundo præmiſſa communis, videlicet, 4
quod excommunicatus admitti poſſit in teſtem, & [illegible] pro teſte in teſtamento [illegible] ſecundum Ferrarien *in d. § proteſtante, num. 20.* & Bald. *in l. fin. C. de contra tab.* quoniam [illegible] ondere † poteſt teſtamentum, quemadmo- 5
dum alius non excommunicatus, & teſtamentum vires habet, vt voluit Ioan. And. & Gemin. *in c. Reiteramus,* [illegible] *ſent. excommun. in 6.* Iacob. de Bel. *in §* [illegible] *in Authent. de ſan. epi.* Bar. & Aret. *in l. ſi quæ*[illegible] *ff. de teſtib.* Archid. *in c. piæ, de except. in 6.* Innocent. *in c. cum voluntate, de ſenten. excommun.* Bald. *in l. fin col. 3. C. ſi a non compet. iud.* & iſtorum opinione[illegible] quod excommunicatus teſtamentum facere poſſit, ſequuntur quoque, aiuntque communem, Frac[illegible] *in rub. de teſtam lib. 6 num. 3.* Barbatius *in c.* [illegible] *ingredientibus, num. 1. de teſtam.* [illegible] de T[illegible] *in conſtitutione Regni, Inconſutilem veſtem, num. 12. lib.* [illegible] Clarus *in tract. de teſtam.* [illegible] *cum voluntate, in* [illegible] Bertachin. [illegible] *pertorio, in 1. part. in verb. Excommunicatus teſtatur,* [illegible] *num. 20.* Dilectus *in tract. de arte teſtandi tit. 1. cautel.* [illegible] Couaruuias *in rubr. de teſtam. nu.* [illegible] Va[illegible] *in tract. de ſucceſſ. proceſſ.* [illegible] *§ 1 num. 120* & [illegible] *in reg.* [illegible] Dd. contrarium [illegible] commu[illegible] em plene ampliat in duo[illegible] caſibu[illegible] in duobus aliis [illegible].

[illegible] amus communis præmiſſa amplietur per [illegible] Ducn. [illegible] *ſupra,* tamen [illegible] amplio, [illegible] excommunica[illegible] ipſe tam a[illegible], quam paſſiue 6
[illegible] ſtamenti [illegible] habeat, ſecund[illegible] der[illegible] de Senis *conſ* [illegible] *factum tale eſt* cum [illegible] per Dilectum *in d. cautel.* [illegible] vb[illegible] nit iſtam com-

4 munem

Com. opin. munem opinionem fore, & tradit pariter remedium cautelamque congruentem excommunicato volenti teſtamentum condere, quando teſtes & Notarii ad eum ob timorem cenſurarum excommunicationiſve accedere nollent.

7 Fallit tertio, † in contractibus prædicta communis, in quibus quidem excommunicatus in teſtem admittitur, ſecundum Bertach. poſt alios complures ſignatos per eum *in d. verſ. excommunicatus teſtis eſſe poteſt in contractibus ſub nu. 50.* & præmiſſa aliaque multa ponentur infra latius *in opin. 920. in verbo, Teſtis eſſe non poteſt excommunicatus.*

OPINIO CCLXI.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus perſiſtens per annum in excommunicatione, redditur ſuſpectus de hæreſi, & quomodo contra eum procedatur. Et contra clericum in excommunicatione per annum perſeuerantem. num. 7. & 8.*

2 *Concubinatus continuatus vltra annum facit præſumi de mala fide.*

3 *Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione per annum, & monitus nolens reſipiſcere, poteſt tanquam hæreticus condemnari.*

4 *Excommunicatus occaſione contumaciæ in cauſa criminali vel ciuili perſeuerans per annum in ea, conuictus cenſetur de crimine, de quo fuit accuſatus.*

5 *Contra excommunicatum perſeuerantem in excommunicatione vltra annum quomodo procedatur in Regno. Et quomodo puniatur nu. 6.*

9 *Clericus per perſeuerantiam triennalem in excommunicatione eſt priuatus ipſo iure, abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ſuis beneficiis.*

10 *Clericus priuatus ipſo iure beneficiis, non facit fructus ſuos, & quæ ſit ratio. n. 11.*

1 EXCOMMVNICATVS † pro quacunque cauſa, etiam ciuili, permanens ac perſiſtens per vnius anni circulum in excommunicatione, de hæreſi ſuſpectus habetur, ſecundum Ioan. And. & Panorm. Com. opin. poſt alios communiter, *in c. fin. de pæn.* Et licet ſuſpicio hæc ad condemnationem non ſufficiat, vt ſentiunt Innoc. & Panor. *in loco præcitato.* Henr poſt alios *in c. excommunicatus, extra de hæret.* & Ioan. Lup. *in c. per veſtras, §. 18. nu. 24.* tametſi ſufficeret ad inquiſitionem formandam contra excommunicatum de hæreſi, & ad inducendam ſibi purgationem, in qua ſi forte deficeret, haberetur pro conuicto, *c. inter, de purg. can. in fin.*

2 Ita † etiam concubinatus vltra annum continuatus facie quem præſumi de mala fide, & non ante, vt per Guil. Benedict. *in c. Raynutius, in ver. nomine Adelaſiam, n. 708 de teſtam.*

3 Et ſic, † ſi excommunicatus perſeuerauerit in excommunicatione per annum, & monitus noluerit reſipiſcere, tunc vtique poſſet tanquam hæreticus condemnari, *c. cum contumacia, de hær. in 6.* & conſequenter poſſent eius bona publicari, *c. cum ſecundum, eod. tit. in 6.* vtpote quia excommunicatus iſte præſumitur, ſecundum Panor. *in d. c. fin.* & Franc. *in c. cum contumacia, de hæret. in 6.* male de ſacramentis Eccleſię ſentire, & de poteſtate clauium permanendo tanto tempore in excommunicationis cenſura, nec videtur curare de hoc, imo expreſſe contemnere excommunicationem ipſam.

4 Et aduerte, † quod conuentus ſuper crimine ciuiliter, ſiue criminaliter, ob contumaciam excommunicatus poſtea, & in eadem excommunicatione perſeuerans per annum, conuictus cenſetur de eo crimine, cuius accuſatus fuit, ſecundum Gloſſ. & Abb. *in c. contingit, de dolo & contumac.* Rom. *ſing. 303.* Gloſſ. & Franc. *in d. c. cum contumacia.* Abb *in c. 1. num. 27 de iud.* & ibi Doct. præcipueque Ripa, *num. 77.* & Alciat. *nu. 74.* vbi profitentur opinionem iſtam eſſe communem, licet Dec. *ibi in 2. lectur.* præcipitanter contrarium aſſeruerit, & Selu. *in tract. de beneficiis, in 3 par. quæſt. 4.* ſed ſententia Gloſſ. & ſequacium eſt communis & veriſſima, ſecundum Moder. *in d. c. 1.* & eam ſequitur Panor. *in c. veritatis, col. 5. de dolo & contumac.* Ioan. Lup. *in d. c. per veſtras, §. 18. n. 24.* Petr. Duen. *in reg. 153. nu. 4. incip. contumax in non comparendo.* Ripa *in l. ſi conſtante, nu. 46. ff. ſolut. matrim.* & Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. part. 2. membri de contumacia, nu. 33. fol. par. nu. 117.* Com. opin.

5 In Regno vero Neapolitano † perſeuerans in excommunicatione vltra annum debet denunciari iudici ſeculari per Prælatos, qui eum excommunicauerunt, vel per eorum ſucceſſores, & legitima pœna condemnari per iudicem ipſum ſecularem, *c. 102 item ſtatuimus, quod ſi contingat.* quod citat ſequiturque *ibi* Ioan. Ant. de Nigris, Afflict. *in conſtitut. Patarenorum, col. 9. & in conſtitut. pœnam eorum, in 1. not.* & Maranta *vbi ſupra.*

Item † murantes in excommunicatione per annum, debent in Regno ſecundum ſtatum & qualitatem perſonarum varie puniri pœnis taxatis, *in altero cap. eiuſdem Regni 163 incip. ſi quis in excommunicatione à canone lata.* vbi io. Ant. de Nigris. 6

Et quemadmodum † excommunicatus perſiſtens in cenſuris per annum videtur ſuſpectus de hæreſi, ita clericus perſeuerans, inſordeſcenſque in ipſis cenſuris dicto tempore vti excommunicatus, poſſet procedi contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi, ita Doct. omnes, præſertimque Ioan. de Anania, & Felin. *col. 1. & ſeq. in c. excommunicamus, it 1. de hæreticis, per text. ibi.* 7

Et † talis ſuſpicio operatur tunc, quod ſi deficiat in purgatione indicta, poſſit tanquam hæreticus condemnari, *arg. c. nos inter, de purg. canon.* & ita firmat Abb. *in c. fin. de pæn.* 8

Vnde † hinc manifeſte colligitur, quod clericus per perſeuerantiam triennalem in cenſuris cenſeatur priuatus ipſo iure, & abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ſuis beneficiis, ita Gloſſ. *in d. c. contingit, de dol. & contum. & in d. c. 1. de iud.* vbi omnes concorditer, & potiſſimum Dec. *in 2 lectur.* Berous *ſub num 86.* Mantua *nu. 29.* Ripa *ſub n. 78.* & Felin. *col. 5 n 8.* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, & Ioan. Bapt. Ferretus *conſ. 342. præſupponitur in facto pro notorio, n. 1. & ſeq. vol. 2.* vbi ita conſuluit. 9 Com. opin.

Deducitur † itaque ex his vtiliter, quod clericus ipſe ita & taliter priuatus ipſo iure beneficiis, non faciat modo aliquo fructus ſuos, ſecundum Innoc. *in c. cum noſtris, de conceſ. præben.* cum quo ſentiunt omnes communiter *ibi.* 10 Com. opin.

Siquidem † priuatus ipſo iure beneficio poteſt de facto à ſuo ordinario amoueri abſque alia ſententia hominis, nec allegare poteſt ſe ſpoliatum, vt firmat Gloſſ. *in extrau. execrabilis Ioan. 22. §. qui vero, de præb.* 11

OPINIO CCLXII.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus non poteſt agere in iudicio, nec per ſe, nec per procuratorem. n. 9. imo repellitur, oſtenſa ſolummodo fide ſententiæ excommunicationis. n. 2.*

3 *Excommunicatus non admittitur ad compenſandum.*

4 *Debitor excommunicati non poteſt ab eo conueniri, etiamſi cum iuramento promiſiſſet.*

5. Ex-

5 *Excommunicatus defendendo audiri debet, in iudicio comparens per procuratorem, non per ſe, vel alterius nomine.*

6 *Excommunicatus repelli debet à iudicio, officio iudicis, etiam parte non opponente.*

7 *Excommunicationis exceptionem opponens contra actorem, non auditur, nec impedit litis ingreſſum in Regno, niſi in ipſo inſtanti de excommunicatione doceat.*

EXCOMMVNICATVS † agendo non poteſt ſtare, comparereq; in iudicio; & per conſequens ad agendum inhabilis eſt, *c. intelleximus, de iud.* Spec. *in titul. de actore, verſ. Item quod eſt excommunicatus.* & Ferrar. *in ſua pract. Papien. in for. libellorum, in act. real. §. vero ac legitimo, ſub n. 31. & in forma iuramenti teſtium, §. proteſtante, n. 18. & ſeq.* Pet. Duen. *in reg. 268.* Carauita *in ritu 236. Item quod in quibuſcunq; cauſis ciuilibus, vel criminalibus, n. 9.* & Affl. *deciſ. 268.*

2 Imo † antedictus excommunicatus per ſententiam repelleretur etiam in iudicio abſque aliqua alia declaratoria, ſeu publicatoria ipſius excommunicationis; & conſequenter antequam fuerit declaratus pro tali, oſtenſa ſolummodo in iudicio fide ſententiæ excommunicationis, ab eodem iudicio penitus repelli debet, vt copioſe, & realiter conſuluit Ioan. Bap. Ferrett. *conſ. 351. coram reuerenda, vol. 2.*

3 Imo † ipſe excommunicatus compenſatione vti nequiret, & ſic recipiendus, ac admittendus non eſſet ad ipſam compenſationem: ſiquidem qui compenſat, quodammodo agit, & petit, vt voluerunt Oldrad. & Bar. *in l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi.* Gl. & cæteri omnes *in c. cum inter, de except.* Iac. de Aret. & Cyn. Alex. *in l. quoniam, C. de adulter.* & iſtorum opinio magis communis eſt, ſecundum Tynd. *in tract. de compenſationibus, art. 7. n. 24. cum aliis ſeqq.* vbi tuetur, & ſequitur, cum aliis coaceruatis per eum, contrariam partem, videlicet, quod excommunicatus admittatur ad compenſationem. Tamen, quicquid ſuadeat, noli tu decidendo diſcedere a dicta communi, tanquam tutiſſima, atque veriſſima. Quod etiam in tantum verum eſt, vt tam per ſe, quam per procuratorem comparere nequeat, ſcilicet agendo.

Com. opin.

4 Imo † in tantum verum eſt, quod etiam debitores eius, qui promiſerunt cum iuramento, non tenerentur, neque ei ſoluere poſſent, ſecundum Gl. per illum tex. *in c. nos ſanctorum, & in c. iuratos, 15. q. 6.* licet ipſi excommunicati poſſent à creditoribus conueniri, *d. c. intelleximus.*

5 Sed † defendendo ſemetipſum non per ſe, verum per procuratorem in iudicio audiri poteſt, & debet, ſecundum Doctores communiter; *in c. cum inter, de excep.* Bart. *in l. de pupillo, §. fin. de oper. nou. nuntiat. & in l. non cogendum, §. fin. de procur. & in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, qui ſatisdar. cog.* vbi inquit, eum poſſe comparere in iudicio ad neceſſariam ſui defenſionem, & opinionem iſtam ſequitur, declarat, atq; communem eſſe dicunt Bertach. *in num. 6. in ſuo repertor. in verſ. Excommunicatus, in 1. part. ſub nu. 20.* & Felin. *in d. cap. intelleximus.*

Com. opin.

Sed aduerte, quod tunc minime admittitur in iudicio procurator ipſe, ſi eſſet excommunicatus, *c. poſt ceſſionem* & *ibi* Doctor. *de probat.* Nec excommunicatus poteſt eſſe Aduocatus, *cap. decernimus, de ſentent. excommunic.* Nec poteſt excommunicatus ipſe eſſe tutor, curator, vel hoſpitalarius, vt decidit Marianus Socin. *in cap. ſacris, quaſt. 7. principali, 19. articul. quaſtion. 3.*

6 Et † excommunicatus iſte officio iudicis repelli poteſt à iudicio, etiam parte non opponente, *c. quia, in fin. de exception. in 6.* & Philip. *in cap. cum parati, colum. 1. de appellation.* Quod procedere habereque locum interpretatur in publico excommunicato, Bertachin. *in dicto verb. Excommunicatus, ſub verſ. 10.* & Ioan. Bapt. Ferrett. *conſ. 351. coram reuerenda dominatione veſtra, n. 4. & 9. vol. 2.*

Sed hoc non procederet in Regno: † ſiquidem 7 opponens exceptionem excommunicationis contra actorem non audiretur, nec impediret litis ingreſſum, ſed non obſtante iſta exceptione procederetur in cauſa, vt voluerunt Gl. And. de Iſer. Affl. *ſub n. 8.* & alii, *in conſtit. ſi ciuiliter agens, per tex. ibi, lib. 2. rub. 20.* & Marant. *in tract. iudiciorum, in par. 6. & vltima diſtin. nu. 14. & in fol. par. 78.* quia in Regno exceptio excommunicationis, quandocunque, tam ante litem conteſtatam, quam poſt in quacunque cauſa ciuili, criminalive, ſiue contra partem, ſiue contra teſtes oppoſita non admittitur, niſi opponens in promptu, & in ipſo inſtanti, legitime doceat in iudicio de ipſa excommunicatione allegata per legitima documenta, vt eſt text. *in d. ritu 236. item quod in quibuſcunque cauſis ciuilibus, vel criminalibus.* vbi Carauita *num. 6. & ſub num. 26.* & *ibi* ſimiliter, & vtiliter mentionatum ritum limitat in duobus caſibus, *ſub num. 2. cum aliis ſeqq.*

OPINIO CCLXIII.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus occultus, an poſſit alium excommunicare.*

2 *Excommunicatus eſt in manibus diaboli; nec bonus angelus ei aſſiſtit. nu. 3. Nec bona opera ei proſunt, & audiens diuina peccat mortaliter. Et quam pœnam incurrat cum excommunicato communicans nu. 4.*

5 *Excommunicatio eſt maxima pœna de iure Canon. Et à Chriſtiano formidanda. n. 6.*

7 *Pœna non modica eſt inter homines eſſe, & hominum conſortio carere.*

8 *Excommunicatio non ſolum corpori, ſed etiam animæ detrimentum affert.*

9 *Excommunicatus non debet ſepeliri in loco ſacro.*

10 *Excommunicatus non poteſt ordinare; ſed ſi ordinatur characterem recipit.*

11 *Excommunicatus dicitur infamis, & æquiparatur deportato, ſeu damnato in metallum.*

12 *Excommunicatus efficitur ſeruus peccati, & hæreticus.*

EXCOMMVNICATVS † occultus, ſeu toleratus non poteſt alium excommunicare, ita vt talis ſententia non valeat modo aliquo, & habeatur perinde ac ſi non eſſet promulgata, ſecundum Gl. *in rub. 24. q. 1. & in c. aduerſus, de immun. eccl. & in c. exceptionem, de except.* Io. Cald. *in c. ad probandum, de re iud.* Hoſtien. & Abb. *n. 4. in c. 2. de ord. ab epiſ. qui renun. epiſc.* Archid. *in c. audiuimus, d. 24. q. 1. & in c. 1. de ſenten. excom. lib. 6.* Io. And. & Anchar. *in c. pia, §. ſi vero, ſub nu. 5. lib. 6.* Feder. de Senis *conſ. 137. viſo, & examinato poſt medium.* Felin. cum aliis aggregatis per eum, *in c. ad probandum, n. 7. de re iud.* Iaſ. poſt Alber. *in l. Barbarius, ſub n. 62. ff. de off. præt.* & Abb. *in c. ab excommunicato, ſub nu. 8. de reſcript. & in c. veritatis ſub nu. 44. de dolo & cont.* in quibus locis oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Summa Tab. *in verb. Excommunicatio, 11. §. 12.* Et licet opinionem contrariam, videlicet, quod excommunicatus occultus non ſit ſuſpenſus ab officio, & quod geſta ab eo valeant, nec irrita cenſeantur, quandiu toleratur ab Eccleſia, aliqui illuſtres Doctores amplexi ſint, & præſertim Innocent. &

Com. opin.

Panor.

Panor. *in d. c. veritatis.* Ricard. *4. ſent. diſt. 18. art. 7. q. 1.*
Sylueſt. *in ſua Summa in verb. Excommunicatio, 1. 3. §. 10.*
& ſeq. Innoc. & Ant. de But. *in c. ſi vero, de ſenten. ex-*
com. Caietan. *in Summa in ver. Abſolutio.* & communem
fatcatur eam ſequendo peritiſſimus D. Quinnl.
Mandoſ. *in add. ad Lapum in alleg. 89. in litera G, la 2.* & F.
Franc. à Vittoria *in Summa ſacramentorum Eccleſiæ, in*
Cōis opin. *tract. de excommunicatione, q. 14.* & veriorem aſſeueret
Soc. *in tract. fallentiarum, regula 166. fallentia 2.* & Lam-
ber. *in tract. iur. patr. art. 2. q. 3. par. 1. lib. 2.* nihilominus
hæreticum foret diſcedere à communi præmiſſa,
2 tanquam ſacroſancta. Quia † excommunicatus ipſe
eſt in manibus diaboli, & transuerſo ordine de fami-
lia Dei, in familiam diaboli tranſit, *c. audi denique. &*
3 *ibi gloſſ. 11. q. 3.* Nec † Angelus bonus ei aſſiſtit, ſecun-
4 dum Pan. *in rub. de ſent. excom.* Nec † ei proſunt bona
opera, quæ facit, ſecundum Pan. *in c. ita quorundam, de*
Iud. Imo excommunicatio ipſa ſeparat à diuinis of-
ficiis. Hinc Iſidor. & recitatur *in c. cum excommunica-*
to, 11. q. 3. Cum excommunicato (inquit) *orare non licet*;
propter quod dicunt Doct. quod ſi ſit aliquis ex-
communicatus in Eccleſia, quamdiu celebrantur
diuina, admonendus eſt, vt Eccleſiam exeat, & ſi exi-
re non velit, poteſt violenter inde expelli, & ſi expelli
non poſſit, quia forſan potens eſt, & parat ſe ad reſi-
ſtentiam, tunc ceſſandum eſt à diuinis officiis, ac et-
iam miſſa intermittenda eſt in tali caſu, ſi modo ſa-
cerdos non cœperit ſacrum canonem, non autem
hoc licet vbi iam inceptus eſt, verum tunc proſequi
debet vſque ad communionem ſumptam, & poſtea
reſiduum de Eccleſia exeundo in ſacriſtia dicendum
eſt. Et inſuper excommunicatus, qui ſcienter ſe in-
gerit, vt audiat diuina, mortaliter peccat, quantum-
cunque hoc ex deuotione videatur facere, eo quod
agit contra præceptum Eccleſiæ. Separat que ipſa ex-
communicatio à perceptione cuiuſcunque ſacra-
menti eccleſiaſtici, vt notatur *in c. Engeltrudam, 3. q. 4.*
Excommunicatus enim in huiuſmodi ſtatu nullius
ſacramenti eſt capax, cuius ratio eſt: quia talis eſt ex-
tra Eccleſiam. Vnde abſolui nequit à peccatis in
confeſſione ſacramentali, etiam quantumcunque
eſſet contritus, atque diſpoſitus ad omnia facienda,
niſi primum abſoluatur à vinculo excommunica-
tionis: quia ſi abſolueretur exterius, abſolutio non
valeret, ſed iterum poſtea ipſum abſolui oporteret,
vt tenet expreſſe Beatus Thomas *in 4. ſententiarum.*
Et hinc eſt, quod ad cautelam in ſacramentali abſo-
lutione præmitti ſolet abſolutio ab excommunica-
tione; & ſi in tali excommunicatione contraheret
matrimonium, teneret quidem matrimonium, ſed
tamen mortaliter peccaret contrahens; ſi vero reci-
peret ordines ſacros, vel exequeretur actus eorun-
dem, vtpote celebrando, Euangelium cantando,
confeſſiones audiendo, baptizando ex officio, & hu-
iuſmodi, efficeretur abſque dubio per hunc modum
irregularis, & indigeret diſpenſatione Papæ. Separat
quoque memorata excommunicatio à cœlo: In tan-
tum vt excommunicatus iuſte, & debite nunquam
intrabit cœlum, niſi primum abſoluatur in præſenti,
vt aperte innuit CHRISTVS *Matthæi 17.* cum ait Pe-
tro: *Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in*
cœlo, id eſt, à CHRISTO, & à tota curia cœleſti ſepa-
rabuntur, & hoc claue non errante, & ſi clauis erra-
ret, adhuc authoritas Eccleſiæ non deberet conte-
mni. Vnde Chryſoſtom. *ſuper epiſtolam ad Hebr.* & ſi-
militer recitatur *in decretis, in can. nemo, 11. queſtion. 3.*
Nemo (inquit) *contemnat vincula eccleſiaſtica: quia non*
eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, qui dedit poteſtatem talem
hominibus, & ipſos fecit dignos tanti honoris. De Chriſto
autem dicitur *Apocal. 3.* quod habeat clauem ſcilicet
regni cœleſtis, & quod claudat, & nemo aperiat, id
eſt, cui claudit cœlum per excommunicationem, ne-
mo præter illum poteſt ei aperire, qui certe nun-
quam ipſum aperit illi, qui permanet ſcienter, & ob-
ſtinatu animo in excommunicatione. Separat etiam
excommunicatio à conſortio fidelium; non enim
poteſt licite participare excommunicatus cum aliis
fidelibus, nec illi cum eo in comedendo, & bibendo,
in ſalutando, vel orando. Vnde verſus, *Os, orare, vale,*
communio, menſa negatur, ſcilicet, *excommunicatis*; &
nota, *os*, id eſt, locutio, *menſa*, id eſt, comedere cum
eis. Qui autem extra caſum à iure conceſſum facit
contrarium, incurrit profecto minorem excommu-
nicationem; cum qua ſi quis ſcienter accederet ad a-
liquod ſacramentum, mortaliter peccaret, à tali ta-
men excommunicatione, quæ minor vocatur, poteſt
abſolui à quolibet ſacerdote, qui poteſt eum à pecca-
tis ſibi confeſſis abſoluere, qui autem participat præ-
dicto modo cum excõmunicato ex quadam vrba-
nitate, peccat ſolummodo venialiter, qui vero hoc
agit ex contemptu Eccleſiæ, mortaliter quidem pec-
caret, maxime cum omnis contemptus ſit mortalis.
Et idem iudicium eſt de excommunicato ſcienter
participante cum aliis. Excipiuntur tamen aliqui ca-
ſus, in quibus permittitur à iure habere communica-
tionem cum excommunicatis, qui continentur in
hoc verſu; *Vtile, lex, humile, ignota, neceſſe.* Sed pro de-
claratione huius verſus facit *c. quoniam, 11. q. 3.* & *ibi*
Gloſſ. & quod non debeant fideles participare cum
excommunicatis, eſt ex ordinatione Apoſtolorum.
Vnde *1. ad Corinth. 5.* dicit Apoſtolus, *Si quis frater no-*
minatur, id eſt, excommunicatur, ſecundum Auguſt.
aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, id eſt, vſu-
rarius, *cum huiuſmodi nec cibum ſumere licet.* Priuatur
poſtremo excommunicatus à ſuffragiis Eccleſiæ, ita
vt non habeat partem in illis: nam vt dicitur *ad Ro-*
man. 12. Omnes ſumus vnum corpus in Chriſto, ſcilicet my-
ſticum & ſpiritualis, modo ſicut membrum putridum,
& à corpore naturali ſeparatum, non recipit nutri-
mentum, nec partem nutrimenti, quæ, vel quod per
cibum ſumitur, ita nec excommunicatus, cum ſit ſe-
paratus à cõſortio Chriſti fidelium, tanq̃ membrum
putridum non recipit partem ſuffragiorum Eccleſię.
Et inſuper non eſt capax cuiuſcunque indulgentiæ:
ex quo relinquitur, quod diabolus habeat maiorem
poteſtatem ſæuiendi in eum ſpiritualiter, corporali-
ter, & temporaliter, vt concludit, & expreſſe firmat
Magiſt. ſentent. *in 4.* Et † excommunicatio eſt maxi- 5
ma pœna, & ea nulla maior eſt pœna inferenda de
iure canonico, *c. corripiantur, 24. q. 3.* Et dicit text. *in c.*
nihil, 11. q. 3. vt nihil debeat ſic Chriſtianus formidare,
quam † ſeparari à corpore Chriſti, id eſt, ab Eccleſia, 6
quod facit excommunicatio. Accedat etiam text. *in l.*
hæc quæ ſanctam, C. de apoſt. dicens, † non modicam pœ- 7
nam eſſe, inter homines eſſe, & hominum conſortio
carere. Et hinc eſt, quod dicimus, † excommunica- 8
tionem nedum corpori, ſed etiam animæ detrimen-
tum afferre, cum hominem à Deo ſeparet, *c. certum,*
24. q. 4. Imo † excommunicatus non debet ſepeliri 9
in loco ſacro, *l. ſacris, de ſepul. & c. ad hæc, de priuil. in 6.*
Quia damnatis obeſt eccleſiaſtica ſepultura, quæ
quanto fuerit pretioſior, tanto plus illis obeſt, ſecun-
dum Beatum Gregorium *in ſuo dialogo lib. 4.* & ſimili-
ter recitatur *in decretis, in c. cum grauia, 13. q. 11.* vbi tex.
ſic ait: *Cum grauia peccata non deprimunt, tunc prodeſt*
mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur: nam eorum proximi, quo-
tiens ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum ſepulchra aſpi-
ciunt, ipſorumque recordantur, & pro eis ad Dominum
preces

Digitized by Google

preces fundunt, quas autem gratia peccata deprimunt, non ad abſolutionem ſed potius ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in Eccleſiis ponuntur. Vnde ad confirmandum dictum ſuum narrat terribilem & ſtupendam hiſtoriam; de quodam Epiſcopo, qui nuncupatus fuerat Valentinus. Hic igitur Epiſcopus vitam valde lubricam duxerat, propter quod poſt mortem, nocte quadam media, videntibus Eccleſiæ cuſtodibus, duo teterrimi ſpiritus pedes eius quadam ligatura ſtringentes, foras ipſum traxerunt; mane igitur facto ſepulchrum eius apertum fuit, ſed vacuum omnino inuentum eſt. Refert etiam aliam hiſtoriam *ibidem* de quodam tinctore Romano valde diuite, cuius miſerum cadauer, cum fuiſſet poſt mortem more ditium ſepultum intra Eccleſiam Beati Ianuarii Martyris, ſequenti nocte, audiente cuſtode Eccleſiæ, ſpiritus ex ipſius ſepulchro cœpit clamare dicens, ardeo, ardeo, ardeo; cumque mane facto cuſtos hoc ipſum vxori ſuæ denunciaſſet, & illa veritatem ſcire volens, ſepulchrum eius aperire feciſſet, corpus illius ibidem minime repertum eſt, & hoc eſt quod comminatur Propheta Domini *Eſa. 22.* vbi ait: *Ecce Dominus aſportari te faciet*, ſupple, *per Angelos de loco ſacro, ſicut aſportatur gallus gallinaceus.*

10 Et † excommunicatus ipſe ordinari non poteſt, *cap. cum illorum, de ſentent. excommunicat.* ſi tamen ordinatur, characterem recipit, vt notatur *in cap. finali de eo, qui furt. ordin. recep.* & firmat Soc. *in d. regula 166. fallentia 3.*

11 Et † denique excommunicatus dicitur infamis, Bal. *in c. 1. quo tempor. miles inueſt. feud.* & Gloſſ. *in §. minor, Inſtitut. de capit. diminut.* quæ æquiparat excommunicatum deportato, ſeu damnato in metallum.

12 Et † excommunicatus, ſeruus peccati effectus eſt, *l. fin. C. de ſer. fugit. & c. ſequens, §. quia ergo 2. q. 7.* & hæreticus quoque, *l. iubemus, Cod. de epiſ. aud. & §. quia enim, in Authent. de priuileg. dot.* ideo non mirum eſt, ſi excommunicatio excludit ab officio; ita vt excommunicatus ſit ſuſpenſus ab officio, beneficio, & vſu iuriſdictionis, vt neque ligare, neque abſoluere poſſit, *d. c. audiuimus, 24. q. 1. & c. aduerſus, de immun. eccl.* & ibi Gl. S. Thom. de Aquino *in 4. ſentent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 3.*

OPINIO CCLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator, ſiue arbiter.*

1 EXCOMMVNICATVS † arbitrator, ſeu arbiter eſſe poteſt, ſecundum Gloſſ. Odofred. & omnes, *in l. Pedius, ff. de recept. arbit.* Specul. *in titul. de arbitris, in §. differt, num. 10.* Ioan. Andr. *in reg. dolo, de regul. iuris, lib. 6.* Aret. *in § penul. nu. 19. Inſtit. de excep.* Hoſtien. *in c. cum dilectus, de arbitris.* Abb. *in cap. veritatis, num. 32. de dolo & contumac.* Bertachin. *in prima parte ſui repertorii, in verb. excommunicatus poteſt eſſe arbitrator, ſub num. 90.* Dec. *in cap. intelleximus, in 2. notab. de iudic.* Ioan. de Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* Dominic. de Sancto Gemin. *in cap. decernimus, num. 7. de ſentent. excommunic.* & iſtorum opinionem inquit communem eſſe Alexand. *in l. ſi quis arbitratu, col. pen. ff. de verbor. oblig.* & Pet. Duennas *in reg. 269. cum cæteris ſignatis per eum*, vbi communem hanc limitat late tribus modis. Com. opin.

OPINIO CCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non prohibetur contrahere; & contrahens cum eo an peccet.*

EXCOMMVNICATVS † non prohibetur contrahere, & ſic ſibi permiſſum eſt contrahere, diſtrahereque non obſtante excommunicatione, ſecundum Innocent. cæteroſque Canoniſ. *in cap. veritatis, de dolo & contumac.* Ferrarien. *in ſua practica Papien. in forma iuramenti teſtium, num. 23.* Cardin *in can. perpendimus, 35. quæſtion. 1. de ſentent. excommunic.* & Dec. *in cap. poſt ceſſionem, ſub num. 13. de probation.* vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, cui conſentit Syluester *in ſua Summa, in ver. Excommunicatio, 1. 3. ſub §. 23.* vbi aduertit, quod contrahens cum ipſo excommunicato peccat mortaliter, niſi in caſu neceſſitatis contraheret. 1 Com. opin.

OPINIO CCLXVI.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus an poſſit conferre beneficium, & præſentare. & nu. 2.*

3 *Confeſſio facta excommunicato occulto an valeat.*

4 *Excommunicatus optare non poteſt.*

EXCOMMVNICATVS † beneficium conferre non poteſt, *c. quia diuerſitatem, de conceſ. præb.* notant Gloſſ. & Doct. communiter, *in c. fin. eod. titul.* Nec patronus excommunicatus præſentare poteſt aliquo modo, ſecundum Lapum *alleg. 8.* Abb. & omnes communiter, *in c. nobis, de iure patr.* Rotam Roman. *deciſ. 707. in antiquis.* Bertach. *in tract. de epiſcop. lib. 1. 3. par. q. 31.* Rochum Curt. *in tract. de iure patron. in verſic. competens, q. 8.* & Lambert *in tract. de iure patron. in 1. par. lib. 2. q. 2. art. 2.* & Gom. *deciſ. 1. & 77.* 1 Com. opin. Com. opin.

Sed vbicunque † collatio ipſa facta eſſet ab excommunicato occulto, ſeu tolerato, tunc abſque dubio aliquo valeret, atque ſubſiſteret, ſecundum Innoc. & alios *in c. nihil, de electio.* Feder. de Senis *conſ. 137. viſo & examinato.* Io. Bapt. Fer. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 9. in quæſt. de qua, col. 3. vol. 1.* Henr. Boic. & Abb. *ſub nu. 43. in c. veritatis, de dolo & contum.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, & Syluester etiam *in ſua Summa, in ver. Excommunicatio, 1. 3. ſub §. 23. & 11.* 2 Com. opin.

Et † ſimiliter etiam confeſſio facta per ipſum confitentem excommunicato ipſi occulto, & tolerato valeret, & teneret, nec eſſet aliquo modo reiteranda, poſtquam confitens memoratus notitiam haberet de excommunicatione eiuſdem confeſſoris. vt firmat, & probat Armilla *in ſua Summa, ver. Abſolutio, nu. 31.* & Syluester in *Summa, in ver. Excommunicatio, 1. 3. ſub §. 23. & 11.* 3

Itidem † ipſe excommunicatus minime poſſet optare, ſecundum Æneam de Falconibus *in tract. reſeruationum Papalium, ac legatorum, in 4. principali q. in 5. effectu, nu. 3.* vbi hoc probat aliquibus rationibus, & reſpondet omnibus contrariis. 4

OPINIO CCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Boues, aratra, aliaque inſtrumenta ruralia an pro executione ſententiæ vel pignoratione capi. & ſi capiantur propria authoritate recuperari poſſint.*

2 *An pro debito fiſcali capi poſſint, & cum debitor non eſt ſoluendo, vel alia bona non habet.*

EXECVTIO † rei iudicatæ, nec pignoratio fieri poteſt ſuper bobus, aratris, cæteriſque inſtrumentis ruſticorum, *l. executores, C. quæ res pignor. dar. poſſ.* & not. And. de Iſer. & alii Doct. *in c. 1. §. agricultores, de conſuet. quæ cont. lib. eccl. coll. 9.* & Maranta *in tract. de iudicio, in 6. par. in 3. & vltimo actu prin. nu. 31. ſol. pas vo ſoba* Tamen in rei veritate, & ſecundum commun[illegible] verba [illegible] d. l. executores ille text. loquitur duntaxat de bobus 1

& inſtrumentis agrorum tributariorum, ne ſolutio tributi retardetur: nihilominus, ſecundum Bar. communiterque omnes Doct. *vbi ſupra*, idem eſſet dicendum, ſi mentionata prædia non eſſent tributaria: quia ſi ceſſaret ratio ſolutionis tributorum, militaret alia ratio, ſcilicet ne ſterilitas fructuum damno eſſet Reipublicæ, *arg. l. 1. §. de eo opere, ff. de aqua plu. arcen.* & ne ſegetes cœleſti prouiſione conceſſæ pereant, *l. 2. C. de fruct. & lit. expen.* Hoc idem videtur hodie ſtatutum in Regno Neapolit. vt habetur *in cap. 156. incip. conſtitutionis boues, &c.* exceptis duobus caſibus relatis *ibi per text.* & talia prohibita capi, ſi capiantur, poſſunt impune propria authoritate recuperari per partem, à manu executorum, ſecundum Iaſ. *conſil. 20. pro liberatione, vol. 3.* text. *in l. defenſionis, & l. prohibitum*, & *ibi* Gloſſ. *C. de iure fiſci.* Com. opin.

2 Sed interpretantur † iſta omnia non habere locum pro debito fiſcali, tunc enim ſi debitor non eſſet ſoluendo, vel non reperirentur alia bona pro executione facienda, poſſent iſto caſo capi boues, & alia inſtrumenta aratoria; & hoc videtur expreſſe ſancitum *in c. Regni, exordiente, Pridem contra inſolentiam in prin. dictorum capitulorum.*

Limitantur etiam antedicta, quando præmiſſæ beſtiæ aratoriæ, & alia prohibita capi pro executione ex forma iuris communis, & *cap. Regni*, capiuntur non loco pignoris, nec ſimplicis executionis, ſed vt vendantur, maxime ad baſtam, vel dentur in ſolutum, & pro executione ſententiæ, vel crediti, vt alia bona colantur, tunc enim hæc impune fieri potuerunt, ſecundum Ruinum *conſ. 150. ad dubiam, num. 9. vol. 1.*

Coarctantur etiam poſtremo iam poſita in ſubſidium, vbi non ſunt alia bona, id eſt, quando executores non inuenerunt alia bona ſufficientia pro facienda integra executione crediti, niſi feciſſent executionem in beſtiis aratoriis, & alio prohibitis: tunc enim præmiſſa prohibita pignorari, poſſunt capi pro executione crediti, non obſtante *l. communi*, & ſtatuto quolibet contrario, ſecundum Gloſſ. *in d. l. executores*, & *ibi* Doctor. Petr. Gerard. *in ſingul. 35. dictum eſt.* & Ripa *in tract. de peſte, rubr. de preſeruat. remed. nu. 241.* Specul. *in tit. de exec. 2. decreto, §. reſtat.* Andr. de Iſer. & omnes Scriben. Regnicolæ *in conſtit. ab officialibus, & in conſtit. quiſquis.*

Contrarium vero aſſeruerunt, & male Petrus de Bellapert. Cyn. & Salyc. *in d. l. executores.* & Neguſ. *in tract. de pignor. in 2. part. n. 48.* quæ omnia latiſſime cumulantur per Iulium Ferrett. *in tract. de gabellis & publicanis inſerto inter ſua conſilia, nu. 525. cum aliis ſeqq.* vbi ponit alias limitationes, & Ioan. Ant. de Nigris *in d. cap. pridem contra inſolentiam, nu. 1. cum aliis ſeqq.*

OPINIO CCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Filius, vel nepos pauper agens querela inofficioſi teſtamenti, vel petens bona paterna ſibi reſtitui, an alimenta, pendente lite, petere poſſit; eaque ei præſtanda ſint.*

2 *Vxori litiganti cum viro pro exactione dotis an interim à marito expenſa litis & alimenta ſubminiſtranda ſint.*

3 *Reus quibus caſibus teneatur ſubminiſtrare litis expenſas actori, remiſſiue.*

1 EXPENSAS † litis, & alimenta, ſeu victum petenti bona paterna ſibi reſtitui debere, agentique querela teſtamenti inofficioſi reus ſubminiſtrare debet; & ſic concurrentibus tribus requiſitis. videlicet actorem eſſe filium, vel nepotem, pauperemque, & primam ſententiam in eius fauorem reportaſſe aduerſus reum, ipſi actori ſumptus litis, & alimenta, mediante officio iudicis, prouideri debent, ſoluenda ac præſtanda tamen per dictum reum, ſecundum Gloſſ. Bartol. Alberic. Ang. Caſtren. & Fulgol. *in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo ff. de inoffic. teſtam. per textum ibi.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 9. num. 9.* & iſtorum opinio communis eſt, ſecundum Io. Cephalum cum aliis relatis per eum, *conſ. 127. nu. 10. & 12. vol. 1.* Sed nulla lata ſententia, concurrentibus tamen duobus aliis ſaltem requiſitis prædictis, prouidendum eſſe de litis ſumptibus, & alimentis, conſuluit doctiſſime Io. Cephalus *in d. conſ. 127. nu. 10.* vbi congerit alios eiuſdem ſententiæ, qui in aliis cutis in præſenti caſu mentionem fecerunt prouidiſſe de expenſis litis. Com. opin.

Item † vxori litiganti cum viro pro exactione dotis, quando mulier non habeat aliā dotem, maritus interim ſubminiſtrare tenetur expenſas litis vna cum alimentis, ſecundum Imol. Abb. Felin. & alios communiter, *in c. ex parte, ext. de accuſat.* Afflict. *deciſ. 10. & 152.* Soc. *conſ. 286. vol. 2.* Hoſtien. *in ſumma, titul. de accuſat. §. quis poſſit.* Specul. *in titul. de inquiſition. §. fin. verſ. quid ſi matrimonium.* Io. Lup. *in repet. c. per veſtras. §. 39. ampliatione 8.* Boer. *deciſion. 325. num. 2.* Alciat. *in d. præſumpt. 9. ſub num. 10.* & Cornelium Beniņcaſium *in tract. de paupertate, q. 7. ſecundo ſpeciali, nu. 4. & ſeq.* 2 Com. opin.

Alios † vero caſus, in quibus reus actori litiganti ſecum, teneatur litis expenſas ſimul cum victu ſuppeditare, ponunt Doctores *in d. c. ex parte.* & pleriquē cū relatis Doctoribus *in locis præcitatis.* & Boer. *deciſion. 303. num. 4.* & D. Cornelius Beniņcaſius *in d. tract. de paupertate, q. 7. 1. ſpeciali, num. 11. & ſecundo ſpeciali eiuſdem 7. q. nu. 4. cum aliis ſeqq.* & Cæſar Vrſillus *in add. Aff. in d. deciſ. 10. per totam.* 3

OPINIO CCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio quando in correctoriis locum habeat. Et ſtatutum puniens homicidam, an extendatur ad præcipientes homicidia.*

EXTENSIO † fit etiam in correctoriis, vbi tractatur de fauore publico; & ſic lex pœnalis, quæ reſtringi debet, vbi tractatur de publico fauore, extenditur, ſecundum Bart. *in l. quemadmodum, C. de agr. & cenſ. lib. 11. & in l. 2. §. exercitum, C. de his, qui notan. infam.* Bald. *in l. non ſine, C. de bonis quæ liber.* Caſtr. *in l. bona fides, ff. depoſit.* Roman. *conſ. 105. viſo themate propoſito ſub nu. 2. & ſequen.* Barbat. *conſ. 48. col. 1. vol. 2.* Felin. *in c. tranſlato, col. fin. de conſt.* Iaſ. *in l. qui ſe patris, nu. 56. C. vnde liber. in l. fratres, col. 3. C. de inoffic. teſtam. in l. ſi filiusfam. colum. penul. ff. ſi cer. petat. & in l. cum quidam, colum. penul. ff. de liber. & poſthum.* Corſet. *ſingul. in verb. Extenſio.* Dec. *conſ. 65. nu. 3. conſil. 72. col. 2. conſil. 358. col. 1. & conſil. 669. nu. 4. & in l. in teſtamentis, poſt princ. ff. de regul. iur.* Crauet. *in tract. de antiquit. tempor. in 4. part. nu. 96. & conſ. 291. nu. 8.* & Ruin. *conſil. 60. nu. 5. vol. 5.* & iſta eſt communis opinio, quod ſtatutum puniens homicidas verificetur, extendaturque in præcipientibus fieri homicidium, cum hoc tendat ad fauorem Reipublicæ. Et ſic ex his, quando tractatur de puniendis delictis, quo nempe caſu materia dicitur fauorabilis, & Reipublicæ expediens, *l. ita vulneratum, ff. ad legem Aquil.* extenſio fieri debet, ſecundum Doctor. præmemoratos, & Roman. *conſ. 105. viſo themate propoſito, ſub nu. 2. & ſequen.* 1 Com. opin.

Sed aduerte, quod opinio hæc communis procedere, obtinereque locum videtur, ſaltem in grauioribus delictis, vt firmat Hoſtien. *in cap. fin. de immun.*

ecclef.

Digitized by Google

eccleſ. non autem in leuibus, vt efficax teſtimonium eſt Abb. ibi, num 9. & in c. inter alia, nu. 23. eod. tit. de immun. eccleſ.

OPINIO CCLXX.

SVMMARIVM.

1 Extenſio in correctoriis non ſolum ex ſimili, ſed nec ex maioritate etiam rationis permittitur.

1 EXTENSIO † in correctoriis non ſolum à ſimili, ſed à maioritate rationis non eſt licita, ſecundum Gloſſam & Doctores in Authentic. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio. Iaſ. in l. fratres, colum. 3. C. de inoffic. teſtam. & in Auth. non licet, colum. 2. C. de liber. præter. Imol. conſil. 64. Aret. conſ. 29. colum. 2. Corneus conſ. 271. col. 4. volum. 4. Curt. iun. conſ. 6. colum. 6. & iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communem Iaſ. in l. de quibus, nu. 14. ff. de legib. & in d. Auth. quas actiones, nu. 21. Dec. in l. non debet cui, quod plus, nu. 4. ff. de regul. iuris. quicquid aliter voluerit idem Dec. præcipitanter, & ſibi contrarius, conſ. 338. colum. 5. *Com. opin.*

OPINIO CCLXXI.

SVMMARIVM.

1 Extenſio in odioſis & pœnalibus an & quando admittatur.

1 IN † odioſis, & in pœnalibus, vbi lex figit pedem, non debemus vltra procedere, quia odioſa reſtringi debent, vt in regul. odia, de reg. iur. in 6. & eſt optimus text. ad hoc, in l. ac ſi quis, §. Diuum autem Marcum, ff. de religioſis. vbi licet heres delinquat prohibendo teſtatorem funerari ab eo, quem teſtator elegerat, ſeu per quem funerari volebat, tamen non punitur; ratio: quia pœna in heredem ſtatuta non eſt, & Gloſſ. ibi ait, nota, quod illicitum non punitur, & illum text. dicit notabilem Bal. in l. 3. in prin. C. de epiſc. & cleric. vnde in pœnalibus, quia odioſa ſunt, non eſt licita extenſio, vt in reg. in pœnis, de reg. iur. in 6. & hoc not. Dec. & Cagnol. in l. factum ſuum, §. pœnalibus, col. 2. ff. de regul. iur. iſtamque opinionem ait eſſe communem Iaſ. in l. cum quidam, nu 10. & 24. ff. de lib. & poſth. & in l. fin. ff. de in ius voc. & late proſequitur Crau. in tract. de antiquit. tempor. in 4. par. nu. 87. & in conſ. 6. plus a videnda, ante nu. 11. & Rom. conſ. 450. in propoſita, n. 4. & ſeq. *Extenſio. Com. opin.*

Quæ quidem communis regula limitatur, non procedere, quando ratio eſt expreſſa in lege pœnali, quia tunc fit extenſio ad alios caſus, in quibus viget eadem ratio, ita tradit Dom. Gemin. in c. ſi ciuitas, §. 1. de ſent. excommun. in 6. Alex. in l. cum mulier, in 2. notab. per illum tex. ff. ſolut. matrim. Dec. in d. §. pœnalibus, limit. 7. Iaſ. in d. l. cum quidam, limit. 5. & in l. 1. ff. de in ius voc. col. 2. & Crauet. latius in d. tract. de antiquit. tempor. in par. 4. nu. 107. cum ſeq.

Interpretatur quoque iſta communis, non procedere in pœnalibus, in quibus fit extenſio de caſu ad caſum, cap. 1. § porro, quæ fuer. prima cauſa benef. amitten. vbi in materia priuationis feudi proceditur de ſimilibus ad ſimilia, & ibi Bal. col. 3. dicit illum textum meliorem, & quod in pœnalibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia, quem ſequitur Salyc. in l. 2. colum. 10. C. de noxalib. Alex. in Authen. non licet, C. de liber. præterit. Cyn. & Salyc. in l. fin. per gloſſ. ibi in verb. Voluerit, C. de reuocan. donation. Iaſ. in l. fin. ff. de in ius vocan. Barbatius conſ. 64. cum res iſta, colum. 7. vol. 1. Ruin. conſil. 159. de pluribus, num. 1. & 10. volum. 1. Dec. conſ. 555. licet in caſu, nu. 8. & conſ. 697. his ſtantibus, nu. 10. & Sylua nupt. lib. 6. nu. 49. Et iſtam opinionem, quod fiat extenſio de vno caſu ad alium, late probat Crauet. in loco præcitato, & dicit communem Gomeſ. in c. ſtatutum, nu. 39. de reſ. in 6. Iaſ. in d. l. fin. ff. de in ius vocan. & Ripa in tractat. de peſte, de tem. conſeruan. vber. nu. 50. & 54. & iſta communis probatur viua ratione. Nam vbicunque alias lex fieret cluſoria, tunc fit extenſio de caſu ad caſum, ita voluit Iaſ. in d. l. cum quidam, in fin. Dec. in d. §. in pœnalibus, in 3. limit. per gloſſ. in c. quanquam, de vſuris, in 6. vbi dum dicit, alias facile eſſet hanc conſtitutionem eludere, & ibi notat Domin. col. pen. idemque in effectu tradit Butr. in diſputation. ſua, incipien. Bononienſis, in fin. 3. dub. vbi, quod fit extenſio in materia pœnali, quando alias magna plaga legi inferretur, & ſic quando fieret cluſoria, ſequitur Socin. conſil. 240. col. 3. vol. 2. & Crau. in d. tract. in 4. par. n. 110. *Com. opin.*

Limitatur etiam præfata communis in quatuordecim aliis caſibus, quos ponit Gemin. in c. 2. de temp. ordin. in 6. Sed vltra iſtos vide ſex alios, quos refert Iaſ. in d. l. cum quidam, n. 24. cum aliis ſeqq.

OPINIO CCLXXII.

SVMMARIVM.

1 Exceptio oppoſita per poſſeſſorem hereditatis contra agentem petitione hereditatis, vel familiæ erciſcundæ iudicio, quod ſit indignus hereditate, vel quod defuncti vxorem ſtuprauerit, vel liberos occiderit, vel tacitam fidem incapaci accommodauerit, nihil operatur.

1 POSSIDENS † hereditatem, ſi contra agentem petitione hereditatis, vel familiæ herciſcundæ iudicio excipere, quod eſſet indignus hereditate, viputa quia defunctum teſtari prohibuerit, l. 2. C. ſi quis al. teſtam. prohibuerit notat per Bart. in l. fin. ff. eod. titul. & per Soc. conſ. 45. viſo proceſſu, vol. 3. vel quod defuncti vxorem, ſeu liberos occiderit, vel tacitam fidem de reſtituenda hereditate incapaci accommodauerit, vt ſæpe accidit his, qui inſtituuntur heredes ab habentibus filios ſpurios, vt per Bal. in l. ſi quis presbyter, C. de epiſ. & cleric. & Barbat. in c. cum in officiis, col. final. de teſtam. exceptio iſta non iuuabitur, ſecundum Gloſſ. in l. his conquerenter, §. 1. ff. famil. erciſc. l. loci, §. competit, ff. ſi ſeruit. & opinio hæc communiter approbatur, vt per Corn. conſ. 150. circa præſentem, lib. 2. Doctor. varius locis iuris noſtri; & ſic exceptio oppoſita per poſſidentem hereditatem contra agentem petitione hereditatis, vel familiæ erciſcundæ iudicio, quod eſt indignus heres ipſe hereditate, vel quod defuncti vxorem ſtuprauerit vel liberos occiderit, vel tacitam fidem incapaci accommodauerit, nihil operatur. *Extenſio. Com. opin.*

OPINIO CCLXXIII.

SVMMARIA.

1 Falſitas, quæ nemini nocet, an pœna ordinaria falſi puniri poſſit.
2 Falſum committens, & accuſatus de eo, an ſub cautione relaxari debeat.
3 Falſitas commiſſa per teſtem quomodo punienda ſit. Et quibus caſibus Notarius non puniatur de falſo. n. 4. 5. 6. 7.
8 Notarius licet ſuum inſtrumentum non compleuerit, de falſo tenetur.
9 Teſtis non dicitur ob ruſticitatem falſum deponens, non punitur pœna falſi.
10 Circa probationem falſitatis etiam inhabiles teſtes admittuntur, an idem ſit in blaſphemia. n. 11.
12 Sed teſtes rei non admittuntur.
13 Petens reiterari eſt audiendus, eiuſque ratio. n. 14. & 15.
16 Teſtes repulſi indicium faciunt ad torturam.
17 An Notarius alterius Notarii defuncti ſchedis, vel protocollamentum, vel aliud quodcunque inſtrumentum ſumere poſſit ſine authoritate iudicis,

& ci-

& citatione partis aduerſæ. & num. 18. & 22. Et quid ſi teſtamentum reaſſumptum non reperiatur in protocollo Notarij defuncti. n. 19.

20 *Appellatione contractus non veniunt inſtrumenta.*

21 *Teſtamenta an per Notarios ſint ſcribenda in protocollis.*

1 FALSITAS, † quæ nemini eſt nocibilis, non poteſt de iure communi puniri pœna falſi ordinaria, ſiue per teſtes, ſiue Notarium, vel alium ſit commiſſa, ſecundum Bartol. *in l. ſi quis legatum, ff. ad l. Cornel. de fal.* & iſta eſt communis opinio omnium Dd. vt atteſtatur Alex. *conſ. 143. Viſis, vol. 6.* & Soc. *conſ. 103. in facto, & 104. poſt reditum, vol. 1.* & Cotta *in memorab. in verbo, Mendax, col. 3 ver. Sed quid de teſte mutulo, qui non expreſſit producente.* quamuis Sal. *in l. 1. C. de ſepul. viol.* & ma'e, imo abſq; nulla concludenti ratione videatur aſſerere contrarium, vbi tenet, quod ſi quis in libro ſuo falſo reſcripſiſſet Titium eſſe ſuum debitorem, ſeu tabellio in ſui fauorem falſum inſtrumentum confeciſſet, puniri debent pœna falſi.

Cōis opin.

2 Sed aduerte vtiliter, & perpetuo, † quod accuſatur, ſeu inquiſitus de crimine falſi debet ſub cautione habilitari, ac relaxari, ſecundum Ioan. Anton. de Nigris, cum magna caterua Dd *in c. Regni, vt quæ ab excellentia, 31. nu. 20. fol. 88.* vbi tuetur iſtam opinionem, limitat, & ait communem.

Cōis opin.

3 Item † vbicunque teſtis deponeret falſum, ſed eius teſtimonium non valeret, vtputa quia deponeret non iuratus, vel iuraret non præſentibus partibus; tunc puniendus non veniret pœna falſi ordinaria, ſed extraordinaria, crimine ſtellionatus, ſeu pœna pecuniaria, iudicis arbitrio, ſecundum Alb. de Roſ. *in 2 par. ſtatut. quæſt. 141.* & Gund. *in tract. maleſ. in titul. de falſ.* vbi ſcribit, iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam Cotta *in d. memorab. in ver. Mendax, poſt princ. ver. Sed an prædicta.* vbi ponit alterum ſimile congruum exemplum.

Cōis opin.

4 Et † hinc idem concludendum eſt in Notario, falſum conficiente inſtrumentum aliàs nullum, & inualidum, vt firmauere Gloſſ. *in c. nemo arbitretur, 22. quæſt. 2.* Cyn. *in l. 1. C. de ſepul. viol.* Ioan. Andr. *in reg. non eſt ſine culpa in mercurialibus, ext. de reg. iur. in 6.* & Bal. *in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrum. & in l. data opera, C. qui accuſ. & in l. presbyteri, C. de epiſc. & cler.* Bart. *in l. ſi quis legatum, n. 2. ff. de falſ.* Soc. *conſ. ... col. 1. vol. 1.* Bal. *in l. vbi pactum, n. 26. C. de tranſact.* Vantius *in tract. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus de nullitate dici poſſit, num. 62. & 64.* & Rubeus *conſ. 15 n. 6.*

5 Secundo † Notarius committens falſum non doloſe, non eſt puniendus, ſed abſoluendus, vt per Bal. *conſ. 214 dubitata, vol. 3.* quem refert Marſil. *conſ. crim. 19 poſt nu. 30. in princ. lib. 1.*

6 Tertio † Notarius ipſe, ſi commiſit falſum, vt honorem patris tueretur, mitius debet puniri, quia magis affectione paterna, quam dolo ductus præſumitur, ita Paul. Caſtren. *conſ. 37. præmittendum, num. 5. vol. 1.* quem refert And. Gail *in lib. 2. de pace publica, nu. 20. cap. 10.*

7 Quarto † idem Notarius excuſatur etiam propter conſuetudinem à pœna falſi, vt per Roman. *ſing. 984.* Tiraquel. *in tract. de pœnis temperand. cauſ. 42 num. 11.* Bal. *ad c. 1. num. 1. tit. de feud. cognit.* & ibi Barbat. *in addit.* vbi ex authoritate per ipſum adducta, quod in abſentia Epiſcopi habens ſigillum eius, ſigillet nomine Epiſcopi, &c. *per c. cum dilectus, de fide inſtrumentorum.*

8 Sed redeundo in præſentiarum ad omnimodam, perfectamque explanationem eorum, quæ ſtabilita ſunt ſupra *nu. 4.* animaduertendum eſt, † quod Notarius falſum conficiens inſtrumentum, licet non compleuerit, falſi pœna ſimiliter teneatur, ita Lucas de Penn. *ad l. 1. C. vt nemo ad ſuum patron. nu. 8. lib. 11.* ex quo limitatur Capycius *deciſ. 116.* vt refert Vrſillus *in additionib. ad Afflictum, deciſ. 21. num. 3.*

Quinto adde etiam, † quod teſtis, ſi non dolo, ſed propter groſſitiem falſum deponat, non debeat puniri pœna falſi, ſecundum Ang. *in Auth. de teſtib. in §. & licet, col. vltima, verſ. nota quod quando.* quem refert Marſil. *conſ. 4. num. 29. lib. 1.* 9

Aduertendum eſt etiam † circa materiam falſitatis, quod cum falſitas ſit de criminibus, quæ occulte committuntur, ſitque difficilis probationis, vt per Marſil. *conſ. 27. nu. 8.* ideo admittantur teſtes inhabiles, vt per Crauettam *conſ. 56. num. 10. lib. 1.* Ferrant. Gargiareum *conſ. 126. num. 23. inter conſilia criminalia diuerſorum, vol. 1.* & Io. Pet. Surdum cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 132. contra fratres, num. 9.* Cephal. *conſ. 632. illuſtris, & multum reuerendus, numer. 4. & ſequent. vol. 5.* 10

Teſtes inhabiles † admittuntur quoque in crimine blaſphemiæ, ita Marcus Antonius Blancus *in practic. criminal. in titul. ſeu rubric. incipien. poſtquam vidimus quæ iudicia ſunt ciuilia, & quæ ſunt criminalia, operæ pretium eſſe duxi, numero decimo octauo, & ſequent.* vbi hoc limitat, vt † non admittatur inimicus teſtis in eiuſmodi caſu, prout ita firmat quoque Paris de Puteo *in tractatu de ſyndicatu, in verbo, an poteſtas qui miſit ad ſupplicium, in cauſa capitali delatum, ſub numero decimo tertio.* Follerius *in practica criminali, in ver. concedatur repulſa, numero quarto, in ſecunda parte 2 partis.* & Io. Vincent. de Anna cum aliis aggregatis per eum *in ſing. 67. blaſphemantes, quod repulſa teſtium non detur blaſphemanti Deum, niſi ex capite inimicitiæ.* In contrariam vero partem inclinauit religioſe Iulius Clarus contra Paridem, & ſequaces, *in practica criminali, in §. blaſphemia, numero quarto,* vbi profert quoque magnum verbum, non obſeruari in Hiſpania opinionem Paridis, ſed admitti inquiſitum de blaſphemia ex quocunque capite repulſæ ad probandum iura ſua, ſuamque innocentiam, atque defectus, & infamias teſtium, & ita quoque refert Boer. *deciſ. 301. ſub nu. 11.* obſeruari in ſupremis curiis Franciæ, & ſic ego ſemper obſeruaui in iudicando, atque patrocinando per quadraginta annos continuos, quibus verſor in hac legali ſcientia, imo hiſce oculis vidi quaſi omnes imputatos, accuſatos, ac inquiſitos de blaſphemia, abſolutos mediante repulſa teſtium, ex capite, & capitibus infamiæ iuris, vel canonicæ, vel facti reiectorum, imo vidi etiam quamplurimos teſtes in variis cauſis examinatos ſuper blaſphemiis, falſos repertos, & de falſo damnatos. 11 12

Et nihil mirum, quia ſi † petitur repulſa per inquiſitum debet ei neceſſario concedi, & potiſſimum iure ſuadente, vt per And. de Iſer. *in conſtit. regni, ſi dominus.* Bal. *in l. milites, C. de quæſt.* & Paridem de Puteo *in tract. de ſyndicatu, in verbo, tortura, & in verbo, & an ſi quis, col. 3.* 13

Et ratio ea eſt, quia † repulſa reſpicit defenſionem cauſæ, ſecundum Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verbo & figura iudicii, nu. 15.* quem ſequitur Afflict. *deciſion. 331. numer. 9. & 9.* refert Carauita *ritu 93. poſt nu. 7. in 6. limitat.* & ſic repulſa concernit defenſionem, quæ eſt de iure naturæ, ſecundum Afflictum *eo in loco.* 14

Vnde † conceſſa repulſa reo inquiſito, vt de iure concedenda eſt, teſtes tunc repulſati non inducunt plenam probationem, quia non dicitur plena probatio, quæ fit per teſtes ipſos reprobatos, ita 15

Paris

Paris de Puteo *in d. ver. & an ſi quis, nu. 18. cum ſeq.* & Bal. *in l. cum probatio, & in l. matris, C. de probat. & in l. mariem, ff. de quaſt.*

16 Imo teſtes † ipſi repulſati non faciunt indicium ad torturam, *§. ſi vero dicatur, in princ. in Auth. de teſtib.* Franc. Aret. *in c. ex parte A. nu. 27. extr. de teſtib. & in c. teſtimonium, col. 6. verſ. tu autem, eod. tit.* Dec. *conſ. 133. viſo proceſſu, col. 3. nu. 4.* & firmauimus plenioti cornu etiam infra cum aliis aggregatis ibi *in opinione 925. Teſtium criminoſorum repulſa, ſub nu. 7.*

17 Sed † continuando materiam falſitatis, eiuſque interpretationem, cum fuerim præſenti menſe Maii 1599. conſultus: An teſtamentum reaſſumptum per Notarium, Dominicum Eligium de Corbario Andreanæ Mariani de Burgo Collisfecati, de ſchedis, notis, & faſciculis quondam Notarii Antonii Mariæ Blaſitti, ei traditis à Petro Sancte Canale, nepote ipſius Notarii, & conſeruatore dictarum ſcripturarum, arguat aliquam falſitatis ſuſpicionem, vel potius pœnam pariat; reſpondeo breuiter in præſenti reaſſumptione facta, nullum admodum potuiſſe, nec poſſe conſiderari delictum, ſed potuiſſe, iure ſuadente, iubente, ac fulminante, facere huiuſmodi reaſſumptionem; & moueor primo ea ratione: nam de iure communi, ad partis inſtantiam iudex committere conſueuit alteri Notario reaſſumptionem inſtrumenti Notarii mortui, & ſic Notario mortuo, ſcripturæ eius committuntur alteri Notario iudicis authoritate, vt *in c. cum P. Tabellio, de fide inſtrumen.* & *ibi* Felin. & alii vniuerſaliter omnes, *& in c. fin. eod. tit.* vbi Abb. Specul. *in tit. de inſtrumen. edit. § oſtenſo qualiter.* Io. de Graſſis *in tract. de ſubſtantialibus procuratorii, in ver. & notam ſcripſi, nu. 2.* & Ant. de Matthæis *in tract. ed tione, de libris rationum, inſtrumentis, actis iudiciariis, & eorum fide, nu. 59.* vbi hoc tradit pro regula. Sed nos ſumus in Regno, vbi Notarii in priuilegiis habent facultatem ſpecialem reaſſumendi omnes, & quaſcunque ſcripturas, & teſtamenta Notariorum mortuorum abſque partis citatione, & iudicis decreto, prout ita quoque eſt conſuetudo in Regno ipſo, atteſtante Ant. de Alexandris, *in Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* & Ant. de Matthæis *in loco præcitato, ſub nu. 60.* quæ conſuetudo reaſſumendi ſcripturas omnes, & teſtamenta à protocollis, faſciculis, & ſchedis Notariorum mortuorum abſque partis citatione, & iudicis decreto, eſt in viridi, perſeuerantî, & quotidiana obſeruantia hodie in toto regno, & potiſſimum in Collegio Notariorum Aquilano, vetuſtiſſimo, ornatiſſimo, ac floridiſſimo.

18 Secundo † adducor ad hoc ſuadendum, alia non vulgari ratione; nam cum inſtrumentum reaſſumptum nihil differt ab originali ſcheda, illud abſque vlla difficultate probat, illo enim caſu non exemplum, ſed potius originale nouum dicitur, ita Specul. *in §. reſtat, verſ. pen. de fide inſtrumentorum.* & D. Vincent. de Franchis *deciſ. 361. nu. 10. in 2. par.* vbi planum quoque facit ſtylum Notariorum in regno circa ſtipulationem, & confectionem inſtrumentorum.

19 Tertio, dum obiicitur, † teſtamentum, de quo agitur, non repertum fuiſſe in protocollo, ſeu protocollis prædicti Notarii Antonii Mariæ, *iuxta formam regiæ pragmaticæ incheantis, Singuli ex dictis Notariis, & pragmaticæ ſequentis.* reſpondetur, tales pragmaticas non obſtare vllo modo reaſſumptioni factæ de teſtamento prædicto; nam allegatæ pragmaticæ loquuntur, & diſponunt de inſtrumentis, & contractibus, non autem de teſtamentis. vnde ſequitur, quod

20 appellatione contractus † non contineatur teſtamentum, textus eſt expreſſus *in l. verba contraxerunt, ff. de ver. ſignif.* vbi Bar. & Maxilla *in conſuetudinibus ciuitatis Bari, in conſuetud. mulieris nulli, qualiter mulieribus alienare permiſſum ſit, nu. 43.* in tantum quod † teſta- 21
menta per Notarios non ſint ſcribenda in eorum protocollis, ex diſpoſitione prælibatarum pragmaticarum. imo impoſſibile quodammodo foret, teſtamenta in protocollis regiſtrari. & ratio eſt euidens. nam teſtamentum in ſcriptis, quod clauſum, ſigillatumque eſt tot ſigillis, quomodo poſſet ita geſtum regiſtrari? neſcio alium aſſignare modum, niſi illum, quem adinuenit conſuetudo, vti altera lex, vt teſtamenta per Notarios ponantur, & conſeruentur in faſciculis ſolitis, ſcripta potiſſimum manu eorundem, & eo modo, & forma, qua fuerunt ſcripta, & ſolemniter publicata.

Poſtremo, vt attingam centrum præſentis ſpecu-
lationis, concludendum eſt, † quod ipſe Notarius 22
Dominicus potuerit reaſſumere teſtamentum, de quo agitur, ex ſchedis prædicti Notarii mortui, ex clara diſpoſitione *capituli regni antepenultimi, incipientis, Carolus illuſtris Regis primogenitus,* ibi: *Nos autem cupientes, quod negotiorum veritatis eſſentia pateat, & fides probationis publica non decreſcat, fidelitati veſtra tenore præſentium committimus, & mandamus, &c. vos ſi de manu dicti Notarii iam mortui, de contractu prædicto ſchedam, ſeu notam fuiſſe conſcriptam vobis conſtiterit, præter alios iudices, atque Notarios aſſumptos per vos, &c. præfatus iudice, Notario publico, & teſtibus aliis, qui ſe dicto contractui interfuiſſe non aſſerant, ſed in ſcriptis memorent, & præmortui Notarii ſchedam ipſam, ſeu notam inueniſſe dicant, inſtrumentum publicum cum opportunis teſtibus ſecundum formam conſtitutionis regni, ſine alterius dilationis, & contractionis anfractu, refici faciat, eidem ſupplicanti, ſeu eius procuratori, vel nuntio poſtea aſſignandum, vt fides publica teſtificantium morte non deſinat, & veritatis eſſentia ſub latibulo poſita præſidio reparante probationis exſurgat.* taliter quod hoc ius abſque diſcrimine aliquo obſeruetur per Notarios in regno, vt per Apoſtillam *eo in loco,* & per Io. Ant. de Nigris, ita vt ex allegatis eodem menſe Maii abſolutus fuerit prædictus Notarius Dominicus Eligius, à moleſtia ſibi illata, & à querela contra eum propoſita, mediante præſertim meo patrocinio.

OPINIO CCLXXIV.

SVMMARIA.

1 *Fama publica regulariter facit ſemiplenam probationem, non autem plenam.*

2 *Plene tamen probat in factis antiquis, quorum non extat principii memoria. & n. 3.*

4 *Fama in antiquis, cuius initii memoria non extat, probat dominium antiquiſſimum.*

FAMA † publica regulariter ſemiplenam facit 1
probationem, non autem plenam, *l. 3. §. eiuſdem quoque.* iuncta Gloſſ. *ff. de teſtib. c. 1.* vbi Gloſſ. *de appellat. c. illud, de præſumpt. & c. ex literis, de iureiuran.* quæ quidem concluſio in iſtis iuribus expreſſe probatur, eamque ſequuntur communiter Doct. omnes *in d. §.* *Com.*
eiuſdem, & in c. veniens, el 1. extra de teſtib. Bart. *in l. de mi-* *opin.*
nore, §. tormenta, de quæſtion. Dec. *conſ. 146. colum. 2.* Socin. *conſ. 22. num. 7. vol. 1.* Felin. *in c. ex tenore, num. 6. extr. de reſcript.* & Caſſa[dorus] *deciſ. 2. num. 1. in titul. de probation.* & de iſta communi atteſtantur Dec. *in c. dilecti, num. 36. cum aliis ſequen. de appellat.* Fulgoſ. *conſ. 145. quoniam plurima.* & Alex. *conſ. 18. viſo proceſſu, column. 2. volum. 1.*

Sed interpretatur iſta communis, † non proce- 2

dere in factis antiquis, quorum non extat principii memoria, tunc publica fama ipſa habetur pro plena ſcientia & veritate. Vnde teſtis poteſt deponere, ſcio Chriſtum crucifixum, & Conſtantinum Imperatorem fuiſſe: quia nouit indubitanter, quamuis non viderit, ita Inn. *in c. fin. ext. de arram, col.*

3 Et † quod iſta fama in antiquis pleno probet, eſt communis opinio, teſte Crauet. *in tractat. de antiquitate temporum, in 1. part. nu. 302.* Iaſ. *in l. prætor ait, §. prætor, num. 15. ff. de edendo.* Dec. *in l. ex his, col. 3. C. de teſtam. milit.* Curt. iun. *conſ. 17.* Marſil. *in l. de minore, §. plurimum, num. 60. & ſeq. ff. de quæſtion. & in rub. de probation. nu. 194. & ſingul. 305.*

Com. opin.

Declaratur etiam præcedens communis opinio, 4 quod † ſola fama publica in antiquis, cuius initii memoria non extat, probet dominium antiquiſſimum, videlicet, quod iſta domus fuerit Dantis Poetæ Florentini, & Vergilii in Mantua, ſecundum Gl. & Angel. *in l. at qui natura, §. cum me abſente, ff. de negot. geſtis.* Bald. Angel. & Paul. de Caſt. *in l. proprietatis, C. de probation.* Bal. *in c. vaſall. ſi de feudo fuer. controuer. & in l. conuenticulam, C. de epiſc. & cler.* Alex. *conſ. 4. col. 3. vol. 2. & in l. rem quæ nobis, col. 7. ff. de acquiren. poſſ.* vbi ait, iſtam eſſe communem opinionem, Socin. quoque, & Dec. *in c. cauſam, de probation. in 2. notab.* idem Dec. *conſil. 32. colum. 2. & 428. & in c. 1. colum. 4. de appellation.* ſequitur etiam iſtam communem Aret. *conſil. 15. colum. 14.* Calc. *conſ. 11. colum. 5.* Iaſ. *in l. cum aliquis, colum. final. C. de iure deliberan.* & Caſſadorus *deciſion. 2. in titul. de probatione.*

Com. opin.

Contrariam vero ſententiam tenuit Corn. *conſ. 304. col. 2. lib 3.* quod ſola fama in antiquis non plene probet, niſi alia adminicula concurrant; iſtas tamen opiniones conatur ad optimam conſonantiam reducere diſtinguendo Ripa *in dict. leg. rem quæ nobis, coram. pennlt.* quæ videtur veriſſima, & ſemper mihi placuit.

OPINIO CCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Famulus per valetudinem impeditus operas præſtare, an ſalarium pro eo tempore petere poſſit.*

1 FAMVLVS † ſeruiens pro mercede, valetudine impeditus, operas promiſſas præſtare, ſalarium pro eo tempore, & ſic durante infirmitate habere non debet, ſecundum Gloſſ. & Bart. *in l. operæ, ff. de vſufruct. leg.* & Bar. *in l. ſi vno, §. item cum quidam, ff. locat.* Bartol. *in l. libertis, C. de oper. lib.* Anton. de Butr. Ancharan. & Imol. *in c. propter ſterilitatem, ext. locat.* & Paul. Caſtren. *in d. §. item cum quidam.* vbi dicit, quod merces dicitur eſſe pretium operæ, merito ſi opera non præſtatur, merces non debetur, quæ eſt correlatiua, *arg. l. ſi ſumma fides, ff. de act. empt.* Et ob hoc concludit Bald. *in d. l. libertis.* quod non laboranti ſalarium non debeatur, & Alex. inquit *in d. §. item cum quidam, in addit. ad Bart.* quod promiſſio ſalarii illam tacitam conditionem habet, *ſi operas præſtabit.*

Sed opinio iſtorum videlicet, quod famulus proportionabiliter pro rata temporis operarum præſtitarum per eum debeat conſequi ſalarium, videtur nimis periculoſa, cum pro vtraque parte allegentur vrgentiſſima fundamenta, vt vix veritas dignoſci poſſit, vt refert Iaſ. *in l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor.* & Barbat. *in d. c. propter ſterilitatem, nu. 25.* vbi per multa iura inclinat in hanc partem contrariam, quod pro tempore infirmitatis famulo ſalarium debeatur, & in huiuſmodi ſententiam inclinarunt quoque originaliter Gloſſ. *in d. §. item cum quidam, & in l. arboribus, §. illi, ff. de vſufruct.* Innoc. *in d. c. propter ſterilitatem.* Ioan. And. & Hoſtien. *in Summa de locat. §. quis deliberat, verſic. Quid autem.* & Azo *in ſumma, C. de locat.* Gloſſ. & Port. *in §. apem, nu. 11. Inſtit. de rer. diuiſion.* & Apoſtillator *in c. vnico, de cler. non reſid. in 6. in apoſtilla exordiente, Notat hic D. Philippus.*

Tamen prima opinio Gloſſ. Bar. & ſequacium eſt communis, ſecundum Abb. *in c. 1. de cleric. ægrot. nu. 6.* & Curt. ſen. *in d. l. diem functo.* ait quoque, quod de rigore iuris, communis opinio eſt, quod infirmus famulus non debeat habere ſalarium deperditi temporis, licet de æquitate ſalarium conſequatur pro tempore, quo operas præſtitit, quamquam ipſe de hac communi opinione dubitet, per text. *in l. cum heres, §. Stychus, ff. de ſtat. lib.* vbi quos curamus nobis ſeruire dicuntur. At ego non recedo ob talem ſuaſionem, & alias quamplures, quæ fruſtra in medium adduci poſſent à communi præmiſſa, quam in practica millies obſeruari vidi, & eſt verior de iure, teſte Ioan. de Imol. *in d. c. propter ſterilitatem.* cum ei inhæreat etiam Cagnolus *in d. l. diem functo, nu. 215.* & Bolognetus *nu. 72.*

Com. opin.

OPINIO CCLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Fœmina an ſuccedat in feudo.*

2 *Fœminæ ſuccedunt ſimul cum maſculis in feudo, ſi feudum ſit conceſſum pro maſculis cum fœminis, vel pro heredibus vtriuſque ſexus. n. 3. Item ſi feudum ea conditione conceſſum ſit. n. 4.*

5 *Fœmina an ſuccedat in feudo empto.*

6 *Feudum ex re patris acquiſitum & non gratis conceſſum poteſt pater, licet receperit pro ſe & filiis, vni filiorum aſſignare.*

7 *Fœmina in quibus caſibus feudi incapax non ſit, remiſſiue.*

FOEMINA † regulariter in feudo aliter non ſuccedit, & ſic ipſius feudi incapax eſt, ſecundum Hoſtien. *in Summa, de feudo, §. in quibus caſibus.* Bar. *conſ. 60. in prin.* Calder. *conſ. 4. ſub tit. de feud.* Card. *conſ. 64. in prin.* Fulg. *conſ. 109. col. 2.* Alex. *conſ. 29. n. 5. vol. 1. & conſ. 9. in princip. vol. 5.* And. de Iſer. *in c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud.* Bar. *in l. liberti libertaque, col. 6. C. de oper. liber. & conſil. 276. col. 1. vol. 2.* Anch. *conſ. 274. col. 1.* Cum. *conſ. 138. nu. 8.* Corn. *conſ. 16. n. 4. & conſ. 239. nu. 2. vol. 1.* Curt. ſen. *conſ. 49. n. 1. & conſ. ſeq. nu. 5.* Ruin. *conſ. 18. nu. 1. vol. 1.* Curt. iun. *conſ. 21. n. 7.* Soc. iun. *conſ. 65. n. 2. & conſ. 76. n. 9. vol. 1.* Iaſ. *in l. de quibus, n. 64. ff. de legib. & in prælud. feud. 111.* Lamber. *in tract. de iure patron. in 1. par. 2. lib. art. 27. q. princ. num. 72.* Nattam *conſ. 460. perlectis mature & diligenter ſcripturis, nu. 1. vol. 2.* vbi hoc amplìat, Dec. *conſ. 139. & conſ. 193. ſub n. 5. & conſ. 208. n. 3. & in l. fœminæ, ſub nu. 64. ff. de reg. iur.* Gozad. *conſil. 8. num. 8. conſ. 26. num. 32. & conſ. 50. ſub num. 13.* Bertran. *conſ. 276. nu. 1. volum. 1.* Pariſ. *conſ. 23. nu. 49. vol. 1. & conſil. 72. num. 75. vol. 4.* & Clarum *in tract. de feudo, libr. 2. §. feudum, quæſtion. 73.* vbi vocat iſtam eſſe communem opinionem, & regulam; & reprobat communem rationem, quæ allegatur pro corroboratione dictæ ſententiæ communis, & ſequitur etiam Rolan. à Valle *conſ. 82. n. 8. & ſeq. vol. 2.* vbi hoc ampliat procedere tam in feudo paterno, quam materno, & hereditario.

Com. opin.

Quæ † quidem communis limitatur primo, ſi feudum conceſſum eſſet pro maſculis cum fœminis, tunc profecto ad ſucceſſionem ipſius feudi fœminæ quoque cum maſculis ſuccedunt, vt voluerunt Bal. *in l. fin. C. de fur. & legit.* Cremen. *ſingul. 70.* Dec. *d. conſ. 200. num. 3. & in l. diſcretis, num. 30. Cod. qui teſtam. facere poſſ.* & Clarus *in d. q. 73. verſic. Et in hoc propoſito.* vbi refert conſuluiſſe in præſenti caſu, quod maſculi, & 2 fœmi-

fœminæ ſuccedant ſimul & ſemel, & eſt veriſſimum.

3 Secundo † limitatur, vt non procedat, ſi feudum acceptum eſſet pro heredibus vtriuſque ſexus: eo enim caſu fœmina pariter cum maſculo ſuccederet, ſecundum Dec. *d. conſ. 208. colum. 4. & in d. l. diſcretis, nu. 29 & ſeq.* Gozad. *conſil. 56. nu. 22.* Rub. *conſ. 100. nu. 8.* Ruin. *conſil. 16. nu. 6. & ſeq. vol. 1.* licet diſcrepet Alex. *d. conſ. 9. nu. 4.*

4 Tertio limitatur, † vbi feudum fœmineum eſſet debendum fœminæ, vel vbi ſpecialiter conueniret, vt ad fœminas tranſiret, ſecundum Aluarot. *in c. 1. §. & quia, nu. 8. qui feud. dar. poſſ.* Fran. Aret. *in l. Gallus, §. nunc de lege, nu. 53. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſil. 316. colum. 5.* Nattam *conſ. 467. viſa inueſtitura facta per illuſtriſſ. nu. 11 vol. 2.* Campeg. *in tract. ſtatutor. de dot. loquen. quæſt. 40. poſt medium.* & Ripam *in 1. reſpon. nu. 70. lib. 1.* vbi vocat iſtam eſſe communem opinionem. Quæ quidem communis interpretatur, ac declaratur vtiliter, vt procedat, dummodo maſculi non extent, & ita intelligit text. *in c. 1. de feud. fœmin.* Cardin. *in d. conſ. 64. col. 1.* Afflict. *in c. 1. ſub nu. 18. de natur. ſucceſſ. feud.* & Ferrarien. *in ſua pract. Papien. in for. libelli ad reuocat. feud. in verb. nec ſuperſtitibus, nu. 3.* & Curt. iun. *conſ. 182. n. 2.* qui aſſerit iſtum intellectum eſſe communiter receptum.

Cōis opin.

Cōis opin.

5 Quarto fallit, † vbicunque feudum pretio acquiſitum fuit, tunc enim magis conſideratur natura contractus, quam feudi: & ſic hoc caſu, licet fœmina incapax ſit feudi, nihilominus in eo ſuccedit, ſecundum Odofred. *in Summa ſua, ſub rubr. qui in feud. ſucc. poſſ.* quem refert, ſequiturque Bal. *in c. 1. §. & quia vidimus, col. fin. qui feud. dar. poſſ.* Roman. *conſ. 367. ſub nu. 12.* & Alex. *in l. vtrum turpem, ff. de verb. oblig.* Gozad. *conſ. 9. num. 55* Campeg. *in tractat. ſtatutor. de dot. loquen. q. 42.* Frater Ang. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica. in ver. Feudum, ſub nu. 7.* Dec. *conſ. 390. nu 7.* Ruin. *conſ. 18. n. 18. vol. 2.* Ripa *in 1. reſpon. num. 76. vol. 1.* & Ant. Rubeus *in d. conſil. 100. nu. 3.*

6 Et ſimiliter dicit Bal. *in l. 1. in fin. C. per quas perſonas nob. acquir.* quod † vbi feudum non fuit gratis conceſſum, ſed quæſitum fuit ex re patris, poteſt pater, qui illud recepit pro ſe & filiis, vni filiorum aſſignare: quia hoc feudum non competit filiis ex beneficio domini concedentis, ſed ex patris acquirenti beneficio, quod reuocare poteſt.

7 Alios vero caſus, † & quidem vtiles, in quibus fœmina ipſa ſuccedere valeat in feudo, & ipſius capax ſit, ponit Roman. *in d. conſ. 367. nu. 12.* Clarus *in d. quæſt. 73. per totam.* & Frater Ang. *in d. Summa Angelica, in ver. Feudum, nu. 7.*

OPINIO CCLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Fœmina ſemel excluſa à feudo exiſtentibus maſculis an cenſeatur perpetuo excluſa.*
2 *Fœmina ſuccedit in feudo, cum maſculus eam excludens ſtatim poſt mortem patris moritur.*
3 *Fœmina in Regno Neapol. mortuo maſculo, ſuccedit in feudo.*

1 FOEMINA † ſemel excluſa à feudo exiſtentibus maſculis, perpetuo excluſa cenſetur, quod equidem nullam habet dubitationem. Cæterum fœmina ex rigoroſa conſuetudine feudorum, etiam mortuis maſculis, & eis non exiſtentibus, qui eam excluderent, adhuc ſemper, & perpetuo eſt incapax feudi, & admitti non poteſt, ſecundum Calder. *conſ. 4. in tit. de feud.* Cuman. *conſ. 100. nu. 4.* Angel. Aret. *in tract. de teſtam.* Gloſſ. 87. Alex. *conſil 29. num. 7. vol. 1.* Afflict. *in c. 1. nu. 113. de natur. ſucceſſ. feud.* Dec. *conſil. 390. nu. 4.* Rub. *conſ. 57. nu. 2.* & Clarum *in tractat. feud. lib. 2. §. feudum, q. 80. verſic. Sed quæro quid è conuerſo.* & Pariſ. *conſ. 22. nu. 15. & conſil. ſeq. nu. 50. vol. 1. & conſ. 16. nu 5. & 9. volum. 4. cum aliis relatis per eum,* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, quæ non parum hæſitationis habet: nam nonnulli Doct. concludunt contrarium, quod imo temporaliter, donec maſculus viuit, ipſa fœmina cenſeatur excluſa, quod videtur humanius, ſecundum Fulgoſ. *conſ. 8. & conſ. 12.* Socin. iun. *conſil. 76. nu. 3. & ſeq. vol. 1.* Roman. *conſ. 33.* & Io Bapt. Ferret. *conſil. 108. vol. 1.* Sed aduerte, quod non foret tutum recedere à dicta communi in actu practico, quæ tutior apparet.

Cōis opin.

Sed hoc non † procedit, vbicunque maſculus iſte excludens ſtatim poſt mortem patris moreretur, tunc quippe fœmina veniret admittenda, ſecundum Gloſſ. Iacob. de Beluiſ. Bal. & Aluarot. *in c. 1. § quin etiam, in titul. Epiſc. vel Abb.* Bal. *in l. vnica, §. in nouiſſimo, C. de caduc. tollen.* & Andr. de Iſer. *in d. c. 1. nu. 9. de natur. ſucceſſ. feud.* Et quamuis idem Andr. de Iſer. & Afflict. *in d. § quin etiam,* aſſerant contrarium, nihilominus pace tantorum patrum opinio prædicta communis eſt, teſte Bertran. *conſ. 276. colum. 1. vol. 1.* & Curt. iun. *in tractat. feud. lib. 3. q. 27.* & Claro *in d. q. 80. verſ. Sed præſuppoſita communi opinione pro vera.* 2

Cōis opin.

In Regno † vero Neapolitano ſoblatæ apparent huiuſmodi quæſtiones in dictis duobus caſibus relatis, quia ibi maſculo mortuo ſuccedit fœmina, vt per Afflictum *in d. c. 1. nu. 113. de natur. ſucceſſ. feud.* 3

OPINIO CCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Feudorum liber à quo fuerit compilatus.*
2 *Feudorum liber an habeat plenam fidem, ſicut aliæ leges. & n. 25. 26. 27.*
3 *Feudorum liber an liget Gallos.*
4 *Conſtitutiones feudales an allegari poſſint ad deciſionem aliarum cauſarum, & an etiam in foro eccleſiaſtico locum habeant, & eccleſiaſticos ligent. Item an ligent omnes Reges, Principes, & populos ſub Imperio Romano exiſtentes. nu. 28. Item Francos, & Hiſpanos. nu. 29.*
5 *Libris Ariſtotelis, ſeu Hippocratis, Galeni, vel aliorum authorum ſtandum eſt, ſi non pugnent contra leges. n. 9. & 10. Item an authoritas ſacræ ſcripturæ allegari poſſit ad deciſionem cauſarum. n. 6. Secus ſi lex in contrarium extaret. n. 8.*
7 *Authori cuilibet in arte ſua credendum eſt. & n. 17.*
9 *Mulier nubens marito an omnia ſua bona in dotem dediſſe cenſeatur. & nu. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Conſuetudo diſponens mulieres non abſque dote nubere, ſed potius omnia bona ſua in dotem dare ſoliciat, valet, & tenet.*
18 *Medicorum iudicio an iudex ſtare debeat, maxime ſuper vulnere, an ſit lethale nec ne. nu. 21. Et an ex vulnere membrum ſit futurum mutilum, vel facies per cicatricem deformata. nu 23.*
19 *Periti ad teſtimonium requiſiti prius iurare tenentur.*
20 *Quot periti ſint adhibendi.*
22 *Vulneratus quando ex vulnere præſumatur mortuus.*
24 *Vulnerans aliquem in Regno cum armis quam pœnam incurrat.*
30 *In cauſis feudalibus proceditur ſicut in aliis iudiciis ordinariis. Et an procurator in cauſis feudalibus per litis conteſtationem efficiatur dominus litis, ſicut in aliis cauſis, poſſitque principali mortuo in cauſa procedere.*

FEVDORVM † liber fuit compilatus à quodam Oberto de Orto ciue Mediolanenſe, vt notat tex. 1

Digitized by Google

in c.1 quæ ſit cauſa benef. amitt. in vſib. feud. & Aluar. *in c.*
2 *1. in princ. de feudis cognit.* Poſtea vero † iſte liber fuit lectus in publicis ſcholis, & communiter approbatus; ob hoc igitur exploratum eſt eum habere plenam fidem, ſicut aliæ leges, ſecundum And. de Iſern. *in prælud. feudor. in 1. quæſt.* & alios ibi communiter, & iſtam
Cōis opin. eſſe communem ponunt Ripa *in l. fin. nu. 699. & ſeq. C. de reuoc. donat.* Marant. *in tract. iudic. in 3. par. prin. nu. 65.* & Zaſ. *in vſib. feudor. nu. 3.* & Clarus cum aliis allegatis per eum *in tract. de feud. quæſt. 3.* vbi eam ampliat, & limitat.

3 Sed † iſte liber feudorum non ligat Gallos; & ſic in Gallia in ſucceſſione feudorum allegari non poſſet, teſte Chaſſanæo *in conſ. 8 n. 34. cum aliis ſeqq.*

4 Item aduerte, † quod iſtæ conſtitutiones feudales, ſeu iura feudorum allegari non poſſint aliquo modo, ad deciſionem aliarum cauſarum non feudalium, quia huiuſmodi conſuetudines feudales non ſunt regulæ, vel rationes à iure communi traditæ, ſed ſunt ius conſuetudinarium, & ſic ſingulare, & non trahendum ad conſequentias, *l. ius ſingulare, cum ſuis ſimilibus, ff. de legibus.* & ita determinant Iacob. de Bel. *in c. 1. in tit. de Epiſcop. vel Abb.* Gl. & Bal. *circa fin. in d. c. 1. de feudis cognit.* & Sal. *in l. fin. C. de iure emphyt.* Bar. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, nu. 5. ff. de oper. libert.* cuius doctri-
Cōis opin. na eſt communiter approbata teſte Curt. iun. *in l. 1. n. 24. C. de edict.*

5 Idemque † videmus in aliis ſcripturis, ſeu libris in ſtudiis approbatis, vt ſunt dicta Ariſtotelis, ſeu Hippocratis, quibus ſtandum eſt, ſecundum Bart. cæteroſq; poſt eum, *in l. 1. ff. ſi cert. petat. per l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. & l. ſi pater, ff. de ſolut.* quæ iura aliqui Doctores dixerunt non probare, cum loquantur de authoritate & approbatione legis, prout tenet Bart. Paul. Caſtr. Dec. *in 1. lect. in d. l. 1. nu. 16.* & idem Dec. *in c. ne innitaris, in 1. lect. de conſt. & in c. 1. 7. notab. de off. deleg.*

Retenta igitur prima opinione affirmatiua Bar-
Cōis opin. tol. quæ eſt communis, prout teſtatus Niger *in d. l. 1.* quod authores paſſim citari poſſint, ea eſt declaranda, vt procedat in arte ſua, vt ſi Poetæ ſint, illis credendum ſit in arte poetica & literis humanioribus, ſecus ſi de Medicina, vel Philoſophia loquerentur; in his enim Hippocrati Galenoque, Medicis, Platoni & Ariſtoteli, Philoſophis, potius credendum eſſet, vt tradit Niger *in d. l. 1.*

6 Quinetiam † authoritas ſacræ ſcripturæ poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, vt per D. Thomam Zerolam *in practica epiſcopali, in verbo, charitas, fol. 7.* vbi remiſſiue ponit quoque, an idem ſit de authoritatibus Theologorum, & aliorum probatorum virorum, vt illæ ſimiliter poſſint in cauſis decidendis allegari.

7 Eaque † communis iuris regula, qua cautum eſt, vnicuiq; in arte ſua credendum eſſe, confirmatur *per c. vt conſtitueretur, 50. diſt. & l. 1. in fin.* vbi Bar. *ff. de vent. inſpic.* Lucas de Penna *in l. curiaſi, C. de decur. lib. 12.* Neuiz. *in ſylua nupt. lib. 3. ſub nu. 6. & ſeq.* & Alex. *conſ. 15. col. fin. vol. 1. cum ſimilib.* quæ congerit Afflict. *deciſ. 253. n. 16.*
8 Sed hoc declaratur non procedere, † quando lex reperiretur in contrarium, ſecundum Paul. de Caſtr. & Dec. *in d. l. 1.* Ponitur itaq; exemplum in authoritate Pauli Apoſtoli: *Si filius, ergo heres.* quam conſequentiam lex non admittit, *l. 1. C. ſi non. ſe ab hered. & in §. ſui, Inſtit. de hered. qual.* ſiquidem dictum hoc procedit in filio agente, non autem in filio conuento, vti herede: quia agens contra filium, vti heredem patris, debet hoc probare, cum ſit intentionis ſuæ fundamentum, vt voluerunt Bal. & alii omnes, *in l. neceſſariis, ff. de acq. hered.* Alex. *conſ. 39. col. 2. vol. 3. & conſ. 189 in prin. vol. 6.* & Socin. *conſil. 80. col. 9. vol. 1.* vbi dicit hanc eſſe magis Cōis opin.
communem opinionem, & Imola etiam *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, in princ. ff. ſolut. matrim.* Probatur quoque ex authoritate Ariſtotelis *in Topicis* dicentis, † quod mulier nubens marito videatur dare 9
omnia bona ſua in dotem, quam authoritatem lex non recipit aliquo modo, vt inquit Gloſſ. *in l. mulier bona, ff. de iure dot.* eamque ſequitur Dec. *conſil. 521. nu. 11. & in Authen. præterea, in 3. notab. C. vnde vir & vxor, per illum text.* & ibi etiam Curt. Bar. *in quæſt. mulier habens amplum patrimonium.* Ang. *conſil. 335. ſtatuto communis Bononiæ.* Lau. Calca. *conſ. 11. col. 1 & ſeq.* Alex. *conſ. 144 circa primum, colum. 1. vol. 5. & conſ. 140. viſo ſtatuto, vol. 7.* Rom. *conſ. 314.* Corn. *conſ. 127. licet in hac, volum. 4.* Rain. *conſ. 214. vol. 1.* Soc. iun. *conſ. 1. vol. 2. & in l. ſi conſtante.* vbi Iaſ. & cæteri, *ff. ſolut. matrim.* Bal. *in l. nulla, C. de iure dot. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer.* & Gozad. *conſ. 33. nu. 20.* & iſtam opinionem contra Ariſtotelem dicunt eſſe communem Dec. *in d. Auth. præterea, nu. 6.* Cōis opin.
Curt. iun. *conſil. 168. nu. 4.* Rolan. a Valle *in tract. de lucro dotis, quæſt. 74. nu. 6. cum aliis ſeqq. & in quæſtion. 71. nu. 7.* & Franciſ. Turzanus *in ſua opinion. commun. in verbo mulier nubens.* vbi eam limitat, prout etiam limitat Ioſeph. de Ludou. *in deciſ. Vmbriæ 99. D. Ludouica, n. 14. cum aliis ſeqq. in 2. part.* & ampliat vtiliter Curt. *in d. conſ. 168. ſub nu. 4.* Et ita ſecundum communem ipſam admonet ſe iudicaſſe idem Ioſephus de Ludouic. *in allegata deciſ. 99.*

Verum † ex coniecturis ſæpe aliud iudicatur, & 10
ideo Dec. & Curt. *in d. Auth. præterea.* dixerunt, ad hanc regulam dari plures limitationes. Et præſertim
limitatur † primo, niſi vir poſſederit bona vxoris vt 11
dotalia, ſciente, vidente, & patiente vxore, tunc enim præſumitur dos conſtituta, vt firmauere Bar. *in d. q. mulier habens amplum patrimonium.* Ang. *in d. conſ. 335.* Bal. *in d. conſ. 3.* Laur. Calca. *in d. conſ. 11. col. 4.* Bertr. *conſil. 160. in fin. vol. 2.* Bal. Nouellus *in tract. de dote, in 6.* Cōis opin.
par. priuileg. 14. in fin. & Rolan. *in d. q. 74. nu. 13.* Et hoc non videtur habere difficultatem aliquam, ex quo præſumptionem dotis induci indubitatam, eſto quod maritus poſſederit ſub nomine dotis. Sed limitationem hanc in duobus caſibus locum non ſortiri, interpretatur & plane explicat Ioſeph. de Lud. *in d. deciſ. 99. ſub n. 20. & ſeq.*

Et † vt dos ipſa conſtituta præſumatur, opus eſt, 12
virum bona mulieris poſſediſſe per decennium, iuxta ea, quæ dicit Iaſ. *in l. 2. verſ. Decimo ſexto quæro, C. de iure emphyteut.* Alciat. poſt alios *in l. ſi certis annis, C. de pact.* Cæterum Bart. *in d. quæſtion. mulier habens amplum patrimonium, col. 11 verſ. Concedo.* vult triennium ſufficere, ſi id ex teſtamento haberi contingat, alias titulus non præſumitur. Imo poſſeſſio minoris & breuioris temporis ſufficeret ad præſumendum dotem ipſam, quia per indicia poſſet de dotis conſtitutione probari, vt concludit Bald. *conſ. 185. punctum, vol. 5.* Abb. *conſ. 46. ultra, n. 3. vol. 1.* & Lau. Calca. *in d. conſ. 11.*

Sed aduerte, † quod patientia vxoris antedicta in 13
permittendo maritum bona ſua poſſidere, debet eſſe formis, id eſt, quæ ſub aliquo titulo præſtetur, quæ parit iuris effectum, ita tradit Bartol. *in dict. quæſt. mulier habens amplum patrimonium.* Altera vero patientia mulieris informis, id eſt, ſine cauſa, nullum ius tribuit, & non releuat, vt licet vir etiam decem annis poſſederit, nihil adiuuetur, vt ſecundum commu- Cōis opin.
nem opinionem ita tenendum eſſe dixit Roland. *in d. q. 74. nu. 8.*

Quia † poſſeſſio ſola non ſufficit ad præſumendum 14
dotem. & hinc Corn. *conſ. 282. circa n. 31 vſque ad nu. 36. volum. 4.* poſſeſſionem, quæ ex parte mariti probatur in bo-

Digitized by Google

in bonis mulieris, noluit ſufficere ad præſumendam dotem: quia vel iure familiaritatis, vel alia de cauſa, quam dotis, potuit ea poſſidere, & hoc dixit Rolan, *in d. q. 74. num. 2.*

15 Secundo limitatur † vbicunque mulier eſſet inæqualis, & inferior marito: quia eſſet dignus in dotem habere omnia bona mulieris, ſecundum Curti. poſt Martinum de Fano *in d. authen. præterea.* Lanren. Calca. *in d. conſil. 11. colum. 3.* Deci. *conſ. 421. num. 8.* Socin. *conſ. 81. non eſt dubium. num. 6. volum. 3.* Alexand *conſ. 122. volum. 7.*

16 Limitatur poſtremo † ex conſuetudine, qua mediante abſq; dote non ſoleant mulieres nubere, ſed potius omnia bona ſua in dotem dare conſueuerint, vt firmauere Bald. *in authent. res quæ. ver. ſed nunquid. C. communia de lega.* Curtius *in dicta authent. præterea. num. 13.* Corne. *conſil. 127. licet in hac* & Alexand. *conſ. 144. circa primum. num. 11. volum. 5.* vbi refert Bald. ita ſaluare opinionem prælibatam Ariſtotelis, *& in conſ. 142. viſo ſtatuto. vol. 7.*

17 Itaque vt eo redeamus, † vnde vtiliſſimis digreſſionibus diſceſſimus, aduertendum eſt, quod vbicunque res aliqua debet probari, in qua iudex non poteſt eſſe inſtructus, tunc ad iudicium peritorum neceſſario recurritur, ita Bart. *in proœmio Digeſtorum. colum. 3 & in l. final. prope finem. ff. de ſicar.* Alexand. *in l. 1. § final. ff. de verb. oblig.* Abb. & alii omnes *in c. propoſuiſti de probationibus.* & Marcus Anton. Blancus *in practic. crimin. in 1. parte defenſionis. num. 75. cum ſeqq.*

18 vbi ponit etiam varia exempla neceſſaria. Ita vt † medicorum iudicio ſemper ſtandum ſit per iudicantem, dum debito ordine, & canonice proceſſerint, *cap. ad aures, de ætat. & qualitat. & l. ſemel. C. de re milit. libro duodecimo.* & Iacobus Nouellus *in pract. cauſarum criminalium, in forma inquiſitionis pro inſultu, & vulneribus. numero 27.* Lallus de Tuſcia *in conſtitutio.*

19 *Regni pœnam. nu. 3.* Sed † periti tunc iurare tenentur, vt eſt communis Doctorum opinio, atteſtante Felyno, *num. 15.* & Decio, *num. 17. in allegato c. propoſuiſti.* & Marco Antonio Blanco, cum aliis aggregatis per eum, *in loco prætacto, num. 90.* vbi *num. 85. & ſeq.* plane etiam demonſtrat, quod iſti periti non ſint proprie teſtes, ſed potius vt iudices ad illum cauſæ articulum iudicandum, de quo agitur, aſſumuntur.

Com. opin.

20 Verum ſi in † loco, in quo ſimilis cauſa ventilatur plures periti reperiantur, duo tunc ſaltem requiruntur, & adhiberi debent. ſi vero vnus medicus tantum reperitur, vnus ſufficit cum iuramento, vt manifeſtatur *in §. quod autem. in verb. neque autem. authent. de non alienan.* & firmauere Bartol. & Bald. *in l. 1. in princip. ff. de vent. inſpicien.* Petr. de Ancharan. *in sermonis, conſilio 283 ſub numer. 3. & ſequent.* Alexand. *in l. 1. §. final. numero 4. ff. de verbor. obligatio.* Andr. de Iſernia, & Afflict. *ſub numer. 30. & ſequentibus. in conſtitutione Regni, terminum vitæ, de homicidiis puniendis. rubric. 13.*

21 Intantum, † quod cum tractatur, an vulnus illatum alicui, ſit mortale, & puniri queat, tunc de occiſo nulli dubium eſt, ſtandum eſſe, ac debere iudicio, aſſertionique medicorum iuratæ, vt ſupra explicanimus. ſed in re hac ponit, diſcurrit, atque reſoluit tres caſus in omnem euentum neceſſarios & conſideratione dignos Riminaldus iunior *conſilio 599. in facto proponitur, volumine ſeptimo.* primus eſt cum manifeſte liquet vulnus eſſe lethale. Secundus vero caſus eſt, cum apparet vulnus non eſſe mortale; velut in manu illatum eſt. Tertius, & vltimus, eſt cum res eſt dubia, num ſit vulnus lethale. & practicam circa hoc procedendi, oſtendit Pollerius *in pract. crim. in 6. part. de forma capitulorum, in pluribus delictis. numer. 22. & ſeq.*

Verum quamuis vulneratus, † ſi moriatur intra centum & decem dies, præſumatur tunc mortuus ex percuſſione ſibi illata, & percuſſor teneatur de occiſo: ſecus vero ſi poſt centum & decem dies moriatur, tunc enim tenetur tantum de vulnerato, textus eſt *in conſtitutione Regni, pœnam. libr. 3. de proiicientibus aliquid ex alto, quod hominem occiderit:* tamen ſi vulnerans hoc caſu vellet probare, quod percuſſus, mortuus intra centum & decem dies, non ſit mortuus ex illa percuſſione, abſque difficultate aliqua admitteretur ad hoc probandum, mediante iudicio medicorum, vt per Lallum de Tuſcia in terminis *eo in loco, num. 1. & ſeqq.* 22

Sed cum membrum † reperitur debilitatum, vel deformatum, tunc ſimiliter ſtatur aſſertioni medicorum cum iuramento, prout debilitato digito, ſeu pollice, an cenſeatur debilitata manus, concedit adhibendos ſuper hoc eſſe medicos, Follerius *in practic. criminal. de forma capitulorum in pluribus delictis. num. 22. & ſequent.* Item cum facies deturpata, ac deformata reperitur ob cicatricem, ſtatur etiam iudicio medicorum, vt determinat magiſtraliter, ſerioſe, ac ſolide Nellus, *in tractat. de bannitis, in ſecunda parte, ſecundi temporis, numero 2. cum aliis ſequentibus.* vbi ananectit etiam, *ſub numer. 16* ſe ſæpenumero vidiſſe iudicatum, mediantibus relationibus medicorum, non remanſuram, nec remanere cicatricem in facie, nec notam, ſignumve cum deturpatione, ſed vituperatione. Et hinc, vt auditor, vidi in facie vulneratos, & à principio medicos recuſaſſe teſtificari, cicatricem perpetuo remanſuram, ſed temporis ſucceſſione, adhibitis neceſſariis medelis, balſamo, & aliis artificioſiſſimis, mitigatiſſimiſque remediis, aſſeruiſſe fuiſſe vulnus in tali redactum ſtatu, vt vix veſtigium, etiam minuſculum diſcerni potuiſſet, ita vt ſemper in caſibus occurſis, tam in Sacra Regia Audientia Barenſi, quam in Regia Audientia etiam Capitinatæ Apuliæ, Comitatuſque Moliſii, ſuperioribus annis iudicatum fuerit, delinquentes in præſenti genere puniendos, condemnandoſque pœna pecuniaria, etiam querelantibus, & offenſis, ac vulneratis in facie reluctantibus, ac contradicentibus in iudicio, præſertimque ſeruatis terminis *capituli Regni 252. ad peruerſorum,* cum traditis ibi per Ioannem Antonium de Nigris, *numero 7. & ſequent. & in capitul. 221. exercere volentes. numero 24.* quod inquiſitus ſit bonæ famæ, qualitatis, & conditionis. & quod ex percuſſione mors, aut membri mutilatio ſecuta non ſit. imo, vt aduocatus in tertio, & quarto anno mei doctoratus, patrocinando in duabus cauſis inquiſitorum de vulneribus, illatis in facie ſuorum inimicorum, fuerunt, mediante meo patrocinio, condemnati ſolummodo pœna pecuniaria, & vulnera fuere his temporibus redacta, ita & taliter, vt ea nullatenus fere animaduerterentur, opera præſertim, & induſtria medicorum in Patria noſtra Aquilana, vigilantiſſimorum, atq; famoſiſſimorum. 23

Et licet † vulnerans, percutienſque aliquem cum armis in Regno debeat puniri, plectique mutilatione, vel amputatione manus, vt *per conſtitut. ſi quis aliquem cum armis prohibitis, de percuſſione illicita cum armis. rubric. 13. libr. 1.* vbi Afflict. *numero 19.* determinat, quod quinque requiſita neceſſario debeant concurrere, vt obtineat locum pœna manus ex percuſſione: tamen ſi vulnerans vulneraret aliquē in facie, & ea remaneret perpetuo deformata, tunc debet 24

condemnari ad ſciſſionem, truncationemq; manus dextræ, cum qua vulnus inflixit. imo ſi poſt executionem præſentis pœnæ vulneraret aliquem alium ſimiliter in facie cum deformatione, poteſt, & debet condemnari ad truncationem alterius manus ſiniſtræ, prout ita alias fuit iudicatum in magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, atteſtante Grammat. *deciſio. 94. Dominicus Ferreta Neapolitan.* quæ deciſio licet fundata ſit in doctrina Baldi *in auth ex nouo iure. C. de ſeruis fugit.* & ſequacium, nihilominus poteſt ea illuminari etiam ex text. *in allegata conſtitutione ſi quis aliquem cum armis prohibitis*, ibi, *percuſſor manum, cum qua percuſſit, amittat.* æquum eſt enim in ea parte corporis plecti maleficium, qua legum, & imperii veneratione contempta, maleficium perpetrauit.

25 Cæterum vt extrema † cum primis coniungantur reſoluendum neceſſario quoque eſt, quod quamuis omnes Feudiſtæ diſcepteut, an liber feudorum ſit authorizabilis, & poſſit in cauſarum deciſionibus allegari. qua in controuerſia non nihil inſiſtunt Doctores Antiqui, in vtramque partem diſſerentes, & potiſſimum Iacob. Beluiſius, & Andr. de Iſernia *prima quæſt.* vt inquit Claudius de Seyſellus *in tractat. feudorum. in rub. de feud. cognit. col. 3. verſic. tertio quæritur.* omnesq; fere indiſcrepanter concedunt, omnes conſtitutiones, & totum librum feudorum eſſe authenticum, vbi ſcribit quoq; inter alias rationes, ſententiam hanc fundari ex eo, quod liber feudorũ à tempore, hominum memoriam excedente, ſit publice interpretatus in ſtudiis, ſcientibus Imperatoribus, & in ſcholis, communiter approbatus. ac etiam quia Odofredus, *in authen. caſſa. C. de SS. Eccleſ.* teſtatur itidem, quod Federicus iunior Imperator, cum in Italiam veniſſet, Doctoribus Bononienſibus demandauerit, vt conſtitutiones feudales ſub congruentibus titulis redigerent, prout Doctores ipſi hoc fecere, & quod Vgolinus illas ſic completas addiderit poſt nouem collationes authenticorum, refert etiam Bald. *in prælud. feudorum. col. 3.* Aluarot. Card. Alexandrin. & Iaſ. & hanc partem omnes tenent, & teſtanť communem, ita affirmantibus Iacobo Beluiſio, Odofredo, Iſernia, Aluarotto, Cardinale Alexandrino, & Iaſone *in eorum prælud.* inquitq; etiam Beluiſius *in §. fin. col. pen. in tit. qui feud. dare poſſ.* quod omnes Doctores, tam vltra, quam citra montes hanc partem commendent, imo Alber. *in repert. iuris canonici. col. 3.* profert magnum verbum, quod idem ſeruetur in practica, & hoc quoq; exprimit, *in repet. l. de quibus. col.*
26 *3. ff. de legibus.* Et licet non deſint † qui contrarium cenſeant, vt Hoſtien. *in ſumm. de immunit. eccleſ. §. in quantum. verſic. ſi vero.* Ant. de Prato Veteri *in proœm. feudorum.* vt eum refert Iaſ. *eo in loco.* & in iſtam quoque partem inclinauit conſulendo ſimiliter Oldrad. *conſil. 159. in 2. dub.* & Aretin. *in c. quia. in prima lectur. col. 2. de iudic.* nihilominus temerarium foret diſcedere à prima opinione communi, vt inquit Claud. Seyſell. *in allegato tract. de feud. in rubr. de orig. & cauſ. feud. col. 3.* Curt. iun. *in tract. de feud. in 1. part. principali q. 1.* & Moder. Pariſ. *in conſuet. Pariſ. in ver. feudum in princ. nu. 46.* ex quibus ita adductis tantorum Patrum authoritatibus, firmiter decidendum eſt, iura feudalia poſſe, vt authentica allegari ad cauſarum deciſionẽ, non tamen extra materiam feudorum, vt hanc partem eſſe communem fatentur Curt. iun. *de feud. quæſt. 3. in 1 part. princip. & conſil. 64. num. 13.* & Moder. Pariſien. *in conſuet. Pariſ. §. 2. Gl. 2. poſt n. 27.* adeo vt conſuetudines feudorum debeant pro iure ſcripto ſeruari, ita vt faciant ius commune. vt per Io. Andr. *in c. 2. de feud.* & ſic feuda ipſa ex proprio iure feudorum reguntur, & nõ recurritur, ad ius commune, niſi in ſubſidium, ita Franciſc. Milanenſis. *deciſio. 8. num. 132. & ſeqq.* & Grammat. *deciſio. 186. ſub num. 5.*

Imo iura † feudalia ſunt adeo authentica, vt ea merito ſeruentur etiam in foro eccleſiaſtico, & ligẽt quoque eccleſiaſticas perſonas, ſecundum Bald. *in c. cæterum. de iudic. per textum ibi*, Card. Alexandrinum, & alios omnes, & præſertim Iaſ. *in prælud. feudorum*, & hanc quoque deciſionem ſequitur Aluarotus *in c. 1. colum. 8. qui feud. dare poſſ.* & Felyn. *in c. 2. colum. 20. de reſcript.* & eam communi ſchola Feudiſtarum receptam eſſe teſtatur Curt. iun. *conſil. 77. n. 10. & in tract. de feud. 1. par. princ. quæſt. 2.* & hanc partem tenet etiam Claud. Seyſell. *in tract. feud in rub. de orig. & cauſ. feud. col. 4. verſic. ſed inſurgit.* vbi inquit poſt Bald. & Iaſon. quos allegat, quod ſi Eccleſia teneat feudum ab alio, etiam ruſtico, teneatur ſeruare id quod ſeruant alii vaſalli. Eſt tamen bene verum, quod Eccleſia ipſa ſit regulariter feudi capax, dummodo ei non ſit oneroſum, vt accuratiſſime explicat D. Camillus Borrellus *conſil. 1. num. 184.* 27

Verum enim vero hæc omnia vtiliter declarat Claud. Seyſell. *vbi ſupra*, procedere abſque difficultate, quantum ad ea, quæ reſpiciunt naturam feudi. Quia Eccleſia cum accipit feudum, aſtringit ſe ad ſeruandum iura, quæ de feudis diſponunt, vt concedunt præallegati Doctores. Sed alias leges inſertas *in libris feudalibus* ad feudorum tractationes non ſpectantes, vt eſt titulus *de pace tenen.* & titulus *de pac. iur. firm.* non tenetur ſeruare Eccleſia, vt patet, quia in illis titulis repetiuntur iura, quibus duellum permittitur, & quibus pœna mortis indicitur, quæ omnia à ſacris canonibus abhorrent, vt de duello eſt textus *in c. 1. & 2 de purg. vulg. & in c. 1. de cleric. pugnan. in duell.* Barbatius *conſil. 62. in 3. dub. volum. 1.* vbi quamplurima circa præſentem materiam diſcurrit, Lauren. Corradus *in tract. de duello. in princ. nu. 1.* Abb. *in c. ad audientiam. de homicid.* Lauren. Syluanus *conſil. 51. nu. 1. & ſeqq.* & abſoluimus etiam cum ſuo apparatu ſupra *in opin. 231. num. 5. & in opin. ſequ.* de pœna autem mortis eſt textus *in c. fin. extra de cler. vel monach. cum ſimilibus.*

Nec nõ ipſa iura † feudalia ligant ſimiliter omnes 28
Reges, Principes, & Populos, & quod ligent omnes, qui ſunt ſub Imperio Romano, dicit eſſe indubitatũ Claud. Seyſell. *in tract. de feud in rubr. de origin. & cauſ. feud. verſic. nunquid autem iſtæ conſtitutiones.* & hoc decidit Bald. *conſil. 190. colum. 2. vol. 1.* de aliis vero qui imperium non recognoſcunt, ſicut non ligantur, vel ſe ligari non volunt legibus imperialibus, ita etiam nõ ligabuntur iſtis, prout ſic concludere communiter Dd. ad lucem adducit Claud. Seyſell. *vbi ſupra.*

Imo Franci etiam, † & Hiſpani tenentur ſeruare 29
quoque iura ipſa feudalia, dum acceptauerunt iura Romanorum, tanquam rationabilia, & ſecundum ea cauſas decidant, quicquid aſſeruerit Chaſſaneus relatus ſupra *num. 3.* & Petrus Iacobus Aurelianus, relatus per Claudium Seyſell. *in loco præcitato.* potiſſimum cum etiam in prædictis regnis Francicis, & Hiſpanicis fuerit acceptatus cum aliis liber feudorum, atque publice lectus in ſtudiis, & hodie, vt nobis relatũ eſt, publice leguntur feuda in illis ſtudiis vtriuſque regni, quo caſu iuribus feudalibus eos ligari, videtur decidere etiam Claudius ipſe *vbi ſupra*, pluribus rationibus, quæ eius ſententiam reddunt efficaciſſimam.

Et hinc eſt, quod in † feudalibus cauſis procedatur ſicut in aliis iudiciis ordinariis ita Capicius *deciſio. 186.* vbi annectit quoque, in facti contingentia deci- 30
ſum

ſum fuiſſe in Sacro Conſil. q̄ procurator in re feudali, factus dominus litis per conteſtationem, poſſit, & valeat proſequi litem ipſam, etiam poſt mortē principalis, nō aliter ac ſi ageretur de re nō feudali, iuxta textum, *in l. nulla. C. de procur.* concluditque ſimiliter idem Capycius *eo in loco* poſt Iſerniam, *in cap. 1. colum. 9. de contro. feud. apud par. ter.* quod feudalis cauſa procedat ſicut iudicium ordinarium, & quod itidem in cauſa feudali detur libellus, iuretur de calumnia, appelletur, & recuſetur iudex, vt ſuſpectus, per textum *in cap. 1. de feud. cogn.* concluditq; denique quod in his quæ per leges feudorum deciſa non ſunt, ſtandum ſit diſpoſitioni iuris communis, idemque Aluarottus *in l. imperialem. §. pen. in fin.* dicit, quod vbi deficit vſus feudorum, recurrimus ad legem ſcriptam, & citat ad hoc Ardizon. & Curtium. Eaque deciſio Capycii 186. procedit de plano, & abſque difficultate, vt non extinguatur mandatum morte mandantis, cum procurator factus eſt dominus litis, ſi adſit aliquis heres mandantis: verùm procurator effectus dominus litis, mortuo principali, nullo admodum apparente herede, in cauſa procedere non poteſt, prout ita deciſum fuit *in Sacro Regio Conſilio Neapolitano*, atteſtante Thom. Minado *deciſ. 35. lite vertente.*

OPINIO CCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Feudum hereditarium ad quos transſeat.*
2 *Quod ſit feudum hereditarium.*

1 FEVDVM hereditarium † non tranſit niſi ad illos, ad quos tranſit hereditas, & feudum ipſum hereditarium; & ſic volens in eo ſuccedere, ſiue filius, ſiue agnatus ſit, ſemper debet eſſe heres, & primi acquirentis feudum, & etiam vltimi morientis, ſecundum Bartolum *in l. iuriſiurandi, §. liberi. ff. de oper. liber.* Bald. *in cap. 1. § decedentis, qui feud. dar. poſſ.* Moder. *in l. quicquid aſtringenda. & in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verborum obligatio.* & per Alexandrum *conſil. 10. ponderatis volu. 3.* vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, *& conſil. 19. ſuper eo colum. fina. & conſil. 28. in cauſa. & lite. colum. penult. volum. 5. cum aliis congeſtis* per Afflict. *deciſion. 140 num. 19. & 240.* & per Decium *conſil. 295. in cauſa magnifici.* & per Cranet. *conſil. 197. nu. 9.* & Pariſ. *conſil. 4. num. 28. volum. 1.* vbi ait iſtam eſſe etiam communem, *& conſil. 1. numer. 6. eodem volum.* & Clarus copioſe *in tract. de feud. quæſtio. 9. verſic. hoc præmiſſo, &c.* & ita conſuluit doctiſſime, & luculentiſſime Sigiſmundus Loffredus *conſil. 1. per totum.* & præſertim, *num. 60.* & ſequitur etiam cum aliis aggregatis per eum, & communem vocat doctiſſimus D. Thomas de Marinis, *in tract. de generibus, & qualitate feudorum. lib. 1. tit. 5. de feudo hereditario nu. 34. fol. 86.*

Cōis opin.

2 Vnde ſciendum † eſt hic ad præmiſſorum intelligentiam, nec abs re putamus, quale dicatur feudum iſtud hereditarium. Feuda igitur hereditaria conſtat illa eſſe, quum ex tenore inueſtiturarum fuerint cōceſſa, & acquiſita pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus, & cæt. ſecundum Andr. de Iſernia *in c. 1. in princ. & §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & in cap. 1. de eo, qui heres ſiue.* & per Alexand. *conſil. 10. ponderatis colum. 4. volum. 3. & conſil. 55. perſpectis. colum. 2. eod. volum.* & nonnullos alios, quos congerit Pariſ. *conſil. 4. num. 27. volum. 1.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, *& conſil. 2. num. 17. eodem libro.* & latius Anton. Capycius *in inueſtitura feudali. in tit. feudorum genera. verſ. hereditarium feudum. fol. 234.* & D. Thomas de Marinis *in d. titul. 5. de feudo hereditario. num. 6.*

Cōis opin.

OPINIO CCLXXX.

SVMMARIA.

1 *Bona non præſumuntur feudalia, vel emphyteutica, ſed libera, & quæ ſit ratio. nu. 3.*
4 *Res quæ ſemel fuit feudalis, ſemper præſumitur talis, item quæ ſita eſt intra fines feudi, licet ab alio poſſideatur. n. 5.*
6 *Quis contractus proprie dicatur cū præſtatur ſeruitium annuum, pecuniarium, num emphyteuticus vel feudalis. n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. vſq; ad fin.*
Bona reddititia, ex quibus certus reditus annuatim præſtatur, an poſſint irrequiſito domino alienari pro franchis. n. 18.
19 *Pacto contra ſubſtantialia feudi in contractu appoſito, an res cenſeatur nihilominus feudalis, ſi ita in contractu nominetur.*

FEVDALIS res, † vel emphyteutica in dubio nō præſumitur modo aliquo, ſed allodialis, & libera: quia omne prædium à qualibet ſeruitute liberum cenſetur, *l. altius. C. de ſerui.* & ita tenet Alex. *conſil. 129. ponderatis hu. vol. 1. & conſ. 55. proſpectis hu. col. 10. vol. 4.* vbi patet ex congeſtis per eum, iſtam eſſe communem opinionē, & ita aſſeuerat Cur. iun. *conſ. 184. n. 1.* idemq; firmat Bellonus *conſ. 10. n. 4.* vbi ſubdit, q̄ omnes Dd. legendo, & conſulendo, communiter ſequuntur iſtā opinionem, idem quoq; firmat Dec. *conſ. 467. bene & conſulte. col. 2. & conſ. 498. viſo caſu. col. 2.* vbi ait feudum non præſumi, niſi probetur, & allegant concordant. & *conſ. 588. viſo puncto. col. 2. & conſ. 424. proponitur. col. 2.* & Paul. Caſtr. *conſ. 179. in cauſa. volu. 1. nouiſſimorum.* & Clarus *in tract. de feud. q. 18.* vbi ponit etiam alterū caſum ſimilem communem, & in practica ſæpiſſimè contingentem. Et ſic ex iſtis concludendū eſt, quod huiuſmodi præſumptio transferat in aduerſarium onus probandi, q̄ bona feudalia, & nō allodialia ſint, vt tradit in terminis Curt. ſen. eleganter *conſ. 75. col. 2.* & ita conſuluit Belloni. *in practicato conſ. 10. per totum.* 1

Cōis opin.

Et ratio ea eſt, † quia feudum eſt ſpecies ſeruitutis, quæ non præſumitur niſi probetur, *l. altius. & l. ſi aedibus. C. de ſeruit. & aqua.* & concedunt Dd. *in locis in principio allegatis.* Sed hæc communis † ita comprobata fallit, ſi res fuit ſemel feudalis, quia tunc ſemper talis præſumitur, niſi contrarium probetur, vt per Afflict. *in c. 1. nu. 71. ex quib. cauſ. feud. amit.* & faciunt dicta per Dec. *conſ. 517. in ſententia. n. 9.* & p̄ And. de Iſer. *in §. 1. §. quidā tamen. de controuerſia inter maſc. & fœm. de beneſic.* 3 4

Amplia itidem hanc † opinionem, etiam procedere, ſi res extaret intra fines rei feudalis, & ab alio, q̄ feudatario poſſeſſa, vt per Afflict. *deciſ. 267.* vbi Vrſill. quoq; *in additionib. n. 4. 5. 6. & 7.* hoc dictum ampliat, & limitat. 5

Sed † quæritur hoc in loco, an, ſi præſtetē ſeruitium annuum pecuniarium, dicatur proprie feudum, vel contractus emphyteuſis, vel cenſualis, vel alius contractus? vtilitas itaq; huiuſcemodi ſpeculationis eſt magna, q̄ palpauere Card. Alex. *in prælud. col. 8.* Iaſ. *in prælud. col. 5. & 20. & ſeqq.* & poſt eos Claud. Seyſell. *in tract. de feud. in tit. de defini. & inuent. feud. col. 4. verſ. Iuxta præmiſſa etiam.* vbi concludit, q̄ non ſit ꝑprie feudum, & ſi præſtetur annua penſio, quia magis tunc accedat emphyteuſi, quam feudo, & deniq; planum quoq, facit huic ſententiæ acquieſcere etiam Bald. *in l. liberti. col. fin. verſ. item nota. C. de oper. libert.* Vbi ad locem p̄ſtanter adduxit Bald. ipſe, † q̄ ſi in inſtrumento dicatur, quod Titius cōceſſit mihi tale caſtrum in feudum, pro tanta quantitate frumenti annuo, non erit proprie feudum, ſed emphyteuſis, vel alius contractus innominatus, & hæc etiam fuit principalis deciſio Cyni, de quo facit quoq; mentionem Bal. 6 7

in auth.

Digitized by Google

in authen. ingreſſi. colum. final. verſic. circa præmiſſa. C. de
SS. Eccleſ. & eum ſimiliter ſequitur *in c. ſi cautio. in fin.*
de fide inſtrum. & Vrſillus cum aliis aggregatis per eum
in add. Afflict. decif. 129. n. 2. Grammat. *decif. 77. n. 7. & ſeq.*
8 Imo ad hoc magis pertinere videtur, † quod ſcri-
bit idem Baldus poſt Innocent. *in cap. ſi cautio. colum.*
2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. vbi mature ponderauit, q.
non probetur feudum, licet pro priuilegio conceſſo
ſoluatur aliquid annuum, & iſtis authoritatib. me-
diantibus, huic opinioni acquieſcit etiam Iaſ. *in præ-*
ludiis feudorum. colum. 4. & ſeqq. vbi citat etiam Bald.
9 *de pace Conſtan. in ver. libellarie.* Vbi explicauit † quo-
que, quod Eccleſiæ Lombardiæ non curent de iſtis
ſeruitiis perſonalibus, ſed potius volunt aliquod ſer-
uitium annuum; tamen ſecundum eum non eſt pro-
prie feudum, & ideo ſuccederet etiam inhabilis in
tali feudo. & iſtam partem, quod non ſit proprie
feudum, tenet Alex. *conſ. 10. poſt nu. 3. vol. 5.*
10 Sed quia Doctores ex † factorum contingentiis
varie loquuntur in terminis iſtius quæſtionis: ideo vt
in præſentiarum dilucidior ſit reſolutio, ponendi ne-
ceſſario ſunt aliqui caſus pro reſolutione. quorum
primus eſt; quod ſi tanta penſio detur, quæ videatur
correſpõdere fructibus rei feudalis, tunc dicitur po-
tius contractus emphyteuticus, vel contractus inno-
minatus, quam feudum. ſi vero non correſpondeat
fructibus, ita vt videatur principaliter conceſſum ob
fidelitatis intuitum, vt ſi ſoluatur libra piperis, vel
enſis, vel aliquæ libræ ceræ, & tunc reſpiciẽdo quod
principaliter agitur, dicetur feudum, prout ita diſtin-
guunt Martin. Lauden. & poſt eum Iaſ. *in c. 1. col. 20. de*
11 *feud.* Et licet Iaſ. hanc † diſtinctionem videatur mor-
dere, ea potiſſimum ratione, quod etiam in emphy-
teuſi, modicus canon datur in recognitionem dire-
cti dominii, vt per Bart. *in l. item ſi verberatum. §. ſi quis*
rem. in 2. nu. per illum textum. ff. de rei vendicat. & nihi-
lominus emphyteuſis non eſt contractus gratuitus,
nec beneficium, tamen inquit Claud. Seyſell. *vbi ſu-*
pra, quod ipſe Iaſ. in concluſione ſequatur hanc do-
ctrinam, ac etiam Card. Alexandrin.
12 Secundus vero † caſus eſt, quando ſumus in du-
bio, & non apparet de quo contractu ſenſerint par-
tes, & in hoc caſu inquit Iaſ. *eodem in loco*, quod ſi di-
ctum ſit in feudum, tunc erit feudum, alioquin erit
contractus innominatus; ſed iſtam Iaſ. ſententiam
reprobat Claud. Seyſellus *de feud. in tit. de deſinit. & no-*
uenc. feud. verſic. ſed aduertendum eſt ad hoc. nam licet
dicatur, quod res concedatur in feudum, tamen ſi
magis participat de emphyteuſi, & pacta magis ten-
dant ad contractum emphyteuſis, magis vtiq; debet
attendi natura, & vis contractus, quam partium de-
nominatio, ita textus *in l. vbi ita donatur. ff. de donat.*
cauſ. mort. Bart. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. in 2. &*
3. quæſt. ff. de public. cum aliis de quibus per Roman.
conſil. 509. colum. 1. & 2. Alexan. *conſil. 30. volum. 1. & conſ.*
118. volu. 3. & Vrſillum *in addit. Afflicti decif. 129. num. 1.*
& ſequenti.
13 Tertius eſt caſus, † quandò non liquet, quod res
ſit feudalis, ſed tantummodo probatur quod ſit red-
ditiia feudo, & in hoc non eſt contractus feudalis,
ita Bald. *in l. liberti, libertæque. C. de oper. libert.* & Iacob.
14 Beluiſius *in prælud. feud.* Et ratio ea eſt, † quia redditus
non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas, ſecundum
And. de Iſer. *in c. 1. §. item qui domino, quæ ſit prima cauſ.*
item quia ſine inueſtitura non eſt feudum, vel ſine
eo, quod ſuccedit loco inueſtituræ, ita Bald *in l. 1. C.*
de rerum permutat. & in Apoſtill. ad Specul. *§ nunc a-*
liqua. verſic. 85. in tit. de locat. Alexand. *conſil. 136. volu. 1.*
& ita fuiſſe deciſum, ac reſolutum in Sacro Conſilio
Neapolit. teſtatur Afflict. *decif. 129. poſt num. 2. in pri-*
mo quæſito.
Quartus eſt caſus, † cum non probatur, quod con- 15
tractus ſit feudalis, vel tantum, quod res eſt feudo
redditiia, tunc præſumitur contractus emphyteuti-
cus, vel cenſualis. difficultas itaque modo exoritur
non leuis diſceptationis inter ſummos legum verti-
ces, an ſit cenſendus hoc in caſu potius emphyteuti-
cus, quã cenſualis contractus, vel econtra. Bald. itaq;
in d. l. liberti. concludit, quod præſumatur contractus
emphyteuticus, vel contractus innominatus, nec
non, *in l. falſa. C. de iur. & facti ignoran.* concedit etiam,
quod ſit contractus emphyteuticus, vel locationis,
Alberic. vero *in l. 2. col. 4. C. de iur. emphyt.* cenſuit ve-
rius eſſe nuncupandum contractum cenſuarium,
ſed Iaſ. *in d. l. 2. quæſt. 9.* dicit, eſſe attendendam con-
ſuetudinem regionis, vbi contractus celebratur: ſi e-
nim ibi magis eſt, ac in vſu frequentiori contractus
emphyteuticus, vtique erit emphyteuticus cenſen-
dus, ſi autem magis frequentatur contractus cenſua-
lis, præſumetur potius contractus cenſualis. ſtante
itaq; iſta frequentiori conſuetudine loci contractus,
vera redditur Iaſonis ſententia, ſed in terminis no-
ſtris nulla præſupponitur conſuetudo, vt poſt longã
deliberationem concludit Afflictus *in allegata decif.*
129. in fin. 2. quæſt. quod in dubio præſumatur potius
contractus emphyteuticus.
Sed quicquid † aſſerat Afflict. eo in loco, contra- 16
rium vti verius, poſt ſua tempora indicauit idemmet
Sacrum Conſilium Neapol. atteſtante Capycio, *de-*
cif. 103. vbi inquit, quod Sacrum Conſilium habuit
bona illa feudo redditiia, non pro emphyteuticis,
nec pro feudalibus, ſed ſimpliciter pro cenſualibus,
non obſtante probatione facta, quod eſſent redditi-
cia feudo, vbi *poſt nu. 4.* refert idem Capycius, quod
licet fuerit allegata prædicta deciſio Afflicti, in qua,
vt audiuimus, commemorat fuiſſe votatum, quod
eſto, quod non ſit feudalis, tamen habeatur pro em-
phyteutica, nihilominus ait Capycius, quod abiecta
vetere illa ſententia per Sacrum Conſilium, nouam
ſuſceperit, & huic ſententiæ facile aſſentitur etiam
Grammat. *decif. 77. num. 1. cum aliis ſeqq.*
Et vtilitas † eiuſmodi quæſtionis magna eſt, ác in 17
frequenti praxi ventilatur, nam ſi bona ſint cenſua-
lia ſimpliciter, etiam ſi alienentur pro franchis, etiam
irrequiſito eo, cui reddunt cenſum, non deuoluun-
tur, cum non reperiatur iure cautũ, quod ob id poſ-
ſidens priuetur vtili, & directo dominio, vt ita pro
claro tenuiſſe, ac habuiſſe Sacrum Conſilium refert
Capycius *vbi ſupra num. 5.*
Nam bona † cenſualia poſſunt alienari per poſſeſ- 18
ſores, ſaluo cenſu, & in iſtis poſſeſſores non priuan-
tur, non ſoluendo cenſum, nec etiam alienando, ſal-
uo cenſu, ita Decius *conſ. 164. colum. 4.* & Capycius *de-*
cif. 196. per totam. imo ſcribit idem Capycius *in d. decif.*
103. poſt num. 6. quod licet Sacrum Conſilium in aliis
duabus cauſis ſimilibus alias iudicaſſet, quod ſi ſimi-
lia bona redditiua alienentur pro franchis, irrequi-
ſito domino feudi, deuoluantur, tamen quod Sa-
crum Conſilium, coràm quo iſta vltima mentiona-
ta ſententia oſtenſa fuit, noluit iudicare exemplo il-
lius, nec Sacrum conſilium fuiſſe commotum per id,
quod notat Aretin. *in §. adeo. Inſtit. de locat.* dum poſt
Bart. inquit, quod cenſualis res non poſſit alienari
irrequiſito domino, & ſequitur Iaſ. *in l. final. verſic. de-*
cimo dubitatur quæro. C. de iure emphyt. nam Bart. loquitur
in ſuperficiario, ſecus vero in cenſuario, & quod A-
ret. non bene dicat, prout contra eum tenet Decius
conſil. 164. colu. 4. imo irregulariter quidem loquun-

tur

tur Aretin. & Iaſ. per rationes, de quibus per Capycium *in d. deciſ. 103. & deciſ. 196.*

Quintus, & vltimus eſt caſus, quod † indiſtinctè
89 concludendum ſit, ſi reperiatur appoſitum pactum contra ſubſtantialia feudi, licet ſit dictum, quod ſic feudum, quod tunc non valebit vt feudum, ſed valebit vt contractus innominatus, ita Claud. Seyſel. *in ſæpius allegato tract. de feud in tit. de definit. & inueſtit. feud. colu. 6. verſic. vnde omiſſis.* vbi inquit, quod in hoc ſit maxima vis, ſi ſortiatur naturam contractus innominati, non autem naturam feudi, nam erit tum locus pœnitentiæ in tali contractu, item quoad ſucceſſionem, & alienationem, & multa alia, quæ ſpecialiter ſeruantur in feudis, non erunt ſeruanda in huiuſmodi contractu, nec talis contractus regulabitur iure feudi.

OPINIO CCLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Feudum an in dubio præſumatur nouum vel antiquum, num. 6. Et quid ſit antiquum num. 4. quod item nouum. nu. 5.*
2 *Prælato inueſtienti aliquem in feudo, & antiquum eſſe aſſerenti, confeſſioni, & aſſertioni ſtabitur.*
3 *Feudum cognoſcitur ex ſignis.*
7 *Cui onus probandi incumbat, feudum eſſe nouum.*
8 *Fundans ſe in aliquo id conetur probare.*
9 *Si pars ſit antiqua totum feudum præſumetur tale.*
10 *Item ex longa poſſeſſione agnatorum antiquum præſumitur.*
11 *Si dominus feudi poſſideat & vaſallus contendat de feudo, quale præſumatur.*
12 *Vitioſa poſſeſſio nemini prodeſt.*
13 *Si mutuo poſſideat quale tunc feudum cenſeatur.*
14 *Præſumptio quod feudum ſit antiquum, an adeo ſuffragetur vaſallo, vt is obtinere debeat domino nihil probante.*

1 FEVDVM in † dubio præſumitur antiquum, non autem nouum, *c. 1. § 1. de ſucceſſio. fratrum, ſeu grad. ſucceſſ.* vbi Bal. hoc firmat, & eſt text. *in c. 1.* vbi Aluar. poſt alios, *ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domi. & agnat.* & dicit *ibi* Iacob. de Belui & Nicol. de Neapol. quod benignior eſt præſumptio, quod ex quo apparet fuiſſe feudum, cenſetur potius quod antiquum ſit, quam nouum, vt agnati ſuccederent, qui alias excluderentur, vt ibi per eos.

2 Ex quo † igitur infertur, quod ſi prælatus aliquem in feudo inueſtiat, & antiquum eſſe aſſerat, eo caſu ſtabitur huiuſmodi confeſſioni, & inueſtitura ipſa valebit, licet ſi nouum eſſet, non valeret aliquo pacto; & eſt ratio, quoniam ſtatur confeſſioni prælati in Eccleſiæ præiudicium, præſertimq; quando cum illa confeſſione præſumptio iuris concurreret, *c. ſi diligenti.* vbi Abb. *in 3. not. ab infra de præſcript. & c. 2. infra de Capellis Monachorum.* & ita reſident *ibi* Modern. communiter omnes.

Chi. ſ. 12.

In contrariam vero ſententiam inclinauit Bald. *in proœm. feudor. in 3. diuiſ.* quia non ſtatur ſimplici contrahentium aſſertioni, vt actus per talem confeſſionem licitus fieret, & qui alias eſſet illicitus, *l. ſi forte.* vbi Bart. *ff. de Caſtren. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio.* & hoc Baldi dictum ſequitur Martin. Lauden. *in c. 1. col. 7. qui feud. dare poſſit.* Imol. *in c. 2. infra de feud.* Alex. *conſ. 10. vol. 3.* & Afflict. *in commen. conſtit. Neapol. in tit. de ſucceſſ. nobil. n. 60. rub. 26.* dicens *ibi*, quod in dubio feudum præſumitur nouum, niſi ſint indicia, quod maternum ſit, & quod indicium bonum erit, ſi probaretur antiquitas temporis. Item ſi probaretur, quod feudi pars eſt antiqua: tunc enim ratione partis præſumitur idem de toto, & mouetur dicta Baldi authoritate, & iſta opinio verior apparet, vt per Dd. præcitatos, quæ procedit etiamſi prælatus cum Capitulo interfuiſſet, ſecundum Iaſ. poſt alios *in proœm. feud. in 7. char.* & iſtam opinionem vltimam Bald. ſequitur, & tuetur Alciat. *in tract. de præſumptio. in 3 reg. præſumpt. 28.*

Vnde certum eſt, ac iuris notiſſimi, † feudum cognoſci ex ſignis, vt inquit Rolan. *conſ. 50 poſt num. 8. volu. 3.* & qualitatem conceſſionis ex tenore verborum dignoſci apud omnes compertum eſt, *l. ad probationem. la prima. C. de prob. l. ſancimus. C. de fideiuſſ.* Cagnet. *conſ. 20. n. 4.* 3

Continuando itaq; eius generis materiam, quæritur, † quod dicatur feudum antiquum? & in hoc extat communis deciſio Doctorum, quod feudum antiquum de ſtricta, propriaque ſignificatione eſt illud quod acquiſitum extitit ab aliquo anteceſſore ſupra quartum gradum, ita Curt. ſen. *conſ. 48 colum. 3. verſic. feudum autem & conſil. 49 colum. 8.* & eſt textus *in c. 1. § hoc quoque.* vbi Bald. *de ſucceſſ. feud.* Pariſ. *conſ. 3. num. 9. volum. 1 & conſil. 53. colum. 2. eod. volum.* Ruin. *conſ. 5 colum. 1. volum. 1.* Curt. iun. *in tract. de feud. 1. part. col. 2. verſic. 8. principaliter.* vbi annectit etiam ita Doctores communiter tenere, & Iaſ. etiam *conſ. 24. col. 3. vol. 3.* 4

Feudum vero nouum † eſt illud, quod de nouo conceditur, & habet initium in perſonam primi inueſtiti, textus eſt *in c. 1. in verſicul. nouam inueſtituram, quom. teſt. ſint neceſſ. ad proban. inueſt.* Afflict. *in c. 1. in §. notandum nu. 21 qui feud. dar. poſſ.* Pariſ. *conſ. 2. num. 8 & conſ. 3 nu. 15 vol. 1. & conſ. 65 in prin. vol. 3.* & Curt. iun. *de feud. in 1. part. col. 2. verſ. feudum.* 5

His itaq; præmiſſis, † ſatis notabilis, ac nodoſa exoritur apud Feudiſtas iuris controuerſia (vt diximus in principio) an in dubio feudum antiquum, vel nouum præſumatur? communis ergo eſt reſolutio Doctorum, præſumi antiquum, ita Bal. *in c. 1. §. 1 de grad. ſucceſſ. in feud.* Aluarot. *in c. 1 ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agn. vaſall.* quos ſimpliciter eſt ſequutus Alciat. *in tract. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 28 nu. 1.* & licet nonnulli nouum præſumi concludant, quos recenſuit Crauet. *in tractat. de antiquit. tempor. in vltima part. princip. nu. 4 & 6* Tiraq. *in tract. de retract. conſang. § 32 gloſſ. 1. n. 93* & Moder. Parſien. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 6. n. 10.* Nihilominus tamen verior, & in communi ſchola Doctorum magis recepta prima pars, quod feudum præſumatur antiquum, non autem nouum. 6

Verum quia cum † iſta parte Doctores ſimpliciter pertranſeunt, non vlterius quodammodo perſcrutantes: ideo non immerito his temporibus ad veritatis ſcopum eſt aduertendum, hanc ſententiam procedere, primo, quando vaſallus reperiatur in poſſeſſione feudi, & dominus, qui cum illo contendit, affirmet feudum eſſe nouum, tunc vtiq; domino probandi onus incumbit feudum eſſe nouum, nam poſſeſſio illa in primis tribuit præſumptionem vaſallo, feudum eſſe antiquum, & ex hoc onus probandi reiicitur in dominum, textus eſt *in l. circa. ff. de probatio.* 7

Cum potiſſimum † deducens aliquam qualitatem, ac in ea ſe fundans teneatur illam probare, vt hac ratione in his terminis vſus fuit Signorolus de Homodeis, *conſ. 10. nu. 5.* & hanc quoq; partem approbauere etiam Bald. *in c. 1. in princ. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. vaſal.* Alex. *conſ. 15 n. 7. vol. 1.* Dec. *conſ. 252. nu. 6. & conſ. 269 nu. 5.* Iaſ. *conſ. 114. col. 2. vol. 1.* & poſt eos Crauet. *in tract. de antiquit. tempor. in vltima parte princ. n. 6.* & Moder. Pariſien. & Tiraq. ſupra relati, Afflict. *in c. 1. n. 6. de ſucceſſ. frat. & grad. ſucced. in feud.* Curt. iun. *conſ. 124. n. 9. in fin.* & Iacob. de Leonard. *conſ. 114. n. 137. inter conſilia Bruni.* 8

Secun-

9 Secundo † procedit quoque de plano eadem ſententia, vt antiquum feudum præſumatur, cum pars eſt antiqua, ſecundum Afflict. *in conſtitut. in tit. de ſucceſſione nobilium. rub. 26.*

10 Tertio † hæc ſententia procedit etiam, vt in dubio feudum præſumatur antiquum, quando longo quidem tempore extitit poſſeſſum in agnatione ſua, ita Bald. *in c. 1. in princ. ſi de feud. fuer. controuer.* vbi ait hoc eſſe notandum, Alex. *conſ. 15. col. pen. volum. 5.* Iaſ. *conſ. 114. colu. 2. volum. 1.* Gratos *conſ. 4. in princ. volum. 1.* Cephal. *conſil 91. num. 12. volum. 1.* & Roland. *conſil. 57. poſt num. 18. vol. 3.*

11 Sed nunquid † econtra, ſi dominus reperiatur in poſſeſſione feudi, & vaſallus contendat feudum eſſe antiquum, an præſumatur antiquum, vel nouum? & nouum præſumi, & non antiquum decidendum eſt: adeo vt vaſallus probare debeat feudum eſſe antiquum, tum quia poſſeſſio eſt pro domino, tum etiam quia vaſallus in hac qualitate fundamentum facit, ita Aluarot. *in c. 1. §. vltimo. de ſucceſſ. fratr. & grad. ſuccod. in feud. & in c. 1. ſi de feud. fuer. controuer.* Alex. *conſ. 10. num. 1. volum. 3.* Curt. iun. *de feud. quaeſt. 8. in prima parte num. 17.* Ceauet. *in tract. de antiquit. tempor. in vltima parte princip. num. 6.* Moder. Pan lienſ. & Tiraquell. *vbi ſupra.* Zaſius *in tract. de feud. par. 11. num. 31.* & Cephal. *conſ. 272. nu. 131. vol. 2.*

12 Quibus congruenter † accedit ſingularis declaratio, vt non procedant, quando poſſeſſio vaſalli, vel domini eſt vitioſa, quia tunc talis poſſeſſio vitioſa nullatenus poſſidenti patrocinaretur, perinde ac ſi nunquam penes eum extitiſſet, ſecundum Curtium ſen. *conſil. 30. col. 38. verſic. & in primis non obſtat.* & Crauet. *in d. vltima part. num. 7.*

13 Quando autem nec † dominus, nec vaſallus reperiuntur in poſſeſſione, tunc vtique ſemper præſumitur feudum eſſe antiquum, & incumberet onus, dicenti eſſe nouum, vt decidit Aluarot. *in c. 1. §. vltima. colum. 1. de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucc. in feud.* vbi ita intelligit illum textum, & fuit intellectus Gloſſ. *eo in loco, in ver. quis nouum.* & hunc intellectum ſequitur etiam Baldus *ibi,* & ita conſuluit Curt. ſen. *conſ. 52. colum. 38. verſ. ſecunda reſpondemus.* & Craoet. *in loco præmemorato.*

14 Sed an præſumptio iſta, † quod feudum præſumatur antiquum, in tantum ſuffragabitur vaſallo, vt is obtinere debeat, ſi dominus nihil probet? perplexus eſt re vera iſte articulus, & non vulgaris, in quo decidimus vaſallum non poſſe obtinere, ſed ſolummodo manere debere virtute iſtius præſumptionis in poſſeſſione euſque, quo fiant probationes, & ſi deinde ex vtraque parte nihil erit probatum, tunc vtique erit locus delationi iuramenti, quod erit arbitrarium iudici deferre cui voluerit, ſecundum tenorem textus, *in c. 1. §. final.* & *ibi* notat Afflict. *num. 7. de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucced. in feud.* & eſt textus *in c. 1. §. ſacramentum. de conſuetud. recti feud.* ita Zaſius *in tract. de feud. parte 11. num. 33.* & ab iſtis deciſionibus omnibus, vti veris, & communi conſenſu à ſcribentibus receptis non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo modo aliquo.

OPINIO CCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum conceſſum iure antiqui feudi, an aſſumat naturam, & qualitatem feudi antiqui. num. 2. 3. 11. 13. 14. & 15.*

2 *Si princeps inueſtiens aliquem de feudo nouo, dicat ſe id concedere iure antiqui & paterni, an reguletur, vt antiquum, paternumve, vel vt nouum.*

3 *Inueſtitura, in qua remittitur vaſallo fidelitas, valet.*

4 *Pactum, vt fœmina in feudo ſuccedat, valet.*

5 *Feudum ſoldata quod obitu concedentis finitur, ex pacto poteſt fieri tranſitorium ad heredes.*

6 *De feudo alieni, & quibus dederit, conceſſo, vaſallum iſtari poteſt.*

7 *Princeps poteſt alienare naturam feudi noui & id concedere iure antiqui.*

8 *In variis Doctorum ſententiis illa ſequenda, pro qua plures militant authoritates.*

9 *Epiſcopus & prælatus Eccleſiæ prohibentur, feuda noua, vt antiqua & paterna concedere.*

10 *An feudum antiquum & paternum, ſi iure feudi noui concedatur, aſſumat qualitates feudi noui. & nu. 18. & 19.*

11 *Princeps & quilibet alius, habens facultatem infeudandi, pacta qualia vult in inueſtitura apponere poteſt. Et natura feudi poteſt per conſuetudinem alterari, & effici vt ad fœminas tranſeat. nu. 12.*

13 *Principis dictum fortius eſt conſuetudine, poteſt enim rerum naturam mutare, & de nihilo aliquid facere.*

14 *Princeps an ſine cauſa poſſit auferre ius tertium alteri quæſitum.*

15 *Iuramentum an efficiat, vt feuda ſine conſenſu domini, filiorum & agnatorum alienari poſſint.*

16 *Regula, quod contrariorum eadem ſit diſciplina, quando locum habeat.*

17 *Ex adiectione nouæ formæ in inueſtitura, quando feudum efficiatur nouum.*

20 *Feudo antiquo ad dominum ex aliqua cauſa deuoluto, ſi deuolutio & culpa remittatur à domino, an id feudum remaneat antiquum, vel efficiatur nouum.*

FEVDVM nouum † quando conceditur *iure antiqui feudi,* non aſſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui, ſecundum Oldrad. *conſil. 178. quidam nobilis, circa finem.* vbi ſupplet, quod iſta verba, *iure antiqui feudi,* facti veritatem non immutant, *per l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio.* & iſtam opinionem Oldra. ſequitur Iaſ. *conſil. 57. colum. 5. lib. 1. & conſ. 152. colum. 1. & ſeq. & conſ. 180. colum. 6. lib. 2.* & nonnulli alii coaceruati per Tiraquell. *in tractat. de vtroque retractu. Gloſſ. vnica. §. 32. nu. 37.* 1

Contrarium vero, quod imo per talia verba feudum nouum aſſumat naturam antiqui feudi, tenet Bald. *in c. 1. an agna. vel filius in vſib. feudor.* quem ſequitur Alexand. *conſil. 30. colum. 3. volum. 1.* quod eſt repetitum *conſil. 2. volum. 5.* tradit idem Alexand. *conſil. 55. colum. 8. volum. 4.* & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Deci. *conſilio 194. columna ſecunda.* ſequitur idem Decius *conſil. 185. colum. 5.* Iaſ. etiam ſibi contrarius reuocando ſententiam in melius, *conſil. 1. colum. 2. lib. 3. & conſil. 136. colum. 4. & ſeq. lib. 4.* Curtius iunior *in tractat. feudorum in 1. part. quaeſtio. 8. prima part. num. 8.* eandemque opinionem atteſtatur eſſe communem, & ſequitur Crotus *in l. ii qui præemptore. colum. 23. ff. de vſucapio. & in l. re coniuncti. colum. antepenult. ff. de lega. 3.* & Ripa *in l. 1. colum. 2. ff. de leg. 1.* Aretin. *conſil. penul.* Ioachim. Mynſing. *in obſeruatio. 84. quod autem. centur. 4.* Tiraquell. *in d. tract. de vtroque retract. gloſſ. vnica. §. 30. num. 31. & ſeq.* & Alciat. *in tract. de præſumptio. in reg. 3. præſumptio. 28. num. 4.* & Clarus cum aliis copioſe relatis per eum *in tract. de feud. quaeſt. 8. ver. ſed hic occurrit notabilis quaeſtio.* & iſtam communem late limitant & declarant Moder. *in d. l. re coniuncti.* & præcitati Doctores, *in multis caſibus,* & ampliat vtiliter Clarus, & ponit effectus ipſius, *in d. q. 8. ver. hæc quidem concluſio, & ſeq.* Ita vt dubitent ſummi feudorum vertices, & nonnihil ſe torqueant in prædicta practicabili controuer-

Com. opin.

2 trouerſia, † ſi Princeps faciat alicui inueſtituram de feudo, & in tali inueſtitura dicat, ſe id concedere iure feudi antiqui, & paterni, an hoc feudum nouum ita conceſſum, ſumat qualitates feudi antiqui, & paterni, an reguletur, vt antiquum, & paternum, vel vt nouum? quæſtio eſt perardua, & magni effectus in feudalibus cauſis. Primo itaq; videtur decidendum, huiuſmodi feudum eſſe regulandum, vt nouum, nõ autem vt antiquum, & paternum, ac nõ aſſumere ex talibus verbis in inueſtitura appoſitis, qualitates feudi antiqui, & paterni. nam huiuſcemodi verba, ſcilicet, quod feudum nouum concedatur iure feudi antiqui, & paterni; non poſſunt mutare veritatem rei, quia noſtrum affirmare, vel negare, non mutat rei ſubſtantiam, *vulg. l. abſumptio. ff. ad municip.* & ita in terminis noſtris decidit Oldrad. *in prememorato conſil. 178. argum. l. ſi forte. ff. de caſtren. pecul.* & notatorum à Scribentibus *in l. ſi donatione. C. de collat.* & hanc partem tenet etiam Paul. Caſtren. *conſil. 154. ſecundum impreſſionem antiquam*, vbi decidit, quod ſi quis de nouo fuerit inueſtitus, pro ſe, & heredibus ſuis, de feudo antiquo, illa verba non operarentur, vt agnati ſuccedant, quia alias in feudo nouo ſuccedere non poſſent, ſed ſolummodo in antiquo, & hanc Oldradi ſententiam approbauere etiam Iaſ. *conſil. 57. colum. 7. volum. 1. & conſil. 152 colum. 1. volum. 2.* vbi annectit quoque hanc partem eſſe frequentiori Doctorum voto receptam, *& conſil. 180. col. 6. eod. vol. & conſil 67. colum 6. vol. 3. & conſ. 107. col pen. verſ. confirmatur. vol. 4.* Ludouic. Bolognin. *conſ. 1. colum. 4.* Bald. *in prælud. feud. in 3. diuiſ.* Zaſ. *conſ. 13. nu. 15.* & Brunus *conſ. 79 prope medium.*

Quibus tamen non obſtantibus, ſententiam contrariam, vti veriorem, atq; crebriorem tenendam eſſe in iudicando arbitramur, tale, videlicet, feudũ nouum, cõceſſum iure antiqui, & paterni feudi, cenſeri vere antiquum, & paternũ, ac in ſe aſſumere omnes qualitates feudi antiqui, & paterni. Et hęc deciſio ꝓbatur primo ex illa communi concluſione, ꝙ in contractu feudali poſſint adhiberi pacta extranea, & cõtra naturalia, & propriam, communemq; naturam feudorum, dum tamen nõ ſint contra ſubſtantialia. ita Paul. Caſtren *conſ. 162. ſecundum antiquam impreſſionem.* Brunus *conſ. 41. col. 1. in fi.* Curt. ſen. *conſ. 48. col. 8. & conſ 49 col. 25.* Secundo quoq; facit illud quod ſcribit Bald. *in l 1. C. de latin. libert. toll.* vbi tradit, quod per pactũ recedimus à propria natura feudorũ. quia vt inquit idem Bald. quem refert Afflict. *deciſ 265.* natura feudorum eſt genus, & tenor inueſtituræ eſt ſpecies,
3 quæ ſemper derogat generi. Et ideo videmus, † ꝙ licet de natura feudi ſit, ꝙ vaſallus iuret fidelitatem, tex. eſt *in c fin. per quos fiat inueſt.* nihilominus valet inueſtitura in qua dicitur, quod non teneatur vaſallus
4 ad fidelitatem. Tertio accedit etiam, † ꝙ de natura feudi fœmina in eo non ſuccedit, vt incapax, text. eſt *in c. 1 § hoc autẽ qui feud. dar. poſſ.* & tamen valet pactũ, ꝙ fœminæ ſuccedant in feudo, *c. 1. §. præterea, quid ſit inueſt. & c. 1. §. filia. de ſucceſſ feud.* Quarto confirmatur ex eo ſimiliter, ꝙ decidit Afflict. *in cap. vnico. in fin. de controuerſ. inueſt. inter epiſc. & vaſall.* vbi determinat,
5 quod † feudũ ſoldatæ, quod obitu concedentis omnino finitur, vel morte recipientis, ex pacto tamen poſſit feudũ fieri tranſitorium ad heredes, & hãc Afflicti determinationẽ ſequũ *eo in loco.* Iac. de Beluiſo. Quinto, & vltimo ad iſtius opinionis corroboratio-
6 nem adducĩ etiam, quod † conceſſo feudo alicui, & quibus dederit, poterit vaſallus de eo teſtari, atq; diſponere, contra ꝓpriam naturam feudorũ, quæ eſt, vt de eo nõ poſſit quis teſtari, vel diſponere, *c. 1. de feu nõ hab. prop. natu. feu.* Dec. *conſ. 173. & cõſ. 193. n. 3.* Pariſ. *conſ. 23. n. 41. vol. 1. & conſ. 42. n. 7. eod. vol.* & Brun. *conſ 38. col. 3.*

Ex his itaq; patet, † quod recedi poſſit à ꝓpria na- 7
tura feudorum. & idem dicendum quoq; eſt, quod Princeps poſſit alterare naturam feudi noui, & illud concedere iure feudi antiqui, & paterni, cum quilibet habens poteſtatem feuda concedendi, poſſit ꝙ vult pactũ in inueſtitura apponere, ſecundũ Afflict. & alios *in prælud. feudor.* & ne abſq; proprius deciſionib. pertranſire videamur, hanc partem, tanq̃ magis veram, magiſq; communem, tenet in terminis Bald. *in c. 1. col. 1. de alien. feud. pater.* Vbi nõ cunctanter aſſentitur, quod ſi Rex concedat alicui caſtrum nomine, & iure antiqui feudi poſſidendum, licet ſit nouum, tamen aſſumat qualitates feudi antiqui; & ſequitur *eo in loco*, Martin. Laud. *col. 2.* Card. Alexandrin. *col. 2.* Afflict. *n 56.* Aluarotus, & Card. Alexandr. *in c. 1. de vaſal. decrep. ætat. & in c. 1. col. 2 de grad. ſuccod. in feud.* Paul. Caſtren *conſ. 44. in princ. vol. 1. & conſ. 284. vol. 2.* vbi inquit, hæc verba habere vim pacti, Barbat. *conſ. 66. n. 5. vol. 4.* Brunus *conſ. 41. col. 2. & conſ. 73. col fin.* Afflict. *deciſ. 284. nu. 10* & ibi Vrſillus *in additionib n. 14.* Pariſ. *conſ. 17. vol. 1.* Dec. *conſ. 53. col. 2. & conſ 185. col. fi.* Rubeus *conſ. 164. col. 3.* Riminal. *conſ. 96. nu. 7. & 39 & conſ. 292. nu. 21.* Tiraq. in *tract. de retract. fol. 670. n. 31. cum ſeqq.* Cephal. *conſ. 14. n. 3. vol. 1.* & hanc partẽ communem eſſe commemorant Curtius iun. *de feud. in 1. parte. in ver. 2. prin. col. 3. & conſ. 1. col 5.* Crauet. *de antiquit. tempor. par. 5. nu. 17.* Zaſius *in tract. de feud par. 12. nu. 55.* Cur. ſen. *conſ. 29. col. 29.* Clarus *in tract. de feud. q. 8.* Neuiza *conſ. 10 n. 30.* Natt. *conſ. 462.* & hanc eſſe etiam magis, magiſq; communem aſſeruere idem Clarus, & Neuizanus, & Rolan. *conſ. 60. vol. 1.* & ſecundum hanc quoq; partẽ conſuluit ꝓſtanter Collegiũ Bononienſe *inter conſilia Curtii ſen. conſ. 50. col. 3.* Nec obſtant adducta in contrarium, & primo equidẽ nullatenus diſturbat quod ſcripſit Oldrad. *in præalleg. conſ. 178.* nam primo reſpondet, quod non ſit curandum de eius deciſione, & authoritate, quia verior, & magis communis opinio Dd. eſt contra eum, vt conſtat ex tot maiorum noſtrorũ deciſionibus, quæ ſupra adductę fuere, quorum ſententiam magis communem reuoluere, ſeu deſtruere per quã difficile redderetur, vt inquit Cur. ſen. *conſ. 42. col. 6. verſ. ſed præmiſſis.* Vbi enim † reperiunĩ variæ Dd. ſenten- 8
tiæ, illa vtiq; ſequenda eſt, pro qua extant plures authoritates magiſtrorũ, ita tex. *in l. 1.* vbi Bal. *in 5 not. ff. de offic quæſt.* Alex. *conſ 95. nu. 6. vol. 2.* vbi ait, quod licet communem opinionẽ impugnent aliqui pauci contrarium tuentes, tamen, quod communis opinio nõ ſit relinquenda, ꝓut abſolutũ hoc reperiẽ infra cum ſuo apparatu, *in opin. 398. Iudex in iudicando nõ poteſt recedere à cõmuni opinione. n. 1. cum aliis omnib. ſeqq.* ideoq; in practica in conſulendo, & iudicando non eſt coſidum in hoc de iſta deciſ. Oldradi, cum magis communem habeat cõtra ſe deciſionem ſummorũ iuris verticum. Secundo ex alio etiam fundamento non obſtat deciſio Oldradi, quia eius dictũ debet neceſſario intelligi ſecundũ leges, quas allegat, iuxta doctrinam Bart. *in l. non ſolum. § liberationis verba. ff. de lib. legat.* ſed iura, quæ ab Oldrado inducunĩ, loquuntur in perſonis, ꝙ non poſſunt libere actũ facere, in quib. talia verba nihil operanĩ; ſecus autem eſt in terminis noſtris, in quib. Princeps in bonis feudalib. libere, & ſuo velle, & libito poteſt diſponere in bonis feudalibus, & facere, ac diſponere, vt feudũ nouum ſortiaĩ qualitates feudi antiqui, & paterni, ita notanter Iaſ. *conſ. 1. col. 4. vol. 1.* Bal. *in proœm. feudor. in 3. diuiſ. verſ. circa hoc dubitatur.* Vbi tenet, quod cum † ſumus inter per- 9
ſonas ꝓhibitas de nouo infeudare, vt eſt Epiſcopus, vel Prælatus Eccleſiæ, iſta verba, *tanquam de feudo pa-*

Z *terno,*

terno, vel antiquo. non probent, quod ſit feudũ antiquum,
nec iſta verba faciant hoc feudũ antiquũ eſſe. Quo-
niam tales perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt libere
diſponere ſuper feudo nouo, & talia verba videntur
appoſita in fraudem legis, ita inquit Iaſ. *conſ. 136. col. 6.*
vol. 4. Natta, *conſ. 462. col. 4.* & Curt. iun. *in tract. de feud.*
in 1. part. verſ. octauo principaliter. Nec diſturbat deciſio.
Pauli Caſtren. *in conſ. 154. ſecundum antiquam impreſſio-*
nem. nam reſpondetur ex ſententia Curt. iun. *in loco*
meo allegato, quod Paul. Caſtr. loquatur in Epiſcopo, qui
(vt explicauimus) eſt de perſonis qui prohibentur de
nouo infeudare. ideo mirum non eſt ſi dicta verba:
iure antiqui feudi: ſint nullius effectus, roboris, ac mo-
menti, & hoc idem ſcribit Natta *conſ. 462. col. pen.* vbi
dicit, quod ſi Paul. Caſtrenſis loqueretur in domino tem-
porali, male loqueretur, & diceret contra id, quod dixit
in conſ. 44. vol. 1. & conſil. 283. vol. 2. ſupra allegatu. & hæc
reſponſio inſeruiret etiã autoritati Alex. *conſ. 10. vol. 3.*
quod is etiam loquatur in Prælato, ſecus autẽ in domino
temporali, & ſi aliter teneret, & loqueretur, fragiliter,
ac irregulariter diceret, cũ potiſſimũ is Alex. teneat
hanc partẽ. remanet itaq; inconcuſſa hæc deciſio, quod
feudũ nouum, conceſſum à Principe iure antiqui, &
paterni feudi, cenſeatur vere feudũ antiquũ & paternũ,
& omnes qualitates aſſumat feudi antiq., & paterni.

Et ex præcedenti deciſione, aliam concitant gra-
20 uiſſimi feudorum Interpp. difficultatẽ, an † feudum
antiquum, & paternũ ſi concedatur iure feudi noui,
cenſeatur feudũ nouum, & aſſumat tale feudũ anti-
quum qualitates feudi noui? prima facie videtur di-
cendum, quod ſic, hoc potiſſimũ reſpectu, quia vulgaris
eſt regula, ſeu cõcluſio, quod contrariorũ eadem eſt
diſciplina, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui. vel alie. iur. l. in fundo. ff.*
de rei vend. Alex. *conſ. 109. col. fin. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 31. n. 122.*
vol. 1. Dec. *in l. ſecundum naturam. n. 3. ff. de reg. iur.* Iaſ. *in l.*
interſtipulantem § ſacram n. 26. ff. de ver. oblig. Ripa *n. 3.*
& Soc. *n. 35 in rub. ff. de acquir. poſſeſſ.* & Herman. Detus
ibi etiam n. 4. Sed certum eſt, ſi feudũ nouum, & nouæ
originis cõcedatur alicui iure feudi antiq., & paterni
quod efficiatur, euadatq; antiquum, & paternũ, aſſu-
matq; qualitates feudi antiq., non ſolũ quãdo in ipſa
conceſſione ſunt adhibita illa verba: *in omnibus, & per*
omnia: ſed etiã quando eſt facta ſimplex cõceſſio iure
feudi antiq. vt volunt cõmuniter omnes, vt teſtatur
Crauet. *in tract. de antiq. temp. in 5. par. poſt n. 16.* Clarus
in tract. de feud. q. 8. poſt nu. 3. verſ. & hæc quidem concluſio.
Ruin. *conſ. 5. in prin. conſ. 14. n. 5. & conſ. 45. n. 4. vol. 1.* Ru-
bens Alexandr. *conſ. 84. col. 2.* Alibi andus *inter conſilia*
ſtatus Montisferrat. conſ. 30. n. 10. & iſtã etiam eſſe magis
communẽ perhibuere Iaſ. *in vſib. feudor. col. 29. & conſ.*
136. col. 4. Rolan *conſ. 60. vol. 1.* cum aliis quos adduxi-
mus in præced. quæſt. ergo eodem modo dicendũ eſt,
quod ſi feudum antiquum, & paternũ concedatur iure
feudi noui, quod tale feudũ efficiatur nouum, aſſumatq;
qualitates feudi noui, vt contrariorũ eadem ſit diſci-
21 plina. Secundo facit, quod † Princeps, & quilibet alius
habens facultatẽ infeudandi, poteſt apponere con-
ditionẽ, & pactũ in inueſtitura, prout vult, ita Afflict.
& ante eum Iſern. *in prælud. feudor.* vbi Afflict. refert
22 Iſerniam ita tenentẽ, *n. 6.* Tertio, natura † feudi poteſt
per conſuetudinẽ alterari; nam ex cõſuetudine induci
poteſt, vt feudũ ad fœminas pertineat, etiamſi in in-
ueſtitura de eis nulla ſit facta mentio, ita Cardin. *conſ.*
64. & poſt eum Campeg. *conſ. 2. col. fin. inter conſilia Alb.*
Bram. multo itaq; magis natura feudorum per Prin-
cipem alte. abitur, nam Princeps poteſt ipſam cõſue-
tudinem tollere. vt firmat Oldrad *conſ. 117 & conſ. 322.*
Imo inquit Bal. *conſ. 312. in princ. vol. 3. & conſ. 134. col. 4.*
23 *vol. 5.* quod † dictũ Principis, ſeu eius conſtitutio, fortior
ſit conſuetudine. Princeps n. poteſt rerum naturam
mutare, & de nihilo aliquid facere, tex. eſt *in c. cum A-*
poſtolica. de his quæ fiunt à prælat. Quarto, & vltimo, ad
huius partis corroborationẽ facit etiam; quod cum feu-
dũ antiquum, & paternũ conceditur iure feudi noui,
dicatur adiecta noua forma, & ex talis nouæ formæ
adiectione dicitur feudũ nouum, ita Bal. *in c. 1. § inſu-*
per. in fi. de probib. feud. al. per Feder. ex mutatione enim
formæ inueſtituræ, efficitur nouum feudũ, vt cõclu-
dit Cæpoll. *conſ. 31. n. 7. inter conſilia ciuilia.* Oldra. *conſ.*
178. vbi inquit, quod dicatur nouũ ratione nouarũ con-
uentionum, & Oldradũ ſequitur Cur. ſen. *conſ. 50. nu.*
29. & 50. & Rota Neapol. etiam, atteſtante Afflicto,
deciſ. 112. nu. 5. & deciſ. 248. n. 8. Brunus *conſ. 78. nu. 5.* & eſt
tex. *in l. iura autem ciuile.* vbi Moder. *ff. de iuſt. & iur.*

Quibus non obſtantibus ſententia contraria cen-
ſetur de iure verior, quæ ſolide & perfecte fortificat, ſu-
ſtentatq; communis ſchola Dd. eaq; liquide quidem
probatur ex eo, quod † Princeps nõ poſſit ſine cauſa au- 14
ferre ius quæſitum tertio, ita Card. & Imol. *in c. quia*
diligenti. de electio. Rolan. *conſ. 45. nu. 23. vol. 4.* Cyn. *in l.*
reſcripta. C. de precib. Imper. offeren. Felyn. *in c. quæ in ec-*
cleſiarum. col. 14. de conſtit. Brun. *conſ. 12.* Barbat. *conſ. 43.*
vol. 1. & hanc partẽ aſſerit magis communẽ fore Ful-
goſ. *in l. fi. C. ſi cont. iu., vel vtil. pub.* Quod procedit, etiã
licet hoc ius quæſitum, foret inductum artificio iuris
ciuilis, ita Alexan. *conſ. 87. vol. 2.* Dec. *conſ. 343.* Crauet.
conſ. 135. colum. 5. & 10. Pariſ. *conſ. 101. col. 10.* vbi annectit
quoq; ſententiam hanc eſſe crebriorem, & ſequitur
Ruin. *conſ. 95. vol. 2. conſ. 4. col. penult. vol. 3. conſ. 13. & conſ.*
130. vol. 5. Sed ſi Princeps concederet feudum anti-
quum pro feudo nouo, hoc faceret in præiudicium
agnatorum tranſuerſalium, qui non ſuccederẽt in feu-
do nouo, ita Curt. iun. *in tract. de feud. in 1. par. verſ. octa-*
uo principaliter. Colleg. Bononienſe *conſ. 50. col. 3 verſic.*
tat nec etiã prædicta, inter conſilia Curt. ſen. Merito itaq;
dicendum eſt, quod Princeps hoc non poſſit facere ſine
cauſa, quia eſſet vere tollere ius quæſitum tertio, cum
ius vſqueadeo tolli nequit, etiam cum iuramento, ſe-
cundum Gl. 1. & Dd. *in c. ſi diligenti. de foro competen.*

Secundo facile etiam confirmatur; nam † aliena- 15
tio feudi eſt prohibita fauore alterius, videlicet do-
mini directi, filiorum, & agnatorum, *c. 1. de alien. feud.*
pater. vbi Bald. *& in c. 1. de probib. feud. alien. per Federic.*
& huiuſmodi ius non poteſt etiam cum iuramento,
maxime in odium filiorum, & agnatorum vocatorũ
tolli, *d. Gl. prima. & ibi Dd. in c. ſi diligenti de for. comp.* Gl.
fin. per illum tex. *in c. cum contingat. de iureiurando.* Alex.
conſ. 55. n. 9. vol. 1. Aret. *conſ. 18. col. 2.* Iaſ. loquens de alie-
natione feudi, *in auth. ſacramenta puberũ. n. 47. & ſeq. C.*
ſi aduerſ. vendit. Tiraq. *in repet. l. ſi vnquã. n. 146 C. de reuo.*
don. Natt. *conſ. 407 n. 18.* Corn. in ſimilib. terminis *conſ.*
243. vol. 2 & Rota Pedemont. vt teſtatur Oſaſch. *deciſ.*
172. poſt n. 21. Vltimo nõ vagando per mendicata ſuffra-
gia, in terminis, hanc quæſt. decidit textus, ex quo ſu-
mitur deciſio, quod ſi feudũ antiquum cõcedatur alicui
iure feudi noui, non propterea efficiatur nouũ, *in c. 1.*
vbi omnes notãt, *de vaſal. decrep. ætat.* Bald. *in l. 1. q. 15. de*
ver. diuiſ. idem Bal. & Aluarot. & alii, *in c. 1. an agnat. vel*
fil. Alex. *conſ. 130. in fin. vol. 1.* Iaſ. *conſ. 96. col. fin. vol. 4.* Dec.
conſ. 78. col. fin. & conſ. 445. col. 2. Soci. iun. *conſ. 103. nu. 31.*
vol. 2. & poſt eos Rolan. *conſ. 16 poſt num. 6. vol. 3.*

Nec perturbant ea quæ ex aduerſo allegata fuere;
nam quoad primum argumentum reſpondetur, quod
regula, † *contrariorum eadem eſt diſciplina;* procedere 16
poſſet, ſi militaret eadem ratio, ſecus autem ſi diuer-
ſa, vel contraria, vt per Bartolum *in l. fundo. ff. de rei*
vendicat. Alexand. *in l. neceſſario. in 1 col. ff. de ac qui-*
rend. hereditat. ſed in caſu noſtro adeſt diuerſa ratio

autem

inter vnum caſum, & alium, quia quando feudum nouum conceditur iure antiqui, & paterni feudi, illud ſolum tendit in præiudicium concedentis, non autem alterius, qui concedens potuit ſibi præiudicare. ideo mirandum non eſt, ſi feudum nouum aſſumit ex dictis verbis naturam feudi antiqui, & paterni: quando autem feudum antiquum efficitur nouum, hoc vtique tenderet in præiudicium agnatorum tranſuerſalium, qui non poſſunt ſuccedere in feudo nouo, ita Curt. iun. *in tract. de feud. in 1. par. verſ. octauo principaliter*. Clarus *in tract. de feud. in § feudum. q. 8. verſic. quæro nunc*. & Collegium Bononienſe, *inter conſilia Curt. iu. ſeniorum conſ. 50. col. 5. verſ. nec etiam prædicta*.

Nec itidem obſtant duo ſequentia argumenta, quia cum habeamus leges feudales in terminis, videlicet textum *in d. c. 1.* vbi omnes Feudiſtæ hoc notant, *de vaſall. decrepit. ætat.* vbi determinat expreſſe, quod feudum antiquum conceſſum iure feudi noui, non propterea efficiatur nouum, nec eſt vlterius diſputandum de potentia Principis, an poſſit hoc facere, necne, ſed ſufficit caſum eſſe expreſſe deciſum.

17 Nec aduerſatur vltimo loco, quod † dicebatur, quod ex tali adiectione nouæ formæ, dicatur nouum feudum, vt concedit Bald. *in c. 1. § inſuper. in fin. de probib. feud. alien. per Federic.* ex mutatione enim formæ inueſtituræ, efficitur nouum feudum, vt per Oldrad. *conſ. 72.* Curt. ſen. *conſil. 50. nu. 29. & 50.* & Afflict. *deciſ. 112. nu. 5. & deciſ. 248. nu. 8.* Nam reſpondetur duobus modis primo, huiuſmodi ſententiam procedere in renuntiatione feudi antiqui, in quo adiicit noua forma; quia tunc dicitur feudum nouum, ita loquuntur tot maiores Patres ſupra citati, ſecus vero in conſtitutione feudi antiqui, & paterni, facta à principio: tunc enim non poteſt per Principem concedi iure noui feudi tale feudum antiquum, vt ſupra probauimus ex textu expreſſo, *in d. c. 1. de vaſall. decrep. ætat. cum aliis, de quibus ſupra*.

Secundo reſpondetur etiam hoc verum eſſe, quando mutatur, aut alteratur forma circa ſubſtantialia feudi, ſecus vero ſi circa accidentalia, ita Caldetinus explanat percommode, *conſ. 1. in tit. de feudis verſic. ad cuius declarationem* quæ refert, & ſequitur Petr. Duen. *in regul. 323. in ver. feudum.* ſed in caſu noſtro feudum antiquum, & paternum, ſi concedatur iure feudi noui, vtiq; non mutatur natura feudi circa ſubſtantialia, ſed circa accidentalia, vt exploratiſſimum eſt. merito itaq; feudum antiquum hoc caſu, nec ex hac conſideratione, dicetur conceſſum iure noui feudi. & in omnem euentum erit feudum nouum, ex noua forma ſubſtantiali mutata, vt vigilanter conſiderauit Caldetinus *in d. conſil. 1.*

18 Limitatur tamen † hæc concluſio, non procedere quo ad ipſum dominum concedentem, & quoad ipſum vaſallum recipientem, nam procul dubio quoad eos cenſebitur feudum nouum, ex quo vterq; ipſorum potuit ſibi, pacto in inueſtitura appoſito, præiudicare, & ita procedit ſecundum argumentum, de quo *ſupra*, vbi diximus, quod Princeps, & quilibet alius habens facultatem infeudandi, poſſit apponere conditionem, & pactum in inueſtitura, quale vult, vt per Afflict. *in prælud. feudorum. n. 6.* Quo vero ad filios, & agnatos recipientis, quibus erat ius quæſitum ex tenore primæ inueſtituræ, non potuit dominus, neq; vaſallus in eorum detrimentum aliquid facere, & innouare, & talis inueſtitura eis non præiudicabit, prout ita loquitur Bald. *in c. 1. n. 20. an agnat. vel fil.* quem omnes ſequuntur, teſte Iacob. de S. Georg. *in inueſt. in ver. ita quod ipſi inueſtiti. poſt n. 14. verſ. ſed ponamus.* & ita procedit deciſio præſentis quæſtionis.

Secundo limitanda † eſt etiam hæc deciſio, vt non procedat, quando ipſi filii, vel agnati conſenſum ſuum 19
præſtitiſſent in tali feudi antiqui, & paterni conceſſione, facta à Principe, iure feudi noui, quia tunc inueſtitura iſta cum conſenſu eorum adhibito, vtiq; illis etiam præiudicaret, & ita loqui omnes Dd. in hoc propoſito exprimit Clarus *in tract. de feudu. §. feudum. q. 8. poſt nu. 5. verſ. quæro nunc quod e conuerſo.* & ita tenet communis ſchola Feudiſtarum, & ſecundum hanc partem conſuluit quoq; doctiſſime, ac profunde *ſuperioribus annis* D. Columus de Valle, noſter compatriota Aquilanus, ad fauorem Illuſtr. Comitis de Camponeſchis Aquilani, cui conſilio ſe ſubſcripſere etiam non pauci iuris Proceres, & Interpretes celeberrimi Peruſini, Romani, Bononienſes, Piſani, Ferrarienſes, & Paduani, quod equidem conſilium ita ſubſcriptum hiſce oculis vidimus, conſeruatum penes D. Anton. Franciſcum Camponeſcum, conciuem noſtrum Aquilanum.

Sed proſequendo præſentem materiam, ac eius neceſſitatem, vtilemq; explanationem, poſtremo perquirendum eſt, † ſi feudum fuerit deuolutum ad ſuperiorem
ex aliqua cauſa, & huiuſmodi feudum ſit antiquum, 20
eiuſq; deuolutio, vel culpa fuerit remiſſa ab ipſo ſuperiore domino, an tale feudum remaneat antiquum, an vero cenſeatur nouum? communis, veraq; reſolutio eſt, quod remanet, & cenſeatur antiquum, & in hoc omnes Scribentes conſentiunt, vt inquit Iacob. de S. Georg. *in ſua inueſt. feud. in ver. dictiq; vaſalli. il. 1. nu. 64.* & ita decidit expreſſe Gloſ. *in c. imperialem §. inſuper. in ver. priuetur.* vbi eam ſequitur Bartho. de Beneuento, *de prohibit. feud. alien. per Federic.* idemq; docuit etiam Bar. *in l. quod dicitur. la 1. nu. 9. ff. de impen. in rebus dotal. fact.* & iudicauit Rota Romana, atteſtante Mohedano, *deciſ. 7. tit. de feudis*. Quæ communis limitatur, ſecundum Clar. *in tract. de feudu. q. 8. poſt n. 6. verſ. hanc tamen concluſionem.* non procedere ſi foret contra ipſum vaſallum ſecuta ſententia ſuper priuatione, vel ſi culpa ſit talis, propter quam vaſallus ipſo iure cecidiſſet à feudo, nam in terminis huius caſus, feudum non remaneret antiquum, prout erat antea, ſed nouum omnino cenſeretur, ita etiam Bald. *in allegato §. inſuper, nu. 2.* & ſic communiter diſtinguere omnes Dd. commemorant Molin. Pariſi. *in conſuet. Pariſ. feuda. §. 30. n. 105.* & poſt eos de communi etiam teſtificatur Clar. *in d. q. 8. in fi.*

Limitatur quoq; ſecundo hæc eadem deciſio, locum non obtinere, quando ex coniecturis appareret de aliqua fraude, videlicet quando dominus, & vaſallus inſimul colluſiſſent, vt agnatos à ſuo iure excluderent, tunc profecto eis ex æquitate ſuccurrendum eſſet, vt eruditiſſime id ſolus Clarus explanat *in loco præcitato, in fin.*

Tertio declaranda ſimiliter eſt præſens concluſio, quod non poſſit dici feudum nouum, quod de nouo conceditur, ſi ſit illud idem, quod fuit alias conceſſum. quia hæc clauſula; *etiam de nouo concedimus*: non operatur, quod illud feudum, quod fuit alias conceſſum, dicatur feudum nouum. nam non obſtante hac clauſula, antiquum erit, vt aſſentiuntur Iaſ. *conſil. 24. col. 3. vol. 3.* Soc. iun. *conſ. 103. nu. 31. vol. 2.* & Octau. Cacheran. *deciſ. 23. nu. 8.* vbi explicat hoc potiſſimum procedere, ſi in inueſtitura reperiantur alia verba confirmatoria antiquarum inueſtiturarum, tunc enim verba *de nouo concedimus*; non faciunt feudum eſſe nouum, ſcribit hoc expreſſe Alex. *conſ. 30. col. 2. vol. 1.* quod nempe conſilium repetitum diſcernitur *in conſ. 2. vol. 2.* & hoc idem planum facit quoq; Dec. *conſil. 445. num. 6.*

Quarto declaratur etiam hæc concluſio, quando in conceſſione per verba *de nouo*, antiquæ qualitates viderentur confirmatæ expreſſe, ſaltemq; etiam ſub verbis

generalibus, per ea, quæ ponit Curt. iun. *conſ. 49. col. 13.* Octauia Cacheran. *in d. deciſ. 23. poſt nu. 8.* vbi inquit, quod nec etiam ex nouis qualitatib. adiectis in inueſtitura, ſtante præcipue confirmatione antiquarũ, dici poſſit mutata primæua forma feudi in aliis nõ mutatis, ita Alex. *in d. conſ. 30. n. 24.* Dec. *conſ. 73. in fin.* Pariſ. *conſ. 23. n. 26. vol. 1.* & quamplurima etiam in his terminis congerit Brun. *conſ. feud. 79. n. 5 & ſeq.* Calder. *conſ. 21. in tit. de feud.* inquiens quod mutatio qualitatũ accidentalium, non faciat cenſeri conceſſionem feudalem eſſe nouam, ſecus vero, ſi adſit mutatio ſubſtantialium contractus. Imo ſcribit Bald. *in tit. de milit. vaſall. decrep. ætat.* cum de feudo, quod erat paternum, ſit noua conceſſio cum dictione *eadem*, quod adhuc remaneat paternũ, non obſtãte quod adiecta ſit noua qualitas, prout hoc idem ſuſtentauere etiam Iaſ. *conſ. 7. col. 7. vol. 3.* & Octau. Cacher. *in alleg. deciſ. 23. poſt n. 9.* Vltimo loco limitãda quoq; venit iſta deciſio, quod non procedat, ſtantibus his duob. ſimul, & coniunctim in conceſſione, videlicet clauſula, *etiam de nouo concedimus*, & mutatione ſubſtantiæ primæ inueſtituræ, vel formæ, & qualitatis, prout ita fuit reſolutum, atq; deciſum, *in Rota Rom. in vna Sabinen. Caſtrorum Roquettarum ad fauorem Honoris de Subellis coram R. P. D. Fabio Accorambono*, vt teſtificatur Verall. *deciſ. 17. in 2. par.*

OPINIO CCLXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus an priuari poſſit feudo à Principe ſine cauſa.*
2 *Feudum an ſit contractus.*

1 FEVDO priuare † non poteſt vaſallum Princeps ſine cauſa, & abſq; eius culpa, *c. 1. de feudo ſine culpa non amitten. c. 1. de natu. feud.* & notat, & tenet Bald. *conſil. 326 Rex Romanorum. col. 2. prope fin. & conſil. 345. ad euidentiam. colum. 2. volum. 1. & conſil. 182. colum. 2 lib. 2* Paul. Caſtren. *conſil. 229. colum. 2. lib. 1. & conſil. 46. lib. 2.* Abb. *conſil. 3. colum. penul. lib. 2.* Socin. *conſil. 38. colum. 2. volum. 4.* Dec. *conſil. 410. colum. 3. & conſil. 443. colum. 11. & conſil. 544. colum. 2.* Alex. *conſ. 203. colum. 3. libr. 6.* Iaſ. *conſil. 177. colum. 12. & conſil. 227. colum. 5. & conſil. 233. colum. 3. lib 2. & conſil. 86. colum. 3 lib. 3. & in l. pecuniam. colum. 6. ff. de condict. ob cauſam.* Curt. iun. *in tract. feudor. in 2. par. q. 12. & conſil. 1 vol. 10.* Gozad. *conſ. 9. col 6. & conſil. 86. colu. 6.* & iſta concluſio videtur communis, quod vaſallus non poſſit priuari feudo abſq; cauſa, etiam de plenitudine poteſtatis.

2 Et ratio eſt, † quia feudum dicitur contractus innominatus, *c. forma, 22. q. 5.* Abb. & Dd. *in c. quæ in eccleſiarum col fin. de conſtit.* & Curt. iun. *in tract. feudorum. in 1. par. q. 9. princ. nu. 35.* vbi plenum facit iſtam eſſe communem opinionem. (Com. opin.) Et ſic Princeps ſubiicitur contractibus, *c. 1.* vbi late Moder. *de probatio.* & conſequẽter feudũ ipſum eſt etiam re ipſa contractus vltro citroq; obligatorius, *l. Labeo. § contractum. ff. de verb. ſign.* & tradit Bar. *in l. iuriſgentium. § quinimo. col. fi. ff de pact.* & Curt. iun. *in d. tract. feudorum. in 2. par. q. 7. nu. 52.* Vide ſupra *in opin. 151. nu. 4.* vbi oſtendimus, ex altera communi opinione contraria, feudum eſſe contractum nominatum.

Sed tamen contrarium aſſerit præcipitanter Socin. ſibi contrarius, *conſil. 87. col. 7 lib 3.* Deci. *conſil. 390. col 6.* Iaſ. *conſil. 236. col. 2. lib. 2. & conſil. 107. col. 3. lib. 4.* ſimiliter Gozad. *conſil. 8. in fin & conſil. 92. col. fin.* Tamen difficile eſſet in actu practico obtinere contra iſtam communem, quæ videtur veriſſima, & poſſet infinitis rationibus, & autoritatibus fulciri, quæ omittuntur breuitati ſtudendo, & ita ſubtiliter ediſſerebat D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus legum interpres Peruſii, & Piſis, doctrina, & integritate ſingulariſſimus, dum eum publice audiebam.

OPINIO CCLXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus an poſſit de feudo teſtari.*
2 *Pater an vni filiorum feudum in teſtamento prælegare poſſit.*
3 *Feudum conceſſum pro pecunia an naturam feudi retineat.*
4 *An dominus pecuniã pro feudi conceſſione accipere poſſit.*

VASALLVS regulariter † non poteſt de feudo teſtari, vt *in c. 1. de ſucceſſ. feudo. & in c. 1. § donare, qualiter olim feud. pot. alie.* per Socin. *conſil. 19. adſit. col. 3. lib. 1* & hæc eſt communis regula, ſecundum Clarum, & alios relatos per eum, *in tract. de feud. q 40.* 1 (Com. opin.)

Tamen hoc interpretatur non procedere in † feudo hereditario: nam vbicunq; feudum eſſet hereditarium, pater abſq; dubio in teſtamento poſſet prælegare vni filiorum: cum in tali feudo quis ſuccedere non poſſit, niſi ſit heres, ſecundum Bart. *in l. iuriſiurandi. § ſi liberi. ff. de oper. lib.* Bald. *in ſimil. c. 1. § de colente. qui feud. dar. poſſ.* Moder. *in l. quicquid aſtringenda. & in l. ſtipulatio. § Chryſogonus ff de verb. oblig.* & per Alex. *conſil. 10. ponderatis. vol. 3.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, *& conſil. 19 ſuper eo. col. fin & conſ. 28. col. penult. lib. 5.* & Clarus *in d. q 40. verſic. ſecundo infertur.* & hoc factum teſtatoris impugnari non poteſt, nec debet, *l. cum à matre. C. de rei vendic.* & per Alex. *conſil. 124.* quod citant Moder. *in tract. de feudo. fol. 28.* & ponit Præpoſitus *in c. Imperialem. in princ. colum. 6. de prohib. feud. alienatio.* 2 (Com. opin.)

Extricandum quoq; hic eſt; An † feudum conceſſum pro pecunia, retineat naturam feudi? quæri itaque ſolet inter grauiſſimos feudorum Interpretes, prout nos etiam iſtam quæſtionem decidere non inutile putamus. prima igitur conſideratione videtur dicendum, quod non, quia eſt contra feudi definitionem, & videtur eſſe text. in terminis *in c. 1. de feud. dat. in vim legis commiſſ.* vbi candide colligitur, quod debeat feudũ ex amore, honoreq; concedi, non autem pro pecunia, vbi *Gl. 1.* vult expreſſe, quod de iure non poſſit fieri talis infeudatio pro pecunia, & hanc quoq; opinionem approbauere etiam Gl. *in c. 1. de benefic. fratris.* & Beluiſius, Nicol. de Neapol. Aluarot. & alii vnanimes omnes *eo in loco*, & hoc idem aſſentitur conſtanter Bald. *in add. Specul. in tit. de locat. col. 3.* vbi concludit, quod feudi conceſſio fiat per gratiam, non autem per pecuniam. 3

Quibus non obſtantibus ſententiam contrariam opinamur veriorem eſſe, videlicet, quod indiſtincte feudum poſſit acquiri p pecuniam, quæ ꝓbatur primo per text. *in c. 1. de natur. feud.* per quem textum ibi hanc partem fortificauere Iacob. Ardizonius, Bald. Iſernia, Aluarotus, Martinus Lauden. Card. Alexandrin. & alii communi conſenſu omnes. Secundo hæc eadem opinio probatur per textum *in c. 1. § final. qui feud. dar. poſſ.* vbi Bald. Martin. Lauden. Aluarot. & Alexandrinus. Tertio ſimiliter ſuſtentatur iſta me opinio per textum, *in c. 1. in princ. de feud. guar. antiq.* vbi idem Card. Alexandr. *prope finem.* & eſt etiam bonus textus *in c. 1. de inueſtit. in ma. fact. in v. Titius. in fin. quib. mod. feud. amitt.* & probatur deniq; etiam, *in c. ad noſtram. de reb. eccleſ. non alien. & in c. ad noſtram. de empt. & venditio.* & huic ſententiæ, tanq̃ ſacroſanctiſſ. aſſentiuntur quoq; Bal *in l. licet. C. de lib. cauſ.* & Iaſ. *in præl. feud. col. 5.* & in terminis, q interueniens pecuniæ poſſit accedere in feudo, decidit Alex. *conſ. 79. poſt n. 6 vol. 6.* & hanc quoq; partem eſſe communem teſtificatur

Curt.

Curt. iun. *conſil. 48. col. 3. volum. 1.* & inquit Claudius Seyſell. *in tract. de feud in tit. de definit. & inuent. feud.* quod iſta ſit communis concluſio, & quod omnes teneant indiſtincte, quod feudum poſſit acquiri per pecuniam. & quod feuda empta, pro quibus annua ſoluitur penſio, ſint feuda, conſtantiſſime firmauere Iaſ. *conſil. 117. colum. 5. & ſeq. volum. 4.* & Brunus *conſil. 41. dub. 2.*

Qua opinione retenta tanquam puriſſima, reſpõdetur modo ad textum, *in allegato cap. 1. de feud. dan. in vim legis commiſſ.* prout varia accommodat reſponſa
4 inexpugnabilia Bald. *in c. 1 de feud. frat.* primo † quod de vrbanitate non debeat dominus accipere pecuniam, tamẽ quod ſi vult poteſt. Secundo tradit quoque alteram reſponſionem idem Baldus, quod non poſſit accipere ex fundo iuſtũ pretium, ſed modicũ tantum. Tertio dicit Baldus, quod dominus hoc nõ debeat facere, vt det feudum pro pecunia, ſed ſi data ſit pecunia ipſa, valebit infeudatio, & erit feudũ. ſed inquit Claudius Seyſellus *vbi ſupra in 4. col. circa medium.* quod neutram iſtarum ſolutionum Baldi teneant Doctores, ſed velint, quod licite capiat etiam iuſtum pretium. vnde alter Andr. de Iſern. *in d. c. 1. de natur. feud.* Aluarotus, & Cardin. Alexandrin. *in d. c. 1. de feud. fratr.* reſpondent, quod ille textus *in c. 1. de feud. dan. in vim legis commiſſ.* debeat intelligi in caſu, in quo loquitur, videlicet, quando eſſet appoſitum pactum legis commiſſoriæ in pignore, quod eſt à iure reprobatum, *l. 1. C. de pact. pignor. & l. commiſſ.* ſed per ſimplicem venditionem feudi, cõceſſio fieri poteſt, & hanc ſequitur Claudius *vbi ſupra*, dicens quod licet feudum poſſit concedi per pecuniam, tamẽ non proprie, & ſtricte dicitur feudum. verum ex noſtra ſententia alia quoque verior erit ſolutio, quod licet feudum concedatur pro pecunia, nihilominus tamen pecunia nõ ſit in conſideratione habenda, quia non cenſetur datum feudum principaliter propter pecuniam, ſed potius ob ſeruitium, & iſtud etiam videtur conſideraſſe Claudius ipſe *vbi ſupra*, quamuis deinde reprobet iſtam ſolutionem, & iudicio meo, male, & irregulariter, & iſtam traditionem communem, quod feudum emptum, ſit vere feudum, non habens propriam naturam feudi, ſtrenue tuetur etiam, ex ſuo fere diuino ingenio D. Regens, & Marchio de Morchone Io. Franciſcus de Ponte, *conſil. 2. num. 156. & ſeqq.*

OPINIO CCLXXXV.

SVMMARIA.

1 *Maritus non tenetur dare fideiuſſorem de dote conſeruanda conſtante matrimonio. Niſi in caſu inopiæ. nu. ſeq. Vel ſi alius principaliter cum marito ſe obligauit de reſtituenda dote. nu. 3.*

1 FIDEIVSSOR de † dote conſeruanda per maritum, præſtari non debet, constante matrimonio; Et ſic maritus non tenetur dare fideiuſſorem in hoc
2 caſu, *l. 1. & 2 C. ne fideiuſſ. dot. dentur.* Sed per † Pontificem promiſſum, cautumve reperitur *in cap. per veſtras. de donation. inter vir. & vxorem.* fideiuſſionem in caſu inopiæ mariti vxori præſtandam eſſe, de dote conſeruanda, atq; reſtituenda, vt voluerunt, *ibi* Innoc. Cardin. Abb. & Lupus, Bart. *in l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſolut. matrim.* Bald. & Imol. *in princip. illius legis.* & poſt eos Iaſ. *nu. 15.* Ripa *n. 15.* qui affirmant Bart. *eo loco* ſibi
Cõis opin. contrarium communiter damnari.
3 Alia ſimiliter eſt † limitatio, cum quis principaliter ſe obligaret vna cum marito, tanquam correus, ad reſtitutionem dotis, quia tunc principaliter & in ſolidum obligatur, ita Natta *conſ. 52. n. 3. vol. 1.* Iaſ. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.* quos refert Andr. Gayl. *lib. 2. obſeruat. 14. n. 10.*

OPINIO CCLXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor conueniri nequit niſi prius excuſſo principali. Et niſi notorie non eſſet ſoluendo. n. 3. vel principalis reus abeſſet. num. 5.*

2 *Debitor condemnatus pro delicto, & eius bonis fiſco applicatis an contra eum vel contra fiſcum, excuſſio facienda.*

4 *Debitor quis dicatur notorie non ſoluendo remiſſiue.*

6 *Exceptione excuſſionis à fideiuſſore non oppoſita, non propterea acta retro facta redduntur nulla.*

FIDEIVSSOR conueniri † non poteſt, niſi prius 1
facta excuſſione principalis debitoris, *authen. præſente. C. de fideiuſſ.*

Et hoc eatenus procederet, quod ſi † debitor ipſe 2
eſſet effectus notorie non ſoluendo, & ſic extitiſſet condemnatus pro delicto, eiuſq; bona omnia fuiſſent fiſco applicata, tunc excuſſio bonorum debitoris nõ foret neceſſaria, ſed contra fiſcum vtiq; requireretur huiuſmodi diſcuſſio, dato q fiſcus teneretur ſoluere debitũ dicti debitoris cõdemnati, vt voluerunt Gl. & Bald. *in l. ſententiam. C. de fideiuſſ.* Bal. *etiam conſ. 192. proponitur in 3. dubio. vol. 1.* Fulgoſ. Caſtren. Roman. Iaſ. *n. 10.* & Deci. *in l. fin ff. ſi cer. pet.* Cremen. *in ſingul. 44. an fideiuſſor.* Roma. *ſingu. 641. ſeu quod hodie requiritur.* vbi refert, quod ita obtinuit, & ita conſuluit idem Roma. *conſ. 93. per totum* & eandem opinionem ſequitur Neguſa. *in tract. de pignorib. in 8. part. 1. membri. ſub n. 13.* vbi oſtendit iſtam eſſe communẽ contra Bar. *in d. l. fi.* & Abb. *conſ. 29. col. 2. vol. 2.* contrariũ ſentientes. Cõis opin.

Sed † regula prædicta in principio poſita ita, & ta- 3
liter interpretata non procederet, quando principalis debitor notorie nõ eſſet ſoluendo, tunc quippe excuſſio nõ foret neceſſaria, & poſſet deueniri, ac procedi cõtra fideiuſſorem, ante principalem ipſum excuſſum, ſecundum Gl. Bart. Alex. Iaſ. *n. 10.* & reliquos *in d. l. fi.* vbi Iaſ. *d. n. 10.* perhibet iſtam eſſe comm. opin. Cõis opin.

Et eam † ſequitur Neguſa. *in d. 1. membr. 8. partis, ſub* 4
num. 14. vbi docet vtiliter quibus modis dicatur quis notorie non ſoluendo.

Limita † ſimiliter regulam iſtam non procedere, 5
quando principalis reus eſt abſens, & abſens quomodo intelligatur, vide text. *in d. auth. præſente.* & Gl. *in corpore vnde ſumitur.*

Poſtremo animaduerte etiam, † quod ſi exceptio 6
excuſſionis bonorũ, à fideiuſſore conuento nõ eſſet oppoſita, non propterea acta retro facta redderẽtur inualida, ita Bald. *in auth. præſente. in princ. C. de fideiuſſ.*

OPINIO CCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor pro euictione, non poteſt petere liberationem, niſi re euicta, etſi diu ſteterit in fideiuſſione, niſi certis caſibus.*

FIDEIVSSOR euictionis, † ſeu pro euictione, pe- 1
tere nequit ſe liberari, eximiq; à fideiuſſione, licet diu ſteterit in promiſſione, niſi re euicta: & conſequenter fideiuſſor, qui diu ſtetit in promiſſione de euictione, priuſquam euenerit caſus, non diceretur ſteuiſſe in obligatione, ideo petere non poſſet liberationem, ſecundũ Cyn. Bald. Salyc. & cæteros omnes, *in l. ſi pro ea. C. mand.* vbi ipſe Salyc. *n. 5.* adiicit hanc eſſe communem opinionẽ, cui inhærent etiam Bar. Bal. Cõis opin.
Caſtren. Alex. Iaſ. & Dec. *in l. facere poſſe. ff. ſolut. matri.* Bald. Caſtren. Alex. Iaſ. & Dec. *in l. ſi pater. C. de collat.* vbi etiam ita firmabat, infinitis rationib. more ſuo,

Illuſtris D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus, præceptor meus, dum ipſum audiebam interpretantem *d. l. ſi pater. in gymnaſio Peruſino.* & hoc idē tenet Afflict. *deciſ. 241 quidam Notarius iacobus nu. 45. & ſeq.* & Vrſillus *ibi in addit. vbi ſub nu. 4.*

Sed hoc non procederet, ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione, tunc enim in aliquibus vtiliſſimis caſibus narratis per Afflict. & Vrſillum *vbi ſupra*, poſſet petere ſe ab obligatione liberari, vbi Vrſillus adducit etiam hoc eſſe arbitrarium.

OPINIO CCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare in plus, quam reus principalis. Efficacius autem obligari poteſt. nu. 2.*

3 *Fideiuſſor promittens cum iuramento maiorem quantitatem, quam à debitore promiſſa, debitaq; ſit, an ad eam teneatur.*

1 FIDEIVSSOR non † poteſt ſe obligare in plus, quam obligatus reperiatur reus principalis, & ſic obligatio ipſius fideiuſſoris, pro qua in plus obligatus appareat, quam principalis, non valet, nec tenet; & fideiuſſor in huiuſmodi caſu nō obligatur, nec tenetur, ſecundum Scribentes omnes, *in §. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſ.* Gl. Bart. *nu. 1.* & reliquos, *in l. Græce. §. illud. per illum text. ff. de fideiuſſoribus* Hoſtienſ. & Abb. *colum. 4. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur.* Marcum Ant. Baueriam *in tract. de virtute iuramenti. in princ.* Alex. *in l. 1. § ſi ſtipulanti. col. 1. ff. de verb. oblig.* & Marſil. *in repet. rub. n. 342. cum aliis ſeqq. ff. de fideiuſſ.* vbi ponit hoc pro regula cum multis limitationibus, & vtilibus declarationibus, & communem opinionem dicit Bart. *in d. §. illud.* Bellonus etiam *in d. § fideiuſſores. nu. 3.* & Marcellus Benincutius Senenſis, *in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. vel §. ſi quis ita. col. 6 in fin.* licet iſti Moder. *in memoratis locis*, rudi ter quærant ſuſtinere contrarium. (Cōis opin.)

2 Et quãuis † efficacius ipſe fideiuſſor obligari poſſit, ſecundum aliquos ex memoratis Dd. & Soc. iun. lariſſime, *in d. rub ff. de verb. oblig. num. 362. cum aliis multis ſeqq.*

3 Tamen ſi iuramentum † interuenerit in huiuſmodi fideiuſſione; & ſic ſi ipſe fideiuſſor ſcienter cum iuramento promiſiſſet maiorem quãtitatem, quam à debitore promiſſa, aut debita fuiſſet, tunc fideiuſſor teneretur vti principalis ratione iuramenti, non tantum ad quantitatem per principalem promiſſam, ſed ad id etiam, quod vltra ea ſcienter ipſe promiſerat, ſecundum Bart. *in l. hi qui. ff. de fideiuſſo.* Roma. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* Abbat. & omnes communiter, præſertimq; Alciat *n. 173. in c. cum contingat. de iureiuran.* Alex. *conſil 31. vol. 4.* & Ang. *in l. hi, qui acceſſiones. ff. de fideiuſſo.* Marcum Anton. Baueriam *in d. tract. de virtute iuramenti. in princ.* & Marſil. cum cæteris ſignatis per eum, *in d. rubr. ff. de fideiuſſo. ſub nu. 342.* & Natt. *conſ. 453. placet concluſio reddita nu. 15. volum. 2.* & iſta eſt communis opinio, vt *ſupra* docuimus. (Cōis opin.)

OPINIO CCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *An fideiuſſor liberetur, ſi creditor ſine eius conſenſu debitori tempus ſolutionis prorogauit.*

1 FIDEIVSSOR eius, † qui vere debitor eſt ad debitam quantitatem infra ſex menſes ſoluere promittens non liberatur, nec eximitur ab obligatione fideiuſſoria, licet creditor ſine licentia, & conſenſu ipſius fideiuſſoris diem ſolutionis debitori prorogauerit; & ſic fideiuſſor iſte non liberatur, ſi creditor mutat obligationem ex conuentione facta cum debitore principali citra conſenſum ipſius fideiuſſoris, ſecundum Hoſtienſ. Anchar. Imol. & Abba. *in c. conſtitutus. de fideiuſſo.* Bart. *in l. Lucius. § Paulus. ff. de adminiſt. tuto.* Alex. Iaſ. *num. 9* Deci. & Curt. iun *num. 2. in l. lecta. ff. ſi cert. petat.* & Marſil. *in repetitio. rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 99. & ſeq. cum aliis relatis, ibi per eum.* quorum opinio communis eſt, teſte Iaſ. & Dec. *in d. l. lecta.* & Marſil. *in d. rub.* vbi citat etiam Dd. contrarium allegantes, eoſdemque allegat Auguſt. Beroius, *in c. de cauſis. nu. 34. & ſeq. de offic. iud. deleg.* vbi hoc indeciſum derelinquit. (Cōis opin.)

OPINIO CCXC.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor intercedens, pro reo principali obligato ad ſoluendum intra certum tempus, an facta prorogatione inter partes principales nihilominus teneatur.*

FIDEIVSSOR intercedens, † obligansque ſe ſimpliciter pro reo obligato ad ſoluendum infra certum tempus, etiam facta prorogatione inter partes principales tenetur, non obſtante prorogatione termini facta, in ipſo compromiſſo ſimiliter, ſecundum Bart. poſt Iacob. de Arena, & Dyn *in l. Lucius. la 2. §. Paulus ff. de adminiſtr. tuto.* Gloſſ. Bald. & Salyc. *in l. ſi tum Hermes. C. locat* Hoſtien Anchara. Imol. Boic. Panor. & alios omnes, *in c. conſtitutus. de fideiuſſ* Barbac. *conſil. 31. colum. final volum. 1.* Deci. *conſil 93.* Pariſi. *conſ. 48. volum. 1* & Iaſ. *num 9.* Dec. Curt. *iolum. 2. & ſeq.* cæteriq; Moder. *in l. lecta. ff ſi cert. petat.* vbi perhibent iſtorum opinionem communem eſſe, & Franciſc. Marci *deciſ. 539 nu. 5. 9. & ſeq.* & Iacob Philipp. ſeu potius Antonium Gabriel. cum aliis relatis per eum, *in concluſionib ſuis. lib. 3. concluſ. 14.* vbi ſequitur opinionem iſtam, dicit magis communem magiſq; veram, refert alios contrariæ ſententiæ, & limitat in 4. caſibus, & ſequitur quoque Marcus Antonius Blancus, aitque communem, *in tract. de compromiſſis quæſtio. 7. num 17.* vbi loquitur de fideiuſſore dato de ſoluendo in compromiſſo, quod remaneat obligatus, & dicemus etiam *infra in proxima ſeq. opin.* (Cōis opin.)

OPINIO CCXCI.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare toties, quoties, ſeu ſiſtere iuri, ſi id non efficiat ad quid teneatur.*

FIDEIVBENS pro † Titio de eum repræſentando toties, quoties, ſeu de eum ſiſtendo iuri, & nō repræſentauit, nec fecit eundem in iudicio ſiſtere, tenetur vltra pœnam debitam fiſco ratione fideiuſſionis, & prædictæ promiſſionis parti, ad eius inſtantiam fuit captus, ad intereſſe, ſecundum Gloſſ. final. *in l. final. ff. ſi quis in ius vocat non ierit.* quam communem eſſe aſſeuerat Afflict. *deciſ. 234* & *ibi* quoque explicat ita Sacrum Conſilium Neapoli iudicaſſe, & ſequitur iſtam communem Follerius pariter, *in ſua practic. crimin in fragmentis. rub. de fideiuſſoribus. num. 260. circa fin. d practic.* 1 (Cōis opin.)

OPINIO CCXCII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor nominatus apud acta præſens, & non contradicens nominationi, an cenſeatur promiſiſſe.*

FIDEIVSSOR patiens † nominari, poni, ac deſcribi in actis Curiæ à Notario pro fideiuſſore alicuius, & incontinenti non contradicens, tunc obligatur, tenetur que, licet expreſſe non dicat, *& ita promitto, atque fideiubeo:* & ſic iſte fideiuſſor nomina- 1

minatus apud acta eo præſente, & non contradicente nominationi de ſe factæ cenſetur promiſiſſe, & quod omnia fuerint ſolemniter acta, ſicut ſi fideiuſſor expreſſe deſcribi conſenſiſſet, vt voluit Bart. *in l. cum oſtendimus, § fin. ff. de fideiuſſ. tutor. & curatorum.* & Rainus *nu. 1.* Marcellus Berincutius *colum. 10. cum aliquibus aliis moder. in l. 1. ff. de verborum obligation.* Bald. *conſ. 204. volum. 1.* Ang. *in tract. maleſic. in gloſ. pro quibus Antonius fideiuſſit, nu. 12.* Benedict. de Plumb. *in l. manumiſſio. ff. de manumiſ. vindict.* & Alber. de Roſat. *in tract. de teſtibus, ſub nu. 129. in rubr. qui teſtes non cogantur teſtificari.*

Cõis opin. Sed opinio hæc Bart. & ſequacium communiter à noſtratibus reprobatur *in d. §. fin. & variis in locis iuris noſtri*, vel ate deducit, & aperte fatetur Boer. *deciſ. 314. nu. 5.* videlicet, quod non inducatur aliquo modo ſtipulatio, etiam ob iudicii calorem, vbicunque fideiuſſor ipſe deſcriptus nihil reſpondeat.

OPINIO CCXCIII.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor an ſit idoneus, qui cuſtodiam caſtri habet, quod iudex eiuſue familia ad exequendum accedere non poteſt.*

2 *Procurator rixoſus, cauilloſus, & potens an ſit idoneus fideiuſſor.*

3 *Fideiuſſor non poſſidens immobilia, an & quando ſit idoneus.*

1 FIDEIVSSOR † non eſt idoneus, quotieſcunque cuſtodiam caſtri haberet, vbi fideiuſſio per eum dari, ac præſtari debet: quoniam iudex, ſeu eius familia nullo modo poteſt accedere ad exequendum contra eum, ſecundum Gloſſ. Bar. *nu. 9.* Angel. Roman. Paul. & Alex. *in prin. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogan.* & Boer. *deciſ. 238. nu. 5. poſt medium*, vbi ait, ſententiam iſtorum communem fore, & Alex. *in d. l. 2. nu. 1.* & ſequitur Marſil. *in repetit. rubr. ff. de fideiuſſor. nu. 302.* Cõis opin.

2 Idemque † videtur dicendum in Notario, vel Procuratore valde rixoſo, litigioſo, cauilloſo, ſiue potenti, qui tanquam non idoneus haudquaquam ad fideiubendum admittitur. ſecundum Gloſſ. Bart. Alex. *nu. 2. in d. l. 2.* & Nattam *conſ. 143. num. 10.* & ob doctrinam iſtam, ſicuti veram, & communem declaraui in facti contingentia in ciuitate Terami, dum eram ibi iudex criminalis, quendam Horatium Delficum, ciuem ibi, & procuratorem, non eſſe idoneum fideiuſſorem. Cõis opin.

3 Item † non eſt idoneus fideiuſſor, qui caret bonis immobilibus, ideo ob hoc poteſt tanquam non idoneus recuſari à creditore, vt voluit Gloſſ. *in § ſuſcepto, in Auth. de exhib. reu.* Spec. *in titul. de ſatiſ. §. dicto, ver. Sed ſi ſcholaris.* Bal. *in c. coram, colum. fin. de offic. deleg.* Ang. Paul. Caſtren. Alexan. *nu. 5.* & Iaſ. *nu. 1. in d. l. 2.* Sed hoc non procedit, vbi principalis valde diues, & idoneus eſſet, ſine xeperiretur; tunc equidem quis, quantumuis pauper, ſeu non idoneus facultatibus, admittitur ad fideiubendum pro eo, ſecundum Gloſſ. *in verſicul. præſtitiſſe. in l. mulier, C. de iure dot.* Paul. Caſtren. Roman. Alex. *nu. 4.* Iaſ. *num. 5.* & alios *in d. l. 2.* & Marſil. *in d. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 269.* vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

OPINIO CCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſioni creditoris, dicentis, quod à fideiuſſore ſolutionem acceperit, an ſtetur, ſi fideiuſſor poſtea agat contra principalem.*

1 FIDEIVSSOR † repetens à debitore principali quod pro eo ſoluit, non admittitur ad probandum ſolutionem per ſolam creditoris confeſſionem, & ſic per huiuſmodi confeſſionem non probatur ſolutio, & fideiuſſor ob hoc duntaxat repetere nequit à debitore illud, quod aſſerit ſoluiſſe pro eo, ſecundum Gloſſ. *in l. duobus reis, §. 1. ff. de iureiur.* quam ſequitur Bart. *ibi*, & Fulgoſ. Bar. *in l. reos, in 5. q. ff. de duobus reis.* & Roman. *in l. prædia, ff. de acquir. poſſeſſ.* Sed Bar. ipſe reuocando, ſeu mutando iudicium in melius tenuit, & voluit contrarium *conſil. 160. Titius promiſit*, videlicet, vt fideiuſſor poſſit agere contra debitorem, vigore talis confeſſionis creditoris, dicentis ſibi ſatisfactum eſſe à fideiuſſore, & ſequitur Salyc. Paul. Caſtren. Roman. Alex. & Iaſ. *in d. l. duobus reis.* & ita conſuluit Alex. *conſil. 25. viſo inſtrumento, volum. 2. & conſil. 123. vol. 6.* & opinionem iſtam inquit communem Fulgoſ. & Alex. *in d. l. duobus §. 1. num. 2.* Bellonus *conſ. 77. num. 6. & ſequen.* Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. conuent. in addit. §. 1. gloſſ. 18. nu. 84.* & Marſil. *in repetit. rub. ff. de fideiuſſor. nu. 319. 311. & 312.* vbi eam ſequitur, & declarat, & ſecundum communem iſtam conſuluit quoque Paul. Caſtren. *conſil. 396. quæritur vtrum fideiuſſores*, prout ipſe refert, & teſtatur, *in d. l. duobus reis.* Et ſequendo ego communem ſententiam prædictorum breuiter concludo, quod licet multi ex Doctoribus dicant Bar. contrariari, in hoc tamen non meretur allegari contrarius: nam *in d. l. duobus reis.* non firmat pedem, vtitur enim verbo, *forte*, & opinionem iſtam communem plenius poſui, quam hic infra *in opinion. 301. fideiuſſor poteſt agere.* & eam *ibi* quoque ſequutus fui. Cõis opin.

OPINIO CCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor pauper, à creditore conuentus, an ad euadendos carceres, in iudicio de bonis principalis ſoluere poſſit.*

FIDEIVSSOR † pauper à creditore vocatus, & conuentus in iudicio poteſt ſoluere de bonis principalis, ſtante paupertate ſua, & impoſſibilitate, difficultate, ſeu impotentia ſolutionis de ſuo proprio, ne in carceribus maceretur, & in eis perpetuo detineatur, ſecundum Bar. per illum tex. *in l. ſi procuratorem, §. ignorantes, in princ. ff. mandat.* Ang. *in Auth. vt omnes obed. iud. col. 4.* Bal. *in c. ſi quis teſtium, in fin. ext. de teſtib.* & Bart. & Bal. *in fin. in Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.* quorum ſententiam ſequitur, declarat, & ait eſſe communem Marſil. *in repet. rub. ff. de fideiuſſor. nu. 429.* 1 Cõis opin.

OPINIO CCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſorem dare promittens, dando pignora, liberatur. Sed non econtra. n. 2.*

FIDEIVSSORES † dare promittens, certe dando pignora, etiam inuito creditore liberatur, ſecundum Gl. Bar. & omnes *in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* Gl. & Bart. *in l. prætoria, la 3. ff. de prætor. ſtipul.* Cyn. Bal. & cæteros Scriben. *in l. 1. C. de procurat.* Ioan. And. *in addit. Spec. tit. de ſatiſd. § dicto, in prin. & in tit. de pig. ſuper rub.* & opinionem iſtorum ſequuntur, & aſſerunt eſſe communem Alex. *n. 6.* & Iaſ. *n. 12. in d. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan.* Ant. Neguſ. de Fano *in tract. de pign. & hypoth. in 5. par. princip. nu. 5.* & Marſil. *in repet. rub. ff. de fideiuſſor. nu. 349. & ſeq.* quoniam melius ac tutius eſt incumbere pignori, quam in perſonam agere, & ſic quam habere fideiuſſorem, *l. plus cautionis, ff. de regul. iur.* & voluit Bart. *in l. in eo, §. 1. eod. tit.* 1 Cõis opin.

Et in † caſu hoc debitor dans pignora creditori, ſi vellet poſtea dare fideiuſſorem, & repetere pignora, ſi 2

ra, ſibi permiſſum non foret, nec facere poſſet inuito creditore, ſecundum Gloſſ. *in §. ſuſcepto, in gloſſ. magna, circa medium, in Authen. de exhiben. reis.*

OPINIO CCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſores dare promittens quo loco & cuius loci eos dare cenſeatur promiſiſſe.*

1 FIDEIVSSORES † dare promittens cenſetur, ac intelligitur promiſiſſe eos, in loco promiſſionis, & celebrati contractus, & de hominibus eiuſdem loci, ſecundum Bart. Ang. & omnes communiter, per illum text. *in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatisdar. cogan.* vbi Alex. iſtam communem ſequitur, *num. 3.* vbi refert ſuper hoc, ſe alias de facto conſuluiſſe, prout apparet *conſil. ſuo 37.* & opinionem hanc approbat etiam Iaſ. *in d. §. ſi neceſſaria, nu. 23. & 8.* & ſequitur, approbat, declarat, & dicit veriorem Marſil. *in repet. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 307. cum aliis ſeqq.* Com. opin.

OPINIO CCXCVIII.

SVMMARIA.

1 *Manifeſte idoneus facultatibus, an ad cautionem teneatur.*

2 *Officialis, qui ex forma ſtatuti ſatisdare tenetur, an ſi locuples reperiatur, hoc facere cogatur. Et quid in Regno.*

1 FIDEIVSSIONEM, † cautionem, ſeu ſatisdationem dare non tenetur, qui eſt manifeſte idoneus facultatibus, etiam ex diſpoſitione iuris communis, & municipalis, quando nulla veriſimilis cauſa ſuſpicionis ſubeſt, ſed ſibi remittenda eſt ſatisdatio hæc, & obligatur, ac tenetur duntaxat nomine proprio abſque fideiuſſoribus cum generali hypotheca omnium bonorum ſuorum, ſecundum Bar. Io. de Pla. *in l. quicunque, la 2. C. de fund. patrimon. lib. 11.* & Bart. *in l. priuata, C. de murileg. lib. 10.* Roman. *conſil. 67. viſo themate prænarrato, col. 3.* Paul. Caſtren. & Iaſ. *nu. 16. & ſeq. in l. 1. ff. qui ſatiſdar. cogan.* & Alex. *conſil. 179. viſo, & opportune deſcenſo proceſſu, col. 6. vol. 2.* & licet Alex. ipſe titubanter *in d. l. 1. & in l. diuortio, § interdum, ff. ſolut. matrimon.* aſſerat contrarium, tamen opinio Bar. & ſequacium, quicquid fruſtra ſuadeat Alex. eſt communis, ſecundum Iaſ. *in d. l. 1. num. 20.* & obſeruat conſuetudo, teſte Angel. *in d. l. prætore, col. 3.* & ſequitur *in rub. ff. de fideiuſſor. nu. 270.* Com. opin.

2 In quibus † quidem locis tam Bart. quam alii poſt cum tradiderant ſuper hoc congruum exemplum, videlicet, quod ſi ex forma ſtatuti officialis teneatur ante officii ſui ingreſſum ſatiſdare, tunc certe, & abſque dubio aliquo, ſi ipſe idoneus foret, crederetur, ac ſtaretur ei ſoli cum generali obligatione bonorum ſuorum.

In Regno vero Neapolitano practica, & ſtylus obſeruat contrarium, & officiales omnes in officii principio, & ante ipſius adminiſtrationem omni facultate, diuitiis, & idoneitate remotis, ac reiectis, & excluſis præſtant neceſſario idoneam cautionem, ante ſuſceptam officii tutelam de parendo ſyndicatui finito eorum officio. Imo officiales ipſi iurare debent in preſentia decem teſtium, ſecundum formam traditam, *in capitulo Regni, exordiente, Item recipiant ſacramentum in forma ſubſcripta.* alias non præſtita cautione prædicta, in Regia Camera Summariæ, & iuramento coram vno ex Regentibus Regiam Cancellariam non poſſunt officium exercere ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis Principis, poſita *in d. c. Item recipiant.* & tam cautio, quam etiam iuramentum hoc, in commiſſione officialium ſpecialiter exprimenda ſunt ob diſpoſitionem *d. c. Item, in fin.* & verba *d. capituli* refert Afflict. *in conſtitut. baruli locorum,* vbi pulchre loquitur.

OPINIO CCIC.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor datus in prima inſtantia, an teneatur etiam in ſecunda.*

2 *Actio iudicati non oritur ex prima ſententia, ſed ex ſententia appellationis confirmata.*

3 *Cautio de iudicio ſiſti, aut de repræſentando, non ſe extendit ad cauſam appellationis.*

4 *Cautio præſtita de iudicio ſiſti pro abſente, exſpirat ſemel repræſentato reo.*

5 *Cautio de ſiſtendo reo toties quoties iudici viſum fuerit, durat etiam poſt ſententiam.*

FIDEIVSSOR † datus, ſeu acceptus in prima inſtantia, non tenetur in eo, quod poſtea iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actum ſit, *l. eum apud, ff. iudicatum ſolui.* quem text. dicit ſingularem, *ibi* Bart. *in princ.* & quamuis *d. l. eum apud.* loquatur vbicunque prima ſententia fuit abſolutoria, & actor appellauit, nihilominus idem eſt, ſi prima ſententia condemnatoria fuerit, & reus appellauerit, ſecundum Bar. *num. 4.* & Ang. *ibi* per text. cum Gloſſ. *in l. 2. C. de procurat.* & *ibi* Cyn. & communiter omnes, *& Inſtitut. de ſatiſdat. §. ſin autem.* de quo *ibi* per Fabrum & Aret. 1 Com. opin.

Nam † non oritur actio iudicati ex prima ſententia, ſed ex ſententia appellationis confirmatæ, ideoque imputetur actori contra reum in cauſa appellationis, ſi non petierit caueri, *l. eos, §. fin. C. de appell.* 2

Hocque verum apparet, vbi appellatio nuo eſt deſerta, alias ſecus, ſecundum Bart. *in d. l. cum apud.*

Imo † memorata communis ſententia ampliatur in tantum procedere, vt cautio de iudicio ſiſti, aut repræſentando, minime ſe extendat in cauſa appellationis, quia expirauit per ſententiam, *l. Græce, §. & poſt litem, ff. de fideiuſſ.* & *ibi* per Paul. Caſt. & Imol. 3

Verum † huiuſmodi cautio, quotieſcunque præſtita eſt pro abſente, tunc expirat, ex quo ſemel reus extitit præſentatus, ſecus ſi fuerit præſtita pro reo præſente, quoniam durat vſque ad ſententiam, ſecundum Alex. *in addit. ad Bart. ibi,* & per Bart. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* 4

Hoc vero limitatur non procedere, † quando cautio de ſiſtendo reo in iudicio toties, quoties iudici viſum fuerit, præſtita foret: nam durat etiam poſt ſententiam, iuxta not. per Bart. *in l. ſi quis reo, ff. de cuſtod. reorum.* & per Ang. *in l. 1. §. 1. eod. tit.* 5

OPINIO CCC.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor proprie debitor, & ille, cui debetur ex fideiuſſione, creditor proprie dicitur. Eiuſque ratio n. 2.*

3 *Fideiuſſorem comprehendit etiam lex, prohibens minoris debitorem eſſe tutorem.*

4 *Statutum loquens de debitore an habeat locum in fideiuſſore. & num. 5.*

ILLE, † cui debetur ex fideiuſſione, dicitur proprie creditor; & fideiuſſor dicitur proprie & indiſtincte debitor, ſecundum Bar. *in l. 2. nu. 34. ff. ſi cer. pet. per l. ſi fideiuſſor, in princ. ff. de leg. 2.* quam opinionem teſtatur eſſe communem Curt. iun. *in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 79.* & iſta Bar. opinio corroboratur pluribus rationibus. 1 Fideiuſſor. Com. opin.

Primo, quia † ſicut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiuſſoris, *l. cum quis, ff. de ſolut.* Secundo facit, † quia lex prohibens minoris debitorem eſſe tutorem, comprehendit etiam fideiuſſorem, vt per Ang. *in Auth. vt hi, qui oblig. per hi. res minor.* 2 3

§. 1.

§. 1. Tertiò confirmatur, ſecundum Dec. *in d. l. 1.* quia ab eo inuito creditor exigere non poteſt, *toto titul. ff. & C. de fideiuſſor.* & iſta Bar. ſententia ſic corroborata eſt communis, teſte Aret. *in §. 1. num. 8. Inſtit. de obligat.* Alex. *in d. l. 1. num. 48.* Nigro, Bolognetto, & aliis Moder. *ibi*, qui quidem Moder. reſpondent omnibus in contrariam partem allegatis, & Dec. *in 1. lectur. nu. 30.*
4 Imo regula † prædicta poſſet ampliari per ea, quæ voluit Curt. iun. *in prael. l. 1. ff. ſi cer. pet. nu. 80.* vbi ſtatutum loquens de debitore, comprehendit etiam fide-
5 iuſſorem. Quod † intelligendum eſſet, ſecundum eum, ex mente Imolæ, *in l. 1. ff. de ſol.* quando fideiuſſor renunciaſſet, *Auth præſente, C. de fideiuſſor.* & ſequitur Cagn. *in d. l. 1. ſi cert. pet nu. 285.*

OPINIO CCCL

SVMMARIVM.

1 *An confeſſio creditoris ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore, ſufficiat ad agendum contra principalem.*

1 FIDEIVSSOR † poteſt agere contra principalem, vbicunque creditor confiteretur ſibi ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore; & ſic confeſſio ipſius creditoris aſſeuerantis ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore, ſufficit ad agendum contra principalem, ita expreſſe tenet Bar. *conſil. 160. Titius promiſit Sempronio eundem indemnem ſeruare*, & *ibi* apoſtillantes ad eum, & eandem opinionem ſequitur Salyc. & *ibi* Paul. de Caſt. Roman *nu. 1.* Alex. & Iaſ. *nu. 9. in l. duobus reis, ff. de duob. reu.* Felin. *in c. ſi cautio, num. 19. de fide inſtrum.* Cæpolla *conſil. ciuili 12.* Dec. *in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. & conſ. 493 num 6.* Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, in tit. de retractu Linager, gloſſ. 16. num. 84. & in titul. de retractu conuentionali, gloſſ. 8. num. 17.* & Alciatus *in l. ſolutionis verbo, ff. de verbor ſignif. & in l. 1. in fin. C. de tranſact.* & Afflict. *in deciſ. 91. nu. 3. & in deciſ. 94. nu. 3.* vbi dicit magnum verbum, quod ita communiter tenetur per Dd. & iſtam opinionem veriorem, & magis communem audacter atteſtatur Marſil. *in repet. rub. nu. 265. C. de fideiuſſor.*

In contrariam vero partem inclinauit Gloſſ. *in d. l. duobus reis, § in fideiuſſ. in verſ. Solutionis.* quam ſequitur Bart. præcipitanter, & ſibi contrarius *ibi, & in l. & per iuſiurandum, § antepen. ff. de acceptilat. & in l. eum filius, in fin. prin. ff. de verb. oblig. & in l. reos, in § 9. ff. de duobus reis.* Roman *in l. prædia. ff. de acquir. poſſeſſ.* Fulgoſ. *in d. l. duob. reis* & Moder. *in add. ad Alex. conſ. 90. col. 3. in add. ad nu. 3.* vbi refert Alex. *in multis conſ.* tenere iſtam ſecundam opinionem.

Tamen quicquid dicat Bar. cum aliis ſequacibus, *in præcitatis lecturis*, ob hoc non diſcedendum ſuademus à dicta communi, quæ videtur verior de iure, & ſequenda eſt in conſulendo, & iudicando, tanquam communis, & ita per iſtam communem conſuluit in ciuitate Florentiæ Paul. de Caſt. vt ipſe refert *in d. l. duobus reis.* & pro hac parte conſoluit Fran. Tigrinus, vt referunt Alex. & Iaſ. *in d. l. duobus.* vbi dicit ſe pro hac opinione communi bis conſuluiſſe, & ita in effectu conſuluit *conſ. 90. nu. 3. vol. 3. & conſ. 123 vol. 6.*

OPINIO CCCII.

SVMMARIA.

1 *Filiumfam. teſtari nō poteſt ne quidē conſentiente patre, nec etiam in aduentitiis, quæ pleno iure ad ipſum ſpectant nu. 2. Et quid hoc caſu iuris inter Gallos & Hiſpanos. n. 19. Et quid ſi filius adiecerit in tali teſtamento clauſulam. ſi non valet iure teſtamenti, valeat eo iure, quo valere poteſt, an ſuſtineri tunc poſſit in vim donationis cauſa mortis. nu 38.*

3 *Filiusfamilias an pendente patris captiuitate vel banno teſtamentum condere poſſit.*

4 *Filius an teſtari poſſit cum pater religionem ingreſſus eſt.*

5 *Filius conſenſu patris, de peculio aduentitio poteſt condere teſtamentum ad piam cauſam.*

6 *Filiafamilias nupta an teſtari poſſit de bonis maternis, & de dote. Item ad pias cauſas. n. 7. Item ſi ſit emancipata. n. 8.*

9 *Filii ac filiæfamilias an per contractum matrimonii liberentur à patria poteſtate in Hiſpania, & Regno Neapolitano.*

10 *Mulier tenetur viro etiam ad alia ſeruitia præter cubilem.*

11 *Maritus profeſſus in monaſterio, compellitur exire, & vxoris neceſſitati præſtare obſequia.*

12 *Vxor virum, & vir vxorem, qui lepra morbum incurrunt, deſerere nequit.*

13 *Filiafamilias nupta an remaneat in patria poteſtate, & quid mortuo marito.*

14 *Pater, mortuo genero, an actionem habeat ad repetendam dotem aduentitiam filiæ ſuæ.*

15 *Dos data filiæ à patre, an mortua filia, relictis liberis, vel non, reuertatur ad patrem, & quid ſi primo maritus filiæ deceſſerit, deinde filia, ſeu vxor eius, relictis liberis. & nu. 16. & 17.*

18 *Filiafamilias tam in dote aduentitia, quam profectitia, ſi actio de dote, ad eam ſolam per donationem ei factam pertineret, ſuccedit in dote.*

20 *Filiusfamilias poteſt teſtari de bonis ei donatis per Principem. Item de peculio caſtrenſi, vel quaſi. n. 21.*

22 *Filiusfamilias an poſſit donare cauſa mortis, patre conſentiente. Et an etiam ipſi patri mortis cauſa donare poſſit. nu. 23. Et an patris ſimplex conſenſus in tali donatione ſufficiat, an vero iudicis authoritas interuenire debeat. nu. 24. 25. 40. 41. & 42.*

26 *Conſenſus patris quo tempore in donatione cauſa mortis interuenire debeat. n. 27. & vltimo.*

28 *Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias abſque patris conſenſu an conualidetur per ſuperuenientem patris conſenſum, ſi filius perſeueret in prima voluntate. Et quot teſtes requirantur ad probandam perſeuerantiam filii. n. 29.*

30 *Donatio cauſa mortis facta per filium patre, eo conſentiente an valeat, ſi ſit facta in continenti poſt præſtitum conſenſum.*

31 *Filiusfamilias cur de patris voluntate teſtamentum facere non poſſit, & tamen cauſa mortis donare poſſit patre permittente, redditur ratio concludens.*

32 *Filiusfamilias an poſſit legare, fideicommittere, & codicillare de conſenſu patris.*

33 *Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias vt valeat quid requiratur.*

34 *Filiusfamilias an poſſit diſponere inter viuos de bonis, in quibus patri vſusfructus non quæritur.*

35 *Statuto an concedi poſſit filiofamilias ius teſtandi, & quomodo. n. 36.*

37 *Teſtamentum filiæ factum de dotibus, poſt mortem patris valet. & tenet, etiamſi in dote filiæ pater ſubſtitutionem feciſſet.*

38 *Teſtamentum conditum per filiumfamilias cum clauſula quomodo procedat.*

39 *Donatio cauſa mortis facta à filiofamilias, requirit ſpecificam patris permiſſionem, nec generalis permiſſio donandi ſufficit.*

FILIVSFAMILIAS † in poteſtate conſtitutus 1 regulariter non poteſt teſtari, *l. ſenium, & l. penultim. Cod. qui teſtam. facer. poſſ. & §. 1. Inſtit. eod. titul.* ac etiam patre volente, ac permittente, *l. qui in poteſtate, ff. de*

Com. opin. *ff. de teſtam.* vbi ait Aret. *col. 3.* quod iſta eſt communis regula, quia teſte Apoſtolo *ad Gal. 4.* tales non differont à ſeruo. Imo patris conſenſus non operatur, vt teſtamentum valeat, *l. teſtamenti, eod. tit. & c. licet, de ſepultur. lib. 6.* vbi late per Alex. & alios, *in l. ſenium, C. qui teſt. fac. poſſ.* & per Bertran. *conſil. 280. cum tempore prætenſi conditi teſtamenti, in prin. vol. 8.*

2 Imo amplia hoc, † quod non ſolum filiusfamilias non poſſit teſtari de aduentitiis, quorum vſusfructus patri quæritur, ſed etiam de aduentitiis ad ipſum pleno iure ſpectantibus, vt habetur *in l. fin. & in l. 3.* vbi omnes Doctor. communiter ponunt, *C. qui teſtam. fac. poſſ.* *Com. opin.* Calder. *conſil. 10. in tit. de teſtamen.* Io. Monteferratus *in repet. l. frater à fratre, in fin.* & Crotus *ibidem nu. 121. ff. de cond. indebit.* & iſta eſt magis communis opinio, prout ſcribunt Alex. Corn. Iaſ. & Rimininal. *in d. l. pen. in fine, C. qui teſt. fac. poſſ.* & vltra præcitatos Doctor. idem tenet Roman. *conſil. 512. nu. 3.* Rubeus *conſil. 93. num. 2.* Ruinos *conſil. 24. nu. 2. vol. 5.* Iulius Clarus cum cæteris ſignatis per eum, *in tract. de teſtam. lib. 3. q. 18.* & Soc. iun. *conſ. 77. nu. 10. vol. 2.*

3 Ampliatur etiam, † quod filiusfamilias non poſſit teſtari, pendente patris ſui captiuitate, & ſic filius ad teſtamentum condendum non admittitur, & licet eius pater ab hoſtibus captus ſit, ſecundum *Gloſſ. fin. in l. ſi pater, ff. de iniuſt. rup.* Cyn. *col. pen.* Odofred. & Angel. *in l. final. C. de ſentent. paſſ.* Imol. *col. 8.* Iaſ. *num. 243.* & Crotum *nu. 18. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* Alex. *nu. 10.* Iaſ. *nu. 9. in l. lex Cornelia, ff. de vulgar.* Corn. *conſil. 204. col. fin. vol. 3.* Marium Salom. *nu. 16.* Eman. *in 2. part. nu. 92. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* *Com. opin.* & iſta eſt communis opinio contra Bar. *nu. 9.* Bal. *nu. 15.* contrarium aſſeuerantes *in l. fin. C. de ſenten. paſſ.* Adde quod nec etiam pendente banno teſtari poſſit, ad quod faciunt relata per Menoch. *de arbit. iud. quæſt. 90. n. 45. lib. 1.* quia filius non liberatur tunc à patria poteſtate, licet contrarium ſcriſerit Pariſ. *conſ. 157. n. 10. lib. 4.* videlicet filium bannitum liberari à patria poteſtate.

Ampliatur poſtremo, vt filiusfamilias minime teſtamentum condere valeat, licet ſui iuris reputaretur, ſecundum Bal. *in l. 2. in fin. C. de ſentent.* Alex. *conſil. 147. col. pen. vol. 7.* Dec. *in l. ſi emancipato, col. 3. C. de collat.* Alex. *col. 2.* & Iaſ. *in l. 1. C. de ſentent.* Cottam *in memorali, in verbo, Opinio communis, il 2.* & Tiraquel. *in legib. connubial. gloſſ. 8. nu. 144.* *Com. opin.* & iſta eſt communis opinio, vt exiſtimant Dd. præcitati.

4 Sed fallit primo iſta concluſio, † quando pater ingrederetur monaſterium: tunc enim eius filii propter talem ingreſſum efficiuntur ſui iuris, poſſuntque teſtamentum condere, ſecundum Bart. *in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* vbi hanc limitationem probat tribus rationibus, *& in l. patri, per illum text. ff. de adulter. circa fin.* Iacobus vero Butr. & Bald. poſt Gloſſ. *ibi, in Auth. excipitur, C. de bonis quæ liber.* inclinauerunt in contrariam ſententiam, ſed primam Bar. & ſequacium aſſerit eſſe communem Iaſ. *Com. opin.* *in d. l. patre furioſo, num. 45.* Moder. *in c. in præſentia, de probat.* Alber. *in Auth. ingreſſi, nu. 13. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & Boer. *in deciſ. 321. nu. 2. & ſeq.*

5 Limitatur ſecundo loco, † quando filiusfamilias patre conſentiente conderet teſtamentum de peculio aduentitio ad piam cauſam, eo quippe caſu proculdubio valet teſtamentum, *d. c. licet, in fin.* & tenet Ang. Bald. & Salyc. *in d. l. ſenium.* Roman. *in Auth. ſimiliter, in 13. priuileg. C. ad l. Falc.* Feder. de Senis *conſil. 298.* & Vaſquius cum aliis relatis per eum, *in tract. de ſucceſſ. progreſſ. tit. quis teſtari poſſ. lib. 1. §. 1. nu. 50.* vbi recenſuit tres alias ſententias contrarias, & iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Crotus *in d. l. frater à fratre.* *Com. opin.* vbi reſpondet omnibus fere fundamentis Fulgoſ. cæterorumque Moder. contrarium aſſeuerantium in *d. l. ſenium.* & ſequitur quoque. & magis communem ait Clarus *in tract. de teſtam. lib. 3. quæſt. 5. verſic. ſed numquid filiusfamilias.*

6 Et hoc etiam † procedit in filiafamilias, quæ quidem licet nupta ſit, & conducta ad viri domum, propterea patria poteſtas non finitur, ſed remanet in poteſtate patris. *l. ſi vxor.* vbi Gloſſ. & Ang. *C. de condition. inſer.* & Gramm. *deciſ. 54. nobilis Portia, nu. 4. & ſequen.* Sed quæſtionem iſtam ad vtramque partem copioſe exagitat Rodericus Suares *in ſuis allegationibus, in l. 9. titul. De los pleytos, num. 11. cum aliis ſequen.* & non poteſt de bonis maternis, ſeu ſuper dote facere teſtamentum viuente patre, & etiam cum licentia ipſius patris, vt per Gloſſ. *in l. filiæ ff. ſolut. matrim.* Brunum *in tract. quod ſtantibus maſculis, q. 5. artic. 11. nu. 77.* Bal. *in d. l. ſenium, quæſt. antepen.* Iaſ. *in l. poſt dotem, ſub nu. 91. ff. ſolut. matrimon.* & Alex. *conſ. 17. viſis, vol. 2.* Ber. *conſ. 327. cum tempore teſtamenti, nu. 1. vol. 3.* Adde Io. Dilect. *de arte teſtandi, tit. 2. caut. 1.* niſi † ad pias cauſas, & cum patris 7 conſenſu, *d. c. licet, §. fin.* & iſta eſt communis opinio, *Com. opin.* vt patet ex allegatis per Alex. & alios, *in d. l. ſenium.* & per Barb. *in rub. de teſtam. fol. 12.*

Sed vtique † poſſet teſtari ipſa filiafamilias, vbi- 8 cunque eſſet emancipata, ſecundum Gloſſ. & Doct. communiter, *in d. l. ſi vxorem.* & Felin. *in c. ſuper eadem, il 2. col. 2. ext. de teſtam.* *Com. opin.*

Similiterque † filia ipſa maritata ſit ſui iuris; & 9 conſequenter filiusfam. & filiafamil. per contractum matrimonii liberantur à patria poteſtate in Hiſpania, text. eſt *in l. Tauri 47.* & *ibi* Ciſuentes, & hoc idem obſeruatur in ciuitate Neapolis ob conſuetudinem Neapolitanam, *incipientem, Sed ſi mulier non obſtante,* vt refert Neapodanus *ibi in verb. Nubit.* Gramm. *in d. deciſ. 54. & conſ. ciuili 63. num. 15.* vbi hoc intelligit procedere quoad debitum carnis, operaſque obſequiales, in cæteris vero dicit, quod remanet ſub patria poteſtate, & latius hoc explicat *conſ. ciuili 87. nu. 4. cum aliis ſeqq.* & bene dicit.

Nam † mulier tenetur viro ad alia ſeruitia præter 10 copulam, ſcilicet ad mutuum auxilium, & ad obſequium, *c. nuptiarum, 27. q. 2.* & eſt Gloſſ. fin. *ibi c. quidam, de conuerſ. coniug.* vbi † vir profeſſus in monaſte- 11 rio compellitur exire, & vxoris neceſſitati præſtare obſequia. Et hoc eſt quod dixit Adam Deo: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi: facit *c. 1. de coniug. lepros.* vbi mandatur, † quod vxores 12 viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt, ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrent, & ſi non faciunt, aſtringuntur ad hoc vinculo excommunicationis, vt *ibi* dicitur, *& in c. tranſmiſſa, de eo, qui cogn. conſang. vxor. ſuæ* ibi, *Neceſſaria ſubminiſtrans.*

Et dato † propter huiuſmodi conſuetudinem, 13 quod filiafam. nupta, & conducta ad domum viri non remaneat in patris poteſtate; nihilominus ipſa filiafam. mortuo marito, & in viduitate perſiſtens, non remaneret ſui iuris, ſed reuerteretur in poteſtatem patris, vt tenet Spec. *in tit. de tutor. §. quid ſi mulier.* & Afflict. *in conſtit. proſequentes, num. 12. lib. 2. rub. 31.* & ita ſeruatur vbique, prout refert Boer. *in deciſ. 197. nu. 4.* & Grammat. *d. deciſ. 54. nu. 9. cum aliis ſeqq.* vbi refert ita deciſum extitiſſe in Sacro Regio Conſilio Neap.

Sed aduerte, quod licet hoc procederet in ciuitate Neapolis, & in Gallia, tamen iudicio meo in Hiſpania non haberet locum aliquo modo: nam *d. l. 47. Tauri.* loquitur generaliter, videlicet, quod filiusfam. & filiafam. nuptus, ſeu nupta ſemper, & perpetuo in

omni-

omnibus rebus habeantur tanquam emancipati, & ſui iuris: non mirum ergo eſt, ſi poſt mortem mariti ipſæ mulieres non reincidant in patris poteſtatem.

24 Bene † tamen verum eſt, quod pater mortuo marito non haberet actionem ad dotem aduentitiam filiæ, cum illius dotis aliter adminiſtrator non ſit, & ſic ſoli filiæ exiſtenti in patria poteſtate ad dotem repetendam actio ipſa conceditur, ſecundum Doctor. omnes *in Auth quod locum, C. de collat.* & Alex. *conſ. 29. viſo proceſſu, col. final. volum. 2.* & eſt text. *in l. 2. §. quod ſi patris.* Cōis opin. vbi communiter Doct. *ff. ſolut. matrimon. & in l. Cum, eod. titul.* & bene faciunt, quæ narrantur per Corn. *conſ. 162. vol. 2. & conſ. 138 col. 1. & ſeq volum. 3.* Alexan *conſil. 138. in 3 dub. volum. 5. & conſil. 31. columm. 4. volumin. 6.* Barbat *conſil. 61. volumin. 2.* Contrarium vero concluditur in dote profectitia promiſſa, & tradita à patre, vel eius contemplatione, *iuxta l profectitia. ff. de iur. dot.* & Caſtren. *in l. final. colum. 2. verſic. ſed pone quinto, C communia vtriuſque iud.* quia pater iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ, vt explicatur *infra opinion. 601. Pater eſt legitimus adminiſtrator.*

25 Et hinc eſt, † quod dos profectitia data à patre pro filia, nulla interpoſita ſtipulatione, ac pacto facto, & mortua poſtmodum ipſa filia, in poteſtate patris, conſtante matrimonio, ſiue ſuperſtitibus filiis, ſiue non, ſecundum ius commune, deberet reuerti ad ipſum patrem dotantem, ſecundum Bart. *nu. 28. cum aliis ſeqq* Iaſ. *nu. 99.* & alios omnes, *in l. poſt dotem ff. ſolut. matr.* Cōis opin. vbi opinionem iſtam communem ait idem Bar. *& l vbi adhuc, C. de iure dot. & l. dos à patre, C. ſolut. matrim.* & not. Crauet. *in tract. de antiquit. tempor. in vltima par nu. 44.* & Rolan. *in tract. de lucro dot u. q. 2.* Sed

26 ſententia † Martin. Gloſſatoris ibidem contraria de generali conſuetudine obſeruatur, & approbatur, videlicet, quod dos in præſenti caſu debeat eſſe liberorum, & conſequenter retineri per maritum pro ipſis filiis, vt firmat Bartol. & alii, & præſertim perſpicaciſſimus D Cardinalis Albanus *in l. dos à patre, C. ſol. matrim.* quod ampliat vtiliter Iaſ. *in d. l. poſt dotem.*

27 Quæ † quidem conſuetudo generalis prohibens dictam dotem reſtitui patri, & ita ampliata, limitatur non procedere, vbicunque matrimonium prædictum diſſolueretur per mariti mortem, & decederet mulier vidua, exiſtentibus ex ea filiis, & patre ipſius mulieris, & ſic quando decederet primo maritus, & poſtea vxor ſtantibus liberis, tunc tanquam exorbitans non foret extendenda ad præſentem caſum, ſed reſtringenda ad caſum ſuum; & conſequenter pater dotans repetere poſſet antedictam dotem, vt voluerunt Bart. *in d. l. poſt dotem, nu. 31.* Alexan. & Iaſ. *n. 102. & ſequen. cum aliis aggregatis per eum,* vbi prædicat Cōis opin. iſtam eſſe communem opinionem, prout communis eſt, & ſacroſancta, vt meminit etiam Cardinalis Albanus *in d. l. dos à patre, in fine,* & ſecundum eam, vltra bis vidimus iudicari in facto contingentia.

28 Et aduerte, † quod ipſa filiafamilias tam in dote aduentitia, quam in dote profectitia, vbicunque actio de dote eſſet duntaxat ipſius filiæ, ob donationem ei factam de integra actione dotis, haberet heredem ab inteſtato, ſecundum Bart. *quæſt. 3. & ſequen.* Caſtren. Alex. & Iaſ. *nu. 92. cum cæteris ſequen. in d. l. poſt dotem.* Cōis opin. vbi oſtendit, iſtam eſſe communem opinionem, & licet ibi aſſerat, contrariam ſententiam ſimiliter communem eſſe, Cōis opin. nihilominus priorem ſequitur Bartol. & ſequaces, & tuetur eorum opinionem, à qua, tanquam realiter communi, periculoſum, imo fatuum eſſet, in deciſiuis diſcedere.

29 Sed vt redeat ſermo noſter vnde fluxit, † dic quod Galli etiam, qui non ſunt in poteſtate patris, poſſunt teſtari abſque patris licentia, vt refert Bald. *in cap. 1. §. fin. de duob fratrib. de no.* Et Hiſpani quoque filiifamilias, & filiæfamilias poſſunt teſtari etiam, textus eſt in *l. 5. Tauri.* vbi Michael Ciſuentes; imo poſſunt ſimiliter teſtari prædicti filiifamilias Galli, & Hiſpani de aduentitiis, vide quæſtionem poſitam per Bal. *in l. fin. C. communia vtriuſque iud. nu. 8.*

Limitatur, ac declaratur tertio loco, † quando filiusfamilias teſtaretur de bonis ſibi donatis per Principem, de quibus quidem teſtari poteſt, vt tenent omnes Doctores communiter, *in l. cum multa, C. de bonis quæ liber. per illum textum,* & Alex. *in l. 1. §. hoc autem, ff. ad Trebell* & illam eſſe communem ponit Crotus *in repetit. d. l. frater à fratre, nu. 112.* vbi ait, contrarium verius eſſe. 20 Cōis opin.

Interpretatur quarto, † quando filiusfamilias teſtaretur de peculio caſtrenſi, vel quaſi, tunc valeret teſtamentum, *l. fin. C. de inoffic. teſtamen.* vt per Corn. *conſil 37. iura dubia, colum 3. volum. 3.* & Alex. *conſil. 2. in conſultatione, volumin. 6.* quia in bonis caſtrenſibus, vel quaſi ipſe filiusfamilias habetur pro patrefamilias, *l. 2. ff. ad Maced.* Bar. *in l. 1. qui pro emptore, in 3. q. prin. ff. de vſucap.* 21

Quinto limitatur, † quod licet filiusfamilias non poſſit teſtari etiam patre conſentiente, poteſt tamen donare cauſa mortis patre permittente, *l. tamen, §. final. ff. de donation. cauſa mort.* Bertran. *conſil. 35. donatio cauſa mortis, vol. 6.* Imo ipſe filiusfamilias bona aduentitia etiam pleno iure habens, non poteſt de eis donare cauſa mortis abſque conſenſu patris, ſecundum communem opinionem, quam citauit, & declarauit, ac ita conſuluit Rubeus *conſil. 46. & conſil. 127.* atque eidem inhæret cum citatis per eum Vinc. Maxilla *in conſuetudinibus ciuitatis Bari, in conſuetudine, dos à patre profecta, ſub nu. 147. tit. de iure dotium, fol 88* & Clarus *in tract. de donation. q. 6 verſ. aut vero quæro, vtrum poſſit donare.* vbi docuit ſimiliter magis communem, & poſuit alia multa vtilia circa conſenſum ipſum præſtandum per patrem. 22 Cōis opin.

Quam tamen limitationem ſane intelligas, † vbi præſtatur conſenſus in aliorum commodum, non ipſius patris illum præſtantis: quia filius, vel filiafam. non poteſt donare patri cauſa mortis cum eius conſenſu ſimplici, & non interueniente iudicis authoritate, de qua Gloſſ. *in l. ſi furioſi, C. de nupt.* & *ibi* Doct. eſt Gloſſ. ſingularis, & *ibi* Bart. *in l. 1. in fin. ff. de auth. tut.* ſequuntur Moder. *in l. 1. § fuit quæſitum ff ad Treb.* Bar. Imol. & Doct. *in d. l. tamen.* idem Bar. *in l. frater à fratre. ff de condict. indeb.* idem Imol. *in c. nonne, de præſump.* & Bal. *in l. ſi vxoris, nu. 1. C. de cond. inſer. in l. bonorum, la a nu 9. C. qui admit.* Gloſſ. & Bart. *in d. l. ſi furioſi.* Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. porro, in addit. incip. Petrus.* Soc. *conſ 87. vol. 1.* Innoc. *in c. dudum, de reb. eccleſ. non alien.* Corn. *conſ. 242 nu. 1. volum. 4* Cyn. *in l. ſeruum, C. qui teſt. fac. poſſ.* Dec. *conſ. 280. nu. 5. & ſeq.* & Tiraquel. *in ll connubialib. gloſſ. 8. num. 115 & ſeq.* quam quidem Gloſſ. ait communem eſſe Bald. *conſil. 50. in prin. vol. 2* Soc. *conſil. 112. in 2. dubio, vol. 1.* Idem confirmat, addens à tali opinione, cum ſit communis, non eſſe recedendum. Cōis opin. & *in dict. l. 1. § fuit quæſitum, numer. 6.* refert illam magis communiter ſequi Doctores, & Riminald. *inſtitut. de donation. in prin nu 521.* & copioſius D. D. Horat. Mand. *in addit. Roman. conſil. 515.* vltra quos illam fatentur communem alii relati per Clarum *in 3. libr. ſentent. in § Donatio, quæſt. 6 verſic. hanc etiam opinionem.* vbi plures refert, & admonet *in verſic. & ſicut vides.* ipſam eſſe magis communem, & veriorem, & ab ea non eſſe in iudicando recedendum,

dum, & ita per prædicta ſublimitatur dicta limitatio.

24 Quam † ſublimitationem (vt de plano procedat) limita primo non habere locum, quando pater conſenſit bona fide, & non eo duntaxat animo, vt alios defraudaret ſucceſſione, (prout eſſet, quando extantibus filiis, ex filia ipſa cum eius conſenſu donaret patri;) tunc enim valet donatio facta patri, Bal. *in d. conſil. 19. verſic. poteſt dici.* vbi dicit hoc eſſe ſatis æquum, quod ſequitur Soc. *in d. conſ. 112.*

25 Secundo † limita non procedere, vbicunque pater generaliter conſentiret, quod filius, ſiue filia poſſit donare cauſa mortis quomodocunque, qualitercunque & cuicunque non ſpecifice, vt ſibi donaret: tunc enim valeret actus, etiamſi filius poſtea donet ipſi patri, ſecundum Bal. *conſ. 16. quatuor puncta.* relatum per Soc. *vbi ſupra,* aſſerentem id æquiſſimum eſſe, quod ſequitur etiam Cyn. & Iac. de Aret. *in d. l. 1. ff. de auth. tut.* in quibus caſibus intelligatur procedere dictum Pet. *in d. l. 1.* & eiuſdem Bal. *in l. ſi quando, §. 1. C. de inoff. teſtam:* vbi *in locis præcitatis* ſibi videtur contrarius, Ang. qui ſimiliter ſibi videtur contrarius *in loco prædicto,* & Cuman. *in d. §. fuit quæſitum.* & idem Ang. *conſ. 203. pactum tale eſt.* Fulgoſ. & Paul. Caſtren. *in d. l. ſenium, & in d. l. qui in poteſtate.* vbi refert vidiſſe conſilia quamplurimorum Doct. ita tenentium, quod pater poſſit præſtare conſenſum filio ſibi donanti mortis cauſa, Oldrad. *conſ. 56.* Roman. *conſil. 315.* Anchar. *conſ. 106.* Alex. *in d. §. fuit quæſitum.* & aliorum idem tenentium, quorum opinionem de iure veriorem eſſe poſt Bal. & Soc. *in conſ. mentionatis,* affirmat *ibidem* Alex. & illam admittit eſſe communem Maxilla *in d. conſuetudine, Dos à patre profecta. ſub n. 142. & ſeq.* & Clarus *vbi ſupra in prin.* vbi inquit, fuiſſe opus magna librorum reuolutione, dum fuiſſet hæſitatum, quæ prædictarum opinionum eſſet magis communis, & ſecundum eam ita, & taliter intellectam dicit eſſe iudicandum Soc. *in d. conſ. 112. verſ. vnde dominus iudicans,* quod ſatis placet, & plurimum rationi confert, quicquid alii dixerint. Non enim omnino, & indiſtincte videtur verum, & indubitatum fundamentum, quo præcipue fundatur ſupra relata huic contraria opinio, quod conſenſus patris præſtandus filio requiratur ad authorandam, & integrandam perſonam filii, non autem ad præiudicium patris, licet Clarus *vbi ſupra q. 5. ver. habes ergo.* [Cōis opin.] admoneat id eſſe communiter receptum, ea ratione, quod de iure antiquo filius poterat agere ſine conſenſu patris, vt eſt text. *in l. noxalis, ff. de noxal.* & not. Bar. *in l. cum non ſolum, §. neceſſitatem, C. de bonis quæ liber. n. 2.* Et quod agere nequicquam poſſit abſque conſenſu patris, fuit introductum poſt iura C. per quæ fuit delata proprietas filio in bonis per ipſum acquirendis, & patri ablata, ſecundum diſpoſitionem *l. cum oportet, C. eod.* vnde non ſimpliciter ad integrandam perſonam filii patris conſenſus requiritur, ſed ratione præiudicii ipſius patris, & quaſi in recompenſatione iuris filio delati, & fauoris, quo fuerat ipſe pater priuatus: quod & comprobatur, authoritate, quod ſi filii perſona ſimpliciter non eſſet integra citra cauſam præiudicii prædicti ipſius patris, non poſſet vtique filius donare donationis titulo inter viuos illa bona, in quibus patri non quæritur vſusfructus abſque eius conſenſu, quod eſt falſum, & contra communem opinionem Doct: [Cōis opin.] relatam per Crauet. *conſ. 84. nu. 9. & conſ. 92. poſt n. 1. verſ. ſed poſito.* vbi dicit in hoc neminem eſſe, qui dubitet, & communem eſſe fatetur etiam Hor. Mand. *in add. Roman. conſ. 312. in litera B.* & ſi magis communis opinio ſit, quod nec huiuſmodi bona, filius poſſit abſque patris conſenſu cauſa mortis donare, vt refert Clarus *vbi ſupra, verſ. aut vero.* & Rubeus *in d. conſ. 46. ex huiuſmodi.* ſiquidem caſuum varietate perſonam filii in ſe citra cauſam prædictam integram eſſe, vel non eſſe videtur, inferri minime poſſe ex prædictis, & aliis not. per Bar. & Doct. *in d. §. neceſſitatem.* quorum opinionem prædicat eſſe communem contra Gloſſ. *ibi* Alex. *in d. § fuit quæſitum.* & veriorem, & tenendam eſſe.

26 Sed aduerte, † quod conſenſus patris, qui requiritur in donatione cauſa mortis facienda per filiumfam. *iuxta l. tam is, §. filiumfam. ff. de donat. cauſa mor.* debet interuenire tempore, quo fit donatio, alioquin ſi facta donatione pater ipſam ratificaret, non teneret, ita eleganter Bal. *in l. ſi vxor, C. de cond. inſer.* & refert, & ſequitur Cremen. *ſingul. 69.* ac etiam Marſil. *in pract. crim. in 2. q. prin. in ſu. practic. nu. 5.* & nota, quia occurrendo hoc in facto quilibet prima fronte diceret contrarium.

27 Nam † conſenſus de ſui natura poteſt interuenire, & adhiberi ex poſt facto, & etiam tacite, iuxta doctrinam Bar. *in l. ſi autem plures, de aqua plu. arcen.* & not. per Doct. *in l. conſenſu, de action. & oblig.* & bonus text. qui hoc probat etiam poſt rem inchoatam, & in eſſe deductam, *in l. per fundum, ff. de ſer. ruſt. præd.* & vide not. per Alex. & alios, *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acquir. hered.*

28 Sed aduerte, † quod licet donatio cauſa mortis facta à filiofam. per ſuperuenientem patris conſenſum non conualidetur, tamen conſenſus iſte ita præſtitus, & ratificatio eiuſdem donationis facta poſt donationem à patre vtique valeret, & teneret, ſi filius in prima voluntate perſeuerare appareret, vt concedit Bar. *in l. tam is, §. fin. in fin. ff. de donat. cauſa mortis.* Ang. Aret. *Inſt. quibus non eſt permiſ. fac. teſt. in prin.* & facit *l. 1. §. ſed ſi filiusfam. ff. de leg. 3.*

29 Et † tunc quinque nempe teſtes requirerentur ad probandum directam perſeuerantiam ipſam filii, ſecundum Ang. *in loco præcitato,* pro quo allegat text. *in d. l. 1. §. ſed ſi filiusfam.* & ibi Bar. & faciunt notata per eundem Bar. *in l. heredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſtam.*

30 Itidem ipſa † donatio facta per filium patri minime valeret, vbicunque extitiſſet facta in continenti poſt præſtitum conſenſum. Nam quotieſcunque duo actus celebrarentur eodem die & loco, & coram eiſdem teſtibus, vnus ex eis videretur celebratus contemplatione alterius, vt firmant Bal. *in l. petens, C. de pact.* Soc. *conſ. 273. col. 3. vol. 2.* & Corn. *conſ. 36. vol. 2.*

31 Sed † hic pulchrum eſt diſquirere de ratione, quare filiusfam. de patris voluntate teſtamentum facere non poteſt, & nihilominus cauſa mortis donat patre permittente: reſpondeas breuiter, quod communis ratio eſt, quæ originaliter fuit Accur. *in §. 1. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facer. teſtam. & d. l. tam is, §. fin.* [Cōis opin.] Nam donatio cauſa mortis, & ſi contractus, & vltimæ voluntatis naturam redoleat, magis tamen accedit contractui, & de huiuſmodi communi ratione teſtatur Coraſius *in repet. l. qui liberis, n. 29. cum aliis ſeq. in 2. lect. ff. de ritu nupt.* vbi vltra rationem communem præcitatam aſſignat aliam meliorem, & hanc rationem communem ita approbat etiam Bar. poſt Dyn. *in d. l. tam is, §. 1.* Ang. Aret. *Inſt. quib. non eſt permiſſum fac. teſtam. in prin.* Gl. & Doct. *in l. 2. in prin. ff. de donat.* Ang. Aret. & alii, *Inſt. de donat. in prin.*

32 Et † quatenus diximus, quod filius de patris conſenſu poteſt donare cauſa mortis, *d. l. tam is, §. 1.* nota hic, quod licet poſſit donare filius, tamen non poteſt legare, fideicommittere, aut condere codicillos, vt probatur *in l. 2. ff. de leg. 1.* à contrario ſenſu, *iuncta l. qui in poteſtate, ff. de teſtamen. & Inſtit. quib. eſt permiſ. fac. teſtam.*

ſtam. in prin. & iſtam differentiam pariter firmauit Gloſſ. *in d. l. 2. ff. de legat. 1.* cum qua communiter alii Doctor. tranſeunt, vt refert Ruinus *in princ. ibi.* & Gloſſ. *in d. l. ſenium.* vbi Iaſ. *num. 3.* ſimiliter teſtatur iſtam eſſe communem opinionem, idemque tenet Alex. *conſil. 53. nu. 8. vol. 7.* Bertran. *in d. conſ. 327. ſub nu. 1.* Domin. Peruſ. & alii *in c. ſi pater, de teſt. in 6.* vbi Gomeſius *colum. 1.* dicit, circa hoc non eſſe dubium, ſicque omnes concludere, alioſque refert eiuſdem ſententiæ Dilectus *in tract. de arte teſtandi, cautel. 1. tit. 2. col. 1.* & ponit Gulicl. Benedict. *in repet. c. Raynutius, de teſtam. nu. 48.* ſolus Cumanus *in d. l. tam is, §. 1. & in d. l. qui in poteſtate.* tenuit contrarium, videlicet, quod nec etiam donare cauſa mortis poſſit filius, patre quantumuis conſentiente per multas rationes, tamen concludebat ipſe Cuman. non eſſe contra ſtimulum calcitrandum, & ſic in communem ſententiam declinabat, quam ſequitur reſpondendo omnibus fundamentis Cuman. Socin. iun. *in l. 2. nu. 15. ff. de leg. 1.* & celeberrimus Iureconſultus D. Gulielmus Pontanus præceptor meus, *nu. 15.*

Cõis opin.

33 Sed aduerte, † quod donatio ipſa cauſa mortis, facta à filiofamilias de neceſſitate requireret præſentiam donatarii, vel alterius, qui pro eo huiuſmodi donationem acceptaret, alias non teneret, nec valeret, ſecundum Doctores *in d. l. ſenium.* & ita conſuluit Bertran. *in d. loc.* [illegible]

34 Sexto [illegible] limitatur, † quod quamuis filiusfamilias teſtari nequeat, [illegible] patre conſentiente potest tamen [illegible] ponere inter viuos de bonis, in quibus patri vſusfructus non quæritur, ſecundum communem opinionem omnium Doctor. quam citat, & late declarat Crauet. *conſ. 84. nu. 9.*

Cõis opin.

35 Item † conſuetudo poteſt concedere filiofamilias ius teſtandi, & omnia, quæ ſunt de iure poſitiuo faciendi, vt voluerunt Innocen. *in cap. Raynutius, de teſtamen.* Ancharan. & Imol. *in c. 2. eodem titulo.* Bartol. & alii *in l. ſi quæ tamus.* Paul. Caſtren. *in l. qui in poteſtate, ff. de teſtamen. colum. 1.* Bald. *colum. 1.* & Iaſ. *colum. 2. in Authent. ingreſſi, C. de ſacro. ſanct. eccleſ.* & Bald. *in tractat. ſtatutorum, in verb. teſtari, verſ. ſtatutum ſiue conſuetudo.*

36 Et conſuetudo † hæc, ſeu ſtatutum diſponens, quod filiusfamilias poſſit teſtari, aduerte, quod [illegible] ſit contra ius commune, nihilominus tamen interpretari debet, ſecundum illud, dummodo in huiuſmodi teſtamento adſint ſeptem teſtes rogati, requiſiti de iure communi, vel quoque requiſiti ex forma ſtatuti: quia hoc ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, vel ab alio ſtatuto, Bart. & omnes *in l. 1. §. lex Falcidia, per illum textum, ff. ad l. Falc.* & Iaſ. *in l. omnes populi, nu. 62. ff. de inſt. & iur.*

37 Limitatur † etiam mentionata regula, quod ſi filia teſtaretur de dotibus ſuis poſt mortem patris, valeret, & teneret abſque dubio aliquo huiuſmodi teſtamentum, ſecundum Bald. *conſ. 49. quæſtio iſta eſt de apicibus iuris, volum. 2.* quod interpretatur, ſeu limitatur per Caſtren. *conſil. 108 ſuper eo, de quo quæritur, in fine, cum conſil. ſeq. in vol. antiq. conſ. ſecundum primam impreſſionem*, vt locum habeat, niſi pater in dote ipſi filiæ ſubſtitutionem feciſſet, quæ limitatio falſiſſima redditur, & communiter improbatur per Scriben. *variis in locis iuris noſtri.*

Cõis opin.

38 Claudicatque etiam vltimo loco eadem regula, vt † ſi filiusfamilias conderet teſtamentum patre conſentiente, apponeretque in ipſo teſtamento illam clauſulam, *ſi non valet, vel valuit iure teſtamenti, valeat eo iure quo valere poteſt*, vt tunc talis diſpoſitio minime valeat, vt donatio cauſa mortis, ita Saiycet. & omnes communiter, *in leg. ſenium, Cod. qui teſtamentum facere poſſunt.* Ang. Aret. Port. & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, *Inſtitut. quib. non eſt permiſ. fac. teſt. in prin.*

Cõis opin.

Siquidem † ſpecialis, & ſpecifica requiritur ad hoc conceſſio, vt filiusfamilias cauſa mortis donare queat, *l. filiusfam. § fin. ff. de donation.* [illegible] ſpecificum eſt, quod ab omni generalitate eſt abſtractum, *l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cau.* & facit *l. fin. § deciſionem, C. de adminiſtrat. tutor.* 39

Imo adeo neceſſaria eſt ſpecialis permiſſio in donatione cauſa mortis, vt ſi quis ſuo filio generaliter donare permiſerit, non poſſet ex tali permiſſione cauſa mortis donare niſi ſpecialiter hoc ei pater permitteret, *d. l. filiusfam. § fin.*

Et licet ſupra *numero vigeſimo quarto. & ſequentibus* oſtenſum ſit, quod † donatio cauſa mortis, etiam facta 40 per filium patri, eo conſentiente, palam, & bona fide, & non animo alios defraudandi, valeat: nihilominus de hoc mirandum non eſt, quia in caſu, de quo agitur, non ſolum vlla fraus in patre præſumi poteſt, ſed nec etiam imaginari, ex quo donatio non fuit facta in beneficium patris directe, verum potius in quodam caſu inopinato, & penitus remoto, ſi videlicet filius donantis mortuus fuiſſet ſine filiis: & ſic fuit facta ſubſtitutio filio viuenti, in caſu, quo naturæ & mortalitatis ordine turbato nepos ille præmortuus fuiſſet: & ſic ceſſat omnis fraus, & dolus, vltra quod dolus, & fraus non præſumitur, *l. quoties, §. qui dolum, ff. de probat.* imo dolum ipſum allegans eum probare debet vt per Ant. Cioſnim *conſilio decimo nono, numero ſexto*, & Ioan. Petr. Surdum *conſilio decimo, nu. 40.*

Nec † diſturbat argumentum Decii *conſilio ducenteſimo quadrageſimo quinto*, quod aſſenſus iſte præſtitus, cenſeatur actus vnus, & præſtitus contemplatione actus alterius, ſcilicet donationis, factæ ipſi aſſentienti. quia reſpondeo primo, quod aſſenſus iſte non reperiatur in iure prohibitus, imo permiſſus à patre, etiam in ſui beneficium, vt ſupra explicaui, in aditione hereditatis, factæ per filiumfamilias cum patris conſenſu, quod in eius cedit commodum, *l. placet, ff. de acquirend. heredit.* & conſequenter pater conſentire poteſt filio quaſi contrahenti, adeundo hereditatem, *l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, cum ſequenti, eodem titulo*, ergo in ſui commodum indubitanter aſſenſum præſtare poteſt, & hoc iure vti, & conſuetudine obſeruari, vt maritus vxori ſibi donanti, vel vendenti, aſſentiri poſſit, teſtatur Tiraquellus *in tractatu de legibus connubialibus, gloſſa octaua, numero centeſimo vigeſimo ſecundo* 41

Secundo idem reſpondeo, † quod argumentum 42 eiuſdem Decii nihil aliud probet, niſi quandam fraudis præſumptionem, quando directe, & immediate patri donatur, cæterum, ſi non patri directe, & immediate, ſed alteri donatur vt in caſu iſto, argumentum ceſſat. imo maior erit pro patre præſumptio bonæ fidei, qui dum ſibi ipſi immediate procurare poterat donationem, id non fecit, ſed tantum in caſu mortis primi donatarii filii, & ſic in caſu remoto, & penitus inopinato. & propterea erit pro patre bonæ fidei maxima præſumptio, & ea erit ſublata quælibet alia fraudis præſumptio, ex regula *l. final. ff. de eo quod metus cauſa, & l. dum, de in integrum reſtitution.* ita vt Decii argumentum, pro patre, & ad eius fauorem, retorqueatur. vnde probatum remanet, perfectam, validamque eſſe donationem, factam per Maurum Fotellum Leonardo eius filio, cum conſenſu Octauii eius patris, bonorum maternorum dicti donan-

 tis,

tis, cum ſubſtitutione, vt in caſu mortis ipſius Leonardi ſine filiis, ex nunc huiuſmodi bona cenſeantur donata cauſa mortis prædicto Octauio patri. & ita fuit iudicatum in ſacra regia Audientia prouinciæ Terræ Bari, *anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo*, me aſſidente in ea tunc Auditore, & præſentis cauſæ Commiſſario exiſtente.

43 Et quamuis *ſupra numer. 07.* concluſum ſit, † conſenſum de ſui natura poſſe interuenire ex poſtfacto, & poſt rem inchoatam, & in eſſe deductam, ac etiam tacite, prout aſſentitur quoque Alexander *conſil. 219. conſiderata bo. numero decimo ſexto. volumine ſexto. & ibi Apoſtilla, in litera E*, tamen in actibus capitularibus, ſeu collegiatis, vel vniuerſitatis non ſufficit illos de vniuerſitate ipſa, ſeparatim conſentire, ſed oportet, vt ſint, tanquam vniuerſitas, ſeu collegium congregati, atque collegialiter, & capitulariter conſentiant, & non aliter, nec alio modo, vt per Gloſſ. Calder. Bald. Anton. de Butr. Cardin. Abb. Imol. & alios, vnanimi concurſu omnes, *in c. cum omnes, de conſtit.* & Felin. etiam cum aliis aggregatis per eum, *numer. 24.* vbi *numer. 26. cum multis aliis ſequentibus*, hanc concluſionem communem limitat in ſex caſibus, cui aſſentitur etiam Specul. *in titul. de Syndico, in rubrica, ſub num. 2.* vbi accurate concludit, quod conſtitutio Syndici, facta in loco priuato, non valeat, cum ea debeat fieri in loco publico: & ſic deliberat eo in loco, quod ſi vnus de vniuerſitate conſentit hodie in vno loco, & alius poſtmodum in alio loco, non valeat talis conſenſus, & conſtitutio Syndici ita ſeparatim emanata, cum ea debeat fieri in loco publico, non autem priuato, decurionibus ſolemniter conuocatis: prout nonnullos huius generis Syndicatus vidi, me patrocinante, inualidos, & inutiles declaratos. Et hoc idem videtur concedere Ant. Corſet. *in ſing. in verbo, compromiſſum*, poſt Compoſtel. & Abb. *in c. in cauſis, de electio.* quod compromiſſum factum ab vno de Vniuerſitate, & Capitulo, nomine omnium, non valeat, vbi ponit ſimiliter pro regula; quod in rebus arduis explicandis in Vniuerſitate, omnes de Vniuerſitate ipſa teneantur conſentire, nec ſufficiat, quod eiuſmodi actus explicetur per aliquos nomine aliorum, licet ipſi non contradicant, & taceant.

OPINIO CCCIII.

SVMMARIA.

1 *Filius an ſtare poſſit in iudicio ſine conſenſu patris; qualisque conſenſus requiratur n. 2.*

3 *Conſenſus patris præſtitus in cauſa principali filio de agendo an duret etiam in cauſa executionis & reconuentionis. & n. 12.*

4 *Conſenſus patris, an etiam ſit neceſſarius in cauſis ſummariis & executiuis.*

5 *Filiusfamilias an abſque patris conſenſu interuenire poſſit vt procurator, tutor, vel curator.*

6 *Filius poteſt comparere in iudicio abſque patris licentia, durante abſentia patris.*

7 *Filius ſine conſenſu patris agere & conueniri poteſt in ſpiritualibus. Item reſcriptum impetrare poteſt à Principe. n. 8. Similiter in beneficialibus. n. 9. Eiuſque ratio. n. 10.*

11 *Filiusfamilias poteſt ſibi eligere ſepulturam abſque patris conſenſu.*

13 *Filius in cauſa appellationis poteſt comparere in iudicio ſine patris conſenſu. Et in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. n. 14. Item poteſt implorare officium iudicis. n. 15.*

16 *Filius poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris in omnibus cauſis, in quibus minor poteſt eſſe in iudicio abſque tutoris authoritate.*

17 *Filius in compromiſſo coram arbitro agere & defendere ſe poteſt ſine patris conſenſu.*

18 *Filius poteſt ſtare in iudicio in cauſis criminalibus ſine conſenſu patris. & n. 20.*

19 *Filius poteſt conſtituere procuratorem ad defenſam, ſine conſenſu patris.*

21 *Filio ſe obligante cum conſenſu patris, poteſt tale debitum peti in iudicio contra filium.*

22 *Filiusfamilias poteſt conueniri in iudicio ſine patris conſenſu ex decreto iudicis.*

23 *Filiafamilias poteſt eſſe in iudicio ſine patris licentia, petereque dotem aduentitiam, & alia bona, in quibus patri non quæritur vſusfructus. n. 24.*

25 *Filiusfamilias miles pro ſuo caſtrenſi peculio eſſe poteſt in iudicio abſque patris conſenſu. Eiuſque ratio n. 26.*

27 *Cautela vt filius ſine conſenſu patris conueniri poſſit.*

28 *Alia cautela pro patre agente contra filiumfam.*

29 *Pragmatica Regni Neapol. pro filiusfam. concernens Notarios. Alia habetur n. 30. & 31.*

FILIVSFAMILIAS † etiam maior exiſtens, non poteſt ſtare in iudicio citra conſenſum patris, *l. final. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ liber. & l. 1. §. fin. C. de annal. except.* vbi Bal. *cap. fin.* vbi Gemin. & alii *de iudic. in 6.* Corn. *conſil. 17. num. 6. volum. 2.* & Doctor. *in l. 1. C. qui admit.* Specul. *in titul. de actore, verſicul. item quod eſt filius.* Gloſſ. Bart. Bal. Salyc. & alii omnes, *in l. fin. §. 1. per text. ibi, C. de bonis quæ liber.* & Guid. Pap. *deciſion. 54.* vbi *ſub nu. 1.* ad lucem adducit hoc non obſeruari in Curia Parlamenti Delphinalis: cum in ea de patria poteſtate tam in agendo, quam in defendendo nullatenus curetur, & iudicium cum eo actum ſine licentia, & conſenſu patris eſt nullum, ſecundum Bal. *conſ. 293. vol. 3.* & Cottam *in memorali, in verb. filiusfamilias non poteſt eſſe in iudicio*, de qua tempe nullitate aduerte vtiliter, quod poſſet opponi quandocunque, tam ante, quam poſt ſententiam, ſecundum Specul. *in d. tit. de actore, §. 1. col. 10. verſ. Sed & filiusfamilias.* & Marant. *in tract. de iudic. in 4. part. diſt. 10. nu. 18.* 1

Imo † conſenſus requiritur expreſſus & ſpecialis: ideo non ſufficeret generalis in quibuſcunque cauſis, *l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum ff. de acquir. hered.* 2

Sed † vbicunque conſenſus patris eſt præſtitus in cauſa principali, durat etiam in cauſa exequutionis, nec requiritur nouus conſenſus, vt per Gloſſ. *in l. 1. §. ſed verum, ff. de minoribus.* & ibi Alex. Et ſic conſenſus patris non requiritur in petendo executionem primæ ſententiæ, late pro filiofamilias, ſi in primo iudicio pater conſenſerit, vt firmat etiam Bald. *in dicta l. final. §. neceſſitatem, colum. penul. verſicul. quæro ſi pater conſenſit. & in l. nequicquam, §. de plano, ff. de offic. procõſul* Angel. *conſil. 110.* & Alexand. *conſ. 59. vol. 2.* vbi aſſerit hoc verum eſſe, quando pater conſenſit in primo iudicio ordinario præambulo: alias requireretur in executiuis & ſummariis conſenſus patris. Et quemadmodum conſenſus patris ſufficit in agendo, nec opus eſt alio conſenſu in executione ſententiæ, ita ſimiliter conſenſus patris in reconuentione filii non requiritur, ſi conſenſus præſtitus fuit in prima cauſa conuentionis, vt efficax teſtimonium eſt Bald. *in d. l. final. §. neceſſitatem, col. pen. verſ. demum quæro quid in cauſa reconuentionis.* 3

Et hic aduertendum eſt, † conſenſum patris minime eſſe neceſſarium in cauſis ſummariis & executiuis, vt per Vrſillum *in add. Aff. deciſ. 180. nu. 5.* & per Bal. *in d. §. ſed verum.* motum authoritate Gloſſ. *in d. l. 1. C. qui admit.* tamen communis ſententia omnio 4

Doct. videtur in contrarium *illic*, & *alibi*, vt atteſtantur Moder. *in l. qui liberos, ff. de ritu nupt.* & Bal. parum ſibi conſtans reuocauit iudicium in melius, *in l. nequaquam, §. de plano, ff. de off. procon.* videlicet, quod conſenſus patris ſemper non tantum in cauſis plenariis, ſed etiam in ſummariis, & exequutiuis interuenire debeat, & ſequitur Marſil. *in l. ſi quis ne quaeſt. nu. 6. de quaeſt.* Alex. *conſ. 58. viſo proceſſu cauſae, col. 1. vol. 2.* & Iaſ. *in l. quamuis, C. de edict. diui Adr.* & hæc omnia habent locum ſimiliter in emaocipato, vt late deduximus *ſupra in ver. Emancipationis, in fin.*

5 Et quamuis ipſe † filiusfam. agere, nec conueniri poſſit in iudicio abſque patris conſenſu, ſecundum Bal. *in d. §. fin.* Fallit tamen hoc, quando interuenit vt procurator, tutor, aut curator alterius, *c. qui generaliter, §. 1. de procur. in 6.* & ita tenet Odof. *in l. filiusfam. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Gloſſ. Bar. Bal. & cæteri omnes, *in d. §. neceſſitatem.* Spec. *in tit. de actore, verſ. ſed nunquid tutor.* vbi Io. And. *in addit.* Cotta *in d. memorab. filiusfam. non poteſt, circa medium.* Marant. *in tract. iudic. in 4. parte, 16. diſtin. num 19. fol. parno 74.* Guid. Papæ *ſing. 732.* vbi refert Dd. contrarium aſſeuerantes. & iſta eſt communis opinio, teſte Antonio de Tremo *in addit. ad Bona. in pract. except. in rub. quib. mod. ſuo no. ani. nu. 14. in ver. ſine conſenſu patris.* quoniam officii neceſſitas in hoc, & multis aliis excuſat, vt dicit Alciatus *in fin. 1. libri de verbor. ſignif.*

Cōis opin.

Et opinionem hanc communem amplio veram eſſe, etiamſi filiusfamilias tanquam tutor alterius ageret contra patrem ſuum: quia tunc etiam ſine venia agere poſſet, vt concedit Bald. *in d. §. neceſſitatem, col. 3. verſ. modo quæro vna cum gloſſ.* & eſt textus *in l. quaſitum, ff. de in ius vocan.* vbi diſponitur, quod filius tutor non ſolum alios ſine patris conſenſu in ius vocare poteſt, ſed etiam patrem.

6 Item fallit † quando pater commoratur extra territorium, tunc quippe ſtante abſentia hac poteſt eſſe in iudicio abſque patris licentia, ſecundum Bal. *in d. §. neceſſitatem, & in Auth. quod locum, col. 1. C. de collat.* Alex. *in l. cum filius, ff. ſi cert. pet.* Guid Papæ *ſing. 896. licet libellus* & Marſil. *in l. 1. §. præterea, nu. 93. ff. de quaeſt.* vbi opinionem iſtam late comprobat. Et ratio congrua aſſignari poſſet iſthæc: quia pater abſens præſumitur in dubio conſentire agenti, ſecundum Bart. *in l. 1. in fin. in pen. quaeſt. C. de decur. lib. 10. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſol. matrim.*

7 Item † quando agit, vel conuenitur in cauſis ſpiritualibus, *c. fin.* & *ibi* Gemin. *de iudic. lib. 6.* Innoc. *in c. 2. de regular.* Maranta *loco de quo ſupra, nu. 20.* Et per conſequens filiusfam. poteſt ingredi monaſterium ſine conſenſu patris, ſecundum Abb. & Auguſtin. Berouin *nu. 526. in c. in præſentia, de probat.*

8 Item † ſi impetrat reſcriptum, vt notat Rota *deciſ. 183.* Innoc. Dyn. & Pan. *in d. c. fin. de iud.* idemque concludere videtur Capyc. *deciſ. 57. n. 7.* in filiofam. impetrante reſcriptum à Principe contra patrem, vel auum.

9 Item † in beneficialibus, vt not Gl. ſingul. *in c. 1. de mutuis.* Io. And. *in c. ex parte, de reſtit ſpol.* Doct. omnes communiter *in l. at prætor, in prin. ff. de mil. teſtam.* Bart. *in l. ſi infantis, col. 3. C. de iur. delib.* & Io. de Pra. *in l. filius, ff. de proc.* & probat tex. *in c. fin. de iud. in 6.* Quia in bo-

Cōis opin.

10 nis † clerici, quæ reputantur quaſi caſtrenſia peculia, patri de eis nihil quæritur, ſecundum Bar. *conſ. 61. filiusfam. in fin. vol. 1.* Bal. *in l. ſacroſan. 3. notab. C. de epiſ. & cler.* Iaſ. *in l. patre furioſo, in fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & Guil. Bened. *in repet. c. Raynutius, in verſ. Matrem, nu. 17. de teſt.* ſiue ſint quæſita intuitu Eccleſiæ, ſiue non, aut ante clericatum, aut poſt, ſecundum eum *ibi*, & ſequitur etiam D. Carauita *in ritu 201. Item ſeruat ipſa curia, quod quando venit alter, ſub nu. 3* hocque cum grano ſalis intelligendum venit, & ſecundum declarationem traditam per Couarr. *in c. quia nos, nu. 1. & ſeq. fol. paruo 260. de teſt. im.*

Item † poteſt filiusfam. eligere ſepulturam abſque 11
patris conſenſu, vt not. Guid. Papæ *ſing. 808 filiusfam.*
Item in † cauſa reconuentionis, ſecundum Gl. *in l. ſed* 12
& hæ, in prin. ff. de proc. Item † in cauſa appellationis, 13
ſecundum Bal. *in memorato §. neceſſitatem* Item in his,
quæ † ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt per Bal. *in d.* 14
§. neceſſitatem. Item † ſi implorat officium iudicis, ſe- 15
cundum Gl. *in l. 1. C. qui admitt.* quam dixit ſingul. *ibi*,
Angel. Rom *in repet. rubr. ff. de arbit. col. 8.* & Hippol. de
Marſil. poſt alios relatos per eum, *in ſua practic. crim. in*
§. opportune, n. 72. & ſeq.

16 Item † fallit in omnibus cauſis, in quibus minor poteſt eſſe in iudicio abſque tutoris authoritate, vt not. Roman. *ſing. 320. Tuſc. n.* vbi allegat ſingulare dictum Spec. *in tit. de action. §. 1. verſ. ſed nunquid.* & *ibi* Bal. *in addit. ad eum.* & eſt Gloſſ. *in d. cap. fin de iudic.* & ita limitant regulam iſtam Soc. *in reg. 151.* Bald. *conſil. 192. & 193. vol. 3.* & Fulgoſ. *conſ. 165.*

17 Item † fallit in compromiſſo: nam coram arbitro, ſeu arbitratore poſſet filiusfam. comparere, agendo, vel etiam ſi conueniatur, defendendo, ſine conſenſu patris, ſecundum Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de iuriſdict. om. iud. § expedito.* Hoſtien. *in Summa de arbit. §. de quare, verſ. Impeditur.* Spec. *in tit. de actore, verſ. ſed an filio.* Gloſſ. *in d. §. neceſſitatem, in ver. imponenda* Guil. & Bart. *in l. ſicut, §. ſed & ſi, in 3. not. in nona lectur. ff. de pecul.* & Ang. *in d. §. neceſſitatem.* quoniam vt voluit Bal. *ibi*, compromiſſum fieri poteſt verbis, nulla interueniente obligatione.

18 Item † fallit in cauſis criminalibus, in quibus poteſt ſtare in iudicio ſine patris conſenſu, & præſertim in cauſa ad defenſam, in qua conſenſus patris non requiritur, *l. noxali, & l. quotiens, la 2.* & *ibi* Bar. *ff. de noxal. & in l. ſi longius, §. 1. ff. de iudic.* & Bald. *in d. §. neceſſitatem.*

19 Et † ſimiliter ad defendendum ſemper conſtituere poteſt procuratorem abſque conſenſu patris, *l. ſeruum quoque. ff. de procur.* & not. Guid. Papæ *ſing. 450. conſtitutiones feudales, in fin.* Imo, & ad defenſam etiam poſſit ipſe filiusfam. comparere in iudicio abſque patris licentia.

20 Et † conſequenter licentia, & conſenſus patris non requireretur, nec neceſſarius eſſet in criminalibus, atque publicis criminibus, ſeu accuſaret, ac inſtitueret querelam, ſeu accuſaretur de ipſo publico delicto, ſecundum Bar. *in nu. 12.* Caſtren. Io. Fabr. Salyc. & alios *in d. § neceſſitatem.* Pariſ. *conſ. 147. nu. 16. vol. 4.* Gandinum *in tract. maleficiorum, in q. de filiofam. vtrum poſſit accuſare, n. 32.* Vuſill. *in add. Affl. in d. deciſ. 180. nu. 6.* & D. Carauitam cum aliis aggregatis per eum, *in ritu 201. Item ſeruat ipſa curia, quod quando venit aliquis, nu. 5. cum illis ſeqq.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem, & plurimum declarat, & ita de *præſenti anno 1571.* iudicaui in cauſa maximi momenti, & vidimus etiam obſeruari, & iudicari *in Curia noſtra Aquilana* per magnum practicum D. Thomam de Sico de ciuitate Campaniæ, exiſtentem iudicem in dicta Curia. Et licet de plano hæc communis procedat in criminibus publicis, tamen in priuatis patris conſenſus requireretur, ſecundum Gandinum *in loco præcitato*; & ſic in cauſa iniuriarum ciuili neceſſarius foret conſenſus patris, vt per Bal. *in d. §. neceſſitatem.* & Speculat. *in titul. de actore, ver. quid ſi filiusfamilias agit iniuriarum.* & Guid. Papæ *deciſ. 54. ſub n. 2.* vbi apo-

Cōis opin.

Com. opin. ſilli in litera B, planum facit iſtam eſſe communem diſtinctionem; & requiritur etiam patris conſenſus in cauſa criminali, vbicunque pater teneretur pro filio ad pœnam ex forma ſtatuti, ſecundum Bal. *in l. ſi. ſilius, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. & in d. §. neceſſitatem, col. 5. verſ. quæro nunquid iſte, §. habeat locum.* & Alex. *in l. inter liberos. §. ſilius, de adulter.*

21 Item † ſi filiusfam. cum conſenſu patris ſe obligaſſet, tunc poteſt id, ad quod ſe obligauit in iudicio peti, & licet non interueniat patris conſenſus, valet tamen, ſecundum Bal. poſt Gloſſ. *in l. 3. ff. de minor.* quam ſequitur Alex. *conſ. 11. viſo proceſſu, vol. 5.*

22 Item † ſi iudex interloquatur, quod poſſet procedi cum filiofam. valet iudicium propter authoritatem iudicis, ſecundum Io. And *in add. Spec. in tit. de actore, verſ. quid ſi pater noluit conſentire.* & Bal. *in d. §. neceſſitatem, col. 1. verſ. ſecundo quæro, pone quod pater.* Poſſetque adhiberi aliud quoque remedium, vbicunque pater recuſaret conſcolum in iudicio filio præſtare, vt cogatur mediante iudicis mandato pater ipſe conſentire filio, captis pignoribus, & mulcta indicta, vt concedunt Gloſſ. *in ver. Imponenda.* Bar. *col. 2.* & Bald. *col. 1. in d. § neceſſitatem* vel etiam per bannum, vt *ibi* per Bal. & Spec. *in tit. de actore, verſ. Sed quid ſi pater nolit* & *ibi* Io. And. *in add.* Quod de plano procederet, niſi iuſta, rationabiliſque cauſa proponeretur, ob quam pater denegaret conſenſum, ſecundum Spec. *in loco præcitato.*

23 Fallit quoque in filiafam. quæ poteſt † eſſe in iudicio abſque patris conſenſu, & petere dotem aduentitiam, quæ ab auo, vel matre proceſſit, ſibi reſtituendam, ſecundum Iaſ. cum aliis congeſtis per eum *in Auth. quod locum, nu. 2. C. de collat.* vbi exprimit iſtam Com. opin. eſſe communem opinionem: quia in dote prædicta patri non quæritur vſusfructus.

24 Et ſic in † omnibus caſibus, in quibus patri vſusfructus non quæritur, vt per Vrſillum copioſe *in add. Affl. in d. deciſ. 180 nu. 4.* & per Niconit. *in repet. c. quoniam contra, nu. 69 de probation.* & Cappell. Tholoſan. *deciſ. 306.*

25 Fallit † poſtremo in filiofam. milite, qui poteſt pro ſuo caſtrenſi peculio eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, *c. fin. de iud. in 6.* & *ibi* Gl. *in ver. Regulariter, & l. filiusfam. in prin.* & *ibi* Bar. *ff. de procur.* & Spec *in tit. de action. verſ. hoc quoque, & verſ. quid ſi filiusfam.* & not. *in l. lis nulla. ff. de iud.* & firmat Guid Papæ *deciſ. 54. ſub nu. 2.*

26 Quia filiusfam † habens bona caſtrenſia, vel quaſi, poſſet ſe obligare ſine conſenſu patris, eſto quod de antedictis bonis diſponere valeret omni prorſus licentia paterna remota, ſecundum Bart. *nu. 12.* Bal. Salyc. & omnes alios, *in d. §. neceſſitatem.* & inſignem D. Catauitam *in d. ritu 201. nu. 2.* vbi oſtendit iſtam eſſe Com. opin. communem opinionem contra Gloſſ. *in d. §. neceſſitatem.* contrarium aſſeuerantem.

27 Tu ergo Aduocate, † qui agis cum filiofam. ſi cupis, vt eius perſona legitimetur ſine patris conſenſu, cautela eſt ſecundum Bart. *in l. minor 25. ff. de minorib.* quod facias, quod iuret non contrauenire, tunc enim eius perſona legitimatur, ita not. Bar. *in l. quid ergo. §. contrarium, in lectur.* Nicol. de Neap. *ff. de contra. iud. tut.* & not. *in deciſ. Tholoſ. 41. & 49.*

28 Poteſt † quis pariter vti altera cautela contra filiumfam. quotieſcunque timeret ſententiam contra eum proferendam eſſe in fauorem filiiſam. quod priuſquam ſententia publicetur, opponeret de nullitate proceſſus, ex quo aduerſarius eſt filiusfamilias, & ſtare in iudicio non poteſt abſque patris conſenſu, ergo petere poteſt proceſſum declarari nullum, non obſtante quauis replicatione ipſius filiifam. ita voluit Ang. per Gloſſ. *ibi in l. ſed & ſi de ſua, ff. de acquir. hered.* & Cæpolla *caut. 118.* Et licet Paul. Caſtren. Ioan. de Imol. & Raph. *in d. l. ſed & ſi de ſua.* aſſeuerent contrarium, nihilominus Marſil. *in l. ſi quis ne quæſtio, nu. 44. cum aliis ſeqq. ff. de quæſt.* tenet, tueturque prædictam doctrinam Ang. & ſequitur etiam eum aliis aggregatis per eum Cotta *in d. memorali, Filiusfam. non poteſt eſſe in iudicio, poſt princ.*

In Regno † vero Neapol. caute procedendum eſt 29 cum filiisfamil. propter pragmaticam incipientem, *Per Excellentem Dominum Regentem Magnæ Curiæ,* diſponentemque, quod Notarii ſub pœna priuationis officiorum, vnciarumque auri centum, non debeant recipere obligationes, inſtrumenta, ſeu contractus aliquos à filiisfamilias, ſine præſentia, expreſſoque eorum patrum conſenſu, ſaluo tamen, niſi fuerint emancipati, vel habitent, ac viuant ſeorſum à patribus eorum, quam pragmaticam late, ac diffuſe declarant D. Carauita, & Scaglionus Doctores Regnicolæ *ibi.*

Imo *anno 1588.* fuit † promulgata in regno altera 30 pragmatica de ordine Catholicæ Maieſtatis, per Comitem Mirandæ, ita in fine ad vnguem diſponens: *Item, eſſendoci ſtato referito, che la prammatica altas fatta ſopra la nullita del contratto, che ſi fa con il figlio fameglia ſotto l' aſſertione, che uiua ſeorſum a patre, uien ad eſſere in un certo modo poco oſſeruata, per che quelli che contrattano con detto figlio fameglia l' accuſano de falſo per l' aſſertione non vera, & fatte in cio le debite probationi per il padre, il quale è conſtretto per indirectum, accio il figlio non ſia punito, à deſiſtere dalla lite ſopra la nullita del contratto, & come che contratta con figlio fameglia deue, & è tenuto ſapere la condition di quello, volemo, & coſi commandamo, che detto figlio fameglia non incorra pena alcuna per tal cauſa.* Id eſt: *Item, cum nobis relatum ſit, pragmaticam alias factam ſuper nullitate contractus, qui fit cum filiofamilias, cum aſſertione, quod viuat ſeorſum a patre, certo quodam modo parum obſeruari, quod ii, qui contrahunt cum dicto filiofamilias, eum accuſent de falſo, propter aſſertionem eius non veram, & factis deſuper debitis probationibus, per patrem; qui conſtringitur per indirectum, ne filius puniatur, deſiſtere a lite ſuper nullitate contractus, & ſicut qui contrahit cum filiofamilias debet & tenetur ſcire eius conditionem, volumus, & mandamus, ne dictus filiusfamil. eam ob cauſam vllam pœnam incurrat.*

Nec non † patre extra prouinciam degente, pro- 31 ceſſus factus contra filiumfamilias, valet, & tenet abſque ſcrupulo aliquo, *l. ſi longius.* & *ibi* Gloſſ. *ff. de iudicio.* Cappell. Tholoſan. *deciſ. 42.*

OPINIO CCCIV.

SVMMARIA.

1 *Filii ex legitimo matrimonio procreati ſuccedunt de iure in feudo.*

2 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium admittitur ad ſucceſſionem feudi. Eiuſque ratio. n. 3.*

4 *Statutum loquens de legitimis comprehendit quoque legitimatum per ſubſequens matrimonium.*

5 *Veneti non admittunt legitimatos per ſubſequens matrimonium ad ſenatoriam dignitatem, nec ad nobilitatem; ad ſucceſſionem autem admittunt.*

6 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, excludit etiam per legitimatum per ſubſequens matrimonium.*

7 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica.*

8 *Emancipatus an in feudo admittatur.*

9 *Legitimatus per matrimonium poteſt eligi in Epiſcopum.*

10 *An legitimentur filii ſuſcepti ex concubina, quando vir an mor-*

in mortis articulo conſtitutus eam accipit in vxorem.

11 *Filii nati ex clerico, in minoribus ordinibus conſtituto, & concubina, legitimantur per ſubſequens matrimonium.*

12 *Legitimantur filii orti ex concubina, etiamſi medio tempore interueniret aliud matrimonium.*

1 FILII † nati ex legitimo matrimonio ſuccedunt de iure in feudis, *c.1. §. naturales, in vſibus feudorum, in titul. ſi fuerit controuerſia inter domin. & agnat.*

2 Imo † ampliatur hoc procedere etiam in legitimatis per ſubſequens matrimonium, qui quidem legitimati admittuntur ad feudi ſucceſſionem, vt notant omnes Canoniſtæ communiter, *in c. lator, qui filii ſint legitimi*; quam communem ſequuntur, & citant Anton. de But. Cardin. & Moder. *ibi*, Alexan. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 18. ff. ad Trebell.* Ripa *in repet. l. ſi vnquam, nu. 62. cum aliis ſequen. C. de reuoc. donation.* Ioan. de Imol. *in l. quod dicitur, ff. de verbor. ſignific.* poſt Hoſtien. & Ioan. Aod. *in d. cap. lator.* hoc idem tenet Boer. *in deciſ. 240. nu. 16. cum duobus aliis ſeqq.* poſt alios congeſtos per Pet. Duen. *in ſuis regulis, in reg. 350. in verb. Filius naturalis legitimatur per ſubſequens matrimonium, in 6. ampl.* & Lauren. Syl. *conſ. 3. nu. 32.* vbi iſtam communem late ſuſtinet, ſequitur, & tuetur. Cōis opin.

3 Et ratio † huiuſmodi communis videtur iſthæc: quoniam legitimati per ſubſequens matrimonium, quantum ad effectum iuris dicuntur vere, & proprie nati, imo iſti legitimati proprie agnati dicuntur legitimi naturales, *c. tanta, qui filii ſint legitimi.* & notat Paul. de Caſt. *in l. fin. C. de his qui ven. ætat.* & Abb. *in d. c. tanta.* vbi ait: Quod † ſtatutum loquens de legitimis 4 comprehendat legitimatum per ſubſequens matrimonium: quia perinde cenſetur, ac ſi matrimonium à principio contractum fuiſſet ante ortum filiorum, *vt in d. c. tanta, & in §. dubitatum, in Authen. de inceſtis nuptiis.* & *ibi* Iacobus de Bellapert. Bal. *in l. eam quam, col. 11. C. de fideicom. & in l. nuper, C. de natural. liber.* & Præpoſitus *in c. per venerabilem, §. quod autem, qui filii ſint legitimi.*

5 Sed nota, † quod Veneti non admittunt iſtos legitimatos per ſubſequens matrimonium ad eorum nobilitatem, licet illos admittant vti legitimos ad bonorum ſucceſſiones, fideicommiſſa, & feuda, iuxta terminos *d. c. tanta.* imo tales legitimatos non admittunt ad nobilitatem, nec ad eorum conſilia, vt dixit Fulgoſ. *conſ. 62. ſtante ſtatuto, col. 2.*

6 Vnde dic ex prædictis, † quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, excludit etiam per legitimatum per ſubſequens matrimonium, ſecundum Anchar. *conſ. 243. ex tenore.* & Dec. *conſ. 155. diligenter, & pro tenui.*

7 Similiterque iſti filii † per ſubſequens matrimonium legitimati, ſuccedunt etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica, ſecundum Alex. & Moder. *in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus.* Anchar. *conſ. 241. num. 5. ſeu in d. conſ. 242.* Imol. *in d. l. quod dicitur, nu. 10. ff. de verb. obligat.* & alios quamplures relatos per Petr. Duen. *in prædicta regula, Filius naturalis legitimatur, nu. 7.*

8 Ampliatur ſecundo loco dicta concluſio, † vt habeat etiam locum in filiis emancipatis, qui quidem in feudis admittuntur, ſecundum Bald. *in c. 1. de ſucceſ. feud. in vſibus feudorum, col. 3.* cuius ſententiam ſupponit eſſe communem Marcus Mantoa *in ſuis apophtheg. apophtheg. 64.* quia ſecundum Scriben. inclinātes in iſtam communem hodie in ſucceſſionibus ab inteſtato videtur ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, *§. ſi vero, in Auth. de hered. ab inteſtat. ven.* Cōis opin.

Item † tales legitimati per ſubſequens matrimonium ad Epiſcopatum admittuntur, ſecundum Iaſ. *in l. generaliter, §. cum autem, col. penul. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Dec. *in d. conſil. 155. ante numerum 5.* vbi etiam *ſub numer. 3.* oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr. 8. §. 3. num. 6.* 9 Cōis opin.

Itidem † matrimonium prædictum, contractum etiam in articulo mortis valet, & tenet, & per id legitimantur filii iam nati, & naſcituri, & conſequenter legitimantur filii ſuſcepti ex concubina, quando vir in mortis articulo conſtitutus eam accepit in vxorem, vt firmarunt Abb. & Zachar. *in addit. ad eum, in c. commiſſum, de ſponſal. & in c. 2. de coniugio leproſorum.* Cyn. & Salyc. *in d. l. nuper, C. de natural. liber.* & Ioan. Fab. *in l. 1. non quir, eod. titul.* Præpoſitus, & alii, *in d. c. tanta.* & Bal. *in c. 1. §. naturales, colum. 2. ſi de feudo fuerit controuer. inter domin. & agnat.* Sed Anton. Roſell. *in tract. legitimationum, lib. 1. in cap. de cauſa materiali legitimationis, nu. 32.* hoc diſputat, & exagitat ad vtramque partem, & tandem diſtinguit, & Ludouicus de Sardis etiam *in tractat. de legitimatione, in §. de legitimatione per verum matrimonium.* vbi concludit, antedictos filios ita, & taliter ſuſceptos legitimari, dummodo eorum pater non ſit ita proximus morti, vt careat intellectu. 10

Similiterque † filii nati ex clerico in minoribus ordinibus conſtituto, & concubina, legitimantur per ſubſequens matrimonium, ſecundum Ioan. Fab. *in d. l. cum quis, in fin.* Bald. *in dicta cap. 1. §. naturales, col. 11.* Ioan. And. *in regul. ſine culpa.* & Dec. *in d. conſ. 155. ſub nu. 1.* Sed circa hoc cautius, & melius loquitur Bart. *in l. in concubinatu, ff. de concubinis.* vbi firmat, quod ſi huiuſmodi clericus eſſet beneficiatus tempore natiuitatis filii, tunc ipſe filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium, ſecus vero ſi non eſſet beneficiatus, eo quippe caſu legitimatur, & ſequitur Præpoſitus *in d. cap. per venerabilem, §. quod autem, col. 5. qui filii ſint legitimi.* 11

Nec non † legitimantur per ſubſequens matrimonium filii, de quibus *ſupra*, etiamſi medio tempore interueniret aliud matrimonium, vt voluerunt Præpoſitus *in d. c. tanta.* & Ioan. Fab. & Bal. *in d. l. cum quis, C. de natural. liber.* 12

OPINIO CCCV.

SVMMARIA.

1 *Pater neceſſario tenetur filios inſtituere, vel exheredare, & illis legitimam titulo inſtitutionis relinquere, alias teſtamentum non valet. n. 3.*

2 *Filio inſtituto in re certa, tota hereditas accreſcit heredi vniuerſali non adeunte.*

4 *Filius poteſt præteriri in teſtamento patris, vel matris, accedente eius conſenſu.*

FILII † ſunt neceſſario à parentibus inſtituendi, vel exheredandi, vt valeat teſtamentum, *l. inter cætera, ff. de liber. & poſthum.* & *de iure nouiſſimo Authenticorum* iſti parentes tenentur, ac debent honorabili titulo inſtitutionis, filiis legitimam relinquere, *§. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appel. cognoſ.* & hoc tenent Gloſſ. & Aret. *in §. tam autem, & in §. igitur, Inſtit. de inoffic. teſtam.* vbi late Moder. Gloſſ. & Doct. omnes communiter *in Auth. nouiſſima.* prout *ibi* refert Iaſ. *nu. 13. C. de inoff. teſtam. in d. l. inter cætera, vol. pen. & in l. omnimodo.* poſt Paul. Caſtren. *C. de inoffic. teſtam.* Alex. *conſil. 70. vol. 2.* Bertran. *conſil. 316. ex caſu mihi exhibito, nu. 1. vol. 8.* & Ripa *in rub. ff. ſol. matrimon. nu. 44.* licet Alexan. *in d. l. inter cætera.* teneret de iure canonico communiter eſſe contrariam, & Couarruuias la- 1 Cōis opin. Cōis opin.

 tiſſ-

Digitized by Google

tiſſime in c. Raynutius, §. 1. nu. 1. & ſeq. de teſtam. Et ratio eſt iſta: quoniam viſus eſt iuris prudentibus inſtitutionis titulus honorabilior, ſecundum Gloſſ. in l. filium, § ſed & ſi portio. ff. de legat. præſtan. & quamuis titulus quoque legati honorabilis ſit, l. antiquiſſimus, ff. de excuſat. tutor. & ibi Nicol. de Neapol. nihilominus inſtitutio eſt etiam vtilior.

2 Nam † filius inſtitutus in re certa totam hereditatem habebit herede vniuerſali non adeunte, vt notant Doctor. in l. quoties. C. de hered. inſtit. & latius dicemus infra. Et ſæpe euenit, quod teſtator ſobolem maſculinam non habens, agnatos heredes inſtituat, & certam ſummam filia[illegible] relinquat, ipſas non inſtituendo in dicta quantitate, quam relinquit, & ita teſtamentum tam iure ciuili, quam canonico ſubuertitur, ſecundum opinionem m[illegible] communem, quam ſequitur, declarat, & [illegible] in d. Auth. nouiſſima. Berti conſil. 18 ponitur in facto ſub n. 6. vol. 6 Anchar. Anton. & Moder. in c. Raynutius, de teſtam. vbi Barb. de hoc latiſſime diſputat.

3 Et ſic de iure nouiſſimo expeditum eſt, † filium honorari titulo honorabili inſtitutionis, alias teſtamentum eſſet nullum, & filius ſuccederet patri ab inteſtato, [illegible] concludunt [illegible] Doctores indifferenter, vt recitat Iaſ. in d. Auth. nouiſſima nu. 13. & illa eſt communis opinio, ſecundum Picum in repetit. l. in quartam, ſub n. 60. ff. ad leg. Falcid. Alex. in d. l. inter cætera, in princ. & Bertran. conſ. 232. nu. 1. volum. 6. De iure [illegible] D[illegible] geſtorum legitima ipſa erat filio relinquenda, etiam titulo inſtitutionis, ſecundum communem opinionem, relatam per Nigr. in repet. rub. ff. de legat. 1 nu. 17. & Guil. Bened. in d. c. Raynutius, in verbo. In eodem teſtamento relinquens, il 1. nu. 15. De iure canonico neceſſe eſt etiam, vt legitima ipſa relinquatur filio titulo inſtitutionis, ſecundum Gloſſ. & Ioan. And. Anchar. Domin. & Franc. in c. ſi pater, de teſtam. in 6. & Gloſſ. in c. Raynutium, in verſic. Relinquens. quam aiunt ibi communiter receptam: Berous nu. 37. & Couarru. in d. §. 1. nu. 1. & opinionem iſtam ſequitur, & communem eſſe inquit etiam cum cæteris ſignatis per eum Clarus in tract. de teſtamen. lib. 3. q. 48. ver. Hæc autem concluſio. Et licet Hoſtien. in d. c. Raynutius. velit de iure pontificio, vt ſufficiat legitimam relinq[illegible] filio quocunque titulo, & eius ſententia communis ſit, vt ſupra oſtendimus ex Alex. in d. l. inter cætera nihilominus priori opinioni, tanquam tutiori, & communiori inhæremus. Alias vero limit[illegible]iones, ſeu interpretationes valde vtiles, & [illegible] ponit Clarus in d. q. 38. verſ. Sed quod in teſtamento, cum al. n. ſeqq.

4 Sed [illegible] limitantur prædicta non procedere, vbicunque filius de conſenſu ipſius præteriretur in teſtamento patris, vel matris: tunc enim poteſt præteriri ſecundum Doctor. communiter, in l. poſthumo, C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. & qua communi atteſtantur Boer. in deciſ. 204 nu. 40. & Iaſ. in d. l. poſthumo nu. 26. cum aliis ſeqq. & copioſe Couarru. in c. Raynaldus, §. 2. n. 2. de teſtam. Limitatur etiam conſulendo in altero caſu per Bertran. in d. conſ. 316. nu. 2.

OPINIO CCCVI.

SVMMARIA

1 Filius an ex alia, quam ex 14. cauſis comprehenſis in nouella, vel ex ſimili, vel grauiori exheredari poſſit.

2 Vbi eſt eadem ratio, vel maior, lex non dicitur extendi, ſed declarari. & n. 3. 4. 5. & 6.

7 Extenſio aliud [illegible], & aliud enucleatio. & n. [illegible] & 9.

10 [illegible] vaſallus priuatur feudo ex omni alia cauſa expreſſa, quaſi ſimili, vel maior [illegible]

1 FILIVS † vltra quatuordecim cauſas, expreſſas in §. illud, in Authen. vt cum de appel. cognoſ. ex quibus velut ingratus exheredari poteſt, ſi conſimilem grauitatem, vel grauiorem co[illegible]ittat, hi[illegible] ibidem non expreſſam, poteſt exh[illegible]redari [illegible] voluit ho[illegible] Guil. de Cun. & quamp[illegible] quos re[illegible] communem opinionem dic[illegible] l. ſi [illegible] C. de liber. præterit. Couarru. in c. Rayn[illegible] nu. [illegible] de teſtam. & Ripa in repet. l. fin. nu. 137. C. de reuocan. don[illegible] tion. ſequi[illegible] Alex. in l. ſi quis id quod, co[illegible] de iur. [illegible] omn. [illegible] G[illegible] in ſing. ſupplic. Marſ[illegible] poſſeſſ[illegible] nu. [illegible] de eſcript. Alex. conſil. 205 ſuper themate [illegible] l. 2. vol. 2 Chaſſan. in conſuetud. Bu[illegible] [illegible] §. [illegible] Sed quare pone Guil. Bened[illegible] ex donatione, ff. de donation. Affl. ct in c. 1. § ſed quia nam, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. & Ripa in d. l. fin. in q. 41. col. 2. & Clarus in tract. de [illegible] lib. 3 q. 4. [illegible] commun[illegible] vltr[illegible] gnatam per Doct. allegatos.

2 Quia † vbi eſt eadem [illegible] lex extendi, ſi de noue[illegible] conſ. 183 thema tale [illegible] fin. [illegible] vt lib. feudor. vbi ait, qu[illegible] dicitur quis extendendo [illegible] p[illegible] mo caſu in[illegible] quitatem deteg[illegible] declar[illegible] eſſe, quod in ra[illegible] ne con[illegible] go vbi † habet [illegible] eadebet lex. Aubri[illegible] C[illegible] tul. de regularib. quod † ratio dicatur l[illegible] ad omnes caſus, & ob id non inſpicitur di[illegible] an in ea ſit idem caſus vel non, ſed ratio d[illegible] conſideratur. A[illegible] ſcribunt Pet. & Cyn. in l. [illegible] Bald. in l. de quibus, ff. de legibus, & in Auth. poſt [illegible] C. de legit. hered. Ioan. C[illegible] conſ. 6 nu. 12 De[illegible] 372 nu. 7 & Ioan. de Ana. inter conſ. Pauli de Caſt. [illegible] col. 2. lib. 2. quod vbi [illegible] † & [illegible] todo, n[illegible] dem l[illegible] de temp. ord. lib. 6.

6

7 Vnde † ſi quis ſubtiliter inſurge[illegible] et contra iſtam rationem dicendo, quod hic non [illegible] enucleatio, ſed extenſio pr[illegible]prie, ergo iſta ratio non concludit, quia aliud eſt exten[illegible] aliud enucleatio. Reſpond[illegible] dando prææll[illegible] tam ſententiam commun[illegible] in meliori ratione, qu[illegible] caſu communis opinionis, & in aliis ſimi[illegible] ſint pœnales [illegible] extenſio de ſimilibus ad [illegible] tate rationi[illegible] tat Alex. in l. ſi quis id quod, nu. 7 & ſeq. [illegible] quem, ccium. [illegible] de tranſaction. [illegible] Dec. in c. tranſlato, [illegible] Dec. allegat Romani conſ. 429. in 2. dubio, vbi [illegible] multa exempla [illegible] Dec. in l. illam nu. 11. C. de collation. [illegible] de appellat. & in c. 1 col. 13 de probation. [illegible] patet, quod in caſu dicto co[illegible] non [illegible] eadem ratio ſed maior [illegible] poteſt fieri extenſio. 9

10 Idem † videmus in feudo, videlicet, quod vaſallus priuatur feudo ex omni alia cauſa non expreſſa, quæ poſſet dici ſimilis [illegible] maior expreſſi[illegible] ſecundum Iacobum de L[illegible] conſil. 17 nu. 34 quod q[illegible] dalia Albert. Brun.

OPINIO CCCVII.

SVMMARIA

1 Filius exheredatus an [illegible] feudis.

[illegible]

4 *Pater in teſtamento poteſt feudum prælegare vni filiorum, quando feudum eſt hereditarium.*
5 *Exheredationis cauſas non tantum exprimere, ſed etiam probare pater tenetur.*
6 *Heredi incumbit onus probandi exheredationem.*
7 *Pater poteſt in vita probare ingratitudinem filii.*
8 *Feudum hereditarium qua forma conſtituatur.*

1 FILIVS exheredatus † excluditur à ſucceſſione in feudis hereditariis, quando mala mente fuit facta exheredatio, & cauſæ exheredationis fuere iuſtæ, & expreſſæ, ſecundum Iaco. Ardizo. *in ſumma ſua de ſucceſſio feud. ſub rub. an filii ſucced. in feud.* & per And. de Iſer. *in c. 1. in prin. de ſucceſſ. feu.* & per Odofre. *in ſumma de ſucceſſ. feu.* Parīi. *conſ. 1. n. 7. vol. 1.* & per Ang. *in auth. de*
2 *nupt. §. ſoluto.* dicentem; Filium † iuſte exheredatum non ſuccedere in feudo, & optime facit quod vult Bart. *in l. iuriſiurandi. § ſi libertis. ff. de oper. liberto. colum. fin.* cum aliis congeſtis per Moder. *in tract. feud. fol. 27. col. 2. & 3.* vbi aſſeuerant iſtam eſſe communem opi- *Com. opin.*
niunem, quæ probatur.
3 Nam licet vaſallus non poſſit de feudo † teſtari, vt *in c. 1. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. donare, qualiter olim feud. poter. alie.* & per Soc. *conſ. 19. ad 1t. col. 3. lib. 1.*
4 Tamen quando † feudum eſt hereditarium, pater ſine dubio poteſt in teſtamento prælegare vni filiorum: cum in tali feudo quis non poſſit ſuccedere, niſi ſit heres, ſecundum Bart. *in d. § ſi liberti.* Bald. *in c. 1. § decedentis, qui feud. da. poſſ.* Moder. *in l. quicquid aſtringenda. & in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verb. oblig.* & per Alexan. *conſ. 16. ponderatis. col. 3.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem ſententiam. *in conſ. 19. ſuper eo. col. fin. & conſ. 28. colum. penult. lib. 5.* ideoq; factum teſtatoris impugnare debet, *l. cum à matre. C. de rei vend.* & per Alex. *conſ. 124.* quod quidem citant Moder. *in d. tract. de feudis. fol. 28. col. 3.* & ponit Præpoſi. *in c. Imperialem. in prin. col. 7. de prohib. feud. alien.* *Com. opin.*
5 Et his occurrit, † quod non ſufficiat exprimere cauſas in teſtamento per patrem, ſed neceſſe eſt etiam probare, vt eſt text. iuncta Gloſſ. *in ver. dicaut in l. 1. in princ. ff. ſi quadru. paupe. feciſſe dicatur. & in c. dilecti, ibi, oppoſita, & probata, de excep.* & ex text. vbi Alexan. & alii *in l. ſi prius ff. de oper. noui nunciat.* & Parīſius *conſil. 1 volum. 1. num. 136.* Et ita eſt communis opinio, vt patet ex congeſtis per Cumanum *in l. 2 ſyntius. num. 8 de teſtamen.* *Com. opin.*
6 Onus enim probandi cauſas † exheredationis incumbit heredi, § *ſi vero igitur. in ver. demonſtrauerit. in auth. vt cum de appella. cognoſci.* & ibi Bart. & Ang. & plenius per Bart. Aret. & alios *in l. 1. ff. de teſtam.*
7 Fallitque, quotieſcunque † teſtator eo viuente feciſſet examinare teſtes ſuper illis cauſis ad futuram rei memoriam, quod poteſt fieri, & ſic cauſæ ingratitudinis poſſunt probari viuente patre, ſecundum Alexand. *conſil. 104. ſuper ſtatuto. volum. 2.* Cæterum dicta examinatio debet fieri rite, & recte, exheredato formiter citato, vt dicit Alexand. *conſil. 104. in fin.* & Parīſ. *in d. conſ. 1. num. 137.* & habetur per Canoniſt. *in c. Albericus. & in c. ſignificauit. de teſta.*
8 Feudumque hereditarium † ex communi forma inueſtituræ, *tibi, & tuis heredibus ex tuo corpore legitime deſcendentibus*, in perſona deſcendentium conſtitui, poſt Anto. de Alex. dicentem ita maiores tenuiſſe referendo D. Ioan. Anton. Carrafam, & D. Goffredum de Gyuria, tradit Afflict. *deciſio. 140. tenentem.* aſſerens ita his fuiſſe *in Sacro Conſilio* pronunciatum, & ita tenere Sebaſtianum Neapod. *in conſuetud. Neapol. incip. & ſi teſtator.* & alios ibi allegatos, quos ſequitur, licet contrarium verius exiſtimet, & eſſe communem opinionem atteſtatur idem Matthæus Afflict. *deciſio. 195. dict. capitulum Regni. num. 7.* & pro vera, ac indubitata opinione excipit etiam deciſio eiuſdem Rotæ Neapolitanæ *240 in cauſa Cubelli. num. 10.* Alex. *conſil. 25. ponderatis. num. 3. conſil. 28. in cauſa. nu. 15. vol. 5. conſil. 118. vol. 6. quod repetitur conſil. 18. attento. nu. 10 eod. vol. 5.* & Dec. *conſ. 395. in cauſa. nu. 4.* poſt Andr. de Iſer. & alios quos citat. *Com. opin.*

OPINIO CCCVIII.

SVMMARIA.

1 *Filia peccans in corpus ſuum, an à patre exheredari poſſit. Et quid ſi oonniuente* [illegible] *vixerit nu. 4.*
2 *Pater luxurioſe viuens, poteſt filium luxurioſe viuentem exheredare. Secus in matre. nu. 3.*
5 *Mulier turpiter viuens ſi poſtmodum reuertatur ad honeſtam vitam, an adhuc debeat reputari turpis perſona.*
6 *Regula ſemel malus ſemper præſumitur malus, non habet locum in eo qui reuerſus eſt ad meliorem vitam. num. 7.*

FILIA, † quæ peccauit in corpus ſuum, poteſt exheredari per patrem, vt eſt text. *in l. ſi filiam. C. de inoffic. teſta.* Imo pater eidem poteſt denegare dotem, & alimenta, & ſic à patre non eſt alimentanda. nec dotanda aliquo modo, vt voluit Spec. *in tit. qui filii ſint legit. verſic. quid ſi filia.* Imo ſi † pater viueret luxurioſe, ſimiliter hac exheredatione vti poſſet, ſecundum Fulgoſ. *in authen, ſed ſi poſt.* & Iaſ. *in l. in arenam C. de inoffic. teſtamen.* Eſt bene verum, † quod mater meretrix filiam ſuam pariter meretricem exheredare nequiret, ſecundum Bart. Bald. & omnes communiter *in d. l. in arenam.* 1 2 3 *Com. opin.*
Tamen hoc fallit, † ſi viuente patre reſipuerit, vel ad bonos mores, honeſtamque vitam conuerſa ſit & pœnitentiam egerit, non poteſt per patrem exheredari, ſecundum Specul. *in loco præcitato.* Anton. *in c. Quintauallu. colum. 2. de triciur.* & alios Dd. communiter ibi, Bald. *in l. ſi filiam, ſuperius citata.* Alex. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* & ibi Ripa *colum. 15. verſic. fallit in filia. num. 71.* Campeg. *in tract. de dote. q. 13 in fin.* Plot. *conſ. 8. num. 23.* & Mattl. *in repeti. rub. ff. de fideiuſſo. num 260. & ſeq.* 4 *Com. opin.*
Ideoq; dixit Bald. *in d. l. ſi filiam.* quod † ſi mulier turpiter vixit, & deinde ſe correxit, & ad honeſtam vitam reuerſa ſit, non debet reputari turpis perſona; quia vltima conſuetudo inſpicienda eſt, argum. *l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega.* & Bald. ſequitur Alexand. *in locis ſupra citatis* & ibi qui dicit eſſe notabile *in authen. non licet. colum. 1. C. de liber. præter.* & Ripa *in repeti. l. final. num. 223. & ſeq. C. de reuocan. donatio.* qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & ita in terminis conſuluit Ioan. de Anunis *conſil. 91.* 5 *Com. opin.*
Vnde bene inferri poſſet, † quod quamuis vera ſit regula, quod ſemel malus ſemper præſumatur malus, *c. ſemel malus. extr. de reg. iur.* vbi late aputhili, poſt Dyn. concord. glomerat, Corſet. *ſingul. 225 præſumptio reg. eſt.* Marſil. *ſingu. 74. tu habes.* Marc. Anton. Bard. *in tract. de temp. vtil. & cont. c. 18 n. 11.* vbi hanc regulam poſt prædictos exornare contendit. 6
Nihilominus non procedit, † ſi ille, contra quem adeſt talis præſumptio, reuerſus ſit ad meliores fruges, & malæ actæ vitæ pœnitentiam ſe conuexerit, & per continuum triennium bene, ac honeſte vixerit, ſecundum Alex. & alios *in l. ſi fideiuſſor. § ſatiſdatum nu. 13. ff. qui ſatiſd. cog.* Ioan. Gramm. *conſ. crim. 30. n. 7.* Itaq; vbi plura eleganter more ſuo congeſit *in tract. de pœnis leg. caſ. 29. nu. 5.* per tex. *in § i vet. hinc nobis in auth. de monach.* quem text. vt ſing. & memoriæ commendans. 7

dandum, ex mente adductorum *ibi* per eum pluri-mum celebrat. Et hinc pulchre Roman. *conſil.236. vt præmiſſa conſultatio.colum.2.verſic.ponderandum.* aſſerit, quod quis bene viuendo per triennium dicatur nouus homo.

OPINIO CCCIX.

SVMMARIA.

1 *Filius furioſus exheredari poteſt ex cauſa ingratitudinis, ante furorem commiſſa contra patrem.*

2 *Ingratitudo præcedens non purgatur per furorem ſuperuenientem.*

3 *Ingratitudinis vitium tollitur per reconciliationem. & num. 4.*

5 *Exheredatio ex cauſa ingratitudinis non tenet, hereditate ex teſtamento patris non adita.*

1 Filius furioſus † poteſt exheredari ex cauſa ingratitudinis commiſſæ contra patrem ante furo-
2 rem. Vnde propter † furorem ſuperuenientem non purgatur vitium ingratitudinis præcedens, ſecundũ Bart. & communiter omnes, *in l. ex facto. in princ. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit.* quam quidem communem ſequitur, & citat Iaſ. *in l. patre furioſo.num.42. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & Ripa *in fin. C. de reuocan. donat. num.227.* licet, & male Clarus *in tract. de teſtamen. lib. 3. q.41. verſic. ſed pone.* contrarium ſenſerit. Sed pro- (Cõis opin.)
3 pter reconciliationem † dictæ cauſæ ingratitudinis, poſſunt reuocari, atque remitti; & huiuſmodi remiſſio, ac reconciliatio aufert omnem ingratitudinem, ac cauſas exheredationis, vt inquit Bart. *in l.3. in fin. ff. de adimen. leg.* Cotta *in memoral. in verſil. filiusfamilias. l'vltimo.* & late Moder. Pap. *in l. de quæſtione col.5. C. de pactis. & in l. in arenam. colum. fin. C. de inoffic. teſta. & in l. filio, quem pater. ff. de liber. & poſthu.* & Couarruuias *in c. Raynutius. num.17. de teſta.* vbi citat omnes alios Dd. contrariæ opinionis.

4 Item ſi † filius ingratitudinem commiſiſſet, cuius occaſione exheredari poſſet, tunc ſi viuo patre ante teſtamentum pœnitentiam egiſſet, vtique exheredari non poſſet, ſecundum pulcherrimum dictum Alexand *in l.1. nu.33. ff. ſolut. matrim.* quod tacito Alex. ſibi aſcripſit Campeg. *in tract. de dot. q.13. 1. part. in fine.* contra quem tanquam tacentem alienos labores, & maxime Alexand. ſui præceptoris multum exclamat Thom. Diplouat. *in addit. ad Alex. d. num.33.* quod dictum tanquam memorabile ſequutus eſt *ibi* Ripa, & Curt. iun. *in l. admonendi. num.73 ff. de iureiur.* Tiraqu. *in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. in ver. donatione largitus. nu.51.* & extollit Ioan. Dilect. *in tract. de art. teſtan. tit. 3. caut.17. num.2.* quamuis *ibi* aſſerat non tranſire ſine difficultate, tamen opinionem Alexand. ſequitur, & communem eſſe præſupponunt Cotta, *in d. memorab. filiusfamilias. poſt princ.* & Couarruu. *in d. c. Raynutium. num.18.* & ſequitur Clarus *in d. q.41. verſic. preterea quæro.*

5 Ceſſat etiam præfata † exheredatio, quando non apparet ex teſtamento patris eſſe aditâ hereditatem, vt eſt text. *in l. filium, quem patrem. §. ſed cum exheredato. ff. de bonorum poſſ. contra tab. & in l. ſi quis Sempronium. cum concordant. ib. ff. de hered. inſtit.*

OPINIO CCCX.

SVMMARIA.

1 *Filius an hereditatem repudiare poſſit retentis bonis emphyteuticis. Et quid de feudis. num.2. quid item in Regno ſeruetur. num.3.*

4 *Frater renuncians hereditati paternæ, an cenſeatur renunciaſſe parti feudi, vel emphyteuticorum bonorum. Et quid ſi bonis paternis renunciauerit. nu.7.*

5 *Emphyteuſis pro ſe, & filiis ſtipulata, debetur filiis, etiamſi non ſint heredes. Et eam poſſidendo, tanquam heredes obligantur ad æs alienum. nu.6.*

Filii poſſunt † repudiare patris hereditatem retentis emphyteuticis bonis pro eis, præſertimq; quando pater ſibi, & filiis emphyteuſin, ſeu feudum ſtipulatus eſſet, ſecundum Dyn. quem refert, & ſequitur Bart. Bald. & Angel. *in l. item videndum. §. fin. ff. de petitio. hered.* Cyn. *in l.2. in fin. C. de lib. & eorum lib.* Alua. *in c.1. an agna. colum 4.* Iacob. de Belui. *in c.1. de eo, qui ſibi, & hered. ſuis.* Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. §. nunc dicamus. in 2. additio.* Ioachim Mynſing. *in obſer. 67. cum incideret quæſtio, centuria 3 num.5.* & Antonius Capycius cum magna caterua Dd. relata per eum, *in inueſtitura feudali. in tit. feudorum genera. verſic. tertia declaratio fol.238.* vbi prædicat eſſe iſtam communem opinionem. 1 (Cõis opin.)

In contrariam vero partem, videlicet, quod † filius ſuccedere volens in feudo ex pacto, & prouidẽtia deberet eſſe heres, nec poſſet hereditatem repudiare, & feudum retinere, inclinauit Andr. de Iſern. *in d. c.1.* cuius opinio obſeruatur in Regno Neap. teſte Ant. Capyc. *vbi ſupra.* 2

Et ſic in Regno ipſo in † feudo ex pacto, & prouidentia filius non ſuccederet, niſi adiret hereditatem, prout quotidie iudicari, & obſeruari vidimus. 3

Idem videmus, † vbicunq; frater renunciaret fratri hereditatem paternam, aut faceret quietantiam de omni eo, quod poſſet petere, vel conſequi ex hereditate paterna, ob hoc non impediretur petere partem feudi, aut partem poſſeſſionum emphyteuticarum: quia cenſentur hereditaria, nec profecto debentur iure hereditario, nec tanquam ex hereditate paterna, ſed vigore contractus, vt per Bartolum *in d. l. item videndum. §. fina.* Quod etiam procedit, ſi in huiuſmodi renunciatione hereditatis paternæ interueniſſet iuramentum, vt per Bald. *in c.2. col. 4. in tit. an agnat. vel filii.* 4

Amplia hoc etiam procedere, † quando emphyteuſin pater accepiſſet pro ſe, filiis, & heredibus maſculis: tunc enim, ſi non ſint heredes, admittuntur ad emphyteuſim eius liberi, vt per Deci. *conſil. 239. primo. colum. 2.* 5

Limitatur præallegata † concluſio primo loco, quando pater ſtipulatus eſſet emphyteuſin ſibi, filiis, & heredibus: eo caſu filius poſſidendo emphyteoticabona, videtur hereditati ſe immiſcuiſſe, & ad æs hereditarium ſoluendum obligatur: Siquidem ſtipulatione ſic concepta emphyteuſin habere nõ poteſt, qui non ſit heres, vt per Bart. *in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber.* Alexand. *in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de liber. & poſthum. cum aliis per eundem allegatis. conſil.19. ſuper 90. colum.1. & conſil.129. perſpectis. lib.5.* vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Iaſ. *in l. ſi poſt mortem. ff. de leg. 1. & conſil. 57. in cauſa. col.1. & ſeq. lib.1.* 6 (Cõis opin.)

Interpretatur ſecundo, quando † filius renunciaret hereditati, & paternis bonis: Renuncians enim bonis paternis, intelligit renunciare etiam emphyteoſi, ſecundum Specul. *in tit. de locat. § nunc aliqua* & Iaſ. *in authen. vnde ſi parens. colum. 2. C. de inoffic. teſtam. & in l. ſi non ſortem. § libertus. num.34. & ſeq. ff. de condictio. indebit.* vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem; Et ratio iſtius limitationis videtur iſthæc: quoniam appellatione bonorum continentur data in emphyteuſin, text. eſt *in l. bonorum appellatione. la 1. ff. de verb. ſign.* 7 (Cõis opin.)

OPINIO CCCXI

SVMMARIA.

1 *Legitima filij, an in ſola pecunia numerata relinqui poßit.*

2 *Filius, cui iure inſtitutionis relictum eſt minus quam legitima, poteſt pro ſupplemento agere.*

3 *Fructus percepti an computentur in legitimam vel Trebellianicam.*

4 *Filius grauatus reſtituere poſt certum tempus, non tenetur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicam. Alij autem, non exiſtentes filij, nec in primo gradu, ſed in ſecundo, vt nepotes ex filio, fructus perceptos in Trebellianicam tenentur computare. num. 8.*

5 *Filius non poteſt approbare teſtamentum patris, ſeu matris, in præiudicium aliorum fratrum in minori parte inſtitutorum.*

6 *Filius alienans rem alienari prohibitam, in dubio pro legitima eam elegiſſe cenſetur. & nu. 7.*

9 *Fructus tantum conſumpti computandi ſunt in legitimam, non autem extantes, ſed eſt in electione heredis, eos vel retinere in Trebellianicam, vel fideicommiſſario relinquere, & ex rebus hereditarijs Trebellianicam deducere. Eiuſque ratio. nu. 10.*

11 *Fructus, expenſas, in cultura agrorum erogatas, non excedentes, an in Trebellianicam imputentur.*

12 *Penſiones, quæ ex domo hereditaria percipi potuiſſent, ſi heres eam locaſſet, an & quando imputandæ. & nu. 13. 14. & 15.*

1 FILIIS debent † habere, ſeu recipere legitimam ex bonis, & ſubſtantia patris defuncti, non autem in pecunia numerata, *l. cum ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſta.* Etiamſi pater legaſſet eis in teſtamento certam pecuniam pro legitima: quia poſſent tunc filij illam pecuniam refutare, & dicere ſe velle habere legitimam in bonis eorum patris, vt per Dd. communiter, *in d. §. repletionem.* (Cõis opin.) quam quidem communem *ibi* ſequuntur, & atteſtantur Modern. & conſulentes *varijs in locis*, & Bertrand. *conſil. 316. ex caſu mihi exhibito. num. 4. volum. 3.* Bart. & alij, *in l. ſuus quoque. de hered. inſtit. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* Bal. & Moder. *in l. non amplius. §. final. ff. de leg. 1.* Paul. Caſtren. Salyc. Bald. & Iaſ. per illum text. *in l. ſcimus. C. de inoffic. teſtamen.* vbi Iaſ. hoc limitat in duobus caſibus. Sed aduerte, quod filius ipſe non habet poteſtatem eligendi legitimam, verum ſibi eſſet aſſignãda in aliquibus bonis arbitrio iudicis, ſecundum Iaſ. *in d. l. ſcimus. in 1. limitatio.* Abb. *in c. Raynaldus. colum. fin. de teſtamen.* & Alex. *in d. l. Marcellus. §. res quæ.* vbi (Cõis opin.) meminit iſtam eſſe communem opinionem, & Dec. *conſil. 81. num. 7.* & Roland. à Valle *conſil. 12. num. 3. & conſ. 78. nu. 15. vol. 1.* Et legitima ipſa non debetur, niſi de iis bonis, quæ tempore mortis parentis in eius patrimonio reperiuntur, *l. cum quæritur. auth. nouiſſima.* (Cõis opin.) & *ibi* omnes Dd. communiter, *C. de inoff. teſtamen* detracta ſolummodo funeris impenſa, & ære alieno, *l. Papinianus. §. quarta autem ſupra. C. de inoff. teſtam.* Socin. *conſil. 137. nu. 71 vol 1.*

2 Et dato, † quod pater, ſeu mater ſimpliciter reliquiſſent iure inſtitutionis filiis, vel filiabus minus quam legitima, poſſunt tunc recurrere pro ſupplemento legitimæ, ſecundum Bart. *in l. in quartam. q. fi. ff. ad leg. Falcid.* cum quo ſentiunt omnes Scribentes (Cõis opin.) communiter *ibi*, teſte Corne. *conſil. 148. vol. 4.*

3 Imo dic † fructus perceptos per filios non computari in legitimam, ac Trebellianicam, *l. iubemus. C. ad Trebell. & d. §. repletionem.* tamen computantur in dotem, iuxta communem opinionem omnium *in locis ſuperius citatis*, quam citat, & nonnihil declarat (Cõis opin.) Boerius *in deciſio 44. nu. 16.*

4 Et quod † filij grauati de reſtituendo poſt tempus, non teneantur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicam, tenent Dd. præcitati, Iaſ. *in l. Marcellus. nu. 53. ff. ad Trebell.* Deci. *conſil. 480. nu. 15.* Picus *in d. l. in quartam n. 10.* Pariſius *conſil 126 n 35. vol. 2. & conſil. 16 n. 65. conſil. 547. & 149. 145. & ſeq vol. 3. & in multis alijs conſil ſuis.* & Ripa *in l. nemo poteſt. num. 53. ff. de leg. 1.*

5 Sciendum eſt etiam † ad præmiſſorum intelligentiam, quod filius non poteſt patris, ſeu matris teſtamẽtum approbare in præiudicium aliorum fratrum ſuorum in minori parte inſtitutorum, vt cõcludunt omnes Dd. communiter per optimas rationes, *in l. filio præterito. ff. de iniuſto rup. teſta.* contra Bart. & Salyc. *ibi*, & iſtam communem citat, ſequitur, & declarat (Cõis opin.) Boer. *in deciſ. 96. nu. 8. & ſeq.*

6 Inſuper † filius alienans rem alienari prohibitam, cenſetur in dubio eam elegiſſe pro ſua legitima, *l. Marcellus. § res quæ.* vbi Bart. *ff. ad Trebell* Qui quidem Bar. licet loquatur ibi in † Trebellianica, idem tamen eſt, 7 & multo fortius, in legitima, in qua præfato filio cõpetit electio, quaſi creditori, ſecundum Bald. *in l. ſi quis filium. in princ. ff. de inoff. teſtam. & in l. filium quem habentem. C. famil. erciſcun.* & iſta eſt communis opinio, (Cõis opin.) vt per Dd. *in locis citatis, & vbique.*

8 Sed † vbicunque (præſentem materiam proſequendo) non eſſemus in filiis primi gradus, ſed in aliis grauatis reſtituere, tunc fructus percepti per eos, forent imputandi in Trebellianicam, prout etiam, quando eſſemus, non in liberis primi gradus, ſed ſecundi, & ſic in nepote, nam nepos ex filio fructus perceptos tenetur in Trebellianicam computare, *per l. in fideicommiſſaria. ff. ad Trebellianum. & l. iubemus. C. eod. titul.* vbi Doctores vnanimes omnes ita concedunt, (Cõis opin.) & Laurentius de Pinu cum aliis aggregatis per eum, *conſilio 22. numero 5.* vbi meminit de hac communi, imo D. Franciſcus Borſatus teſtatur etiam ſertiliter, more ſuo, hanc opinionem eſſe magis communem, *conſil. 385 multum. num. 5. vol. 4.*

9 Verum in caſu quo computandi ſunt † fructus in Trebellianicã, quæri non abs re poteſt, qui nam fructus ſint computandi? reperio in ſummis occupationibus Paulum Caſtrenſem *in l ita tamen. §. heres ex aſſe. ſub num. 3 ff. ad Trebellian.* & Ripam *in d. l. in fideicommiſſaria. num. 25.* concedẽtes eos fructus per heredem computandos eſſe in Trebellianicam, qui nõ extant, ſed conſumpti ſunt, non autem qui extant: & ſic computandi ſunt fructus conſumpti, non autem extantes, imo in præſenti caſu eſt *in* electione heredis, retinendi Trebellianicam de rebus hereditariis, vel de fructibus, vt firmarunt Iacu. de Aren. & Paul. Caſtren. *in d. §. heres ex aſſe.* & Ripa *in allegata l. in fideicommiſſaria. ſub num. 25. in fin.* vbi profert etiam vtile verbum, hanc opinionem habere magnam æquitatem, eamque ſibi placere, & ita conſului præſenti menſe Maij, 1600. in cauſa vertente coram arbitris, ad fauorem Narduſij de Caſentino, ciuis Aquilani.

10 Et ratio eſt euidens; nam † fructus non conſumpti, ſortem non extenuant, per notata per Doctores, & Salyc. *num. 2. in fin. in l ex prædiis. C. de vſuris.* & eſt textus *in l. ex aſſe. ff. ad Trebellianum. ibi, & pleriſque placet, non eſſe fructus præſtandos; quia nec ab herede præſtarentur, ſi ſua ſponte adiuiſſet; ſufficit autem ius tuum tibi integrum obſeruari, non etiam meliorem conditionem tuam fieri.*

Subſti-

11 Subſtituti autē non poſſunt prætendere, vt † fructus recollecti & percepti, ex prædiis hereditariis in Trebellianicam computentur, ſi ii non aſcendant ad expenſas, erogatas in cultura prædiorum. Quia fructus rei non dicuntur, niſi prius deductis expenſis, vt per Corn. *conſil. 289. num. 6. volum. 1.* & Roman. in terminis *conſil. 230. præſupponitur primo, ſub num.* 1. vbi id probat non vna ſaltem lege, ſed pluribus quod debeat haberi ratio ante omnia prædictarum expenſarum, & poſtmodum illius quod ſuperlucratus eſt.

12 Et licet ſubſtituti prætendere poſſint, † fructus, & penſiones, quæ percipi potuiſſent ea domo teſtatoris, vigore text. *in l. in fideicommiſſi. §. nonnunquam. ff. de vſuris.* vbi habetur, quod aliquando in cauſam fideicommiſſi veniant fructus ipſi, & penſiones; tamen hoc, quod penſiones non veniant in cauſam fideicommiſſi, limitari rationabiliter poteſt, & debet, quatuor caſibus. primo cum heres reſtituere grauatus domo teſtatoris vſus eſt ad conſeruationem bonorum hereditariorū, vel non fuerit expediens quauis alia iuſta ex cauſa eam locari, ſed potius habitari ab herede ipſo, ſine penſionis ſolutione. & ratio ea eſt, quia vtile per inutile non viciatur, *l. 1. §. penult. ff. de verbor. oblig. l. ſancimus. C. don. & l. pecuniæ.* vbi Gloſſ. *ff. de vſur.*

13 Secundo coarctatur etiam † concluſio ea non procedere, ſi domus ea locari non potuerit interuenientibus aliquibus impedimentis: tunc enim iuſte impeditus, ſi conſter iudici de impedimento, condemnari non poteſt, vt per Bar. & Paul. Caſtren. *in l. 2. §. 1. ſub num. 2. in fine. ff. ſi quis cautionib. iudic. ſiſt. cauſa fact. non obtemp. per l. quæſitum. cum ibi not. ff. de reg. iur.*

14 Tertio non habet † quoque eadem concluſio locum, interueniente impoſſibilitate locandi: quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium. ff. de regul. iur. & l. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig.* imo allegans impoſſibile, non auditur, *l. in confeſſionibus.* vbi Gloſſ. *ff. de interrog. act. & in l. inde Neratius. §. final. ff. ad legem Aquiliam.*

15 Quarto limitatur ſimiliter † concluſio iſta, ſi domus iſta hereditaria, & ſic eius habitatio foret legata ſpecialiter ipſi heredi, vel alteri. tunc enim ſubſtituti nullatenus poſſent prætendere computationē penſionis in Trebellianicam. quoniam dicitur hoc legatum donatio quædam facta in teſtamento, & hæreditatis delibatio, per quam teſtator ea eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum vult, vt per Corn. *conſil. 292. num. 8. volum. 1. & conſil. 87. num. 18. volum. 2.*

OPINIO CCCXII.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutus in re certa, herede vniuerſali non adeunte, habebit totam hereditatem. Eiuſq; ratio. num. 2.*

3 *Ius accreſcendi an & quibus verbis, teſtator prohibere poſſit inter heredes. Item inter legatarios nu. 4.*

5 *Subſtitutus pupillariter in re certa admittitur ad totam hereditatem, & ad omnia bona pupilli, herede vniuerſali non adeunte.*

1 FILIVS inſtitutus † in re certa habebit totam hereditatem, heredē vniuerſali nō adeunte, vt notant Dd. *in l. quotiens. C. de hered. inſtit.* Hincque ſciendum 2 eſt, † quod ſi quis inſtituatur heres particularis in re certa tantum, ita vt nihil aliud petere poſſit, tunc ſi nullus alius ſit heres vniuerſalis, aut ſit quidem, ſed repudiet, huic heredi particulari accreſcet tota hereditas non obſtante taxatiua; Et ratio videtur iſta: quoniam teſtator non potuiſſet prohibere ius accreſcendi in iſto caſu; per quam prohibitionem decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſecundum Bald. poſt Cyn. *in l. ſi quis ita heres inſtituatur. ff. de hered. inſtit. in l. dominus. §. 1. ff. de vſufruct. in conſil. 480. teſtator vol. 1. conſil. 468. quidam Titius. eod. volum. & latius conſil. 379. colum. 2. volum. 4.* Alex. *in d. l. quoties. colum. fin. & in l. ſi quis in priore. col. fin. ff. ad Trebell.* vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, & Auguſtin. Berous *in c. Raynutius. ext. de teſtam. num. 247.* & ibi etiam Cuuarr. *§. 1. num. 9* & alios Dd. hanc ſententiam tenentes late cumulat Iaſ. *conſil. 8. colum. 2. volu. 3.* Calca. *conſil. 33. colu. 4.* & ſequitur Curt. ſen. *conſil. 75.* Iaſ. *conſil. 72. circa fin. lib. 3.* & Capra *conſil. 9.* Et iſthæc communis opinio contra Bart. procedit etiam in foro poli, vt per Federi. de Senis *conſil. 131. caſus talis eſt.* Cōis opin.

Contrariam vero partem, † quod imo ius accreſcendi poſſit expreſſe prohiberi, & quod ex dictione taxatiua cenſeatur prohibitum, & quod eo caſu teſtamentum ſit nullum, nullo exiſtente herede vniuerſali per huiuſmodi prohibitionem expreſſam, vel tacitam, firmant Bartol. *in d. l. ſi quis in priore. circa fin. per illum text. & in l. pater filium. colum. pen. ff. de inoffic. teſtamen. & in pluribus conſil. ſuis.* & complures alii Doctores, quos refert, & ſequitur Iaſ. *in prac. it. ato conſil 8 colum 9.* Curt. iun. *conſil. 12. colum. 2.* Gozad. *conſil. 21. colum. 6.* eandemque ſententiam ſequitur Ripa *in l. re coniuncti. colum. 32. ff. de leg. 3.* licet mentionem faciat communem opinionem eſſe contra Bartol. cæterum Iaſ. *in dict. conſil. 8. colum. 9.* fatetur contrarium, quod imo opinio Bartol. ſit magis communis, idem etiam Iaſ. *in l. ſi mora. in 4. nota. ff. ſolut. matrimon.* dicit, quod ius accreſcendi prohiberi poteſt in inſtitutione, ſed requireretur prohibitio expreſſa, nec ſufficit tacita, quæ inducitur ex dictione taxatiua, aut prohibitione de plus non petendo. Retenta tamen prima opinione contra Bartol. quæ videtur verior, & communior, vt efficaciſſimis rationibus eam tuendo, ac ſequendo demonſtrat Berous *in d. c. Raynutius. n. 247. cum aliis ſeqq.* dic procedere inter heredes, ſecus in legatis. Nam † teſtator inter legatarios poteſt expreſſe prohibere ius accreſcendi, *l. Lucius. §. quæ habeat. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. pater filium. col. fin. in 2. lectu. ff. de inoff. teſta.* Ang. Aret. *in tract. de teſtamentis. verſ. item inter dictos B. & D. prohibuit ius accreſcendi. cum aliis cumulatis per Barbac. conſil. 71. illud. in medio vol. 3.* Cōis opin. 3 4

Ampliat ſecundo † loco iſtam communem Bero. *in d. c. Raynutius. num. 251.* non ſolum in inſtitutione facta de re certa, ſed etiam in ſubſtitutione pupillari, *verbi gratia*, Si quis ſolum ſubſtitutus eſſet pupillariter in re certa, tunc iſte ſubſtitutus ſimpliciter ad totam hereditatem, & ad omnia pupilli bona admitteretur, *l. coheredibus. §. cum filia. ff. de vulga. & pupill. ſubſtit.* ſecundum communem intellectum, quem ipſe Berous ſequitur *vbi ſupra.* 5 Cōis opin.

OPINIO CCCXIII.

SVMMARIA.

1 *Filii neceſſario tenentur in ſuis teſtamentis parentes inſtituere heredes. Eiuſq; ratio. nu. 2. & 3.*

4 *Extantibus deſcendentibus filii parentes inſtituere non tenentur.*

5 *Filii teſtamentum, in quo parentes eius inſtituti nō ſunt, continens clauſulam codicillarem, an ſubſiſtat, & an per eam clauſulam parentes ab inteſtato ſuccedentes, cenſeantur rogati hereditatem reſtituere heredi ſcripto. & nu. 6.*

7 *Legato, ad legitimam vſq; aſcendente, matri in filii teſtamento habente clauſulam:* omni meliori modo, &c. *relicto, an valeat teſtamentum.*

INSTI-

INſTITVTIO parentum † eſt neceſſaria in teſtamento votum, Vnde filius faciens teſtamentum in [illegible]ibus iure permiſſis tenetur parentes in aliquo inſtituere heredes: ſiquidem iis præteritis, teſtamentum viribus careret, §. *fine igitur* & §. *hac autem diſpoſitione. in authen vt cum de appellatio cognoſci.* notat Calderi. *conſil.* [illegible] *an* [illegible] *teſtates. in tit. de teſtamen.* Bald. *conſil. 4. verit as lib. 4* & Coraſius *in miſcellan. iur. ciuil. lib. 6. cap. 1. in fin.* & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex allegatis per Dd *in authent. nouiſſima. C. de inoff. teſtam.* & per Barbac. & Modern *in cap. Raynutius. de teſtam.* & per Clarum *in tract. de teſtament. libr. 3. quæſtio 41. & ſequent.* contra Bartolum *in dict. authent. nouiſſima.*

2 Quia parentibus debetur legitima propter honorem, & reuerentiam, quam filii erga illos præſtare tenentur, *dict.* §. *hac autem.* Secundo, quia debetur miſerationis, & pietatis cauſa, *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen.* & *l. ſcripto. ff. vnde liber.* Debetur tertio præcipueque matri, ne a [illegible] filii hereditate dicaritt excludi, *l. fin. C. de inſtitu & ſubſtitutio ſub condi factu.* & *l. liberi.* §. *primo. C. de inoffic. teſtament.* Quarto debetur propter pericula, & ſæpe propter mortem, quibus matres in partu ſubiiciuntur, §. *ſed nos Inſtitu. de Senatuſconſul. Tertull.* Poſtre-

3 mo † quia legitima, vel ſucceſſio parentibus debetur non iure agnationis, & ſic vinculo ciuili, ſed cognationis, quæ eſt de iure naturali, §. *ſecundum. Inſtitu. ad Senat. Orfitia.*

4 Sed limitatur præfata † communis concluſio, vbicunque extarent deſcendentes, qui obtinerent in ſucceſſione primum locum, *authent. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legitim. hered.* tunc enim non eſt neceſſe in aliquo inſtituere aſcendentes, vt per Bart. *conſil. 18. viſo teſtamento. colum. 2.* cum prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorum, *l. filium. ff. de ſuis, & legitim.* & *in authent. de heredi. ab inteſta. in princip.* Alexand. *conſil. 90. in cauſa. col. 1. vol. 2.*

5 Falliſque ſecundo iſta communis, † quotieſcunque in teſtamento filii, non continente parentum inſtitutionem, fuerit appoſita clauſula codicillaris, quæ facit videri eos, qui ab inteſtato ſuccedunt, rogatos eſſe, hereditatem reſtituere ei, qui in teſtamento heres ſcriptus eſt, vt nota. *in l. in teſtamento. C. de fideicommiſſ.* & licet Bartol. *in l. prima. ff. de iure codicill. quæſtio. 1.* & *conſil. 12.* teneat, clauſulam codicillarem non operari tranſmiſſionem hereditatis, conuerſæ in fideicommiſſum, tamen opinio hæc, vt dicit Ale-

Com. opin. xand. *in d. l. cum filio.* iure non probatur, & ſic conſtat communem eſſe contra Bartolum, ex relatis per

6 Alexand *ibi.* Et hanc † communem allegat, ſequitur, & declarat Socin. *in dict. l. cum filio.* non procedere, cum clauſula codicillaris concepta eſt verbo, quod futurum tempus ſignificaret, ſecundum Bart. *in l. 1. quæſtion. 12. ff. de iure codicill.* & Corne. *conſil. 62. alias conſulut. volum. 2.* & declarauimus infra latius *in verſic. ſtatutum opin. 96. incipiente, Inſtitutio patris, & matris. &c.*

7 Limitatur etiam tertio, ſi † matri in teſtamento filii relictum eſſet legatum, aſcendens ad legitimã, ac in eo appoſita eſſet clauſula (*omni meliori modo, &c.* tunc enim valeret teſtamentum, ac ſi inſtitutionis titulo ipſi matri reliquiſſet, vt conſulendo reſpondet Pariſi *conſil. 12. nu. 1. & ſeq. vol. 3.*

OPINIO CCCXIV.

SVMMARIA.

1 *Filiusfamilias ea, quæ lucratur ex pecunia data à patre ad negotiandum, vel negotiationis cauſa, an teneatur, tanquam peculium aduentitium, communicare fratribus poſt mortem patris. Item an vſuras ex tali pecunia quæſitas, conferre teneatur. nu. 2.*

3 *Filius ea, quæ acquirit in ludo, non acquirit patri.*

4 *Luſor, ac vſurarius ſe ipſum, vxorem, filios, & heredes damnat. Et recitatur hiſtoria de quodam luſore, & vſurario.*

5 *Filius fœnerans, volente patre, cum pecunia paterna, vel materna, tenetur ad reſtitutionẽ eius illiciti quæſtus, ſimul cum patre.*

FILIVSFAMILIAS ea, † quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac conceſſa ad negotiandum aut occaſione negotiandi, dicitur peculium profectitium ideoque eiuſ fratribus communicandum 1
poſt patris mortem, ſecundum Specul. *in tit. de iudic. in §. ſequitur. verſic. quod ſi aliter.* poſt Gloſſ. *in l. cum oportet. C. de bonis, quæ liber.* & ſequitur Fulgoſ. *ibi*, vbi fatetur hoc idem ſenſiſſe Bald. neminemq; contradicere, & demque aſſeuerat iſtam opinionem eſſe in practica ſequendam.

In contrarium vero partem inclinauit Bart. *in l. 1 §. nec caſtrenſe. C. de collatio. bonor. in l. ſi tibi. §. ſi pactum. ff. de pactis. in d. l. cum oportet. in princ.* & *in l. illud. C. de collatio.* & *in tract. de duobus fratribus ſimul habitantibus. in 2 quæſ. in princ.* videlicet, quod dimidia pars lucri attribui debeat operæ, ac induſtriæ filii negotiantis, ideo illud tanquam aduentitium fratribus non erit aliquo pacto conferendum, *l. fin. C. de collatio.* Altera autem pars dimidia attribui debeat paternæ pecuniæ, proinde de illa tanquam profectitia communicabitur aliis fratribus mortuo patre, *l. certum. ff. famil. erciſcund.* & cum Bart. ſentit Bald. & Paul. Caſtrenſis *in d. l. cum oportet.* & ibi Modern. Peruſini atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, quã ſequitur An- Com. opin.
gel. *conſ. 85. colum. 2. pater habes plures filios* ex eo, quod nititur magna æquitate, Socin. *conſil. 92. colum. antepenult. volum. 1.* Paul. Caſtrenſ. Fulgoſ. Iaſ. & Dec. *in d. l. illud.* Corne. *conſilio 24. volumin. 1.* & *conſilio 18. volumin. 4.* Coraſ. *in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſcund.* Roma. & alii, *in authen. ex teſtamento C. de collatio.* Ripa *in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. nu. 157.* Bertran. *conſil. 103. volum. 3.* Abb. *conſil. 36. in princ.* Roma. *conſil. 469. colum. fin.* vbi dicit non eſſe recedendum ab opinione Bart.

Sed enimuero Bald. ipſe *in d. l. cum oportet. colu. 4. in auth. ex teſtamento. col. 4. C. de collatio. in l. omnimodo. §. imputari. colum. penul. C. de inoff. teſtamen.* & *in c. 1. col. 1. de beneficio fratru.* videtur contradicere Barto. *in locis ſuperius citatis*, tenendo, quod hoc totum remittendum ſit arbitrio iudicis, qui plus, aut minus poterit aſſignare perſonæ ipſius filii; propterea non parum laborarunt Dd. in concordando opiniones iſtorum, *in d. l. illud.* præcipueq; Deci. & Iaſ. *ibi*, vbi fœdere diſtinctionis reduxerunt hoc ad veram, genuinam, & legitimam conſonantiam.

Tamen retenta communi opinione Barto. quæ 2
eſt veriſſima, & obſeruatur in iudiciis, & actu practico; interpretatur non procedere, vbicunque filius ex pecunia habita a patre negotiando vſuras exerceret, tunc proculdubio illud, quod ex ea ſuperlucraretur, non acquireret patri, nec poſt eius mortem teneretur fratribus communicare, *l. quod ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſſ.* vbi Dd. omnes hoc tenent & firmant; & Bart. Salyc. Bald. Paul. de Caſtr. & alii, *in d. l. cum oportet.* Bald. *in dicta authent. ex teſtamento.* Angel. *conſil. 60. morte dicti filii aliorum filiorum confratrib. colum prima. verſic. ſuper ſecundo dico, quod ſi pater ſuus* & Iaſ. *in addition. ad Portium. in §. 1. numer. 29. Inſtitutio. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* reprobata Gloſſa *in dicta l. cum oportet.* & *in dicta l. cum ſeruus.* vbi Claudius

Aquen-

Cōis opin. Aquenſis aſſerit iſtam eſſe communem opinionem; Et ratio communis præcitatorum Dd. videtur iſta: quia filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruus domino, vt eſt caſus *in d. l. cum ſeruus.* ſed vſuræ ſonant in quoddam furtum, ſeu rapinam, & de iure diuino ſunt prohibitæ, ergo ex tali illicita cauſa filius patri non quærit, ideoq; mortuo patre filius huiuſmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre: cum aduentitia non conferantur, *d. l. final. C. de collatio.* & iſtam communem per plures, & vrgentiores rationes corroborant Dd. præcitati.

3 Idemq; videmus in quæſitis per † filium in ludo. Nam ea quæ acquirit in ludo filius, non acquirit patri tanquam acquiſita ex turpi quæſtu, & ex illicita cauſa, vt per Baldum, & Roman. *in d. authen. ex teſtamento colum 7.* Alexand. *conſil. 77. in fin. volum. 5.* Deci. *in d. l. illud. colum. fina.* & omnes communiter, *in dict. l. frater à fratre. ff. de condictio. indebit. & in locu præcitato.*

4 Ideo penitus abſtine à quærendo † partem huiuſmodi illicitorum, ac turpium lucrorum: quia luſor ipſe, & vſurarius non ſolum damnat ſe ipſum, ſed vxorem etiam, filios, fratres, & heredes, qui ſcienter poſſident bona hæc quæſita ex vſuris, & ex ludo. Vnde legitur exemplum de quodam homine ſatis deuoto rapto, & ducto ad videndum gaudia beatorum, & pœnas damnatorum, qui vidit quendam in inferno ſepultum, & arborem latam, & magnam de eius viſceribus procedentem, & in ramis ipſius arboris pendebāt homines vtriuſq; ſexus, qui omnes torquebantur flammis ab imo inferni aſcendentibus, & tunc ille deuotus quęſiuit ab Angelo, quid hoc eſſet, & quare iſti tam crudeliter torquerentur? Reſpondit Angelus, iſte in imo ſepultus eſt pater, & omnium origo illorum, qui in ramis pendēt, & olim erat pauper, & diues euaſit per vſuras, nec in vita reſtituit male acquiſita, & ſic obiit, proinde hic in inferno ſepultus eſt, & iſti in ramis pendentes ſunt heredes eius, qui ſcientes poſt eius mortem poſſederunt illa bona iniuſte à patre per vſuras quæſita: Et ideo ipſi, & omnes ſequaces, & deſcendentes eorum poſſidentes talia bona ſcienter pertinent ad dictos ramus.

5 Et hinc eſt, † quod ſi filius fœneraretur volente patre cum pecunia materna, vel paterna, tunc ad reſtitutionem huiuſmodi illiciti quæſtus, & vſurarum, tam pater, quam filii ipſi tenerentur, & obnoxii forent eis, quibus extortæ ſunt, vtpote quia ambo deliquerunt, vt voluit Ang. *conſil. 207. reperitur quædam ſcriptura tenoris, & continentiæ infraſcriptæ, ante fin.*

OPINIO CCCXV.

SVMMARIA.

1 *Filius naturalis propriè qui dicatur.*
2 *Ad concubinatum probandum quid requiratur.*
3 *Concubinatus de iure ciuili permittitur, ſecus de iure canonico. nu. 4. Eiuſq; ratio. nu 5.*
5 *Concubinatus viris vxoratis etiam iis, qui cæcas, claudas, debiles, & ſimiles, habent vxores, prohibitus eſt. & nu. 6.*
7 *Vxor ſana an cogatur reddere debitum viro leproſo.*
8 *Concubina quæ dicatur.*
9 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, vt ſuccedat, quid requiratur de iure ciuili, quid item de iure canonico.*
10 *Filii naturales, qui à lege tales conſiderantur, veniunt appellatione coniunctorum. Et pro coniunctis ad agendum admittuntur nu. 11.*
12 *Filii naturales an excludant à ſucceſſione ſimpliciter ſubſtitutum.*
13 *Filii naturales poſſunt inſtitui à patre, non habente legitimos, etiamſi habeat aſcendentes.*
14 *Affinitas contrahitur inter concubinam, & fornicatorē.*
15 *Filii patrum concubinas, vxores du. ere non poſſunt.*
16 *Filia, ſeu filius naturalis duntaxat, an ſuccedat matri, excluſa auia.*
17 *Filius naturalis ſimul, ſuccedit matri, inteſtatæ cum legitimis, etiamſi mater eſſet Illuſtris.*
18 *Filius naturalis non habet ius agendi contra patris teſtamentum ex titulo inofficioſi teſtamenti, ſecus eſt quoad teſtamentum matris. nu. 19.*
20 *Filius naturalis non obtinet parentum nobilitatem, eiuſque ratio.*
21 *Filii baſtardi non poſſunt portare arma, ſiue inſignia parentum, nec eis vti.*

FIlii naturales † propriè dicuntur illi, qui nati ſunt in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo concubinatu, vt notat Bar. *in l. fin. ff. de concubi.* 1
Sed in iuſtificando, † probandóve concubinam, ſeptem requiſita concurrere debent, quæ abunde ponuntur per Grammati. *in voto 4. num. 6. cum 12. aliis ſequentib.* Debetq; concurrere etiam octauum requiſitum, quod concubinatus nō ſit mente captus, vel furioſus: quia iſti concubinatum ipſum contrahere non poſſent, ſecundum Beroium, *in c. in præſentia. nu. 244. de probation.* vbi reddit optimam rationem. Et Lancell. *deciſ. 254. Dominus vnanimiter. nu 1. & ſeq. vol. 2. inter deciſiones diuerſorum.* vbi ſimiliter explicat quot concurrere debeant, vt concubina legitima dicatur. 2

Et licet de iure ciuili † concubinatus ipſe licitus, permiſſuſque ſit, vt *toto tit. ff. de concubin.* & not. Coraſius, vbi aſſignat rationes *in miſcell. iur. ciuil. lib. 1. c. 3. nu. 4. cum aliis ſeqq.* 3

Nihilominus de iure † canonico omnis fornicatio ſimplex prohibita reperitur; Imo omnis coitus, præterquam cum vxore eſt peccatum mortale, & tenere contrarium eſſet hæreticum, prout firmat Neuizan. cum magna cateruа Dd. *in ſylua nuptiali. lib. 4. ſub num. 25. & ſeq.* Et huius ratio eſt, † quia concubinatum reprobat, & condemnat lex diuina, quæ dicit, *Non mœchaberis. Exod. 20.* ſuper quo inquit Gl. interli. quod per hoc præceptum interdicatur cuilibet, ne miſceatur carnaliter cuicunque, excepto fœdere matrimonii, & ſimiliter illum reprobat lex Eccleſiaſtica, *c. nemo, 32. quæſt. 4.* vbi dicitur, quod nemini liceat ſcire mulierem præter vxorem. Rurſum ipſum reprobat etiam lex ciuilis, præſertim, in viris vxoratis, *l. nemini C. de concubin.* vbi diſponitur, *nemini licentia concedatur conſtante matrimonio concubinam penes ſe habere.* Sed non obſtantibus memoratis prohibitionibus, infiniti prope viri vxorati paruam, aut nullam ſibi formant conſcientiam de concubinatu. Quinimo nonnulli ſpretis propriis vxoribus quantumcūque bonis, boneſtis, & formoſis fouēnt concubinas immundas, fœdas, iniquas, proditorias, & omni dolo, atque malitia plenas. Et tamen, vbi † tales haberent vxores corpore vitiatas, moribus deprauatas, incontinentes, & nullam bonam gratiam habētes, nihilominus adhuc deberent à concubinatu abſtinere, ſic eis dicit Auguſt. *lib. de adulterinis coniugiis*, & ſimiliter recitatur, *in c. ſi vxorem, 32. q. 5.* vbi tex. ait: *Si vxorem quis habet ſterilē, ſiue corpore deformem, ſiue membro debilem, vel cæcam, vel claudam, vel ſi quid aliud, ſiue morbis, ſiue laboribus, doloribuſque confectam, & quicquid excepta fornicationis cauſa excogitari poteſt vehementer horribile pro fide, ſocietateque ſuſtineat.* Imo ſi † maritus leproſus eſſet, & vxor ſana, adhuc cogeretur ei reddere debitum, vt *in cap. quoniam. extr. de coniug. lepro.* ſed non teneretur ſecum aſſiduè morari in lecto, 4 5 6 7

ſecun-

[illegible] Gloſſ. *in dict. c. ſi vxorem.* Bene tamen ve[illegible]m eſt quod ſi vxor ob morbi horribilitatem non [illegible] et reddere debitum, compelli non deberet, vt voluit Abb. *in d. c. quoniam.* & Gozad. *conſil. 12. in hac cauſa ex ciuitate Florentiæ mihi tranſmiſſa nu. 27.*

8 Et † concubina dicitur [illegible]la, quæ indubitato affectu [illegible] om[illegible]ſt retenta, ab vxore parum diſtans, *l. in concubinatu. ff. de concubin.* ita dicit Bald. *conſil. 129. factum proponitur. lib.* [illegible] Abb. *in* [illegible] *tanta. qui filii ſint legitim.* Caccialupus *in l. ſi qua illuſtr.* [illegible] *column 3. C. ad Orficia.* & Alexand. *conſil.* [illegible]*. volum 3.* & cautus D. Ioſephus de Ruſticis, vn[illegible] frater colen[illegible] [illegible]mus, compatriota meus *in tractat. de* [illegible]*ondit. ſi ſine liber. deceſſ. in 1. part. prin. cap. 8. in princ.*

9 Et [illegible] ceſt, † qu[illegible] [illegible]gitimat per ſubſequens matrimoni[illegible]m non ſuc[illegible] [illegible] ant [illegible] nati ſint ex concubina retenta in do[illegible] [illegible]lec[illegible]one matrim[illegible] [illegible], vt *in authen. de trien. & ſem. §. ſi an*[illegible] *conſideremus. & auth. qui. mod. natu. eff. ſui. in §. ſi quis autem defunctus.* per quæ [illegible] ita tenent Doctores, *ibi*, & Anton. de Roſe[illegible] *in tract. de legitimatione. l*[illegible] *cap. de cauſa matrimoniali, legitimationum. num. 45.* Bald. *conſil. 19. num. 1. volum 3.* & Rota *in deciſio. 64. annus Domini. de anno 1547. vt in recoll. deciſio.* I[illegible]. *Fabr.* [illegible] *piſcopi* [illegible] *eſtan.* vbi ad hoc etiam allegat Cæpol. *camela.* [illegible] *50.* [illegible] *ucin. conſil. 32. volum. 1.* & [illegible] conſuluit Ang. [illegible] *ex themate in 3. dubio* & [illegible] *in.* [illegible]*n. conſil 52. memini. num. 4. volum. 1.* & Rum. *conſil. 2* [illegible] *rima. num. 6. volum 1.* & iſtam opinionem [illegible] [illegible] communem Curt. iun. *conſil. 136. nu. 9.* Sed ſen[illegible]ntia hæc de iure canonico non procedit: imo ſi mulier non eſſet retenta domi in ſchemate concubinæ, nihilominus filii antea nati legitimãtur per ſubſequens matrimonium, de iure canonico, contra ius ciuile, ſecundum Gloſſ. Compoſtellanum, Io. And. Imol. Abb. cæteroſque communiter, *in cap. innotuit. de elect.* Abb. *num. 12.* & Præpoſ. *in dict. c. tanta. num. 6.* Bald. *in d. conſi.* [illegible] *& conſil 226. colum. final. volu. 3.* Goffredum *in Summa de fi*[illegible]*u preſbyt. ver. quod ſi quis* Gloſſ. *in c. qualis. 3* [illegible] *quæſt.* Ni[illegible]ol. de Vbald. *in tracta. de ſucceſſio. ab inteſta. in 1. part. num. 58.* Guil. Mayne. *in l. quoties idem num. 12. ff. de re iud.* Iaſ. *conſil. 51. colum. 3. volu. 3.* Aldob. *in §. fin. num 2. Inſtitu. de nupt.* Crauet. *conſil. 166. num.* [illegible] Ripam *in reper. l. ſi vnquam. C. de reuoc. in donatio. num* [illegible]. & Abb. *in c. per venerabilem. num 31. qui* [illegible] *ſint legitimi.* qui ſimul cum Crauet. *in dicto conſilio 166. numero 8.* hanc opinionem conſuetudine receptam eſſe fatentur, & ſequuntur etiam, & citant tanquam communem Ioan. Lupi *in c. per veſtras. §. 20. de donatio. inter virum & vxor.* Cagno. *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia.* Paul. Caſtren. *conſil. 426. præſuppoſito, quod iſto pater. colum. 11.* Iaſ. *conſil. 234. ſolennis. volu. 2. per totum.* Ioan. Ban. *in tract. de ſpon. & matri. in 4. declar. num. 14. vſque ad num. 18. in 2. concluſio.* Tiraquell *in tract. de nobilitat. cap. 15. num. 23. & cap. 20 num. 172.* Sard. *in tracta. de natural. libe. §. de legitimis per verum matrimonium. in fin. & §. ſeq. num. 7.* & Caſſado. *deciſio. 1. de ſpon. & matrim.* ſi[illegible]t omnes indifferenter legitimati: quia inter opera charitatis computatur ducendi meretricem in vxorem, vel aliam quantumuis viliſſimã mulierem. Et non tantum per verum matrimonium legitimati, ſed per putatiuum etiam, voluit Caſſado. *d. deciſ. 1.* & opinio iſta communis ita retenta procedit, niſi filii eſſent incerti an ſcilicet eſſent ſuſcepti, & procreati ab eo, qui meretricẽ in vxorem duxiſſet, ſecundum Iaſ. *in d. conſ. 234.* & Sard. & Nicolaum de Vbal. *in locis præallegatis.* tunc quippe eis non ſuffragaretur ius matrimonii ſubſequuti, ſi nõ conſtiterit cum eorum patre contractum extitiſſe.

10 Iſti itaq; naturales, † qui conſiderantur à lege, veniunt appellatione coniunctorum, & proprie appellantur coniuncti, ſecundum Inno. Hoſtien. Io. And. & alios, *in c. nonnullis. de reſcript.* vbi Felyn *circa finem*, ſcribit iſtã eſſe communem opinionem. Hinc præcitati Dd. concludunt, † quod determinatio illa, quæ ſe habet, quod coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum, vendicat ſibi locum in filio naturali etiam. Com. opin. 11

Reſultat alius effectus ſimiliter ex † prædictis, in fauorem naturalium liberorũ, videlicet, quod ſubſtitutus abſolute excluditur à naturalibus liberis heredit inſtitutis, vt ſentit Gloſſ. *in c. Raynutius. de* [illegible] *am. & in c. in præſentia. de probatio.* quam ſequitur Io. And. *in additio. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. § in ver. quid ſi duobus.* Bart. & alii communiter, *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* & Dec. *in d. c. in præſentia. num. 101. & 107.* vbi iſtam communem [illegible]nitat in tex calibus, *num. 103. cum aliis ſequentib.* & Moder. ſimiliter plurimum iſtam communem declarant, & expreſſe gi[illegible]tant. huiuſmodique opinionem communem, [illegible] ab omnibus receptam eſſe [illegible] monet D. Ioſephus de Ruſticis plures alle[illegible]ans, & accuratiſſime diſputans *in d. tract. de condi. ſi ſine lib. deceſſ. in 1 par. princ. c. 2.* 12 Com. opin. Com. opin.

T[illegible]us quoque effectus eſt iſte, † quod pater carens [illegible]s legitimis, poteſt filium naturalem heredem inſtituere, etiamſi habeat aſcendentes, dummodo eis legitimam partem relinquat, *authen. licet. C. de natur. liber.* & *ibi* Gloſſ. communiter ab omnibus recepta. 13 Com. opin.

Quartum etiam effectum reperio, † quod inter fornicatorem, & concubinam contrahitur affinitas, & ſunt inter ſe vna caro, vt vxor & maritus, *c. ſi quis. 30. quæſt. 4. & c. in eo. 32. q. 4.* & notat Cotalius *in miſcel. iur. ciuil. in d. c. 3. num. 1. & ſeq. lib. 2.* Vbi ſimiliter probat, † quod concubinas patrum filii vxores non ducunt, nec nati in ipſo concubinatu patris conſanguineam ducere poſſent. 14 15

Reſultat poſtremo ex † præmiſſis alius vtiliſſimus effectus, ſcilicet, quod filia naturalis duntaxat, dummodo ex damnato coitu procreata non ſit, ſuccedat matri excluſa auia, etiam quo ad legitimam, *§. nouiſſime. Inſtitut. de SC. Orficia. & d. l. ſi qua illuſtris.* Bart. Saly[illegible]e. & alii omnes tranſeunt intrepide cum iſta ſententia, quam dicit communem Caſſadorus *in deciſio. vnica. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta.* vbi refert in contingentia facti ita fuiſſe deciſum, & confirmatum *in prætorio Rota.* Imo † filius naturalis matri, etiam inteſtatæ, cum legitimis ſimul, & æque ſuccedit, *d. l. ſi qua illuſtris.* etiamſi mater eſſet illuſtris, ſecundum communem opinionem, & notat Aret. *in d. §. nouiſſime.* quamuis Fortun. *in tract. de vlt. fine, illat* [illegible] iniuſtam eſſe exiſtimet, *d. l.* [illegible] *qua illuſtris, in concluſione iſta.* 16 Com. opin. 17 Com. opin.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, † quod non competat naturalibus ius agendi ex titulo inofficioſi teſtamenti, licet pater eis nihil relinquat, ſecundum Gloſſ. *in l. 1. C. de bono poſſeſ. contra tab.* quam commendat Bart. *in l. Gallus. §. & ſi parente. ff. de liber. & poſthu.* Bald. *in l. 2. colum. 3. C. de bono. poſſe*[illegible] *ſecundum tabul.* & Aretin. *in l. ex facto. colum. 9. ff. de vulg. & pup.* Poſſet tamen † contra teſtamentum matris agere de inofficioſo teſtamento, Gloſſ. & Paul. Caſtren. *in d. l. ſi qua illuſtris.* 18 19

Sed ipſe † filius naturalis non obtinet parentum nobilitatem, nec eſt aliquo modo nobilis generis: quia filii nobilium baſtardi non dicuntur de parentela, vel familia, *l. pronunciatio. ff. de verbo. ſignific. § familiæ.* vbi Bart. cum ſordes non mereantur inter præcipuos nominari, Bald. *in l. cum legitimæ ff. de ſtatu hom. per text. in l. humilem. C. de inceſt. nupt.* & tradit [illegible]ate Tiraquel. 20

zaquel. *in tractat. de nobilit. in c. 15.* vbi ex relatis per
Com. opin. eum conſtat iſtam eſſe communem opinionem, & apparet quoque ex ſignatis per Petrum Duennam *in regul. 69.*

21 Neque poſſint † baſtardi portare inſignia, ſiue arma parentum, nec eis vti, ſecundum Bart. *in tract. de inſign. & arm. num. 11.* quamuis aſſerat contrarium ſeruari in Tuſcia de conſuetudine, cui ſtandum eſt, & refert, & ſequitur cum aliis relatis per eum Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 1. par. num. 52. & ſeq.* vbi ſubdit quod in aliquibus partibus, prout eſt in Britannia, Germania, Francia, & aliis partibus eis adiacentibus, arma illegitimorū ab armis legitimorum differri, & variari, & ad id demonſtrandum addunt aliquod ſignum ſiue barram per tranſuerſum, quæ incipiat à ſiniſtra, & tendat ad dextram, & non econtra, vt *ibi* latius per eum, qui in materia plura congerit. Chriſt. Port. *in princip. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſtato defer. num. 7.* & *ibi* Iaſ. *in addit. n. 8.* & *ibi* Zileti. *in addit.* qui quamplurima ad rem & materiæ ampliationem adducunt.

OPINIO CCCXVI.

SVMMARIA.

1 *Dominium quæritur filio in aduentitiis. Secus eſt, interueniente ſtipulatione paterna. nu. 2.*

3 *Argumentum de toto ad partem valet.*

4 *Filius ſtipulans patri, & non ſibi, acquirit patri etiam proprietatem.*

5 *Stipulatio ſemper debet interpretari, vt aliquid operetur.*

1 FILIO quæritur † dominium in aduentitiis, vt *in §. 1. Inſtitut. per quas perſo. nobis acquir.* Hoc vero fal-
2 lit, † niſi quæratur ex ſtipulatione paterna, ſecundū Aret. *in d. §. 1.* ſed contrarium tenet Bar. *in l. dominus. ff. de verb. oblig.* Gloſſ. & Dd. omnes ibi, ſecundum Saly. *in l. 2. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* & hanc opinio-
Com. opin. nem communem eſſe ſcribunt Alexand. & Iaſ. *in l. quod dicitur. la 2. ff. de verb. oblig.* & rationem aſſignant Dd. Nam ſicut pater ſtipulādo filio ex cauſa caſtrenſi, vel quaſi, totum quærit, ita ſtipulando et ex cauſa aduentitia, debet acquirere proprietatem. Arguen-
3 do † de toto ad partem, *l. quæ de tota ff. de rei vendic.*
4 Fallit ſecundo † niſi fuerit ſtipulatus patri, & non ſibi: quia tunc acquirit etiam proprietatem, ſecundum Dyn. & Bart. *in l. quodcunque in princ. ff. de verb. obligat.* vbi Alex. ponit illam eſſe magis communem
Com. opin. opinionem: pro quo facit regula *l. penul. C. de pact.* vbi licet ſuo fauori renunciare; ergo ſi filius patri ſtipulatur, ſibi imputatur, ſi dominio priuari debet: cum poſſet ſtipulando ſibi illud quærere: quia etiam abſque filii ſtipulatione proprietas erat filii, *d. § 1.*
5 Vt aliquid ergo † operetur ſtipulatio, *iuxta l. ſi quando. C. de inoffic. teſta.* debet etiam acquiri proprietas patri, ex qua ratione tollitur vnum fundamētum Iaſ. *in d. l. quodcunque.* contra communem, qui poſt Alex. & Cuma. diſſentit à mentionata communi, à qua non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, quicquid dixerit Iaſ. & alii ante eum.

OPINIO CCCXVII.

SVMMARIA.

1 *Filius non poteſt vocare patrem, aut matrem in ius abſq; venia, etiamſi ſint pater, & mater ſpiritualis, licet filius paratus eſſet pœnam ſoluere. patre autem non opponente contra filium, hoc caſu, proceſſus valet.*

2 *Ciuis vocans in ius Vniuerſitatem tenetur petere veniam. Similiter vocans aliquem in magiſtratu conſtitutum num. 3.*

4 *Papa in caſu, quo poteſt ab alio iudicari, non debet in ius vocari ſine venia.*

5 *Scholaris vocare poteſt in ius præceptorem ſuum abſq; venia. Item vaſallus dominum feudi n. 6. niſi principem ſuum in ius vellet vocare.*

7 *Filii inceſtuoſi, & ex damnato coitu procreati, in ius vocare poſſunt parentes ſuos ſine venia.*

FILIVS vocare † in ius patrem, aut matrem abſq; 1
venia non poteſt, *l. final. C. de in ius vocand.* Gloſſ. *in §. pœnales. in verb. vel parentem. Inſtit. de actio.* & *ibi* Zaſi. *num. 18.* & Coſta *in memora. iuris. in verſic. filius.* Quod procedit etiam in patre, matreque ſpirituali ſuſcipiente eum de ſacro fonte: nam per filium ipſum vocari in ius ſine venia nequeunt, ſecundum Angel. & Fulgoſ. *in l. adoptiuum. per illum text. ff. de in ius vocand.* Guliel. de Cu. Bald. Ang. Paul. Caſtren. Roma. Alex. & Iaſ. *in l. generaliter. eod. tit.* Ang. Aret. Iaſ. *col. 10.* Zaſi. *num. 24.* Gomeſ. *num. 24. in d. § pœnales.* Alexand. *in l. 1. in princ. C. de in ius vocan.* Franc. *in c. poſtremo. col. penul. de appellat.* Par. de Put. *in tract. ſynd. in verb. ſuſcipio. col. vlt.* Guliel. Benedict. *in repet. c. Raynutius. de teſta. in ver. & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 765.* & Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. in verb. ſuſceperit liberos. nu. 28. & in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis, cauſa 21. num. 3. & ſeq.* vbi audacter fatetur iſtorum ſententiam eſſe communiorem, & veriorem. Com. opin.

Ampliatur etiam dicta regula, quod filius vocans patrem in ius abſque venia, licet paratus ſit, & vellet ſoluere pœnam, *l. pen. ff. de in ius vocand.* non propterea proceſſum conualidare poſſet; Vnde pœna in caſu iſto exigibilis eſt, & proceſſus annullatur, ſecundum Cyn. Rayn. Alber. Fulgoſ. Alexan. *nu. 2.* & Modern. *in d. l. fin. C. de in ius vocand.* Roland à Valle *conſil. 18. num. 52. volum. 2.* Ioan. Fabrum *in 4. q. in l. 2. eodem tit.* & Gramma. *conſil. ciuili. 40. num. 4.* vbi atteſtatur opinionem iſtam eſſe meliorē, & communem dicit Puteus. Com. opin. *in l. fin. num. 36. in tract. quem fecit poſt lecturam illius legis. C. de edend.* & Capyc. *deciſ. 56 num. 6.* Sed aduerte, quod proceſſus iſte valeret, & teneret parte citata nō opponente, vt voluit Cyn. Bart. Rayn. & omnes, *in d. l. fin. C. de in ius vocand.* vbi opinionem iſtorum ſequitur Alexand. *num. 2.* & dicit communem, veriorem, Com. opin. communioremque inquit Capycius *in dict. deciſio 56. num. 6.* & amplectitur Guido Papæ *in ſingu. 565. vtrum ſi procurator.*

Ampliatur regula † prædicta ſimiliter procedere 2
in ciue vniuſcuiuſque Vniuerſitatis, qui volens ſuam vniuerſitatem in ius vocare, debet, & tenetur prius, & ante omnia petere veniam, ſecundum Ang. *in d. l. generaliter.* & Aret. *in d. § pœnales. colum. 7.* & Natta *conſil. 445. arbitror, quod dictum mandatum. ſub nu. 5. volumen 2.* & ita conſulunt per pulcherrimas rationes Grāmmat. *in d. conſ. 40.*

Ampliatur etiam eadem regula, † vt venia petenda quoq; ſit, quando vocandus in iudicium conſti- 3
tutus eſt in magiſtratu, vt voluerunt Angel. Paul. Caſtr. Alex. Iaſ. & cæteri omnes, *in d. l. generaliter.*

Amplificatur poſtremo antedicta † regula vtiliter etiam, quod Papa, in caſu, quo poſſet ab alio iudi- 4
cari, non poſſet modo aliquo in ius vocari ſine eius permiſſione, & venia, ſecundum Anton. de Butr. *in cap. cum veniſſent. col. penul. de iudic.* Alias vero quamplures ampliationes, & limitationes ad dictam regulam vtiles, & neceſſarias tradidit Petr. Duenn. *in ſuis regulis. reg. 331. filius non poteſt vocare patrem in ius,* quas videre poteris.

Sed limita vltra ipſum, in ſcholarib. † qui ſine ve- 5
nia obtēta poſſunt in iudicio vocare ſuos pceptores, ſecun-

Com. opin. ſecundum Zaſium, *in d. §. pœnales. nu. 23.* vbi meminit iſtam eſſe magis communem opinionem.

6 Item limitatur in vaſallo, † qui in ius poteſt vocare dominum feudi abſque venia, vt voluit Natta, vbi reddit rationem *in d. conſil. 445. num. 8. & ſeq.* & Gloſſ. Iacob. de Beluiſ. Bald. And. de Iſern. & Afflict. *num. 128. in tit. de mili. vaſall. qui contum. eſt.* Ioach. Myntling. *in obſeru. indicis Cameræ Imper. obſer. 91. centuria 2.* vbi meminit ita concluſum fuiſſe in ipſa Camera Imperiali, *& in obſer. 92. centur. 4.* vbi ait huiuſmodi ſententiam obſeruari in Germania, prout obſeruatur etiam in Regno Neapoli. & ſequitur quoque Zaſius *in d. §.* Com. opin. *pœnales num. 26.* qui vocaou ibi iſtam communiorem ſententiam, & communem etiam dixit Roland. *in d. conſ. 18. n. 8. 11. & 15.* vbi eam limitauit conſulendo, non procedere in vaſallo, vocante in ius Principem ſuum.

Et ſimiliter † poſtremo limitatur non procedere in filiis ortis ex inceſtuoſo, damnatoque coitu, (vt ſunt filii monialium, & ſacerdotum, & ſimiles) qui parentes ſuos in ius vocare poſſunt ſine venia impetrata, ſecundum Gloſſ. & Dd. omnes, *in l. quia ſemper. ff. de in ius vocand.* & Zaſium *in d. §. pœnales ſub num. 19.* Com. opin. vbi perhibet iſtam opinionem eſſe communem. Sed vulgo quæſitus tenetur petere veniam, quando agit contra matrem, vt per Alexand. *in l. 2. & ſeq. ff. de in ius vocand.*

OPINIO CCCXVIII.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopalis dignitas filium à patria poteſtate eximit.*
2 *Cardinalis non eſt ſub patria poteſtate.*
3 *Religionis profeſſione an filius ſoluatur nexibus patriæ poteſtatis.*
4 *Ordo ſacer ligamina patriæ poteſtatis non diſſoluit.*
5 *An per ingreſſum religionis ſoluatur obligatio filii ad patrem remiſſiue.*

1 FILIVM à † patria poteſtate eximit, ac liberat Epiſcopalis dignitas, *authent. ſed epiſcopalis. C. de epiſc. & cleric. & c. venerabilem, qui filii ſint legitim.* & notant Bart. *in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. ſi maritus. C. de pa. po.* Francus *in rub. de teſtamen.* Com. opin. *colu. 17.* & omnes alii Canoniſtæ communiter, *in cap. ſi annum. de iud. lib. 6. & in c. Iudæorum. de ætat. & qualita.* & Legiſtæ poſt Bartolum *in dict. l. patre furioſo.* vbi Iaſon *num. 48. & ſequent.* inquit iſtam eſſe communem opinionem.

2 Item † filiusfamilias creatus Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, immunis eſt à patria poteſtate, ſecundum Gl. *in extrauag. execrabilis. de præbend. inter communes. verſ. ſublimitatem.* & Barbat. *in tract. de præſtan. Card. in 1. par. q. 1. nu. 69.*

3 Et hoc † idem operatur religionis profeſſio, ſecundum Gloſſ. *in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de minor.* quam dixit ſingularem Barbac. *in d. q. 1. nu. 69.*

Et hæc omnia procedunt, ſeu limitantur in his dumtaxat, in quibus vtile eſt ipſi filio à patria poteſtate liberum cenſeri, non autem in his, in quibus libertas hæc eſſet ei damnoſa, & grauis, ſecundum Barto. *in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legitim. & in l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. in fin.* & D. Card. Albanum *ibi in lucubratio. ad Bart. num. 13. & ſeq.* vbi reddit rationem, Alexand. *in l. ſub conditione. ff. de liber. & poſthum.* Barbat. *in d. q. 1. colum. penult.* & iſtam fatetur Com. opin. communem opinionem Cotta, *in memoral. in verſic. Epiſcopalis dignitas.*

4 Et quamuis † prædictæ dignitates liberent filios à patria poteſtate, nihilominus ſacer ordo non eximit filium à dicto patris nexu, ſeu poteſtate, *authent. presbyteros. C. de epiſc. & cler.* Abb. *in c. cum deſideres. & in c. cum voluntate. §. fin. de ſenten. excommu. & in d. c. Iudæorum.* contra Gloſſ. ibi, & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur, & citat Ioan. de Arnono, *in dialogo 691. exordiente ſed ſi filiusfamilias eſſet ſacerdos.* & Com. opin. Cotta *in memorali. in verb. ſacerdotium.* Iaſ. *in l. filia. col. 2. C. de collatio.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius de teſtamen. verſic. inſuper de re mihi. num. 17.* Boer. *deciſ. 121. n. 12.* & Chaſſan. *in conſuet. Burgun. fol. 213. nu. 4.*

An per † ingreſſum religionis ſoluatur obligatio 5 filii ad patrem, vide Clem. Monil. *in compend. Theolog. inſtit. tit. de præcept. diuinis.*

OPINIO CCCXIX.

SVMMARIA.

1 *Filius fratris an intret in locum patris ſui, in fideicommiſſo, tam in ſucceſſione hominis, quam legali.*
2 *Gloſſa quam habeat authoritatem. & num. 3. 4. & 5.*
6 *Doctores boni conueniunt cum Gloſſa, mali vero diuertunt.*
7 *Gloſſa ſtandum eſt, vbi non habemus textum.*
8 *Gloſſa adhærens, non errabit.*
9 *Gloſſæ ff. veteris, & Inſtitutionum, cæteris ſunt meliores.*

FILIVS fratris † non intrat in locum patris ſui in 1 fideicommiſſo, quando agitur de ſucceſſione hominis, ſecus vero quando agitur de ſucceſſione legali, ſecundum Bald. *in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.* quem ſequuti ſunt *ibi* Cuma. & Flo. Iaſ. *in l. 2. colum. 2. C. de ſucc. edic.* Alexand. *conſil. 204. conſideratis verbis. num. 6. volum. 2.* & Dec. *conſil. 1. fere per totum. conſil. 478. in cauſa Domini Aurelii, num. 2. & ſeq. & conſ. 480 in caſu, qui contingit, ſub nu. 9. cum ſequen. in quibus concord. allegat.* vide infra *in opin. 844. n. 65.* & mouetur ea ratione: quoniam in fideicommiſſo, ſeu diſpoſitione hominis conſideratur affectio, quam quis videtur habere ad proximiores in gradu, ſed in titulo hereditario, ſeu diſpoſitione legali conſideratur diſpoſitio iuris, quæ eſt, quod filius ſubintret locum patris, vt per citata, *vbi ſupra,* & opinionem iſtam Bal. Com. opin. dicit magis communem, & veriorem Dec. *in d. conſil. 1. num. 5.* & ſequitur quoq; conſulendo, & ait pariter eſſe magis communem Natta *conſil. 127. num. 4. & ſeq. & conſil. ſequen. numer. 4. volum. 1.* & Bellonus *conſil. 50. num. 1. & ſequen.* vbi refert quamplures Dd. ita conſuluiſſe, præſertimque Iaſ. Rubeum, & Crotum, vt habetur *inter conſilia Domini Rubei conſil. 36. cum tribus ſequentib.*

In contrariam vero partem inclinauit Gloſſ. *in d. §. in fideicommiſſo. in ver. proximo.* videlicet, quod filius fratris, licet agatur de ſucceſſione hominis, aſſumat locum patris, quam ſequutus eſt Alexand. ſibi contrarius, *conſil. 26. videretur fortaſſe. colum. final. volum. 3.* vbi inquit Doctores magis communiter ſequi opinionem Gloſſ. quam Bald. & citat Bald. ſibi etiam contrarium, *in conſil. vt ibi,* idem Alexand. *conſil. 124. viſo proceſſu cauſæ. ſub num. 3. volum. 7.* vbi pariter ſequitur ſententiam Gloſ. Dec. qui memor ſui primi conſilii non erubuit, tanquam veriorem amplecti Gloſſ. *conſil. 217. in caſu propoſito,* vbi *in terminis* conſoluit, hanc ſimiliter ſcribit communem Iaſ. *conſilio 159. magnifica. colum. 2. libr. 4. & conſil. 215. colum. 4. cum ſequen. libro ſecundo.* Curtion. *conſil. 57. colu. 4.* & alii innumeri, quos refert, & ſequitur Crauet. *conſil. 67. vltra per me ſcripta. num. 5.* vbi ſupponit communem opinionem cum Gloſſ. contra Bald. & Dec. *vbi ſupra;* Et ſic ſecundum communem præmiſſam, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & præſertim quando agitur

 de he-

de hereditate aui, vel patrui, filius indifferenter aſſumit locum patris. Et licet ſuper hoc Dd. ita varii fuerint, vt vix diſcerni poſſit, quæ ſit communis opinio: tamen veritatem profitēdo, iſta ſecunda opinio Gl. videtur, & apparet cum effectu magis vera, magiſq; Com. opin. communis, prout atteſtatur, & eam ſequitur Didacus, *in tract. de arte teſtan. in titul. 5. caut. 27.* Socin. iun. *conſ. 20. non diſput abo in præſentiarum. nu. 1. volum. 3.* Tobias Nonius *conſil. 4. num. 6.* Ioan. Cephal. copioſiſſime atque doctiſſime conſulendo, ac reſpondendo contrariis omnibus, *conſil. 16. nu. 28. cum aliis ſeqq. vol. 4.* & Pett. de Benint. *deciſ. 88. in præſenti difficultate.* Iacob. Philip. Port. ſeu potius Anton. Gabriel. cum magna caterua Doctorum relata per eum *concluſ. 33. libr. 5.* vbi limitat vtiliter plurib. modis, ita conſuluit etiam ſubtiliſſime Hippol. Riminal. *conſil. 167. Laurentius de Arduinis. num. 5. cum aliis ſeqq. poſito inter conſilia vltim. voluntat volu. 1.* vbi ſimiliter tollit, & remouet omnia obſtacula, & Hieronymus Gabriel. *conſil. 86. Marones. num. 9. lib. 1.* vbi ampliat cum cæteris Doctorib. aggregatis per eum, *nu. 6. & 10.* ipſam communem procedere etiam in feudo, & emphyteuſi, vt filius ſubeat locum patris in ipſo feudo, & emphyteuſi, ſicut in hereditate, & ſecundum eandem opinionem magis communem ipſe conſului, & obtinui *de præſenti anno 1565.* in cauſa non leuis momenti, reiectis tamen conſiliis aliquorum clariſſimorum virorum, per iudices cauſæ prædictæ, in contrarium ſcriptis copioſiſſime, & in proceſſu productis. Imo alias *ſuperioribus annis*, ſecundum eandem opinionem Gloſ. iudicaui, & ſententia mea per iudices ſuperiores ad quos fuerat appellatum, approbata, & cōfirmata extitit; & hoc non abſque ratione euenit Nam Decius non valens aliquo modo remouere obiectionem, & obſtaculum Gloſſæ prædictæ, auſus fuit atteſtari opinionem communem eſſe contra ipſam Gloſſ. quando ſcilicet agitur de ſucceſſione hominis, prout fecerat *in dict. ſuo 1. conſilio, ex ſe ipſo ibidem citato*, non animaduertens ipſe Deci. quam *ibi in d. conſil. 480. & in conſil. 1.* dicit communem opinionem fuiſſe à ſe ipſo reiectam, *in d. conſil. 217.* vbi non erubuit, tanquam veriorem, & communiorem ſequi opinionem, dict. Gloſſ. & hoc minime ab re concluditur per Deci. Gl. & alios præcitatos Dd. per rationes allegatas per eos optimas, & veriſſimas.

2 Nam Gloſſ. ſunt naues † per quas nauigamus per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis, ducētes nos ad portum claræ veritatis, vt eleganter dixit Salycet. *in l. 1. C. de pact.* & Ripa *lib. 3. de donationibus num. 45. fol. 77.* Et

3 Gloſſas ipſas vim legis habere † teſtatur Grat *conſil. 1.*

4 *num. 16. vol. 2.* Et ipſam Gloſſam † idolum aduocatorum, & iudicum appellat Cyn. *in l. non numeratum. C. de contrahen. ſtipul.* Et ſummare dicuntur † volentes

5 infringere opinionem Gloſſæ, vt dixit Bald. *in c. contingit. col. 6. ext. de dol. & contum.* & alios multos ad propoſitum citat Zuccard. *in rubric. C. de pact. ſub num. 15.*

6 Et boni Dd. conueniunt † cum ipſa Gloſſ. mali vero diuertunt, ſecundum Afflict. *deciſio. 384. num. 3.*

7 Standum eſt † ergo ipſi Gloſſ. vbi non habemus tex. contradicentem, vt voluit Corne. *in l. ſororem. column. final. C. de his quibus vt indi.* apoſtilla ad Decium *in l. vt vim ff. de iuſtit. & iur.* Imo ſecundum Grat. *conſil. 19. numer. 36. & ſequent. volum. 1.* ex mente adductorum ibi per eum, dictam Gloſſ. non habentis contradictorem pro text. allegari, & adduci poteſt, etiam contra ipſam communem, ſecundum Felyn. *in cap. 1. column. penult. verſicul. 2. limita. extr. de conſtitution.* nimirum: quia accurrit, & ſuccurrit tenebris legum, vt ipſe Accurſ. Gloſſator teſtatur *in l. filio. § in danda. in verb. conditio. ff. ad Trebell.* Adhæreas denique † opinioni veritatis, id eſt, Gloſſatori, & in perpetuum non errabis, ſecundum Bald. *in l. final. § necesſitatem. colum. 3. C. de bonis quæ liber.* Maxime † Gloſſ. *ff veteris, & inſtitutionum.* quia cæteris ſunt meliores, ſecundum Hieronym. Cagnol. *in rubr. C. de edend. num. 48.* vbi reddit rationem.

OPINIO CCCXX.

SVMMARIVM.

1 *Filius eo ipſo, quod declarat ſe velle ſupplementum legitimæ, id ipſum acquirit, cum fructibus, à tempore mortis teſtatoris.*

FILIO † ſupplementum legitimæ acquiritur, ſeu debetur ipſo iure, eo declarante; & ſic eo ipſo, quod filius declarat ſe velle tale ſupplementum, ei acquiritur, ac conceditur, ſecundum Gloſſ. *in l. ſcimus. C. de inoffic. teſtam.* cunctis Doctorum ſuffragiis receptam *ibi*, Corne. *conſil. 265. in hac videtur. column. fin. volum. 3. & conſil. 264. videtur prima. volumin. 4.* & Alexand. *conſil. 69. in ſecundo dubio. vol. 1.* Et hæc communis Gloſſæ ſententia procedit, vt ſtatim mortuo Com. opin. teſtatore memoratum ſupplementum ipſo iure debeatur abſque filii declaratione, licet commutabiliter, & illa declaratio, quæ ſecundum Gloſſ. communem requiritur, operatur, vt ipſa acquiſitio fiat incommutabilis, quod clarum eſt quia defuncto filio, nulla per eum declaratione facta, huiuſmodi ſupplementum pure, atque ſtatim filii ipſo iure acquiritur, non autem conditionaliter, ſi petatur, & transmittitur ad quoſcunque heredes, vt declarat, & firmat Salyc. *in d. l. ſcimus.* & ſequitur Alexan. *conſil. 55. column. 3. volum. 2.* & Iaſ. *in d. l. ſcimus.*

Imo fructus legitimæ cum ipſa legitima debentur ipſi filio à tempore mortis teſtatoris, ſecundum Bal. *in l. Papinianus. § unde ſi quis. ff. de inoffic. teſtam.* & conſuluit Corne. *in d. conſ. 265. vol. 3. in fin.*

OPINIO CCCXXI.

SVMMARIA.

1 *Filius ſuccedens patri, non dicitur acquirere, ſed acquiſitum capere, & dominium continuare, etiam in feudo.*

2 *Feudi ius, mortuo vaſallo, continuatur in filium, abſque inueſtitura & immiſſione in poſſeſſionem.*

3 *Filius in vita patris nominatur feudatarius.*

4 *Poſſeſſio hereditatis paternæ, an continuetur in filium, ſine eius apprehenſione.*

5 *Poſſeſſio ſine animo retineri non poteſt.*

FILII non † acquirunt, cum patri ſuccedunt, ſed acquiſitum capiunt, ſecundum Gloſſ. final. ſingularem ab omnibus communiter receptam, *in cap. 1. de feudi cognitione.* quam Gloſſ. Bald. *ibi* commendat. & dicit menti tenendam, & M. Claudius Lemarlet. *conſil. 23. num. 27. poſito inter conſil. Chaſſa.* Ex qua quidem Gloſſ. & Aluar. *ibi, in fin.* refert, † quod mortuo vaſallo ius feudale in filium continuetur, *argu. l. 1. § largius. de ſucceſſ. edic.* dicens feudum in filiis de nouo non acquiri, & idem tenet Præpoſit. *loco prædicto* volens; quod in feudo antiquo, & paterno, nō ſit opus filios in poſſeſſionem mitti, quam prius habebant, exprimenſq; dictam Gloſ. ſignandam, quod materia ſuitatis etiam in feudum locum habeat. Faciunt, quæ tradit Bald. *in l. cum antiquioribus. q. 10. C. de iure delib.* qui per Gl. præcitatam voluit, quod in feudis poſſeſſio ad ſuum heredem tranſmittatur, qui & viuo patre inueſtitus eſſe, & poſſidere cenſeatur, & propterea poſſeſſionem in eum abſque aliqua inueſtitura continuari.

3 Idem Bald. *in c. 1. an mut. vel ſurd.* ait † filium in vita patris nominari feudatarium, ita vt poſt mortem patris potius dicatur feudum retinere, quam de nouo ſuccedere.

4 Ampliatur prædicta opinio, † quod & iure communi, nedum feudalis poſſeſſio hereditatis paternæ continuetur, vt eſt Gloſſ. *in l. in ſuis. de lib. & poſthum.* vbi dicit filios heredes ſuos, ſicuti in vita patris ſunt quodammodo domini, ita & poſſeſſionem habere, & idem inquit Gloſſ. *in §. ſed ſui Inſtit. de hered. qualit. & diff.* videlicet, filium, viuo patre, poſſeſſionem habere videri, *per l. 2. §. filium. ff. pro hered.* Et dicit Bart. filium non poſſe ſe nominare heredem de nouo, id eſt, dominum, & poſſeſſorem: quia ante erat, idem & Paul. Caſtr. *ibidem*, qui filium viuente patre quodammodo dominum, & poſſeſſorem eſſe ait; & ſic per præmiſſa ſatis apparet quod à patre in filium, & in feudis, & in aliis rebus poſſeſſio continuatur.

Sed ſi rem ſincera iuris veritate conſiderare velimus, iſta ampliatio, quod poſſeſſio hereditatis à parente in ſuum heredem continuetur, vera non eſt. & licet Gloſſ. *in d. l. in ſuis. & in d. §. ſed ſui.* huiuſmodi continuationem admittere videantur; nihilominus hæ Gloſſ. iure non probantur, & contrarium docuit ipſamet Gloſſ. *in l. cum miles. ex quibus cauſis maior. & in l. cum heres.* & *ibi* Bart. & communiter omnes *de acquir. poſſeſſ.* & inquit Bald. *in d. l. in ſuis.* poſſeſſionem non tranſire in ſuum heredem ſine apprehenſa poſſeſſione, quod & Alexan. ibi aſſeueranter tenuit, qui pro hoc plura allegat. Bald. *in auth. ingreſſi. colum. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. fin. in princ. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* quod ſuſtineri poteſt hac ratione.

Cõis opin.

5 Nam poſſeſſio ſine † animo retineri non poteſt, *l. ſi quis vi. §. 1. de acquir. poſſeſſ. & l. licet. C. eodem titul.* ſed animus patris morte finitur, nec ad heredem tranſit, *l. 4. ff. locat.* vnde morte patris rumpitur, & extinguitur poſſeſſio, *l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. de acquir. poſſ.*

OPINIO CCCXXII.

SVMMARIA.

1 *Filiatio an ex ſola filii nominatione probetur, non concurrentibus aliis adminiculis. & qui præterea actus inducant probationem filiationis nu. 2.*

3 *Nominatio filii, an etiam in naturalibus & ſpuriis probet filiationem.*

4 *Filiatio quomodo articulanda & probanda ſit, remiſſiue.*

5 *Filiatio an per ſolam tractationem, qua quis vt filius tractatur, probetur. & nu. 6.*

7 *An ex epiſtolis miſſis ab altero coniugum alteri, in quibus ſe coniuges nominant, matrimonium plene probetur.*

8 *An matrimonium per epiſtolam contrahi poſſit.*

1 FILII ſola, † ac ſimplex nominatio, non operatur, vt quis filius eſſe dicatur; & ſic filiatio ex ſola parentum nominatione non probatur, niſi alia adminicula concurrant, ſecundum Bart. *in l. quod Senatuſconſulto. num. 3. & 4. ff. de liberis agnoſ. cendis.* Anton. de Butr. *in c. Michael. in fin. de filiis presbyt.* Ang. & Paul. Caſtren. *in l. non epiſtolis. C. de probatio.* vbi Dec. *nu. 28.* exprimit iſtã eſſe communem opinionem, Rebuffus quoque, *in tract. nominatio. fol. 1. verſic. primo fallit.* Couarru. *in epiſt. 4. c. 8. §. 3. num. 7.* & Petr. Duennas *in regul. 342. filiatio non probatur.* And. Gayl. *lib. 2. obſ. 97.* & ita conſuluit Natta *conſ. 473. quadam nomine Syluia. num. 24. cum aliis ſeqq. volum. 2.* in quibus locis vtiliter, & copioſe limitant communem hanc in 4. caſibus non procedere quorum vnus communiter approbatur, vt clare *in locis præmiſſis* colligitur. Vnde, vt voluit Bart. *in d. §. idem per contrarium.* & Ancharan. *in Clementina, ſi ſummus, 3. nota. de ſent. excomm.* quod

Cõis opin.

ſi dico, bene † eueniat filio meo, quem volo, vt res meas omnes tractet; dicitur ex hoc filius conſtitutus in quaſi filiationis poſſeſſione: quia illud propter quod nomino filium, cõuenit magis filio, quam extraneo: Similiterq; alii actus inducunt probationem filiationis, videlicet, mittere ad ſcholas, facere ei veſtimenta differentia à famulis, & ſcribere eum in natalibus filiorum, ſecundum Bald. *in c. per tuas. col. fin. de probat.* 2

Sed in † caſibus prædictis, in quibus præcitati Dd. aiunt, nominatione filiorum, probare, venit facienda neceſſario talis interpretatio, vt hoc intelligendum, verificandumq; ſit, in filiis legitimis, & naturalibus, vel in naturalibus tantum, nõ autem in filiis ſpuriis, inter quos nominatio ipſa nihil prodeſt, ita Ang. *conſil. 191. col. 1.* quem ſequitur Iaſ. *conſil. 102. lib. 4.* & Gratus *conſil. 138. col. 1. lib 2.* 3

4 Ideo † debent eſſe cauti aduocati in probanda filiatione, quos inſtruit Bart. *in d. §. idem per contrarium. in d. l. non nudis.* & Dec. cum aliis relatis per eum, *in d. c. per tuas. n. 4.*

5 Item filiatio † non probatur per ſolam tractationem, non concurrentibus aliis adminiculis, & per conſequens, quando quis producit ſe fuiſſe tractatum vt filium, parentibus poſtmodum hoc negantibus, non ob hoc videtur ſufficienter probata talis tractatio, & filiatio, ſecundum Albe. Bald. Ang. & Salyc. *in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* Bald. *in d. c. per tuas. colum. 2* Bart. *in d. l. non nudis. in 2. lectu. & in l. quidam. ff. de probat.* Iaſ. *in l. neque profeſſio. C. de teſtamen. & conſ. 106. in fin lib. 1. & conſil. 102. lib. 4.* & Alciat. *in tract. de præſumpt. in 3. regul. præſumpt. 38.* vbi ſcribit hanc eſſe veriorem, magiſq; communem opinionem.

Cõis opin.

In contrariam vero partem, videlicet, filiationem plene probari per tractatum, inclinauerunt Felyn. poſt alios relatos per eum, *in dict. cap. per tuas. num. 13.* Iacobus de Sancto Georgio *in dict. l. quidam.* Natta *conſil. 159. num. 15. volum. 1.* & Deci. *conſil. 54. colum. 3.* vbi ait iſtam opinionem eſſe communem, & ſequitur Ægidius Boſſius, *in practica criminali. in titul. de partu ſuppoſito, num. 9. 11. 27. 28. & ſequent.* Sed prædictas opiniones ad optimam conſonantiam videtur reducere Couarruuias, *in dict. §. 3. num. 6.* & Alciat. *in dicta præſumptione 38. numer. 5. cum aliis ſequentibus.* vbi occaſione ſumpta concordandi opiniones iſtas ponit quatuor caſus neceſſarios, & Vaſquius *in tract. de ſucceſſionum proceſſu. libro primo. §. quarto. numero 4. & ſequent.*

Cõis opin.

6 Bene verum eſt in omnem euentum, † quod antedictus tractatus filiationis, & communis opinio facit probationem, donec doceatur contrarium, ſecundum Gloſſ. *in d. c. Michael.* & *ibi* omnes alios, Bald. *in d. l. non epiſtolis. in 2. nota. per illum text.* & Alex. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 51. viſo, & diſcuſſo proceſſu. colum. 2. vol. 1.*

7 Item nominatio † facta inter coniuges in epiſtolis tranſmiſſis inter eos, in quibus ſe coniuges affirment, ac nominent, licet aliqualem præſumptionem faciat, nihilominus nõ induceret plenam matrimonii probationem; & ſic ex huiuſmodi nominatione non probaretur huiuſmodi matrimonium, *l. non epiſtolis. C. de probation.* Bald. *in l. non ignorat. colum. 1. C qui accuſ. non poſſunt.* & Coraſius *in miſcell. iur. ciu. lib. 3. c. 4. nu. 7. & ſeq.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, eamq; plurimum declarat *ibidem*, & ita iudicauit etiam Rota Roma. *ſub die 24. Nouemb. 1570.* atteſtante Illuſtri D. Oradino pceptore meo, *in deciſ. 277.*

Cõis opin.

8 Eſt nihiloſminus bene verum, † quod matrimonium poſſit per epiſtolam contrahi, *l. 4. & l. fin. ff. de ſponſal. & l. muliere. ff. de ritu nupt.* Gloſſ. *in c. nec illud. 30. q. 5.* & Pariſ. *conſ. 55. n. 1. vol. 4. vbi latiſſime.*

OPINIO CCCXXIII.

SVMMARIA.

1 *Filii duorum fratrum, nullo ſuperſtite patruo, an ſuccedant eidem patruo ab inteſtato in capita, an vero in ſtirpes, etiam in feudis. Et quid ſi vna cum patruo expreſſis propriis nominibus in teſtamento inſtituti ſint, num. 2.*

3 *Nepotes in Hiſpania quomodo ſuccedant cum patruo, in hereditate patrui ab inteſtato. Et quid in Regno Neapol. nu. 4.*

1 Filii duorum † fratrum venientes ad ſucceſſionem patrui nullo ſuperſtite patruo, ſuccedunt eidem patruo ab inteſtato poſt mortem in capita, non autem in ſtirpes, ſecundum Azon. *in Summa. C. de leg. hered. § iure vero nouiſſimo.* Gl. *in § hoc etiam. Inſt. de legit. agna. ſucceſſ.* Hoſtien. *in Summa de ſucceſſ. ab inteſt. § & qualiter.* item in eius Summa Roffredus, & Iaco. Ard. *in Summa feud.* Ioan. And. *in add. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. § 1. verſic. ſed an filii fratrum.* Iac. Bui. Bald. & Salycet. *in auth. ceſſante. C. de legit. agna. ſucceſſ.* Michael Ciſuentes *in comment. ſuper leges Tauri, in l. 8. num. 4.* & Couarr. *in ſuis epitom. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. ſub nu. 8. fol. patruo 399. cum aliis congeſtis per eum.* & per Tiraqu. *in lib. 1. de retract. § 11. Gl. 11. n. 3.* quorum opinioni ſtipulatur etiam Capra *conſil. 21. num. 13.* proferens *ibi* hoc communiter teneri, & ita ſanciuit, ac determinauit Carolus Quintus Imperator *in comitiis de anno 1529. Spiræ habitis*, aſſentiente Senatu Imperii, teſte Ioach. Mynſing. *in ſingularib. obſeruationibus iudicii Imperialis Cameræ. obſerua. 94. cent. 3.* & hoc idem determinauit aliquibus vicibus Imperialis Camera in ſucceſſione feudali, vt fratrū filii in feudo paterno, ſeu antiquo in capita ſuccedant, & ſuccedere debeant, vt meminit Ioach. Mynſing. *in d. obſeru. 94. in fin.*

Cōis opin.

In contrariam vero ſententiam, videlicet, filios fratrum, aut ſororum ſuccedere patruo in ſtirpes, non in capita, inclinauerunt Gloſ. Dyn. Iacob. Aret. Cyn. Albet. Io Faber, Paul. Caſtren. Corn. & Ang. *in d. authen. ceſſante.* Gloſſ. Bart. & Angel. *in l. 1. § fin. ff. ſi pars hered. petat.* Faber, & Port. *in d. § hoc etiam.* & iſtorum opinionem faſſi fuere communem eſſe Nicol. de Vbal. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. 3. par. col. 1.* Zaſi. *in 1. lib. reſponſ. c. 7.* Tiraquel. *in d. Gloſſ. 11.* Alexan. *conſil. 55. num. 4. volum 4.* & Bertran. *conſil. 2. volu. 1.* vbi ita conſuluit, & ita conſuluit etiam aſſerendo iſtam eſſe communem traditionem Boer. *conſil. 2. poſito in fin. opuſcul. ſeu commentaris Dyni de reg. iur. in 6.* & in effectu iſta eſt veritas, prout deducit pluribus rationibus, & autho. Bar. *in l. poſt conſanguineos. § hereditas ff. de ſuis, & legit. hered.* & Alex. *ibi in add. ad ipſum Bart. ſuper litera G.* & Cyn. Alb. & alii communiter, *in d. auth. ceſſante.* & ita laudauit in facti contingentia excellens vir D. Io. Vincentius Burrus compatriota meus, *de præſenti menſe Martii, 1574.* in cauſa ſibi compromiſſa per Marcum Anton. Notarium Alex. Leunardum, & Francisc. de Friſcantonio de oppido Aſſerici olim comitatus Ciuitatis noſtræ. Et ſic etiam extitit iudicatum *Anno 1575.* in Regia Aprutina audientia, vt ſupra, in cauſa vertente in ipſa regia audientia inter Franciſcum, & Martinum, & Ioſephum de Rotundo de Ciuitate Theatina, aſſidente *ibi* pro Auditore meritiſſ. præclariſſ. D. Ruberto Robertutio viro vndique iuſto, & natura, & diſciplina vigilantiſſ. in audiendis cauſis, & tutiſſimo in eis decidendis, prout eius iudicia hactenus promulgata in eadē Regia audientia quaſi diuina, & irrefragabilia appellari queunt. Et aduerte ne te decipiat Capra *in dict. conſil. ſuo 21. in fin. & conſil. 104. num. 1.* qui aſſerit primam opinionem Azo. & ſequacium communiter approbari: quia aſſertio hæc falſa redditur, & ipſe Capra decipitur in hoc, teſte Tiraquell. *in dict. Gloſſ. 11. num. 3 cum aliis ſequentib. folio 165.* vbi inhæret iſti vltimæ opinioni Gloſſ. communi ſimul cum aliis innumeris Doct. relatis per eum, & Franciſcus Beccius etiam cumulatiſſime *conſil. 16. tametſi. per totum. volum. 1.* vbi ita doctiſſime conſuluit.

Cōis opin.

Sed hoc † limitatur non procedere vbicunq; nepotes ſimul cum patruo ſuccederent ex teſtamento in hereditate patrui, & prædicti nepotes inſtituti, vel ſubſtituti eſſent per patruum nominib. propriis expreſſis, vna cum fratre teſtatoris, tunc vtique omnes inſtituti, vel ſubſtituti ſuccederent in capita, ſecundum Afflict. *deciſio. 309. pater quidam nobilis inſtituit filios.* vbi teſtatum reliquit ita fuiſſe deciſum *in Sacro Regio Conſilio*, & Cæſar Vrſillus *in additio. Afflict.* vbi vtiliter limitat, & interpretatur iſtam deciſionem. 2

In Hiſpania † vero ab inteſtato ſuccedunt in hereditate patrui nepotes ſimul cum patruo in ſtirpes, non autem in capita. textus eſt *in dict. l. 8. Tauri.* & *ibi* Ciſuentes. Item † fratres, & filii fratrum in Ciuitate Neapolis in ſtirpes ſuccedunt, & non in capita per conſuetudinem Neapolitanam *incip. ſi quis, vel ſi qua. de ſucceſſ. ab inteſtat.* & refert Afflict. *in cap. 1. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter dom. & agna. nu. 11.* 3 4

OPINIO CCCXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Frater an libros ſibi datos à patre, & expenſas Doctoratus, item arma, & equos ſibi emptos, ad eundum in militiam, vel expenſas factas in adipiſcendo officio, fratribus conferre teneatur.*

Filius, † cui à patre conceſſi, dariq; libri apparent, vt literis vacaret, illos fratribus ſuis conferre non tenetur, ſecundum Bartolum *in l. 1. § nec caſtrenſe. ff. de collatio. bono.* Paul. Caſtren. Alexand. *num. 20.* & Ripam *num. 188 in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam.* Iaſ. *in l. filia licet. C. de collation.* Coraſi. *in l. filium quem habentem. num. 92. & 100. C. famil. erciſcun.* Angel. Bald. & Salyce. *num. 8. in l. omnimodo. § imputari. C. de inoffic. teſta.* Bertrand. *conſil. 284. multi ſunt conſultationis articuli. num. 9. volum. 8.* & Dec. Alexand. *in l. ſi donatione. C. de collat.* vbi perhibet iſtorum ſententiam communem eſſe. Quæ quidem procederet, quando filius erat emancipatus, & ſic vbicunque filio emancipato donatio fieret: arg. *l. qua pater ff. famil. erciſcun. cum Gl. iuncta l. illud. C. de collat.* Contrarium vero firmauere, & male quamplures Dd. citati per Ruin. *in d. l. in quartam. nu. 18.* & per alios Dd. præcitatos. 1

Cōis opin.

Intelligitur que ſeu ampliatur præmiſſa communis opinio ſimiliter habere locum in filio ſcholare, cui ſi pater libros in ſtudio donaſſet, & poſtea viuo patre Doctor euaderet, illos fratribus conferre minime teneretur, ſecundum communem opinionem omnium Scribent. quam ſequitur, & citat Alexand. *conſil. 142. col. pen. vol. 2* & Ripa *in d. l. in quartā.* imo ipſe filius minime tenetur conferre fratribus expēſas factas ad gradum Doctoratus ipſius adipiſcēdum: quia quaſi caſtrenſe id reputaret, vt voluerunt Bald. Ang. Saly. & Pau. Caſt. *in d. § imputari.* Bar. *in d. § nec caſtrēſe.* Bertr. *in d. conſ. 284. ſub n. 9.* & iſta eſt cōmunis opinio, cui inhæret etiā Ripa. *in d. l. in quartā. n. 166.* & Coraſ. *in d. l.*

Cōis opin.

Cōis opin.

d.l.filium, quem habentem, nu.110. quamuis Ruin. *ibi*, & leuiter ſentiat contrarium.

Imo quoque ipſe filius equos & arma à patre ſibi conceſſa, vt ad bellum proficiſceretur, fratribus nullo modo conferre teneretur, ſecundum Gl. & communiter Doct. *in d.l.quæ pater.* Bal. Ang. Sal. *in d.§. imputari*, & Ripam *in d.l.in quartam, nu.167.* Cōis opin.

Imo etiam expenſæ factæ à patre, vt filius ſcriptoriam apoſtolicam, vel non apoſtolicam, vel decurionatum adipiſceretur, conferendæ fratribus non eſſent: cum nec vendi, nec ad heredes transmitti poſſint, ſecundum aliquos Doct. *in d.§ imputari.* & Nicol. de Vbal. *de ſucceſ. ab inteſtato.* Contrarium vero ſenſere, vt conferendæ veniant huiuſmodi expenſæ, Paul. Caſt & Iaſ. *in d.§. imputari.* & Ripa *in d. l. in quartam, nu.163.* & iſta eſt communis opinio. Cōis opin.

OPINIO CCCXXV.

SVMMARIA.

1 *Hereditas ex capite, vnde legitimi, poteſt agnoſci à filiis, etiam poſt 30. annos; a capite vero, vnde liberi, non item.*

2 *Extraneus an reſtituatur ad hereditatem non agnitam lapſu 30. annorum, ex capite ignorantiæ.*

3 *Præſcribitur ius adeundi hereditatem extraneorum 30. annis.*

1 FILII † non obſtante præſcriptione, ſeu lapſu triginta annorum poſſint agere, & agnoſcere hereditatem maternam, vel paternam ex capite, vnde legitimi, dato quod excludantur præſcriptione à capite, vnde liberi, vt per Bartol. *conſil.128.* Alexan. cæteroſque omnes, *in l.licet, C. de iur. delib.* & iſta eſt communis opinio, ſecundum eundem Alex. *conſil 89. vol. 2.* Corn *conſ.70.vol.4.* Gozad. *conſil.59.nu.7.* & Dilect. *in tract. de arte teſtandi, tit. de acquir. vel repud. heredit. caut. 6 num.2.* Cōis opin.

2 Quoad † extraneum vero, ſi extat ignorantia, reſtituitur aduerſus præſcriptionem triginta annorum, non autem maiorem, vt per Alex. *conſil. 106. vol. 5.* Fulg. *conſ. 64.* Dec. *conſ.103.* & Dilectum cum aliis cumulatis per eum, *in d.cautel.6.nu.3.* vbi docet iſtam communem ſententiam eſſe. Cōis opin.

3 Quia † regulariter ius adeundi hereditatem ipſorum extraneorum præſcribitur ſpatio triginta annorum, ſecundum communem opinionem, quam firmat Gloſſ. & Doctor. *in l.ii, ff. de acquiren. hered.* Bald. & Iaſ. cum cæteris ſignatis per eum *in d.l.licet, verſicul. pro cuius reſ euidentia.* Imol. *conſ.73. in caſu propoſito, in prin.* & iſtam communem ſequitur etiam, & citat Corn. *conſ 299. videtur prima facie, nu.3. volum.3.* Felin. *in cap. de quarta, poſt num.22. de præſcrip.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in ver. Reuertatur, num. 392.* Franc. Balb. *in tract. de præſcrip. in 4. par. 4. partis principalis, quæſt.19.* & Ioachimus *in obſ.71. cent. 2.* vbi oſtendit ita obſeruari in Camera Imperiali. Cōis opin.

OPINIO CCCXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Matrem an dotare filius teneatur, an vero tantum alere.*

1 FILIVS † tenetur alere matrem, *l. ſi quis à liberis, in princip. ff. de liber. agnoſ. l. filia.* & *ibi* Bald. *C. de pat. poteſtat.*

Quod vendicat ſibi locum, ſi facultates vtrique ſufficiant, alias ſecus, *l.1.§.præterea, ff. de tut & rat. diſt.* vbi DD. ſed dotare minime tenetur, *l. tutor, ſecundum §. fin. de admin. tut.* Bald. & Ang. *in l.3. C. de præſcript. long. temp.* Ang Alex. *n.20.* Rip. *n.82.* & omnes communiter *in l.1. ff. ſol. matr.* & Campeg. *in tract. de dote, in 1. par. q.21.* Cōis opin.

OPINIO CCCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Pater tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ eius conſenſu.*

2 *Filia an ſine patris conſenſu nubere poſſit, & ſi fecerit, an patrem cogere poſſit ad dotandum. Et quid iuris in filio contrahente matrimonium abſque patris conſenſu. n.3. & 5.*

4 *Homo frigidior frigiditate ipſa, eſt calidior calidiſſima muliere.*

6 *Statutum imponens pœnam contrahenti matrimonium abſque patris conſenſu an valeat.*

7 *Dotem relictam filiæ per patrem, hac conditione, ſi nubat cum conſenſu matris, an filia exigere poſſit contrarium faciens.*

8 *Matrimonium contractum ſine conſenſu patris irritum dicens anathematizatur.*

9 *Pater an perdat vſumfructum in bonis filii, ſi matrimonium contrahat ſine eius conſenſu.*

PATER † tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ de eius conſenſu, ſecundum Gloſſ. communiter approbatam *in l. obligamur, §. 1. ff. de action. & obligat.* quam ſequitur, allegat, nonnihilque declarat Ripa *in l. 2. column. 9. ff. ſoluto matrimonio, & in l.1. numer. 12. 55. & ſequent. eodem titul.* Bald. *conſil 456. recolo, volumin. 5.* & Brun. *in tract. de ſucceſſion. ab inteſtat. in 1. par. in 9. artic. 2. q. n 50.* Nec iſta communis videtur habere dubitationem, cum ita pater aſtringere tacite ſe videatur, *l. 2. in princ. ff. ad municip.* ſed dubium inſurgit, quando filia contraxerit matrimonium abſq; patris conſenſu, tunc huiuſmodi communis redditur anceps, & dubia, & ab omnibus Doctoribus in vtramque partem agitata. 1 Filia. Cōis opin.

Cæterum, vt † veritas eluceſcat, filiæ licet ſpreto patris conſenſu nubere, ſecundum communem ſententiam Doctorum, teſte Iaſ. *in Auth. ſed ſi poſt, ſub nu. 5. C. de inoffic. teſtam.* & Coraſio *in repet. l. qui liberos, nu. 99. C. de ritu nupt. in 2. lect.* & hoc probatur *in c. ſufficiat, 27. q. 2.* & Gloſſ. *in c. fin. 32 q. 2.* 2 Cōis opin.

Iſta vero communis procedit de iure canonico, videlicet, quod filii poſſint matrimonium contrahere ſine conſenſu patris, & dicit Gloſſ. *in l. Paulus, ff de ſtatu hom. & in §.1. Inſtit. de nupt. in ver. ſecundum datum.* & *ibi* Ang Ioan. de Platea, & Ioan. Fabri, & Iaſ. *in addit. 1. ad Portium, per text. in c. videtur, qui matrimonia accuſar. non poſſ* & tanto magis habet locum iſta concluſio, quando filia nupſit poſt vigeſimum quintum annum: cum eo caſu nihil ſit quod ei imputari poſſit, ſed potius patri, qui tantum diſtulit filiam in matrimonio collocare, *§. ſi vero vſque, Auth. vt cum de appellation. cognoſcitur.* & tunc poſſet cogere patrem ad congrue ſe dotandum, ſecundum Neuizan. cum aliis coaceruatis per eum *in ſylua nuptiali lib. 2. nu. 36.* & Syluanum *conſ. 2. nu. 71.* Et iſtud, vt patet recte intuenti, procedit etiam de iure ciuili, videlicet vt filia non poſſit contrahere matrimonium abſque patris conſenſu, niſi ad vigeſimum quintum annum vſque peruenerit, *Authen. ſed ſi poſt, C. de inoffic. teſtam.* & not. Ioan. de Amicis *conſil. 91. nu. 5.* & Syluanus *in d. conſil. 2. nu. 44.* vbi poſt Ripam *in d. l. 1.* narrat iſtam eſſe magis communem opinionem, quod pater filiam minorem viginti quinque annis nubentem abſque eius conſenſu priuare dote, & exheredare poſſit. Sed contrariam ſententiam amplectitur Coraſius *in miſcell. iuris ciuilis, lib. 1. c. 17. nu. 3. & ſeq.* Cōis opin.

Et quamuis iſte textus *in dict. Authent. ſed poſtquam.* loquatur † in filia, idem dicendum eſt in filio, cui 3
magis atq; etiam magis ſanguis, quam filiæ; feruet &

bulſit, vt *in d. §. 1. Inſtitut. de nupt.* & tenet Ioan. Fab. *ibi*
4 per iſtam rationem; quia † frigidior homo de mundo, calidior eſt calidiſſima muliere, ſecundum naturales, & ita dicit Auicenna *prima i. capituli de etatibus*, vt refert Gabriel de Taragna *in text.* Contrarium
5 vero firmat Coraſius *in d. c. 17. nu. 5.* vbi ait, † quod filii contrahentes matrimonium abſque parentum conſenſu exheredari non poſſint, & hoc idem firmat Abb. & alii *in c. 1. de deſponſ. impub.* & Ioan. Baptiſt. Ferrettus *conſil. 34. in præſenti cauſa matrimoniali Paduana, nu. 14. vol. 1.* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, poſt Abb. *vbi ſupra*, & reddit rationem. Cõis opin.

Iſthæc concluſio declaratur, ac limitatur in quinque caſibus per Coraſium, *in d. l. qui liberos, nu. 99. cum aliis ſeqq. in 2. lectur.* quos omitto breuitatis ſtudio.

6 Amplia etiam dictam concluſionem, † quod in tantum procedat, quod ſi ſtet ſtatutum imponens pœnam contrahenti matrimonium abſque patris conſenſu, non valere, nec tenere: quia metu pœnæ matrimonii libertas impediretur, vt voluit Ioan. Andr. *in cap. ſtatutum, il primo, de hæret. lib. 6.* cum aliis late congeſtis per Ruinum *conſil. 144. num. 20. lib. 5.* vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem, & Curt. ſenior *conſ. 27. nu. 3.* & Dec. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitution. num. 128. & ſequen.* & ſic conſuluit Alexand. *conſil. 1. volum. 3. conſil. 59. nu. 5. conſil. 97. principalis dubitatio, nu. 2. cum aliis ſequen. volum. 6.* & videtur opinioni huic inhærere quoque cum aliis citatis per eum Rodericus Suares *in ſuis allegationibus, in l. 2. in titul. De los caſamentos, nu. 13. 19. & ſequen.* vbi refert Doctor. contrarium ſentientes, & Moder. etiam *in ſcholiis ad Alex. in d. conſ. 97. in litera E.* Cõis opin.

Amplia etiam eandem concluſionem procedere,
7 vbicunque † pater legaret filiæ ſuæ 400. tempore nuptiarum ei conſignandos, caſu quo nuberet cum conſenſu, licentiave matris, & heredis, alias non impetrata, & adhibita iſta licentia, quod recipere deberet duntaxat 100. tunc igitur quamuis contraheret matrimonium ſine conſenſu ipſius matris, & heredis; nihilominus deberet habere dictos quadringentos ſcutos: quia pater committere nequiret alteri arbitrium maritandi filiam, eſto quod matrimonia libera eſſe debeant, nec pendere poſſint ab alieno arbitrio, vt docte conſuluit Natta *conſil. 355. Nobilis Lucas, volum. 2.* & ita eleganter, ac docte declarabat iſtam materiam illuſtris D. Raynaldus Rodulphus Perußinus, dum eum publice audiebam Perußii. Imo anathema eſt, affirmans † matrimonia à filiisfamilias
8 contracta abſque conſenſu parentum irrita fore, ac parentes ea rata, ſeu irrita facere poſſe, ſecundum Concilium Tridentinum, *ſeßione 24. cap. 1. incip. Tametſi, poſt princ.* Ideo caue à Coraſio, qui *in d. cap. 17. nu. 6. cum aliis ſequen.* nimis licentioſus auſus eſt hoc coarctare, & firmare, non procedere in ſponſalibus inuitis parentibus per filios contractis, dummodo nuptiæ non ſint perfectæ mediante concubitu.

9 Interpretatur inſuper prædicta, † non habere locum, vbicunque filius facto non proprio liberatus à patria poteſtate reperiatur, hoc caſu pater non perdit vſumfructum, quem habere debet iure patriæ poteſtatis, *l. fin. C. de vſufruct. & l. 2. C. de bonis mater.* Sin autem pater conſentiret matrimonio filii, & ſic ex patris facto eſſet patriæ poteſtatis nexu liberatus, tunc perderet totum vſumfructum ſine reſeruatione partis dimidiæ vſusfructus, prout reſeruat *per l. cum oportet, §. cum autem, & §. hoc quoque, C. de bonis quæ lib.* vt per Bar. *in Auth. item eſt, C. eod. tit.* à cuius ſententia nemo ex Dd. diſcedit, & ſic iſta opinio eſt communis, vt conſtat ex *alleg. per Scrib. ſub. & in multis conſ.* Cõis opin.

OPINIO CCCXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater relinquens filiæ mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, an monaſterium ingrediens, mille petere poßit.*

FILIÆ † relinquens in teſtamento pater mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, quo caſu, inquam, ſi ingrederetur religionem, poſſet petere mille, ac ſi nupſiſſet, vt per Bart. *in l. 2. nu. 1. ff. de his, quæ pœnæ nomine.* Man beſil. *ſingul. 52. exordiente, nota, quod ſi teſtator.* Alex. *conſil. 35. ſuper contentis, col. 2. volum. 3.* Alber. de Roſat. *in tractat. ſtatut. in 2. part. quæſt. 104.* Ioan. Campeg. *in tract. de dote, in 1 parte, quæſt. 30.* & Marſil. *in rub. ff. de fideiuſſ. nu. 127.* & Felin. *nu. 37.* & Auguſtin. Berous *in c. in præſentia, nu. 494. & ſeq. de probat.* Et iſta eſt communis opinio, teſte Ripa *in l. 1. nu. 62. ff. ſolut. matrim.* Marſil *in l. 1. nu. 45. ff. de rapt. virgin.* & Dec. *in dict. cap. in præſentia, nu. 59. & conſil. 614. in teſtamento Bernardini.* Gabriel. Sarayna *in addit.* Manheſil. *in dict. ſingul. 52.* & Cæſare Vrſillo *in annotation.* Afflict. *in deciſ. 348. nu. 2.* vbi meminit ita fuiſſe deciſum *in ſacro regio conſilio Neapolitano*, quod mulier ipſa ingrediens monaſterium, tunc non obſtante mente teſtatoris deberet recipere dotem, ſecundum conditionem ipſius monaſterii, nec ſufficeret legitima. 1 Cõis opin.

Sed interpretatur iſta communis non procedere, quando teſtator expreſſe declarat dicta mille filiam non poſſe conſequi, niſi matrimonium contraxerit, & ſi monaſterium ingreſſa fuerit, non poſſet petere, niſi centum. Nam ſeruanda eſt voluntas teſtatoris, quando de illa aperte conſtat, *§. diſponat, in Authen. de nupt. & l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſt.* Et quilibet rei ſuæ poteſt, quam velit, legem imponere, *l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo.* Et quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter, *l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hered.* Nec æquum eſt, quod monaſterium habeat bona teſtatoris inuiti, id eſt, illa mille, quæ relicta ſunt, ſi virgo nuberet. Inuitus enim nemo cogitur benefacere, *can. de Iudæis, 45. diſtinct.* Et iſta eſt verior, & magis communis opinio, vt ſcribit Dec. *conſil. 419. viſo eleganti conſilio, col. 2.* poſt relatos per eum, & nouiſſime Auguſt. Berous *in d. c. in præſentia, nu. 494. & ſeq.* & in hac opinione ſunt etiam quamplurimi Doctores, quos refert Iaſ. *conſ. 43. Ioan. & conſil. 5. lib. 3.* vbi audacter fatetur, quod totus mundus ſequitur iſtam opinionem, idemque ſentit, & firmat Vaſquius *lib. 3. §. 29. nu. 23. in tract. de ſucceſſ. proceſſ. tit. communia de legat. & fideic.* vbi dicit veriorem æquioremque eſſe. Limitatur etiam mentionata communis in duobus aliis caſibus per Felin. *in d. c. in præſentia, ſub nu. 37.* Cõis opin.

OPINIO CCCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Filius, cui ex teſtamento, vel ab inteſtato delata eſt hereditas, an legitimam abſque onere capere, & reſiduum hereditatis repudiare poßit.*

FILIVS, † ſi tota patris hereditas illi delata eſt ex teſtamento, vel ab inteſtato, non poteſt legitimam abſque onere capere, & reſiduum hereditatis repudiare, ſed totum, aut capere, aut repudiare debet, vt concludunt Bar. Ang. & cæteri omnes, *in l. quia poterat, ff. ad Trebell. & in l. pro herede, §. ſeruo, ff. de acquir. hered.* Cyn. Bald. Salyc. & Alex. *in l. heres, C. de impub.* Abb. & alii communiter, *in fin. in c. Raynutius, de teſtam.* & Bald. *in l. vnica, C. quando non peten. par.* 1 Cõis opin.

* * *

OPI-

OPINIO CCCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas paterna delata non cenſetur adita à filio, niſi probetur ex aliquo actu, eum ſe geſſiſſe pro herede.*

1 FILIVS, † cui mortuo patre eſſet delata hereditas patris, non cenſetur tunc ſe gerere pro herede, ſiquidem non eſſet aliquo modo fundata contra eum intentio creditorum hereditariorum, niſi probarent filium ipſum ſe paternæ hereditati immiſcuiſſe, ſecundum Gloſſ. Bart. Ang. & alios omnes, *in l. neceſſarius. ff. de acquir. hered.* Bal. & Caſtren. *in l. 1. C. ſi minor ab hereditate abſtineat.* vbi etiam Anton. de Alex. qui refert iſtam eſſe communem opinionem, cui inhæret quoque Bartol. *in l. ſi dubitetur, §. et. ff. de fideiuſſoribus.* Alexand. *conſ. 72. viſo proceſſu, & omnibus actis, ſub nu. 1. & ſequen. volum. 5.* Gloſſ. & Alexand. cum aliis ſignatis per eum, *nu. 10. in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon.* vbi adiicit hanc magis communem opinionem eſſe. Cōis opin.

OPINIO CCCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Tertius non poteſt de iure fiſci excipere, ſi cum effectu bona non ſint per fiſcum apprehenſa. & n. 2.*

1 FISCI † iura tertius opponere non poſſet de præſenti, tam vbi legatarius faceret ſe indignum legato ſibi relicto ob offenſam, iniuriamque per eum illatam teſtatori, quam in quibuſcunque aliis caſibus, in quibus quis priuaretur aliqua re, & applicaretur fiſco, & ſic nemo opponere poſſet iura fiſci, eo quod bona ipſo iure ſint in eum translata, niſi corporalem eorum poſſeſſionem apprehenderit, ſecundum Bar. *conſil. 82.* Martin. Bald. & alios, *in l. ex facto, §. final. ff. de vulg. & pupil.* & Gloſſ. *in l. si conſequenter, §. ſed an, ff. famil. erciſcun.* quam ſequitur, & ait ſingularem ad hoc, & communiter approbatam Alex. *conſil. 209. conſideratis his, quæ in themate narrantur, nu. 19. volum. 6.* & Socin. *conſil. 79. & conſil. 84. volum. 4.* & Hieronymus Albanus *conſ. 8. doleo, quod cauſa viduæ mortalis* Cōis opin.
2 *prope ad immortalitatem protrahatur, nu. 28.* Ita † vt quis non poſſit de iure fiſci excipere, vt per Gloſſ. *in l. hu conſequenter, §. 1. ff. fam. ercis.* & Roman. *conſ. 76. in cauſa, num. 6.*

OPINIO CCCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Fiſcus ſuccedens in bonis priuati an teneatur ea obligatione, qua tenebatur priuatus. Item an etiam ad onera. n. 2.*

3 *Reus criminis læſæ Maieſt. publicatis eius bonis, decedit inteſtatus, tam quoad legata, & fideicommiſſa, quam inſtitutiones.*

1 FISCVS † ſuccedens in bonis priuati per viam publicationis bonorum, ſiue alio modo, tenetur ea obligatione, qua tenebatur priuatus, textus eſt *in l. via conſtituti, §. ſi fundus, ff. de ſeruit. ruſt. prad. & in l. cum quidam, §. fiſcus, ff. de vſur. & in l. ſi marito, ff. ſol. matrim.*
2 Idemque † concludendum eſt in oneribus legatorum, & fideicommiſſorum, & reliquis omnibus, vt onera creditorum fiſcus ipſe ſubire debeat, quando bona vacantia ſibi deferuntur, *l. recuſare, §. ſi fiſco, ff. ad Trebell. l. ſi Titio.* vbi Bart. & alii, *ff. de legat. 2. & l. ſi ſeruum plurium, §. ſi quis ante.* & ibi omnes Dd. *ff. de legat. 1.* Et hoc certe, ac tute intelligendum eſt, vbicunque culpa heredis bona vacare, & ad fiſcum tranſitum facere cœperunt. *l. ſororem, C. de his, quib. vt indig. & d. §. ſi quis ante.* & tenet Iaſ. *in l. eam quam, n. 13. C. de fideicom.* & Alex. *in d. §. ſi fiſco.* vbi appellat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Contrariam vero partem, vt etiamſi ſine culpa heredis ipſa bona vacare cœperint, adhuc fiſcus onera ſubire debeat, & ſic, vt teneatur legata, atque fideicommiſſa agnoſcere, tenet Salyc. *in §. pen. per text. ibi, C. de cad. tollen.* vbi promit hanc eſſe communem ſententiam. Cōis opin.

Sed † ſi propter crimen læſæ Maieſtatis, vel aliud ſimile publicarentur bona teſtatoris, ille tam inteſtatus, & inteſtabilis decedit, quoad legata, & fideicommiſſa, quam quoad inſtitutiones, *l. 2.* per quam ita firmant *ibi* Bart. Alber. Paul. Caſtr. Cuman. Alex. Iaſ. Ripa, & alii communiter. *ff. de legat. 1.* 3

OPINIO CCCXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Fratribus cum legatur, primis tantum fratribus legatum cenſetur.*

2 *Statutum loquens de fratre, de primis fratribus intelligitur.*

FRATRIBVS † vbicunque legatum ſimpliciter relictum foret, intelligeretur vtique de primis duntaxat fratribus, non autem de vlterioribus, ſecundum Bartol. *in l. Lucius, §. quæſitum, poſt princ. ff. de leg. 3.* 1

Et hoc † idem voluit in ſtatuto loquente de fratribus Bal. *in l. iubemus, §. fin. ad Senatuſconſ. Trebel. in l. 1. in princ. ff. de inoff. teſtamen.* Anchara. *in repetit. c. 1. poſt medium, de conſtitut.* Imol. & Alexan. *in l. ſi dotali, ff. ſolut. matrim. conſ. 97. col. 1. & conſ. 204. vol. 2. & conſil. 221. vol. 6.* Roman. *conſil. 10.* Paul. Caſtren. *in l. tres fratres, ff. de pact.* Corn. *conſ. 92. vol. 3.* Alex. & Iaſ. *in l. ſi mater, C. de ſucceſſ. edict.* Bal. *in l. vxor, poſt prin. C. qui accuſ. non poſſ. & in c. quæ in eccleſiarum, colum. penult. de conſtitut.* vbi loquitur de conceſſione feudi, & ſtatutis, Corn. *conſil. 92. colum. 2. vol. 3.* & Iaſ. *conſ. 205. vol. 2.* Et iſta eſt communis opinio, licet, & male, aliqui ſenſerint contrarium, præſertimque Ioan. Andr. *in addit. Specul. in rub. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 1.* & Bal. titubanter *in l. fœminas, col. fin. C. de inoff. teſtam.* & Ang. etiam ſibi contrarius *conſ. 369.* & Roman. pariter ſibi parum conſtans *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* Eſt bene verum, quod nonnulli Doctores *in mentionatis locis* dicunt iſtam eſſe potius limitationem, quam contradictionem: tamen quicquid ſit, in actu practico noli aliter recedere, à prælibata communi tanquam veriſſima. 2 Cōis opin.

OPINIO CCCXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Fratres vtrinque coniuncti, præferuntur fratribus ex parte patris tantum.*

2 *Statutum, quod ſtantibus fratribus fœminæ non ſuccedant, an intelligatur de fratribus vtrinque, vel à parte patris ſolum coniunctis. & nu. 3.*

FRATRES † vtrinque coniuncti præferuntur fratribus ex parte patris tantum, quia duo vincula vnum vincunt; & conſequenter fratres coniuncti ex vtroque parente in ſucceſſione fratris inteſtati præferuntur in omnibus bonis aliis fratribus ex altero tantum parente coniunctis, *Auth. itaque, C. communia de ſucceſſ.* & not. Capra *conſ. 8. n. 1. & conſ. 67. n. 2.* Ferrar. *in ſua pract. Papien. in forma libelli pro hered. ab inteſtat. in §. nulliſque ſuperſtitibus ex eo liberis, nu. 30.* Curtiun *conſ. 78. nu. 1.* Natta *conſ. 395. viſo inſtrumento Guilielmini Mantelli, nu. 1. vol. 2.* & Tiraq. *in tractat. de retractu, titul. de conuentionali retractu, §. 14. gloſſ. 2. nu. 5. fol. parte no 170.* 1

Sed † ſtante ſtatuto, quod fœminæ, ſeu ſorores extantibus fratribus, non ſuccedant, intelligitur etiam ſecundum ius commune de fratribus vtrinque 2

con-

coniunctis, & non de coniunctis ex parte patris tantum; & ſic ſoror vtrinque coniuncta ſola ad ſucceſſionem patris ſui vtrinque coniuncti admittitur excluſis aliis fratribus, ex parte patris tantum coniunctis, ſecundum Ancharan. *in repetit. cap. canonum ſtatuta, col. 130. verſ. Occurrunt aliæ quæſtiones, de conſtitut.* cum quo videtur concurrere Tiraquellus *in d. tract. de vtroque retract. titul. de retractu conſanguineorum. §. 14. gloſſ. 2. nu. 6. fol. par. 120.* Caccialupus *in repetit. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. fol. 15. verſ. Quæritur.* & Socin. *conſil. 252. nu. 18. vol. 2.* cum aliis citatis per Alber. Brun. *in tract. ſtantibus maſculis, &c. articul. 12. q. 14.* & pro iſta opinione nonnulla argumenta adducit etiam ad eius corroborationem Laurus de Palatiis *in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſione, in verſic. Nunc autem vtiliter quæro, nu. 163. cum aliis ſeqq.* & ita conſuluit Ruinus *in conſil. 58. volum. 3.* Alex. *conſ. 5. vol. 6.* Paul. *conſil. 19. vol. 3.* & Ioan. de Guidonibus de Arimulo *in conſ. 64. nu. 4. cum aliis ſeqq. poſito inter conſil. vltim. volum. collecta per Ziletum, vol. 1.*

In contrariam vero partem, videlicet, quod frater legitimus, id eſt, ex parte patris tantum coniunctus excludat in hoc caſu ſororem, ſeu ſorores vtrinque coniunctas defuncto, inclinarunt Bald. Fulgoſ. Paul. Caſtren. & Corn. *in l. 1. C. de legit. hered.* Roman. *conſ. 411.* Alex. *conſ. 9. col. fin. vol. 5.* Socin. *conſ. fin. in fin. vol. 2.* Socin. iun. *conſ. 67. num. 37. vol. 3.* Campegius *in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſione, in quæſtion. 27. & ſeq.* vbi refert, ita alias Mantuæ extitiſſe obtentum, & ita conſuluit Alciatus *conſ. 37. vol. 2.* vbi congerit alios eiuſdem ſententiæ, & firmat iſtam eſſe magis communem opinionem, idemque conſuluit doctiſſime & copioſiſſime Iacob. Mandellus *conſil. 81.* vbi ſimiliter prædicat iſtam eſſe magis communem ſententiam, ac ſimul tollit melius, quam alius, quem hucuſque viderim, omnia fundamenta partis contrariæ, & in effectu iſta eſt veritas, & in iudicando conſulendoque quis non erraret in amplectendo ipſam communem, cui alias inhæſit Anton. Roman. IC. inſignis in aula epiſcopali Paduana, vt meminit Laurus de Palatiis *in loco ſuperius citato*, & pro hac parte conſuluit quoque Capra *in d. conſ. 8.* Et ita fuit [Cōis opin.]

3 deciſum *in ſacro regio conſilio Neapolitano*, quod † ſoror vtrinque coniuncta excludatur à ſucceſſione bonorum paternorum à fratre conſanguineo, ſed deberet habere paragium ſecundum conſuetudinem Neapolis, vt refert Cæſar Vrſillus *in addition. Afflict. in deciſ. 38. ſub nu. 11. & ſeq.*

OPINIO CCCXXXV.

SVMMARIA.

1 *Fratres germani, an, & in quibus bonis fratribus vterinis, & vice verſa vterini, in quibus bonis germanis in ſucceſſione fratris præferantur. Item nepotes. n. 2.*

1 FRATER † germanus in ſucceſſione fratris inteſtati præfertur vterino tantum, in bonis præſertim à patre prouentis, & vterinus præfertur germano tantum in bonis à matre prouentis, & in bonis aliunde quæſitis æqualiter ſuccedunt, *l. de emancipatis, C. de legit. heredib.* quam ſingularem ait Guiliel. Benedict. *in c. Raynutius, de teſtamen. ver. Et vxorem, nu. 665.* Et hoc expreſſe voluerunt Gloſſ. *in Auth. poſt fratres, C. de legit. hered. & in Auth. itaque, C. communia de ſucceſſion.* vbi Corn. & *in conſ. 266.* perhibet iſtam eſſe communem opinionem, idemque aſſerunt Ferrarien. *in ſua practic. Papien. in forma libelli pro hered. ab inteſtat. delat. in §. nulliſque ſuperſtitibus ex eo liberis, nu. 29.* & Tiraquel. copioſe cum aliis ſignatis per eum, *in tractat. de vtroque retractu, titul. de retractu conſang. §. 14. gloſſ. 2. nu. 4. fol. 169.* Boer. *deciſion. 185. nu. 3.* Ant. Rub. *conſil. 76.* & Iaſ. *in l. poſt dotem, in fin. ff. ſol. matrim.* [Cōis opin.]

Sed hęc communis intelligenda eſt in † fratribus, a eorumque filiis, non autem in fratrum nepotibus: nam iſti æqualiter admittuntur, ſecundum Pet. de Bellapertica *in d. Auth. itaque.* cum quo cæteri omnes Doctores communiter tranſeunt, & ita extitit deciſum *in Sacro Conſilio Neapol.* teſte Cæſare Vrſillo *in apoſtillis ad Afflictum in deciſ. 38. ſub nu. 11.* [Cōis opin.]

OPINIO CCCXXXVI.

SVMMARIA.

a *Fratres & ſorores vtrinque coniuncta, an fratri defuncto ſuccedant vna cum parentibus, in capita.*

2 *Auus paternus an excludat in ſucceſſione nepotis fratrem eius conſanguineum, vel ex vno tantum latere coniunctum.*

1 FRATRES, † aut ſorores germanæ, & ſic vtrinque coniunctæ, inteſtato fratri, decedenti ſine filiis, ſuccedunt ſimul cum eorum parentibus, ita vt diuiſio hereditatis inter eos facienda ſit per capita, vt not. Boer. *deciſ. 185. nu. 1.* & ita fuit deciſum *in Sacro Regio Conſilio Neapol.* fratres ipſos debere admitti ſimul cum matre ad bona paterna, vt teſtatur Cæſar Vrſillus *in addit. Afflict. in deciſion. 38. ſub nu. 11.* Sed mentionati fratres vtrinque coniuncti non excludunt auum, nec auiam à dicta ſucceſſione fratris, imo admittuntur ſimul cum auo, vel auia per capita, ſecundum Gloſſ. Bar. Caſtren. Salycet. Corn. & cæteros omnes, *in d. Auth. defuncto.* Nicol. de Vbal. *in tract. de ſucceſ. ab inteſtat. 2. part. q. 2.* & Bald. *conſil. 268. text. in Auth. defuncto, ſuper verbo, in gradu, col. 4.* vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionem, & Bar. etiam *in d. Auth. defuncto.* & ſequitur quoque, ac veriorem eſſe ait Ferrarien. *in pract. Papien. in forma libelli, pro hered. ab inteſtat. delat. in §. nulliſque ſuperſtitibus ex eo liberis, ſub nu. 25.* Et licet contrariam partem teneat Iacob. de Beluiſ. *in §. ſi vero, in Auth. de hered. ab inteſtato venien.* & Chaſſan. *in conſuetud. Burgun. rub. 7. § ſexto, colum. 9. cum aliis coaceruatis per eum*, videlicet quod auus admittatur ad ſucceſſionem nepotis inteſtati, quando ipſe obiiſſet non relicto patre, nec matre, nec relictis fratribus vtrinque coniunctis; nihilominus ipſe Chaſſan. duntaxat inhæret huic ſententiæ, non autem alii Doctores allegati per eum; ideo caue ne te decipiat cum huiuſmodi falſa aſſertione, & conſequenter in deciſiuis à mentionata prima communi tanquam veriſſima, & ſacroſancta noli aliter diſcedere. [Cōis opin.]

Sed aduerte, † quod auus ipſe paternus excludere- 2 ret quidem in ſucceſſione nepotis fratrem conſanguineum, & per conſequens ex vno latere tantum coniunctum; & ſic auus ſuccedit excluſis fratribus conſanguineis, ſecundum Gloſſ. *in l. 1. in ver. Potiorem, ff. de iur. & facti ignoran.* Bartol. & Bal. *in d. Authen. defuncto.* Tiraquel. cumulatiſſime *in tract. de retractu, in titul. de retractu conſang. §. 14. gloſſ. 2. num. 9. fol. paruo 170.* Boer. *in d. deciſ. 185. nu. 2.* & Bellonum *conſ. 24. nu. 1.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Bald. etiam *conſ. 366. mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, volum. 4.* [Cōis opin.]

OPINIO CCCXXXVII.

SVMMARIA.

b *Frater legitimus ex eodem patre tantum coniunctus, ſi diues ſit, tenetur dotare ſororem inopem, patre, auo, & matre inope exiſtente. Quod etiam clericus ex redditibus beneficii facere poteſt. n. 2.*

b Pa-

Pater, auus, & mater, ad hoc vt non teneantur dotare filiam, quando cenſeantur pauperes.

4 *Frater dotans ſororem inopem non tenetur iterum dotare, ſi dos diperearet; vt nec extraneus. n. 5.*

FRATER † legitimus, & ſic ex eodem patre tantum coniunctus tenetur dotare ſororem inopem, patre, auo, & matre inope exiſtente, niſi & ipſe frater quoque inops eſſet. ſecundum Gloſſ. fin. & Bartol. *in l. non omni. C. de admin. tut.* Bal. *in l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* Gloſſ. & Bart. *in l. 1. in l. nam plures. ff. de admin. tutor.* Ang. & Imol. *in l. a filia, in prin. ff. ad Trebel.* Guid. Papæ *ſing. 479. & in q. 439. nu.* Mantuam *conſil. 7. nu. 11. & ſeq. vol. 1.* & Tiraq. *in tract. primogenit. q. 62.* Afflict. *deciſ. 371. nu. 3.* Nattam *conſil. 401. duo pro ſiſte, nu. 4. vol. 2.* Lauren. Syluanum *conſ. 23. nu. 1. & 9.* Boer. *deciſion. 129. num. 1. & 7.* Iaſ. *nu. 28.* & illuſtrem D. Pontanum præceptorem meum *nu. 53.* & Ripam *nu. 83. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* vbi perhibent iſtorum opinionem communem eſſe, & Angel. de Clauaſio *in ſua Summa, in ver. Dos §. 5.* Summa Tabien. *in ver. Dos, nu. 5.* Summa Armilla *in ver. Dos, nu. 7.* Pinellus *in l. 1. C. de bonis mater. in 2. par. nu. 101.* & Socinum quoque *nu. 194. & ſeq.* vbi cum aliis ſignanter etiam ampliat, † vt procedat ſimiliter in fratre clerico, vt de fructibus eccleſiaſticis, ac redditibus beneficiorum teneatur, ſi aliunde ſororem ſuam dotare non poſſet, & ſequitur Angel. de Clauaſio *in ſua Summa, in ver. Clericus, 2. 13. §. 11.* & Guilielmus Redoanus *in tractat. de ſpoliis eccleſiaſt. quæſtion. 3. §. 1. nu. 10. cum aliis ſequen.* vbi reddit optimam rationem poſt Abb. & fatetur clericum ipſum carentem patrimonialibus bonis, cum bona, tutaue conſcientia poſſe dotare ſororem, vel aliam conſanguineam de fructibus beneficiorum.

Com. opin.

3 Et aduerte, † quod pauper dicatur pater, auus, mater, & fratres ad effectum, vt dotare non teneantur, quando dotando non ſupereſſet eis tantum, quod viuere commode poſſent ſecundum earum qualitatem, & dignitatem, vt voluit Dyn. *in §. item ſi de dote, Inſtit. de action.* Ang. & Imol. *in l. Neſennius, §. fin. de re iud.* & Aret. *conſil. 17. col. pen.*

4 Sed † ſi ipſe frater ſemel dotaret ſororem inopem ex ſpeciali beneficio antedictæ ſorori inopi conceſſo, tunc non teneretur iterum eam dotare, etiamſi nulla ſororis culpa, dolove dotem amiſiſſet, vt voluit Bart. *in l. ſi cum dotem, §. 1. ff. ſolut. matrim.* Bal. *in l. fin. column. 2. C. de dotis promiſſion.* idem Bal. & Roman. *colum. 2. in Auth. quod locum, C. de collation.* & Alex. quoque cum quodam moderamine, *in d. l. ſi cum dotem, §. 1. numer. 7.*

5 In aliis † vero extraneis dotantibus non coactis à lege, contrarium reſpondendum eſt, vt non teneantur dotare rurſus, ſi ſemel dotem dederint, vt *l. ſi ſocius pro filia.* & ibi Bal. *ff. pro ſocio.* att, quod iterum dotare non ſpectat ad officium tertii: quia ſemel dotaſſe ſufficit, ſecundum Specul. *in titul. qui filii ſint legitim. verſic. Sed pone.* & Boer. cum aliis aggregatis per eum, *in deciſ. 131. n. 4.*

OPINIO CCCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Filia fratris de bonis communibus dotata à fratribus, exiſtentibus ſociis omnium bonorum, an cenſeatur dotari animo donandi, ita vt in diuiſione inter fratres ea dos filiæ in portionem patris hereditariam imputari non debeat.*

2 *Frater dotans filiam de bonis paternis, viuo patre, eo mortuo, non imputat talem dotem in partem ſuam.*

3 *Pater non imputat in ſuam portionem, tempore diuiſionis, dotem, ab auo, filiæ ſuæ præſtitam.*

4 *Expenſa facta in ſtudio, & Doctoratu per vnum ex ſociis omnium bonorum, ex quibus bonis facta cenſeantur, & an conferenda ſint.*

5 *Libri empti per vnum ex fratribus, durante ſocietate, de pecunia communi, an debeant imputari in portionem eius.*

6 *Fratres ſimul viuentes ſimpliciter poſt mortem patris, cum ſint ſocii ſingulares, repetunt ab inuicem, quod alius plus alio impendit, niſi impenſa ſint modica. numer. 7.*

8 *Expenſæ factæ à patre in nuptiis filii vel filiæ an conferenda.*

9 *Donatio & expenſa ſtudiorum facta à patre, vel matre filio, an & quando ſint conferenda. & n. 10. 11. & 12.*

FRATRES † non poſſunt petere partem dotis traditæ filiæ fratris, ac nepotis eorum, vbicunque ipſis fratribus exiſtentibus in communi, ſocietateque omnium bonorum, atque ipſis ſcientibus, & non contradicentibus, eſſet prædicta fratris filia maritata de communi, & ſic filia ipſa fratris in huiuſmodi caſu cenſetur dotata de bonis fratrum commorantium in communione, nec imputari debet dos antedicta in portionem patris filiæ nuptæ in diuiſione facienda inter fratres, ſecundum Bal. & Caſt. *in l. ſi ſocietatem vniuerſorum, ff. pro ſocio.* Ang. *in l. ex duobus, ff. de neg. geſt.* Ant. de Butr. *conſ. 7.* Anchar. *conſ. 259.* Bald. *in tract. de duobus fratribus, col. pen. verſ. Sed an ſumptus.* Alex. *conſil. 70. vol. 5.* & Dec. conſulendo cum aliis relatis per eum *conſ. 66. ſub nu. 3. & ſeq.* vbi aduertit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem ait Cagnol. *in l. ſi emancipati, nu. 202. C. de collat.* & eandem opinionem ſequitur Iacob. Mandellus *conſ. 12. n. 4.* & Lauren. Syluan. conſulendo, cum aliis citatis per eum, *conſ. 2. nu. 13. 18. & ſeq.* Corn. *conſ. 53. nu. 10. volum. 4.* Marſil. *ſingul. 344. poſt medium*, & Ruinus firmat eandem opinionem conſulendo, & reſpondendo ſubtiliſſime, more ſuo, omnibus contrariis, *conſ. 104. per totum vol. 1.* & Rol. à Valle *conſ. 91. nu. 25. cum aliis ſeqq. vol. 2.* Dec. *conſil. 68. nu. 4.* vbi & plenius tollit omnia contraria, & Tobias Nonius ſimiliter cumulatiſſime ita conſuluit *conſ. 64. cum I. ab. in, n. 3. cum aliis omnibus ſeq.*

Com. opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod filiæ fratris, dotatæ de bonis communibus cum alio fratre, non cenſeatur tradita dos de bonis fratrum exiſtentium in communi, & conſequenter quod frater ſciens, & patiens filiam fratris de communibus bonis dotari, non videatur hoc facere animo donandi, ſed repetendi, inclinauerunt Bald. ſibi contrarius *in auth. ex teſtamento. C. de teſtam. & conſ. 120. quidam Antonius, ante fin. vol. 1.* Rom. *conſ. 141.* Spec. *in tit. de iud. §. ſequitur, verſ. Quod ſi vnus ex fratribus, num. 11.* Fulgoſ. & Albert. *in l. cum duobus, §. ſi fratres, ff. pro ſocio.* Capra *conſ. 10. num. 3.* Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, aliiſque ſociis, q. 10. & ſequen. ſexta part.* Afflict. *in titul. quæ ſint regalia, in vſibus feud. verſic. Et bona committentium omni. 20.* & Iaſ. *in Authen. quod locum, numer. 6. Cod. de collation.* vbi congerit alios eiuſdem ſententiæ, & ſcribit magis communem eſſe, & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Antonius Gabriel. *in concluſ. ſub tit. concluſion. 6. lib. 3.* & eximius D. Horatius Mandoſius *in addition. Roman in d. conſil. 141.* & Ioan. de Neuiz quoque cum relatis per eum, *in ſua Sylua nuptiali, lib. 2. numer. 85.* & ſequitur eam etiam conſulendo Natta *conſil. 100. nu. 7. cum aliis ſeqq.* & Cotta *in memorab. in ver. Expenſa.* vbi explicat iſtam eſſe magis communem opinionem, & ſimul refert Mediolani, vbi datur maxima doteſ ...

Com. opin.

pra-

prævaluiſſe ſententiam in facti contingentia, & illorum ſententia verior, communiorque apparet, & ita tute, & abſque animæ diſcrimine iudicari, ac reſponderi poſſet caſu eueniente.

2 Sed † frater dotans filiam de bonis patris, patre viuente, tunc defuncto patre ipſo non tenetur conferre dotem prædictam aliis fratribus, & imputare in partem ſuam, ſecundum Bal. *in Authen. res quæ, col. 1. C. communia de legat. & in Auth. ex teſtamento, C. de collat.* Roman. *ſing. 407.* Aret. *conſ. 17.* Ioan. de Neuiz. *in d. lib. 2. ſuæ ſyluæ, nu. 84.* & ita conſuluit Dec. *in d. conſ. 66.* vbi ait hoc eſſe indubitatum, *col. pen.* & in effectu iſta eſt veritas, & communis opinio.

3 Verum † quando auus dotaſſet neptem ipſam, & ſic filiam filii, tunc non teneretur dotem traditam pater ipſius filiæ nuptæ, poſt mortem patris imputare in partem ſuam, vt voluerunt Cyn. *in l. ſcimus, q. 5. C. de inoffic. teſtam.* Angel. Alex. *col. pen.* Alciat. & cæteri Moder. *in l. in quartam, ff. ad l. Falcid.* & Dec. *conſil. 81. in 6. dubio.*

4 Item ſumptus, † expenſæque factæ in ſtudio, & Doctoratu per vnum filium à ſociis omnium bonorum, non præſumuntur factæ de communi patrimonio, ſeu capitali ſocietatis, ſed de parte tantum patris ſui, & ſic in portione ſua imputantur omnes antedictæ expenſæ, non autem in ſocietate, ſecundum Specul. *in titul. de iudicio, § ſequitur, nu. 10.* Roman *in d. conſ. 145.* & ibi D. Horat. Mandoſ. *in addition.* Iaſ. *ſub nu. 6.* & Bolog. *nu. 60 in l. ſi emancipati, C. de collat.* & Roland. à Valle cumulatiſſime *in d. conſ. 91. nu. 23.* vbi deducit iſtam eſſe magis communem opinionem, ſed Bald. *in addit. ad Bart. in tract. de duobus fratribus ſimul habitantibus, ſub nu. 28.* & Pet. de Vbaldis *in tract. de duobus fratribus, & aliis ſociis, q. 8. 6. par.* & Corn. *d. conſ. 58. nu. 10. & ſequen. vol. 4.* ruditer videntur ſentire contrarium, verum ipſe Bald. titubanter *in d. conſ. 120.* reuocauit propoſitum in melius, & firmauit primam partem.

5 Et expreſſe, ſignanterque voluit, † quod vbicunque libri empti eſſent per vnum ex fratribus durante ſocietate omnium bonorum pro eius filio de pecunia communi, tunc deberent computari in portione ipſius patris, ſaltem illi libri, qui tempore diuiſionis reperirentur extare, & infiniti prope Doctores in hoc conueniunt *variis in locis*, & in effectu iſta eſt veritas, & magis tuta opinio tam legentium, quam conſulentium, & ita ſæpe ſæpius conſului, & iudicaui.

6 Quæ omnia limitantur non procedere, † quando fratres ſimul ſimpliciter viuerent poſt mortem patris, qui eſſent tunc ſocii ſingulares, & illud plus, quod alter ex ſociis prædictis ſingularibus impenderet, repetere poſſet, ſecundum Ang. & Iaſ. *nu. 8. in l. vlt. ſem. C. de collat.* Bald. & alios *in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Pet. Vbald. *in tract. ſocietatis, 6. par. prin. q. 23.* Barb. *conſ. 22. col. 4. vol. 1.* Corn. *conſ. 301. col. fin. vol. 1.* Ruin. *conſ. 101. nu. 4. vol. 4.* & Iaſ. *conſ. 5. colum. 1. & ſeq. vol. 1.* qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quoniam inter dictos fratres, qui ita, & taliter ſimul vixerunt, non poſſet dici contracta ſocietas, vt voluit Bart. *in l. ſi paternus, C. communia vtriuſque iud.* & ita conſuluit Ruin. *conſ. 29. nu. 15. vol. 5.*

7 Quæ † quidem communis non procederet profecto in modica impenſa facta ab vno ex ſociis ſingularibus, tunc ſocius, qui plus impenderet, ab altero ſocio non repeteret aliquo modo: nam ob rei modicitatem, & ob communem ſocietatem inter dictos fratres ſocios ſingulares remanentes poſt mortem patris in ſocietate, illud plus, quod erogaret vnus ex fratribus habens magnos reditus de ſuo patrimonio pro victu communi, & in alimentis familiæ communis ab alio non eſſet refundendum pro rata ad eum ſpectante: quia ipſa pecunia expenſa pro alimentis in dubio præſumeretur donata, ſecundum Bal. Ang. Caſtr. & Dec. *nu. 4. in d. l. vltim. C. de collation.* Pet. de Vbal. *in d. q. 23.* Ruin *d. conſ. 101. nu. 1.* & Pariſ. *conſ. vltimo loco 23 vol. 2.*

8 Cæterum † pro perfecta explanatione omnium hucuſque adductorum in præſenti materia, animaduertendum quoque eſt inpræſentiarum, quod filius, vel filia, expenſas per patrem factas, in eorum nuptiis, aut conſequendis honoribus ſi forum non teneatur conferre, atque in legitimam imputare, vt per Bal. Ang. Iaſ. & cæteros vniuerſali eronimes, *in l. omnimodo, § imputari, C. de inoffic. teſtam. per illum textum, & per eundem not.* Bal. etiam *in Auth. ex teſtamento, col. pen. C. de collationib.* Vitalem Nemauenſem *in tract. de collationibus, quæſt. 21.* Ripam *in repet. l. in quartam, nu. 163. & ſeqq. ff. ad legem Falcid.* & eſt textus ſerenus *in l. 3. § fin. ff. de muneri. & honorib. ibi, Sed, quiſquis filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus alterum filii, ex communi patrimonio ſupremis ſuis cauit, propriis ſumptibus & munera, & honores, quæ ei iniunguntur, ſuſcipere debet, quamuis pro altero viuus pater eiuſmodi onera expedierit.* & hoc idem firmat ibi gloſſ. finalis, *in fine.* & Boer. *deciſ. 14. nu. 3.* ita vt, attingendo centrum ipſius veritatis, concludendum ſit in actu practico, quod ſi alter ex fratribus, vel ſororibus de communi vellet ſimiles expenſas facere poſt mortem patris, vtique non poſſe, niſi hoc expreſſum, dictumque eſſet in patris teſtamento, vt voluit Bar. *in l. § nec caſtrenſe, col. 4. ff. de collationib.* & Vitalis Nemauenſis *in tract. de collationibus, quæſt. 21.* & ita, mediante tam perſpicua veritate, à nemine hactenus, quod viderim, impugnata, conſului *de currenti menſe Octobris 1599.* in caſu, & cauſa de voluntate, conſenſuque communi partium, tunc mihi commiſſa.

9 Quæ † concluſio adeo vera eſt, vt merito ampliſſicari poſſit, ſicut donatio facta ſimpliciter per matrem, ſeu patrem filiis vt onera matrimonii facilius, commodiuſque ſupportare poſſit, reſeruato ſibi vſufructu in bonis donatis, quod ea valeat, & teneat, nec obnoxius ſit filius ipſe donatarius, conferre huiuſmodi bona, tempore quo ſuccedere velit ſimul cum fratribus, & ſororibus ab inteſtato matri donatrici, vt conſuluit in terminis Crauet. *conſ. 83.* Io. *Anna Berſella de Vxellis*, & Vrſillus aſſentitur etiam *in addit. Afflicti deciſ. 247. nu. 2.* Et conſequenter donatio ſimplex facta per parentes filio, non debet conferri, vt per Dec. *conſ. 39. licet in caſu propoſito ſub nu. 2. & ſeq.* vbi annectit etiam, illam eſſe magis veram, magiſque communem opinionem.

10 Sed hæc † concluſio ita amplificata, coarctatur, interpretaturque primo loco non procedere, cum de conſenſu, voluntateque patris, etiam præſumpta, diſpoſitum eſt, tales expenſas faciendas, etiam per alios filios, prout ita conſuluit Crauet. *conſ. 125. quæritur an egregium.* vbi limitat illam communem Doctorum ſententiam; videlicet fratrem non teneri expenſam in ſtudio factam, & in libris, & in Doctoratu, conferre; cum liquet ex coniectura tamen mente patris, de collatione hac poſt mortem eius facienda, quia videlicet apparet, eum ſcripſiſſe in libro ſuo, omnes expenſas factas, & pecunias deſtinatas filio in ſtudio, vt tunc filius teneatur ob hoc, illas conferre, ſtante quod hoc caſu non præſumatur donatio, quæ limitatio ſemper veriſſima, atque tutiſſima mihi apparuit, & ſecundum eam ſuperioribus temporibus aliquoties conſului, obtinui, & iudicaui, in omnibus

caſi-

11 caſibus, & cauſis occurſis. Limitatur quoque † ſecundo eadem concluſio, non obtinere ſimiliter locum, cum filius bona propria non habet, & ſeparata à patre: ſecus vero ſi habeat propria; tunc enim huiuſcemodi expenſæ præſumuntur factæ animo paratiſſimo repetendi, ita Alex. *in addicionib. ad Bart. in l.3. §. fin ff. de munerib. & honorib.* & Pet. Duenn. *in tract. regularum, reg. 222. donatio ob cauſam, ſub nu. 2.* Tertio in-
12 terpretatur † quoque eadem concluſio, quod dato, quod ſit facienda collatio per filium bonorum donatorum per parentes: tunc etiam vice verſa per alios filios fieri debet ſimiliter collatio de bonis paternis, ſeu maternis, obtentis per eos, & ſic de portionibus, & bonis prælegatis, vt ita demum tunc omnes fratres ad æqualitatem inter ſe reducantur, prout ita conſuluit Dec. *conſ. 59.*

OPINIO CCCXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio inter fratres quomodo facienda.*
2 *Maior natu diuidere & minor eligere debet.*
3 *Authoritas alicuius Sancti, vel Imperatoris, aut Papæ, in quibus attendatur, & quis alteri præferatur in cauſis decidendis.*
4 *Authoritas ſacræ ſcripturæ maior eſt omnium authoritatibus.*
5 *Opinio contra nouum, vel vetus teſtamentum, eſt erronea.*
6 *Maior ætate quis dicatur.*

1 FRATRVM † diuiſio, ſeu diuiſio inter fratres debet fieri ſorte, vel iudicis officio, & ſic in diuiſionibus fratrum ſortes mitti debent, aut iudicis officio expediri, vt voluerunt Bart. & Ang. *in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt, lib. 10.* Adde meliorem textum à nemine allegatum in *arg. l. cum quis, in fin. C. de natur. lib.* Bal. *in l. per. in prin. C. com. diuid.* Leo Speluncanus *in pract. artis notar. in for. inſtrumenti diuiſionis fratrum, fol. par. 483.* & Iaſ. latiſſime *in l. 1. n. 39 ff. ſi cert. pet. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig. & in l. ſi duobus, nu. 7. C. com. de leg.* in quibus locis deducit iſtam eſſe communem ſententiam; & demum cum opinione hac tranſeunt omnes Legiſtæ communiter, & nouiſſime Ripa *in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. n. 70.* Et ita iudicauit quoque Rota Romana atteſtante Creſcentio *deciſ. 3. al. 210 de arbitris, remouendo omnia obſtacula contraria.* Canoniſtæ vero videntur aſſeuerare, concludereque contrarium, videlicet, quod maior natu facere debeat portiones, & minor eligere, vt late hoc tractat Iaſ. *in § quadam, col. 12. & ſeq. Inſt. de act.* Ang. *in l. 5. in vlt. not. C. comm. de leg.* Bald. *in c. licet cauſam, col. 7. de probat.* Angel. *in d. § quadam, col. 9.* Per. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, in 11. par. q. 12. n. 13. fol. par. 133.* Picus *in repet. l. in quartam, col. 53. verſ. Ego dum alias, ff. ad leg. Falc.* & Bal. *in d. c. licet.* vbi dicit, quod fortuna eſt Dei oculus nobis incertus, ſeu altera potius natura in cœlo caducorum dominium habens; & ob hoc nullo pacto debemus de ſuo officio mimiſtrari. Sed opinio hæc Canoniſtarum procedit de conſuetudine, non autem de iure communi, ſecundum Bertach. *in 1. par. ſui repert. in verb. Diuiſio, ſub n. 7.* & eſt veriſſimum, vt apparet ex rationibus citatis per omnes memoratos Dd. Et pro ſententia hac, quod maior natu diuidere debeat, minorque eligere dicit facere tex. *in c. 1. de parochi.* Afflict. *in tract. de iure protom. in prin. ſub n. 45. fol. par. 34.* tacuntq; alia congeſta per
2 Ripam *in d. l. 1. n. 70.* Imo eſt † adeo vera hæc Canoniſtarum opinio, quod maior natu debeat diuidere, & minor eligere, vt ea merito ampliari poſſit, procedere [illegible] Fiſco; nam ſi quis habeat bona communia [illegible] Fiſcus diuidit, & alter eligit. Ita Bart. in

l. ſenatus, §. ſenatus, ff. de iure Fiſci. Et vide etiam Octauium Simoncell. *in tract. de decret. cæteriſque ſolemnit. in contract. minorum adhiben. lib. 2. tit. 4. nu 34.* & Canoniſtas *in c. 1. extr. de paroch.* vbi de communi, & pro eorum opinione vltra Auguſtin. *lib. 16 de ciuitate Dei, c. 20. Geneſ. cap. 13.* vt per Guid. Pap. *deciſ. 289. & ſing. 92 in diuiſione.* Tiraquel. *de iure primog. quæſt. 60. verſ. & ita quoque, nu. 3.* Corn. *conſ. 234 licet in hac, vol. 1.* Bal. *in l. fin. quoque, ff. de hered. inſtit. & in l. 1. C. quando & quib. quar. pars deb.* & hæc opinio ſeruatur apud Germanos, & in Camera Imperiali, vt refert And. Gail. *in lib. 2. pract. obſeruat. obſer. 116. nu. 14.* & ſimiliter apud Gallos, atteſtante Guid. Pap. *in alleg. deciſ. 289.* qui Doctores præallegati non fuerunt ad roborandum opinionem iſtam communem vaſis robuſtiſſimis rationibus, & præſertim etiam authoritate veteris Teſtamenti, in quo memoriæ proditum eſt, quod Abraham frater maior fecerit partes, & Lot, frater minor, elegerit, vt per Auguſt. *in lib. de ciuitat. Dei, cap. 20.* & Iaſ. *in l. 1. nu. 39. ff. ſi cert. pet.* ita vt potius in tali quæſtione ſit ſtandum cum Canoniſtis, quam cum Legi-
ſtis. Quia † cum habemus authoritatem alicuius 3
Sancti, vallatam authoritate veteris, vel noui Teſtamenti, & ſic legis diuinæ, ea profecto attendenda eſt in cauſis decidendis, licet Concilium Papæ, & Imperator contrarium dicerent & ſic authoritas alicuius Sancti, iuncta authoritate veteris, vel noui Teſtamenti, præfertur conſtitutioni papali. ſi vero authoritas ipſa fundaretur ſuper dictis Sanctorum ſimpliciter, tunc vtique ſtaretur potius Papæ, ex quo Papæ, non autem Sanctis fuit data legis condendæ poteſtas, ſecundum Gl. *in c. de libellis, 20. diſtin.* Alex. Iaſ. & alios vniuerſaliter omnes *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* & eundem Iaſ. *in § quadam, nu. 67. Inſtit. de actionib.* Abb. *in c. qualiter & quando, el 2. in prin. de accuſat.* Felin. & alios vnanimes omnes *in c. ne innitaris, de conſtit.* Io. de Imol. *in c. cum contingat, col. 4. in 7. not. de iureiuran.* Rom. *ſing. 685. Dicens quæ authoritas Doctorum Eccleſiæ præferatur.* Per. Lenauderium *in tract. de Doctoribus, & eorum priuileg. & immunitatib. in 4. par. de onerib. & ſalar. Doctorum, quæſt. 39.* & Nicolaum de Milis *in repertorio, in verb. authoritas, in verſ. ſpem* Cuius ratio hæc eſt, † quod 4
authoritas ſacræ ſcripturæ, vt ſcribit Auguſtin. *lib. 11. ſuper Geneſim, ad literam*, maior ſit, quam omnis humani ingenii perſpicacitas, vt refert Io. de Turre Cremat. *in c. noli, diſtin. 9.* & nihil mirum, quia ſcriptura ſacra, eſt nouum, & vetus Teſtamentum, *c. qui neſciat, 9. diſtin.* vnde ſecundum Auguſtin. *de ciuitate Dei, lib. 11. c. 1.* ciuitatem Dei dicimus, cuius ſcriptura teſtis eſt, quæ non in fortuitis animorum motibus, ſed planè ſummæ prouidentiæ diſpoſitione ſuper omnes omnium gentium literas, omnia ſibi genera humanorum ingeniorum, diuina excellens authoritate, ſubiecit. & ſic atteſtante Gregorio *lib. 20 moralium, c. 1.* omnem ſcientiam, atque doctrinam ſacra ſcriptura tranſcendit, vt taceam, quod vera prædicet, & ad cœleſtem patriam inuitet, quod a terrenis deſideriis colligendis reuocet, quod dictis obſcurioribus fortes exerceat, & paruulis humili ſermone blandiatur. nec igitur clauſa eſt, vt pauefci debeat; nec ſi patet, vt vileſcat, ſed vſu faſtidium tollit, & tanto plus diligitur, quanto amplius meditatur. nec de hoc mirandum eſt, quia ſcriptura ſacra, dicitur ſcientia tripliciter, ſcilicet à Spiritu ſancto, à Maria, & ab effectu, ſecundum beatum Thom. *ſuper epiſt. ad Roman. lect. 11. col. 1.* Necnon aſſignari poteſt etiam altera ratio, quia cum opinio † aliqua eſt contra nouum, vel vetus Teſta- 5
mentum, conſtat de eius errore, *c. ſunt quidam, 25. q. 1.* quia in ſcriptura ſacra nihil eſt improbandum, vel

 reſpuen-

reſpuendum, *c. neque, 9. diſt.* imo authoritas ſanctorum Patrum tenenda eſt, & qui contra eam ſe opponunt, eorum dictum non ſolum temerarium eſt, ſed etiam periculoſum, verba ſunt Baldi *in rub. ſi quis aliq. teſta. prohib. col. 4.* vbi allegat varia apertiſſima iura.

6 Vnde † retenta iſta opinione Canoniſtarum, tanquam ſacroſanctiſſima, & quæ quotidie obſeruatur, animaduertendum eſt, quod maior natu ille dicatur, qui maiori parte temporis, & diutius adminiſtrauit, non autem qui eſt maior ætate, ita Felin. *in rub. de maior. & obedien. in fine.* vltra alios, quos refert Octau. Simoncell. *in tract. de decret. lib. 2. tit. 4. nu. 37.* & Menoch. *de arbit. iud. cent. 2. caſu 124 in princ.* & Gail. *in allegata obſeruat. 116 in fine.*

OPINIO CCCXL.

SVMMARIVM.

1 *Frater tenetur alere ſororem etiam vterinam, ſed non cogitur eam dotare.*

1 FRATER tenetur alere † ſororem, etiam vterinam, *l. qui filium, § fin.* vbi Bald *ff. vbi pupil. educ. deb.* & Gloſſ. *in l. 1. C. de alien. liber.* ſed non cogitur eam dotare, ſecundum communem opinionem, de qua per Ang. & Alex. *in l. à filio ff ad Trebel.* Fulg. *conſ. 224.* Ant. de But. Abb. & cæteros, *in c. peruenit, de arbit.* & per omnes, præcipueque Iaſ & Ripam, *in l. 1. n. 83. ff. ſol. matr.* Bal. *in l. ſi pater dotem, n. 7. C de dot. promiſ.* & Boer. *deciſ. 129. ſub n. 8. & ſeq.* Com. opin.

OPINIO CCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, vltra triennium durare non præſumuntur.*

2 *Fundum, & fructus ex eo perceptos proſequens, perceptos eam à decem annis vſque petere non debet, ſed agere ad æſtimationem.*

3 *Oleum & oliua qualis fructus dicatur. & n. 4.*

1 FRVCTVS † prædiorum conſiſtentes in frumento, vino, oleo, & ſimilibus rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non cenſentur, ſeu præſumuntur durare vltra triennium, ſecundum Gloſſ. *in l. 1. C. ſi aduer. vſucap.* cum qua ſentiunt omnes Dd. *ibi,* & Corn. conſulendo *conſ. 104. n. 25. & ſeq. vol. 2.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

2 Vnde, † ſi quis ageret ad fundum, & fructus perceptos ex eo annis decem, pluribuſve tranſactis, non debet petere ſuum aduerſarium condemnari ad ipſos fructus, verum petere tenetur condemnari ad æſtimationem: quia non eſt veriſimile quod extent, ſecundum Gloſſ. *in d. l. 1.* quæ ad hoc allegatur per omnes Dd. teſte Paul. Caſtr. *ibi nu. 4.* Com. opin.

3 Eſt tamen † bene verum, quod oleum dicitur fructus induſtrialis, ita Bar. *in l. pen. ff ad legem Falcidiam, & conſ. 122. Titius habens.* Bertran. *conſ. 148. dudum de anno, ſub nu. 4. vol. 0.* & Pet. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, in 11. parte principali, ſub nu. 49.* vbi concedit

4 quoque, † quod oliua, antequam fiat oleum, appelletur pomum, & fructus naturalis, ſicut alia poma appellantur fructus naturales, vt per Gloſſ. *in l. ex diuerſo, in princ. de rei vendicat.*

OPINIO CCCXLII.

SVMMARIA.

1 *Fugiens è carcere publico an habeatur pro confeſſo, & conuicto. Et quid ſi fugiat è carcere priuato. n. 3. Quidque tur in muliere aufugiente. n. 5.*

2 *Fugiens à carcere cum licentia cuſtodis, non poteſt condemnari, ſed cuſtos tenetur.*

4 *Carcer publicus quis, & quis priuatus.*

1 FVGIENS † à carcere publico habetur pro confeſſo, & pro conuicto, text. eſt ad literam, *in l. in, ff. de cuſtod. reorum.* ſecundum Dd. magis communiter *ibi,* & iſtam communem ſequuntur, & allegant Moder. *in l. admonendi, ff de iureiur.* & Boer. *deciſ. 215. nu. 9.* Com. opin. Vnde iudex iſto caſu poſſet ferre ſententiam contra fugientem, ac ſi fuiſſet vere confeſſus in iudicio, etiam ſi ſit abſens, ſecundum Gloſſ. & Bar. *in d. l. eos. vt ſequatur confeſſionis effectus,* & eſt text. *in l. ſi apparitor, C. de cohortal lib. 12* & iſte eſt caſus exceptus contra iuris communis regulam, vt ab ſens pro crimine damnari poſſit, *l. abſentem, ff. de pœnis.*

2 Sed interpretatur † primo iſta communis, non procedere, quando quis aufugit de cuſtodis licentia: quia iſto caſu tenebitur cuſtos, & non ipſe fugiens, ſecundum Guil. de Cuo. *in l. quoties, C. de exact. tribut. lib. 10.* Bald. *in l. commentarienſem, eod. tit.* & facit text. *in l. conſiliarius, C. de aſſeſſ.*

3 Coarctatur † ſecundo præcedens communis, vt duntaxat locum habeat in eo, qui aufugit ex publicis carceribus, non autem in eo, qui ex priuatis carceribus aufugeret, ſecundum Gloſſ. Guil. de Cun. Bald. & omnes, *in l. ſuccurritur, ff. quib. ex cauſis maior.* Iaſ. & Moder. *in d. l. admonendi, ſuper gloſſ. in verſic. Fuga.* & iſta eſt communis opinio, teſte Boerio, *in præcitata deciſ. 215. nu. 13.* Com. opin.

4 Et ſcias † quod publici carceres non ſolum dicuntur illi, qui fortibus clauibus aperiuntur, & habent perpetuos cuſtodes, verum etiam dici poſſunt carceres publici aliqua alia camera in palatio poteſtatis, imo totum palatium, quando prætor, vel iudex ſtatueret alicui aliquem locum pro carcere: quia carcer publicus, dicitur locus ordinatione, & decreto iudicis deputatus, in quo cuſtoditur perſona, ſicut eſſet palatium poteſtatis, arx, vel alia domus, vt notant Dd. *in l. 1. ff. de cuſtod. reorum.* Ideo ſi Tyrannos, vel aliqua priuata perſona caperet aliquem, & violenter detineret in aliqua arce, hoc caſu dicuntur carceres priuati, qui deſtinati ſunt per hominem nullam habentem iuriſdictionem ſuper homine capto, ſecundum Bal. *in d. l. ſuccurritur.* Bart. & Dd *in l. 2 ff de priuat. carcer.*

5 Interpretatur † tertio non procedere in muliere aufugiente de carceribus cauſa euitandæ libidinis; tunc per huiuſmodi fugam non habetur pro confeſſa, ſecundum Bal. *in l. 1. col. 3. C. de adil edict.* Aliæ vero interpretationes *in ſeq. concluſione* ad iſtam communem latius ponentur.

OPINIO CCCXLIII.

SVMMARIA.

1 *Fuga obiecta alicui ob delictum, an probet delictum, & faciat plenam probationem.*

2 *Fuga ne ſemiplenam quidem probationem facit in delictis requirentibus ordinarias probationes, ſed qualemcunque ſuſpicionem & præſumptionem.*

3 *Fuga facit indicium ad torturam, ſi vnus per moueatur ad fugam capeſſendam.*

4 *Fuga ſocii in delicto illius, qui in carceribus detinetur, an faciat indicium ad torturam contra ſocium.*

5 *Ex fuga ante inquiſitionem & accuſationem de delicto, nulla inducitur præſumptio.*

6 *Fuga in capitalibus cauſis etiam poſt inquiſitionem non facit indicium ad torturam, quoties adeſt aliquis iuſtus timor carceris.*

7 *Fuga ante accuſationem ſeu inquiſitionem comminatam non facit indicium ad torturam.*

8 *Fuga licet faciat indicium ad torturam, purgari tamen poteſt per reuerſionem.*

9 *Fugientem è carcere habere animum reuertendi, quomodo probetur.*

10 Ex-

10 *Fugiens à carcere, ſi eo ſponte reuertens, non præſumitur fugiſſe.*
11 *Statutum puniens fugientes è carceribus, non includit exeuntes animo reuertendi.*
12 *Fideiuſſores carceratorum ad quid teneantur, ſi delinquens aufugerit.*
13 *De clauſula inſolita, remiſſiua, & cautela & iuramento inſolito quod arguant fraudem. nu. 14.*
15 *Fugiens è carceribus ex aliqua cauſa rationabili, non eſt culpandus, & enumerantur multæ iuſtæ cauſæ.*
16 *Fugiens iuramento ſtatur de iuſta fuga cum cauſa facta.*
17 *Fugiens carceratus, accuſatus, vel illegitime detentus, non habetur pro confeſſo, nec fuga eius facit indicium ad torturam, & an cuſtodes impune occidere poſſit.*
18 *Fuga è carceribus non facit præiudicium tertio.*
19 *Fuga non nocet, ſi quis à crudeli, & iniuſto iudice fugiat, & traditur cautela pro officiali fugiente ad ſuperiorem. nu. 20.*
21 *Fuga vt indicium faciat ad torturam, quid requiratur.*
22 *Fuga famuli facit plenam probationem concurrentibus aliquot circumſtantiis.*
23 *Famulus præſumitur ſubtraxiſſe bona, quæ non reperiuntur in domo domini, & quæ in ea fuerunt ante fugam.*
24 *Fuga non facit indicium contra fugientem, qui eſt bonæ famæ & conditionis.*
25 *Fuga licet faciat indicium, tamen id non procedit in carcerato fugiente.*
26 *Carceratus fugiens an habeatur pro confeſſo, & an fuga plene probet. Et qua pœna puniendus ſit.*
27 *Fugiens fractis carceribus cauſa adimplendi votum, vel audiendi miſſam, vel euitandi combuſtionem carcerum, vel propter aquam domus, vel quod carcer eſſet frangendus, non punitur. & n. 28.*
29 *Scholaris domum conductam deſerens propter peſtem, non tenetur ad ſoluendum penſionem, dummodo reddat claues, vel denunciet domino.*
30 *Fugiens è palatio per eius oſtium non habetur pro confeſſo, ſecus ſi muros palatii tranſcendat. Eiuſque ratio. n. 31.*
32 *Carceratus quis dicatur. Et iudex prohibitus carcerare, an arreſtare poſſit. nu. 33.*
34 *Fugiens, repertus per officiales portare arma contra formam decreti, qua pœna puniendus ſit.*
35 *An magiſtratum gerens, ſi fugiat ab eo, teneatur crim. læſæ Maieſt.*
36 *Fugiens è manibus familiæ, & poſtea comparens citatus, an teneatur.*

1 QVÆRIT Bart. *in l. admonendi, ff. de iureiuran.* de fuga, † vtrum per illam fiat plena probatio; poſuit tres concluſiones: prima eſt concluſio, quod ſi fuga opponitur alicui vt delictum, tunc probat delictum, & facit plenam probationem, *l. quis ſit fugitiuus, ff. de ædilitio edict. l. deſertorem, & l. qui cum vno, §. qui poſt deſertionem, ff. de re milit. & l. 1. & 2. C. de deſertor.* & ita notat, & concludit *in d. l. admonendi, & in l. in bonæ fidei, C. de iureiuran.* Gloſſ. *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat. & in cap. final. de iureiuran.* & ibi Doctores, Lallus de Tuſcia *in conſtit. Regni, in quæſt. nu. 3. libro 1.* & Oldrad. quem ſequitur Ioan. Andr. *in addit.* Specul. *in titul. de præſumption. §. præſumptio, verſic. Violenta.* & iſtam opinionem ſequitur etiam Ripa *in d. l. admonendi, nu. 165.* & Iaſ. *in repetition. numer. 166.* & Bartol. *in l. 1. ff. de bonis eorum.* Fuga.

Secunda concluſio clara eſt, & communiter approbatur. Cõis opin.

Tertia eſt concluſio Bartol. quod quando ſumus in delictis, in † quibus requiruntur plenæ & ordinariæ probationes, vt *l. ſciant cuncti, C. de probation. c. in literis, de teſt. & cap. licet clamor, eodem titul.* tunc per fugam non fit plena probatio, & nec ſemiplena, ſed qualiſqualis præſumptio, ſiue ſuſpicio, vt *l. lege Cornelia, ff. ad Syll. l. 1. C. de rap. virg.* & ibi Cynus, Bal. & Salycetus hoc idem tenent, & Lallus de Tuſcia etiam *in dicta conſtitutione, in quæſt. ſub nu. 3.* & Bartol. *in l. final. ff. de quæſt.* & iſtam opinionem ait eſſe communem Curt. ſen. *in l. admonendi, nu. 155.* & Moder. *ibi.* Et hæc fuga de conſuetudine indicium ad torturam facit, vt dicit Iaſ. *in repetit. d. l. admonendi, nu. 188.* Curtius, & Ripa *nu. 168.* Thomas Grammaticus *conſ. crimin. 32. nu. 7. & conſ. 42. nu. 8 & ſeq.* 2 Cõis opin.

Ampliatur iſta communis, † vt vera ſit, etiamſi quis moueat vnum pedem ad fugiendum, & ſic ſit in principio fugæ, *d. l. quis ſit fugitiuus, §. 1.* vbi Gloſſ. Bald. *conſil. 220. lib. 5.* & ſecundum aliam impreſſionem, *conſil. 381. lib. 5.* Soc. ſen. *conſil. 99. lib. 4.* & Boer. *deciſion. 215. nu. 2. & 12.* 3

Ampliatur ſecundo loco quoque, † vt faciat indicium ad torturam fuga facta in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alexand. *conſ. 65. in fin. libro 1.* Grammat. *conſil. criminal. 14. num. 4. & 17.* Sed Boer. *in dicta deciſion. 215. nu. 13.* tenuit contrarium, ideo dicas, quod Alexan. vult ſentire extantibus multis aliis indiciis, & ita loquitur Grammat. & ſic concordabuntur opiniones illæ: quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, licet alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia. 4

Ex præmiſſis iam notata declarata, † limitatur primo, vbi quis aufugeret ante inquiſitionem, & accuſationem factam de delicto, ex quo pœna ſanguinis veniret imponenda: quia tunc fuga nullam induceret præſumptionem: cum liceat vnicuique per fas, & nefas redimere ſanguinem ſuum, ita ſingulariter Bart. per text. *ibi, in l. 1. C. de his qui mor. ſibi conſc.* cuius dictum exclamat pro ſingulari, & ſequitur Roman. & Iaſ. *in d. l. admonendi, n. 69.* Matheſil. *notab. 145.* idem Roman. *in l. lege Cornelia ſupra citata.* Ang. *in l. fin. C. de quæſtion. & in dicta l. admonendi.* Arat. *in tract. maleſic. in verſic. Fama publica, verſic. An fama ſit ſufficiens indicium.* & Felin. *in c. nullus, ext. de præſumpt.* Cuman. *conſ. 175. Domina Andriola.* Corn. *conſ. 58. & conſil. 198. volum. 2.* Dec. *conſ. 234. in effectu, col. 1.* Brun. *in tractat. de indic. & tortur.* & illam tribuit eſſe communem opinionem Boer. *deciſ. 215. nu. 10.* Marſil. *ſing. 215.* Socin. *in reg. 163. & ſeq.* & Ioan. de Amicis *conſ. 37. ſub nu. 7.* 5 Cõis opin.

In capitalibus † vero cauſis, etiam poſt inquiſitionem fuga ipſa minime facit indicium ad torturam, ſecundum Romanum, *in l. lege Cornelia, ff. ad Syllan.* Dec. *in dicto conſil. 234.* Marſil. *ſingul. 497. Sæpiſſime in iure.* & ita conſuluit Ioan. de Amicis *conſ. 7. nu. 11.* & Bertran. *conſ. 171. quamuis aliqui ex teſtibus profeſſeta in formatione, in fine, volum. 6.* & hoc eſt firmiter memoriæ commendandum ad amicorum defenſionem, ſecundum Curt. *in d. l. admonendi, nu. 155.* Et hoc intelligas generaliter, quoties adeſt aliqua præſumptio propter timorem carcerum, non delicti, ſecundum Corn. *conſ. 58. volum. 2.* Boer. *in dicta deciſ. 215.* & quoties adeſt aliquis iuſtus timor, Ripam, & Iaſ. *in d. l. admonendi.* 6

Et his accedit congruenter, † quod idem videtur obſeruari, ſi ante libellum, & accuſationem, ſeu inquiſitionem comminatam, licet nondum factam, aufugiſſet: quia iuſta fuiſſet timor fugiendi, & iuſte debuit timere comminationem, per text. *in l. miles, §. ſocer, ff. de adulter.* niſi alia indicia, ſeu ſuſpiciones la- 7

borarent contra fugientem: argumento *l. fin. C. qui num. tut. ſe excuſ.* ita expreſſe Rō. *in d. l. lege Cornelia, & ſeq.* Angel. *in d. verbo, Fama publica, verſicul. An fama ſit ſufficiens indicium.* & Ioan. de Amicis *in dict. conſil. 57. num. 7.*

8 Limitantur ſecundo prædicta, † vt fuga ipſa faciat indicium, ſed purgari poſſit per reuerſionem, ſecundum Bald. *in l. 1. C. de ſeruis fugit.* Felin. *in cap. 2. nu. 7. de fid. inſtrumen.* & Ioan. de Amicis *in d. conſ. 7. nu. 21.* Et ita ſe habet communis opinio, de qua teſtatur Ripa *in d. l. admonendi, nu. 65.* Grammat. *conſ. criminal. ſupra citato,* & Boer. *deciſion. 215. nu. 17.* Et indicium hoc purgatur, ſi fugiens intra annum redeat, ſecundum Ripam *in d. l. admonendi, nu. 65.* Sed hoc videtur falſum, vt conſtabit ex infra dicendis. Et tanquam falſam opinionem reiecit quoque iudicando D. Terent. Turcan. conciuis noſter, dulcis recordationis, I C. optimæ opinionis, atque ſummi ingenii, in cauſa Cicci Berardochi de Camplo ſibi commiſſa à Sereniſ. Marg. de Auſtria, dum erat iudex in ciuit. Pinnarum *anno 1585.* quicquid etiam dixerit idem Ripa *reſp. 1. n. 4. ſub tit. ff. de requir. reu.* vbi vide, quia multa allegat, & Neuiz. *conſil. 61. bonitatem, nu. 35.*

9 Et qualiter hic probetur, † quod fugiens habeat animum reuertendi, dic quod per teſtes: quia forſan, antequam fugeret, declarauit animum ſuum coram teſtibus, quod diſcedebat animo reuertendi, iuxta notat. per Bartol. *in l. 1. §. ſi quis ipſi prætori, ff. de oper. noui nunciat.* Si vero id per teſtes probari non poteſt, conſideratur conditio perſonæ, an ſit nobilis, honeſta, & legalis, vel potius vilis, & ſuſpecta, & ſecundum illius conditionem iudicatur fuga, *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit.*

10 Item attenditur, † an ſit diuturna, vel breuis abſentia: quia, ſi cito reuerſus fuerit ſponte ſua, præſumitur quod aufugerit animo reuertendi, prout reuerſus fuit. Et quia etiam non intendit fugere, qui aliquo momento vult facere ſe abſentem, *l. ſi quis ita legauerit, dum vxor mea, ff. de condition. & demonſtrat.* & optime declarat Bart. *in l. aut facta, §. tempus, colum. 1. ff. de pœnis.* Bal. *in l. 1. colum. 3. & ſeq. C. de ad. action. & in l. 1. C. de ſeruis fugit.* Debet tamen tunc in primo caſu grauius torqueri, vt per Grammat. *voto 37.*

11 Quod † ſi ſtatutum puniat fugientes à carceribus, non includit eos, qui exiuerunt animo redeundi. Bald. *d. l. 1. C. de ſeruis fugit.* Idem etiam tenet Ioan. de Ana. *conſ. 1. nu. 6.* Marſil. *conſ. 122. in princip.* Bartol. *in l. in eos, ff. de cuſtod. reorum.* Felin. *in cap. nullus, de præſumpt.* Grammat. *conſ. crimin. 57.* vbi hoc limitat multis modis, Marſil. *in ſua practica crimin. in §. diligenter, nu. 46. in rubric. C. de probation. nu. 261. & in l. 1. in princip. ff. de ſicariis.* Secus autem ſi diutius ſteterit abſens, quia tunc præſumitur, quod animo fugiendi, & non reuertendi receſſerit, *d. l. desertorem, §. emanſor.* & ibi Gloſſ. & Bartol. qui hoc optime notant, *in d. l. quis ſit fugitiuus, in princip.* & tenet Bald. *in l. 1. colum. 5. C. de ser. fug.* Curtſen. *in d. l. admonendi* dicit, hoc nunquam eſſe oblioioni tradendum: quia ſibi in practica, & conſulendo ſæpe maximum honorem fecit.

12 Et nota congruenter hic, † quod ſi inquiſitus, fractis carceribus, fugam arripiat, & poſtmodum opera, & induſtria fideiuſſorum ad eos fuerit reductus, an teneantur ad pœnam fractæ fideiuſſionis, cum ſe obligauerint, ipſum inquiſitum non fore diſceſſurum è carceribus, & dato quod diſcedit, aut recedi contigerit, & ſtatim fuerit reuerſus, adhuc pœnæ vnciarum auri centum ſe obnoxios conſtituerunt. Hic caſus euenit de facto in hac ciuitate *anno 1552.* Et quod dicti fideiuſſores nullatenus tenerentur, ex quamplurimis iuribus, & rationibus docte conſuluit conciuis meus excellens, & celeberrimus Paſchalis Turcanicus, V. I. D. conſummatiſſimus, cui conſ. nonnulli Doctor. eminentis ſcientiæ tam ciuitatis Sulmonis, & ciuitatis Theatinæ, quam etiam vrbis Romæ ſe ſubſcripſerunt; & monebatur quod ex tali fuga ius curiæ in nihilo deterius erat effectum, imo auctum, Gramm. *voto 37. per totum* & Boer. *d. deciſ. 215. in 1. part.* quia per prius non poterat ſuſpendere inquiſitum, poſtea ſuſpendit, ac etiam per tex. in ſui ratione, *in l. apud Celſum, §. Labeo, ff. de dol. except.* peniniquum enim eſt hominem poſſidere, & pœnam petere: & cum non dicatur diſceſſiſſe, qui ſtatim reuerſus eſt, vt ſupra diximus. Nec dicebat obſtare, quod intelligatur de ſponte redeuntibus: quia ſufficit habere factum, & non refert quomodo fiat, maxime ad euitandum pœnam, vt poſt Bart. *in l. continuus, & in l. quidam, cum filium.* concludit Iaſ. *in l. cum ſeruus, nu. 4. & 5. ff. de verb. oblig.* Alexan. *in l. ſi res, §. 1. nu. 3. ff. ad Trebel.* Ang. *de maleſ. in verſ. Nec non ad denunciam, nu. 34.* Afflict. *in conſtit. Minoribus, de iure baiuli, nu. 24.* Bal. *in addit. ad Spec. in tit. de reo, verſ. Qui promittit.* teſtatur de communi, & late Marſil. *in practica crimin. in §. ſecunda, nu. 20. 21. & ſeq.* & per hæc, & quamplura alia non abſque leui, & longo certamine, re admodum diſcuſſa & trutinata, fuit in fauorem dictorum fideiuſſorum, ſcilicet nobilis magiſtri Vincentii de Rubeis, & Caroli Gratioſi, & ſecundum prædictum conſilium per iudicem ciuitatis Aquilæ religioſiſſime deciſum, & determinatum, non obſtante illa clauſula, (*etiamſi fuerit ſtatim reuerſus, &c.*) quia tanquam inſolita, & in ſimilibus apponi non conſueta, prout ex aliorum quamplurium proceſſuum inſpectione conſtabat, & tanquam contra ius aliquid operari non debebat, & per conſequens neque iuramentum deſuper interpoſitum, vt prædictus excellens D. Paſchalis *in d. ſuo conſ.* latiſſime & pulchre inſiſtebat. Cōis opin.

De clauſula † autem inſolita vide Neuizan. *conſ.* 13
54. poſt num. 25. 26. & 27. Cottam *in memorali, in ver. clauſula inſolita.* Corn. *conſ. 217. Quoniam, vol. 3.* & Marſil. *in l. de minore, ff. de quæſtionib.* Roman. *conſ. 423. circa finem.* Imo † cautela ipſa inſolita arguit fraudem, *l. ſi* 14
quis ſub conditione, ff. de condit. inſtit. vbi Gloſſ. Bal. *num. 4.* & Angel. Alexand. *conſil. 28. in cauſa, & lite, in fine, Cod. de teſtament. & in leg. 1. §. 1. verſicul. adde fortum, ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* Cæpoll. *de contractibus ſimulat. in oct. an. præſumptione.* Dec. *conſil. 94. & in c. 2. notab. 3. de reſcript. & in leg. quæ dubitationis, numero tertio, ff. de regulis iuris.* Corſet. *ſingul. 52. officialis ſuper ver. conſuetudo.* Gerard. *ſingul. 77. clauſula.* & ſic clauſula hæc inſolita inducit præſumptionem latentis fraudis, vt per Riminaldum iuniorem *conſilio 58. numer. 24. volumin. 1.* & Cephal. *conſilio 738. præſcripta conſultatio, numer. 22. & ſequentib. volumin. 5.* vbi non ſolum concedit, quod clauſula inſolita inducat fraudis ſuſpicionem, ſed etiam iuramentum inſolitum, & adoptio facta in loco inſolito redditur ſimiliter ſuſpecta, & fraudulenta.

Limitant tertio, † vbi quis aufugeret ex aliqua 15
cauſa probabili, ſiue rationabili ſic ſuadente, puta ratione partialitatis, ac inimicitiæ, ſeu factionis exiſtentis in ciuitate, vel quia locus non erat ſibi ſecurus, vel quia officialis erat valde crudelis, vel ſimilibus ex cauſis, tunc fuga nullam cauſat ſuſpicionem: quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu delicto, ibi ſecure, ac tute ſtare non poſſet, neque poteſt fuga ſibi imputari, *cap. accedens, el 1. extr. vt lit. non conteſtat.* ita in terminis decidit Bal. *in l. in bonæ fidei, colum. penult. C. de vſuris,* allegans *Clem. paſtoralis, de ſent. & re iud.*

Gloſſ.

Gloſſ. & Ioan. Andr. *in c. ſtatutum, §. 1. de reſ. lib. 6.* & ſignauit conſulendo Ioan. de Amicus *in d. conſ. 7. nu. 12. cum aliis ſeqq.*

16 Et do† fuga iuſta cum cauſa facta, ſtatur dicto fugientis cum iuramento, ſecundum aliquos Doctor. *in d. l. admonendi.* & ſecundum alios ſine iuramento, vt per Marſil. *ſing. 115.* Et quod ſtetur ſimplici dicto abſque iuramento, teſtatur Boer. *deciſ. 215. nu. 9. & ſeq.* & Grammat. *conſ. crimin. 42. nu. 18.* Pariſ. *conſ. 163. nu. 10. vel 20. lib. 4.*

17 Quarto † loco limitatur, quoties eſſet quis illegitime accuſatus, carceratus, vel iniuſte retentus, *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mil.* Aulus Gell. *libro 2. cap. 17.* Paris de Puteo *in tractat. ſyndic. in verb. Carcerem.* & Ripam *in d. l. admonendi.* vbi hoc *nu. 172.* ampliat *per l. nihil, ff. de capt.* vt ſi iniuſte retinetur, nec poſſit aliter aufugere, poſſit occidere cuſtodes. Sed hoc interpretatur Boerius *in dict. deciſion. 215. numer. 32.* habere locum, quando eſſet moriturus, nec aliter poſſet euitare mortem.

18 Quinto limitatur, † vt non habeat locum in præiudicium tertii, vt per Curt. ſen. & Ripam *in d. l. admonendi, nu. 164. & 174.* & Ioan. And. *in cap. ad audientiam, extra de fide inſtrum.*

19 Sexto † fallit, vt non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis, qui conſueuit eſſe multum crudelis cum ſubditis ſuis, in quo plus ſæuitiæ, quam iuſtitiæ reperitur ineſſe, & in caſu iſto fuga non nocet, ſecundum Par. de Puteo *in d. tract. ſyndicat. in verb. Aut index.* Paulum Girland. *in tractat. de relaxat. carcerat. in tit. de fuga carcerat. nu. 13.* Boer. late *in d. deciſ. 215. nu. 9. & ſequen.* & Felin. *in cap. nullus, colum. 7. extra de præſumpt.* & iſte dicitur iuſtus timor; & fuga in iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa, ſecundum Andr. de Iſern. *in conſtitut. Regni, in conſtit. Grandis, & in conſtitut. pœnam eorum.* & Lucam de Penna *in l. ſi colonus, Cod. de agric. & cenſ. libro 12.* vbi ait, quod ſi quis timens ſæuitiam impii iudicis, in quo nulla eſt iuſtitia, ſed tota crudelitas, aufugeret ex curia, in qua tenebatur, aut cuſtodiebatur detentus, non debet haberi pro confeſſo: quia de malo iudice malum præſumendum eſt, *l. ſi quis per impreſſionem, Cod. quod metus cauſa, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militar.* pro quo facit etiam quod not. Bart. *in l. 1. §. ſi quis ipſi prætori, ff. de operis noui nunciation.* vbi dicit, quod ille omnino, aut probabiliter timet præſentiam iudicis, dubitans ne contra ipſum iniuſtum ſæuiat, actus ille, qui ſiendus erat coram iudice, ſufficit ſi fiat coram vicinis, & amicis, idem tenet Paris de Puteo *in dicto cap. an ſi iu-*
20 *dex.* qui demum † oſtendit optimam cautelam officiali, cuius fuga faceret præſumptionem contra ipſum, vt vbicunque videret officiales ſyndicatores ſibi inimicos, & ſibi ſuſpectos, iter arripiat ad ſuperiorem cum proteſtatione, quod non intendit per illum receſſum arripere fugam, vt fugiat iuſtitiam, ſed accedere ad ſuperiorem, vt audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpicione: ſiquidem, qui arripit iter ad ſuperiorem, videtur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur, ſecundum Hoſtien. *in c. vt debitus de appellation.* de quo Bald. dixit text. eſſe *in l. ſed ſi per prætorem, §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* Et ſic nota quod fugiens ad ſuperiores non dicitur fugere, nec vllam pœnam incurrit, *l. quis ſit fugitiuus, ff. de ædilit. edicto.* & *ibi* Bart. Cæpol. & Pet. Garſia *in ſuis deciſ. in dicto 217. qui a carceribus.* vbi allegat etiam textum ad propoſitum facientem, *in l. milites agrum, §. deſertorem, ff. de re militar.* adeo quod officialis, ſiue Syndicus fugiens ad ſuperiores non dicatur aufugere, tenet Gramm. *vot. vlt. n. 12.*

21 Sexto limitatur, † ſi conſtat de fuga legitime, ſaltem per duos teſtes, vel legitimam probationem, aliter non poſſet facere indicium ad torturam, ſecundum Brunum *in tract. de indiciis, q. 3. nu. 12.*

22 Septimo † fallit in famulo fugiente, in quo fuga facit plenam probationem, ſecundum Gloſſ. *in §. ſi vero etiam, in Auth. de exhib. reis.* vbi Angel. hoc firmat, & Paul. Girland. *in d. tract. de relaxat. carcerat. in tit. de pœna carcer.* & Boer. *in d. deciſ. 215. nu. 29.* vbi multos adducit, Gramm. *conſil. crim. 32. nu. 6.* Bart. *in l. cum probatio ff. de probationib.* Marſil. *ſing. 497. ſæpiſſime.* Blanc. *in l. fin. nu. 432. ff. de quæſt.* Marſil. *in ſua practica criminali, §. diligenter, nu. 47. & 91.* Thom. Grammat. *in conſ. crim. 22. nu. 6.*

Sed opinionem iſtam intellige, quando maxime concurreret veriſimilitudo ex parte domini condolentis, & famuli fugientis, præſertimque ante inquiſitionem, & poſt accuſationem; quia tunc facit indicium ad torturam, vt concludunt Doctor. ſuperius citati, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Curt. ſen. *in d. l. admonendi, num. 171.* quamuis ipſe *ibi* teneat contrarium. *Cōis opin.*

23 Imo plus † dic retenta communi opinione, quod præſumitur famulus ipſe ſubtraxiſſe bona, quæ non reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant, Gloſſ. eſt nobis ad hoc, ſecundum Ang. *ibi in §. ſi vero quidam etiam iurant, in Auth. de exhib. reis.* & Brun. *in tract. de indiciis, q. 3. in prin.*

24 Octauo limitatur, † quando fugiens eſſet bonæ famæ, & conditionis, vt per Brunum *in d. tract. de indiciis, q. 3. nu. 22.* Pariſ. *conſ. 163. nu. 19.* & Catald. *in tract. de indiciis, nu. 73. vel 76. in tom. 17. vel 14.*

25 Nono fallit, † quod licet fuga faciat indicium, non habet locum in incarcerato aufugiente, ſecundum Iaſ. *in repet. d. l. admonendi, nu. 172.* & Ripam *n. 170.* Paul. Girlan. *in tract. de relaxat. carcer. in tit. de fuga carcer. nu. 13.* & late Boer. *in allegata deciſ. 215. nu. 9.*

26 Et † ſic carceratus habetur pro confeſſo, ſi aufugit, per text. *in l. in eos, ff. de cuſt. reorum.* vide Grammat. *voto 37. contingit pridie.* & Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 301.* Nam iſta fuga probat plene contra fugientem iſtum, vbi etiam ille text. quærit, an ille fugiens puniatur pœna, qua pro illo crimine accuſatus veniret puniendus, & videtur quod ſic; & per hunc text. Doct. dicunt communiter, quod fugientes *ibi* habentur pro confeſſis: tamen re vera nihil probat ille tex. nam non loquitur de fugientibus, ſed de conſpirantibus, & tractantibus fugere, litera dum dicit, quod habeantur pro confeſſis, & puniendi ſunt, non tamen aperit qua pœna: nam illa lex eſſet omnis rigoroſa, vt punirentur fugientes illa pœna delicti: quia non ſequutus fuit effectus, ideo dicas quod puniuntur extraordinarie iudicis arbitrio, & ſic intelligas illum text. vt illos mittat in carceres ſecretiores: cum auſi fuerint frangere carceres, ſecundum Albet. *ibi*, & Rayner. de Forliuio, & Boer. *in d. deciſ. 215.* miratur de Iaſ. *in d. l. admonendi.* quod non poſuerit iſtum intellectum. Probatur tamen concluſio hæc per text. *in l. 1. ff. de effract.* vbi fractores carcerum habentur pro confeſſis, & puniuntur vltimo ſupplicio. Sed hoc limitatur, vt *ibi* per illum text. & iſtam ait eſſe veram, & communem opinionem Boer. *in præcitata deciſion. 215. num. 9.* & poſuimus late *ſupra in præcedenti concluſione.* *Cōis opin.* *Cōis opin.*

Ampliaturque iſta noua limitatio communis, etiamſi quis non detineatur in arcto carcere, ſed in camera, ſeu palatio, vel in aliquo thalamo: nam tunc fuga facit plenam probationem, & hæc ampliatio pro veriori firmatur à Boer. *in allegata deciſion. 215.* &

Paul. Girlan. in tractat. de relaxat. carcerat. in tit. de fuga
carcer. nu. 12. & 16.

27 Sublimitatur † prædicta noua limitatio, quando
aufugeret cauſa adimplendi votum: argumento l. il-
lud, ff. de offic. præſid. dum tamen redeat intra diem, vel
infra modicum tempus, & hoc pro ſingulari tenet
Marſil. ſingul. 149.

Sublimitatur ſecundo, vt non habeat locum,
quoties generaliter recedit à carcere cauſa religionis
ſeruandæ, puta propter audiendam miſſam, dum-
modo redeat, ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſer. fugitiu. &
Boer. in d. deciſ. 215. nu. 17.

Sublimitatur tertio, quando quis aufugeret de
carcere propter neceſſitatem, puta quia carcer com-
burebatur, vel propter ſuſpicionem iſtius timoris:
28 argumento l. habitatores, §. fin. ff. locat. Item † ſi pro-
pter aquam domus, vel carcer eſſet frangendus. Qui
profecto text. notandus eſt pro ſcholaribus condu-
29 centibus domum. Nam † propter peſtem poteſt re-
linqui, dum tamen tu reddas claues, vel denuncies
domino, vt per Ripam, in tractat. de peſte, titul. de pri-
uileg. contra cauſam peſtis, nu. 22. & Boer. in d. deciſ. 215.
num. 22.

Quarto ſublimitatur hoc non procedere, quan-
30 do † retentus in palatio aufugeret per portam, l. ne-
mo carcerem, in verb. Aperta, & libera, C. de exact. trib. li-
bro 10. per quem text. ita concludit Bald. in lectur. anti-
qua. Roman. Iaſ. & Ripa in dicta l. admonendi. Brunus
in tractat. de indiciis, quæſt. 3. nu. 12. Paul. Girlanda in d.
tractat. de relaxat. carcerat. in tit. de fuga carcer. & Felin.
in dicto cap. nullus. ſecus autem ſi muros palatii tran-
ſcenderet, l. final. ff. de rerum diuiſion. Nam fugientes
fractis oſtiis, vel muris carcerum habentur, ac ſi con-
feſſi fuiſſent crimen, pro quo fuiſſent carcerati, d. l. in
ter. vbi Bartol. & alii notant; & ſic hoc caſu fuga facit
plenam probationem, adeo quod punitur fugiens,
ac ſi commiſiſſet delictum, l. commentarienſem, C. de
cuſt. reorum. & ita notat Ioan. And. in addition. Specul. in
tit. de præſumpt. § præſumptio. ver. Violent. Aret. in tract.
maleſ. in verb. Fama publica, verſ. Sed quid ſi quis fuerit po-
ſitus in carcere.

31 Sed tali ſublimitationi obſtat iſta ratio, † ſecun-
dum aliquos Doctor. in d. l. admonendi. quia palatium,
ſeu camera, largo modo carcer poteſt appellari, nec
dicitur in carcere clauſus, qui retinetur in palatio.
Hoc tamen in contrarium non obſtante teneo, ac
ſequor iſtam ſublimitationem, tanquam veriſſi-
mam, quam comprobo hoc medio.

32 Quia conſtat † quod carceratus dicitur omnis,
qui non poteſt de loco tute, libereque recedere ad
ſui libitum, ſecundum Ang. in l. 1. C. de priuat. carcer.
Bal. in l. vnic. colum. 2. C. de confeſſis. & not. idem Ang. in
l. qui in carcerem, ff. quod metus cauſa. Innoc. & Doctor.
in c. nuper, extra de ſenten. excommun. ex quo fugiens de
palatio, fugit contra præceptum iudicis: ergo habe-
tur pro conuicto, & confeſſo. Sed Doctores in d. l. ad-
monendi. conantur opiniones iſtas ad huiuſmodi
conſonantiam, & concordiam reducere, quod de-
tentus in palatio, vel ſub aliqua fida cuſtodia, pro-
prie non dicatur carceratus.

33 Adeo † quod ſi iudici prohibita eſſet carceratio
ſub pœna, non tenetur ad pœnam in ſyndicatu, licet
aliquem ſic cuſtodiendum arreſtaſſet: nam proprie
carceraſſe non dicitur, ita Bart. per illum text. vbi
Gloſſ. in l. final. C. de decur. & ſtat. libro 12. quem ſequi-
tur Angel. in tractat. maleſic. in d. verſic. Fama publica,
verſ. Quotuplex ſit carceratio. improprie vero, & large
carceratus eſt, ſed non puniendus eſt, veluti confeſ-
ſus, tanquam probatum ſit delictum ex tali fuga, &
ita procedit prima opinio, ſecunda autem habebit
locum, quando retentus in palatio aufugeret fractis
oſtiis, & muris, ſecundum Roman. in d. l. admonendi &
Doctor. in dicta l. ets. Imo Roman. ibi hoc ampliat e-
tiam procedere, ſi retentus fugam arriperet poſt ac-
cuſationem, & inquiſitionem, & hoc caſu habetur,
ac ſi confeſſus fuiſſet crimen, pro quo fuiſſet carcera-
tus, d. l. in ter.

Decimo poſſet limitari, † quando eſſet factum 34
bannimentum, vel decretum, quod quis non poſſet
deferre talem rem per talem locum: nam ſi inuenia-
tur aliquis ab officialibus, & iſte renuat perquiri, &
aufugiat, erit puniendus illa pœna banni, ſecundum
Bar. in l. 5. C. de cur. pub. & angar. lib. 10. quia habetur
pro confeſſo ille fugiens, & de hac materia vide late
per Boer. in d. deciſ. 215. vbi ad ſaturitatem vide, videli-
cet, quod frangens carceres poſſit condemnari abſ-
que citatione.

Vndecimo limitatur in officiali, † ſeu iudice fu- 35
giente ab officio ſuo: quia tenetur crimine læſæ ma-
ieſtatis, §. 1. in Auth. de admin. & not. Ripa in d. l. admo-
nendi. ne propter diſceſſum ſcelera committantur à
ſubditis: quia tunc pœna eſt delictum, & ſic plene
probat, vt per Bartol. & Iaſ. in d. l. admonendi. Ioan.
Ant. de Nigris in capitulo Regni, in cap. 132. item ſtatui-
mus quod tam iuſtitiarii, quam officiales, nu. 12. & Marſil.
ſing. 115. & iſthæc limitatio videtur communis, vt per Com. opin.
Doctor. præcitatos.

Quod ampliatur etiam finito officio, dum tamen
ſtet in ſyndicatu, ſecundum l. 1. C. vt omnes iud. tam ci-
uil. quam crim. Alberic. vltra omnes, in rubr. nam. 2. ff.
ad leg. Iul. maieſt. allegans l. 2. & cod. tit. Sed tex. ille non
probat melius probat text. in d. §. 1. in Auth. de adminiſt.
tenet Gig. in tract. de crimin. læſæ maieſtatis, lib. 1. c. 42. v-
bi allegat Alber. in d. rub. tamen errauit non recorda-
tus de doctrina, in d. l. admonendi. quia iſti iudices non
tenentur crimine læſæ maieſtatis, vt per Ripam, in d.
l. admonendi. & per textum in d. §. 1. Bene tamen verum
eſt, quod iſta fuga facit præſumptionem contra eos
de obiectis in ſyndicatu, & ſic pondera dict. §. ſed hoc,
in Authentic. de collationib. & in lege pœna, Cod. vt omnes
iud. tam ciuil. quam crimin. vbi in his duobus allegatis
habetur pœna ſtatuta iſtius fugæ: nec obſtat l. 2. ff. ad
leg. Iul. maieſtat. nam non loquitur in his terminis:
concludo ergo, non eſſe veram opinionem Alberic.
& Gig.

Cæterum defendi poſſet vno modo iſtorum ſen-
tentia, videlicet, quando eſſemus in criminalibus, vt
videtur ſentire Ripa, in d. l. admonendi. Salyc. & Ro-
man. dum allegant text. in leg. conſiliarios, Cod. de aſſeſſ.
Sed textus ille non habet locum in hoc, cum loqua-
tur in fugante officialem, merito teneo contrariam
partem, quod iſta fuga officialis faciat ſemiplenam
probationem, d. §. ſed hoc. & ſequitur Ioan. Ant. de
Nig. etiam, & declarat in d. c. 132. ſub nu. 12. & hoc caſu
defertur iuramentum in defectum ſemiplenæ pro-
bationis.

Quod quidem limitatur in officiali reducto ad
carceres, ſecundum Roman. & Iaſ. in d. l. admonendi.
Felin. in c. nullus, de præſumpt. & Brunum, in tract. de in-
diciis, q. 3. mouentur per §. neceſſitatem. per eos cita-
tum id tamen Ripa in d. l. admonendi. non admittit, &
reſpondet ad d. §. neceſſitatem. niſi probatum fuerit
per iuramentum partis, & ille text. hoc modo intelli-
gitur, ſecundum §. ſed hoc. ſupra citatum, quamuis
fiat illi text. aliqua violentia.

Duodecimo † interpretantur, coarctanturque 36
etiam hæc omnia ita reſoluta locum non habere, ſi
quis aufugeret è manibus familiæ ſtatim poſt captu-
ram;

tam; nam talis fuga non faceret indicium ad tortu-tam, ſi poſtea citatus compareat, quia per talẽ com-paritionem fuga purgatur, ſecundum Folleriom *in practic. crimin. in rubric. item quod ſororem venenauit. nu. 30. fol. 297.* & Bernardum Diaz. *in regul. 303. fuga ſub 4. fallentia. verſic. ſecundo quando quis fugit de manibus familiæ.*

OPINIO CCCXLIV.

SVMMARIA.

1 *Furioſus occidens aliquem, an teneatur de homicidio.*
2 *Furor ſuperueniens an excuſet à pœna corporali, delictis commiſſis, ante furorem. Et quid ſi poſt condemnationem furor ſuperueniat. nu 3.*
4 *Furor quomodo probetur, remiſſiue.*
5 *Alleganti furorem incumbit onus probandi.*
6 *Furor an probetur per teſtem, non reddentem rationem dicti ſui, remiſſiue.*
7 *Peccans mortaliter cum eſt ſana mentis, ſi poſtea efficiatur furioſus, & moriatur in furore, an dicatur mori in peccato mortali.*

1 FVRIOSVS occidens † aliquem, non punitur, nec tenet̃ de homicidiu: eum enim fati infelicitas excuſet, *l. Diuus. ff. de offic. praſ.* & tradunt omnes Dd. *in l. ex facto. ff. de vulga. & pupill. ſubſt. & in l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ.*

2 Ampliatur hoc in † tantum procedere, vt furor ſuperueniens excuſet furioſum ipſum à pœna corporali delicti antea commiſſi, prius quam efficeretur furioſus, non autem à pœna confiſcationis bonorum, ſecundum Baldum *in l. humanitatis. colum. 12. C. de impub. & aliis ſubſtitut. & in cap. 1. de eo, qui fratrem ſuum occidit.* vbi Aluat. & Imol. *in cap. Raynutius. de teſtamen.* & not. idem Bald. & Doctores, *in dict. l. furioſum. in fine.* & iſta eſt communis opinio, vt per Iaſon. Com. opin. poſt Alexand. *in dict. l. ex facto. colum. 10* Bald. *in c. ex literis. de reſcript.* Ripam *in reper. l. final. num. 229 C. de inoffic. teſtam. & in d. l. ex facto. num. 30.* Carter. *in practi. crimin. in tract. de homicidio in §. 6. fol. 101. num. 14.* Marcum Anton. Blanc. *in practic. crimin. in c. incipien. imbecillitate. num. 11.* & Ioann Brunel. *in repet. c. 1. de homicid. num. 66. poſt medium.* quę repetitio poſita reperitur poſt relectionem Couaruu. *in Clem. ſi furioſus. de homicid.* & ratio iſtius communis videtur iſta, ſecundum Doct. præallegatos: quia nõ poteſt formari proceſſus contra furioſos.

In contrariam vero ſententiam inclinauit Petrus Duenn. *in tractat. ſuarum regul. in reg. ætas, ſeu fragilitas. in 3. ampliatione.* per pulcherrima fundamenta, licet ſuadeat non eſſe recedendum in conſulendo, & in actu practico à prædicta opinione Bald. cum ſit communis.

3 Amplio hoc etiam procedere, † ſi ante furorem fuerit condemnatus ſecundum Dd. citatos, & alios quamplures congeſtos per Carter. *in dict. §. 6. num. 15.* Sed ſi conſtaret de ſimulatione, bene poterit condemnari, & puniri, vt per Bald. *in d. l. furioſum.* Vnde cauti, peritiq; iudices mirabili quodam artificio detegunt malitiam malefactorũ fingentium ante condemnationem, & poſt, ſe eſſe furioſos.

4 Qualiter autem probetur ipſe † furor? vide Barbac. *in cap. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſtat. colum. 2.* Iaſ. *in dict. l. furioſum. colum. 1.* Carter. late *in loco ſupra citato, num. 16.* & Marc. Anton. Blanc. *in d. c. imbecillitate. num. 12. & ſeq.*

5 Quia quis non præſumitur † furioſus, ſecundum Bald. per illum textum, *in l. fin. C. de hered. inſtitu.* ideo allegant i incumbit onus ꝓbandi, vt per Bald. *in l. nec ſi codicillos. C. de codicill.* & Card. *in Clement. 1. de homicid. in 6 q. 2.*

6 Et an probetur ipſe † furor per teſtem non reddentem rationem dicti ſui? vide Bald. declarantem; *in l. ſolam. C. de teſtib.* Paul. de Caſtr. *in dict. l. furioſum.* Carter. *in d. loco. num. 18.* Marc. Anton. Blanc. *in præallegata pract. crimin. num. 13.* & Vrſillum *in addit. Afflict. in deciſio. 365. ſub num. 3.* & Ioan. Bapt. Ferret. *conſil. 107. num. 14. volum. 1.* vbi firmat, quod teſtis iſte deponens ſuper furore, debeat reddere rationẽ dicti ſui, etiam non interrogatus, alias non probet. Et iſtam concluſionem ita ampliatam limitat in quinq; caſibus Carter. *in d. § 6. nu. 13 cum aliis ſeqq.*

7 Hiſque accedit vnum notatu dignũm, † quod ſi quis dum eſſet ſanæ mentis, commiſiſſet peccatum mortale, & poſtea efficeretur furioſus, & moreretur in furore, videtur mori in peccatu mortalĩ, ſecundũ Bartol. *in l. nunquam. §. ſi vi. ff. de vſucap.* per illum textum, quod dictum Bartol. refert pro ſingulari Iaſ. *in l. patre furioſo. num. 41. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* licet Brunel. *in d. c. 1. nu 66.* hoc deciſioni Theologorum relinquat, & Marcus Anton. Bardus *in tractat. de tempore vtili, & continuo. cap 18. num. 9* aſſerat, quod vere cõtrarium eſſe poſſet, vt iſte furioſus non moriatur in peccato mortali, in quo reperiebatur conſtitutus tempore furoris.

OPINIO CCCXLV.

SVMMARIA.

1 *Furtum etiam in gallina, imo in ouo, & penna committitur.*
2 *Furtum ſemper eſt peccatum mortale, eiuſque ratio.*
3 *Hiſtoria de quodam fure ſubtrahente de nocte pabulum equi, eiuſque pœna.*

FVRTVM committitur † in gallina, *l. naturalem. § gallinarum. ff. de acquir. rerum dom. & §. gallinarum. Inſtitutio. de rerum diuiſio.* & conſequenter furans anſeres, & gallinas punitur, & datur actio furti pro huiuſmodi paruo furto, ſecundum Iaco. de Bel. *in practic. criminal. in rubric. de fur. colum. 10.* Bonifac. *in tract. maleſic. in rubric colum. 3.* Andream de Iſern & Afflict. *in conſtitu. ſuper inciſionibus. colum. fin. & in conſtitu. locorum bauuli. colum. penult.* & ibi Gloſſ. *in ver. de magno, & minori.* 1

Imo committitur furtum ipſum etiam in ouo, & in pennis, ſecundum Gloſſ. *in dict. §. gallinarum.* quam ſequuntur omnes Dd. communiter, Tiraq. *in tract. de* Com. *iudicio in rebus exiguis ferendo. in 94. not. fol. par. 50* Fran- opin. ciſc. Marci, *deciſio. 264 num. 2. in 2 par.* Dec. *in c. de appell. num. 8. de appell.* Iulius Clarus *in pract. crimin. lib. 5. § furtum. ver. pariter etiam poſſet fur allegare.* & Ioan. Ant. de Nigr. *ſuper cap. Regni ſic. ad hoc. de furtis. n. 20.* vbi iſtam communem luculenter declarat.

Contrarium vero, & ruditer quidem voluit Zaſi. *in lib. 2. reſpon. c. 16 nu 3.* cui reſpondet optimis, & realiſſimis fundamẽtis ſequendo, & corroborando antedictam communem opinionem, Stephanus Forcatulus *in auiario iuris ciuilis. cap 11. nu. 1.*

Et antedicta communis comprobatur etiam per textum *in c. vltimo fur, 14. quaſtio. vltima.* vbi loquitur Hieronym. dicens, Fur autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur; & quod furtum eſt iniuſta ablatio rei, quantumcunq; parua ſit: quia in furto non quod ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur.

Hocq; intelligendum foret quando voluntas eſſet talis, quod etiam maiora ſubtraheret, ſi poſſet, vel quando ex ablatione paruæ rei dominus intellige-

retur grauari, ſi quidem ſicut firmat Thomas *2. 2. q. 66.* ſi quis res minimas furtiue accipit, per quas homo non reputat ſibi nocumentum inferri, & ille, qui accipit, præſumere poſſit hoc non eſſe contra voluntatem domini, excuſatur.

2 Alias † furtum ſemper eſt peccatum mortale: quia contra dilectionem proximi eſt, cui infertur nocumentum; Vnde etiam in talibus minimis, ſi quis haberet animum furandi, & inferendi nocumentum ſuo proximo, eſſet abſque dubio peccatum mortale, vt concludit S. Thomas *ibidem*, & venerandus Frater Ioannes Aquilanus concionis meus *in ſermon. quadrag. nuncupatis, lima vitiorum, in ſermon. 39. qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. q. 3. colum. antepen.* niſi damnu prius, ſecundum arbitrium læſi, reſtituto *14. q. 6. c. comperimus*. Adde multa in materia relata per Nauarr. *in Summa c. 17. de 7. præcepto decalogi: non furtum facies num. 3. fol. 182. & ſeq.*

3 Eſt bene verum, † quod ſæpe fures iuſto Dei iudicio receperint, & quotidie recipiant, dum furantur, ſuam mercedem: Legitur enim ad ꝓpoſitum, quod in Lombardiæ partibus apud Parmam ciuitatem euenerit, quod receptus fuerit in quodã hoſpitio nobilis quidam, cum magna hominũ comitiua, cumq; equis prima noctis hora pabula fuiſſent data, famulus hoſpitis clam ante equos pabula poſita furtiue accipiebat, cumque ad equum, cui nobilis ipſe inſidere ſolebat, veniſſet, manumque ad pabulum applicuiſſet, equus furis brachium dentibus ſtringens, detinebat, cumq; fur ab equo ſe detentum ſentiret, ac præ nimio dolore clamaret, domicelli dicti nobilis vna cum hoſpite accurrerunt, ſed nullo ingenio mentionatum furem è dentib. equi extorquere poterant, donec ad vicinorũ aures huius rei negocium perueniret, ſicque factum eſt, vt delatus reus ad iudicem, confeſſoque crimine, mediante ſententia, ad abſciſſionem manus damnatus fuerit, teſte Fratre Iacobo de Ceſſulis *in tract. de ludo ſcacchorum. c. 6. de tabernariis, & hoſpitantibus. in fin.* ideo mirum non fuit ſi pro tali paruo furto famulus iſte, ad truncationem, ſeu abſciſſionem manus dexteræ damnatus ſit, quia forſan, habita conſideratione per iudicem, vltra furtum pabuli, ſeu annonæ, equis prædictis ſubtractæ, de periculo, & diſcrimine vitæ dicti nobilis, in quod incidere facile potuiſſet: quia equis fame laſſatis inſeſſores eorum occaſione tali, facile in inimicorum manus incidere & perire potuiſſent, cuius mali cauſa famulus fuiſſet. Et ſimile perpetrans alius famulus calce equi tam grauiter percuſſus fuit in facie, vt cicatrices cum impreſſione ferri, & clauorũ in ea poſtmodum apparerent, quod ita euenire, & contingere poteſt omnibus furibus.

OPINIO CCCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Furto ſubtrahens cibaria, neceſſitate famis, vel veſtimẽta, nuditatis neceſſitate, an teneatur pœna furti.*

2 *Neceſſitas extrema, quæ dicatur.*

3 *Furto ſubtrahens cibaria, vel veſtes, ſi ab amicis, vel aliis habere poſſit victum, non excuſatur neceſſitate.*

4 *Furans ex neceſſitate, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, an teneatur ad reſtitutionem.*

5 *Furto auferens rem alienam æquiualentem rei ſuæ ab alio occupatam, non tenetur pœna furti, ſi aliter eam recuperare non potuerit.*

6 *Furto auferens vſurariis, fraudatoribus, raptoribus, & damnum ſibi inferentibus, aliud eiuſdem valoris, ſimiliter non tenetur. Declaratur, vt nu. 7.*

8 *Furari creditor poteſt rem ſui debitoris propria authoritate, ex certa cauſa. Eamque retinere, etiam facta per debitorem de bonis ceſſione, numero iii. nu. 9.*

10 *Furtum in bonis meretricis impune fieri poteſt.*

11 *Furans in domo, in qua luditur, tempore luſus, non tenetur.*

FVRANS, ac † ſurripiens comeſtibilia, & cibaria in extremæ famis neceſſitate conſtitutus, ſeu ſubtrahens nuditatis neceſſitate veſtimenta, vt quia infirmus eſt, & nõ poteſt quærere victũ, vel quia caritas, vel careſtia eſt, excuſat à pœna furti, tam in foro poli, quàm fori, dũmodo ſufficientẽ non excesſerit quãtitatem, *in c. diſcipulos, de conſecra. diſt. 5. in c. ſi quis. extr. de furt.* per Archid. *in c. pœnale, 14. quæſt. 5.* Et ſic tempore neceſſitatis extremæ licitum eſt furari, & iſta eſt communis opinio Dd. teſte Cagnolo, *in l. quæ propter neceſſitatem. num. 3. 5. 7. & ſeq. ff. de reg. iur.* & ita tenet etiam Abb. *in fine.* & Auan. *circa fin. in c. 3. de furt.* & Ang. *in l. 2. §. cum in eadem. ff. ad leg. Rhod. de iact.* Bonifac. de Vitel. *in tract. malef. in rub. de furib. & latronibus, num. 29. fol. paruo 90.* Alexand. de Neuo *conſil. 103. nu. 1. & ſeq.* S. Antonius Archiep. Florent. *in ſua Summa in 2. part. tit. 1. cap. 15. de furto. ſub verſ. de furto in genere.* vbi hoc vtiliter declarat, *& in 2. parc. eiuſdem ſummæ c. 15. de furto. colu. 6. verſ. quod ſi quis furatur propter neceſſitatem.* Frater Ioannes *in ſua Summa Tabiena. in 1. part. in verſ. furtum. num. 7.* Couarruuias *in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. in 2. par. § 1. fol. paruo 67.* celeberrimus D. Cornelius Beninecaſius Peruſinus *in tract. de paupertate. q. 7. 11. ſpeciali. num. 20. cum aliis ſeqq. fol. paruo 105.* & Foller. *in pragmatica. de cenſibus. in ver. Nicolaus Epiſcopus. num. 218. fol. 127.* in quibus locis infinitis prope authoritatibus approbant iſtam ſententiam, & fatentur communem eſſe. Cõis opin.

Et aduerte, † quod neceſſitas extrema tunc dicitur, vbicunque periculum vitæ imminet, cui aliter, quam per iſtam acceptionem cibariorum ſubueniri non poteſt, vt per Thom. *in 2. 2. q. 66. artic. 7.* 2

Cæterum ſi ab † amicis, vel ab aliis petendo inueniret victum, & ob verecundiam non peteret, vtiq; non excuſaretur à furto ſubtrahendo ab aliis, vt voluit S. Anton. *in d. c. 15. ſub eodem verſic. quod ſi quis furatur propter neceſſitatem.* 3

Sed iſte fur, † qui propter ineuitabilem neceſſitatem aliena ſubtraxit, licet prædicta licite ſubripuerit, tamen ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, reſtitutionem ſubtractorum bonorum facere tenetur, ſecundum Abb. & omnes Canoniſtas communiter, *in c. ſi quis. ext. de furt.* & Cagnolum *in d. l. quæ propter neceſſitatem. num. 8.* aliosque quamplures relatos per Couarruuias *loco de quo ſupra*, vbi explicat iſtam eſſe communem ſententiam. 4 Cõis opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod accipiens rem alienam in extrema neceſſitate conſtitutus, deueniensq; poſtmodum ad pinguiorem fortunam, nõ teneatur reſtituere rem ſubtractam, & præſertim conſumptam, inclinauit Scotus *in 4. ſententiarum*, & Bartholomæus Fumus *in ſua Summa Armilla in in ver. furtum. num. 11. fol. paruo 243.* vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

Item licet alicui rem alienam † furari æquiualentem, quando rem ſuam occupatam ab aduerſario opulenti, & potenti aliter habere non poteſt, vt eſt Gl. *in c. in gentium. 1. diſt.* & ita tenet Innocen. *in c. olim. el 1. num. 8. de reſtit. ſpol.* Alex. *conſil. 135 nu. 1. volum. 1. & conſ. 127. num. 8. volum. 4.* Felyn. *in c. quoniam. num. 13. de ſimo. & in c. 2. de ſponſalib. in fin.* Afflict. *in conſtitut. Neap. lib. 1. rub. 7. num. 96.* Marſil. *in ſingul. 177. & in ſua pract. crimin.* 5

in §.

in §. conſtante. num. 36. & ſeq. Foller. *in dict. loco num. 118.* Frater Ioannes Aquilanus ſupremus Theologus melius, quam alius, quem hucuſque viderim *in ſermon. quadrag. ſerm. 39. qui ſequitur me non ambulat in tenebris, q. 3. col. antep.*

6 Vbi hoc ampliat procedere † ſimiliter in vſura, fraudulentia, rapina, & aliis damnificationibus iniuſte paſſis, vt quis tunc in conſcientia ab iſtis vſurariis, & damna inferentibus aliud eiuſdem valoris furto ſubtrahere, ac accipere poſſit, & ſequitur etiam huiuſmodi ampliationem S. Anton. *in d. c. 15. 2. part. ſub ver. de furto in genere.* & Cotta *in memorali. in verſic. dolum bonum, circa finem.* vide Paul. de Caſtr. *conſ. 399. vol. 1.* Declara & limita quando iudicis copia haberi non poſſet, vt per Ioan. Ant. de Nigris *in cap. Regni ad hoc, in tit. de furtis, in antiqua impreſſione. num. 106.* Couarru. *lib. 1. variarum reſolut. cap. 2. ſub nu. 15. verſ. primum hanc receptionem rei propriæ.*

7 Quod declara etiam, † quando ſine ſcandalo hoc fieri poſſet, vt per Nauarr. *in ſumma, cap. 17. non furtum facies. ante num. 5. verſic. ſexto excuſat. fol. 184.* Couarr. *in prꝶallegato cap. 2. nu. 15.* Roymundum *in ſua ſumma, tract. 8. de furtis. cap. 6. circa fin.* Iacob. de Graffiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, lib. 2. cap. 92. ſub num. 11.* Armillam *in verb. furtum. §. 5.* Alias vero quatuor declarationes, ac limitationes, in quibus quis non poteſt furtiue accipere rem propriam ab alio iniuſte detentam, vel æquiualentem, determinat Couarru. & Iacob. de Graffiis *in locis præmemoratis.*

8 Cotta *in d. memor.* tenet, † quod creditor poſſit furtiuè accipere propria authoritate rem ſui debitoris, & idem firmat Marſil. *in d. § conſtante. num. 37.* & Neuiz. *in Sylua nuptiali. lib. 3. num. 43.* vbi concludit hoc etiam in conſcientia licitum eſſe, ſi videlicet creditor creditum ſuum, mediante iuſtitia, conſequi non poſſet, & idem per Cagnolum, *in l. 2. verſic. final. num. 206. & ſequenti. ff. de origine iuris.* per doctrinam Innocent. *in cap. olim el primo. de reſtit. ſpoliat.* vbi ad bene adducta datur declaratio, & dummodo non dubitetur
9 de ſcandalo, Alexan. *conſil. 135. vol. 1.* Imo ſi in † eodem caſu poſt ſurreptionem bonorum debitoris occulte per creditorem factam, fierent monitoriæ, non teneretur aliquo modo ea bona reſtituere, nec propalare, nec etiam alii hoc ſcientes tunc reuelare deberent, ſecundum eundem Neuizan. ibi, cum aliis relatis per eum, & Bartholomæum Fumum *in ſua Summa Armilla. in ver. furtum. num. 15. fol. par. 244.*

Sed præmiſſam opinionem ita, & taliter ampliatam vtiliter limitat, & declarat procedere in duobus caſibus S. Anton. *in d. c. 15. ſecunda part. ſua Summa. col. 9. verſic. de furto in genere.* & Roymundus *in ſua Summa tractatu 8. de furtis. c. 6. in princ. fol. paruo 595.*

10 Similiterque † furtum impune poteſt committi
11 in bonis meretricis, vt voluit Marſil. *in repetit. l. vnica. C. de rapt. virg. num. 88. & 92.* Necnon ex † furto perpetrato per quoſcunque, tempore, quo luditur in domo, in qua luditur, non datur, nec conceditur aliquo modo actio furti ad pœnam, nec ad rem furto ſubtractam, *l. 1. §. prætor ait ff. de aleat.* & not. Grammat. *deciſ. 40. num. 6.* & Foller. *in pragmatica, de cenſibus. in rubr. Nicolaus. num. 211. fol. 127.* vbi recitat alios caſus, in quibus furtum non eſt punibile, & Neuiza. ſimiliter *vbi ſupra*, & ſequitur etiam Berbac. *in c. 1. de ſortilegiis.* Corſet. *in ſing. in ver. furtum.* & Caccialupus, *in tract. de ludo. folio 6. ver. præterea.* vbi per dictum textum teſtatur defendiſſe quendam militem poteſtatis in patria mea.

OPINIO CCCXLVII.

SVMMARIA.

1 *Actio ciuilis, & criminalis contra furem intentari poteſt. Et aliquando pœna dupli & quadrupli tenetur. num. 2. & 4.*
3 *Iudex in eodem iudicio, & ad pœnam mortis, & rei furtiuæ reſtitutionem furem condemnare debet.*
4 *Pœna quadrupli in foro poli contra fures non eſt permiſſa.*
5 *Fures in foro poli tantum ad ſubtractorum bonorum reſtitutionem tenentur.*
6 *Fur, etiamſi res furto ſubtracta, perierit ſine eius culpa, tenetur tamen ad æſtimationem, etiam in foro poli.*
7 *Fur tenetur, etiamſi poſt commiſſum furtum pœnitentia ductus, rem furtiuā domino reſtituat. Quod procedit etiam in raptore reſtituente. nu. 8.*
9 *Gabellarius auferens alicui rem non prohibitam, eam reſtituendo non euitat pœnam.*
10 *Furtum recipiens non euitat pœnam, etſi illud reſtituat, quamuis ſecus ſit in ſeruo fugitiuo.*
11 *Pœnitentia an locus ſit aliquando in delictis, remiſſiue.*

FVRTA ita, † & taliter leges, & iura abhorrent, vt 1 contra fures actiones ciuiles ad vtilitatem priuatam, & criminales pro bono publico inducere curauerint; & ſic aduerſus fures ciuiles, & criminales actiones competunt, *l. actratio. § quod illicito. ff. de Publicia & l. fin. ff. de furt.* & per Dec. *conſil. 520. colum. 1.* & optime per Reuerendum Fratrem Ioannem concíuem meum *in ſerm quadrag. nuncupatis lima vitiorum; in ſerm. 39. de furto. q. 2. col. 2* & Fratrem Ioannem Tabienſem, *in ſua Summa Tabiena in 1. part. in ver. furtum. §. 2.* Siquidem contra † fures agitur aliquando petendo pœnam dupli, & aliquando quadrupli, *§. dupli, & §. quadrupli. Inſt. de actio.* 2

Ideoq; ſi aliquem † furem condemnari contigerit ad mortis pœnam, vigore *cap. Regni. incipien. Ad hoc quod noſtrorum*, iudex in eodem iudicio, inſtantia, & ſententia condemnare debet, & tenetur ipſum accuſatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtiuæ reſtitutionem, vt eſt cautum *in cap. Regni. ſi de furto.* & ibi Andr. de Iſern. *in ſcholiis. in verb. de ipſa criminatione quæſitum, & ante dictum cap. voluit* Gloſſ. & Bart. *& l. interdum. §. qui furem. ff. de furt.* & Innoc. *in c. cum oportet. ext. de accuſat.* alias iudex ipſe tenetur de ſuo proprio. Caue igitur cum eris iudex in caſu iſto in iudicando, diffiniendòve negocia, ne erres. 3

Verum prædicta pœna † quadrupli in foro conſcientiæ non eſt permiſſa, ſecundum Gl. *in cap. fraternitatis, 12 q. 2.* quam ſingularem eſſe ſcripſit Iaſ. *in l. vt vim. n. 22 ff. de iuſt. & iur.* Matth. *ſing. 23.* 4

Et hinc † Bald. *in l. poſt deciſionem. C. de furt.* & *in aliis locis, relatus* per Dec. *in c. quoniam contra. n. 129. de probat.* dixit quod fures in foro poli duntaxat ad reſtitutionem bonorum furto ſubtractorum tenentur, & iſta eſt communis opinio, teſte Gomeſ. *in §. ex maleficiis. num. 14. Inſt. de actio.* cui conſentit Frater Ioannes Tabienſis *d. Summ. Tabiena. in ver. furtum. ſub n. 2 in 1. part.* 5 Cõis opin.

Et dato † quod res iſta furto ſubtracta, & iniuſte occupata abſque culpa furis, ſeu violenti occupatoris perierit; nihilominus fur tenetur ad æſtimationem dictæ rei peremptæ etiam in foro conſcientiæ, & animæ, ſecundum Thom. *2. 2. q. 62. art. 6* Syluest. *in ver. furtum. §. 16* Gloſſ. Anchar *in 5. oppoſit.* & Couarr. *in reg. peccatum. de regul. iur. lib. 6.* vbi in 2. part. § 6 nu. 1. & ſeq. fol. paruo 153. declarat iſtam opinionem, & explicat cum ea omnes ibi communiter tranſire. 6 Cõis opin.

Imo

7 Imo fures ipſi videntur ita, † & taliter legibus exoſi, vt ſi pœnitentia ducti, poſt patratum furtum, reſtituerent rem furtiuam, furtoque ſubtractam domino, minime euitarent pœnam furti, *l. ſi ea mente.* & *ibi* Bartol. *ff. de furt. & in l. ſed ſi vnum. §. ſi ea mente. ff. de iniuriis.*

8 Et quemadmodum † fur punitur, non obſtante reſtitutione facta, de re furata, ita etiam raptor reſtituens rem raptam per eum ante iudicium motum, non liberatur à pœna *l penultim. ff. vi bon. rapt.* & Gl. *in c. quod ſicut. §. fin. de elect.*

9 Et ſimiliter publicani, † ſeu gabellarii auferentes res non prohibitas alicui, ſi illas reſtituerent antequam conuenirentur, non vtique euitarent pœnam, ſed puniri deberent: argum. *l. penul. ff. vi bon. rapt.* & Com. opin. ita firmant Dd. omnes communiter, atteſtante Ang. de Perig. *in l. ſi multi. ff. de publican.* contra Bart. *in l. hoc edicto. eo. tit. & in d. l. ea mente.* contrarium aſſeuerantẽ. Qua autem pœna puniatur fraudans gabellam, & ea pœna cui ſit applicanda, vide Ioan. Anton. de Nigris *in c. 2. de portulanis, &c. nu. 15. ſuper capitulis Regni. fol. 10.* & *ibi* ad plures quæſtiones, *num. 16. 17. & ſeq.* & Boſſ. *in practic. crimin. ad varias quoq; quæſtiones. in tit. de fraudan. vectig.*

10 Necnon † furtum receptans, pœnam minime euitat, licet illud reſtituat, quamuis ſecus ſit in ſeruo fugitiuo, *l. 1.* & *ibi* Bartol. *ff. de ſeruo cor.* Et an ſit lo-
11 cus † pœnitentiæ aliquando in delictis, vide Dd. declarantes, & hoc plenum facientes, & potiſſimum Ioan. de Port. *in l. ſi inſulam. ff. de verbo. obligat. & in l. quamuis.* & *ibi* Dd. & præſertim Roman. *ff. de in ius vocan.* Gloſſ. & omnes *in l. Imperialis. C. de nupt.* Bart. *in authen. ſed nouo iure. C. de pœna iud. qui male iudic.* Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleric. & in l. 1. & l. 3. C. de ſer. fugit.* & Paul. Caſtren. *in l. qui fidem. de tranſactio.*

OPINIO CCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Gerundia an de ſui natura importent neceſſitatem.*

1 GERVNDIA neceſſitatem † important, ſecundum Gl. *in rub. C. de eden.* Ioan. Fabr. *in rub. Inſt. de actio.* & Chaſſan. *conſil. 41. num. 8. & 17.* ſed Bart. *in d. rubr. C. de edend.* inclinauit in contrariam ſententiam concludendo gerundia ipſa de ſui natura non importare aliter neceſſitatem, quem ſequuntur omnes Com. opin. *ibi*, & Iaſ. *in d. rub. num. 28. de actio.* & Ozerius, *in rubric. Inſtit. de hered. inſtit. num. 3.* qui perhibent Gloſſ. prædictam ſentientem contrarium communiter ab omnibus Scribentibus reprobari; & ſic opinio Barto. & ſequacium magis communis, & magis vera, tutaque apparet, teſte Cagnolo cum aliis aggregatis per eum, *in d. rub. de edend. num. 49. cum aliis ſeqq.* vbi vtiliter hoc reducit ad practicam ponẽdo aliquas quæſtiones quotidie contingentes. De participio vero poſuimus *infra in opin. in ver. participium.*

OPINIO CCCXLIX.

SVMMARIA.

1 *Iudex nec in iudicando, nec in conſulendo ab opinione Gloſſæ recedere poteſt.*
2 *Gloſſa omnes alias authoritates ſuperat.*
3 *Gloſſa nihil allegans non eſt tenenda: Eiuſq; ratio n. 4.*
5 *Doctoris authoritas probabilis tantum eſt, non autem neceſſaria.*

1 GLOSSÆ opinio † communis cenſetur, & ab ea in iudicando, conſulendoque iudices recedere non poſſunt, ſecundum Iacob. Butrig. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* & Bald. *in l. quanquam. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. & in l. hereditas. C. depoſi.*

Imo Gloſſa ſolet eſſe talis, tantæque † præeminentiæ, & authoritatis, vt abſq; dubio aliquo omnes alias authoritates antecellat, ſecundum Bart. *in l. vt vim. num. 8. ff. de iuſt. & iur.* Abb. *in c. 1. de conſtit.* Bertr. *conſil. 113. num. 24. volum. 2.* Zaſi *conſil. 9 num. 63. libr. 2.* Iaſ. *num. 34.* Dec. *eod. num.* & Claud. Aquen. *in lectura 1. nu. 334. in d. l. vt vim.* 2

Sed hoc non † eſt ſimpliciter credendũ, opinionẽ Gloſſæ eſſe communem, & ſequendam: quia Gloſſæ nihil allegãti fides adhibenda nõ eſt, ſecundum Bartolum, *in l. nemo. C. de ſentent.* & argum. *l. illam. C. de collat.* Eius enim † authoritas non eſt neceſſaria, ſed magiſtralis, vt per Ioan. Andr. & alios communiter, *in c. 2. de reſcript.* & opinionem illam, quod Doctoris authoritas † duntaxat probabilis ſit, & non neceſſaria, dicit communem, ponitque pro regul. *cum ampl.* Petr. Duen. *in regul. 66. authoritas Doctoru*, & hoc vberius, ac commodius ſcripſimus, & docuimus *infra in opinione, Iudex in iudicando non poteſt recedere, circa finem.* 3 4 Com. opin. 5

OPINIO CCCL.

SVMMARIA.

1 *Gratia ex certa ſcientia Principis probari poteſt per teſtes. Secus ſi motu proprio conceſſa ſit. & nu. 2.*

GRATIA EX † certa ſcientia Principis probari poteſt per teſtes, ſecundum Gloſſ. fina. *in Clem. 2. de reſcript.* Bellame. *deciſio. 746. licet obſeruet. poſt princip.* Lamber. *in tract. iuris patr. in art. 15. q. 9. 3. part. lib 2. nu. 3.* Rotam Roman. *deciſio. 332 num. 1. licet Romana Curia, in no. ſecundum antiquam impreſſionem. deciſ. 47. tit. 1. de conſtit.* Felyn. Dec. *num. 46. & ſeq.* Beroum *ſub nu. 83. cum aliis ſeqq.* & Mantuan. *nu. 25. & ſeq in rubr. de conſtit.* Caſſad. *deciſ. 20. num. 2. in tit. de praben. & ſuper regula Cancel. 35. nu. 2 fol. 35. & ſuper dictã regulã. in tit. de reſeruationibus. deciſ. 1. nu. 2. fol. 78.* Marſil. *in repet. rub. C. de probat. num. 95. & ſeq.* & Boer. lariſſime *in tract. de poteſt. lege à latere. in 1. q. ſub nu. 78.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. 1 Com. opin.

Quæ limitat † in motu proprio: quia gratia conceſſa motu proprio, per teſtes probari nequiret, ſecundum Gloſſ. fin. *in c. ſi motu proprio, de praben. lib. 6.* & Rotã Roman. *in antiq. deciſ. 130.* & Beroum *in dicta rubr. de conſtit. nu 88.* vbi tradit quinque alias vtiles limitationes ad dictam communem. 2

OPINIO CCCLI.

SVMMARIA.

1 *Heres, hereditatem adire volens, intra quod tempus inuentarium conficere & complere debeat. num. 2. Et quid ſi hereditas non vno in loco, ſed diuerſis, reperiatur. num. 3.*
4 *Tempus conficiendi inuentarium quo die heredi currere incipiat.*
5 *Heres licet hereditatem adeat ſine proteſtatione de conficiendo inuentario, poterit tamen intra tempus ſtatutum illud conficere.*
6 *Heres debet in inuentario deſcribere bona omnia quæ in domo teſtatoris ſunt, tam mobilia, quam immobilia, etiam ſi non ſint defuncti. Exceptis fructibus recollectis poſt mortem. nu. 7.*
8 *Heres doloſe omittens rem in inuentario quomodo puniatur.*
9 *Vſufructuarius occultans res hereditarias, ne deſcribi poſſint, cadit ab vſufructu.*

10 He-

Digitized by Google

10 *Heres intra tempus conficiendi inuentarium à creditoribus conueniri non poteſt. Secus in relictis ad pias cauſas. Ipſe autem alios interim conuenire poteſt numer. 11.*

12 *Exceptio non confecti inuentarii impedit litem conteſtari.*

13 *Legatarius, ſeu quilibet creditor, ſi dicat, opponatq; plura bona, quam quæ oſtenduntur per heredem, eſſe in bonis teſtatoris, id probare debet & nu. 14.*

15 *Inuentarium vt legitime fiat quid requiratur.*

16 *Mulier non habet reſtitutionem in integrum ad conficiendum inuentarium. Secus in Regno Neapol. nu. 17.*

18 *Mulier in Regno Neap. indifferenter reſtituitur, cum læſio prouenit ex aliquibus omiſſis, vel productis, & non probatis in iudicio.*

19 *Heres ad confectionem inuentarii omnes creditores, & omnes ad quos pertinere putauerit, citare debet, ad hoc vt valeat inuentarium. Et quidem nominatim citandi ſunt, vt inuentarium teneat. nu. 20.*

21 *Citantur creditores, legatarii, fideicommiſſarii, & alii ſuper confectione inuentarii ſemel tantum. & nu. 23.*

22 *Creditores incerti vocandi ſunt per proclama in locis ſolitis, determinata die, hora, & loco.*

24 *Creditores, licet ſint abſentes, tamen ſi ſunt ſub iuriſdictione loci, in quo conficitur inuentarium, debent citari nominatim, ſpecialibus, & non generalibus citationibus.*

1 HERES volens † adire hereditatẽ defuncti abſq; ſuo periculo, tenetur inchoare inuentarium intra triginta dies à die ſcientiæ, *l. fin. § ſin autem dubius. C. de iure delib.* & inuentarium ipſum intra alios complere, perficereq; tenetur.

2 Et conſequenter, † ſi inuentarium ipſum non inchoaretur infra 30. dies per heredẽ, licet poſtea perficeretur infra alios 60. dies, vtiq; nõ valeret, nec teneret, ſecundum Ang. & Alberi *in d. l. fin. §. ſi vero poſtquam.* Vitalem, *in tract. clauſularum, in clauſula, nil nouari inuentarii confectione pendente. col. 2.* Io. And. *in add. Spec. in tit. de inſt. edit. in fin. ver. item poſtquam ſumpta occaſione ex dicto Gulielmi Durandi dicemus.* Hoſtien. *in cap. Raynaldus in fin. de teſta.* Io. Fabrũ *n. 5.* & Ang. de Aret. *n. 4. in §. extraneus, Inſtit. de hered. qual. & diffe.* Dec. *conſ. 633. conſului ſuperioribus diebus n. 2. & 9.* Belloum *conſ. 61. nu. 4.* vbi ſcribit iſtã eſſe communem opinionem; (Cõis opin.) idemq; fatetur apoſtilla ad Guid. Papæ *in tract. de inuentario. ſub nu. 17. in lit. A* & Cornelius Benincaſius *in tract. de paupertate. q. 9. nu. 18.*

In contrariam vero partẽ, videlicet, q licet inuentarium inchoatum nõ ſit infra 30. dies; nihilominus, q ſufficiat inchoari tranſactis dictis 30. diebus, & cõpleri, perficiq; infra alios 60. dies, inclinauerunt Cy. Bart. Bald. Saly. Caſtren. & Iaſ. *in d. l. fin. §. 1.* Guid. Papæ *q. 171. & in d. tract. de inuentario, infra menſem.* & Guliel. Bened. *in c. Raynutius. de teſtam. in ver. mortuo itaq; teſtatore. il. 1. n. 401.* & Bald. *conſ. 363. quæritur, an ſignum crucis. n. 7. vol. 1.* Fabius Monteleo, *in ſua praxi ſuper quatuor literis arbitrariis. in 4. par. q. 5. n. 206. fol. 148.* & Roland. à Valle *conſ. 73. viſo inuentario confecto n. 20. & ſeq. vol. 2.* Et (Cõis opin.) iſta apparet communis opinio, vt innuit etiam Caſtren. *in loco præcitato,* & Monticulus etiam, *in tract. de inuentario heredũ poſt decimum, & vltimũ membrum, ſeu quæſtionem. n. 40. fol. par. 127.* vbi poſt Corn. *in d. l. ſi.* meminit, quod ita communiter practicatur. Et hæc opinio magis communis, magis ſuſtentabilis, magiſque æqua, & tuta in deciſiuis, actiue practico dignoſcitur ex teſtimonio Franciſci Burſati, *conſ. 96. ſequitur teſtamentum magiſtri Iacobi. n. 4. vol. 1.* & ex ſcriptis, & rationibus mentionatorum Dd. ſecundum quam ſententiam religioſe more ſuo iudicauit D. Bartholomæus de Gorioſtriola Hiſpanus ICtus excellentiſſimus, & ſubtilitate, & ſtaoria, ac cõſilii integritate, infallibiliq; iudicio celebratiſſimus, exiſtens Iudex Curiæ noſtræ Aquilanæ *de præſenti anno 1573.* in facti contingentia, in cauſa vertente corã eo inter Magnificum Mutium Piccolom. & Magnificam D. Catherinam de Picis, & pro Piccolo prædictam opinionem ſequendo conſuluit D. Ioſephus de Ruſticis, vir quidem eminentis ſcientiæ concinis meus *in conſ. incip. duo videntur.* vbi late hanc opinionem diſputando ſubtiliter comprobat.

Quæ communis ita † ampleza de plano procede- 3
ret, vbicunq; bona reperirentur in eodem loco, & ſic in domicilio heredis, ſeu parum diſtanti, ſecus ſi tota hereditas, vel maior pars reperiretur alibi, tunc enim infra annum poſſet inuentarium inchoari, & perfici, ſecundum Bart. Bald. & omnes alios *in d. l. final. §. ſin autem à teſt.* & Bertachi. *in ſuo repertorio. in ver. inuentarium debet inchoari per heredem intra menſem.* & Monticulum, *in dict. tract. de inuentario heredum in 7. principali membro, ſeu quæſtione. ſub nu. 35. fol. par. no. 50.* (Cõis opin.)

Sed aduerte, † quod tempus conficiendi inuen- 4
tarium, & conſequenter 30. dies inciperent currere à die aditæ hereditatis, & non prius, & ſic tempus hoc à die ſcientiæ delatæ hereditatis, & aditionis currere deberet, vt voluerunt Gloſſ. Bart. & alii omnes, *in d. l. fin. §. cum igitur.* Ang. *in tract. de teſta. Gloſſ. 102. verſ. qui ſi ſciens. colum. 1. verſic. & debet dictum inuentarium,* Cuma. *conſil. 43.* Bart. *in l. ſi in diem. in fin. ff. de conditio. & demonſt.* Guid. Papæ *in tract. de inuentario num. 14. & in dict. deciſ. 571.* & Franciſc. Porcellinus, *in tract. de inuentario. c. 3. num. 11.* Et iſtam opinionem ſequuntur quoque, & profitetur communem Bertrand. *conſil. 123. viſis dubiis ex parte nobilis, & generoſi viri nu. 6. volum. 7. & conſil. 284. multi ſunt conſultationis articuli. num. 1. volum. 8.* Dilectus *in tract. de arte teſtandi. tit. 11. cautel. 8. ſub num. 2.* & magis communem Dec. *in d. conſil. 633. num. 2. & ſeq.* Socin. *conſil. 19. colum. pen. volum. 3.* Bellonus *conſil. 65. num. 15.* & Franciſcus Maruphus *ibi in ſubſcriptione. in conſil. ſeq. num. 6.* & Roland. à Valle, *in dict. conſil. 73. num. 16. & ſeq.* quæ communis ſententia abſq; ſcrupulo aliquo procederet, dummodo heres nõ eſſet in culpa, malitia, vel dolo: tunc enim, ex quo diſtulit malitioſe hereditatẽ adire in aliorũ præiudicium, currit tempus ante aditam hereditatem, vt aduertit Dec. cum aliis aggregatis per eum *in d. conſ. 633. ſub n. 5.* & Rol. à Val. copioſiſſime *in d. cõſ. 73. n. 34. & ſeq.* (Cõis opin.)

Et ſimiliter lectorem admonitum volo, † quod 5
heres ſimpliciter, expreſſe, vel tacite adiens hereditatem defuncti intra tempus ſtatutum ad conficiendum inuentarium, tunc, dato quod non proteſtetur de confectione inuentarii, nec aſſeratur, quod dubius ſit de iuribus hereditariis; nihilominus poterit infra tempus præmiſſum iuris ſibi conceſſum, inuentarium conficere, non obſtante omiſſione proteſtationis, ſecundum Salyc. Caſtren. & Alexand. *num. 3. in d. l. fin.* Io. And. *in add. Spec. in tit. de teſt. in rub. col. 2.* Io. de Imol. *in l. 1. §. hæc ſtipulatio. in fin. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid.* quicquid dixerit Barbat. *in d. c. Raynaldus. col. 4.* & ita conſuluit Paul. Caſt. *conſ. 212. paſſus, de quo quæritur.* tangit per D. Angelum, & Io. de Imol. *in eius conſ. incip. Io. contra Bulgarinum.* & Bertrau. cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 95. viſo inſtrumento contractus matrimonii per verba de futuro num. 7. & ſeq. volum. 2.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & Monticulus etiam *in d. tractat. de inuentario poſt decimum, & vltimum membrum num. 174. fol. paruo 155.* & ita iudicauit iuſtiſſimus D. Thomas de Sico, vir equidem actis iudicii in Curia noſtra Aquilana *de anno 1571.* in negocio (Cõis opin.)

tunc

Digitized by Google

tunc agitato inter mentionatos dominos Murium Piccolum, & Catherinam de Picis.

6 Item † heres tenetur deſcribere, ſeu curare deſcribi in inuentario omnia bona defuncti tam mobilia, quam ſtabilia. & alia omnia, quæ reperiebantur penes teſtatorem, etiamſi non eſſent ſua, *dict. l. final.* vbi Bald. *colum 6.* Paul. Caſtrenſ. Iaſ. *in verſic. tertio requiritur.* & alii communiter, Angel. Paul. Caſtren. Roma. Alexand. & Imol. *in l. ſi de eo. §. ſorte. ff. de acquir. poſſeſſ.* [Cōis opin.]
7 & Dec. *in dict. conſil 633. num. 10.* Sed hoc † non procederet in fructibus recollectis poſt mortem defuncti, qui deſcribendi non forent in inuentario, verum poni deberent per heredem in libro rationū, ſecundum Angelum, Alexand. *colum. 3. in d. l. final. C. de iur. delib.* & Bertrand. *in d. conſ. 123. nu. 2.* qui ait iſtam opinionem veriorem eſſe.

8 Et ſi † heres doloſe vnam rem duntaxat quamuis minimam hereditariam occultaret, nec eam in inuentario poneret, ſeu conſcriberet, & hoc probaretur, puniretur in duplum valoris rei omiſſæ, perderetque Falcidiam, ac Trebellianicam in totum ex legatis, & fideicommiſſis detrahendam: ſed valeret inuentarium, ſecundum Bartolum, *conſil. 154. num 7.* Angel. *in l. Paulus. ff. ad leg. Falcid.* Roman. *conſil. 276. num. 8.* Vitalem, *in tract. clauſularum, clauſula 41. num. 38. & 44.* Et iſta eſt communis opinio, vt prædicant Alexan. *nu. 4.* & Iaſ. *num. 3. in d. l. fin. §. licentia. C. de iure deliber.* Gratus *conſil. 17. in fin. volum. 2.* Bellonus, *conſil. 90. num. 6.* & Dilectus, *in d. caut. 8. ſub num. 2.* vbi ponit omnia alia remedia, quæ neceſſario obſeruare debet heres in confectione inuentarii ad euitādum euitanda, & ſic nul- [Cōis opin.]
9 litatem ipſius inuentarii. Et hoc † idem ait procedere in vſufructuario occultāte res hereditarias, ne deſcribi poſſint, vt ſimiliter cadat ab vſufructu, Natta, *conſil. 477. de quatuor quæritur pertinentibus ad vſumfructum. num 11. volum. 2.* Sed nomina debitorum pupilli ponenda non ſunt in inuentario per tutorem, niſi in hereditate extent & reperiant inſtrumenta, vt per Bartolum *in l. tutor qui repertorium. ſub num. 10. ff. de adminiſtr. tut.* & Ioan. Pet. Surd. cum aliis aggregatis per eum, *deciſ. 222. nullitas inuent. num. 8. & ſeq.* vbi aſſignat rationes & inſimul concedit, probatque, quod vbicunque appareret nomina ipſa extitiſſe exacta, quod teneretur tunc tutor ipſe ea ponere in inuentario.

10 Sed aduerte, † quod heres ipſe, licet intra tempus mentionatum ei cōceſſum ad conficiendum inuentarium à creditoribus conueniri non poſſet, ſecundū Bartolum, *in d. l. fina. §. donec. C. de iure delib.* Iaſ. *in §. fuerat. num 61. Inſtitut. de action.* Bartol. *in l. final. C. de fruct. & lit. expen.* Cappel. Tholoſ. *q. 257.* & Boer. *deciſio. 10.* Nihilominus hoc fallit in relictis ad pias cauſas, & ſic in piis cauſis, inuentario etiam nōdum confecto, poteſt heres conueniri à legatariis, vt firmauere Angel. & Imol. *in l. hæc ſtipulatio ff. vt leg. no. cau.* Bald. *in repet. l. 1. in 9. q. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Iaſ. *in l. eam quam colum. antepen. C. de fideicommiſſ.* & Richard. Cyn. & Bald. *in d. §. donec.*

11 Limitatur etiam hoc ſecundo loco, † vt memorato heredi permiſſum ſit interim alios conuenire, vt voluerunt Bart. & omnes alii communiter, *in d. §. donec.* Boer. *deciſ. 53. num. 4.* & Guid. Papæ, *quæſt. 571. nu. 2.* & Petr. Duen. *in reg. 367. exceptio inuentarii. num. 2.* vbi hoc declarat, & ponit ꝓ regula cum limitationibus.

12 Quod exceptio non confecti † inuentarii impediat litem conteſtari. vide *ſupra in opin. 257. n. 1.*

13 Aduerte quoque, † quod ſi legatarius, ſeu quilibet creditor teſtatoris opponeret, aſſereretque plures res, ac bona in hereditate ipſius teſtatoris eſſe, quam ea, quæ per heredem oſtenderentur: tunc dictus creditor ita excipiendo, ac opponendo hoc ꝓbare teneretur, eique incumberet onus probandi; Et ſic ſi heres exhiberet in iudicio patrimonium teſtatoris, diceretque non eſſe alia bona in hereditate, & creditores, & legatarii contradicerent: tunc certe ſtaretur eius aſſertioni, niſi probaretur alia bona extare, ſecundum Gloſſam, *in l. cum de lege ff. de prob.* quam ſequuntur Bartolus, Bald. Iaſ. & alii *in d. l. fin. §. licentia.* Angel. *in l. qui mutuum. §. 1. ff. de acquiren. hered.* Caſtrenſ. *conſil. 112 volum. 1 & in l. maritus. la 2. ff. ſolut. matrimon.* Aret. *conſil. 120 in fine.* Roma. *conſil 221. in fin.* Alexand. *conſil. 45 colum. 1. volum. 4. & conſil 55. colum. fin. volum. 1.* Guid. Papæ *deciſio. 142.* Bart. *in l. conficiuntur. § codicillis. ff. de iure codicill.* Iaſ. *conſil 34. volum. 1. & in l. cum ex cauſa. in fin. ff. de re iud.* Curt. iun. *conſ. 150. poſt num. 10.* Gozadin. *conſil 94. colum 7.* Crauet. *conſil. 2. ante num. 11. & conſil. 218. colum. 1.* & iſta eſt communis opinio, vt narrant Curt. ſen. *conſil 27.* & Ripa, *in c. cum Eccleſia Sutrina, n. 84. de cauſa poſſ. & propriet.* Monticulus, *in d. tract. de inuentario heredis in princ. num 44. & ſeq. fol. paruo 12.* & Alciat. *in tract. de præſump. in reg. 3. præſumpt. 18.* & licet Iaſ. *in d. § licentia.* & Sigiſmundus Loffredus, *conſil. 32. num 9. & ſeq.* concludant dictam Gloſſ. procedere, vbicunque adeſſet pro ea aliqua præſumptio, vt confecto inuentario. Nihilominus [Cōis opin.]
illa Gloſ. † procederet, ſiue pro ea ſtaret præſumptio, 14
ſiue non, ſiue confectum ſit inuentarium, ſiue non, & in hoc eſt communiter approbata, vt per Curtium ſeniorem, *in d. conſil. 27.* & Ripā, *in d. c. cum eccleſia. n. 83.*

Similiter aduerte, † quod inuentarium non vale- 15
ret, nec teneret aliquo modo, quando non reperiretur legitime confectum, & deeſſent ſolennitates ad inuentarium prædictum requiſitæ, ſecundum Bart. & alios omnes communiter, *in d. l. final. C de iur. delib.* per textum *ibi*, vbi ipſæ ſolennitates enumerantur. [Cōis opin.]
Ideo nec mulier † ſuper hoc releuaretur, vt poſſet in 16
integrum reſtitui ad conficiendū huiuſmodi inuentarium: quoniam mulieribus hoc caſu non concederetur talis reſtitutio, vt voluit Baldus *in d. l. fin. in princ. quæſtio. 3.* Bartol. *conſil. 154. maritus fecit heredem.* & Alexand. *in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.* & dicam *infra in proxima ſequenti opinio. Heres non conficiens inuentarium, circa fin.*

Sed in † Regno Neapolitano obſeruatur contra- 17
rium, conceditur q; antedicta reſtitutio in integrum mulieribus in iudiciis, *Conſtitutio. obſcuritatem legum Diui Regis Rogerii aui noſtri, lib. 2. tit 44.* vbi Ande. de Iſern. Afflict. *in deciſ. 114. in præſentia num. 1. & ſequen.* & Capyc. *deciſio. 109. in cauſa Ducis Hadriæ num 7. cum aliis ſeqq.* & alii, & ita in facti contingentia iudicari vidimus in Curia noſtra Aquilana *de anno 1571.* per antedictum D. Thomam de Sico in cauſa tunc vertente inter magnificam Iuliam Stellam, & Proſperum Romanellum. Imo mulieres † ipſæ indifferenter reſti- 18
tuuntur, quando læſio eſt in promptu ex aliquibus omiſſis, vel productis, & non probatis in iudicio, & ita obſeruatur in magna Curia Vicariæ, vt teſtatur Gl. *in d. conſtit. obſcuritatem. in fin.*

Item nota, † quod heres in confectione inuenta- 19
rii debet omnes creditores hereditarios, ac omnes, qui ſua intereſſe putauerint conuocare, & ſic omnes creditores ipſi certi nominatim neceſſario perſonaliter, vel domi in dicta confectione inuentarii citari debent, alias non valeret inuentarium, ſecundū Baldum, *in authent. ſed cum teſtator, num. 5. C. ad legem Falcid.* Ancha. & Gemi. *in c. fin. in fin. de elect. in 6* Bart. Bald. Salyce Alexand. & cæteros omnes, *in d. l. fin. in princ.* Bald. *in termini. in authen. ſi omnes nu. 12. C. ſi minor ab hered. ſe abſt.* Angel. *conſil. 193. pro deciſione quæſtorum.*

torum. colum. 2. Sigiſmundum Loffredum *d. conſil. 32. num. 8.* & Dec. *conſil. 251. in cauſa magnifica D. num. 5.* vbi affirmat iſtam eſſe veram, & communem opinionẽ, & Alciat. etiam, vbi reddit rationem iſtius communis *conſil. 43. dubitationibus viſis. num. 7. & ſeq. tomo 2. lib. 6. fol. 128.* & Crauet. *conſil. 89. nu. 6.* vbi perhibet iſtam eſſe veriſſimam, ac communem opinionem. Cōis opin. Et dat cautelam 20 † creditoribus ipſis citandis nominatim, quando vocarentur per proclama, vt tacerent: quia inuentarium, tanquam nullum, nulliterque confe- 21 ctum eis nullo modo præiudicaret. Et in hoc † caſu ſufficeret vnica citatio contra creditores, legatarios, fideicommiſſarios, & alios, nec interuenire deberẽt aliquo modo tres citationes, vt voluit conſulendo Bertrand. *d. conſil. 123. ſub num. 4. & ſeq.* & ita vlta bis 22 obſeruari vidimus in practica. Incerti vero † creditores per publica banna, ſeu proclama in locis ſolitis, & conſuetis emittenda, ſeu publicanda pro determinata die, hora, & loco vocandi eſſent, vt voluit 23 Bartolus *conſil. 154. maritus. col. 1.* Sed abſentes † creditores citandi aliter non forẽt, ſecundum commu- Cōis opin. nem opinionem omnium Doctorum, *in dict. l. fin.* relatam per Loffredum *in dict. conſil. 32. ſub num. 8.* Vbi 24 conſulendo determinat poſt alios † quamplores illuſtres Doctores aggregatos per eum hoc non procedere, quando creditores reperirentur in iuriſdictione illius loci, in quo eſſet conficiendum inuentarium, & ſic ſi eſſent extra Ciuitatem, ſub iuriſdictione ipſius Ciuitatis, venirent citandi nominatim, mediantibus certis, & ſpecialibus literis citatoriis, non autem generalibus, & per proclamata, & ita concludit etiam Dec. *in d. conſ. 251. ſub nu. 5.*

OPINIO CCCLII.

SUMMARIA.

1 *Heres non conficiens inuentarium, non tenetur in foro conſcientiæ creditoribus hereditariis ſatisfacere. Secus in foro iudiciali. nu. 2. Et de iure canonico. nu. 3.*

4 *Heres non conficiens inuentarium tenetur inſolidum, & ratio. Similiter etiam mulier. nu. 5.*

6 *Heres vſurarii non conficiens inuentarium, ad vſuras reſtituendas vltra vires tenetur inſolidum.*

7 *Heres ſe immiſcens hereditati ſine inuentario confecto, tenetur etiam legatariis.*

8 *Item tenetur ad alimenta ſoluenda, etiam vltra vires patrimonii, ſi legata ſint.*

9 *Heres, inſtituta Eccleſia, vel pia cauſa, adeundo hereditatem abſque beneficio inuentarii, non tenetur vltra vires hereditarias.*

10 *Medicinas pro defuncto ſoluens, vel familiam eius alens, vel rem perituram vendens, non cenſetur per hoc adire hereditatem.*

1 HEres non conficiens † inuentarium, non tenetur in foro animæ, & conſcientiæ vltra vires hereditarias creditoribus hereditariis ſatisfacere, ſecundum Gloſſ. *in c. patrochiano. de ſepul.* Ioan. And. *in tit. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua. in addit. exordiente, An in foro conſcientiæ.* Hoſt. *in Summa de teſtib. §. penul. verſ. quid ſi bona.* & Ioan. And. *in c. quanquam. de vſuris. lib. 6. in nouellis.* quos refert Bart. qui ait ita teneri per Theologos, quorum firmat plures de re hac ſententias ſe vidiſſe, & cum hac eadẽ opinione concurrunt quoq; Anton. Butr. *in c. quia plerique. de immun. eccleſ.* Ancha. *in cap. Raynutius. de teſta.* Abb. *in cap. Rainaldus. colum. 9. eodem titul. & in cap. ſua nos. de vſuris.* Laurent. de Rodulph. *in repet. c. conſuluit. de vſuris. q. 24.* Fede. de Senis *conſil. 20.* Bartol. Angel. & Bald. *in l. gerit. ff. de acquir. hered.* Imol. *in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per legem Falcid.* Bart. *num. 3.* Bald. Angel. Alex. *num. 5.* & Iaſ. *num. 23. cum aliis ſequentib. in rub. ff. de acquirend. hered.* & Ang. *in l. fin. in princ. C. de iur. delibe. & in l. ex teſtamento. ff. de teſtamen. mil.* Alexand. de Neuo *conſil. 98. ſub num. 8.* & Boer. *conſil. 53. ſæpe. ſub num. 3.* & iſta eſt communis opinio ſecundum Dd. præcitatos, & Ruinum *conſil. 20. contra Paulum, qui dicetur vna cum aliis domum dirupiſſe. num. 6. vol. 8.* qui ſimiliter ibi ſequitur dictam communem. Cōis opin.

Sed regulariter de iure ciuili in foro † iudiciali he- 2 res adiens hereditatẽ ſine beneficio legis, & inuentarii, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, tenetur inſolidum etiam creditoribus hereditariis ſatisfacere, etiam vltra vires hereditarias, vt *in l. fin. §. fin.* vbi Gl. *C. de iure delib. & in l. quæ dotis. ff. ſolut. matri.* Bart. *in l. filiumfamilias §. Diui. nu. 8. ff. de leg. 1.* Bald. *in l. filium quem habentem. nu. 36. & ſeq. C. famil. erciſc.* Ioan. de Amicis *conſil. 3. n. 21. & conſil. 70. n. 2.* Alcia. *conſil. 29. occupationes meæ. n. 2. tomo 3. lib. 9. fol. 200.* Boer. *in d. conſil. 53. n. 3 & in deciſio. 57.*

Et hoc procedit ſimiliter de iure canonico, vt † he- 3 res vltra vires hereditarias, etiam in foro contentioſo canonico per non confectionem inuentarii infra ſtatuta tempora à iure teneatur, ſecundum commu- Cōis opin. nem opinionem Bald. *in d. l. fin. C. de iure delib.* Angel. & Alexand. *col. 1. in d. rub. ff. de acquir. hered.* Angel. *in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per l. Falc.* & Imol. *in rubr. ff. de acquir. hered.* citatam per Roman. *in auth. ſimiliter. circa fin. C. ad l. Falcid.* & per Alexand. de Neuo *in d. conſil. 98. ſub n. 8.*

Et ſic non conficiendo † inuentarium ipſe heres 4 inſolidum teneretur, vt per Abb. *in d. c. Raynutius n. 13. & ſeq.* Imol. *in d. l. gerit num. 5.* & Caſſad. *deciſio. 3. nu. 3. de teſtamen.* quoniam contra eum præſumptio foret, quod hereditaria bona occupaſſet, *§. ſi quis autem. authen. de hered. & Fal.* Afflict. *deciſ. 44. col. penul.* & Alciat. *in l. 1. nu. 14. ff. de leg. 1.*

Ex præmiſſa, † quod heres non conficiens inuen- 5 tarium teneatur vltra vires hereditarias creditoribus ſatisfacere, ampliantur, vt comprehendant quoque mulierem ſuccedentem; Et ſic mulier ipſa tenetur inſolidum, quemadmodum maſculus, ſecundum Bartol. *conſil. 154. maritus fecit heredem vxorem.* Bald. *in l. fin. in princ. C. de iur. deliberan. colum. 2.* & Alexand. *in l. iuris ignorantiam. C. qui admit. ad bon. poſſ. poſ. colum. penul.* & iſta eſt communis opinio omnium Scribentium. Cōis opin.

Ampliatur ſimiliter dicta communis, vt † heres 6 etiam vſurarii non conficiens inuẽtarium inſolidum teneatur, in foro contentioſo, ad vſuras reſtituendas, præſertimque vbicunque fœnerator ipſe pœnitens decederet, vt voluit Hoſtien. *in d. c. ſua nos.* Abb. *in c. in literis. de rapto.* & Alexan. de Neuo *in d. conſil. 98. ſub num. 8.* vbi deducit iſtam opinionem communiter approbari. Cōis opin.

Item ampliatur, vt † heres ipſe ſe immiſcens here- 7 ditati ſine inuentario infra tempus legitimum confecto, teneatur non ſolum omnib. creditoribus, ſed legatariis, *authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* & in corpore vnde ſumitur, & quod notat Gloſſ. *in d. l. fin. §. cum igitur hereditas. in verſic. omnibus. C. de iur. deliber.* Et Pet. Surd. *in tract. de alimen. tit. 9. quæſt. 14. num. 21.* vbi aſſignat rationem etiam, quod additio inducat quaſi contractum inter heredem & legatarium.

Ampliatur etiam mentionata communis, † vt he- 8 res ipſe non conficiens inuentarium bonorum hereditariorum, teneatur quoque vltra vires hereditarias in legato alimentorum alicui facto, & conſequenter huiuſmodi legatum alimentorum, tunc ſoluendum veniret per heredem vltra vires patrimonii, ſecun-

dum Iaſon. *in l. fin. §. ſi præfatam. C. de iure delib.* & Nattam *conſ. 387. in quæſtione alimentorum. n. 9. vol. 2.* contra Bald. *in l. voluntatis. colum. 2. C. de fideicommiſſ.* contrarium aſſeuerantem, quod heres ipſe non teneatur ad ſolida legata, ſi agere tur de legato alimentorum.

9 Sed præmiſſa † communis opinio ita, & taliter ampliata limitatur non procedere, vbicunque eccleſia, vel pauperes, vel alia pia cauſa inſtituerentur heredes, & adirent hereditatem abſque beneficio inuentarii, tunc quippe non tenerentur vltra vires hereditarias, ſecundum Bartolum *in l. 1. quæſt. 4. princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Cardinalem Albanum *ibi in ſuis lucubrat. n. 19.* qui exprimit iſtam eſſe magis communẽ opinionem, & ſequitur copioſe, & citat etiam Tiraquell. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ. in priuileg. 88.* vbi refert quoq; Dd. contrariæ ſententiæ.

10 Limitatur ſimiliter eadem communis † in tribus aliis caſibus relatis, & abſolutis per Ioann. Petr. Surdum *in tract. de alimentis tit. 1. q. 44. num. 29. & num. 38.* primo quod adire nõ videatur hereditatem, qui ſoluit medicinas, vel ſatisfacit medico. Secundo non inducitur aditio ipſa hereditatis ex eo, quod quis aluerit familiam defuncti. Tertio nec vllatenus inducitur talis hereditatis aditio ex venditione rei, quæ erat peritura, vt per Io. Per. Surd. *in eod. tract. de alimentis. tit. 8. priuil. 45. num. 5.*

OPINIO CCCLIII.

SVMMARIA.

1 *Heres quærens mitti in poſſeſſionem vigore* legis fin. C. de edict. Diui Adri. tollen. *quid facere teneatur. quid item iudex. nu. 2.*

3 *Filia vnica heres inſtituta, vigore præſentati teſtamenti, in poſſeſſionem omnium bonorum, etiam feudalium, poni debet, non obſtante agnatorum oppoſitione, niſi incontinenti probaret bona illa eſſe feudalia. num. 4.*

5 *Heres remedio* l. fin. de edict. Diui Adr. *non tantum mittitur in poſſeſſionem apprehendendam, ſed & in iam apprehenſa confirmatur.*

6 *Remedium* l. fin. de edict. Diui Adr. *non competit volenti ſuccedere ab inteſtato.*

7 *D. remedium* l. fin. de edict. D. Adr. *ceſſat contra habentem titulum ante mortem teſtatoris. item non competit in re particulari inſtituto. & num. 8. niſi heres eſſet inſtitutus in tali re non dato coherede. n. 9.*

Heres producens exemplum teſtamẽti extractum à Notario ex eius protocollo, an in l. fin. de edict. D. Adr. *audiri debeat. & num. 15. Et quid ſi teſtamentum ſit nuncupatiuum. n. 11. & 14.*

10 *Iudex reperta veritate acquieſcere tenetur.*

13 *In iudicio poſſeſſorio non requiritur iuramentum, & ſubſcriptio teſtium inſtrumentalium.*

16 *Multa ſunt in pectore iudicis quibus non datur certa regula.*

17 *Teſtamentum tranſſumptum ex protocollo Notarii mortui per alium Notarium an valeat ad obtinendam immiſſionem.*

1 HEREDI petenti † mitti in poſſeſſionem vigore *l. fi. C. de edict. D. Adr. toll.* ſufficit præſentare teſtamentum, & aſſerere ſe eſſe illum nominatum in ipſo teſtamẽto, nec aliæ probationes exiguntur, & ſic iudex tenetur mittere in poſſeſſionẽ heredem, ſimpliciter oſtendentẽ ei teſtamentũ, faciens mentionẽ expreſſe de inſtitutione; & conſequẽter ſufficit heredi oſtẽdere teſtamentũ, & eo oſtẽſo iudex debet eum mittere in poſſeſſionẽ hereditatis, ita colligitur ex *d. l. fin.* & hoc nõ habet difficultatẽ aliquã, vt aiunt Dd. *ibi*, & Alex. *conſ. 101. nu. 9. vol. 1.* Dec. *conſ. 84.* & Gozad. *7. ſub nu. 5. & conſil. 21. num. 10. & ſub num. 26* Imo omnes Dd. concludunt, quod ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentum, & dicere ſe eſſe illum nominatum in teſtamento, nec aliæ probationes requiruntur, vt per Scribentes omnes communiter, *in præcitatis locis.* Et hoc ampliatur in tantum procedere, † vt heres ipſe ex oſtenſione prædicta teſtamenti debeat poni, ac mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ tempore mortis teſtatoris per ipſum poſſidebantur, etiamſi non eſſent ſua dicta bona, ſed aliena, ſecundum Gloſ. & omnes *in dict. l. fin.* & Ruinum *conſil. 107. ſuperfluum eſt iudicio meo. num. 1. volum. 4.* Ampliatur etiam hoc catenus procedere, † quod ſi filia vnica eſſet heres inſtituta à patre vaſallo, & peteret mitti in poſſeſſionem bonorum omnium defuncti, & præſertim feudalium bonorum, adhuc deberet poni in poſſeſſionẽ, non obſtante quod agnati dicerent, & opponerent eſſe feudum, & eos admitti debere, vt voluit Guid. de Suza. *in d. l. fin.* cui inhærent omnes *ibi*, Afflict. *deciſ. 119. nu. 4.* & Vrſill. *in addit. ibi num. 1.* & Natta *conſil. 473. quadam nomine Syluia num. 8. volum. 2.* & Roland. à Valle cum aliis aggregatis per eum, *conſilio 2. viſo, & perlecto eleganti conſilio, numero 26. cum aliis ſequentibus, volum. 3.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

Quæ limitatur vtiliter non habere locum, † ſi ipſi agnati offerrent, & opponerent incontinenti velle probare, & oſtendere bona eſſe feudalia, aſſerendo hodie conſtat, hodie agatur: tunc enim eſſent legitimi contradictores mẽtionati agnati ad impediendam huiuſmodi immiſſionem in poſſeſſionem, ſecundum Alua. Præpoſi. Andr. de Iſer. & Mat. Laud. *in c. 1. §. inter filiam, ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnatum.* & Gozad. *conſ. 12. in hac cauſa ex ciuitate Florentia mihi tranſmiſſa ſub nu. 8 & ſeq.* vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem, idemq; fatetur Rolan. *in d. conſ. 2. num. 32. & ſeq.* vbi intelligit hoc procedere cum grano ſalis. 4 Cõis opin.

Et ampliatur quoque hoc idem, vt † remedium *dicta l. fina.* heredi ſcripto detur, non modo vt de nouo in bonorum hereditatis poſſeſſionem inducatur, ſed etiam vt in poſſeſſione iam apprehẽſa forte propria authoritate confirmetur; & conſequenter memoratum remedium *dicta l. fin.* conceditur nedum, vt inducatur ad poſſeſſionẽ bonorum hereditariorum de nouo, ſed etiam, vt confirmetur in poſſeſſione illorum, quam heres ſcriptus prius habebat, & quam antea forte apprehẽderat authoritate propria, vt volunt Cynus, & Bartolus, *in dicta l. final.* & *ibi* Alexand. *in fine.* & cæteri omnes communiter ſequuntur, Bald. etiam *in additio. Specul. in tit. de teſtamen. in verſic. an ſemel.* & Pariſius *conſil 60. ſi conſideremus petita n. 2. vol. 3.* licet, & male Io. Aod. *in addit. ibi, in §. pen. in verſ. quod ſi in dictum.* contrarium velit. 5 Cõis opin.

Sed aduerte hic, † quod remedium *dicta l. fin* non competit ab inteſtato; & ſic beneficium eiuſdem legis non procedit in ſuccedẽte ab inteſtato; vt apparet ex ſignatis per Alexand. *num 28.* Decium *num 59.* & Zuccardum *num 306. ibi*, vbi ita reſident, & iſtam communem opinionẽ eſſe prædicat Pariſi. *in mentionato conſilio 60. ſi conſideremus petita. numer. 1. volum. 3.* Cephalus *conſil. 158. num. 31. volum. 2.* Ripa *in rubric. ff. quorum bonorum, circa fin.* & Goad. *in d. conſ. 7. ſub nu. 5. & in d. conſ 21 ſub num. 30.* 6 Cõis opin.

Item beneficium *dicta l. fin.* ceſſat † contra habentem titulum ante teſtatoris mortem: tunc enim impeditur poſſeſſionis immiſſio ex diſpoſitione eiuſdem legis, vt firmant omnes communiter *ibi*, & Afflict. *in d. deciſ. 119. nu. 6.* 7 Cõis opin.

Nec

8 Necnon antedictum beneficium ceſſat in † herede iure particulari instituto, cui non datur aliquo modo illud beneficium, vt voluit Barto. *in d.l.fin.col. 4.verſic. ſecundo quæro vtrum quando eſt ſubſtitutus.* cum quo concurrunt omnes Doctores communiter *ibi.* Cōis opin.
9 Sed instituto herede, † tunc aduerte, quod concederetur tale beneficium, ſecundum Gloſſ. *in d.l.fin.* Alexand. *in l.quot. de hered.inſtit.* Salyce. Paul.Caſtren. Deci. & alios Modern. qui *ibi* perhibent iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

10 Sed ſtringendo clauum præſentis † materiæ, pro illius virtuali, & ſubſtantiali complemento, animaduertendum eſt, quod heres producens exemplum teſtamenti, & fidem ſimplicem, & authenticam, extractam à Notario rogato ex eius originali protocollo, debet quoque obtinere in tali materia *d.l.fin. C.de edict. Diui Adriani.* prout non vulgari anchora ſuſtentauere eo in loco Sebaſt.Sapia, *col.2.* & alii vnanimes omnes. Et hoc quoque non ambigue colligitur ex eodem text. ibi, *ſancimus, vt ſi quis ſcriptus heres ex aſſe, vel ex parte inſtitutus competenti iudici teſtamẽtum oſtenderit, non cancellatum, neq; abolitum, neque ex quacunq; parte ſua forma vitiatum: ſed quod prima figura, ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium, legitimi numeri vallatum ſit, mittatur quidem in poſſeſſionem earum rerum, quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur: & eam, cum teſtificatione perſonarum publicarum recipiat.* & teſtatur obſeruari ita in Rota Romana Caputaquenſ. *deciſ.351. in poſſeſſione acquirenda. in 2.par.* & firmat quoque Gloſſ. *in eadem l. fin. in ver. figura.* vbi explanat, atq; determinat, ita intelligi hoc verbum *figuram*, id eſt, primam conſiſtentiam, ſeu continentiam, qua prima vice ſcri-
11 ptum fuit teſtamentum, † cui nihil ſit detractum, additum, vel mutatum. imo Gl. *eodem in loco, in ver. depoſitionibus.* concedit allegatam *l. fin.* obtinere quoque locũ in teſtamento nuncupatiuo in ſcriptis redacto, ſtante, quod tanta fides tali ſcripturæ hodie habeat, quanta habetur ſolenni teſtamento cum ſigillis, & ita etiam non ſemel obſeruaui in iudicando, vt producta, præſentataque mihi, vt iudici, exemplo teſtamenti per heredẽ, Notarii, de eo rogati, inſimul cum protocollo eiuſdem Notarii, eoq; recognito, & collationato cum protocollo huiuſmodi exemplo, & reperto teſtamento cum ſuis omnib. & ſingulis ſolennitatibus neceſſariis, & opportunis, & teſtibus vallato, miſi ſemper in poſſeſſionem heredẽ ſcriptum rerũ hereditariarũ. & hoc non caſu euenit; ſed fretus potius authoritate, & teſtimonio Gloſſæ allegatæ, & Rotæ Roma. & variis etiam exquiſitiſſimis rationib.
12 Et primo quia † iudex reperta veritate, acquieſcere tenetur. quia ſecundum Ariſtot. *lib.3. Metaphyſice*, dubitationum ſolutio, eſt veritatis inquiſitio. imo atteſtante Lactant. Firmian. *lib.2. diuin. inſtit. aduerſus gentes.* dum inquit, quid igitur profuit te vidiſſe veritatem, quam nec defenſurus es, nec ſecuturus? nec nõ Cicerone teſte *Tuſc.quæſt. lib.3.* dicente, quid enim laboro, niſi vt veritas in omni quæſtione explicetur? vt verum dicentib. facile cedam. ſtante etiam, quod veritatem non defendens, quã defendere conuenit, proditor eſt veritatis, *c. nolite eos timere, 11. q. 3.* prout etiam cum veritas non defenditur opprimitur, *c. error, 83. diſt.* & tanto magis, eum habeatur *Eſdra 1.c.4.* quod cum veritate ipſa non ſit quicquam iniquum.
13 Secundo, † quia ſumus in iudicio poſſeſſorio, in quo non requiritur iuramentum, & ſubſcriptio teſtium inſtrumentalium, vt per Gloſſ. *in d.l. fin. in verb. depoſitionibus in prine.*
14 Tertio, † quia licet teſtamentum nuncupatiuum non foret in ſcriptis redactum, poſſet tamen iudex heredem mittere in poſſeſſionem bonorum hereditariorũ, mediante ſcriptura, ex qua appareret teſtes teſtamentarios in numero opportuno examinatos coram competenti iudice, eademque coram eo in ſcriptis ſimiliter redacta, ex teſtimonio eiuſdem met Gloſſæ *in fine.*

Quarto, † quia difficilis, & longa poſſet contingere ſubſcriptio teſtium in reaſſumptione teſtamenti, 15
ob eorum abſentiam, vel ob alia impedimenta; ita vt iudex tunc, ad tollenda, ac remouẽda eiuſmodi impedimenta, tanquã diſcretus, & iuſtus debeat in præſenti caſu heredem immittere in poſſeſſionẽ rerum hereditariarũ, mediante fide authentica teſtamenti, præſentata per eum, inſimul cum protocollo Notarii rogati. tantoq; magis, eum iudicium non debeat eſſe in pendenti, *l.non quemadmodum. ff.de iudic.* & Gl. *in c.Raynaldus. de teſta.* Et tanto magis etiam, † quia multa 16
conſiſtant in pectore, & arbitrio iudicis, quibus non poteſt dari certa regula, *l.1.in fin. ff.de iur.deliberan. l.mora. ff.de vſur. l.3. & 4. §.tu magis. ff.de teſtibus. l.continuus. § cum ita. ff.de verbor.oblig. c.de cauſis, de offic. deleg. c. ſicut. de homicid. c. final. de tranſactio. & c. iuuenis. de ſpon.*

Imo tranſumptum † teſtamenti, & fides authentica illius ex protocollo Notarii mortui per alium Notarium, habentem priuilegium tranſumendi, ſufficit etiam ad effectum immiſſionis heredis in poſſeſſionem, vigore *dicta legis final.* facta præſertim tunc collatione cum protocollo originali ipſius Notarii mortui, prout ita religioſe, more ſuo, ſuperioribus annis iudicauit Rota Romana, atteſtante Caputaquen. *in allegata deciſ.352. num.2. cum aliis ſeqq. in 2.par.* & ita patrocinando in variis cauſis, & tribunalibus ſuperioribus temporibus ſemper obtinui. prout non diffido obtinere etiam in præſentiarum, in cauſa vertente in terra Pizzoli, ad fauorem aliquorũ meorum clientulorum, mediante fide præſentata per eos, de protocollo Notarii mortui tranſumpta, & extracta, vt debeant, tanquam heredes, in materia eiuſdem *l. final.* mitti in poſſeſſionem bonorum hereditariorum. 17

OPINIO CCCLIV.

SVMMARIA.

1 *Heres an ad id, quod ſupra dodrantem legatum fuit, obligetur, & integra legata præſtare teneatur.*
2 *Heres debet præſtare quod nudo pacto promiſit.*

HERES ad id, † quod ſupra dodrantem legatum fuit, naturaliter obligatur; & ſic heres legata integra, naturali æquitate præſtare tenetur, ſecundum magis communem opinionem, vt per Bart. & cæteros, *in l.1. ff. de condict. indeb.* ac ſi ſolo pacto nudo promiſſum eſſet. 1 Cōis opin.

Et nihilominus † ſi nudo pacto promittatur per heredem, efficaciter debetur, quaſi illud operetur geminatio naturalis obligationis, & ita diffuſe firmat Alexand. *in rubr. ff. de verb. oblig.* vbi ait Iaſ. quod ita ſe habet communis opinio, quam ſequitur *ibidem* Baricel. & Deci. *num.10. in l. legem. C.de pactis.* licet, & leuiter quidem Iaſon, Baldus Nouellus, & Camillus Plautius *lib. 8. cap. 6. in dicta rubric. ff. de verbor. obligat.* ſentiant contrarium, & per longam diſputationem inutiliter laborent contra veritatem ipſam. Alteram vero interpretationem, ſeu limitationem poſuimus *infra in opin. Teſtamentum non ſolenne.* 2 Cōis opin.

Digitized by Google

OPINIO CCCLV.

SVMMARIA.

1 *Hereditas an in codicillis adimi, vel dari poſſit. Et quid in codicillis à patre inter filios factis. nu. 2.*

3 *Hereditas in codicillis licet directo dari non poſſit, poteſt tamen per fideicommiſſum.*

4 *Hereditas quibus caſibus codicillis dari, vel adimi poſſit, remiſſiue.*

5 *Trebellianica poteſt in codicillis prohiberi.*

6 *Codicilli, quibus adimitur, vel datur de nouo legatum, ſunt ſolennis diſpoſitio.*

1 HEREDITAS in † codicillis neque adimi, neque dari poteſt, & neque ſimiliter heredi inſtituto in teſtamento condito adiici poteſt, §. *penult. Inſtitu. de codicill. l. 2. §. fin. & l. Diui Seuerus. ff. de iure codicill. & l. hereditatem C. de codicill.* Specul. *in titul. de instrum. §. 1. verſic. ſi vero, cum ſimilib.* & Dilect. *in tract. de art. teſtam. tit. 10. cautela 8. num. 1. & in tit. 2. cautel. 10. num. 1.* Et licet in codicillis ipſis hereditas neque dari, neque adimi poſſit:

2 Nihilominus † hoc non procederet in codicillis inter filios per patrem factis, tunc quippe in codicillis hereditas directo dari, & item adimi poſſet, vt voluit Bart. *in l. miles in codicillis. ff. de milit. teſtamen.* quem ſequuntur Fulgoſ. Paul. Caſtren. Alexand. & Franc. de Aretin *in authen. hoc inter liberos. §. ſi quis autem. C. de teſtamen.* Salyc. *in l. 2. C. de codicill.* Aret. *in l. coheredi. §. cum filia ff. de vulga. ſubſtit.* Iaſ. *in l. 1. C. de codicill.* & iſtorum opinionem in puncto iuris defendi poſſe arbitratur idem Iaſ. *in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. colum. 2. & ſeq. C. de teſtamen.* & ſuſtenabiliorem, & veriorem pariter vocat Boer. *deciſio. 241. colum. 2.* & magis communem eſſe affirmat Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius. in verb. Teſtamentum. il 3 num. 57. de teſtamen.* & ab eadem ſententia Bart. non eſſe recedendum: cum nemo ſit, qui ab ea diſcrepet: cum fauorabilis ſit patris inter liberos diſpoſitio, teſtatur Iaſ. *in l. Lucius. nu. 11 & 12. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Com. opin.

In contrariam vero partem, videlicet, quod inſtitutio filiorum in teſtamento facta, in codicillis reuocari nequeat, inclinarunt Bald. *in l. inſtitutio. ff. de conditionibus inſtitutio. & in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* Salyc. *in d. §. ſi quis autem.* Iaſ. *in l. omnimodo. num. 9. C. de inofficio. teſtamen.* Bertrand. *conſil. 70. diſpoſitio. volum. 2 in nouo. & conſil. 143. nu. 4. & ſeq. volum. 3.* & Ludou. Roman. *conſil. 179. ampliſſime Doctor. ſub num. 12.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem contra Bart. & ſequaces, prout communis eſt, & veriſſima apparet ex ſcriptis infinitorum conſulentium *variis in locis*, & iuris interpretum *in lecturis.*

Com. opin.

3 Sed aduerte retenta dicta † communi contra Bartolum & alios, quod licet in codicillis hereditas dari non poſſit directo, tamen quando datur, quamuis iure directo non valeat, nihilominus trahitur ad fideicommiſſum, ſecundum Gloſſ. Aret. Fab. Port. & alios communiter, *in §. penult. Inſtitut. de codicillis.* Odofred. Bartol. Bald. Paul de Caſtr. Alexandr. Aret. Iaſonem, & cæteros communiter, *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupill. ſubſtitu.* Bartol. Albe. *in l. Sceuola. ff. ad Trebellian.* Alexand. *in dict. authent. hoc inter liberos. §. ſi quis autem.* & Dilectum *in d. cautel. 10 ſub num. 1.* & iſta eſt communis opinio, vt per Scribentes *in memoratis locis.*

Com. opin.

4 Alios vero caſus, † in quibus hereditas ipſis codicillis dati, vel adimi poſſit, ponit Dilectus *in d. cautel. 10. & in d. caut. 8.*

5 Et aduerte, † quod Trebellianica in codicillis ipſis prohiberi abſque dubio aliquo poſſet, ſecundum communem opinionem Scribentium in iure relatam per Curtium iun. *conſil. 73. ſubtilis proculdubio, & ſucci plena ſunt mortua. num. 26.*

Com. opin.

6 Et aduerte etiam, quod † codicilli, in quibus adimeretur, vel daretur de nouo legatum, ſint ſolennis diſpoſitio, etiamſi tractaretur de adimendis legatis in ſolenni teſtamento relictis, ſecundum Gloſſ. *in l. fideicommiſſum. C. de fideicom.* communiter ab omnibus approbatam, vt per Alex. *conſil. 131. ſuper themate, & dubiis ſuprascriptis. nu 1 Vol. 7.*

Com. opin.

OPINIO CCCLVI.

SVMMARIA.

1 *Vxor instituta à marito, cum grauamine de reſtituendo, adiens hereditatem, non perdit hypothecariam obligationem.*

2 *Et poteſt ante reſtitutionem hereditatis, dotem, & creditum ſuum retinere.*

3 *Hypotheca in quinque caſibus non confunditur per aditionem hereditatis remiſſiue.*

HERES vniuerſalis † vxor à marito inſtituta cum grauamine de reſtituendo, adeundo tunc hereditatem non perderet ob hoc obligationem hypothecariam, quando haberet, ſeu prætenderet; & ſic per aditionem hereditatis ipſius mariti debitoris factam per vxorem ſuam creditricem hypothecariam non confunditur hypotheca, nec aliquo modo remanet extincta obligatio pignoratitia ob prædictam aditionem hereditatis, ſecundum Scribent. omnes, *in l. debitori. C. de pactis.* Roman. *conſil. 276. num. 1. cum aliis ſequentib.* Neguſantium *in tract. de pignorib. in 2. membro 5. partis ſub nu 49. & ſeq.* & Gratum *conſil 63. viſis. nu 14. & conſil. 86. n. 24. vol. 2.* vbi profitetur iſtam eſſe communem opinionem.

Com. opin.

2 Vt pote, † quia heres prædicta ante reſtitutionem hereditatis poſſet retinere dotem, ſeu debitum ſuum, ſecundum Baldum *in dict. l. debitori. colum. 2.* & *ibi* Deci. *num. 6.* Romanum *in dict. conſil. 276. in princip.* Curt. *in addition. Alexand. in d. l. debitori, ſuper litera B.* qui meminit ita in Ciuitate Cremonæ conſuluiſſe, & iſtam opinionem ſequitur etiam, & late probat cum aliquibus rationibus aggregatis per eum Grammat. *deciſio. 58. Magnifica Margarita.* Capta *conſil. 63. volum. 2.* Socin. *conſil. 44. num. 1 volum. 3.* Bertrand. *conſilio 246 in fine. volum. 1. in antiquis & conſil. 57. num. 3. volum. 2. in antiquis.* & Hieronym. Gig. *in tract. de penſionib. q. 49. in fin.*

3 Alios vero quinque caſus, † in quibus hypotheca non confundatur ob aditionem hereditatis debitoris factam per eius creditorem heredem vniuerſalem inſtitutum, ponit Neguſan. *in d. 2. membro, 5. partis, num. 53.*

OPINIO CCCLVII.

SVMMARIA.

1 *Heres extraneus grauatus reſtituere, Trebellianicam ſolam detrahit.*

2 *Heres rogatus alteri reſtituere hereditatem ne amittat Trebellianicam, inuentarium conficere debet. Etiamſi ſit filius teſtatoris. nu. 5.*

3 *Declaratio textus in §.* ſi vero non feceris, in auth. de hered. & Falc.

4 *Heres non conficiens inuentarium, an Trebellianicam perdat.*

6 *Filius grauatus per patrem, ob omiſſionem inuentarii non perdit legitimam.*

7 *Teſtator ſi remittat heredi neceſſitatem inuentarii faciendi, tunc eius omiſſio ei non nocet.*

HERES

1 HERES extraneus † grauatus reſtituere hereditatem, ſolam Trebellianicam detrahit, & hoc ex Senatuſconſulto inductum fuit, vt inuitentur heredes ad adeundam hereditatem, §. *ſed & quia. Inſtit. de fideicomm. hered. l. filium. C. famil. erciſc.* Quod intelligendum eſt, ſi ſponte adiuit, ſecus ſi coacte, *l. quia poterat. ff. ad Trebell.*

2 Hinc eſt, † quod heres rogatus alteri reſtituere hereditatem, inuentarium facere cogitur, vt Trebellianicam non amittat, §. *ſi vero non fecerit. in authen. de he-*
3 *red. & Falcid.* Qui textus generaliter † de fideicommiſſariis loquens, vniuerſalem quoq; fideicommiſſarium comprehendit, *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. c. ſi Romanorum, 19. diſt.* & not. Dd *in l. Marcellin. ff. ad Trebell.*

4 Et quod † heres extraneus, qui non fecit inuentarium rerum hereditariarum, perdat Trebellianicam, tenent Oldrad. per pulcherrimas rationes *conſil. 134.* Bartol. *conſil. 51. Bonauentura. & conſil. 234. Helena Martelli* Paul. de Caſtr. *conſil. 207. ſuper primo: & in l. cum tale. §. 1. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Imol. etiam *ibi, & in authent. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* Fulgoſi. *conſil. 23. humaniſſime. & conſ. 96. pro deciſione. poſt princ.* Corn. *conſil. 303. column. 4. volum. 1. conſil. 22. colum. 8. volum. 2. & conſil. 168 colum. 4. volum. 3.* Matthæſil. *in ſingul. 158.* Dec. *conſil. 236. in quæſt. 5. 480. colu fin. & 495.* in quibus conſiliis iſtā eſſe magis communem opinionē aſſeuerat, idem atteſtatur Caſſadorus, *deciſio. 3. num. 1. 4. & 6. ſu titul de teſtamen.* & Aymon Crauett. *conſil. 17. num 1.* Benedict. Capra, *conſil 7 in fine.* Socinus *in rubri. in fin. ff. ad Trebellian & in l. Marcellus. §. quod autem. column. penult. eodem titul* Curtius iunior *conſil 54. colum. 3.* & Alciatus *conſil 29. num. 4. occupationes mea, tomo 2. lib. 9 folio 200.* vbi conſulendo affirmat iſtam eſſe veriorem, & communiorem opinionem, & Octauianus Cacheranus, *deciſione 147. per totam.* vbi allegando locum iſtum cum infinita prope Doctorum caterua teſtatur ita deciſum extitiſſe *in Sacro Senatu Pedemontano.*

Cōis opin.

In contrariam vero ſententiam inclinauerunt Iacob. de Arct. Ioan. And. *in additio. ad Specul in titul. de inſtrumen. editio. § final verſicul. nunc videamus.* Bartolus ſibi contrarius *conſil. 2. & in authent. ſed cum teſtator. C. ad legem Falcidiam.* Et ibi etiam Bald. & Salyc. & idem Bald. affirmat iſtam opinionem eſſe veram, *conſil. 99. ſuper primo quæſito. volum. 4.* licet *ibi, & in l. cum tale. §. 1. ff. de conditionib. & demonſt.* ſubiiciat de conſuetudine oducta per errorem opinionum ſeruari contrarium, & iſtam partē audacter aſſerit eſſe communem Alexand. *conſil. 67. viſit. lib. 4. & in dict. authent. ſed cum teſtator.* Iaſ. etiam, *in rubr. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. num. 7. & in repetitio. rub. num. 17. & in d. l. Marcellm. eodem titulo. num. 57.* & refert Aymon Crauet. *in præcitato conſilio 17.* & pro iſta parte reperio conſuluiſſe Paul. de Caſtr. *conſil. 202. volum. 2. in nouis, incipien. in Chriſti nomine. & conſilio 299.* & indicaſſe Cameram Imperialem, teſtante Ioachimo Myoſing. *in obſeruatione 60. centuria 3.* & iſta quæſtio adeo ambigua eſt propter conflictum opinionum, & diuerſas iuris Interpretum ſententias, vt conſtat ex his, quæ congerunt Doctores *in dict. l. Marcellm.* vt deciſionem Principis deſideret, vt refert Caſſadorus, *in prællegata deciſ. 3. in ti. de teſt. circa fin.* Bene tamen verum eſt, quod iſtas opiniones ad verum concordiam reducere conetur Monticulos, *in tractat. de inuentario heredis, 9. membro princ. num. 186. cum aliis ſequentib. fol. paruo 105. & ſequen.*

Cōis opin.

5 Retenta itaque prima † parte, tanquam magis vera, & communi, amplia, vt procedat etiamſi heres ſit filius teſtatoris, vt per Bald. *conſil. 404. in ſubſtitutione. lib. 2.* & Corne. *168. in hac conſultatione. colum. 3.* vbi ponit iſtam eſſe magis communem opinionem, idem dicit Decius *conſil. 236. non pauca difficultas. colum 4.* & Corne. *conſil. 22. in hac conſultatione. lib. 2.* eandem opinionem ſequitur Barbac. *conſil. 46. difficile. colum. final. lib. 3.* & Auguſtinus Berous *in c. in præſentia. num. 448. in fin. de probatio.* & Couarruuias *in c. Raynutius. §. 11. num. 10. de teſtamen.* & latius quam vllibi innumerabiles recenſentur pro iſta parte communi, & pro altera parte contraria, ſimiliter communi per Vruillum *in addit. Afflict. in deciſ. 367. ſub num. 13.* vbi deducit ita fuiſſe deciſum *in Sacro Regio Conſilio Neapolitan.* pro prædicta magis communi relata, quod filius non amittat Trebellianicam ob non confectionem inuentarii. Et iſtam quæſtionē ſubtiliſſime, ac latiſſime ad vtramq; partem diſputat Franc. Porcellinus, *in tract. de inuentario. cap. 5. per totum.*

Cōis opin.

Cōis opin.

Et licet † filius ob omiſſionem inuentarii perdat Trebellianicam, tamen non perdit legitimam, & in hoc Dd. conueniunt communiter, vt refert, & atteſtatur Corſetus, *in tractat. de poteſtate Regia, in materia Trebellianicæ. qu. 37.* & Laurentius Calca. *conſil. 36. tota iſta quæſtio*, & iſtam opinionem originaliter tenuit Gloſſ. *in authent. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* Oldrad. *in d. conſil. 134.* Bart. *in d. authen. ſed cum teſtator.* & alii quamplures congeſti per Corne. *in loco ſupra citato.* 6

Cōis opin.

Interpretatur præfata concluſio, † quando teſtator heredi remitteret neceſſitatem inuentarium faciendi: quia tunc omiſſio inuentarii heredi non noceret, *l fin. de arbi. tut. l. cum tale. §. 1.* vbi Bald. & Imol. *ff de cond. & demonſt.* Curt. *conſil. 29. in Regno Hiſpaniæ. in fin.* cum allegatis per Dec. *conſil. 306. viſa iterum lecta, col. 2.* & Soc. *conſ. 51. viſo teſtamento. lib. 3.* 7

OPINIO CCCLVIII.

SVMMARIA.

1 *Heres rogatus hereditatem reſtituere, ex SCto Trebelliano quartam retinere poteſt.*
2 *Filius, cui legitima debetur, quartam Falcidiam vltra legitimam detrahere poteſt. intellige ſi ſub conditione inſtitutus ſit, ſecus ſi pure. num. 3.*
4 *Pater an filius primi gradus Trebellianicam prohibere poſſit, & quibus caſibus.*
5 *Teſtator an heredi extraneo inſtituto, & grauato detractionem Trebellianicæ prohibere poſſit.*
6 *Quænam verba detractionis Trebellianicæ prohibitionem importent.*

HERES a rogatus † hereditatem reſtituere ex Senatuſconſulto Trebelliano quartam retinere poteſt, §. *ſed quia ſtipulationes. Inſtitut. de fideicommiſſ. hered.* 1

Et ſi filius eſſet, † ſeu de liberis, quibus legitima debetur iure naturæ, quartam Falcidiam vltra legitimam poſſet detrahere, *c. Raynutius. & c. Rainaldus. de teſtamen.* 2

Quod procedit quando † vno, eodemq; tempore vtriuſque quartæ detractio non concurrit, vtputa quando filius eſſet in diem, vel ſub conditione rogatus reſtituere, tunc enim poteſt duas quartas detrahere: Secus autem quando pure eſſet rogatus: quia tunc non poteſt de iure canonico, nec eius æquitate detrahere, niſi vnam quartam, ſecundum Gloſſ. & communiter Canoniſt. *in d. c. Raynutius.* & Legiſtas, *in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. & in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam.* & iſtam communem ſequitur Bart. *in l. 1. §. interdum. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. in d. l. quanquam. & in d. §. meminiſſe.* Fulgoſ. *conſil. 26.* 3

Cōis opin.

ſtante ſtatuto. & Bertrand. *conſil. 129. viſo, & ponderato caſu nobis exhibito. nu. 52. & conſ. 134. viſis vltimo, & nuncupatiuo teſtamento. num. 3. volum. 1.* & Alexan. *in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. conſ. 49. attenta. in fin. volum. 2. conſ. 14. circa primam dubitationem. col. 4. vol. 2.* & iſtam ſententiam approbauit vſus totius mundi, volentis in hoc ſtare canonibus, vt legitur inter conſil. Bald. *conſ. 284. & conſ. 387. quidam Alexand. lib. 3.* & iſtam communem atteſtatur Afflict. *deciſ. 367. nu. 4.* & Georg. Natta *in tract. quod ſtatutis maſculis, q. 4. princ. ſub num. 114.* & ad vtramque partem diſputat, ſequitur, allegat, plurimumq; declarat Auguſtinus Berous *in cap. in præſentia. num. 437. cum aliis ſeqq. de probat.* & Ripa *in l. iubemus. C. ad Trebell.*

4 Limitatur hoc, † vbicunque pater expreſſe filio primi gradus grauato Trebellianicam prohibuiſſet: quia quamuis pater ipſe filiis primi gradus Trebellianicam prohibere nequeat, vt *l. iubemus. ad Trebell.* nihilominus hoc verum eſt, quando vna tantum detrahi poſſet, vt quia pure fuiſſet grauatus per fideicommiſſum. Sed quando duas regulariter poſſet detrahere, vt in caſu, quo grauatus eſſet ſub cõditione, vel in diem, iſto caſu pater prohibere Trebellianicam poſſet, vt filius haberet duntaxat legitimam, vt voluit Paul. de Caſt. & Alexand. *in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* & item Alex. *conſ. 28. & 165. vol. 5.* & Corne. *conſ. 22. vol. 2.* vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem. Et ſecundum hanc obſtat deciſio Sacri Conſilii, vt teſtatur D. Vincent. de Franch. *deciſ. 11. nu. 10. & ſeq.* quem retulimus infra *in opin. 1009. Trebellianicam non poteſt prohibere pater filius primi gradus, in fine.*

Cōis opin.

Contrariam vero partem, quod inefficax ſit iſta prohibitio, tenuit Paul. de Caſtr. reuocando ſententiam in melius, *in d. l. iubemus.* & fuit de mente Bart. & Alex. *in l. quod de bonis. §. quod anni. ff. ad leg. Falc.* & ideo Alex. *conſil. 250. vol. 6.* non fuit auſus conſulere pro prima opinione, & iſtam ſecundam partẽ tenuit etiam Ang. *conſ. 121.* & Alex. *in d. § quod anni.* vbi reſpondet *ad d. l. iubemus.* Bald. & Saly. *in d. l. iubemus.* Roma. *conſ. 206.* Barbac. *in d. c. Raynutius. circa fin.* Alex. *conſ. 5. volum. 3. & conſ. 20. & 67. volum. 6.* Dec. *conſ. 81. & 470. & conſ. 218.* & iſta eſt communis opinio, vt ponunt præciſati Dd. Alex. & Socin. *in l. Marcellus. ff. ad Trebell. ſeu in d. l. iubemus.* vbi etiam Moder. Curtius iun. *conſ. 160. n. 5.* & Goza. *conſ. 41. & 97. n. 4.* vbi refert, quod teſtator indiſtincte non poteſt aliquo modo prohibere Trebellianicam filio, etiamſi deducendæ forent duæ quartæ, & fatetur tandem iſtam eſſe communem opinionem, & iſta in effectu videtur communior. Et ſecundum eam tanquam tutiorem *de præſenti anno 1580.* de iure reſponſum vidi per Excellentem D. Paſchalem Turcanicum conciuem meum in fauorem Excellentis Equitis D. Lelii Riueræ ſimiliter de Ciuitate Aquilæ, vbi quamplura concordantia, & ad punctum facientia docte, & eleganter congerebat.

Cōis opin.

5 Secus autem eſſet, † quando teſtator prohiberet extraneo heredi inſtituto, & grauato detractionẽ Trebellianicæ: quia iſto caſu valeret prohibitio, & hereditas deuenire poteſt ad heredẽ abſq; Trebellianicæ detractione, *§. ſi vero expreſſim. in auth. de hered. & falc.* Gl. *in §. ſed quia ſtipulationes inſt. de fideicom. hered. in ver. liceat.* Bart. *in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* & iſta opinio ratione nõ caret: quia tex. *in d. §. ſi vero expreſſim.* loquens de Falcidia, & de Trebellianica, eſt extendendus: nam per hoc ad ius commune reuertimur, *l. verbis. ff. de verb. ſignif.* Et vbi reditur ad ius commune, lex noua etiam correctoria recipit extenſionẽ, ſecundum Gl. *in c. ſtatutum. de præben. lib. 6.* præſertim; vbi ſoblata ſignificatione vocabuli caſus, de quo fit extenſio, comprehenditur, Gl. *in Clemen. 1. de electio.* & appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt, p. nota. *in auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam.* & ſententiam iſtam communiter approbari ſcribit Alex. *in d. l. Marcellus.* poſt Io. de Imola *ibi,* & quod iſta communis ſit, fatentur etiam Barba. *conſ. 10. ſtud. col. 10. lib. 4.* Iaſ. *conſ. 84. omiſſa. col. 8. lib. 1. & conſ. 146. præſuppoſito. vol. 2.* Alex. *in l. ſi filius à patre. nu. 3. ff. de liber. & poſthu. & in l. extraneum. C. de hered. inſtit. nu. 8.* Iaſ. in *l. ſi fundum. §. ſi liberorum. num. 10. ff. de leg. 1. & in d. l. Marcellus. nu. 40.* & Bald. Nouellus *in tract. de dote, in 6. part. in 13. priuileg. nu. 2.*

Cōis opin.

6 Interpretantur prædicta etiam procedere, † ſi teſtator hereditatẽ reſtitui mandauerit totã, vel integram, vel pleno iure, vel vſus fuerit his verbis: *illis et reſtituat omnia bona, vel reſiduum bonorum, aut quicquid ex bonis peruenerit.* Videtur tunc Trebellianicam prohibuiſſe per ea, quæ notat Gl. *in l. decem. C. de fideicom. liber.* quam ſingularem eſſe dicit Ang. *ibi* & Bal. *in authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. facit l. fin. vod. tit.* & hoc approbat Alexan. *in l. Centurio. col. 24. ff. de vulg. & pup. & conſil. 201. perſpectis verbis. colum. 1. libr. 6.* & iſtam opinionem communem eſſe ſupponit idem Alexan. *conſil. 5. circa primum. lib. 3.* Gozadin. *conſ. 97. num. 6.* & magis communẽ dicit Alex. *conſ. 67. a. 1. vol. 1.* & communem etiam dicit Bellonus *conſ. 64. nu. 2.* & iſthæc opinio comprobatur ex multis rationibus relatis per Corſetum *in tract. de poteſtate Regia in q. 73. § 2.*

Cōis opin.

Contrariam vero ſententiam, quod detrahatur, tenuit Roma. *conſ. 75. neſcio. & conſ. 79. totum fundamentum. & conſ. 239. in hac re.* & Fely. *in c. audita. col. 3. de præſcript.* & Iaſ. *conſ. 84. puto. vol. 1.* Dec. *conſ. 495.* & Paul. de Caſt. *in authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* & iſtam opinionem ait eſſe communem Roma. *in d. conſ. 239.* & magis communem dicit Bellonus *conſ. 55. num. 1. & conſ. 66. nu. 1. & ſeq. & conſ. 80.*

Cōis opin.

OPINIO CCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Herede non adeunte hereditatem, omnia iura teſtamenti pereunt.*

2 *Filiusfamilias, etiam infans, ratione ſuitatis, licet non adeat, tamen tranſmittit hereditatem patris, non agnitam, ad quoſcunq; heredes.*

3 *Pupillus, ſeu infans, moriens ab adita hereditate, tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum ad heredes, ex clauſula generali, ſi qua mihi, &c. & nu. 4.*

5 *Infans, an per ſeipſum hereditatem adire poſſit.*

6 *Legata ad pias cauſas an debeantur, hereditate non adita.*

7 *Hereditas poſtquam eſt adita, non dicitur amplius hereditas.*

HEREDE non † adeunte hereditatem, omnia iura teſtamenti pereunt, & ſic, ſi nemo hereditatem ipſam adierit, nihil valet ex his, quæ in teſtamẽto ſcripta ſunt, *l. ſi nemo. la. 1. ff. de teſtamẽ tute. l. cum quam. C. de fideicomm. & l. ſi nemo ſubiit. ff. de reg. iur.* & notat Roma. *conſ. 448.* Deci. *in d. l. ſi nemo.* & in terminis Alex. *conſ. 198. viſo proceſſu. col. fin. vol. 7.* 1

Fallit hoc principaliter in † filiofamilias, etiam infante, qui abſq; aliquo dubio tranſmittit hereditatẽ patris non agnitam ad quoſcunq; heredes iure ſuitatis, *l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit.* & iſta eſt communis opinio, vt apparet ex relatis per Deci. *conſ. 331. pro reſolutione. colum. 5. conſil. 245. & conſ. 250. in antiqua.* & Iaſ. *conſ. 190. magnificum. vol. 3. vol. 1.* 2

Cōis opin.

Sed imo † pupillus, ſeu infans moriens heredita- 3

te non

te non adita, tranſmittit ad heredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hereditatem. & per conſequens heredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa, &c.* aduerſus hereditatem non aditam à minore, vt tenet Bar. *in l. ſi infanti, col. final. C. de iure deliber.* & alii multi, quos referunt Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. *ibi* dicentes iſtam eſſe communem opinionem, prout etiam atteſtatur Socin. *conſ. 9. col. 9. vol. 1.* & late plures citans Guil. Benedict. *in c. Raynutius, nu. 179. de teſtam.* Corn. *conſ. 312. in fin.* Roman. *conſ. 58. viſis narratis.* & Riminal. *conſil. 20. nu. 15. & conſ. 120. nu. 9.* Bal. vero *conſil. 226. quæſtio. vol. 1.* arbitratur quæſtionem iſtam eſſe difficilem, *& conſ. 213. caſus talis, lib. 5.* habet pro abſurdo ratione minoris ætatis dare reſtitutionem in integrum, & Socin. *conſ. 216. non poteſt negari, colum. 5.* aſſerit in iſta quæſtione eſſe locum gratificationi, & per authoritatem eorum, qui ſunt in contraria ſententia, & ob validiſſimas quoque rationes, quibus reſponderi nequit, indigere Cæſarea deciſione. Nihilominus Doct. communi-
Cōis opin.

4 ter tenent, † quod competat reſtitutio in integrum etiam heredibus infantis, vt per Corn. *conſ. 87. circa primum*, & late *ſupra* deduximus, & ab iſta communi tutum eſſet recedere in actu practico.

5 Hiſque accedit congruenter hic, † quod infans non poteſt adire hereditatem ex ſemetipſo, ſed pater pro eo, aut tutor, ſecundum Bartol. *in d. l. ſi infanti.* & omnes Doct. communiter *in l. bonorum, C. qui admit.* & iſtam ſcribit eſſe communem Bellonus *conſ. 24. numer. 16.* *Cōis opin.*

6 Interpretatur † quoque prædicta regula non procedere in legatis ad pias cauſas, vt notat Bar. *in l. 1. col. pen. C. de ſacroſ. eccleſ.* Sed contra Bart. ipſum audacter aſſeuerat eſſe communem opinionem Canoniſtarum, & Legiſtarum Alex. *conſ. 354. ſtatutis, nu. 17. vol. 2.* Iaſ. *in d. l. eam quam, col. 2. & in d. l. 1. in 1. lectur. col. 6. & in 2. lectur. col. fin.* & Quintil. Mand. cumulatiſſime *in addit. Lapi in alleg. 91. in litera I*, quod imo relicta ad pias cauſas non debeantur hereditate non adita; ſed iſtam communem non auſus eſt firmare Tiraquel. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio 33.* vbi congerit Doct. prope innumeros remiſſiue. Opinionem vero Bart. ſequitur Dec. *in d. l. ſi nemo.* & Lapus *in d. allegatione 91. ſub nu. 4. & ſeq.* vbi expreſſe fatetur ſententiam Bartol. ſeruari in practica, & eſſe magis æquam, & alios complures eiuſdem ſententiæ refert Quintil. Mandoſ. *in add. Lapi, vbi ſupra in litera I*, vbi eam, tanquam fauorabiliorem, & æquiorem ſequitur, & ait vidiſſe ſeruari in facto. *Cōis opin.* *Cōis opin.*

7 Ex his accedit ſimiliter, † quod hereditas, poſtquam eſt adita per heredem, non dicitur amplius hereditas, ſecundum communem opinionem Doctorum, quam citat, & ſequitur Iaſ. *in l. poſſeſſio appellata, §. veteres, nu. 18. ff. de acquiren. poſſeſſion.* Fallit etiam præfata concluſio in viginti aliis caſibus, quos ponit Barbatius *in rubr. extra de teſtam. col. 38. verſ. Nunc ad vltimam quæſtionem.* *Cōis opin.*

OPINIO CCCLX.

SVMMARIA.

1 *Heres mariti defuncti lucratur, vxore ſuperſtite, fructus dotis rerum mobilium, tempore annicula dilationis. Anno autem finito vxor poteſt repetere ab herede bona mobilia, non obſtante aliqua exceptione. nu. 2.*

3 *Heres tenetur alere vxorem viri defuncti, quouſque permanet in viduitate.*

4 *Vxor quando dicatur in viduitate permanere.*

5 *Vxor an etiam alimentari ab herede viri defuncti debeat extra domum, ſi in ea commorari nollet.*

6 *Mulier habens poteſtatem dotis repetendæ, & non repetens, non poteſt poſt annum alimenta, ſeu dotis vſuras petere.*

7 *Si ex re immobili dotali res mobiles comparata ſint quid iuris.*

8 *Res dotalis immobilis an alienari poſſit.*

HERES † mariti defuncti lucratur, vxore ſuperſtite, fructus dotis rerum mobilium, tempore anniculæ dilationis, ſecundum communem opinionem omnium Dd. *in l. diuortio, ff. ſol. matr.* quam impugnare pluribus rationibus conatus fuit Iaſ. *ibi*, tamen quicquid ipſe ſuadeat coloratis fundamentis, ob hoc non diſcederem à dicta communi, cum qua ſentiunt Dd. & Moder. *in d. l. diuortio.* reſpondendo omnibus contrariis. 1 *Cōis opin.*

Cæterum † tranſacto anno vxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab herede mariti petere prædicta bona mobilia, & ſi heres mariti exciperet, ſeu opponeret aduerſus vxorem dotem petentem, quod ipſa perdit dotem propter adulterium, de quo maritus eo viuente querelam non porrexit, nihil prodeſſet iſta exceptio heredi, ſed tenetur vxori reddere dotem ſuam non obſtante iſta friuola exceptione, vt per Canoniſtas communiter *in c. plerumque, de donat.* quam communem ſequuntur Moder. *ibi*, & Ripa atteſtatur *in l. fin. nu. 201. & ſeq. C. de reuoc. donat.* 2 *Cōis opin.*

Et prædictis accedit, † quod heres tenetur alere vxorem, dum in viduitate maneret, ſiquidem durante tempore viduitatis durat proculdubio onus alimentandi. Et dicitur † durare vidua in matrimonio, dum vitam vidualem obſeruat, vt per Iaſ. *in §. fuerat, n. 5. & ſeq. & 25. Inſt. de act.* vbi ponit vltra annum vxorem alendam fore ab heredibus mariti defuncti. Quod procedit durante in viduitate, alias non, & iſta eſt communis opinio omnium Dd. vt per Scriben. *paſſim.* Et iſta † alimenta præſtari deberent ipſi vxori extra domum heredis, caſu quo in ea commorari nollet, & dato etiam, quod cum herede honeſte viuere poſſet, & ſic ſiue huiuſmodi alimenta debeantur ex voluntate teſtatoris, ſiue ex legis diſpoſitione venirent ſoluenda extra domum heredis, ſecundum Bart. *in prin.* Iaſ. *col. 7.* & alios, *in d. l. diuortio.* vbi deducit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur, & citat etiam Capyc. *deciſ. 24. in cauſa Lucentis, nu. 8.* 3 4 *Cōis opin.* 5 *Cōis opin.*

Accedit ſimiliter præfatis aliud not. ſatis vtile, quod † mulier non poteſt alimenta ſeu vſuras dotis poſt annum petere, cum habuerit in poteſtate ſuam dotem petere, & non curauit, *l. 1. cum ibi not. per Gloſſ. & Dd. C. de ſent. quæ ſine cer. quant.* & ita tenet Bart. *in l. at qui natura, § non tantum, ff. de neg. geſt.* Gloſſ. & communiter omnes Legiſtæ *in l. inſulam, § vſuras, ff. ſol. mat.* & communiter omnes Canoniſtæ *in c. ſalubriter, de vſuris.* de qua communi faciunt mentionem Moder. *in d. §. vſuras.* & conſulentes vbique, præſertimque Rol. à Valle *conſ. 75. ſine conſideremus diſpoſitionem iuris communis, n. 1. & ſeq. & 18. vol. 2.* vbi ait magis communem, & declarat. 6 *Cōis opin.*

Et licet in principio reſolutum ſit, † quod dos conſtituta in bonis mobilibus poſt annum reſtitui debeat: in immobilibus vero ſtatim, *l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. act.* Rom. *ſing. 228. tu habes legem vnicam.* Guliel. de Ludo. Peruſinus *ſing. 112. lex eſt.* & Coraſ. *in miſcell. iuris, lib. 5. c. 6. n. 1. cum aliis ſeqq.* vbi hoc comprobat percommoda ratione: tamen ſi prædia dotalia ſint vendita per maritum, & ex pretio ex eis redacto emptæ ſint poſtea res mobiles, tunc in præſenti re, 7

tanquam de rebus mobilibus iudicandum eſt, *l. cum in fundo, §. ſi fundus communis, ff. de iure dotium.* ibi: *Si fundus communis in dotem datus erit, & ſocius egerit cum marito communi diuidundo, adiudicatuſque fundus ſocio fuerit, in dotem erit quantitas, qua ſocius marito damnatus fuerit: aut ſi omiſſa licitatione extraneo addictus fundus fuerit, pretii portio qua diſtracta eſt, ſcilicet ita vt non vice corporis habeatur, nec diuortio ſecuto præſenti die quod in numero eſt reſtituturus, ſcilicet ſtatuto tempore ſolui debeat.* & ſic in caſu iſto dos eſt reſtituenda poſt annum, tanquam conſiſtens in rebus mobilibus. non obſtante illa iuris regula, quod ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum eſt ſubrogatum, *l. item veniunt, §. prædiximus, ff. de petit. hered. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.* Gloſſ. *in l. certi condictio, ff. ſi cert. pet. & in l. 1. C. de mand. & col. lib. 11.* Et nihil mirum, quia præſens caſus reperitur in iure deciſus *in allegat. l. cum in fundo, §. ſi fundus communis.* vt per Rom. *in præmemorato ſing. 228.* & per Bal. Nouellum *in tract. de dotibus, in*
8 *7. parte, priuilegio 1. nu. 20.* vbi illam † regulam, quod
res dotalis, maxime immobilis, non poſſit alienari, *Inſtit. quib. alien. licet, in princ. & in l. ſi prædium, C. de iure dotium, & per totum titulum, ff. de fundo dotali.* limitat non ſolum in huiuſmodi alienatione neceſſaria, neceſſarioque admiſſa fundi dotalis, ſed etiam in decem & nouem aliis caſibus, *eo in loco, ſub nu. 5. verſ. primo fallit ſecundum aliquos, cum omnibus aliis ſeqq.*

OPINIO CCCLXI

SVMMARIA.

1 *Teſtator poteſt heredem inſtituere ad interrogationem heredis, vel Notarii, vel alterius, & tenet eiuſmodi inſtitutio. Si ſcilicet de voluntate eius conſtet. nu. 2. Et teſtator fuerit ſanæ mentis. nu. 3. Et quid ſi teſtator balbutiendo loquatur. nu. 4. Vel nutu ſaltem reſpondeat. nu. 5.*

6 *Teſtamentum non fit nuda voluntate, ſed verbis.*

7 *Fideicommiſſa nutu relinqui poſſunt.*

1 HERES † quilibet poteſt per ſe, vel Notarium, vel alium interrogare teſtatorem ad inſtituendum ſe heredem, & ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogantem heredem, valet & tenet iſta inſtitutio, ſecundum Dd. *in l. iubemus. C. de te-*
Cōis opin. *ſtam.* & alios quamplures congeſtos per Clarum, *in tract. de teſtam. lib. 3. q. 37.* vbi meminit de communi.

2 Hæc vero † opinio communis, & veriſſima procedit, ſi teſtator articulate loqui poterat, & conſtabat de intentione ipſius, quod volebat ita facere, ſecundum Gloſſ. *in d. l. iubemus.* cum qua ſentiunt omnes Scriben. *ibi,* Bal. *conſ. 120. ſuper primo, vol. 4.* Paul. de Caſtro *conſ. 363. viſo puncto, per l. Pamphilo, §. propoſito, ff. de leg. 3.* & Michaelem de Ciſuentes, *in commen-*
Cōis opin. *tariis ſuper leges Tauri, in l. 3. n. 11.* & iſta eſt communis opinio, teſte Corneo *conſ. 261. nu. 18. num. 4.* poſt alios *ibi* relatos per eum, & Boer. *in deciſ. 35. nu. 5.* & iſtam conſtat eſſe communem ſententiam, etiam ex congeſtis per Alexan. *conſ. 12. viſo inſtrumento, lib. 1.* & per Iaſ. *conſ. 124. factum ſic ſe habet, in fin. lib. 1.* & per Corn. *in præcitato conſil.* Iaſ. *in d. l. iubemus, num. 20.* & Bellonum *conſil. 26.*

3 Procedit ſecundo præfata concluſio, † quando Notarius non ſeorſum, ſed in conſpectu teſtatoris ſcribat teſtamentum, & quando apparet teſtatorem eſſe ſanæ mentis, aliter quippe non valeret teſtamentum ipſum, ſi teſtator tunc fuiſſet infirmitate valde grauatus, vt per Ioan. Andr. *in addit. Specul. in §. 1. de teſtam.* Marſil. *in ſingul. 449.* Afflict. *deciſ. 143. in d. l. iubemus, col. fin.* & per Soc. *conſ. 20 in facto, & conſ. 28. viſis, col. fin. lib. 3.* de quo etiam per Calc. *conſ. 92. viſo puncto.* & ita voluit etiam Bertrand. *conſil. 2. quoddam*
prætenſum teſtamentum factum, vol. 6. vbi præſupponit Cōis opin.
iſtam eſſe magis communem opinionem.

Procedit ſimiliter præallegata concluſio, † quan- 4
do Notarius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo loquitur, ſecus autem quando ſcribit teſtamentum iſtius balbutientis: nam ſi hoc probaretur, rueret teſtamentum, vt per Bal. *in l. quidam, ff. de cond. inſtit.* & Iaſ. *in l. quoniam, C. de teſtam.* Procedit
quoque iſta concluſio, † quando Notarius non ſcri- 5
bit heredem ad nutum capitis teſtatoris, ſed facit teſtatorem ita clare reſpondere, quod exaudiatur à te-
ſtibus. Quia † teſtamentum non fit nuda voluntate, 6
ſed verbis, vt per Gloſſ. *in l. in fraudem, §. 1. ff. de milit. teſtam.*

Fallit † hoc in fideicommiſſo: nam fideicommiſ- 7
ſa nutu relinqui poſſunt, *l. nutu.* & *ibi* Bart. *ff. de legat. 3.* cum citatis per Alex. *in d. l. iubemus.*

OPINIO CCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Heres non poteſt cogi ad ſoluendum relicta in teſtamento non ſolemni; niſi teſtator legatariis, & fideicommiſſariis expreſſe permiſerit propria authoritate apprehendere poſſeſſionem rerum relictarum. & nu. 2.*

3 *Ad probandam eiuſmodi teſtatoris permiſſionem ſeu licentiam ſufficit etiam actus inualidus.*

HERES † cogi non poteſt ad ſoluendum relicta 1
ex teſtamento non ſolemni, *l. ſi veritas, C. de fi-*
deicommiſſ. & *ibi* omnes Doct. notant, & Bal. quoque Cōis opin.
conſ. 284. & ſeq. & conſ. 308. iſta ſcriptura, lib. 3.

Interpretatur vtiliter hoc, † quando teſtator in 2
teſtamento non ſolemni legatariis, & fideicommiſſariis expreſſe permittit, vt poſſint propria authoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum, *l. 3. §. Lucius, ff. de leg. 2.* & ex poſſeſſione legatarios, fideicommiſſarioſque retentionis commodum conſequi nemini dubium eſt, *l. miles in codicillis, §. veteranus, ff. de milit. teſtam.* & per Dd. *in l. poſt diuiſionem, & in l. cum quis, C. de iuris, & facti ignor.* & per Canoniſt. *in c. fin. de ſol.* & ab opinione hac non eſt recedendum, teſte Alex. *in l. nemo, ff. de leg. 1. col. 6.* Et quamuis Barbat. *in d. c. fin. col. 7. & ſeq.* dicat nonnulla contra iſtam ſententiam, tamen ſecundum eam iudicandum eſt: quia o-
pinio prædicta communiter approbatur, & magis Cōis opin.
communiter approbatam eſſe aſſerit Iaſ. *in d. l. cum quis, col. 5. & in alleg. l. nemo, col. 15.*

Hiſque accedit † vnum valde vtile, quod ad pro- 3
bandum licentiam per teſtatorem traditam apprehendendi poſſeſſionem rerum relictarum propria authoritate, ſufficiat etiam actus inualidus, *l. qui à patre.* vbi Bald. *ff. de confirm. tut. l. fin.* & *ibi* Bar. *ff. de rebus eorum.* Dec. *conſ. 171. in cauſa venerabilis.* & Iaſ. conſuluit *conſ. 127. dubitatur, col. 5. vol. 2.*

OPINIO CCCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium committens ad ſui defenſionem, ſi non probet defenſionem, an habeatur pro confeſſo, & capitaliter puniri poſſit.*

HOMICIDIVM † deponens, ſeu confitens 1
commiſiſſe ad ſui defenſionem, & ſic ſe defendendo, niſi probet defenſionem, habetur pro confeſſo homicidium, debetque capitaliter puniri, ſecundum Gloſſ. & Panor. *in c. dum veniſſet, extr. de conſtit.* Bar. *in l. Aurelius, §. idem quæſiit, ff. de liber. leg.* Bal. & cæte-

cæteros *in l. 1. C. de confeſſ.* Bal. Franciſ. de Aret. & Alex. *in l. decem, ff. de verb. oblig.* Ioan. de Imol. & Roman. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, eod. tit.* & Boer. poſt alios innumeros congeſtos per eum, *deciſion. 164. num. 10. cum aliis ſeqq.* vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur, & ait in praxi obſeruari Aret. *in tractat. maleficior. in verb. comparent dicti inquiſiti, & partim negant, poſt prin.* Cōis opin.

Contrariam vero partem tenuerunt Abb. Sicul. *in c. auditu, col. fin.* & *ibi* Felin *col. 7. de præſcrip.* Dec. *in c. cum venerabilis, colum. 11. de except.* Marſil. *ſing. 185. confeſſio inquiſiti.* Thom. Ferrat. *cautel. 5.* Iaffredus *deciſion. 360. Decens.* Tiraquel. *in tract. de pœnis temperandis, cauſa 17. nu. 7. & ſeq.* Grammat. *deciſ. 5. nu. 13. & ſeq.* Capycius *deciſion. 155. nu. 11.* Maranta *in tractat. indiciorum, in 6. part. verſic. Confeſſio, nu. 29 fol. paruo 134.* & alii citati per Boerium *in d. deciſion. 164. nu. 10. & ſeq.* videlicet, quod ſi de homicidio aliter non conſtat in proceſſu, ſed reus captus, & inquiſitus deponit ſe patraſſe homicidium ad ſuam defenſionem; tunc non punitur quidem pœna mortis, verum alia mitiori pœna, defenſione non probata; & prædictam Abbat. opinionem Doctores præcitati eam ſequentes appellant limitationem, & licet Dec. *in d. c. cum venerabilis.* & Boer. *in d. deciſion. 164. nu. 10. cum aliis ſequen.* conentur opiniones iſtas ad veram conſonantiam, & concordiam reducere, & diſputando admitti poſſet huiuſmodi concordia opinionum per eorum optimas rationes, iura non lenia, & authoritates omnium Modernorum, nihilominus caue ne incidas in Scyllam credens euitare Charybdim, fretus fortaſſe opinione iſta vltima, quam tanquam periculoſam nunquam obſeruari vidimus: nam Bal. ſignanter conſuluit *conſ. 245. Dauantidi uot, vol. 2.* confitentem etiam delictum cum qualitate, puta quod occidit ad ſui defenſionem, niſi qualitatem probauerit, puniri: in delictis enim præſumitur dolus, *l. 1. C. de ſicar.* & *l. 1. C. de iniur.* & pariter per confeſſionem, factum eſt notorium: ergo puniri debet maleficium, ne delicta impunita remaneant. Ideoque ob hæc noli diſcedere à præmiſſa Bartol. ſententia communi in actu practico, quam communem eſſe aſſeuerant fere omnes contrariæ opinionis authores *in memoratis locis.* & Iaſ. *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure, nu. 13.* & copioſe Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. *in ſuis concluſionibus vtriuſque iuris, lib. 1. concluſione 15. in princip.* vbi ipſam communem limitat in ſex caſibus, & Petr. Anchar. *lib. 1. quæſt. 40. & lib. 3. quæſt. 48.* Bar. *conſ. 228.* Catharma. & Clar. *in pract. crim quæſt. 55. verſ. poſſet quoque. & verſ. forte poſſet.*

OPINIO CCCLXIV.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium commiſſum propter ſolas minas ſibi factas ab eo, qui ſolitus eſt eas exequi, an ſit punibile.*

1 HOMICIDIVM † commiſſum à Titio propter ſolas minas, emiſſas contra eum, eſt licitum, nec aliquo modo eſt punibile, imo excuſatur iſte homicida, quando huiuſmodi perſona erat ſolita veriſimiliter tales minas executioni mandare, alias ſecus, & ſic ille, qui Titio mortem minatur, poteſt in illo actu occidi impune: nam expectare non debet, donec vulneretur, percutiatur, aut occidatur, ita voluit Bald. *in l. 1. C. quando liceat ſine iud. vend.* Ang. *in l. quemadmodum, ff. de inoffic. teſtam.* Ioan. de Ana. *in c. pen. de homic.* Abb. *in c. cauſa matrimonii, extr. de offic. deleg.* Angel. Aretin. *in § iuſgentium, Inſtit. de iure naturali, gen. & ciuil.* Cyn. *in l. 1. C. vnde vi.* Marſil. *in ſua practic. crimin. in §. diligenter, nu. 87.* Iaſ. *in l. vt vim, nu. 14. ff. de iuſtit. & iur.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur quoque Petrus Duenas *in regula 192. nu. 4.* poſt alios innumeros relatos per eum, & Corſet. *in ſingul. in ver. Metus.* vbi teſtatur etiam de communi, & declarat eam procedere ſolummodo de iure ciuili, non autem de iure canonico, & diuino, meliuſque, apertius, & latius interpretatur, & audacter communem eſſe exprimit Petrus Duennas *in d. regul. 192. nu. 4.* & Ioan. de Amicis *conſ. 116. nu. 4. & ſeq.* Cōis opin.

OPINIO CCCLXV.

SVMMARIA.

1 *Homicidium an commiſſum eſſe præſumatur ab eo, qui minatus fuerat, ſi is, contra quem minæ emiſſæ ſunt, ſit interfectus. Et an ſit ſufficiens indicium ad torturam. nu. 2.*

HOMICIDIVM † commiſſum eſſe præſumitur, 1 ex eo ſolummodo, quod quis dixerit, *faciam vindictam de te,* & præſertim hoc procedit, ſi is ſolitus erat minas executioni mandare, & ſic præſumptio hæc ſufficeret ad imponendam pœnam ordinariam, vbicunque ille, cui minatus fuerat, interfectus, occiſuſque reperiretur, ſecundum Imol. cum aliis relatis per eum *in l. fin. nu. 10. ff. de hered. inſtit.* vbi firmat iſtam communem opinionem eſſe. Cōis opin.

Contrariam vero partem, videlicet, quod huiuſmodi præſumptio, ſeu probatio non ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam homicidii, ſequitur, atque ait communiter teneri Anania, *in c. 1. n. 7. de maleficiis.* & Doctor. omnes *in l. 1. C. de his, quib. vt indignis.* & cum hac opinione tanquam veriori, atque mitiori libenter concurrimus. Cōis opin.

Eſt bene verum, † quod præmiſſum indicium, & 2 præſumptio ad torturam ſufficeret in præſenti caſu, ſecundum eundem Ananiam, *vbi ſupra,* teſtantem hanc ſententiam communiter receptam eſſe. Cōis opin.

OPINIO CCCLXVI.

SVMMARIA.

1 *Leges ab omnibus ſciri debent. Iura ſcilicet vulgaria. nu. 2. Et intelligitur de iure ſcripto. nu. 4.*

3 *Leges vt ſciantur, à peritis petenda eſt informatio.*

5 *Errans in iure, vel ignorans leges, ſtatuta, & proclamationes non dicitur in dolo, ſed in lata culpa.*

6 *Ignorantia iuris excuſat ignorantem à dolo, & excuſat in acquiſitione fructuum, ſecus in præſcriptione.*

7 *Ignorantia iuris an excuſet mulierem.*

8 *Pœna* l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. *procedit etiam contra mulieres.*

9 *Ignorantia iuris non excuſat mulierem in lucris captandis, cum potuit conſulere peritos.*

10 *Ignorantia iuris non magis excuſat ruſticum, quam alios, cum potuit peritos conſulere.*

LEGES † ſacratiſſimæ ab omnibus ſciri debent, 1 text. eſt *in l. 3. C. de legib.* Et ſic ignorantia iuris non præſumitur, vt per Ant. Gab. *lib. 6. comm. concluſ. tit. de reg. iur. concluſ. 8.* Quod intelligendum eſſe arbitratur Aret. *in §. ſuſpectus, Inſtit. de ſuſpect. tutor.* de iuribus † vulgaribus, & caſibus, qui frequenter ſunt in 2 facto, & Alexan. *in l. ſi quis ita, nu. 4. ff. de verbor. obligat.* & Iaſ. *in l. quod te, nu. 35. ff. ſi cer. petat.* tenent, quod circa † hoc quis debet à peritis informari. 3 Ignorantia iuris.

Sed iſta † concluſio habet locum in iure ſcripto: 4 ſecus in iure non ſcripto, vt per Bart. *in l. de quibus, ff. de legib.* refert Iaſ. *in addit. ad Portium, in §. ſed & quod Principi, nu. 24. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil.* & Ripa *in c. ſæpe, nu. 92. de reſtit. ſpoliat.*

Et hinc eſt, † quod errans in iure, vel ignorans leges, 5

ges, ſtatuta, & proclamationes non dicitur in dolo, ſed in lata culpa, ſecundum Iacob. Butr. Bartol. Bal. & alios omnes, *in d. l. 3. & in l. lata, ff. de verb. ſign.* & iſta eſt Com. opin. communis opinio, vt ſcribit Alciat. *in tract. de praeſumpt. in 3. regula, praeſumption. 31. nu. 6.* quamuis contrarium, & male ſentiat Coraſius *in miſcell. iuris ciuilis, lib. 4. c. 17. nu. 1. cum aliis ſeqq.*

6 Iſto † itaque caſu errans in iure videtur carere dolo, & ignorantia ipſa iuris excuſat ignorantem, prout excuſat etiam, & in altero caſu, id eſt, in acquiſitione fructuum: ſecus in praeſcriptione, ſecundum Bartol. Imol. & Paul. de Caſt. *in l. ſi fur, §. 1. ff. de vſucapion.* Panor. aliique Canoniſtae *in c. ſi diligenti, colum. 5. infra de praeſcript.* & Felin. *in c. de quarta, colum. 9. de praeſcript.* & Com. opin. iſtam ponit eſſe communem opinionem Curt. iunior *conſ. 6. col. penult.* & Moder. *in d. cap. ſi diligenti.*

Item quatuor alios caſus, in quibus ignorantia iuris inconuincibilis excuſat ab excommunicatione, & à ſententia canonis, & in omnibus ſtatutis latis ab ordinariis, non autem in ſententiis iuris latis à Papa, ponit, & exactiſſime diſcurrit Frater Franciſ. à Victoria, *in ſua Summa ſacramentorum Eccleſiae, in tract. de excommunicatione, q. 8. per totam.*

7 Et ſimiliter iſta † iuris ignorantia minime excuſat mulierem, niſi in caſibus, in quibus reperitur in iure cautum, *l. fin. C. de iuris & facti ignor.* & not. Bar. Bal. Alex. & caeteri omnes Dd. *in l. iuris, C. qui admitt.* Quod Com. opin. verificatur etiam *in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.* vbi 8 Gloſſ. & Doct. communiter concludunt, † poenam illius legis procedere contra mulierem, & iſtam communem ſequitur, citat, & declarat Alex. *in l. iuſte poſſidet, nu. 34. ff. de acquir. poſſ.* & Moder. *in d. l. ſi quis in tantam.*

9 Et ſic mulieribus ipſis † ignorantia iuris non prodeſt, praeſertimque in lucris captandis, ſi potuerint conſulere peritiores: ſecus ſi non potuerint, *l. in bonorum, ff. de bon. poſſ.* & ibi Bart. *& l. iuris ignorantiam.* & ibi Bal. & omnes, *C. qui admit. ad bon. poſſ.* & Gloſſ. *in l. 3. C. de iur. & facti ignoran.*

10 Et idem in † ruſtico concludendum eſt, ſecundum Bald. *ibi, & in d. l. iuris ignorantiam.* & ratio eſt: quia ſicut mulieres, & ruſtici vadunt ad ſyluam pro lignis, & ad ciuitatem pro indulgentiis, ita debent ire pro conſiliis habendis: nam hoc non eſt, ſecundum eum, multum difficile propter loci vicinitatem, *l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de damno infecto.* & tenet Ang. *conſ. 178. in fin.* & vide Cyn. & Bald. *in l. 3. C. de iur. & facti ignoran.* Roman. *conſ. 125.* Anchar. & Imol. *in c. 2. de teſtib. colum. fin.* Salycet. & Alexand. *in d. l. iuris ignorantiam.*

OPINIO CCCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Immunitas conceſſa alicui ab oneribus & collectis, an etiam extendatur ad onera impoſita ratione peſtis, vel belli. Et quid ſi conceſſa ſit verbis generalibus & amplis. nu. 2.*

3 *Immunitas conceſſa per haec verba,* ab omnibus, & quibuſcunque, *an extendatur ad onera ratione peſtis & belli. Et quid ſi conceſſa ſit ex cauſa onerosa. num. 4.*

1 IMMVNITAS † conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera, quae imponuntur ratione belli diuini, puta peſtis, vel belli humani, ſecundum Cyn. Dyn. Albet. Soc. Alex. Iaſ. & Ripam *in l. ſi ex toto, ff. de legat. 3.* vbi Ripa *nu. 17.* ſcribit iſtam eſſe Com. opin. communem opinionem, quam ſequitur Thom. Parpal. *in l. placet, colum. fin. C. de ſacroſan eccleſ.* Cepolla *in cautel. 63. alias 80. incip. quia priuileg.* Felin. *in c. cauſam quae, nu. 17. de reſcript.* Roman. *conſ. 436. quod mulierum, nu. 10.* per text. *in l. iubemus nullam.* vbi Bald. & alii notant, *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Alexan. *conſ. 216. nec arguendi, nu. 12. vol. 2.* & de hoc eſt text. cum Gloſſ. & ibi not. Doctor. praeſertimque Lucas de Penna, *in l. 1. C. vt nemini liceat in empt. ſpec. ſe excuſ. libr. 10.* & Paril. *conſil. 68. nu. 24. volum. 1.* & ita eſt magis communis opinio, teſte Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem, nu. 231.* Curt. iun. *conſ. 81. habita, colum. 6.* Aegid. Boſſ. *in pract. crim. in tit. de Principe, & priuileg. eius, num. 140. fol. 252.* Leonardus *conſ. 117. num. 25. & ſeq. quod quidem conſilium reperitur inter conſilia feudalia Alberti Bruni, fol. 128.* & Iaſ. *in d. l. ſi ex toto, col. 3.* vbi dicit, immunitatem † conceſſam etiam verbis generalibus & 2 amplis non extendi ad onera, quae imponuntur ratione belli, vel alterius publicae neceſſitatis inexcogitatae, & quod in hoc eſt magis communis opinio, vt Com. opin. per eum ibi *nu. 8. & 12.* Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de cenſibus, §. 2. verſic. ſecundum eſt.* per Anton. de Butr. *in cap. peruenit, per illum textum.* vbi alii Doct. *de immunitat. eccleſ.* Albert. de Roſat. *in 2. part. ſtatutorum, quaeſt. 138. ſtatutum eſt in curia.* Bald. *conſ. 106. lata fuit, volum. 5.* & Alexan. *in d. conſ. 216.* & Roland. à Valle *conſil. 52. requiſitus vt dicam, num. 20. cum aliis ſeqq. vol. 2.* vbi copioſiſſime, & doctiſſime tuetur dictam opinionem, ait magis communem, refertque ſententiam contrariam ſimiliter communem, & eam confortat.

Sed retenta † antedicta prima opinione negatiua, tanquam magis communi, & magis vera, & magis tuta in deciſiuis, interpretatur ea valere non procedere, quando immunitas ipſa eſſet conceſſa alicui ab omnibus, & quibuſcunque oneribus: tunc immunitas iſta extenderetur etiam ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnae neceſſitatis Reipublicae propter ipſa verba geminata, *ab omnibus, & quibuſcunque oneribus,* ſecundum Alex. *conſil. 25. primo aſpectu, nu. 13. & conſil. 68. quaeritur primo, num. 17. & 29. vol. 1.* & Ioan. Cephalum *conſ. 58. per totum, vol. 1.* vbi doctiſſime & latiſſime ita conſuluit, & Natta etiam *conſ. 275. viſis meritis, ſub num. 4. vol. 2. & conſ. 397. in fin. eod. vol.* vbi & ſecundo loco † conſulendo ſopradictam communem 4 limitat non procedere, vbicunque immunitas ipſa conceſſa eſſet ex contractu oneroſo, non autem ex priuilegio: quia tunc immunis quoque grauari non poſſet propter onera belli.

OPINIO CCCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Impedimentum quodlibet, ac caſus fortuitus an probari poſſit ſolo iuramento, concurrente optima qualitate perſonae iurantis. & nu. 2. & 3.*

4 *Impedimentum non probatur per iuramentum à periuro, & in caſibus, in quibus aliter probari deberet ex forma iuris.*

5 *Metus probatur etiam iuramento.*

6 *Vidua, vel alia quaeuis priuilegiata perſona, poteſt per horroſcentiam & metum probare in quacunque parte iudicii, etiam poſt ſententiam in ſecunda inſtantia ſolo iuramento.*

7 *Vidua non opponens declinatoriam fori ante lit. conteſt. an poſtea id facere poſſit.*

IMPEDIMENTVM † quodlibet, ac caſus fortuitus, propter quem quis inſtrumenta ſua producere non potuerit, vel non comparuerit, aut intra terminum praefixum non procurauerit ſuos teſtes examinari, vel appellationem infra tempus debitum non inter-

interpoſuerit, probari debet ſolo iuramento, concurrente optima qualitate perſonæ iurantis, arbitrio iudicis, vt voluerunt Specul. *in titul. de appellat. §. nunc, verſ. Qua ergo.* Anton. Imol. & reliqui omnes, *in c. querelam, de procurat.* Bar. Paul. Caſt. Iaſ. *num. 1. & ſeq. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cautionibus.* vbi vocat iſtam

Cōis opin. ſententiam communem eſſe, quam citat etiam Marcus Ant. Bauer. *in tractat. de virtute iuramenti, deciſion. 53. in limitatione 4.* Curt. ſen. *num. 280.* & Cato Saccus *nu. 34. in l. admonendi, ff. de iureiuran.* Alexan. *in d. l. 2. §. quod diximus, nu. 2.* Soc. iun. conſulendo *conſ. 76. nu. 14. vol. 1.* Guid. Papæ *quæſtion. 64.* Antonius Petrucius *in l. 2. nu. 348. de iureiuran.* Vantius *in tractat. nullitatum, in titul. de nullitate ex defectu iuris ordinar. nu. 166.* & copioſe Cornelius Benincaſius *in tract. de paupertate, q. 7. 3 ſpeciali in indiciis, num. 25. cum aliis ſeqq. fol. parno 79.* vbi eam declarat, & ab omnibus contrariis tuetur, & Cæſar Contardus etiam *in l. diffamari, ſub 4. limitat. nu. 120. cum aliis ſeqq. C. de ingen. & manumiſ.* vbi ſimiliter admonet iſtam eſſe magis communem ſententiam, & D. Proſper Carauita legum Princeps tempeſtate noſtra, & clariſſimus inter Modernos *in ritu magnæ Curiæ Vicaria 268.* Item ſeruat ipſa Curia, quod petitio excuſat, *ſiv nu. 2. & ſequen.* & Ioachim. Mynſing. *in obſeruatione 92. frequenter, centuria 3. & in obſeruatione 57. note inru ci, numer. 2. centuria 4.* in quibus locis meminit ita fuiſſe deciſum in conſiſtorio Imperiali.

2 Sed iſta communis, † quod iudex ex ſuo arbitrio arbitrari queat, per iuramentum probari impedimentum ipſum, de plano procederet, vbicunque ageretur de leui præiudicio, ſecundum Bald. *in l. qui accuſare, C. de eden.* & Ioan. And. & alios omnes, *in c. 1. de dolo & contum. in 6.*

3 Similiterque † procederet eadem communis abſque ſcrupulo aliquo in eo, qui alias ſemel iuraſſet de impedimento, & ſic hoc verum eſt ſemel tantum, & conſequenter verificatur in vna vice: quia pluries quis non admittitur ad probandum impedimentum per iuramentum, ita Paul. Caſtr. *in l. veluti, ff. de eden. & in l. fin. ff. de fer.*

4 Et poſtremo † procedit quoque præallegata communis, quod iudex poſſit arbitrari impedimentum probari mediante iuramento, niſi in eo, qui alias fuiſſet periurus, & niſi in caſibus, in quibus aliter probari debeat ex forma iuris, vt firmat Alex. & alii *in d. l. 2. § quod diximus.*

5 Item metus. † ſeu perhorreſcentia probatur etiam

6 iuramento; vnde vidua, † vel aliæ quæuis perſonæ priuilegiatæ habentes fori electionem, & proponentes ipſam perhorreſcentiam in foro, & iudice electo, poſſent in quacunque iudicii parte, ac etiam poſt ſententiam in ſecunda inſtantia iurare, ſe perhorreſcere potentiam aduerſarii, & acta, quæ præceſſerunt, abſque dubio aliquo valerent, & teneſent, & penitus ſubſiſterent ex indulto Innoc. VI. *in extrauagan. ſua de facult. auditer. Rota,* & in eo capite, in quo iuratum fuerit. quicquid ſit, iurantis conſcientiæ relinquemus, Rota Rom. *deciſ. 42. ſi impetratur, de reſcrip. & commiſſion. in nouis.* neque audiretur aduerſarius, ſi vellet oſtendere, doceréque de contrario, Rota Roman. *deciſion. 79. nota quod vbi impetrat, de reſcript. in antiq.*

Et hinc ad propoſitum probat, & firmat etiam Afflict. *in conſtit. Regni, ſtatuimus, nu. 24. lib. 1. de effic. mag. iuſt. rub. 37.* viduam non opponentem exceptio-

7 nem declinatoriam † fori ante litem conteſtatam, poſſe opponere illam quoq; poſt litem conteſtatam, ſaltem ex capite reſtitutionis in integrum.

OPINIO CCCLXIX.

SVMMARIA.

1 *Imperatores cur Deus de cælo conſtituerit.*

2 *Leges dicuntur ab Imperatore emanare diuino quodam motu.*

3 *Imperator lex eſt animata in terris. Item pater legis. nu. 4.*

5 *Imperator proprie dicitur poſt triplicis coronæ ſuſceptionem. Et vbi & à quibus illas accipiat nu. 6.*

7 *Imperator ante coronationem vocatur Rex.*

8 *Electus in Regem Romanorum poteſt, quæcunque poteſt Imperator poſt coronationem. Et conſuetudine receptum eſt, vt ſtatim adminiſtret poſt electionem. numer. 9.*

10 *Item poteſt adminiſtrare, non ſolum ante coronationem, ſed etiam ante approbationem.*

11 *Imperator perſonaliter Romam ire debet ad ſuſcipiendum coronam, niſi Papa aliter diſpenſauerit. numer. 12.*

13 *Coronatio Imperatoris eſt de iure poſitiuo.*

14 *Carolus Quintus Imperator vbi coronatus fuerit, & quo tempore.*

15 *Imperator indiget approbatione papali, vnctione, conſecratione, & coronatione.*

16 *Imperator an vngatur per Cardinalem Hoſtienſem ex priuilegio. vel per Papam.*

17 *Imperator licet conſecrari debeat per Papam, non tamen ob ſuſceptionem ordinis.*

18 *Imperator iurare tenetur fidelitatem in manibus Papæ tempore coronationis, & conſecrationis.*

19 *Papa eſt ſupra Imperatorem, & omnes Reges.*

20 *Imperator debet à Papa, tanquam ſuperiori, confirmari, examinari, vngi, conſecrari, & coronari, ſi dignus ſit, vel reiici, ſi indignus.*

21 *Papa ex cauſa poteſt deponere Imperatorem.*

22 *Imperator iurat tempore coronationis de non alienando bona Imperii.*

23 *Alienatio, ſeu donatio facta per Imperatorem, tendens in diminutionem iuriſdictionis Imperialis, non valet, etiamſi iurata ſit.*

24 *Imperator an & quatenus ſit dominus totius mundi. Diſtinguitur nu. 26. & 30.*

25 *Reges, Principes, & omnes nationes ſubſunt Imperatori.*

27 *Hæreſin committit, dicens pertinaciter, Imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis.*

28 *An ab Imperatore ad Papam poſſit appellari.*

29 *Appellatio non fit de inferiori ordinario, in temporalibus, in terris Imperii ad Papam.*

31 *Imperator poteſt punire ſubditum de delicto vbicunque commiſſo.*

32 *Imperator in terris Imperii, & in temporalibus præeſt omnibus clericis, ſed non in ſpiritualibus.*

33 *Epiſcopi, & ordinarii nonnulli in temporalibus recognoſcunt Imperatorem, Regem Franciæ, & alios Dominos, quibus præſtant iuramentum fidelitatis.*

34 *Imperator in temporalibus dicitur Vicarius Dei. Sed in ſpiritualibus ſubeſt Papæ. nu. 35.*

36 *Imperator non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, niſi ex cauſa neceſſaria, & magna.*

37 *Imperator, Rex, vel alii Principes ſuperiorem non recognoſcentes an gratiam facere poſſint pro homicidio voluntario.*

38 *Papa an cum homicida laico, item clerico, diſpenſare poſſit, & quatenus nu. 39.*

40 *Papa contra ius diuinum an reſcribere poſſit.*

41 *Papa eſt cauſa cauſarum, & nemo petere poteſt rationem ab eo ſibi reddi eorum, quæ agit.*

42 *Papa dicitur omnia, & ſuper omnia, ac poteſt omnia, etiam ſupra ius, extra ius, & contra ius; & dicitur Dominus Dominantium, & Rex Regum. nu. 43.*

44 *Item habet plenam iuriſdictionem, & plenitudinem poteſtatis; alii autem Principes ſemiplenam. nu. 45.*

46 *Papa non diſpenſat in his, quæ pertinent ad articulos fidei.*

47 *Imperator dicitur filius Eccleſiæ, ſiue Papæ.*

48 *Imperator ſortitur forum Eccleſiæ in quibuſdam caſibus.*

49 *Imperator cum filius Eccleſiæ ſit, non præſumitur ei præiudicare.*

50 *Imperator non iudicat cauſas clericorum & ſacerdotum.*

51 *Imperator dicitur Dei miniſter, & aduocatus Eccleſiæ. nu. 52. & 53.*

54 *Imperator olim dominus erat totius mundi, quoad omnia.*

55 *Imperium dependet ab Eccleſia; & originem habet à Deo. & nu. 56.*

57 *Imperator immediate habet hodie iuriſdictionem à Deo, & ab Eccleſia.*

58 *Papa etiam vere habet temporalem poteſtatem in toto Chriſtiano orbe, etiam ſupra Imperatorem; & qui aliter dicit habetur pro hæretico. nu. fin.*

1 IMPERATORES † Deus de cœlo conſtituit ad hoc, vt per ora eorum diuinitus leges conderent, *§. quia igitur, in Auth. de niſtrum, cans. & fid.* & vt difficilibus quæſtionibus & negotiis diſponerent, quæ apud eos eſſent bona, bonas deciſiones aptarent ſecundum naturæ veritatem, ita Specul. *in proœm. ver.*
2 *Certum, in Auth. quomodo opor. in princ.* Et ideo † ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam
3 motu, *l. fin. C. de præſcript. long. temp.* Imperator † ipſe eſt lex animata in terris, vt *in Auth. de conſul. in princ.* & notat Specul. *in tit. de fer. §. 1. in fin.* Bal. *in Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* Gloſſ. And. de Iſer. & alii Regnicolæ *in prælud. conſtit. Regni.* & Alex. *conſ. 1. col. 7. lib. 5.*
4 Imo † Imperator eſt pater legis, vt *in Auth. de inceſt. nuptiis. §. dubitatum.*
5 Et † Imperator dicitur proprie poſt triplicem coronam ſuſceptam, ſcilicet ferream in Alemania, argenteam Mediolani, & auream Romæ, de quibus per Gloſſ. *in Clem. 1. §. nos eodem mandato, in verſ. Fallnrius, de iureiur.* & per Aluar. *in c. 1. col. 5. in tit. qui dicitur Dux, vel Mar.* vbi poſt Sign. de Homod. concludit,
6 quod † in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani, Mediolani coronatur ferrea in æde Diui Ambroſii ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, tertia Romæ à ſummo Pontifice ad altare Sancti Mauritii, vt late deducit etiam illuſtris D. Reſtaurus Caſtal. Peruſinus, præceptor meus, *in tract. de Imperatore, in q. 24. nu. 1. & ſeq.* & Cotta *in memorali, in ver. Imperator, ſi 2. in fin.*
7 Ante vero † coronationem vocatur Rex, vt eſt tex *in c. venerabilem, ext. de elect.* not. Gloſſ. *in d. Clem. 1. §. nos eodem mandato.* Bertachinus *in tract. de Epiſcopo, in 4. par. 2. par. prin. lib. 3.* Ruinus *conſ. 61. nu. 17. vol. 2.* Cotta *in d. verſ. Imperator. ſi 2. poſt princ.* Rainaldus Corſus *in add. Oldr. in conſ. 69. in litera D.* & Corn. *conſ. 177. egregie diſcuſſa, per totum, lib. 1.* vbi diſputat, an Imperator ante coronationem poſſit legitimare, vel alteri concedere authoritatem legitimandi, & latius *conſ. 1. in præſenti, lib. 3.* & Felin. *in c. cum te, col. 2. de reſcript.*
Et quamuis variæ reperiantur opiniones Docto-
8 rum † Imperator ante coronationem poſſit exercere iura Imperii, & omnia, quæ poteſt ipſe Imperator poſt coronationem, quas abunde refert Præpoſitus *in d. c. per venerabilem, col. 2. & ſeq.* Tamen vera & communis ſententia eſt, quod electus in Regem Romanorum ante coronationem poteſt omnia, quæ poteſt Imperator poſt coronationem, vt aſſerit Gloſſ. communiter approbata *in c. legimus, 93. diſt.* Hoſtien. *in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſign.* dicens ita ſeruari, & ita fuiſſe iudicatum per Principes Alemaniæ, & iſtam opinionem ſequuntur omnes Canoniſtæ poſt Anton. *in d. c. per venerabilem.* Corn. *in d. conſ. 177. col. 3. & ſeq. & conſ. 1. per totum, vol. 2.* Dec. *conſ. 1. 194. viſo, nu. 2.* Socin. *conſil. 63. nu. 4. vol. 3.* & Pariſius *conſ. 4. vol. 2.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Chriſtoph. Porc. *in rubr. Inſtit. de iuſtit. & iur. nu. 5.* Cotta *in memorali, in verſic. Imperator, ſi 2. poſt princ.* & clariſſimus D. meus Reſtaurus *in d. tractat. de Imperatore, in quæſt. 46. nu. 1. & ſeq.*

Com. opin.

Et licet † olim ſuper hac quæſtione variæ eſſent o- 9
piniones, hodie receptum eſt conſuetudine, vt ſtatim adminiſtret, ſecundum Dec. poſt alios relatos per eum, *in d. c. cum te, col. 2.* & D. Reſtaurum *in d. q. 46.*

Ampliatur itaque iſta communis, † vt non ſolum 10
procedat ante coronationem, ſed etiam ante approbationem aliquam de eo factam, vt tenet Abb. *in d. c. per venerabilem, ante fin.* & Bartol. *in extrauag. ad reprimen. in ver. Reges, ante fin.*

Et Imperator ipſe † debet perſonaliter ire Ro- 11
mam ad ſuſcipiendum coronam, neque poſſet ei mitti alio, ita ſingulariter per illum tex. not. Bal. *in §. ad hoc, col. pen. de pace iuram. fir.* pro cuius dicto bene facit text. *in Clem. 1. §. nos itaque, circa fin. de iureiur.* quem text. not. ad hoc Aluar. *in c. 1. in princ. in titul. qui dicatur Dux, vel Mar. & in c. 1. §. fin. in tit. de pac. iuram. firm.* vbi ſequitur Bald. *in hoc*, & D. meus Reſtaurus *in d. tract. de Imperatore, in q. 35. & 48. nu. 1.* & hoc dictum pro ſingulari citat Iaſ. *in repet. l. fin, qui pro emptore, col. 90. ff. de vſucap.* vbi refert Cardin. & Gemin. *in hoc* Bal. contrarium: quia ſecundum eos poteſt expediri per manus legatorum.

Hoc vero fallit non procedere, † accedente con- 12
ſenſu Papæ & Imperatoris: cum coronatio iſta poſſit fieri extra vrbem in quocunque honeſto loco de voluntate eorum: quia † coronatio eſt de iure poſitiuo, 13
vt probat & tenet Auguſt. Berous *in d. c. de cauſis, nu. 39. & ſeq. de offic. deleg.* vbi refert, † hac ratione, & aliis 14
congeſtis per eum Carolum V. Imperatorem tempore Pontificatus Clemen. VII. fuiſſe Bononiæ coronatum, & ſequitur etiam Cotta *in memorali, in verb. Imperator, ſi 2. poſt princ.* & ita in terminis doctiſſime conſuluit Berous *conſ. 1. cupiens ſatisfacere, vol. 1.*

Et quamuis † Imperator indigeat approbatione 15
papali, vnctione, conſecratione, & coronatione, *d. c. venerabilem, de electio.* & ibi Abb. & Cardin. *in Clemen. 1. de iureiur.* tamen † Imperator ipſe vngitur per Car- 16
dinalem Hoſtienſem ex ſuo priuilegio, teſte Card. Hoſt. & Abb. *in d. c. venerabilem.* & Card. *in d. Clem. 1. in princip.* Sed ibi in *§. nos itaque* concluditur per Scriben. & optimo quidem iure contrarium, per Papam fieri, ac expediri talem vnctionem.

Et licet † Imperator conſecrari debeat per Pa- 17
pam, non tamen per ſuſceptionem ordinis, cuius conſecratio dicitur impropriè, *c. Valentinianus, 63. diſt.* Card. *in d. Clem. 1. in prin.* & Abb. *in d. c. venerabilem.*

Et quamquam † Imperator non iuret, nec iurare 18
teneatur fidelitatem: cum ab omni iuramento fidelitatis exemptus ſit, nihilominus iurat fidelitatem Papæ, tempore coronationis, & conſecrationis, ſecundum Bal. *in l. fin. C. de leg.* Abb. & alios omnes *in d. c. venerabilem.* & eſt text. *in Clemen. 1. de iureiur.* cum Imperator abſque dubio aliquo ſubſit Papæ, *c. imperator, &*

tor, & c. duo ſunt, 96. diſt. Abb. Felin. & alii in d. c. nouit,
de iudic.

19 Et † ſic Imperator eſt inferior Papa, & Papa eſt ſu-
pra Imperatorem, & omnes Reges, l. victor, C. de ſum.
Trinit.

20 Et inde eſt, † quod Imperator ipſe à Papa debet
confirmari, tanquam ſuperiore, & ab eo examinari,
approbari, ac vngi, conſecrari, & coronari, ſi dignus
ſit, vel reiici ſi dignus non ſit, puta ſi eſſet ſacrilegus,
vel excommunicatus, licet electus foret ab Electori-
bus Imperii, text. & Doct. in d. c. venerabilem. Et deni-
21 que † Papa deponere poſſet etiam Imperatorem ex
cauſa, atque eum priuare Imperio, & eius corrigere
ſententiam, d. Clem. 1. de iureiur. Clemen. paſtoralis. cum
not. per Doct. de re iudic. & d. c. venerabilem. & ibi Ca-
noniſtæ omnes.

22 Et † conſequenter Imperator tempore corona-
tionis iurat de non alienando bona Imperii: quia
non eſt merus dominus iurium Regni, ſed potius
præpoſitus, & adminiſtrator, c. intellecto. & ibi Abb. in
3. not. de iureiur.

23 Imo † ſi donatio, ſeu alienatio facta per Impera-
torem tenderet in magnam diminutionem iuriſdi-
ctionis Imperialis, minime illa firmaretur iuramen-
to, d. c. intellecto. Bal. in proœm. feud. in ver. Expedita. Bar.
in l. prohibere, §. fin. ff. quod vi, aut clam. Bal. in tit. de pace
Conſt. in ver. Succeſſorum ſuorum. Alex. conſ. 24. col. fin.
Com. opin. vol. 5. & iſtam eſſe communem opinionem ad lucem
adducit Abb. in d. c. intellecto, col. 2. circa medium. Io. de
Imol. in rub. ff. de ver. oblig. & Ang. in l. ſi certarum, in
prin. ff. de teſtam. mil. Sed ſi Imperator ipſe donaret ali-
quas res, & ciuitates, quæ non ita diminuerent eius
iuriſdictionem: valeret tunc quippe eius donatio, &
præiudicaret ſucceſſori, c. Abbate ſanc. de re iud. in 6. &
ita per nonnullas authoritates, & rationes firmat
Natta conſ. 636. Multa ſunt, nu. 44. cum aliis ſeqq. vol. 3.

24 Et † Imperator denique eſt dominus totius mun-
di, l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactu, & l. bene à Zenone, C.
de quadr. præſcr. c. quoniam, 10. diſt. c. ad verum, c. duo ſunt,
& c. Imperator, 26. diſt. & c. funerum, 12. q. 1. & iſta eſt
Com. opin. communis opinio, atteſtante D. meo Reſtauro, in d.
tract. de Imperatore, q. 52. Menochio conſ. 2. magni ponde-
ris controuerſia, nu. 3. & ſeq. vol. 1. & Rolan. à Valle conſ.
100. multiplici ex capite, nu. 4. & ſeq. vol. 4. Declara & am-
plia vt per Gabriel. in lib. 5. com. concluſ. concl. 3. in tit. de
25 acquir. rer. dom. n. 1. & ſeqq. quoniam † ei ſubſunt Re-
ges, Principes, & omnes nationes, vt concludunt o-
Com. opin. mnes Doct. communiter, in c. venerabilem, qui filii ſint
legit. in c. nouit, de iud. & in d. c. venerabilem, & in l. 1. C. de
ſum. Trin. & fid. quam communem celebrat, & citat
Iaſ. ibi, nu. 6. & 8. & Cottam memorali, in ver. Imperator,
ibi.

26 Huic vero † opinioni obſtat iſta obiectio: quia
eodem tempore eſſent duo domini eiuſdem rei, puta
rei meæ, ſcilicet Imperator, & ego: quod eſt contra l.
ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commod. Solue iſtam
difficultatem, vt per Bulg. Gloſſ. & Bartol. in proœm.
ff. in princip. Bartol. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. Old.
conſ. 176. queſtion. 2. Fratrem Guil. Pepin. in ſermonibus
de deſtruct. Niniuæ, ſermon. 9. de deſtruction. domus Regiæ ci-
uitatis Niniue, in fin. & per Paul. de Caſtr. conſil. 56. vide-
tur dicendum, num. 2. vol. 2. Nattam conſ. 636. Multa ſunt,
num. 42. & ſeq. & conſ. 640. maximi ponderis, num. 7. vol. 3.
& Dec. conſil. 528. num. 9. qui dicunt, Imperatorem eſſe
Dominum mundi quoad omnimodam iuriſdictio-
nem, & ſupremam poteſtatem, non quoad proprie-
tatem ſingularium rerum; imo illæ pertinent ad ſin-
gulares perſonas, & ſecundum Fabian. de Monte et-
iam in tract. de emption. & vendit. in 3. princip. q. nu. 7. vbi
ait, quod Rex, vel Imperator non poteſt vendere
rem ſui ſubditi, niſi ob publicam vtilitatem, & ſe-
cundum Guil. Pepin. quoque in d. ſermone 9. circa fin.
vbi firmat, quod Imperator ipſe eſt Dominus omni-
um rerum, tanquam conſeruator, & director, & i-
dem tenet Portius in rubrica, Inſtit. de rerum diuiſion.
nu. 5. vbi interpretatur, Imperatorem ipſum eſſe do-
minum totius orbis, quoad protectionem, & defen-
ſionem tantum, non autem quoad dominium, & A-
lexan. quoque conſ. 76. nu. 7. vol. 2. Cæſar Vrſillus in ad-
dit. Afflict. in deciſion. 267. ſub num. 5. cum aliis ſequen. vbi
prædicat iſtam eſſe communem opinionem, & Ro- Com. opin.
land. à Valle cum aliis ſignatis per eum, conſ. 88. in cau-
ſa magnifici D. Antonii de Burgo, num. 7. vol. 1. & Rainal-
dus Corſus in addition. ad Oldrad. conſil. 69. in litera D, in
princip. Alia vero plura, & forſan maioris momenti
poſſem opponere contra iſtam communem, prout
opponit per non leues authoritates, nec quidem per
friuolas rationes Iacob. Menochius in tractat. recup.
poſſ. in reſponſo, in cauſa Finarienſi, in ſecundo reſponſo, nu.
98. cum aliis ſequen. & in d. conſil. 2. nu. 98. cum omnibus a-
liis ſequen. vol. 1. & Couarruuias in regula, peccatum, de
regul. iur. in 6. in 2. par. 5. q. nu. 5. verſic. His tandem, fol. par.
244. quæ omnia prætermitto: quia † contrahitur 27
hæreſis, ſi dicatur, Imperatorem non eſſe Dominum
& Monarcham totius orbis, cum dicatur in Euange-
lio Lucæ 3. c. Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberc-
tur vniuerſus orbis. & Chriſtus filius Dei ſoluit tribu-
tum, 11. quæſt. 1. c. magnum. & etiam Chriſtus recognou-
it Cæſarem Imperatorem, vt dicitur in Euangelio:
Reddite quod Dei, Deo, & quod eſt Cæſaris, Cæſari, Matthæi
22. & Marci 11. & c. militare, 23. q. 1. Paul. ad Rom. 13. c. in
extrauag. ad reprimendum, in princ. & ibi Gloſſ. & de
translat. Epiſ. c. Apoſtolica, §. nos, de re iudic. Clemen. 1. de
magiſtris, & Clemen. 1. de ſenten. excommun. in princ. & ibi
per Cardin. & per Bar. in l. hoſtes, col. 2. ff. de capt. & poſt-
limin. reuer. & Rolan. à Valle in d. conſ. 88. num. 9. & vide
plene per Iaſ. in l. cunctos populos, col. 2. C. de ſum. Trin. &
fide. vbi dicit quod Bal. in c. ſoluta, de maior. & obed. te-
net contra Bar. & Panor. in c. nouit, de iudic. ante fin.
quorum opinio apparet contra determinationem
Eccleſiæ, & contra text. ſancti Euangelii, vt caute ad-
uertit Rainaldus Corſus in addit. Oldrad. conſ. 69. in li-
tera D, in fin. ideo hæreticum eſſet recedere à prima
ſententia, tanquam fundata in Euangelio.

Et Imperator † eſt talis, tantæque præeminentiæ, 28
vt ſupra docuimus, vt de Imperatore ad Papam ap-
pellari non poſſit, c. cuncta, 9. q. 3. & hoc idem voluit
Gloſſ. in cap. quoniam, 11. diſtin. Imo fortius dic, † quod 29
de inferiori ordinario in temporalibus in terris Im-
perii ad Papam non appelletur, c. ſi duobus, in fin. infra
de appellat. minus ergo ab Imperatore ad Papam: ar-
gumento l. 1. ff. à quo appellar. non licet. Et † concluſiue 30
procedendo intellige iſtam vltimam communem v-
niuerſaliter procedere, non autem particulariter, ſe-
cundum Bart. in tract. de reprimen. in verb. Totius orbis.
vbi & in l. 2. C. in quib. cauſ. colo. lib. 11. Subdit ex hoc,
quod Imperator poteſt mundum ab alio occupa-
tum vendicare. Et ex iſta ratione quod † Imperator 31
eſt dominus totius mundi, dixit Bal. in l. fin. in princ. C.
de eunuch. quod Imperator poteſt punire ſubditum
de delictis vbique locorum perpetratis, & de eis iudi-
cium ferre, & eſt tex. vbi etiam Gloſſ. in l. 1. C. vbi de cri-
mine agi oportet. & Gloſſ. Abb. & cæteri omnes in c. fin.
de foro comp. & ita conſuluit Ant. Rubeus Alexandri-
nus conſ. 77. nu. 1. Item intellige dictam communem,
quod † Imperator in temporalibus præeſt omnibus 32
clericis, & laicis in terris Imperii, non autem in ſpiri-
tualibus, ſecundum Innoc. in c. nouerit, de ſent. excom.

quem refert, & ſequitur Bal. *in ſua Margar. in verb. Im-*
33 *perator.* Imo plures † ſunt Epiſcopi, & Ordinarii, qui
in temporalibus recognoſcunt Imperium, Regem
Franciæ, & alios Dominos temporales, de quibus
præſtant eis iuramentum fidelitatis, & c.6. *ſi nobis, 23. q.*
34 *vlt. & c. cum parati, de appell. cum ſimilib.* Imperator † e-
nim dicitur Vicarius Dei in temporalibus, ſecun-
dum Bal. *in l. 1. C. de iur. aur. annul. & in Auth. habita, col.*
35 *4. C. ne filius pro patre.* Sed aduertendum eſt, † quod in
ſpiritualibus, & concernentibus peccatum principa-
liter Imperator Papæ, & canoni ſubeſt, *c. nouit, de iud.*
c. omnes, de maior. & obed. c. quoniam, 10. diſtin. Et quam-
36 uis † Imperator dicatur Dei Vicarius in temporali-
bus, tamen non poteſt diſpenſare, ſeu reſcribere
contra legem diuinam, vt per Iaſ. *in l. cunctos populos,*
nu. 48. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. niſi ex cauſa neceſ-
ſaria, & magna, ita Bal. *in d. l. 1. C. de iur. aur. annul.* Gloſ.
in l. fin. C. ſi cont. ius, vel vtil. pub. & idem Bal. *num. 9.* & o-
mnes alii *in l. reſcripta, C. de precibus Imper. offeren.* Ex
37 hinc eſt, † quod Imperator, Rex, ſeu alii Principes ſu-
periorem non recognoſcentes, gratiam, & liberatio-
nem facere nequeunt modo aliquo pro homicidio
cogitato, præmeditato, ac animo deliberato com-
miſſo, etiamſi homicida habuerit pacem, & remiſ-
ſionem ab heredibus occiſi; & ſi gratiam in præſenti
caſu concederent, ea vtique non valeret, neque re-
neret, tanquam conceſſa contra ius diuinum, pecca-
rentque Principes ipſi mortaliter, ac facerent contra
mandata, & legem Dei poſita, ac poſitam in veteri,
nouoque Teſtamento, prout ita religioſe, fuſiſſime,
atque doctiſſime more ſuo conſuluit D. Ioan. Bapt.
Plotus *in conſil. 78. poſt prædictum conſilium a me exple-*
tum, per totum, vol. 1. ſiquidem talis homicida ex forma
ſacræ Scripturæ Teſtamenti veteris, & noui, & Eu-
angeliorum mori deberet.

38 Sed hoc † locum non ſortitur in Papa, cum ipſe
ſolus poſſet diſpenſare cum homicida voluntario,
ſecundum Doct. omnes concorditer, *in cap. ſicut di-*
Cõis opin. *gnum, de homicid.* & Ioan. Tabienſem, *in ſua Summa Ta-*
biena, in ver. Homicidium, §. 12. vbi ad lucem adducit i-
39 ſtam eſſe communem opinionem. Quam de † plano
procedere autumarem in laico homicida volunta-
rio, ſecus vero in clerico: cum clerico homicidæ vo-
luntario diſpenſatio non concedatur, etiamſi cri-
men hoc in iudicio probatum non ſit, nec aliqua ra-
tione publicum, ſed occultum fuerit, nullo modo ad
ſacros ordines promoueri poſſet, nec illi aliqua ec-
cleſiaſtica beneficia, etiamſi curam animarum non
habeant, conferri liceret: cæterum omni ordine, ac
beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuo carere de-
beret, vt ſtatuit ſancta Tridentina Synodus *in 14. ſeſ-*
ſion. in cap. 7. vbi ſimiliter determinat diſpenſationem
pro homicidio caſuali concedi poſſe.

40 Et huic † ſententiæ, quod Papa contra ius diui-
num reſcribere queat in aliquo caſu particulari, illud
diſtinguendo, & limitando, accedunt Gloſſ. Cyn. &
Salyc. *in l. fin. C. ſi con. ius, vel vtil. pub.* Bar. *in proœm. ff. col.*
3. Quintil. Mandoſ. *in regulis cancellariæ, in regul. 2. de*
reſeruat. ſub num. 14. & Natta cum aliis aggregatis per
Cõis opin. eum *conſ. 33. Maximi ponderis, num. 2. volum. 1.* vbi ſimili-
ter meminit iſtorum opinionem communem eſſe.
41 Et de hoc mirandum non eſt, † ſiquidem neminem
rationem eorum, quæ agit ipſe Pontifex tanquam
cauſa cauſarum ab eo ſibi reddi, petere non poſſe
compertum eſt, teſte Specul. *in tit. de leg. §. nunc oſten-*
dendum, ver. 89. Bald. *in prælud. feud. col. 12. & in l. fin. col. 1.*
C. quæ ſent. reſc. non poſ. & Iaſ. *conſ. 145. col. 2. vol. 2.* Tradit-
que Bald. etiam *in l. Barbarius, in fin. ff. de offic. prætor.*
42 Papam eſſe † omnia, & ſuper omnia, & denique o-
mnia quoque ſupra ius, extra ius, & contra ius poſſe.
Imo oſtendit idem Bald. *in c. Eccleſia ſancta Mariæ, col.*
3. vt lit. penden. Papam † Dominum Dominantium, 43
& Regem Regum eſſe. Et poſtremo Gloſſ. *in c. conſe-*
quens, diſt. 11. demonſtrat, apud Summum Pontificem
plenam † iuriſdictionem eſſe, penes alios vero ſemi- 44
plenam. Et ſic ipſe Papa † plenitudinem poteſtatis 45
habet, *c. cuncta per mundum, c. principalem, & c. nemo, 9.*
q. 3.

Sed non vtique † diſpenſat in his, quæ pertinent 46
ad articulos fidei, ita Bal. *in l. fin. col. 2. C. de quadrien.*
præſcrip. Card. *in Clem. ſi Romanus, de præben.* & Innoc. *in*
c. 1. de bigam. Nam in his, quæ concernunt fidem, diſ-
ponere nequit idem Pontifex modo aliquo: cum illa
non dependeant à Papa ſolo, *c. Anaſtaſ.* & ibi Gloſſ. *19.*
diſtin. & c. poſt tranſlationem, in fin. vbi Gloſſ. & alii o-
mnes, *de renunt.* & Hoſt. Ioan. And. & Abb. *in c. propo-*
ſuit, de conceſſ. præb. & Natta in d. *conſ. 33. nu. 6. vol. 1.*

Et Imperator † dicitur filius Eccleſiæ, ſiue Papæ, 47
cap. in ſcripturis, & cap. ſi Imperator, 96. diſtinct. quo fit,
vt quoad iſta, † Imperator forum Eccleſiæ ſortiatur, 48
vt in iuramento, in voto, in pacis, & contractus ob-
ſeruatione, quæ ad forum Eccleſiæ pertinere dicun-
tur, vt *in c. fin. de iureiur. in 6. & in c. quod clericis.* vbi Gl.
& Dd. *de foro competen. cum ſimilib.* Et hinc colligitur,
quod † Imperator, qui eſt Eccleſiæ filius, non cenſe- 49
tur ei vllo modo præiudicare, vt firmat Barbat. *conſ.*
58. col. 4. vol. 2. Atque ideo † Conſtantinum Imperato- 50
rem reſpondiſſe aiunt, cum ad eum ſacerdotes iudi-
cii ſuſcipiendi cauſa traherentur: Ite, & inter vos cau-
ſas veſtras diſponite: quia dignum non eſt, vt nos iu-
dicemus Deos, vt relatum eſt *in c. ſacerdotibus, 11. q. 1.* &
confirmatur *in c. violatores, 25. q. 1. & in c. Imperium, &*
in c. ſuſcepitis, 10. diſt.

Et denique Imperator † dicitur Dei miniſter, 51
Deique ſeruus, ſed non ſeruus Eccleſiæ, ita Bald. *in d.*
Auth. habita, in 6. notabili, C. ne fil. pro patre. Sed Impera-
tor ipſe † dicitur Aduocatus Eccleſiæ, *c. tibi Domino,* 52
& c. ego Ludouicus, 63. diſt. & d. c. venerabilem. & ibi Do-
min. & Abb. *de elect.* Gloſſ. & Card. *in Clem. 1. §. final. de*
iureiur. Et conſequenter † etiam Imperator debet eſ- 53
ſe Aduocatus Papæ, ita Bal. *in l. fin. C. de quadr. præſcrip.*
& Innoc. *in c. licet, de foro compet.*

Bene verum eſt, † quod olim Imperator erat Do- 54
minus totius mundi, quoad omnia, vt late deducit, &
probat poſt alios ſignatos per eum Io. Lupi, *in repet. c.*
per veſtras, §. 20. nu. 17. de donat. inter vir. & vxor.

Sed aduerte, † ne erres, quia Imperium dependet 55
ab Eccleſia, ſecundum omnes Canoniſtas *in d. c. no-*
uit, de iudic. Aret. *conſil. 58. colum. 11.* Apoſtillam *ad conſ.*
Oldrad. 69. ſub litera D. & Cardinalem Albanum *in lu-*
cubrationibus ad Bar. in l. fin. num. 3. ff. de iuriſdict. omnium
iudic. & illa eſt communis opinio, teſte cauto D. Bru- Cõis opin.
noro à Sole *in addition.* Felin. *in c. ſolitæ, de maior. & o-*
bedien. ſub num. 6. & Illuſtriſſimo ac facundiſſimo Car-
dinale Albano *in lucubrat. ad Bar. in d. l. deprecatio, ſub*
num. 6.

Et hoc non mirum eſt: ſiquidem † Imperium i- 56
pſum habuit originem, & proceſſit à Deo, & ab Ec-
cleſia immediate, vt firmat Innoc. *in d. c. nouit.* & A-
lex. cum cæteris aggregatis per eum, *conſ. 24. conſidera-*
tis his, quæ in themate narrantur, n. 24. vol. 5. & Abb. *in d.*
c. nouit. vbi in medium expoſuit iſtam eſſe commu- Cõis opin.
nem opinionem. Quam ait procedere Felin. *in c. cum*
non liceat, nu. 13. de præſcript. in Imperio per Chriſtum
renouato, nõ autem in Imperio Romanorum, quod
certe fuit ante Papatũ, per authoritates citatas *ibi* per
Fel. Sed quicquid † ipſe ibidẽ aſſerat, concludendum 57
eſt, q; Imperator hodie habeat iuriſdictionẽ à Deo,
& ab

& ab Eccleſia immediate, *c. Eccleſia, de iureiur.* & Cardin. *ibi, & in Clem. fin. quæſt. 6 de cenſ.* cum omnis poteſtas à Deo ſit, *ad Rom. c. 14. & c. quod culpatur, 22. q. 1.*

58 Imo concludendum eſt etiam vtiliter, † quod Papa vere habet temporalem etiam poteſtatem in toto Chriſtiano orbe, etiam ſupra ipſum Imperatorem, & conſequenter omnium eſt iudex, habetque vtriuſque gladii poteſtatem, & nemo ex creaturis eſt, qui ſe eximere poſſit aliquo modo ab eius iuriſdictione, habetque ordinariam poteſtatem in iudicando cauſas totius mundi, & in conferendo beneficia, & adminiſtrando, vt voluit Gloſſ. *in d. c. nouit.* Oldrad. *conſ. 80. n. 12. & 18.* Bar. *in l. 1. §. 1. ff. de requir. reu.* & profundiſſimus D. Gaſpar de Peruſio *in tract. de reſeruat. benef. in prin.* vbi diffuſe, ſubtiliſſime, & realiſſime tollit omnia contraria, & eandem opinionem ſequuntur quoque, & communem prædicant Dec. *in d. c. nouit.* Cardinalis Albanus *in lucubrat. ad Bar. in d. l. fin. ff. de iuriſdict. om. iud. nu. 1. cum aliis ſeqq. & in diſputat. de immunitate Eccleſiæ, ſub num. 71. & ſeq.* & D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus, *in tract. de Imperatore, q. 50.* Imo qui diceret, † Papam prædicta non poſſe, hæreticus eſſet, *c. nulli, 19. diſt.* & not. Gloſſ. *in c. generali, de elect. lib. 6. in ver. ſubiebemus.* licet & male mordendo Bar. Couarruu. *in d. reg. peccatum.* aſſerat contrarium, *in 2 par. §. 9. n. 7. verſ. Primum, an verum ſit, quod frequentiori noſtrorum calculo, fol. par. no 240.* Cōis opin. 59

OPINIO CCCLXX.

SVMMARIVM.

1 *Impuberis profeſſio de ingrediendo religionem an valeat.*

1 IMPVBES † ante legitimam ætatem etiamſi ſolenniter religionem profiteatur, profeſſio eſt nulla, *c. 1. de reg. in 6.* Et præſertim procedit hoc quoque, ſi puer etiam diſcretus eſſet, ac doli omnino capax, ſecundum Gloſſ. communiter approbatam, *in c. poſtulaſti, de reg.* quam ſequitur Abb. *in c. ſignificatum, eodem titul.* idemque notat Cardin. *in Clemen. fin. de ætat. & qualitat. q. 3.* Abb. *in c. atteſtationes, de deſpon. impuber.* Syluester *in ver. Religio, 2. q. 12. & in verb. Religio, 3. q. 2.* Caietan. *in ſum. in materia voti. §. ex parte autem vouentis, in verb. imperfectio autem ætatis.* Cōis opin.

OPINIO CCCLXXI.

SVMMARIA.

1 *Infamia iuris quæ dicatur.*
2 *Infamia iuris quomodo probetur.*
3 *Infamis non efficitur abſens, ſi condemnetur vt contumax, præcedente inquiſitione.*

1 INFAMIA † iuris dicitur illa, ſecundum Abb. *in c. 1. de accuſat.* quæ irrogatur delinquenti ſecundum leges ciuiles, vel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, vt *l. 1. & ſeq. ff. de his qui not. infamia.* vel mediante ſententia, vt habetur *in l. infamem, ff. de public. iudic. & in c. prohibetur, 2. q. 1. & in l. qui accuſare, ff. de*

2 *accuſat.* Et † quamuis probetur delictum infamans per teſtes, non ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille, aduerſus quem probatum fuit, niſi ſententia, vt *ſupra* docuimus, accedat, vel confeſſio delinquentis, vt per Gloſſ. communi calculo à Doct. approbatam, *in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. ſi cum de hereditate, ff. de iniuriis.* quam quidem communem ſequitur, & citat vltra Scriben. *in d. §. ſi cum de hereditate.* Iaffredus *in deciſion. 304.* Cōis opin.

3 Hoc vero † interpretatur cum grano ſalis non procedere contra abſentem, & contumacem condemnatum, præcedente inquiſitione, quo caſu non efficeretur quis infamis, ſecundum Gloſſ. *in l. 3. §. præterea, de ſuſpect. tut.* quæ vult, quod damnatus per inquiſitionem non ſit infamis, idem tenet *ibi* Dyn. Gl. & Cyn. *in l. fin. C. de ſuſpect. tut.* Bar. *in l. iſtum fuſtium, de his qui notan. infam. & in l. non ſolum, §. fin. de procur. & in conſ. incip. quæritur, & in dubium reuocatur an Franchinus.* Gloſſ. *in l. 1. C. de modo mulctar.* Bart. autem, & quidam alii, *in d. l. infamem.* videntur aliter ſentire. Tamen aduerte: quia loquuntur, quando inquiſitus comparuit, & defenſionem ſuſcepit. Sed quando abſens, & in contumaciam fuerit condemnatus, eo caſu non infamatur, vt *ſuperius* oſtendimus, & in effectu reperio Iac. Butr. *in quadam ſua diſput.* tenere contra iſtam communem ſententiam Gloſſarum, quod condemnatus in contumaciam efficiatur infamis, cum quo videtur ſentire Bal. *in l. cum mulier, ff. ſol. matrim.* nihilominus ipſemet Bald. reuocando opinionem in melius, tenuit dictam communem *in l. 1. C. de hered. inſtit. in l. etiam, C. de fur. & in l. 1. C. de calum.* qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, in tantum quod iſta communis habet vnicum contradicentem, ideo fatuum eſſet ab ea diſcedere in actu practico. Cōis opin.

OPINIO CCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Infamis non efficitur condemnatus ob leuem, ſeu modicam iniuriam alteri illatam.*

INFAMIS † non efficitur condemnatus pro leui, ſeu modica iniuria alteri illata, ſecundum Specul. *in tit. de in integr. reſtit. §. viden. in fin.* Bal. *in c. 1. §. iniuria, col. 1. de pace iuram. firm. in feudis.* Gl. & Anch. *in c. cum ſe, ext. de ſententia, & re iud.* per text. *ibi,* Alex. *in add. ad Bart. in l. infamem, ff. de infamibus.* Bal. *col. 3.* & Barb. *col. 12. in c. at ſi clerici, de iud.* & Rom. *conſ. 491.* Bald. Salyc. & Aret. *in l. decuriones, C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Aug. Aret. *in tract. malefic. in ver. verba iniurioſa, in fin. nu. 17.* & Aug. *ibi,* Tiraq. cum aliis congeſtis per eum, *in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, q. 64. fol. par. 42.* & Vaſq. copioſe *in tract. de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 7. nu. 40. & ſeq.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & refert alios Doct. contrariæ ſententiæ, ſimul cum Tiraq. *in loco ſuperius citato.* 1

OPINIO CCCLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficii ex cauſa ingratitudinis à prælato reuocari non poteſt.*
2 *Collatio beneficii an poſſit dici donatio.*
3 *Renunciatio beneficii in fauorem alterius facta, nunquam reuocatur, etiam ratione ingratitudinis.*

INGRATITVDINAM † licet committat ille, cui eſt beneficium collatum, in perſonam prælati conferentis ipſum beneficium, non poſſet prælatus ea ex cauſa collationem reuocare, vt voluerunt Ioan. And. & omnes communiter, teſte Abb. *in c. fin. n. 9. de donat.* 1 Cōis opin.

Siquidem † collatio beneficii non poteſt dici donatio: ex quo prælatus illam fecit potius ex neceſſitate officii, quam ex liberalitate, & iſtam opinionem ait communem quoque Ripa *in l. fin. n. 158. & ſeq. C. de reuocan. donat.* & ſequitur etiam, & comprobat Paulus de Ruma, *in tract. de penſione eccleſiaſtica, c. 8. ſub num. 4. cum aliis ſeqq. vbi nu. 9.* 2

Similiter † firmat, quod renuntians beneficium nunquam poſſit habere regreſſum ad illud beneficium, ſcilicet, quod reſcindatur renuntiatio ipſa occaſione ingratitudinis. 3

OPINIO CCCLXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis an faciat indicium ad torturam.*

1 INIMICITIA † capitalis ſola, ſimplex, & de per ſe, tanquam remota, ac remotiſſima à facto, non facit indicium ad torturam, ſecundum Bal. in c. litteras, de præſumpt. & conſ. 403. quidam fuit, in princ. vol. 3. Rayn. & Ioan. de Imol. in l. fin. ff. de hered. inſtit. Gand. in tract. maleficior. in verb. fama publica, col. 7. & 12. & ibi Auguſt. in addition. Ioan. de Amicis conſulendo conſ. 51. nu. 6. & ſeq. Marſil. in pract. crim. in §. diligenter, nu. 69. cum tribus aliis ſeqq. & in l. 1. §. præterea, nu. 24. & ſeq. ff. de quæſt. & Gramm. in voto 30. nu. 20. & in voto 34. nu. 1. & 7. & in conſ. crim. 3. nu. 5. & 16. in quibus locis meminit iſtorum opinionem eſſe magis communem.

Cõis opin.

In contrariam vero partem inclinauerunt Ang. l. fin. ff. de quæſtion. Specul. & Io. And. in add. in titul. de præſumpt. in §. ſpecies, verſic. ſed pone. Roman. in l. 1. §. hoc reſcriptum, ff. ad Syllan. & Calcan. conſ. 62. in Chriſti Saluatoris. & Marcus Antonius in tract. de indiciis, nu. 177. vbi firmat iſtam eſſe communem ſententiam, videlicet, quod ſi quis reperiretur occiſus in aliquo loco, & haberet Titium inimicum ibi præſumeretur tunc ab ipſo inimico interfectus, & poſſet torqueri ſine aliis indiciis. Sed prima opinio videtur magis communis, æqua, rationabilis, & vera; imo Auguſt. in d. addition. Ang. pietate, optimiſque rationibus ductus protulit magnum verbum, quod ob inimicitiam duntaxat capitalem præcedentem nunquam aliquem ad torturam poneret, & Marſil. in d. §. diligenter, & in d. §. præterea. retulit opinionem Ang. Specul. & ſequacium eſſe iniquam, & periculoſam, prout eſt fatua, damnatiua, & periculoſa nimis in hoc, & in alio ſeculo, iudicio meo, & probat fortiſſimis argumentis Marſil. in prætitatu locis, quibus nulla adaptari poteſt reſponſio; vnde habendo ipſe veritatem ante oculos amplector totis viribus opinionem Bal. & communem, ne redditurus eſſem rationem in die iudicii vniuerſalis, deponendo manum cum maxima irretractabili, & irreparabili iactura aliena in re ſic alta, profunda, & dubia, quæ ſoli Deo clareſcit.

Cõis opin.

OPINIO CCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio iniuriæ, facta in inſtrumento pacis, an contineat quoque remiſſionem damnorum, & intereſſe.*

1 INIVRIAM, † ac violentiam remittens ſimpliciter in inſtrumento pacis, ſeu remiſſionis iniuriæ, non cenſetur damna, & intereſſe remittere, & ſic in remiſſione iſta ſimplici iniuriarum, vel mortis non venit aliquo pacto remiſſio intereſſe pecuniarum, ſecundum Gloſſ. in §. fin. Inſtitut. de iniur. Dyn. in l. ſi vnus, §. ſi ante, ff. de iniur. Bar. Bal. & Ang. in l. ſi tibi, § quædam, ff. de pact. Bonr. deciſ. 52. num. 6. Alex conſil. 168. volum. 2. & conſ. 20. volum. 5. Ioach. Mynſing in obſeruatione 10. nu. 1. centuria 4. & Io. de Amicis conſil. 88. num. 14. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem; vnde caute agere diſcat homicida, aut delinquens, vt in inſtrumento pacis expreſſe, & ſpecifice remittatur ſibi intereſſe, & damna, alias nihil agit, nec remiſſa intelliguntur damna prædicta, ſecundum Bal. in d. §. quædam. & refert Ioan. de Amicis in d. conſ. 88. num. 14. & Ioach. Mynſing. in d. obſeru. 10. centuria 4. nu. 1. & ſeq. vbi hoc vuliter ampliat. Vide Plotum in tract. de in lit. iuran. §. 41. per totum. vbi habes ad quid homicida teneatur erga heredes.

Cõis opin.

OPINIO CCCLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Inſtantia litis an vltra triennium protelari poſſit per partes. & nu. 2. Et quid de iure canonico. n. 9.*

3 *Peremptio inſtantiæ ob quam cauſam introducta ſit.*

4 *Peremptioni inſtantiæ, etiam cum iuramento renunciari nequit. & nu. 5.*

6 *Iuramentum non firmat actum contra publicam vtilitatem.*

7 *Inſtantia litis labitur, ipſo iure, etiamſi iudex vel partes fuerint impediti.*

8 *Reſtitutio in integrum aduerſus peremptionem inſtantiæ an concedenda.*

10 *Ratio cur de iure canonico inſtantia triennio non perimatur. & nu. 11.*

12 *Inſtantia incipit currere à die litis conteſtatæ, tam in cauſis ordinariis, quam arbitrariis, aut compromiſſariis.*

13 *Inſtantia cauſæ appellationis, iure canonico & ciuili, quanto tempore finiatur. & nu. 14.*

15 *Curia Romana ex ſtylo abſque alia cauſa, concedit biennium appellantibus.*

16 *Inſtantia litis an partium conſenſu ſuſpendi poſſit.*

17 *Compromiſſum ſuſpendit tempus inſtantiæ appellationis, quod eo durante non currat. Sed incipit à die acceptationis laudi. nu. 18.*

19 *Tempus datum arbitris, ad decidendam lites, incipit currere à die acceptati compromiſſi.*

20 *Compromiſſum non dicitur compromiſſum ante acceptationem laudi.*

21 *Compromiſſum non ſuſpendit inſtantiam primæ cauſæ, nec tacite, nec expreſſe.*

22 *Appellatus, vel alius, in cauſa principali, vel appellationis, facientes compromiſſum, non cenſentur renuntiare ſententiæ pro ſe latæ, & poſſunt ad eam redire. & nu. 23.*

24 *Paupertas eſt iuſta cauſa in inſtantia appellationis concedendi biennium.*

25 *Tertium fatale pauperi non conceditur niſi ope reſtitutionis in integrum.*

INSTANTIA † litis, & ſic primæ, & principalis cauſæ ciuilis durat triennio, & non poteſt vltra triennium protelari per partes, vt l. properandum, C. de iud. ibi Gloſſ. Bar. Alex. Iaſ. & omnes communiter hoc firmant, & Soc. in tract. fallentiarum, in reg. 262. nu. 4. & Octau. Veſtrius in ſua pract. lib. 7. titul. de temp. & fatal. appell. illorumque curſu, & prorog. col. 10. ſub verſ. ſed hoc fatalium curſum, fol. paruo 125. vbi meminit expreſſe de iſta communi. 1

Cõis opin.

Et quemadmodum † directo, & expreſſe conſenſu partium inſtantia ipſa prorogari non poteſt, ita etiam nec per indirectum per pœnæ impoſitionem, vt tenent Bart. Alex. in 5. col. Sent. & Augerius, & ibi communiter alii, ff. ad leg. Fal. Ant. in c. fin. de iud. & idem Bar. in d. l. properandum, in princ. Et hoc † principaliter introductum extitit, ob bonum, & fauorem publicum, ne lites fierent immortales. 2

Cõis opin.

3

Et certe † huic legi etiam cum iuramento non poſſet per partes ipſas renunciari. Et ſic † prorogatio inſtantiæ prædictæ factæ cum iuramento partium non valeret: quia † iuramentum ipſum non firmaret actum contra publicam vtilitatem, vt voluerunt Bart. col. 9. Cuman. & Caſtren. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſoribus. Ant. & Abb. in c. penult. nu. 15. de iud. Gloſſ. Bar. & Iaſ. num. 21. in d. l. properandum. Paris de Puteo in tract. de ſyndic. in §. reſtat vnum aliud, in prin. Soc. in d. reg. 262 ſub nu. 4. Alciat. in c. cum contingat, n. 63. & ſeq. de iureiur. & Laurentius Syluanus conſil. 40. nu. 13. Couarr. in c. quamuis pactum, de pactis, in 2. part. §. 1. nu. 4. Marantam in tract. de iud. in 5. par. in prin. num. 23. & Berous copioſe in c. venerabilis, num. 52. & ſeq. de iud. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. 4 5 6

Cõis opin.

Imo † ipſa inſtantia primæ cauſæ labitur, etiam facto 7

facto partis, ſiue facto iudicis. Et ſic tempus inſtantiæ currit ipſo iure, etiamſi pars, ſeu iudex extiterint impediti, ſecundum Gloſſam *in Authen. ſtem ſi, C. de tempor. appell.* & Gloſſ. Bart. Bal. & omnes *in d. l. properandum, § ſin autem vtraque*, Roman. *conſ. 174. num. 6. & conſ. 220. nu. 9.* Ioan. de Amicis *conſil. 66. in fin.* Soc. *conſil. 31. num. 12. volum. 1.* Felin. *in c. penul. de iud. colum. 3.* & Maranta *in d. 5. par. ſub nu. 46.* & Gramman *voto 31. nu. 1. & ſequen.* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, & tenet in caſu hoc concedendam venire reſti- Com. opin.

8 tutionem † in integrum, & Roman. quoque *in d. conſ. 220. ſub n. 10.* quæ reſtitutio peti poſtularique deberet: alias concedenda non foret, & imputaretur eam non petenti, vt voluit Angel. *conſil. 309. in propoſita multum eleganter, ſubtiliter & plene, col. fin. ver. item non obſt. &c. ſignific. cure, quod allegaent pro fundamento.*

9 Sed aduerte, † quod inſtantia d. *l. properandum*. de iure canonico non procederet, vt inquit Hoſt. *in Summa, de iud. §. qua ſunt, colum. 4.* & ſic inſtantia de iure canonico durat in perpetuum, ſecundum Gloſſ. & omnes, *in c. venerabilis, de dolo & contum.* Francum *in c. ſuper eo, de appell.* Gloſſ. & Abb. *in c. venerabilis, de iud.* per tex. *ibi expreſſum*, & Barbat *in c. de cauſis, de offi. deleg.* Vantium *in tract. de nullitatibus, in titul. ſeu rub. de nullitate, ex defectu iuriſdictionis, & vnde, & quibus modis prouenit, nu. 126. fol. paruo 180.* & Marantam *in d. tract. iudic. in d. 5. part. nu. 14.* & Socin. *in d. regul. 182. in fin.* & Roman. *in d. conſ. 220. nu. 11.* qui docent iſtam eſſe communem opinionem, & ita obſeruatur in Romana Curia, teſte Octauiano Veſtrio, *in ſua practic. lib. 3. tit. ſub tempora iudiciorum varia, & quanta, & qualia, in quanta ſpecie. & inſtantia, fol. par. 35.* Et hoc procedit in foro eccleſiaſtico, in quo inſtantia ipſa nunquam perit, tam in negotiis ciuilibus, quam criminalibus, ſecundum Doct. *in d. c. venerabilis, de iud.* vbi Berous *nu. 2.* & Maranta *vbi ſupra*, & ratio diuerſitatis inter ius ciuile, & canonicum redditur iſthæc. Com. opin.

10 Quod inſtantia † de iure canonico non finiatur, quia ſecundum illud regulariter ante ſententiam diffinitiuam, poteſt appellari ab interlocutoriis, & à quolibet grauamine, & cum quælibet appellationis cauſa per annum, vel biennium durare poſſit, *c. cum ſit Romana, & c. ex ratione, de appellat.* quare per iudicis eccleſiaſtici diligentiam cauſa ipſa ſic infra triennium terminari non poſſet, vnde ſtatutum eſt, quod vltra triennium duret.

11 Sed de iure † ciuili regulariter ante ſententiam diffinitiuam ab interlocutoria appellari non licet, *l. ante ſententiam, ff. de ſent. recip.* & rationem hanc aſſignarunt Ioan. And. Henricus Boich, & alii communiter, *in d. c. venerabilis, de iud.* Com. opin.

12 Et aduerte, † quod inſtantia ipſa primæ cauſæ currere incipit à conteſtatione litis; & ſic ſi per mille annos non conteſtaretur lis, nunquam inſtantia inciperet, ſecundum communem opinionem citatam per Marantam, *in d. 5. par. ſui tract. iudic. nu. 3.* & per Berouum *in d. c. venerabilis, nu. 75.* vbi concludit etiam hoc idem eſſe in arbitris, ſeu compromiſſis, quod eſt in iudice, & ſic coram arbitris inſtantia triennii à die litis conteſtatæ ſeruari, ſeu finiri debet, & fatetur iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur cum aliis relatis per eum Boer. *deciſ. 283. nu. 7. & ſeq.* & declarat vtiliter Menochius ponendo regulam in contrarium, inſtantiam hoc caſu eſſe perpetuam, *in tract. de arbit. iudic. quæſt. lib. 1. q. 22. per totam.* Com. opin. Com. opin.

13 Sed ad inſtitutum redeundo, † inſtantia cauſæ appellationis, tam de iure canonico, quam ciuili ex lapſu vnius anni, vel ex cauſa biennii finitur, & perit, vt *in d. c. cum Romana, & in Auth. ei qui, C. de tempor. appellat.* & conſequenter dicta iura concedunt tempus vnius anni, & primi fatalis ad fundandum, & proſequendum ipſam appellationem, & ex cauſa impedimenti tempus biennii, & ſecundi fatalis. Et ſic, † vt 14 indulgeatur, ac concedatur biennium ipſum appellantibus, oportet vt cauſa ſit iuſta, euidens & neceſſaria, vt conſuluit Ang. *in d. conſ. 309.* Sed Curia, ſeu ſacrum Palatiũ † Romanum ex ſtylo ſolito ipſius con- 15 ſueuit admittere conceſſionem biennii ipſo iure, ſine aliquo iudicis miniſterio, & ſine alia cauſa impedimenti, vt teſtatur Octauianus Veſtrius *in ſua practica, lib. 7. tit. de temp. & fatal. appell. illorumque curſu, & prorog. col. 4. & ſeq. fol. paruo 122.* vbi hoc declarat, & in d. *lib. 3. tit. tempora iudic. varia, col. 2.*

16 Et licet cauſæ appellationis inſtantia, † vt *ſupra* docuimus, prorogari nequeat etiam cum iuramento partium; nihilominus de conſenſu partium poſſet abſque dubio aliquo ſuſpendi, ſecundum Bar. *in Authen. ſi tamen, C. de temp. appel.* Io. And. *in add. Spec. in tit. de appell. in §. nunc breuiter, ſuper verb. illud, cum ſeq.* Abb. & alios omnes *in c. ex ratione, de appell.* Alex. *in d. l. properandum, nu. 13.* Matthæſil. *ſing. 24. nota quod tempus inſtantiæ.* & ibi Gabrielem Saray *in add.* & Gozad. cum aliis relatis per eum, *conſil. 69. videtur prima facie, quod D. Horatius, ſub nu. 28.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

17 Et ipſa inſtantia † poſſet etiam ſuſpendi per compromiſſum: & tunc hoc tempus biennii non currit, ſed ſtat in ſuſpenſo, quando partes faciunt compromiſſum pendente appellatione, & ſic pendente compromiſſo tempus inſtantiæ appellationis non labitur, & tempora interim non currunt, textus eſt *in d. Authen. ſi tamen in mod o, C. de tempor. appell. & in Clemen. quamdiu, de appell.* & not. Bar. *in d. Auth. ſi tamen.* Ferraríen. *in ſua pract. Papien. in for. libell. reſponſionis iudicis à quo appellatur, §. ſtatuit, ſub nu. 2.* Iaſti eſtus *deciſ. 479.* vbi hoc ampliat, Dec. *in d. c. ex ratione, nu. 28. de appell.* vbi *nu. 29.* hoc vtiliter limitat, & Octau. Veſtrius *in d. ver. ſed hic fatalium curſus.* vbi etiam ampliat.

18 Et aduerte, † quod tempora appellationis ante acceptationem compromiſſi prædicti per arbitros non ſuſpenduntur. Et ſic tempus, ſeu terminus datus arbitris † in compromiſſo, ad decidendam cauſam 19 incipit currere à die acceptati compromiſſi, vt voluit Fulg. *conſil. 161.* Marcus Antonius Blancus cum cæteris ſignatis per eum, *in tract. de compromiſſis, in 1. q. n. 34.* Matthæſil. *ſing. 679.*

20 Compromiſſum † non dicitur compromiſſum ante acceptationem ipſius, vbi refert ita habuiſſe in facto, & obtinuiſſe in cauſa maximi momenti, Caueutis *in ſcholiis ad pragmaticam Regni, odia quæ inter coniunctos, nu. 58. in litera B.* & Dec. *in d. c. ex ratione, n. 29. & ſeq. de appell.* vbi reddit congruentem rationem.

21 Sed inſtantia † primæ cauſæ, ac inſtantiæ per compromiſſum ſuſpendi non poſſet, tam tacite, quam expreſſe, ſecundum Specul. *in titul. de iud. §. reſtat, verſ. ſed nunquid de tempore.* & ibi Ioan. And. *in add.* & Rom. *in conſ. 174. ſub nu. 6.* Soc. *conſil. 31. nu. 10. volum. 1.* & Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 10. num. 31.* Gabrielem Saray. *in addition.* Matthæſil. *in d. ſingul. 24.* & Berouum *in d. cap. venerabilis, ſub num. 50 de iud.* vbi in medium explicant iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

22 Ideo aduerte, † quod ſi pendente lite in cauſa principali, vel appellationis, ille, pro quo lata erat ſententia, faceret compromiſſum, non cenſeretur renuntiare ſententiæ prædictæ, adeo quod poſſet ad eam redire, niſi expreſſe foret renuntiatum, ſecundum Bald. & Iaſ. *in pri. in l. ſi diuerſa, C. de eo qui compro-*

mittit poſt rem iud. Paul. Caſt. & Alex. *in l. cognita, C. de*
23 *tranſact.* Imo videtur, quod poſſet redire ad primam litem, & eo ipſo, quod rediret, ſolueretur compromiſſum, *iuxta l. ſi quis rem, ff. de arbit.*

24 Item † ſtante paupertate alicuius non valentis proſequi appellationem ipſam intra annum: tunc iuſta cauſa vrget concedendi biennium, quod conceditur ipſo iure propter paupertatem; & ſic pauperes excuſantur à proſequutione appellationis, ſecundum Bal *conſil. 5. vol. 1. & conſ. 449. vol. 5.* Matthes. *ſing. vltim* & Getar. *ſing. 75. in fin.* vbi ait hoc notandum pro his, qui appellant ad Curiam Romanam, & ob paupertatem, ſeu inopiam proſequi intra annum nequeunt: ſiquidem eſt iuſta cauſa habendi biennium, Felin. *in c. bi, qui de teſt.* Marſil. *in ſua pract. in § ordine, n.*
Com. opin. *12.* & iſtam opinionem communem eſſe affirmauit Dec. *conſ. 436. n. 22.* & Marſil. *conſ. [illegible] nu. 37. & conſ. 97. n. 19.* quam ſequitur, & declarat eoam Cornelius Beneuaſius *in tract. de paupertate, q. 7. 3. ſpeciali, de iudiciis, nu. 14. cum aliis ſeqq. fol. par. 78.*

25 Sed ſi primum † & ſecundum fatale lapſum eſſet, in quibus egenus negocium appellationis proſequi nequiret: aduerte tunc, quod tertium fatale ei non competeret ipſo iure, cæterum ope reſtitutionis in integrum intuitu ipſius paupertatis, vt voluerunt Gloſſ. Bart. & cæteri omnes, *in Auth. ei qui, C. de temp. app.* Dec. *in d. conſ. 430. ſub n. 22.* & Beninecaſius *in d. queſtion. 7. 3. ſpeciali, nu. 18. cum aliis ſeqq.* in quibus locis demonſtrant iſtam eſſe communem opinionem.
Com. opin.

OPINIO CCCLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutus in re certa, dato ei vniuerſali coherede, an teneatur actionibus hereditariis.*

Inſtitutus in re certa regulariter habetur loco legatarii. Et in multis caſibus habetur loco heredis, remiſſiue. nu. 3.

1 INSTITVTVS in re certa, dato, ſeu conceſſo ei vniuerſali coherede, non habet actiones hereditarias, nec actiue, nec paſſiue, ſicut legatarius, & ſic debet haberi, quoad onera hereditaria, loco legatarii, tex. eſt *in l. quoties.* vbi hoc firmant Bart. Bal. Paul. Caſtren. Iaſ. & cæteri omnes, *C. de hered. inſtituen.* Gloſſ. *in c. Raynutius, in verb. Relinquens, in fin. de teſtam. & in c. 1. in verb. in re certa, eod. tit. lib. 6.* Ioan. de Anan. *conſil. 46. in 4. dubio.* Feder. de Senis *conſ. 225. in prin.* Corn. *conſ. 26. nu. 17. vol. 1.* Curt. iun. *conſ. 62. nu. 2.* Roland. *in tract. ſorm. teſtamen. rub. 10. ſub nu. 10.* Berous *ſub nu. 76. in d. c. Raynutius.* & ibi quoque Couarr. *in § 1. nu. 9.* & Iaſ. *in l. Lucius, ff. de vulg.* & iſta eſt communis opinio, vt exiſtimant.
Com. opin. & eam ſequuntur etiam Soc. iun. *conſ. 45. nu. 3. vol. 1.* &
2 Corn. *conſ. 264. vol. 4.* Et ita † ſe habet quoque regula, quod inſtitutus in re certa habeatur loco legatarii, ſecundum Feder. de Senis *conſ. 266.* & Fulgoſ. *conſ. 69. in*
3 *prin.* licet † etiam in multis caſibus inſtitutus in re certa loco heredis habeatur: quos ponit Francus *in c. 1. col. 8. cum aliis ſeqq. de teſtam. lib. 6.* Cæſar Lamber. *in tract. de iure patron. lib. 1. par. 2. art. 16. q. 2. nu. 4.* Iaſ. *in d. l. Lucius.* Curt. iun. *conſ. 160. n. 6.* Corn. *conſ. 102. nu. 5. vol. 2.* Ruin. *conſ. 43. n. 9. & conſ. 190. nu. 6. vol. 2.* Soc. iun. *conſ. 91. n. 10. vol. 1. & conſ. 147. n. 2. vol. 2.* & Rubeus *conſ. 45. n. 5.* & Berous *in d. c. Raynutius, num. 246. cum aliis ſeqq.* & Couarr. *ibi in § 1. nu. 9.* & circa hoc aliquid ſcripſimus *ſupra, in Opinion. Filius inſtitutus in re certa.*

OPINIO CCCLXXVIII.

SVMMARIA.

Inſtrumentum poſſeſſoris præſumitur prius celebratum inſtrumento non poſſidentis.

2 *Ad officium à duobus ſimul impetratum neuter admittitur, ratione incertitudinis, niſi alter fuerit adeptus poſſeſſionem.*

4 *Inſtrumentum dotis præfertur aliis priuatorum, item Fiſci, eadem die confectis, ſi non conſtet vtrum prius confectum ſit. [illegible] nu. 4.*

5 *Mulier ratione dotis in dubio præfertur Fiſco.*

6 *Priuilegium prælationis inſtrumenti dotalis tranſit ad quoſcunque heredes [illegible], etiam extraneos.*

7 *Collatio Epiſcopi eiuſdem beneficii [illegible] eadem die, qua collatio Vicarii, præfertur collationi Vicarii.*

Collatio beneficii facta per Papam præualet collationi Ordinarii factæ eadem die.

9 *Reſeruatio facta per Papam eadem die, qua Ordinarius confert beneficium, præfertur collationi Ordinarii, ſi non appareat de prioritate horæ.*

10 *Expectatiuus prouiſus per ſuos executores, ſi ignoretur de prioritate, p[illegible] reſeruatione Papæ.*

11 *Inſtrumentum priuati ſeu collatio Ordinarii continens horam præfertur inſtrumento pri[illegible], carente hora.*

12 *Heredibus diuerſis per eundem teſtatorem, in duobus teſtamentis diuerſis eadem die confectis, inſtitutis, ſi de prioritate, vel poſterioritate alterius teſtamenti appareat, quiſnam eorum ſuccedere, vel in poſſeſſionem mitti debeat. & nu. 13. 14. & [illegible].*

16 *Iudicari debet ſemper pro poſſeſſore in pari cauſa.*

17 *Vtilitates poſſeſſorum quot, & quæ ſint, remiſſiue.*

18 *Diuerſitas horarum, indicat prius & poſterius.*

INSTRVMENTVM poſſeſſoris præſumitur prius celebratum, † quam inſtrumentum [illegible] qui [illegible] 1
poſſidet, & ſic poſſeſſor de iure, non poſſeſſori præfertur, ad quod facit *§. commodum autem, Inſtit. de interdict. & c. ex literis, §. final. de probat.* Et hinc eſt, quod ſi † duo ſimul impetraſſent officium, neuter admitti 2
deberet, ex incertitudine, ad ingreſſum officii. Cæterum ſi vnus eſſet in poſſeſſione, alter vero non, hoc caſu præſumeretur pro poſſeſſore, qui in dubio ratione poſſeſſionis officium obtineret, ſecundum Bald. & Felin. *nu. 15. in cap. capitulum, de reſc[illegible] nu. 7.* & Ripa *in nu. 6. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Dec. *conſil. 109. in princ. conſil. 169. nu. 5. conſil. 232. nu. 1 [illegible] conſil. [illegible] num.* Alciat. *in tractat. de præſumption. regul. 3. præſumpt. [illegible] 43. numer. 4.* Tiraquel. *in tractat. de primogen. quæſt. [illegible] opinion. 11. numer. 2.* Menoch. *de ar[illegible] iudic. quæſtion. lib. 2. centuria 1. caſu 48. num. 13.* & Boer. *deciſion. [illegible] num. 6.* vbi exclamat iſtam eſſe communem opinionem, & Quintil. Mandoſ. *ſuper reg. cancell. in reg. 16. quæſt. 20. ſub nu. 5. fol. 221.* Com. opin.

Item † inſtrumentum dotis præſumitur prius confectum, & pro eo pronunciandum eſt, cum concurrunt plura inſtrumenta eodem die celebrata inter priuatos, in quibus non appareat de prioritate, & poſterioritate, ſecundum Dyn. Bartol. Bald. Angel. Imol. D. meum Pontanum, *nu. 2.* & [illegible] *num. 1. in d. l. 1. ff. ſoluto matrimonio.* vbi ſcribit iſtam eſſe concluſionem communem, & indubitatam, & Ioan. de Amicis etiam *conſil. 196. numer. [illegible].* & eam ampliat in tribus caſibus Socin. iun. *num. 9. cum aliis ſequentib. in d. l. 1. ff. ſoluto matrimonio.* & ſequitur quoque Bald. *in l. in ambiguis, ff. de iur. dot.* & cæteri omnes communiter, *in d. l. 1.* Nec non † inſtrumentum dotis præfertur inſtrumento Fiſci eodem die confecto, ſi non appareat de prioritate. Et ſic † in dubio ſemper mulier ratione dotis præferenda eſt Fiſco, ſecundum Bald. & Nicol. de Neap. *in l. ad exactionem. C. de dot. promiſſ.* Dyn. Bart. & alios, per text. *ibi in l. non puto. ff. de iure fiſci* & omnes Dd. tam antiquos, quam Modernos, *in d. l. [illegible] ff. ſolut. matrim.* 3 Com. opin. 4 5

matrim. vbi Socin. iun. *nu. 15. cum alijs ſequentib.* Alciat. *in d. regul. 3. præſumptio. 43. num. 5.* & Neguſan. *in tract. de pignorib. in 2. part. princ. 4. membri num. 117.* & Ioan de Amicis *in d. conſil. 136. num. 15.* qui aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem, & Modern. omnes *in d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* & Marſil. *in repetit. rubr. C. de probatio. num 417.* vbi ponit nonnullos caſus ſimiles, *d. nu 417. cum alijs ſequentib. & num. 445. cum cæteris ſequentibus.* Cōis opin.

6 Et priuilegium hoc † inſtrumenti dotis, quod præſumatur prius factum, tranſit quoque ad quemcunq; heredem, etiam extraneum, vt voluerunt Bartol. D. Pontanus Perutinus, præceptor meus, *num. 29.* & omnes, *in memorat. l. 1.* & hæc eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. *ibi nu. 18.* & Ripam *nu. 33.* Cōis opin.

7 Similiter † Epiſcopus, & Vicarius, ſi eodem die beneficium conferant; Epiſcopi collatio præualet, ſecundum Calder. *conſil. 2. in titul. de offic. Vicar* Rebuf. *in pract. benefic. in forma, ſeu tit. Vicariatus Archiepiſcoporum, & aliorum collat. n. 84. & 215.* Io. de Sylua *in tract. de beneficio 3. par. 12. q 15 nu 17.*

8 Et hoc idem concludendum eſt, † quando repeciuntur duæ collationes eodem die conceſſæ, in quibus non conſtet de earum prioritate: tunc enim debet præferri ille, qui collationem habuit à Pontifice, non autem ille, cui fuit conceſſa ab ordinario; & ſic data collationum paritate, præfertur collatio Papæ, collationi factæ per ordinarium, propter prærogatiuam concedentis, caſus eſt *in c. ſi à ſede. de præbend. libr. 6.* & not. Scribentes *in dict. l. 1. in principio.* & Franciſc. Marci. *in deciſio 1199. num. 1.* & Cotta *in memoral. in ver. hora quandoque apponitur. col. 2.* Iaco. Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſu 48. n. 15. & ſeq.*

9 Itidem ſi per † Papam reſeruatio fieret eadem die, qua ordinarius confert beneficium in partibus, tunc ſi non appareret de prioritate horæ, præfertur reſeruatiuus, ſecundum Ancha. *in 11. q. in fin.* Gemin. *in d. c. ſi à ſede.* & Æneam de Falconibus, *in tract. reſeruationum papalium, & legatorum. in 4. q. principali, effectu 33.*

10 Sed ſi concurrerent † expectatiuus, & reſeruatiuus, & ignoretur de prioritate, eo caſu præfertetur expectatiuus, & conſequenter ſi Papa eadem die reſeruaret, quæ expectatiuus fuiſſet prouiſus per executores procedentes authoritate apoſtolica, præferret tunc abſque dubio expectatiuus, ſecundum Rotam *in antiquis, deciſ. 356. in princ.* Bellame. *deciſio 253 in cauſa D. Gulielmi.* & Æneam de Falconib. *vbi ſupra,* vbi etiam reddit rationem.

11 Sed ſi † inſtrumentum priuati, ſeu collatio ordinarii contineret diem, & horam determinatam, & illud priuilegiati careret hora: iſto caſu præfertetur inſtrumentum priuati; & ſic horam habens in inſtrumento ſuo, præſumeretur anterior, ſecundum Cynum, Bald. & Salycetum, *in dict. l. de rebus.* & Canoniſt. omnes, *in dict. cap. ſi à ſede* Socin. Iaſ. illuſtrem D. meum Pontanum, *num. 13. & ſeq.* Ripam *ſub nu. 72.* Parpal. *num. 13.* & alios *in dict. l. 1.* Creſcent. *deciſio. 169.* Gomeſi. *deciſio. 1. & 33.* Anton. Auguſt. *deciſio. 3. & 34.* & Caſſadorum *deciſio. 20. in tit. de præbend.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem, & Modernam, antiquamque obſeruantiam in Curia Romana, & aſſerit quoque ita fuiſſe in Curia concluſum. Cōis opin.

Et licet aliqui, & eruditi quidem, tenuerint contrarium, & inter alios Soc. iun. *in dict. l. 1. num. 31. cum alijs ſequentib.* & Alciat. *in dict. 3. regul. præſumptio. 43. num. 8.* nihilominus fatuum eſſet ob vanas, & friuolas ſuaſiones iſtorum, recedere à dicta communi opinione, & obſeruantia in Curia Romana, cum qua videtur concurrere etiam Placa, cum quamplurimis ſignatis per eum, *in epito. ſeu pract. crimin. lib. 1. c. 39. in cip. apud literatos in prouerbium. ſub num. 22.* D. Quintil. Mand. *in d. reg. 16 quæſt. 19. nu. 1. cum alijs ſeqq.* vbi ſubtiliſſime, & doctiſſime, more ſuo reſpondet omnibus contrariis, & Tiraquel. cum cæteris relatis per eum, *in tract. de retract. tit. 1. §. 11. Gloſſ. 1. num. 30 & in d. tract. de iure primigen. q. 17. opin. 11. num. 3. & ſeq.* vbi refert etiam Dd. dictas opiniones concordantes, & cum d. communi concurrit etiam Menoch. *in d. caſu 48. num. 24. cum alijs ſeqq.* vbi admonet ab ea non eſſe recedendum; quem vidi poſtquam citaſſem Dd. prædictos: quorum plures ipſe quoque allegat.

Item vbicunque producuntur duo † teſtamenta 12 eodem die confecta, in quib. appareant inſtituti diuerſi heredes, & ex eis colligi non poſſit de prioritate, vel poſterioritate temporis vtriuſque; tunc ob incertitudinem, ſiue heredes contendant cum tertio, ſiue contra ſe inuicem petant mitti in poſſeſſionem, neuter heredum ſuccederet, nec obtineret; ſecundum Gloſſ. *in fin. C. de edict. Diui Adr.* & ibi etiam Old. Rayn. Odof. Cyn. Alber. Ang. Saly. Raph. Caſſ. Corne. Iaſ. & Gloſſ. *in §. 1.* & ibi Ang. Aret. *in fin. Inſtit. de adem. leg.* Old. *conſil. 1. col. 2.* Nic. de Neap *in l. ſi duas in prin. ff. de excuſ. tut.* Gloſſ. Azo. Ang. Bar. & Alber. *in l. 1. §. non autem. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* Bald. Angel. Imol. & Franc. Aret. *in l. cum qui duob. in princ. ff. de acquir. hered.* Domin. *in c. duobus. colum. 4. de reſcript. lib. 6.* & Afflict. *deciſ. 387. ſi vno eodem. in fin.* Cauen. *in prag. concluſione facta. ſub num. 6.* & Cott. *in d. mem. in ver. hora. in fin.* vbi refert cautelam & remedium, quod ſolet adhiberi pro validitate teſtamentorum; & iſta eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. *in d. l. fin. num. 20.* & D. Clar. *in §. teſtamentum. in fin. cum alijs relatis per eum.* Licet cautela ſit circa hoc, quod heres adeat ex vtroque; ſecundum Ang. *in l. cum qui. ff. de acquir. hered.* Sed iſta communis non procederet, quando in altero contineretur ademptio reſpectu alterius: tunc enim illud præualeret, ex coniectura poſterioritatis, vt voluerunt Bald. & cæteri omnes, *in l. 3. C. de codicill.* Cōis opinio.

Fallit etiam huiuſmodi communis opinio, † ſi qui 13 eorum, qui in vno ex dictis teſtamentis inſtituti ſunt, eſſent heredes ab inteſtato: & ſic ſi in vno teſtamento eſſent inſtituti heredes venientes ab inteſtato, & in alio extranei: tunc præferetur illud, in quo eſſent inſtituti heredes ab inteſtato: vt per Gloſſ. & Bartolum *in l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* Moder. *in d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* & per pleroſq; ex prærecitatis Dd *in memor. loc.* & per Cauen. *in prag. concluſione facta ſub n. 6.* vbi concludit; hoc idem procedere, † ſi in vno ex 14 teſtamentis confectis eodem die, eſſet inſtituta pia cauſa, & hoc idem voluit Fely. *in c. paſtoralis. ſub nu. 7. de reſcrip.* Item, † ſi alter ex dictis heredibus eſſet in 15 poſſeſſione, is quoq; alteri heredi præferretur. Quia in † pari cauſa pro poſſeſſore ſemper iudicandum eſt. 16 vt voluerunt Cyn. Fab. Sal. Cor. Raph. Iaſ. & Dec. *in d. l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll.* Bald. *in d. c. capitulum. col. 1.* Ang. Imol. & Franc. de Aret. *in d. l. cum qui duob. in prin.* Barb. *in Clem. ſi principalis. colum 6. de reſcript. & conſil. 30. col. 1 vol. 1.* Ang. Aret. *in d. §. 1. Inſtit. de adem. leg. col. 2.* Benedict. *in c. Raynutius. in ver. teſtamentum. el 2. num. 30. & ſeq. de teſtam.* & Ripa *in c. ſæpe. ſub num. 2. de reſt. ſpol.* vbi vtiliter ponit duodecim vtilitates † poſſeſſorum, 17 & eorum qui reperiuntur in poſſeſſione.

Et quemadmodum † diuerſitas temporis inducit 18 prius, & poſterius, ita etiam diuerſitas horarum inducit prius, & poſterius, vt *l. ſi fundus. § ſi duo. ff de pign.* in tantum, quod vbi eſt dare prius, & poſterius ceſſat vtrumq; ſimul, & eodem tempore, & inſtanti, vt *l. pluribus. ff de procur. & l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de donation. inter virum & vxorem.*

OPINIO CCCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Onus probandi Notariatum pertinet ad producentem inſtrumentum, non ad eum contra quem producitur. Eiuſq; ratio. nu. 2. & 3.*

1 INSTRVMENTVM producenti † incumbit probatio Notariatus; & ſic onus probandi non pertinet ad eum, contra quem producitur, ſed ad producentem duntaxat; ſecundum Specul. & Ioan. Andr. *in addit. in tit. de inſtrum. edi. §. reſtat. ver. & ſitae. & verſ. illud autem notandum.* & hæc eſt communis opinio, vt Cōis opin. late deducit Boer. *deciſ. 36. num. 10.* & Roder. Suarez. *in l. poſt rem iud. fol. 154. nu. 35.* & eam ſequitur poſt relatos per Boer. *vbi ſupra, deciſio.* Capellæ Thol. *300.* & 2 *ibi* Steph. Aufrer. Nam vnuſquiſque probare † tenetur illud, quod eſt ſuæ intentionis fundamentum. ita Achil. de Graſſis *deciſ. 100.* & Barth. Soc. *conſ. 65. viſis. verſ. ſecunda hæc concluſio. volum. 2.* Et † conſequen- 3 ter, allegans probare debet illud quod allegat, *L. actor. C. de prob.* & ibi Cyn. Bart. & Bald. Specul. *in titul. de teſte. §. 1. ver. quid ergo ſi dicitur. & §. nunc videndum. verſ. item agens.* Corn. *conſil. 63. licet. vol. 1.* Menoch. *conſil. 52. dubia. nu. 77. vol. 1. & l. qui accuſare. C. de eden.*

OPINIO CCCLXXX.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumenti habentis executionem paratam ex ſtatuto, executio fieri poteſt non ſolum contra principalem, ſed etiam eius heredem. Secus de iure Regni. num. 2. Declaratur nu. 3. 4. & 5.*

1 INSTRVMENTVM, † ex forma ſtatuti habens executionem paratam, exequi poteſt non ſolum contra debitorem principalem, ſed etiam cōtra eius ſucceſſores, & heredes, ſecundum Angel. & Imolam *in l. 1. ff. de bo. quæ in teſt. del.* Bart. Ang. Caſtr. Alexan. *num. 6.* & reliquos omnes *in l. poſtulante. ff. ad Trebell.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, Cōis opin. Ang. etiam, & Alex. *in l. iuratione. §. ſi filio. & l. 1. per textum ibi, ff. ad leg. Aquil.* & D. Cattauita copioſe *ſuper ritibus Regni, in ritu 178. Item ſeruat ipſa curia, quod ſi debitor aliquis venit num. 4. per text. ibi,* vbi reddit ſimiliter rationem, & normam procedendi ſuper huiuſmodi executione inſtrumenti facienda contra heredes.

2 Iura vero Regni † contrarium diſponunt, derogantq; iuri communi, & ſic heres debitoris citari nequiret ad inſtantiam creditoris via executiua, ad reſpondendum ſuper tenore publici inſtrumenti prædicti, & contra ipſum non procederet liquidatio, & interrogatio, & ita obſeruatur in Regno, ſecundum D. Catauitam *vbi ſupra, nu. 2.*

3 Aduerte tamen, † quod de iure communi in caſu præmiſſo inſtrumentum exequi non poſſet contra heredem debitoris, niſi præcedente citatione ante executionem faciendam. vt voluerunt Caſtr. Alex. & alii omnes *in d. l. poſtulante.* Imol. *in l. intra. ff. de re iud.* Angel *in l. oratione. §. 1. ff. de ſen. in l. ex contractu. ff. de re iud. & in l. 3. in fin. ff. de pign.* Bald. *in l. diuerſas. C. mand. quæſt. 1. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. qu. 10.* Cōis opin. *ff. de pact.* & iſta eſt communis, & non habet contradictorem.

4 Et ad id quod ſupra concluſum fuit, † quod heres debitoris citari non poſſit ad creditoris inſtantiam, via executiua, ad reſpondendum ſuper tenore publici inſtrumenti. & ſic quod inſtrumentum, etiam liquidum, non poſſit præſentari contra heredem debitoris, qui non iurauit, adde hoc idem tenentem Afflict. *in conſtit. eos qui ſcientes. num. 5.* Anton. Maſſa Galeſius *in tract. ad formulam cameralis obligationis. in 2. part. quæſt. 1. num. 1. cum aliis ſeqq.* Franciſc. Anto. de Iudice, *in tract. ſuper liquidationibus inſtrumentorum ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ in 3. conſideratione. ſub num. 2.* vbi aſſignat viuaciſſime rationem, Tartaglia *in pract. ciuili. in princip. 17. limit. num. 44.* & magiſtraliter Marin. Freccia *in tract. de repræſentatione inſtrumentorum, ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ. in 11. part. quæſt. num. 1. cum aliis quamplurimis ſeqq.* vbi tradit quoque, *num. 25.* vtiliſſimam cautelam, qua mediante, & interueniente, inſtrumentum poſſit præſentari contra heredem debitoris. & Anton. Maſſa Galeſius etiam *in allegata quæſt. num. 1. & ſeqq.* & eſt textus *in ritu 178. incipiente, Item ſeruat ipſa Curia, quod ſi debitor.*

Heres vero † creditoris, declaratus heres, mediante decreto præambuli, poteſt præſentare, & liquidare inſtrumenta, facta cum debitore, *vt in ritu præcitato 178. item ſeruat ipſa Curia, quod ſi debitor. & in alio ritu, item ſeruat ipſa Curia, quod quando. in tit. de præamb.* vt recenſuit, cum ratione adducta, Anto. Maſſa Galleſius *in præmemorata quæſt. ſub num. 1. & ſequentibus.* & Franciſc. Anton. de Iudice *in tract. de liquidatio. inſtrumentorum, conſideratio. num. 3. fol. 20.* vbi aſſignat percommodam rationem diuerſitatis, ac eandem amplificat ritum præallegatum, vt ille locum obtineat, etiam in herede heredis, vt agere poſſit via ritus, demonſtrato prius de præambulo ſuo, ac etiam primi heredis, & Marin. Freccia *in tract. de præſent. inſtrum. ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, in 8. par. q. 1. num. 15. & ſeq.* vbi fatetur etiam eſſe in perſeuerantia, ac quotidiana obſeruantia, vt fiant iſta præambula per heredes, atque ipſis heredibus declaratis, ad eorundem inſtantiam inſtrumenta præſentari, & liquidari, prout hoc idem ad lucem adducit quoque Catauita *in ritu ibi.* vbi aſſ. hic explicat practicam iſtius ritus, ad oſtendendum, ac probandum, quem eſſe heredem, ac etiam formam decreti ſuper hoc interponendi per iudicem imo teſolutur quoque, ex teſtamento, quemlibet heredem admitti ad faciendum præambulum pro liquidando inſtrumento, ab inteſtato vero præambulum hoc fieri ad inſtantiam ſolummodo filiorum, & aliorum, qui ſunt ex linea deſcendenti, & aliquando ad inſtantiam etiam fratris, prout ita innumeris fere vicibus per 40. annos continuos vidimus obſeruari in practica in Regno, in tribunalibus maioribus, & minoribus. Sed aduerte, quod facto præambulo, heres ita declaratus, poterit præſentare inſtrumentum, illudque liquidare via ritus executiua, ſi reperiatur ſtipulatum in præſentia creditoris defuncti, alias non poſſet vllatenus liquidari, vt determinat Franciſc. Ant. de Iudice *in præallegata 3. conſideratio. num. 5.* 5

OPINIO CCCLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Heres creditoris executionem inſtrumenti petere poteſt contra debitorem viuentem, perinde ac ipſe creditor. Quod procedit etiam in ſucceſſore ſingulari. nu. 3.*

2 *Practica probandi quem heredem, remiſſiue.*

4 *Executio contra principalem debitorem per heredem, ſeu ſingularem ſucceſſorem creditoris fieri non poteſt, non prius ipſo citato.*

1 INSTRVMENTI publici † executionem vt petere poteſt creditor principalis ad ſuam vtilitatem: ita quoque eius heres, & ſucceſſor executionem petere

tere poſſent in eius fauorem cōtra ipſum debitorem principalem viuentem: vt diſponitur *in ritu Regni 178. Item ſeruat ipſa curia, quod ſi debitor alicuius.* & ita tenet Cyn Bart. *in l. ſi ſic. § fin ff. de leg. 1.* Io. And. *in additio. Specul. in tit. de ceſſione actionis ſuper rub.* Butr. Bald. Salyc. & Roman *in l. 1 ff. ſi cer. pet.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de act. & oblig.* D Carauita *in d. ritu 178 num. 1.* Caſt. & Alex. *nu. 9. in l. poſtulante. ff. ad Trebell.* vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

2 Et practica, † ſeu norma ad probandum in huiuſmodi caſu quem eſſe heredem, traditur *in ritu Regni 181. Item ſeruat ipſa curia, quod ſi ſit præſentatio inſtrumenti debiti in ipſa curia,* vt vbertim D. Carauita.

3 Quæ communis ampliatur etiam in † ſucceſſore ſingulari, qui abſque dubio poſſet petere huiuſmodi inſtrumentum exequi, non aliter quam principalis ipſe creditor, & iſta eſt communis opinio, quam citant omnes Dd. præcitati. Com. opin.

4 Sed aduerte, † quod huiuſmodi inſtrumentum in prædictis caſib. exequi nequiret contra debitorem, niſi præcederet citatio ipſius debitoris, antequā fieret executio inſtrumenti: vt voluerunt Bal. *in l. ſi quis curialis. per illum tex. C. de Epiſc. & cleric.* Caſt. & Alex. *nu. 3. in d. l. poſtulante.* & Carauita cum cæteris ſignatis per eum, per text. *ibi in d. ritu 178. ſub nu.*

Nec hic prætereundum arbitror illud etiam, quod ſi referatur de contractu cenſuali, non nihil creditoribus proficuum fore. Diſponitur itaq; *in pragm. Regis Alphonſi primi, de cenſibus*, in ipſo cenſuali contractu pro cenſibus executionem fieri poſſe, nulla aliter facta diſcuſſione bonorum principalis debitoris, tanquam nullatenus neceſſaria contra perſonas, & bona poſſeſſorum: nec poſſe impedire ipſam executionem tam realem, quam perſonalem per ipſos poſſeſſores, etiam mediante qualibet exceptione oppoſita, tam nullitatis, & falſitatis, quam cuiuſuis alterius generis excepta ſolum ſolutionis realis exceptione, ſi de ea ante capturam, arreſtationemque debitoris, & eius bonorum iudicialem diſtrictionē legitime conſtiterit authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus. Sed quoniam antedicta regia pragmat. concedit capturam, ac arreſtationem heredum, ſeu cuiuſuis alterius ſucceſſoris ſingularis, & detentoris rerum, & iurium, vel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, quandiu apud eos illorum detentio fuerit: merito ergo tunc debet citatio, & diſcuſſio, num ſint heredes poſſeſſores, vel detentores prædictorum bonorum, interuenire, qua citatione præcedente, & conſtito contra ipſos heredes, poſſeſſores, & detentores tales eſſe, per eorum confeſſionem, vel per informationē ſummariam, poteſt indubitanter procedi contra perſonas, & bona eorum via executiua. vt aduertit Follet. *in dict. pragm. in rubric. ſen titul. tanquam rei iudicatæ nulla, prouoc. num. 18.* & ita compluribus vicibus practicari, obſeruari, & iudicari vidi, me patrocinante.

OPINIO CCCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum, confectum per tabellionem, an eius ſignum neceſſario requiratur, & ſi omittatur, an probet.*

2 *Copia inſtrumenti collationata neceſſario requirit ſignum Notarij, alias non probat.*

3 *Copia inſtrumenti in actu regiſtrata præſumitur de actis.*

4 *Inuocatio nominis Chriſti an requiratur neceſſario in inſtrumento publico.*

5 *Inſtrumentum non continens nomen Papæ, vel Imperatoris in eorum terris confectum, non plene probat. & nu 7. nec facit fidem, ſi Notarius viuat, ſi vero mortuus ſit, ſemiplene probat. nu. 6.*

INSTRVMENTVM publicum, † confectum per tabellionem, neceſſario requirit eius ſignum, alias non probat, nec facit fidem; ſecundum magis communem ſententiam Dd. *in l. contractus. C. de fid. inſtru. & in l. 1 C. qui admitti.* quam citat Boer. *deciſ. 36. nu. 8* & fere omnes Modern. *in d. l. contractus.* Nonnulli vero Scribentes inclinarunt in partem contrariam, videlicet, quod omiſſio ſigni Notarij non vitiet inſtrumentum, & quod illius appoſitio de iure neceſſario non requiratur: quam opinionem negatiuam ſequitur etiam Alexand. & ſcribit eſſe communem, *in rub. num. 14 de noui oper nuncia.* Sed primam partem in facti contingentia ſemper amplecterer, tanquam frequentiorem, & communiorem. Quæ, † vti veriſſima, ampliatur nedum habere locum in originali inſtrumēto, verum etiam in copia collationata per tabellionem, vtputa, Sempronius produxit inſtrumētum, fecitque illud collationari per actuarium cum ſuo ſigno ſolito, & fide in calce ipſius, quod inſtrumentum collationauerit de verbo ad verbum, & penes ſe retinuerit inſtrumentum ipſum originale, ne perderetur. Iſto certe † caſu illa copia regiſtrata præſumitur de actis, & habet publicam fidem, etiamſi non producatur per Sempronium originale, ſecundum omnes Doctores communiter, *in authent. ſi quis in aliquo. C. de eden* quam ſequuntur Modet. ibi, & atteſtantur, & Maranta, *in tract. iudic. in 6. parte 2 part. princ. ſuper 10. actu num. 9.* & Illuſtris D. Oradinus, præceptor meus, *in deciſion. 283* vbi dicit ita obſeruari in Rota Roman. quod, videlicet, inſeratur tenor mandati in actis curiæ, dum reſtituitur producenti mandatum originale.

Et licet † in iſto inſtrumento requiratur ſignum tabellionis, ſecundū magis communem ſententiam, non tamen requiritur in eo inuocatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, imo huiuſmodi leuis ſolennitas derelicta in iſto inſtrumento non infringeret, nec vitiaret inſtrumentum, vt per Bartolum eleganter, & omnes Scribent. *in l. fin. C. de iure deliberan.* quam opinionem ſequitur, & ſcribit eſſe communem Dec. *in c. ſi ſcripturam. de fide inſtrumen.* & Couarruuias *in ſua practic. cap. 20 num. 1.* quam ſcribit Ioan. à Graſſis *in tractat. de ſubſtantialibus procuratorij, in princ. num. 4:* procedere ante factum, non autem poſt factum: tunc enim talis omiſſio inuocationis nominis Domini vitiaret inſtrumentum. Ideo monet ibidem, quod ſemper poſt factum apponi debeat huiuſmodi inuocatio Sed attenta conſuetudine, quæ vbiq; locorum viget inter Chriſtianos, inſtrumēta ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine memorata, ſunt nulla, vt aſſerunt Dd. communiter, *in rubr. ff. de noui operis nunciat.* & latiſſime proſequitur Socin. *conſil. 2. volum. 3.* quod dictum credo etiam verum, præter conſuetudinem ipſam, iuxta doctrinam Apoſtoli *cap. 3 ad Coloſſen. Omnia quæcunq; facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite;* quæ verba præceptiua cenſentur, & non aliter, nec alio modo, ob eam rem inuocato omnium rerū Patre. quo (teſte Boet. *de cōſolatione, libro tertio, proſa nona*) prætermiſſo, nullum rite fundatur exordium; Vnde bene monebat Plato, de quo Boetius *de conſolatio. vt Platoni placuit*, in minimis quoq; rebus diuinū debere implorari auxilium.

5 Secus autem dicendum † arbitror in inſtrumentis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomi-

ne

Digitized by Google

ne Pontificis, vel Imperatoris: hoc enim caſu non plene probaretur, vt viſum fuit Bartol. *in l. admonendi. ff. de iureiurand.* vbi diſtinguit; quod ſi tabellio viuat; tunc inſtrumentum, propter iſtum defectum, nullam fidem faceret, ſi quidem imputandum foret parti, quod non ageret contra tabellionem, vt inſtrumentum ſibi reaſſumeret, cum minus perfecte reſti-
6 tuerit, *l. velut i. in princ. ff. de edend.* Si vero † tabellio eſſet mortuus, arbitratur Bartol. facere ſemiplenam probationem, *l. 1. §. ſi limum. & §. ſi roſa. ff. de bonor. poſſ. ſecundum tab.* & cum iſta Bart. diſtinctione tranſeunt
Cõis opin. omnes Dd. communiter, *in dict. l. admonendi.* vt refert Curt. *ibi, num. 148.* licet ipſe ab ea diſcrepet, & male, multa in contrarium adducendo.

7 Et hoc, quod † nomen Imperatoris præponendum ſit in inſtrumento publico, probat text. *in authent. vt præponatur nomen Imperatoris.* & præſertim in locis, quæ Imperio ſubſunt, & ſimiliter in locis, quæ Papæ ſubijciuntur, nomen ipſius eſt apponendum, ſecundum Abbatem, *in proœmio Gregoriano. column. 5.*
Cõis opin. *& in c. 1. de fide inſtrumen.* vbi hoc omnes Dd. communiter affirmarunt, & aliqua de inſtrumento poſuimus *infra, in opin. ſtatutum diſponens quod inſtrumenta.*

OPINIO CCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non continens locum an faciat fidem.*

1 INSTRVMENTVM, † teſtamentum, vel quilibet alius publicus contractus, requirit neceſſario pro eius ſolennitate, vt in eo inſeratur inſcriptio ciuitatis, plateæ, vel domus, vbi actus celebratur, ita vt locus loci inſeri, ac poni debeat in inſtrumento, alias fidem non facit, ſecundum Ioan. Andr. *in addit. Spec. tit. de inſt. editio. §. inſtrumentum. ver. quod ſi locus.* Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis. §. initium tabularum colum pen. ff. de eden. & in l. de pupillo. §. qui nunciat ff. de noui oper. nuncia.* Roman. & omnes, *in l. lecta. ff. ſi cert. pet.* Bald. *in l. contractus. ff. de fide inſtr. & in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* Ioan. à Graſſis *in tract. de ſubſtantialibus procuratorii, in rubric. actum in ciuitate Taurini.*
Cõis opin. *numer. 1.* & iſtam aiunt eſſe communem opinionem, Moder. *in d. l. lecta.* Ruinus *conſil. 154. num. 4. & 10. vol. 3.* & Boer. *decis. 32. nu. 27.* ſed non eſt neceſſarium, vt locus loci particularis, ac ſpecialis in inſtrumento inſeratur; Verbi gratia, ſi dicatur actum in aliquo deſignato palatio, vel domo, non oportet addere, &
Cõis opin. in tali camera dictæ domus, vt tenet Bar. & alii communiter, *in d. l. de pupillo. §. qui nunciat.* & ita conſuluit Ruin. *in d. conſ. 154. nu. 10.*

OPINIO CCCLXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum non ſolenne producens in iudicio an cenſeatur illud approbare, & confiteri quoad omnia, etiam contra ſe.*

2 *Inſtrumentum producens in iudicio, in quo aliquid enunciatiue prolatum eſt, an videatur illud confiteri.*

1 INSTRVMENTVM in † iudicio producens abſque indictione, ac conſule, vel abſque aliis ſimilibus ſolennitatibus, & ſic non ſolenne, cenſetur illud, ac omnia in eo contenta, ex huiuſmodi productione approbare, atque confiteri, quoad fidem probatoriam, vt contra ipſum producentem fidem faciat, ſecundum Bald. *in l. alia. colum. 2. C. de his, quibus vt indig.* Angel. *conſil. 132. colum. 2.* Alex. *conſil. 184. colum. 2. volum. 7.* Felyn. *colum. 7.* & Deci. *num. 90. & 95. cum aliis relatis per eum, in c. venerabilis. de exceptio.* & Crauet. *in tract. de antiquit. temp. in 1. par. num. 118.* vbi oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem, atq; refert Dd. tranſeuntes cum contraria parte. Cõis opin.

Et adeo inſtrumentum producens illud approbare cenſetur, vt non releuet proteſtatio, ſi aſſerat ſe illud producere in parte, & partibus pro ſe facientibus tantum, & non aliter, nec alio modo, & maxime quando aduerſarius huiuſmodi proteſtationi non conſenſit, & ideo poteſt ex eo condemnari, ſecundũ Innocentium, *in cap. cum olim, ext. de cenſib.* Bartolum *in l. poſt legatum. colum. 2 ff. de his, quib. vt indig.* Baldum *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo.* Ferrarien. *in ſua pract. Papien. in forma productio. inſtrumen. §. in illis, num. 1. & ſequ. folio paruo 135.* Iaffred. *deciſ. 408. & ſi pars dicat.* Dec. *in d. cap. cum venerabilis nu. 99. & ſeq.* Crauet. *in d. 1. par. ſui tract. de antiqu. tempor. num. 138. & ſeq.* Nattam *conſil. 31. nu. 3. vol. 1.* & Ruinum conſulendo *conſil. 136. nu. 4. volum. 4.* Idq; non ita generaliter, atq; ſimpliciter intelligendum eſt in omnibus inſtrumentis, verum in eis duntaxat, quæ ſunt communia, ſeu quæ pars producere tenetur, puta, quoniam in libello actoris narrata fuere, ita Alex. *in d. l. 1. colum. 4. C. vt quæ deſunt aduo. & conſ. 124 circa fin. vol. 4.*

In contrariam vero partem, videlicet, quod huiuſmodi inſtrumentum, quantumuis proprium, produci poſſit in parte, ac pro parte reprobari, inclinauit Fely. *in d. c. venerabilis. colum. 5. & in c. imputari. in fin. de fide inſtrum. cum aliis ſignatis per eum.* vbi concludit, iſtam eſſe communem ſententiam, & præſupponit Cõis opin.
Ruinus etiam, *in d. conſil. 136. num. 4.* & refert Crauet. *in d. 1. par. tract. de antiquit. temp. nu. 146.*

Sed præmemorata † communis in principio poſi- 2
ta ita explanata, limitatur vtiliter non ſortiri locum, ſi quis produceret in iudicio inſtrumentum, in quo aliquid enunciatiue prolatum eſſet: tunc enim productor inſtrumenti non cenſe[tur] confiteri vera ea eſſe, quæ ibi enunciatiue prolata ſunt, ſed ea quæ diſpoſitiue tantum, vt firmat conſtanter Bald. *in c. cum venerabilis. col. pen. de excep. per tex. in l. Aurelius. §. fin. ff. de lib. lega.* quod dictum extollit Iaſ. aſſerens in practica eſſe vtile verbum, *in l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pactis. colum. 11.*

OPINIO CCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Reum contra quem producitur inſtrumentum, ſeu ſcriptura minus ſolennis, etiam continens capitula ſeparata, poteſt illa acceptare in parte, & in parte non.*

INSTRVMENTVM, † ſeu ſcripturam minus ſo- 1
lennem, etiam continentem capitula ſeparata, reus, contra quem producitur, poteſt acceptare in parte, & in parte non, ſecundum Bartolum *in l. quadam. §. nummularios. ſub num. 2. ff. de eden.* Ang. *conſ. 304.* Romanum *conſil. 346. colum. 1.* Geminia. *conſil. 9 in fine. volum. 2.* Guid. Papæ *deciſio. 503 pone ego ſum. num. 2.* & Crauet. cum aliis citatis per eum, *in tract. de antiq. tempor. in 1. part. n. 134.* vbi concludit, iſtam eſſe veriorem, communemq; opinionem, atq; limitat in tribus caſibus. Cõis opin.

Contrarium conſuluit Angelus *conſilio 303. viſa dicta ſcriptura*, videlicet, quod dictæ ſcripturæ, cuius capitula ſunt diſtincta, & ſeparata, non poſſit vnum acceptari, & aliud reprobari, ſi loco vnius habeantur, per vnitatem forſan officii, & neceſſitudinem compoſitionis rationum.

OPINIO CCCLXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumenta de nouo reperta an produci poſſint poſt concluſionem in cauſa. & nu. 2.*

1 INSTRVMENTA de † nouo reperta poſſunt produci poſt concluſionem in cauſa, atque poſt citatos litigantes ad audiendam ſententiam, præcipue ſi productor iuraret ea nouiſſime reperta fuiſſe, nec prius in ipſius cognitionem veniſſe, facta tamen diligenti perquiſitione, ſecundum Bartol. *num. 3.* Bald. *in lectura antiq.* Ang. Fulgoſi. Iaſ. *in reper. num. 58.* Caccialupum *colum. 20.* Curt. *nu. 67.* Purpura. *nu 8. in l. admonendi ff. de iureiuran.* Abb. Imol. & Felyn. *num. 16. in c. cum dilectus. de fide instrumen.* Mattheſila. *nota. 57.* Felyn. *in c. paſtoralis nu. 9. de except.* & Ripam *in d. l. admonendi. nu. 48.* vbi iſtorum opinionem communem (Cōis opin.) eſſe perhibet, & communem pariter oſtendit, & in practica obſeruari inibi Curt. & Lanfranc. *in c. quoniam contra. cap. 9. de instrument. productione. num. 36. de probat.* & ſequitur etiam, ac de iure procedere pluribus manifeſtat Roderic. Suares *in allegatione 5.* & ita obſeruatur in Regno Neapolitano, vt inſtrumenta etiam quandocunq; poſt concluſionem produci, & recipi poſſint, teſte Hannibale Cauenſe, *in scholiis, ad ritus magnæ Curiæ Vicariæ, in ritu, exordiente, item quod in quacunque cauſa ciuili, quæ in dicta curia.* & Maranta *in tractat. iudicior in 6. part. in 8. actu de instrum product.*
2 *nu. 27. fol. par. 137.* Prout ſic re † ipſa in practica obſeruari paſſim vidimus per 40. annos, in tribunalib. omnib. Regni maioribus, & minorib. & potiſſimũ generaliter, & indiſtincte, tam in inſtrumẽtis nouiter repertis, quam in aliis quibuſcunque de nouo non repertis. Sed in iſto ſecundo caſu, quod inſtrumenta ſi non ſint de nouo reperta, poſt concluſionem in cauſa de iure admitti non debeant, & habeant perinde ac ſi producta non eſſent, diſcurrit, & concludit Illuſtris D. Roland. à Valle vberius, quam alius, quem hucuſque viderim, *in conſil. 52. duplici ex capite. num. 4 cum aliis ſeqq. vol. 4.* & Felyn. *in d. c. cum dilectus. vbi ſub num. 11. cum aliis ſeqq.* hoc ponit pro regula cum 4. ampliationib. & 14. limitat.

OPINIO CCCLXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum, productum è longinquis partibus in iudicium, ſi negetur à Notario publico confectum, præſente, & contradicente aduerſario, non facit fidem pro producente. Niſi producens haberet literas teſtimoniales de eo. nu. 2. Vel per teſtes idoneos probare poſſet. nu. 3.*

4 *Literæ priuatæ ſcribentis manu ſubſcriptæ & ſigillatæ, plene probant.*

5 *Probant etiam literæ quibus ſigillum ſaltem appoſitum eſt.*

6 *Subſcribens, inſtrumento contentorum ignorantiam prætendere non poteſt.*

1 INSTRVMENTVM publicum, † productum de longinquis, ac valde remotis partib. in iudicium, ſi negetur illud eſſe à Notario confectum, ſeu negetur, eum, qui confecit, eſſe Notarium, tunc illi inſtrumento ſtandum nõ eſt, & ſic aduerſario præſente, & contradicente, huiuſmodi inſtrumentũ nullam fidem facit pro producente, ſecundum Spec. & Ioan. And. *in addit. ibi, in §. reſtat. in tit. de instrum. edit. verſ. quid ſi produxit.* Cyn. Bald. *col. pen.* Salyc. *col. penul. in l. comparationes. C. de fide instrum.* Lanfranc. *in c. quoniam contra. c. 9. de instrum. product. ſub nu. 14. de probatio.* Dec. cum aliis copioſe deductis per eum, *in c. ſi ſcripturam. nu. 52. de fide instrum.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem (Cōis opin.) opinionem, & Boer. etiam *deciſ. 36. n. 10.* & refert Marſil. *in l. ſi quis ne quæſtio. n. 138. ff. de quæstio.* licet ipſe contrarium ibi aſſeueret.

Sed tale inſtrumentũ indubitãter, † ac plene probaret, ſi productor ipſe portaret ſecum literas teſtimoniales, habentes ſigillum, & alia requiſita, & confectas per officialem, regentem ciuitatem, vel per ciuitatem ipſam, & facientes mentionem, ac fidem de tabellionatu, moribus, & vita illius Notarii, qui confecit tale inſtrumentum; & hoc modo dabitur plena fides ipſi inſtrumento, producto de partibus remotis, ſecundum Bald *col pen.* & Ang. *in d. l. comparationis.* Cagnol. cum aliis relatis per eum, *in l. ſi librarius. n. 57. ff. de reg. iuri.* Ancharan. & Felynum *colum. 6. in dict. c. ſi ſcripturam.* & ibi etiam Dec. *nu. 52. & ſeq.* vbi refert opinionem iſtorum obſeruari in practica, atq; in toto orbe, ſimiliter obſeruari atteſtatur Marſil. *in d. l. ſi quis ne quæſtio. nu. 144.* & obſeruatur etiam in Regno Neapolitano, teſte Afflict. *in conſtitu. Instrumentorum robur. quæſt. 9.* ob ritum magnæ Curiæ Vicariæ, *incohantem, item ſeruat dicta Curia, quod inſtrumentũ confectũ extra Regnum non credatur.* vbi de hac eadem obſeruantia in Regno facit mentionem Hannuibal Cauenſis, *in ſuis ſcholiis*, & præclariſſimus D. Carauita, *in d. ritu 188. item ſeruatur in dicta Curia, nu. 1.* (Cōis opin.) Cæterum vbi † productor huiuſmodi inſtrumenti, in partibus longinquis celebrati, careret literis teſtimonialibus officialium loci, vbi confectum eſt inſtrumentũ: tunc poſſet docere per teſtes idoneos de tabellionatu ipſius Notarii, & inſtrumẽtum, probato tabellionatu Notarii prædicti, faceret plenam fidem, alias ſecus, vt voluit copioſe, & docte Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, teſte Afflict. *in deciſ. 251. per totam.* & peritiſſimo D. Carauita *in d. ritu. 188. num. 12.* 3

Poſtremo aduertendum eſt etiam, quod ſi produceretur inſtrumentum antiquum, quantũuis de loco longinquo, id non exigeret, neq; indigeret literis teſtimonialibus: cum tunc pro ipſo inſtrumento præſumatur, ita Bald. & Salycet. *in dict. l. comparationes.* Quodque verum autumarem de plano procedere, & ſic inſtrumentum ipſum concomitatum cum literis teſtimonialibus regulariter, vel ſine ipſis literis, in præſenti caſu ſpeciali probare, ſi illud de partibus valde remotis productum, cancellatum nõ eſſet; ſecundum Azo. *in Summa de fide instrumen.* Goffred. *in Summa eo. tit.* Cyn. Bald. & Saly. *in d. l. comparationes.* & Spec. *in tit. de fide instru §. reſtat. verſ. quid ſi produxit.*

Et quemadmodum probat † inſtrumentum publicum, de partibus longinquis, cum literis teſtimonialibus, & ſigillo: ita etiam literæ priuatæ ſimiliter plene probant, cum ſunt ſubſcriptæ, & ſigillatæ ſcribentis propria manu, & ſigillo, & ſic duplici ſubſcriptione; ita Bart. *in proœm. ff. orum ſub n. 7.* Innoc. & alii Canoniſtæ cõmuni conſenſu omnes, *in c. post ceſſionẽ. de probationib.* Alex. *in l. qua dotis. num. 39 ff. ſolut. matr.* & D. Camillus Borrellus, *conſil 40. nu. 27.* & ratio ea eſt; nam ſigillum, & ſubſcriptio ſimul iuncta, arguit mentem magis deliberatam: imo ſi plura ſigilla authentica appoſita forent eidem literæ, augerent profecto vim probationis, & facerent ſcripturam probare, quæ alias vno tantummodo ſigillo non probaret, ſecundum Anton. de Butr poſt Calder. *in d. c. post ceſſionem.* & ſequitur Milis *in ſuo repertorio, in ver. ſigilla authentica.* Et ſic duplicato ſubſcribens, dicitur fateri, atque approbare contenta in ſcriptura, *l. emptor §. Lucius. ff. de pact. & l. ſi ita. §. Chryſogonus ff. de verb obligat. l. ſi fideiuſſor. § 1. ff. de pign. l. ſicut §. non videtur. ff. quibus mod. pign. vel hypoht. ſol. & l. ſi quis. §. 1. in verbo ſubſcribere. ff. de edend.* & Seribentes *in d. § Chryſogonus.* Anton. Gabriel. *in concluſio. 3. titulo de præſumptio. libr. 1.* & Maſcard. *in tract. de probationib. volum. 3. concluſio. 134.* 4

Iuo

5 Imo etiam ſigillum † ſolum appoſitum in ſcriptura plene quoq; probat, & ex eo probari conſenſum, voluerunt Bald. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. nu. 2. ff. de verb. obligat.* Roman. *conſil. 303.* Felyn. *in cap. tertio loco. de probationib.* & D. Camillus Borrellus, cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 40. nu. 38.* ſigillum enim vim ſubſcriptionis habet, vt inquit Roma. *in allegato conſ. 303.* & Anton. Gabriel. *concluſio. 4. lib. 1. de præſumption.* & ſigillum aliquid operari ad probationem ſcripturæ, planum facit Bald. *in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit.* & Ancharan. iunior *in quæſtionib. familiarib. quæſt. 48. nu. 12. lib. 1.*

6 Nec tales propria eorum † manu ſubſcribentes, ignorantiam contentorũ in ſcriptura ſubſcripta poſſunt allegare vllo modo, ita Paul. Caſtrenſis *conſ. 216. volum. 1.* Crauet. *conſ. 25. num. 13.* Maſcard. cum aliis aggregatis per eum, *concluſ. 382. volum. 1.* Imo & ſi ignorarent ſubſcribẽtes contenta in ſcriptura ſubſcripta, adhuc noceret eis ſubſcriptio: quoniam ſubſcribens ſe ex certa ſcientia ſcripturæ non viſæ, nec lectæ, cenſetur voluiſſe, quod valeant quæcunque in ſcriptura continentur, & perinde habetur, ac ſi legiſſet, & ſciuiſſet, cum per eum ſteterit quo minus legeret; ita vt cenſeatur animum ſubſcribẽtis tunc etiam ad ignorata trahi, vt ibi Paulus Caſtrenſ. late proſequitur. merito igitur allegatio ignorãtiæ hoc caſu debet penitus excludi, & eius præſumtio ceſſare. imo id quod ſcriptũ reperitur in ea ſcriptura, cenſetur de partium voluntate ſcriptum, atque dicitur etiam euidens manifeſtum, ac probatio probata, ita Bald. *in l. errore. col. 1. C. de teſtam.* Dec. *conſ. 488. nu. 1.* & Decianus *conſil. 72. nu. 3. & ſeq. vol. 2.*

OPINIO CCCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio loci, confinia territorii, & dominium, item & poſſeſſio rerum particularium plene probantur per inſtrumenta antiqua inter alios confecta.*

2 *Inſtrumentum vt antiquum dicatur quot anni requirantur.*

3 *Inſtrumenta publica inter partes confecta ad earum præiudicium plene probant.*

1 INSTRVMENTA antiqua † inter alios ſcripta, ſeu confecta, in quibus fit mentio, aliquem locum eſſe de iuriſdictione, diœceſi, territorio, vel diſtrictu, plene probant, non ſolũ confinia antiqua, ſed etiam dominium, & poſſeſſionem rerum particularum, ſecundum Gloſſ. *in c. ſi Papa in verb. probata. de priuileg. in 6.* Abb. *in c. eodem nu. 3. de parroch.* Gloſſ. & Abb. *in c. cum olim. in verb. inſtrumenta. de cenſib. & in c. cum cauſam. & ibi* Felyn. & Deci. *de probat.* Bald. Salyc. Alexand. & Iaſ. *nu. 4. in l. cum aliquis. C. de iure delibe.* Barbatium *conſ. 6. colum. 5. volum. 2. & in c. ex literis. in fin. de probat.* Guid. Papæ *conſil. 88. nu. 2.* Corne. *conſil. 333. nu. 9. volum. 1.* Iaſ. *conſ. 81. num. 2. & conſ. 114. nu 5. vol 1.* Socin. *conſ. 65. num. 7. & conſ. 86. & 166. volum. 1.* Deci. *conſ. 42. nu. 7. & ſeq. & conſ. 428 num. 4. & ſeq.* Par. de Puteo *in c. quia in materia de fini. feud.* Crauet. *conſ. 64. nu. 11. & in tract. de antiq. temp. in 1. par. in princ. num. 71. & 74.* Pariſ. *conſ. 104. nu. 23. cum aliis ſeqq. vol. 1.* & iſtam opinionem dicunt eſſe communem, Laur. Syluanus *conſ. 52. nu. 9. & ſeq.* & pleriq; ex memoratis Doctoribus. Quam limitat, & declarat in aliquibus caſibus non procedere Crauet. *in tract. de antiquit. tempo. in d. 1. part. num. 74. cum aliis ſeqq.* Cõis opin.

2 Sed aduertendum eſt, † quod inſtrumenta antiqua dicuntur, à quorum receptione effluxerunt centum anni, vt habetur per Bertrand. *conſil. 159. in fin. & conſil. 171. num. 8. volum. 1. & conſil. 15. et iamſi curia. in fin. volum. 5.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, cum aliis late citatis per Laurent. Syluan. *in d. conſ. 57. num. 10. & ſeq.* vbi aſſerit contrarium, quod tempus quadraginta annorum, dicatur antiquum, vbi citat alios eiuſdem ſententiæ. Cõis opin.

3 Item aduertendum eſt, † quod regulariter inſtrumenta publica inter partes, inter quas conficiuntur, probent, & ſic ad earum præiudicium tantum, inducunt plenam probationem, ſecundum Gloſſ. *in d. l. cum aliquis.* quam ſequuntur omnes Dd. ibi, & præſertim Iaſ. *num. 4.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Guido Papæ *quæſt. 193.* & Barba. *in d. c. ex literis. nu. 39. poſt medium.* Cõis opin.

OPINIO CCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe extrinſecum de tritico, vino, & ſimilibus non debetur, ſed intrinſecum duntaxat conſequi poteſt.*

1 INTERESSE extrinſecum † de tritico, vino, & ſimilibus non debetur: quia creditor intrinſecum intereſſe pretii conſequi poſſet, & ſic, ſi penes aliquẽ depoſuiſſem aliquam frumenti quantitatem, determinatam, ſeu menſuratam, quam decreueram certo die pro canone fundi emphyteutici ſoluere, & adueniente tempore, cum repeto, ille mihi non reſtituit, ob quod à iure emphyteutico cado: tunc iſte non tenetur mihi reſarcire damnum hoc caducitatis, quia eſt intereſſe extrinſecum, quod de tritico, & ſimilibus non debetur: cum creditor intrinſecum preciũ conſequi poſſit, vt voluerunt omnes Dd communiter, *in l. nummis. ff. de in lit. iur.* vt ipſam communem ſequitur, & citat *ibi* Iaſon *num. 4.* & Zaſius *num. 8.* & Iacob. Rainald. *in l. 1. cap 6. fol. 107. cum ſeq. C. de ſent. quæ pro eo.* Cõis opin.

OPINIO CCCXC.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe intrinſecum vbi locum habet, facit ceſſare extrinſecum, & creditor altero tantum contentus eſſe debet.*

2 *Emptor ex mora ad quid teneatur.*

3 *Intereſſe & rei pretium non ſunt idem. Et intereſſe pecuniæ non ſolutæ peti poteſt. nu 4.*

5 *Vſuræ pretii non ſoluti petuntur tanquam intereſſe lucri ceſſantis.*

6 *Etiam contra venditorem ad intereſſe agi poteſt, ob rem non traditam.*

1 INTERESSE intrinſecum † in quibus cadit, in iis non poteſt habere locum intereſſe extrinſecum: quoniam creditor altero contentus eſſe debet, vt ſi haberet intrinſecum intereſſe, conſequi nequiret etiam extrinſecum, ſecundum Bartolum *in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo.* cuius opin. ſequitur, & refert communem eſſe Rebuf. vbi cum aliis relatis per eum, *num. 4. 8.* Beringer. Paulac. *ibi. num. 120.* & Sebaſt Sap. *nu. 42. per text. in l. ſi ſterilis. § cum per venditorem. ff. de act. emp.* vbi deciditur, quod debens triticum die determinata, à die moræ teneatur quanti plurimi valuerit triticum, præſtare, & ſic intereſſe intrinſecum pretii. Si vero à die moræ, per creditorẽ paſſum ſit damnum, ob frumentum non conſignatum, quia ſerui fame perierint; quod intereſſe extrinſecum dicitur; quia extrinſecus prouenit, non tenetur debitor ex huiuſmodi mora hoc extrinſecum ſeruorum intereſſe, famæ peremptorum, emendare, ſeu reſarcire; ſecundũ text. ibi; quia nunquã illa dum intereſſe intrinſecum, Cõis opin.

&ex-

& extrinſecum concurrunt, ſecundum Iaſonem n. 3. Zaſi. num. 8. & ſeq. & alios omnes Moder. in l. ſi nummis. ff. de iu lit. iur. & Card. Pariſ. in addit. ad Bart. in l. vnica. ſub num 19. in litera E. C. de ſentent. quæ pro eo quod in-
2 tereſt proferunt. Prout etiam † emptor ex mora ſua, in ſoluendo pretio, ad vſuras tantummodo tenetur, l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionib. empti. ibi: veniunt autem in hoc iudicium infraſcripta, imprimis pretium quãti res venit; item vſura pretii, poſt diem traditionis. nam cum re emptor fruatur, æquiſsimum eſt, eum vſuras pretii impendere. ita vt actio venditi ex diſpoſitione huius §. competat venditori, ad pretium, & ad vſuras pretii, à traditionis rei tempore, etiam precario factæ. Nec non competit ad alia quoque, quæ æquum eſt venire in præſenti contractu venditionis, quæ explicantur, & enumerantur in aliis §§. ſequentibus, vſque ad §. procurator. Et hinc ad propoſitum vtiliter, & diſtincte explicat Bart. in l. 1. num. 27. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. vſque ad quam quantitatem poſſit aſcendere intereſſe.

3 Et ſic † intereſſe, & pretium rei, non ſunt idem, ſed ſunt potius diuerſa, vt per Bald. in l. 1. §. conſiderandum. ff. de tut. & ratio. diſt. & in addit. Specul. de intereſſe. verſ. 1. in fin. & magiſtraliter, & affluenter per Dynum Mogellanum in tract. de intereſſe pecuniæ. verſ. nu 10. cum aliis ſeqq. & rationem aſſignat Bald. in l. vnica. ſub nu. 6. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt profer. pretium rei non dici intereſſe, nec vllam legem vocare pretium rei ſub nomine intereſſe. ſed eſſe penitus & omnino
4 diſtincta vocabula, ita vt intereſſe † pecuniæ non ſolutæ peti poſſit, c. ſalubriter. de vſur. & l. 2. C. eod. tit. de vſuris. ibi, vſuras emptor, cui promiſſio rei tradita eſt, ſi pretium venditori non obtulerit, quamuis pecuniam obſignatam in depoſiti cauſam habuerit, æquitatis ratione præſtare cogitur, & eſt textus etiam, & ibi Gloſſ. & Abb. in c. conqueſtus. de vſur. quod emptor à die traditionis poſſeſſionis, teneatur venditori ad vſuras pretii non numerati, nec ſufficit eum pretium hoc minus ſolenniter depoſuiſſe, vt per Balduin etiam, & Gloſſ. in dict. l. 2. C. de vſur. & eſt textus etiam, & ibi Bald. & Salyc. in l. curabit. C. de actionibus empti, & venditi, ibi, curabit præſes prouinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem, fructus percipit, partem pretii quam penes ſe habet cum vſuris reſtituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla mora interceſſerit, generauit.

5 Sed pro † intelligentia præſentis l. curabit, animaduerte, quod huiuſmodi vſuræ pretii non ſoluti petantur tanquam intereſſe lucri ceſſantis, id eſt, vſque ad valorem fructuum per emptorem perceptorum, & quos venditor veriſimiliter percepiſſet, ſi rem venditam emptori non tradidiſſet, aliter venditor remaneret in damno, & emptor in lucro. ideo æquitate ſuadente, inductæ ſunt vſuræ, & permiſſæ etiam de iure canonico. Sed vltra valorem fructuum perceptorum nomine intereſſe peti non poſſunt, prout declarat Paul. Caſtren. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionibus empti. Alexand. conſil. 69. ſuper primo dubio. nu. 4. volum. 1. Socin. conſil. 174. num. 11. Cagnol. in d. l. curabit, in 2. not. & Couarru. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 4. ſub nu. 2. verſ. primo deducitur emptorem teneri ad vſuras pretii non ſoluti, vſque ad quantitatem fructuum rei emptæ. vbi annectit etiam iſtam eſſe communem omnium in Iure Scribentium ſententiam, & ita fuit deciſum quoq; in Sacro Regio Conſilio Neapol. atteſtante Afflicto, deciſ. 20. nu. 4. Cõis opin.

6 Et quemadmodum † intereſſe venit in actione ex empto per allegata ſupra, & per Gloſſam, in l. ſed addes. §. 1. in verb. excuſata. ff. locati, & conducti. ita etiam contra venditorem, non tradentem rem venditam, agitur ſimiliter ad intereſſe quod eſt circa rem ipſam, non autem ad id, quod eſt extra rem; de quo inquam intereſſe, tanquam extrinſeco, nulla habetur tunc ratio, l. ſi ſterilis ancilla §. cum per venditorem. ff. de actionib. empti. vbi Gloſſ. in verb. æſtimandum eſt, hoc ponit pro regula.

OPINIO CCCXCI.

SVMMARIA.

1 *Iudæus coiens cum Chriſtiana ſine matrimonio, non vi, nec per ſtuprum, vel adulterium, non punitur pœna mortis, ſi Chriſtiana erat meretrix. nu. 2.*
3 *Onus probandi, quod meretrix ſit Chriſtiana, pertinet ad Fiſcum.*
4 *Iudæus committens adulterium cum Chriſtiana meretrice non punitur pœna adulterii.*

IVDÆVS coiens † cum Chriſtiana ſine matrimonio, non vi, nec ſtupro, nec adulterio, habenſque carnalem copulam cum ea; non pœna mortis, ſed alia arbitraria, & ſic extraordinaria punitur, ſecundum Oldrad. qui ita conſuluit, conſil. 333. & ſequitur Barbat. conſil. 63. colum. penul. volum. 4. Dec. in c. 1. num. 61. in lect. de conſt. & in c. conſuluit. il 3. num. 13. de appellat. Alexand. conſil. 99. viſa, volum. 6. Marſil. conſil. 101. Paul. Girlan. in tract. de pœnis omnifar. coitus illiciti. q. 12. nu. 6 & ſeq. & Boer. deciſ. 116. nu. 5. vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & Couarru. cum aliis relatis per eum, in epit. de matrim. in 2. par. c. 7. §. 11. ſub nu. 3. fol. par. 112. 1 Cõis opin.

Quæ communis † abſque dubio procedit, ſecundum anteſignatos Doctores, ſi Chriſtiana cum qua Iudæus fornicariam copulam habuit, erat meretrix: quoniam tunc Iudæus puniendus eſſet pœna extraordinaria, arbitrio iudicis, & ita conſuluerunt per optimas rationes, ac non ſpernenda fundamenta, Petr. de Vbal. Peruſ. conſil. 29. factum ſic proponit. Honofrius de Peruſio, conſ. 38. circa hoc dubiũ & Franc. de Placentia, conſil. 84. in Chriſti nomine. inter conſil. criminal. diuerſor. volum. 1. & Alciat. conſil. 11. opera mea minime videtur neceſſaria tomo 11. lib. 7. & alii conſulentes, relati per Girlan. vbi ſupra, & ita voluit quoque Marquar. de Suſan. in tract. de Iud. & infid. in 2. par. c. 3. num. 2. cum aliis ſequentibus. vbi plenius per diſtinctionem, quam alius, quem hucuſque viderim, reſoluit quæſtionem præmiſſam; & communem opinionem eſſe demonſtrat Alciat. vbi ſupra nu. 3. Vbi † & nu. 1. vtiliter etiam firmat cum aliis relatis per eum, quod onus probandi, quod meretrix ſit Chriſtiana, etiamſi Iudæus ſciuerit ipſam eſſe Chriſtianam, pertineat ad Fiſcum. 2 Cõis opin. 3

Imo in † fortioribus terminis conſuluit Alexand. in dict. conſil. 99. Iudæum adulterium committentem cum Chriſtiana meretrice, non eſſe adulterii pœnæ puniendum, & refert, ſequiturque Sylua nupt. lib. 4. ſub num. 46. 4

OPINIO CCCXCII.

SVMMARIA.

1 *Iudæi habent filios in poteſtate.*
2 *Iudæi vtuntur iure communi Romanorum.*
3 *Iudæi in concernentibus fauorem animarum an ligentur legibus Romanorum, vel canonicis.*

IVDÆI habent † filios in poteſtate, & ſic filii eorum ſunt in poteſtate parentum, ſecundum Bald, in l. item qui in poteſtate. ff. de his, qui ſui, vel alie. iur. 1

Digitized by Google

Dd. omnes, *in c. 2. de conuerſ. infid.* Card. *in Clem. 1. in fin. de Iud.* Alexand. *in l. multum intereſt. ff. de verb. obligat. in conſil. 99. num. 6. volum. 6. & conſil. 13. num. 2. volum. 7.* vbi dicit iſtam eſſe magis communem opinionem, & Pariſ. *conſil. 2. volum. 4.* & ſequitur Abb. *in c. fin. de conuer. infid.* Felyn. *in c. Iudæi. 2. colum. fin. de Iud.* Dec. *in c. conſuluit. in 2. not. de app.* & Cotta *in memor. in ver. vſuræ tributes ante fin.* quamuis contrarium aſſeuerauerit Afflict. *deciſio. 151. num. 4. & 9.* & nouiſſime Rodericus Suarez *in ſua alleg. in l. 9. tit. De los pleytos. num. 7. & ſeq.* & Ioan. Bapt. Bouius *in tract. de ſtatut. vrb. præſcript. in tit. cont. om. cred. Gloſſ. 19. num. 55. & ſeq.* Marquar. de Suſan. *in tractat. de Iud. & infid. in 3. par. c. 4. num. 9. & ſeq.* & admittit eam audacter communiorem, & veriorem eſſe, reſpondetque contrariis omnibus, prout ante eum fecit Alexand. *conſil. 71. colum. 2. volu. 2.* Et de hoc

Com. opin.

2 non eſt mirandum: quia ipſi † Iudæi communi iure Romano vtuntur. textus eſt *in l. Iudæi. C. de Iud.* & ita conſuluit Corn. poſt Fulgo. & Alexand. *conſil. 114. col. fin. volum. 1.* & ponit Iaſ. *in l. ſi inſulam. 4. not. ff. de verbo. oblig.* & Felyn. *in c. 1. colum. 12. de conſt.* & Brunus copioſe *in tract. quod ſtantibus maſc. q. 5. art. 6. ſub nu. 60.*

3 Sed hoc limitatur † non procedere in ſpiritualibus, concernentibus fauorem animarum: quia enim ſi Iudæi non curent de ſua anima, nullatenus aſtringuntur, ac ligantur legibus canonicis, ſecundum Gl. Imol. & alios omnes, *in d. c. 1. de conſt.* Brun. *in d. art. ſub num. 60.* Marquar. copioſiſſime *in d. tract. de Iud. par. 2. c. 8.* & Felyn. *in d. c. Iudæi. num. 5.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem.

Com. opin.

OPINIO CCCXCIII.

SVMMARIA.

2 *Iudæorum infantes, inuitis parentibus non poſſunt baptizari, nec ad fidem cogi niſi poſt annos diſcretionis, etiam inuitis parentibus. nu. 2.*

3 *Iudæorum pueri in agone mortis conſtituti baptizati, ſi morerentur, ad cœlum euolarent.*

4 *Baptiſmus à laico extra caſum neceſſitatis collatus, an teneat.*

5 *Laicus non ſolum peccat mortaliter, baptizans extra caſum neceſſitatis, ſed tanquam vſurpator officii clericalis, eſt puniendus.*

6 *An dominum ſeruum inuitum baptizare poſſit.*

2 IVDÆORVM filii † infantes, vel paruuli, non poſſunt inuitis parentib. cogi ad fidem ſuſcipiendam, & ſic ad baptiſmum, ſecundum Gloſſ. *in c. Iudæorum, 28. quæſt. 1.* Cardin. *in Clem. 1. in fin. de Iud.* Ioan. Andr. Abb. Ioan. de A[illegible]. Felyn. & omnes, *in c. ſicut. eod. tit. de Iud.* & Cald. *conſil. 3. in tit. de Iud.* quorum opinionem aſſerunt magis communem Pariſ. *conſil. 2. vol. 4. col. 4. & ſeq.*

Com. opin.

In contrariam partem inclinauerunt Io. And. *in d. c. ſicut.* & Afflict. *deciſ. 151.* poſt alios Canon. & Theol. relatos ibi per eum, & D. Reſt. *in tractat. de Imper. q. 28. nu. 4.* ſcilicet, quod filii paruuli Iudæorum ad baptizandum auferri poſſint abſq; patris conſenſu; dummodo hoc fiat pro ſaluandis pueris, non autem fiat pro compellendis parentibus eorum ad fidem.

Sed de opinione iſta non nihil dubitauit Abb. *in d. c. ſicut.* prout per rationes citatas per eum, & per alios, tenentes communem, dubitari contingit. ideo, ne te decipiant, ſequentes iſtam partem vltimam, noli vllatenus diſcedere a communi præmiſſa, quam non leuibus fundamentis ſequitur Marquar. de Suſan. *in tract. de Iud. & infid. in 3. part. c. 2. num. 6.* & inquit veriorem, & magis communem, pluribusque declarat; & ita cumulatiſſime in terminis conſuluit Natta *conſil. 434. quadam puella. volu. 2.* D. meus Reſt. reuocando ſententiam in melius, *in d. tract. de Imper. q. 110. caſu 315.* vbi fatetur ſe hoc vidiſſe vſu comprobatum Romæ, & ſeruatum per Pontificem; & D. Dionyſ. Carthuſ. *in ſumm. fid. Orthod. in 2. tomo, art. 51.* & S. Thom. de Aqui. *in 2. 2. q. 10.* vbi firmat, quod non liceat ante annos diſcretionis pueros † Iudæorum inuitis parentibus baptizari; ſed quando ad annos diſcretionis peruenerunt, poſſunt fidem recipere, etiam parentibus renitentibus & baptizari. 2

Sed ſi quis puerum † Iudæi in agone mortis baptizaret, ſtatim puer tunc ad cœlum euolaret, ſi ſic moreretur. Quod procederet etiam, † ſi in iſto caſu neceſſitatis talis puer à puro laico baptizaretur: Verum ſi laicus, nulla neceſſitate vrgente, puerum Hebræum baptizaret, tunc irritaretur baptiſmus, nec valeret, nec hoc fieri poſſet, ſecundum Anchar. *conſ. 195. ſecundum ea, &c.* 3 4

Contrariam tamen partem vti veriorem, quod etiam, caſu neceſſitatis non vrgente, & ſi ipſe laicus, baptizans extra caſum neceſſitatis, talis baptiſmus ſic collatus teneat, & baptizans peccet mortaliter, tenuerunt conſtanter Diuus Auguſtin. *in epiſtola contra Parmenianum. lib. 2. col. 16. verſ. quando & ſi laicus, &c.* Abb. *in c. quanto. de conſuet. ſub num. 12. ver. item laico* & Io. de Imol. *ibi etiam ſub num. 19.* S. Thom. *in 3. part. ſuæ ſumm. q. 67. art. 3. ad 1. arg.* Dom. Sotus *in 4. ſent. diſt. 4. q. 1. art. 3.* ſumma Tabien. *in ver. baptiſmus. 1. § 1. & ſumm. Armill. § 39.* quorum opinioni, tanquam communi, reiecta penitus ac exploſa cæca ſententia Ancharani, aſſentimur. Com. opin.

Cæterum aduertat laicus baptizans † extra caſum neceſſitatis, quod licet baptiſmus firmus tunc remaneat, vt non ſolum peccet mortaliter, vt ſupra docuimus ex receptiſſima opinione: verum tanquam vſurpator officii clericis commiſſi & demandati, veniat etiam puniendus, teſte Abb. *in d. c. quanto. ſub nu. 12.* 5

Dic opinionem communem, † in principio explanatam non procedere in Superiore & domino, cuius eſſet ſeruus; quia tunc poſſet eum auferre ad vendendum, & alibi transferendum: & ſic multo fortius ad baptizandum, & id notari *in c. qua ſyncera. 45. diſt.* Iacob. de Beluiſo refert *in ſua pract. crimin. iud. de pœna igun. & concremationis. nu. 3.* 6

OPINIO CCCXCIV.

SVMMARIA.

2 *Iudex ex officio poteſt rem æſtimare, & taxare deficiente alia probatione & condemnare reum arbitrio ſuo. num. 2.*

3 *Iudex tenetur ſe informare de valore rei, vel quantitate intereſſe, & taxare, & condemnare, quando de eis non conſtat, maxime ad inſtantiam partis.*

IVDEX ex † officio poteſt rem æſtimare, & taxare, ſi æſtimatio, & valor rei, de qua agitur, non probetur; ſecundum Bartol. *in l. ſi quod ex Pamphilia ff. de leg. 2.* & Caſtren. & ibi Alex. *conſil. 60. vol. 3. conſil. 77. & conſil. 172. volum. 6.* Caſtren. *conſil. 219. volum. 2.* Roma. *conſ. 281. ſub num. 4.* Afflict. *deciſ. 58. num. 7.* Coroe. *conſil. 26. vol. 1. & conſ. 221. col. 7. vol. 2.* Crauet. *conſ. 218. ſub num. 4.* Bart. Salyc. *coln. ante pen.* Curt. *in fin.* Bolognet. *nu. 168. & ſeq.* & Cagnol. *nu. 141. & ſeq. & in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter.* qui perhibent iſtam eſſe communem opinionem, & concludunt omnes Dd. communiter. Adde Ang. Aretin. *in § ſi quis agens. ante nu. 2. inſt. de act.* & Cur. iun. *in l. vnic. in fin. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.* 2 Com. opin.

Quod licet † non ſit probata quantitas intereſſe, nihilominus iudex poſſet arbitrio ſuo ſe informare, 3

mare, & æſtimare, & poſtmodum condemnare reum conuentum; & eandem opinionem ſequitur etiam, & communem eſſe teſtatur Grat. *conſil. 66. viſis. volu. 1.* Vnde dicti Moder. præſertim Bolognet. & Cagnol. *vbi ſupra* circa hoc tradunt remedium, & cautelam ſatis
3 tutam. Quod actor, † facta publicatione in cauſa dicat, & exponat iudici, ſe probaſſe (vt credit) ſuum intentum, & dato, quod non plene probauerit, implorat veſtrum officium, vt ſumpta, & habita informatione de valore rei, condemnare debeatis reum ad intereſſe apparens; & tunc iudex neceſſario, ad partis requiſitionem debet, & tenetur ſe informare, & poſtmodum condemnare. Sed Roman. *in d. conſil. 281. ſub num. 4.* expreſſe concludit, quod iudex ex officio proprio, etiam parte non inſtante, & petente, ad æſtimationem prædictam procedere debeat: tamen tutius eſſet, vt fieret inſtantia per actorem iudici, tunc enim iudex velit, nolit, teneretur ſe informare de valore præmiſſo, & reum condemnare.

OPINIO CCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt quandocunque reuocare, moderare, emendareve taxationem expenſarum, quouſq; ſuper quantitate iurata feratur ſententia.*

1 IVDEX poteſt † quandocunque reuocare, moderare, vel emendare taxationem expenſarum, vbi de iuramento in litem affectionis agitur, & ſic per iudicem poſſet fieri huiuſmodi reuocatio, ac moderatio, donec, & quouſque ſuper quantitate iurata feratur ſententia, ſecundum Paulum Caſtr. & Salycet. per text. *ibi, in l. videamus. §. fin. ff. de in litem iuran.* Io.
Cōis opin. de Imol. *in c. fin. nu. 38.* & omnes tam antiquos, quam Modern. *in l. in actionibus. ff. de in litem iuran.* vbi etiam Franciſc. Duaren. *num. 30.* fatetur ita ſe habere communem opinionem.

OPINIO CCCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex Laicus an ſententiã Iudicis Eccleſiaſtici contra clericum vel hæreticum ſibi ab eo traditum, exequi poſſit, non inſpecto prius proceſſu contra eos acto. & nu. 2. & nu. 11.*

3 *Doctores inique iudicantes non merentur inter Doctores nominari. & nu. 4. Et quomodo ſcriptura maledicat Iudicibus inique iudicantibus. nu. 5.*

6 *Principes debent eſſe cauti in eligendo iudices, & aſſeſſores.*

7 *Iudex qualis eſſe debeat. & num. 8. & 9.*

10 *Mendaces homines non ſunt filii Dei, ſed diaboli.*

12 *Iudex in iudiciis obeundis debet eſſe integer, incorruptus, æquus, & à ſe remouere fauorem, odium, & alios affectus. nec per gratiam aliquid facere. nu. 13.*

1 IVDEX laicus † clericum, cauſa cognita à iudice eccleſiaſtico, & ſolenniter ſacris ordinibus exauctoratum, & degradatum, & ſibi traditum, vltimo ſupplicio afficiendum, non tenetur ſententiam executioni mandare, ſeu executionem facere, niſi inſpecto proceſſu iudicis eccleſiaſtici, atque ſententia iuſta reperta, vt voluerunt Bart. Ang. Fulgoſ. Caſtren. & cæteri omnes communiter, *in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Imol. Barbatius *colum. 17.* & Alciat. *nu. 100. in c. 1. de offic. ord.* Felyn. *in c. ad audientiam. de hæretic.* & Carretius *de hæreticis, nu 63.* qui omnes
Cōis opin. fatentur iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarum, & Ioan. Bernardi. Diaz. *in pract. crimin. canonica. inc. 141. poſt prin.* quam ſequitur etiam idem Bartol. *in l. non dubium, & in l. Diuus. ff. de cuſtodia reorum.* Quomodo autem ſententia degradationis proferatur, vide Nunt. Tartal. *in pract. crim. magna Curia Vicariæ.*

In contrariam vero partem, quod iudex ſecularis non inſpecto dicto proceſſu, ſeu altero denuo fabricato, clericum ſibi traditum punire teneatur, ob ſolam, & ſimplicem inſpectionem ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, inclinarunt Innoc. & Abb. *in d. c. 1. nu. 11.* & iſtorum opinio communis apparet Canoniſtarum, Cōis opin.
ſecundum relatã per Alciatum *ibi, nu. 100.* per Igneum *in l. 1. §. cum dominus. nu. 41. ff. ad Syllan.* & per Iacob. Simancam *in pract. enchiridion iudicum violatæ religionis. tit. 66. de iudicibus ſecularibus. nu. 2.*

Quia in hoc † iudex ſecularis merus executor eſt. 2
Sed prior ſententia Legiſtarum, verior, communior, tutiorq; apparet, atq; redditur ex ſcriptis Bart. & præcitatorum Dd. imo Alciat. *vbi ſupra* profert magnum verbum ad propoſitum, ſe vidiſſe ex inſpectione proceſſus alias ſententiam iudicis eccleſiaſtici iniuſtam repertam fuiſſe, & ob hoc per iudicem laicum non fuiſſe executioni demandatam; nec mirum hoc eſt: ſi quidem infinitis prope vicibus, mediante meo patrocinio, in variis, & diuerſis Curiis, tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis, tam ſententiæ ciuiles, quã etiam capitaliſſimæ fuerunt reuocatæ, & annullatæ ex eiſdem actis, ac nil nouiter producto, ſeu addito in proceſſu, nec nomino Doctores, qui tam impie egerunt, in proferendo tales ſententias iniquas, nullas, & diabolicas: cum non mereant inter Dd. nominari, tum ob eorum turpem conſcientiam, tum etiam ob eorũ manifeſtiſſimum dedecus, & notoriam infamiam.

Imo me patrocinante † paulo ante in cauſa cuiuſ- 3
dam clerici Aquilani, damnati ad priuationem beneficiorum, celebrationis miſſæ, & ad remigandum per quinquennium, & remiſſa eadem ſententia poſtmodum per alium iudicem, à ſummo Pontifice deſtinatum, per viam appellationis fuit ex eiſdem actis reuocata, irritata, retractata, & penitus annullata. & pariter iudicem ipſum, pro huiuſmodi turpiſſima ſententia, in expenſis condemnatum vidimus. vide etiam *in opin. infra 404. num. 7.*

Vnde damnanda eſt nimia † in iudicando facilitas 4
iſtorum Doctorum, præſertim, ſi qui protentus magis, quam veritatem affectantes, rebus plerunq; ſuppreſſis, ſententias temere, non minus, quam fulmina iaciant, ignorantes quam grauior ſit futura aduerſus ipſos Dei optimi maximi iuſtitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec ſatis memores comminationis Hieremiæ, qui aduerſus eos, hiſce verbis proclamat: *Væ vobis, qui iudicatis terram, quoniam iudicabimini.*
Prætetea lex diuina † talib. maledicit, dicens Eſaiæ 5. 5
Væ qui iudicatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo, ſcilicet dando iniquam ſententiam pro eo, contra pauperem. Item *Deuteronomii 27.* habetur alia maledictio, vbi dicitur: *Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ.* Similiter *ibidem, Maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus, amen.* Nec non eiuſdem *Eſaiæ 10. Væ qui iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperem, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent præda viduarum, & pupillorum, quid facietis in die vltionis?* Ideo animum † aduertere 6
deberent Principes in eligendo iudices, & aſſeſſores, vt ſcilicet aſſumatur ad tale officium homo, qui habeat conditiones illas, quæ ponuntur *Exodi 18.* & quas dictauit ipſe Iethro, cognatus Moyſi, dicens ad
eum: † *Prouide de omni plebe viros ſapientes, & timentes* 7
Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,

vios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, hæc ibi; in quibus verbis comprehenduntur, & tanguntur quatuor pulchræ conditiones requiſitæ in eo, qui aſſumitur ad officium iudicandi. Prima conditio eſt ſapientia, vt de tali poſſit dici illud, quod canit Eccleſia, de viro iuſto, & trahitur *ex prouerbiis Salomonis 14. c.* Sapientia requieſcit in corde eius, & pruden-
8 tia in ſermone oris illius. Secunda conditio † eſt timor Domini: debet enim bonus iudex magis timere Deum, quàm homines, nec propter homines debet deuiare à iuſtitia, cuius tamen contrarium multi faciunt, ne ſcilicet perdant gratiam maiorum, aut ne
9 incurrant indignationem eorum. Tertia † conditio eſt veritas, quæ triplex eſt, ſcilicet vitæ, doctrinæ, & iuſtitiæ. Sed proh dolor, hodie, iuxta vaticinium Pſalmiſtæ, Diminutæ ſunt veritates, ſupple, triplices prædictæ, à filiis hominum, id eſt, à iudicibus malis, qui non merentur dici filii Dei, ſed tantum filii hominum: cum enim Deus ſit ipſa veritas infallibilis, & per eſſentiam dicta; conſequens eſt: Quod ho-
10 mines † mendaces nō ſunt filii eius, ſaltem per imitationem, ſed potius filii diaboli, iuxta illud verbum Ambroſ. quod recitatur *in c. cauete, 22 quæſt. 5. Cauete* (inquit) *fratres mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filii ſunt diaboli.*

Prædictam autem communem declarat Clarus *vbi ſupra*, non procedere, vbicunq; delictum eſt me-
11 re eccleſiaſticum. Et ſic ſi † iudex eccleſiaſticus condemnaret aliquem, tanquam hereticum, & eum traderet iudici ſeculari puniendum, ſtatim per iudicem ſecularem, nulla diligentia adhibita, ſententia executioni demandatur, & quod ita in regio ſenatu obſeruari, & exequi viderit, & de eadem obſeruantia teſtatur etiam Iacobus Siman. *in dict. pract. tit. 66. nu 3.* & obſeruatur quotidie, vt aſſeruit, ſed ab imperitis iudicibus, & parum, aut nihil de ſalute animæ cogitantibus; Vnde legant pro ſua inſtructione Paul. *1. ad Timot. 5* aſſerentem: *Teſtificor coram Deo, & Domino Ieſu Chriſto, & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil agens per aduocationem*; per quæ verba a-
12 perte demonſtrat quem oportere in iudiciis † obeundis, integrum, & incorruptum ad cognitionem accedere, æquumque ſe præbere litigantibus; ne fiat præiudicium, hoc eſt, ne quis ad alteram partem propenſior ante iudicium ſententiam ferat, quam ei ſeorſim inſtillauit fauor, odium, ira, aut alius quiſpiam
13 affectus, ſed ex ipſa † re cognita ſumens, quod recte pronunciet, nihil agens per aduocationem, id eſt, per gratiam, nec in hanc, nec in illam partem declinando.

OPINIO CCCXCVII.

SVMMARIA.

1 *Iudex recuſatus, & allegatus ſuſpectus, ex cauſa legitima, deſinit eſſe iudex, & acta coram eo facta poſt recuſationem ſunt ipſo iure nulla.*
2 *Secus ſi recuſans poſtea ipſe compareat coram eo, non facta proteſtatione, de non recedendo ab exceptione recuſationis.*
3 *Iudex tam ordinarius, quam delegatus poteſt vt ſuſpectus in totum recuſari.*
4 *Recuſans iudicem delegatum ex eo, quod protulerit ſententiam contra ſe in alia cauſa, tenetur probare grauamen in ea cauſa dolo ſe fuiſſe illatū. verſ. ratio. n. 5.*
5 *Sententia iniurioſa non eximit iniuriam paſſum, a iuriſdictione iudicis a quo appellauit, in aliis cauſis, excepta illa cauſa.*
6 *Recuſans iudicem ordinarium, vt ſuſpectum, quomodo & coram quibus grauamen probare debeat.*
7 *Iudex ordinarius in quibus cauſis vt ſuſpectus recuſari poſſit.*
8 *Recuſatio iudicis delegati, an ſine allegatione cum iuramento fieri poſſit.*
9 *Suſpicio contra iudicem propoſita non ceſſat ex eo, quod eſt vir bonæ, & honeſtæ vitæ, etiamſi ſit religioſus.*
10 *Recuſatio iudicis ſuſpecti facta per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum eſt nulla, nec ſufficit mandatum cum libera.*
11 *Suſpicionis cauſa eſt allegãda, & iuſtificanda contra iudicem ordinarium, non item contra delegatum, contra quem iuramento probari poteſt.*
12

IVDEX recuſatus, † & allegatus vt ſuſpectus ex cauſa legitima, deſinit eſſe iudex, & acta facta, ſeu proceſſus fabricatus coram iudice recuſato, poſt recuſationem, & allegationem ſuſpicionum, eſt ipſo iure nullus. Quia iudex recuſatus, procedens in cauſa, antequam pronunciatum ſit ſuper dicta recuſatione, facit contra iuris normam, vt voluerunt Bart. & Alexand. *in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Gloſſ. *in l. apertiſſimi. in verb. executione. C. de iud. & in c. quoties Epiſc. 2 q. 6.* Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. *in c. ſpeciali. de appellation.* Anchar. & Gemi. *in c. iudex. de offic. delega. in 6.* Abb *in quoniam contra. de probatio.* Salycet. *in d. l. apertiſſimi.* Papien. *in forma libel. inuen. ſatiſdat. in verb. iudicem ſuſpectum. poſt princ.* Maran. *in tract. iud. ciuil. in 6. part. 26 actus de appellatione num 24. fol. par. 167. & in 4. par. diſtinctione 16 nu. 4. fol. par. 73.* Berous *in c. ſignificaſti. nu. 22. de offic. deleg.* & ita conſuluit Alex. *conſil. 89. vol. 1.* & Bertrand. *conſil. 150. licet multum eleganter fuerit deductum num. 1. volum. 6. & conſil. 131. ex proceſſu agitato num. 3. & ſeq. volum. 8.* vbi aſſerit iſtam eſſe magis communem opinionem, quam ſequitur etiam Lap. *in alleg. 1. num. 1. cum aliis ſeqq.* & D. Quintil. Mandoſ. cum aliis aggregatis per eum, *in addit. ibi, in lit. A.* vbi ſimiliter prædicat iſtam eſſe magis communem ſententiam, ac ita fuiſſe non ſemel iudicatum *in Rota Romana.* In materia iſtius opinionis adde dicta infra *in opin. 866. ſuſpectus allegari poteſt prælatus. per totam & potiſſ. numero 22.*

Cæteras vero opiniones contrarias aliter non retenſeo, licet Ioan. Anton. de Nigris, *in capitulis Regni, in c. 217. prolixitatem num. 16. cum aliis ſeqq.* conetur eas reducere ad optimā concordiam, & conſonantiam fœdere diſtinctionis, & tradit reſponſionem faciendam per iudicem, quando allegaretur ſuſpectus, quæ inducat optimam cautelam, & per eam ceſſarent contraria.

Et quamuis etiam † antedicta communis obſerue- 2
tur in practica, tamen interpretatur vtiliter non procedere, ſi recuſans poſt recuſationem, & allegationem ſuſpicionum, voluntarie compareret, & procederet coram dicto iudice recuſato, ſecundum Abb. *in c. ſuſcitatus. de reſcript.* & Ioan. Anton. de Nigris, *in dict. cap. 217. num. 5.* Quod non procederet ſi recuſans ipſe compareret coram antedicto iudice recuſato cum neceſſariis opportunis proteſtationib. de non recedendo ab exceptione recuſationis, & ab aliis oppoſitis per eum, vt voluit Bertrand. *in d. conſil. 131. nu. 6.* & Io. Anto. de Nigris, *in d. c. 217 nu. 5.* vbi teſtatur poſt Io. And. ita obſeruari de facto.

3 Et memorata † communis opinio procedit tam in iudice ordinario, quam in delegato, qui ex iuſta cauſa poſſunt in totum recuſari vt ſuſpecti, & præſertim de iure canonico, *cap. ſi quis contra clericum*, & ibi Abb. & omnes *de foro competen.* Maran. *in d. tract. iudic. in 4. part. diſtinctione 5. num. 4.* vbi teſtatur ita obſeruari in Regno, prout eſt text. in Regno, *in ritu 1...*
item

item ſi contingat iudicem ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum, & ibi iuris peritiſſimus, & ſummo ingenio prædiius D. Carauita *num. 13. & ſeq.*

4 Et quamuis Sacrum Regium Conſilium † Neapolitanum iudicauerit, quod recuſans iudicem delegatum, qui antea protulerat ſententiam contra eum, in alia cauſa, diuerſa teneatur probare, grauamen in illa cauſa fuiſſe doloſe illatum, ad hoc vt delegatus poſſit, vt ſuſpectus remoueri, vt habetur in recollectis Capycii *deciſio. 147.* vbi commemorat, ſe conſulente, ita fuiſſe reſolutum in cauſa Marchionis Giraccii cum Don Antonio Vigintimiliis, ſuper caſtro, ſeu

5 Baronia Caſtelluccii. Tamen ratio † illius deciſionis fuit; quia quando iudices delegati dantur in Regno, conceduntur, datis prius nominibus minus ſuſpectorum, ab vtraque parte. & ideo quemadmodum iudices ordinarii non poſſunt recuſari ſine cauſa legitima, ita etiam in Regno, non poſſunt remoueri abſque legitima cauſa iudices delegati, vt explanat Capycius *eo in loco, poſt nu. 2.*

6 Vbi concedit, † per textum *in l. 1. ff. apud eum à quo appellatur, aliam cauſam.* & per notata per Ang. de Vbaldis *eo in loco*, quod iniurioſa ſententia non eximat paſſum iniuriam à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit, niſi in illa cauſa, non in aliis.

7 Et demum † ſequendo idem Capycius diſtinctionem Ioannis Andreæ *in cap. ad hæc. il primo, de appellat.* inſtruere videtur, quod aut is, qui allegat iudicem ſuſpectum, fundat ſe ſolummodo in pendentia appellationis, nec oſtendit aliud, & ita ſola pendentia non ſufficit, ſed eligendi ſunt arbitri: aut vltra appellationem probat coram arbitris veritatem grauaminis. & tunc remouebitur, & arbitri pronunciabunt illum iudicem ſuſpectum, prout ita receptiua explicant Doctores *in dict. c. ad hæc. & in c. propoſuit. eod. titul.* & vtrobiq; Butrius, Abb. & Francbus, & inquit Abb. iſtam interpretationem commendari communiter per Moderniores *in allegato capit. ad hæc.* vbi *colum. 3.* annectit quoque, quod vltra grauamen neceſſe ſit probare, quod grauamen præceſſerit ex propoſito, nec ſufficit probare grauamen re ipſa, ſed in dubio affirmat, præſumēdum malum animum. Imo iudex recuſatus, vt ſuſpectus, ſtatuendo terminum ſuper cauſa ſuſpicionis, ad comparendum coram ſuperiore competentē, ſi ille intra talem terminum nō cognoſceret ſuper allegata ſuſpicione, poſſet iudex ipſe tunc, recuſatione præmiſſa non obſtante in cauſa procedere, textus eſt *in cap. fin. de appellatio. lib. 6. cap. ſuſpitionis de offic. delegat. & c. 2. requirit. & cap. cum ſpecial. de appellat.*

Cōis opin.

8 Quæ cum ita ſint, † conſiderandū eſt, quod dum loquuntur de iudice delegato, qui recuſatur, eo quod iudicauerit in alia cauſa, licet diſſimili, & nō habente eoſdem facti terminos, prout in huiuſcemodi caſu loquitur Capycius *in mentionata deciſ. 147.* ſecus vero, ſi in conſimili cauſa, & habente idem factum iudicauerit: tunc enim non ſolum iudex delegatus remouetur legitime vt ſuſpectus, verum etiam, quod difficilius eſt, iudex ordinarius, quia reddit ſuſpectus ex eo, quod nō ſit veriſimile, quod futurus ſibi ſit contrarius, vt *in l. eos. in princ. C. de appellat.* & ita prodidit Bald. *in l. apertiſſimi.* & *ibi* quoque Iaſ. *col. 1. C. de iudic.* vbi ſimiliter perhibet, quod iudex ordinarius poſſit in certis caſibus ſpecialibus cum allegatione cauſæ, allegari ſuſpectus, puta quando in cauſa fuiſſet prius aduocatus, *l. prætor. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Bart. Salyc. & Paul. Caſtren. *in dict. l. apertiſſimi.* & hanc opinionem, quod ordinarius, qui ſemel in vna cauſa certo modo iudicauit, ne ſit ſibi contrarius, ita & in iſta iudicaret, commendauit etiam Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, vt diſcurrit Capycius *deciſ. 146.* Menochius vero, circa determinationē præſentis articuli, vtrum iudex poſſit recuſari in alia cauſa, retulit tres opiniones Doctorum *in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. caſu 121. num. 1. cum aliis ſequentibus.* vbi concludit, iudicis arbitrio, à iure & ratione regulato, relinqui, an cauſa finita, in altera poſſit recuſari. Vnde apparet, q̄ regulariter, ſuſpectus iudex quilibet poſſit allegari, & ſic etiam ordinarius, vt per Oldrad. *conſil. 301. breues allegationes. nu. 3.* Berouum *in c. quoniam contra. num. 154. de probationib.* & Lancellotum Conradum *in ſuo breuiario curiali. lib. 1. cap. 9. § 2 de offic. prætoris in cauſis ciuilibus. § 2 de exceptione. num. 7. & ſeqq. fol. 46. & ſeqq.* vbi planum quoq; facit, iſtam eſſe communem opinionē, & ampliat ſimiliter in quinq; caſib.

Cōis opin.

9 Et licet præallegata *deciſio Capycii 147.* obſeruetur in Regno, † tamē in aliis locis, & regionibus, in quibus proceditur de iure communi, ea nullatenus locum obtinet. Quia tunc recuſatio iudicis delegati poſſet fieri, etiam ſine allegatione, vel probatione cauſæ, cum iuramento, veluti fuit reſolutum in Rota Romana, *in vna Burgen. iuris votandi, Lunæ 21. Nouembris, 1552.* coram R. P. D. Dezza, vt *in eius lib. fol. 262.* & *in alia Meleuitana.* coram R. P. D. Accorambono. imo recuſari poteſt etiam delegatus Principis, etiam motu proprio datus; quia Princeps in dubio non videtur cauſam committere ſuſpecto, vt *in c. cum inter. de except. & in c. poſtremo. de appellat.* Abb. *in c. cum olim. il 2. de offic. deleg.*

10 Neq; disturbat nobilitas, † & qualitas vitæ honeſtæ, & bonæ iudicis delegati recuſati, quæ tunc concurreret, quia ex ſimilibus qualitatib. ceſſat illa præſumptio, quod quis præſumitur bonus, prout ita in terminis reſpondit Natta, *conſil. 174. viſo, & conſiderato. num. 9. volum. 1.* qui loquitur in perſona valde religioſa, & in quodam Monacho, ordinis Ciſtercienſis, delegato iudice conſtituto.

11 Eſt nihilominus bene verū, † quod hoc inuoluat, & inquietet procurator, mandato ſpeciali carens; nam ſi iudex, recuſatus ſit vt ſuſpectus per procuratorem non habentem ad hoc ſpeciale mandatum, ſine dubio videtur inefficax recuſatio; quia non probando cauſam ſuſpicionis poſſet puniri ob iniuriam factam iudici, vt liquet ex notatis à Stepha. Aufrerio, *in tract. de recuſat poſt nu. 47 verſ. poſtremo licet.* Ita vt vbicunq; procurator poteſt facere cadere dominum in pœnam, requiratur ſpeciale mandatum, prout ita in indiuiduo in his terminis notat Rebuffus *in conſtit. Regni, in tit. de recuſat. in gloſſ. 1. fol. 150 par. 3.* Angel. *in § præterea. il 2. num. 32. verſ. ad vnum tamen. Inſtitu. de actionib.* vbi inquit, non ſufficere mandatum cum libera, vt concedit etiam Roni. *conſil. 220. nu. 7. verſ. ego autem.* & Horat. Mandoſius *in addit. ibi, in ver. mandati.* & Bertazzolus *conſil. 465. vol. 2. in criminalib. 262.* & commemorat eſſe communem opinionem Turzanus *in lib. comm. opin. opin 66. incip. in generali.*

Cōis opin.

12 Et licet hæc opinio † videatur tantum procedere in recuſatione iudicis ordinarii, in quo quis tenetur allegare, & iuſtificare cauſam ſuſpicionis: non autem in delegato, in quo ſufficit, q̄ ſi cauſa eſſet probata, reputaretur legitima, vt per omnes, *in c. poſtremo, de appellat.* & ratio eſt, quia poteſt probari iuramento, vt eſt Gl. *in § quid autem. in ver artifices. in auth. de trien. & ſemiſſe.* & notat Bald. *in c. ſuper quæſtionem. col. 1. verſ. pone. de offic. ordinar.* taliter q̄ iuramentum ſit perſonale, ita vt ſentiam requiri ſpeciale mandatū, non tantum ad allegandum ipſum ſuſpectum, ſed etiam, ad iurandum, nomine principalis, ſuſpicionis cauſam.

OPINIO CCCXCVIII

SVMMARIA.

1 Iudex in iudicando non poteſt recedere à communi opinione. Eiuſq; ratio. nu. 2. & 37.
3 Iudicans contra communem opinionẽ facit litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu.
4 Opinio aliqua ſingularis, aut peregrina non eſt attendenda in iudicando, cum aliam habemus communem, quæ ſequenda eſt, etiamſi contraria opinio eſſet verior. & num. 5. Vel ſi Pontifex contra illam teneret. & nu. 6.
7 Iudex non cogitur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ Romanæ, imo licet ipſi contra eas, ſententias proferre. eiuſq; ratio. & nu. 8.
9 Deciſiones Rotæ an ſint maioris authoritatis, quam communis opinio.
10 Authoritas Bartoli an poſtponenda ſit authoritati Dominorum de Rota.
11 Bartoli authoritas eſt maxima in practica.
12 Aſſeſſores non recedunt ab opinione Bartoli in iudicando.
13 Bartoli authoritas in legis defectum ad vnguem obſeruatur.
14 Bartoli authoritas in Hiſpania cæterorum ſententiis præfertur. Similiter in Italia. num 15. Eiuſq; ratio. num. 16 & 17.
18 Bartoli authoritas, licet magna ſit, tamen maior eſt in extrauagan. ad reprimen. & nu. 19.
20 Deciſiones Regni Neapolit. ſub nomine Regis prolatæ, in caſibus deciſis ſint cedunt in Regno loco interpretationis imperialis, & legis generalis.
21 Sententia diffinitiua, ac deciſio Papæ, vel Imperatoris, vel Regis, vel alterius Principis ſupremi facit ius.
Sententia lata per iudicem contra ſententiam, vel deciſionem Principis, eſt ipſo iure nulla.
Sententia Principis, vel deciſio vt obtineat vim legis, quid requiratur. & num. 24.
Sententia Principis interlocutoria non habet vim legis, niſi princeps ita voluerit. nu. 26.
Communi opinioni ſtandum eſt, etiamſi ex variis opinionibus dubium reſultaret.
Opinio ſingularis in opinionum conflictu, non ſolum lege expreſſa conuincitur, ſed etiam per rationes, & argumenta neceſſaria.
29 Dubia res quando dicatur.
30 Iudex ferens ſententiam pro communi opinione, non obſtante altera communi in contrarium, vel in caſu vbi non apparet de communi opinione, non tenetur in ſyndicatu, eiuſq; ſententia valet.
31 Sententia lata contra intellectum legis magis communem, cum adſint alii intellectus ad eandem legem, non dicitur nulla. Eiuſque ratio. & nu. ſeq.
33 Iudex pronuncians contra legem varios intellectus habentem: non peccat.
34 Peccatum non eſt, vni Doctori excellenti magis, quam aliis adhærere. & nu. ſeq.
36 Peccatum in iudicando, vt iudex euitet in conflictu opinionum, quanam conſiderare debeat.
37 Opinio communis adeo à iudicante ſeruanda eſt, vt ab ea recedere non poſſit propter ſententiam Gloſſæ contrariam. ratio. nu. 38.
39 Gloſſa eſt tantæ authoritatis, vt omnes alias antecellat, ſed an etiam communi opinioni præferenda. numero 40.
41 Iudices quotidie iudicant contra Gloſſam.
42 Gloſſæ opinio eſt communis, quotieſcunque cum ea concurrunt tres Doctores
43 Opinio communis quanam regulariter dicatur.
44 Doctor incidenter quid ſcribens, non auget numerum aliorum, ad conſtituendum communem opinionem. Nec illi, quorum monumenta impreſſa non ſunt. numer. 45.
46 Iudicare contra communem eſſet contra ſtimulum calcitrare.
47 Barbatius tanquam communium opinionum oppugnator eſt vitandus.
48 Iudex non poteſt iudicare contra communem opinionem, etiamſi ea caſum legis non habeat. Eiuſque ratio. nu. 49. & 50.
51 Inuentor vis ſolummodo, miſerrimi ingenii eſt.
52 Rationibus innitendum eſt.
53 Ratione poſſunt omnia decidi, deficiente lege.
54 Legalis ſcientia nunquam fuiſſet augmentata, ſi Doctores noluiſſent reſpondere, niſi in caſibus à lege deciſis.
55 Opinio Doctorum vbi deficit, lex pro lege ſeruatur.
56 Author ſe defendit aduerſus calumnias cuiuſdam Moderni in præiudicium honoris, colligentium receptas ſententias Doctorum.
57 Zaſius vitandus eſt ob eius falſas aſſertiones de communi opinione
58 Opiniones communes ſemper præſumuntur fundatæ ſolidis rationibus.
59 An parata ſint iudicare contra legem, vel communem opinionem.
60 Iudex tenetur iudicare ſecundum communem opinionem, etiamſi videretur caſus legis in contrarium eiuſque ratio nu. 61.
62 Litigans in iudicio contra communem opinionem eſt in expenſis condemnandus.

IVDEX in † iudicando non poteſt recedere à communi opinione, § 1. Inſtit. de hered. inſtitu. & l. 3 §. fin. ff. de ſupell. leg. & l. Barbarius. ff. de offic. præſid. Doctores not. in c. nouimus. de verb. ſignif. Bald. in l. 2. C. de pœn. iud. qui male iudica. Barbac. late in c. ne Romani. de elect. & Iaſ. in q. rb. nouiſſima. colum. 6. C. de inoffic. teſtamen. Alexand. conſil. 25 num. 2. volum. 6. & Socin. nepos conſ. 189. nu. 74. volum. 2. Cotta in ſuis memoral. in memoria. ſub verſ. opinio, il primo. Laurent. Syluan. conſil. 5. num. 52. Hieronymus Brixianus in tractat. de confinibus. cap 58. num. 14. & Alciat. in tract. de præſumptio. in regul. 1. præſumpt. 31. nu. 2.

Nam, † qui contra communem iudicat, cenſetur 2 ex imperitia iudicaſſe, vt dixit Alexand. in l. cum prolatis. & ibi Angel. ff. de re iud. Iaſ. in l. fin. e eiu. pen. ff. qui ſatiſd. cog. Curt. iun. conſil. 49. col. 3. & conſ. 46. nu 13. & Berous conſ. 153. an locatio ad aſſectum ſeancandum facta. nu 19. volu. 1. vbi adducit iſtam eſſe crebriorem opinionem, & dixit Bartol. in d. l. 2. C. de pœn. iud. qui male iud. Quod † iudicans contra communem opinionem, 3 dicatur facere litem ſuam, & teneatur in ſyndicatu, quem ſequuntur omnes Dd. ibi, Alex. in d. l. cum prolatis. nu. 121. & ſeq. & Iaſ. in fin. Iaffredus in deciſ. 25. Ioly. in c. 1. de conſt. penul. col. Par. de Puteo in tract. de ſyndica. in verb. iudicare col. 4. & ſeq. & Caraldinus in tractat. de ſyndica. inq. 29. & Berous in d. conſ. 3. num. 19. Et hinc admonet ſtudioſos, ne nouarum opinionum inuentores ſint Ioan. Faber in proœm. Inſtit. Nec eſt † curan- 4 dum aliquo modo de opinione ſingulari, vel peregrina alicuius Doctoris, ſed ſequi debemus communem, ſecundum Bald. in l. 1. circa fin. per illum text. ff. de ſenato. Io. Mo. in c. cupientes, de elect. libr. 6. Bart. & Dd. 5 in l. fin. C. de pœ. iud. qui male iud. Io. And. & Canoniſ. in c. 1. & in c. ne innitearis, de conſt. Roma. conſ. 61. inter hæc magna ſemper ſuit dubitatio, n. 2. Caſt. in repet. l. admonendi, num. 71. ff. de iureiur. & Cott. in ſuis memor. in memor. ſub ver. opinio communis, poſt prin.

Nec

5 Nec eſt † curandum, ſi contraria opinio eſſet ve-
rior: quia tunc iudex debet iudicare ſecundum com-
munem, non obſtante ſententia veriori contraria,
ſecundum Fulgoſ. *conſ. 33.* Io. de Neuiz. *in ſua ſylua nu-
ptiali, lib. 5. nu. 61. 62. 63. & 65.* & Alciat. & alios Mod. *in*
6 *l. 1. ff. ſi cer. pet. st.* Nec etiam eſt curandum, † ſi Ponti-
fex teneret contra ipſam communem: quia hoc caſu
iudex communem ſequi debet, vt per Felin. & alios
Com. opin. communiter, *in d. c. 1. de conſtit.* Hoſt. *in c. paſtoralis, ex-
tra de decim.* Marcum Man. *in d. c. 1. nu. 110. extra de conſt.*
Ioan. Bertachin. *in tract. de epiſcop.* Bologner. *in d. l. 1.
ſub nu. 42. ff. ſi cer. pet* & Neuizan. *in d. ſylua nuptiali, libr.*
Com. opin. *5. nu. 25.* vbi admittit iſtam eſſe communem opinio-
nem.
7 Hinc eſt, quod † iudex non cogatur iudicare ſe-
8 cundum deciſiones Rotæ Romanæ. Imo † licet iudi-
ci contra eas ſententiam proferre: quia deciſiones i-
ſtæ non ſunt per Pontificem approbatæ, ſed eis, tan-
quam magiſtralibus deciſionibus, ſtari debet, ſecun-
dum Card. *in c. paſtoralis, de fid. inſt.* & ita in facti con-
tingentia fuit deciſum in Rota Romana, vt refert
Caſſadorus *in deciſ. 7. nu. 7. in tit. de præb.* & ita etiam te-
net Felin. *in d. c. paſtoralis.* Gemin. *in c. duobus, col. 2. de
reſcrip. lib. 6. in c. neque, 9. diſt. & in conſ. 94. col. 2.* & Ripa
in l. 1. ff. ſi cer. per.
9 Sed circa hoc † non parum hæſitandum eſt: quia
deciſiones Rotæ æquipollent communi opinioni, &
per conſequens deciſio Rotæ eſt maioris authorita-
tis, quam communis opinio, vt *d. c. 1. de conſt.* Imol. &
Barbat. *in c. olim, de lit. cont.* & Gomeſ. *in proœmio regu-
larum cancellariæ, q. 2.* & Hieronym. Cuchalon *in add.
ad Dec.* alios referens *in l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur.* Ta-
men rationes iſtorum parum, aut nihil me mouent
Com. opin. ad diſcedendum à prima opinione Cardin. & ſequa-
cium, tanquam magis communi: quam dicebat in
iure veriſſimam, & in practica obſeruari illuſtris D.
Rainaldus Ridolfius, præceptor meus, vir ſingularis
memoriæ, & excellentis ingenii, interpretando pu-
blice Peruſii *d. l. 1. ff. ſi cer. pet.* & de hoc non eſt valde
10 mirandum: quia authoritas † Bar. non eſt poſtpo-
nenda authoritati Dominorum de Rota, ſaltem in
terris Imperii, vt refert Corn. *conſ. 332. col. 2. vol. 1.* Ex
11 quo † authoritas Bar. eſt maxima in practica, ſecun-
dum Alex. *in l. ſi domus, §. fin. col. 3. ff. de leg. 1.* Butrig. *in l. 1.
ff. de verb oblig.* & Iaſ. *in l. quo minus, n. 92. ff. de flumin.* &
quanta ſit authoritas ipſius Bart. nemo eſt, qui ne-
ſciat, inquit Fulgoſ. *conſ. 180. & conſ. 226.* Nec eſt tutum
recedere ab opinione Bartoli, vt explanauit Paul. de
Caſt. *conſ. 353. viſis omnibus inſtrumentis.* ſeu potius *conſ.
184. ex facto proponitur, quod teſtator, ante fin. vol. 2.* Et aſ-
12 ſeſſores † nolunt recedere aliquo pacto ab opinione
Bar. in iudicando, ſecundum Imol. *in c. dilecta, de ap-*
13 *pell.* Et † authoritas Bar. in legis defectum ad vnguem
obſeruatur, ſecundum Ferdin. *in repet. l. filiusfamilias,
§. Diui, nu. 95. ff. de leg. 1.* & Caccialupum *in tract. de modo*
14 *ſtudendi, fol. 4.* Imo † in Hiſpania opinio Bar. præfer-
15 tur cæterorum ſententiis. Quid † ergo nos faciemus
Itali? curemus eius dicta colere, adorare, & imitari,
vt ſuadet, & refert Iaſ. *in dict. leg. admonendi ff. de iureiu-*
16 *rand.* quia † ſemper habuit veritatem ante oculos, vt
concedit idem Iaſ. *in leg. certi condictio, column. 12. ff. ſi*
17 *certum petatur.* Et quia † bonus Bartoliſta optimus
Iuriſta cenſendus eſt, prout publice commemorat
Caccialupus *in dict. tractat. de modo ſtudendi, column. 5.*
& Ripa in *libr. 3. reſponſorum, cap. 2. numer. 12.* & fuit ſu-
premus Doctor, *hi moſtro ciò, che poſſa la lingua noſtra.*
Id eſt: *Oſtendit id, quod poſſit facere lingua noſtra.* vt te-
ſtatum reliquit, cum aliis citatis per eum, Gramma-
tic. *conſil. criminal. 4. numer. 8.* Bertrand. *conſil. 218. viſis*
*inſtrumentum matrimonii, ante fin. volum. 2. & conſil. 267.
etiamſi nobilis, & generoſus vir, nu. 2. eod. vol* Barbat. *con-
ſil. 55. num. 13 poſito inter conſilia Alex. volum 4.* Et ipſe
Bar. pro certo fuit dux, & illuminator iuris, vt refert
Iaſ. *in l. frater à fratre, ff. de condict. indeb.* & Bertran. *vbi
ſupra.*
Et quamuis † Bar. vbique ſit magnæ authoritatis: 18
tamen magis eius authoritas valet *in extrauagante, ad
reprimendum:* ibi enim procedit per modum Gloſſ:
ſecundum Caccialupum *in memorato tractatu, de mo-
do ſtudendi, col. pen.* & in eis valde mature loquitur, ſe-
cundum Socin *conſ. 275. in cauſa fratris, col. 3. vol. 2.* Et
illæ Gloſſæ † Bartoli ſunt meliores, quam textus, vt re- 19
fert Igneus *in diſputatione an Rex Franciæ recognoſcat
Imperatorem, col. 35.*
Sed reuertendo ad inſtitutum, † vnde digreſſi ſu- 20
mus, bene verum eſt, quod deciſiones ſacri conſilii
Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine Regis, in
caſibus dubiis, ſuccedant loco legis, & interpretatio-
nis Imperialis, de quo *in l. fin. C. de legib.* vt per Afflict.
*in deciſ. 169. col. fin. incip. in dicta cauſa. & in deciſ. 96. fuit
in ſacro, ſub numer. 11.* vbi Vrſillus *in addition.* Maranta
*in tractat. de iudiciis, parte 2. 6. partis principal. actu 2. ſub
numer. 4.* Bologner. *in leg. 1. ſub numer. 38. ff. ſi cert. petat.*
& doctiſſimus D. Carauita *in ritu 190. numer. 6.* Vnde
ſi ſacroſancta Neapolitana Rota accinxiſſet ſe ad
ſcribendum, & imprimendum omnes articulos du-
bios, tenebroſos, & diſputabiles, hactenus in ea oc-
curſos, ventilatos, atque deciſos, felix certe ætas no-
ſtra penitus vocari poſſet: tum quia veritas perſpi-
cua apparuiſſet, tum etiam, quia facultas occupandi
papyrum per legum profeſſores ſublata aliquanti-
ſper foret. Itaque eadem Sacra Rota quemadmo-
dum lucerna lucens, & ardens in toto terrarum or-
be, in ſuis religioſis deciſionibus impreſſis hucuſque
apparuit, ita etiam hodie in aliis deciſionibus, quæ
Venetiis imprimuntur, authore ſydere fulgentiſſi-
mo, eiuſdem Rotæ Conſiliario, D. Vincentio de
Franchis, theſauro legalis ſcientiæ, facile colligitur.
Et inde eſt, quod elegans, & ſolida doctrina ſyderis
inter alias Rotas, velut matutina ſtella, rutilantis
Rotæ Neapolitanæ, ex ſeipſa iudicetur: cuius deciſio
cum habeatur pro lege, non mirum erit, ſi omnes a-
lias authoritates antecellat. Itaq; ne humanum qui-
dem eloquium ſufficeret, ſed diuinum in me expo-
ſceretur, ad laudes Rotæ Neapolitanæ exprimendas.
Quis enim iuſtitiam illuſtrium DD. Conſiliario-
rum, decem & ſeptem, & diuini vatis, ad veritatem o-
ſtendendam, D. Præſidentis in ea exiſtentium? Quis
æquitatem? Quis rerum omnium peramandam ve-
ritatem? Quis ex reconditis interdum fontibus ha-
bitam ſapientiam? Quis intelligendi iura, litigan-
tium patientiam? Quis reſpondendi, & extricandi
ſtrenuos Aduocatos Neapolitanos, & alios excel-
lentiſſimos totius Regni Iuriſperitos, de dubiis, &
ambiguitatibus implicitis ſuauitatem? Quis tene-
brarum, ac incogitatarum rerum demonſtratio-
nem? Quis ardentiſſimam diligentiam? Quis incre-
dibilem memoriam ipſorum DD. Conſiliariorum?
Quis acumen ingenii? Quis ſcientiarum vices? Quis
doctrinas innumerabiles? Quis bonitatem, ſynceri-
tatemque apud omnes totius orbis inauditam nar-
rando, aut certe minimam partem eius perſtringen-
do, non deficeret? Nemo profecto, etſi ipſi Demo-
ſtheni, aut Ciceroni hoc munus deferretur; quan-
quam alterum Græci eloquii Principem dicant, al-
terum Latini, non quidem ſi illis eſſent centum lin-
guæ, oraque centum, ferrea vox, iuxta Poetam.
Et licet ſententia diffinitiua, † & declaratio, de- 21

Digitized by Google

ciſioque Papę, vel Imperatoris, vel Regis, vel alterius
ſupremi Principis, ius faciat, vimque legis generalis
obtineat, *§. ſed & quod Princips, Inſtit. de iur. natur. gent.
& ciuil. l. 1. ff. de conſtit. Princ. l. fin.* vbi Doct. *C. de legib. l.*
Cõis opin. *in cauſis.* vbi omnes Scriben. *ff. de re iud.* Ang. *in l. 1. col.
11.* & *ibi* Alexan. *col. pen. ff. de ſequ.* And. de Iſer. *in §. præ-
terea, de cap. Corrad. in vſib. feudorum.* & Iaſ. *in rub. ff. de
conſtitut. Principum, nu. 5.* & Tiraq. *in tract. de iure primo-*
22 *gen. queſt. 40. nu. 162.* Imo † ſententia lata contra præ-
dictam ſententiam, deciſionem, & declarationem
Principis, foret ipſo iure nulla, ac ſi eſſet promulgata
contra legem, vt fuſiſſime diſcurrit Imol. & alii *in l. a-
pud Iulianum, §. verum, ff. ad Trebel.* & Iaſ. *in d. rub. ff. de
conſtit. Prin. nu. 6.* Tamen hoc non eſt ſimpliciter ve-
23 rum, † vt ſententia diffinitiua, & declaratio Principis
habeatur pro lege: ſed neceſſe eſt probare, & demon-
ſtrare, quod talis ſententia fuerit lata præſentibus
partibus, ſecundum Bal. & alios *in l. fin. C. de legib.* &
Innoc. *in c. in cauſis, de re iud.* & Comen. *conſ. 4. in nomi-*
24 *ne D. Ieſu Chriſti, in princ.* Et hoc procedit etiam, † vbi
hæc Principis ſententia eſſet iuris diſpoſitiua, vel de-
claratiua, ſecundum Bal *in l. 2. C. de leg.* & eſſet funda-
25 ta ſub generali ratione. Et obtinet † etiam locum in
ſententia diffinitiua, non autem in interlocutoria:
quia interlocutoria ſententia Principis non ſerua-
tur pro lege, *c. accedens, de accuſ.* & not. Bal. *in Auth. ſi
quis, col. pen. de teſt.* & Doct. præſertimque Alex. *prope
fin. in l. cum prolatis, ff. de re iud.* & Iaſ. *in d. rub. ff. de conſt.
Principum, n. 10.* vbi hoc limitat non procedere, ſi
26 Princeps † in ipſa interlocutoria ſententia aſſereret,
quod ea haberet vim legis; & ideo tunc ſententia lata
per iudicem contra ſententiam Principis interlocu-
toriam in ſimili cauſa, non foret ipſo iure nulla, ſed
teneret, & valeret, vt *in d. l. cum prolatis, vbi Dd.* Poſtre-
mo interpretatur etiam, quod licitum ſit recedere à
ſententia Imperatorum, dummodo non ſit redacta
in corpore iuris, ita Bar. *in l. nemo, C. de ſent. & interloc.
om. iud.*

27 Nec eſt curandum, † ſi ex variis ſententiis Do-
ctor. dubium reſultet: quia tunc ſtandum eſt com-
muni opinioni, per iudicem, etiamſi ex variis opi-
nionibus ipſis dubium reſultaret, *c. 2. de ſtatu Mona-
chorum, c. nonnullis.* & *ibi* Antonius *ext. de verb. ſig. c. fin.
de his, quæ fiunt à maior. par. c. iudices, 3. q. 3.* Bal *in c. 1. §. iu-
dices, col. pen. de pace iuram. firm.* & *l. 1. in fin. ff. de ſenator.*
Alexan. *conſ. 95. viſis proceſſibus, vol. 3.* & *conſ. 51. col. 2. &
vol. 5.* Et quamuis Capycius *deciſ. 10. in cauſa Domina*
videatur innuere contrarium, tamen Rota Roma-
na, atteſtante Puteo, *deciſ. 233. lib. 3.* conſtanter firma-
uit, explanauitque deciſionem Capycii non proce-
dere, nec locum ſortiri, vbicunque quæſtio haberet
communem opinionem pro vna parte, quamuis in
ea extarent, ac reperirentur variæ Doctorum ſen-
tentiæ: tunc enim diceretur dubio procul continere
ius clarum, & nullatenus altiorem indaginem requi-
rere, vt voluit Rota Roman. præcitata, & Ripa *in l.
damnum, §. hoc autem iudicium, nu. 107. ff. de dam. infect.*

28 Sed quotieſcunque † daretur conflictus opinio-
num, non ſolum ſingularis opinio, lege expreſſa
conuinceretur, verum etiam per rationes, & argu-
menta neceſſaria, & concludentia, vt eſt text. not.
iuncta Gloſſ. *in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori par.* imo v-
29 bicunque † non apparet de communi opinione, vel
aliqui Doctores atteſtantur vnam eſſe communem,
aliique contrariam: tunc res dicitur dubia propter
conflictum opinionum, ſecundum Soc. *in rub. & in l.
ſi fuerit. ff. de rebus dubiis.* & Ang. *conſil. 100. ſanctiſſima,
col. 4.*

30 Ideo iudex, † ſi tulerit hoc caſu ſententiam contra
communem, mero iure, propter conflictum opinio-
num valet, & tenet, ſecundum communem opinio-
nem Doctorum *in locis ſupra citatis*, quam ſequitur in
terminis conſulendo Gratus *conſ. 77. inuocato diuino
ſuffragio, duo principaliter obiiciuntur, nu. 14. & ſeq. vol. 2.*
& citat Ripam *in l. qui Roma, §. duo fratres, nu. 33. ff. de
verb. oblig.* igitur tales caſus dubios ſolebat appellare
Iaſ. eſſe caſus pro amico, vt per eum *in l. dotis cauſa, nu.
35. in l. poſt dotem, nu. 105 ff. ſolut. matrim. & in l. in ſuis,
col. 2 ff. de liberis & poſth.* tunc enim optimum eſt habe-
re iudicem propitium, amicum, & fauorabilem, vt
concludunt omnes Scriben. communiter, exami-
nantes hanc materiam: nam poteſt eligere cui ius di-
cat, hærereque opinioni, quæ ei placuerit, & ſic faue-
re amico, vt ait etiam Gloſſ. *in c. venerabilem, de electio.*
& Iaſ. *in d. l. cum prolatis, circa finem, & in l. decem functio,
ff. de offic. aſſeſſor. col. 6.* Tamen hoc intelligitur cum
grano ſalis, videlicet, de iudice non claudicante, ſe-
cundum Socin. *in c. 1. col. 49. de libel. oblation.* & Bal. *in c.
ne innitaris, de conſtit.*

Et licet bonum ſit habere iudicem fauorabilem,
maxime in arbitrantis, *c. conſuluit, cum ibi not.* per Abb.
& alios *de offic. deleg.* tamen iudex cauere debet, ne
gratioſus ſit nimis, vel partialis, aut acceptor perſo-
narum in arbitrariis: alias peccaret, contra propriam
conſcientiam agens, quia ad gehennam ædificaret,
& incideret abſque dubio aliquo in pœnas, *c. cum æ-
ternis, de re iudic. in 6.* cum ibi notatis per Ioan. And. &
Moder. Peruſin. & Bal. *in l. obſeruare, §. proficiſci, q. 26.
ff. de offic. procon. & leg.*

Hinc eſt, † quod ſi aliquis ex pluribus alicuius le- 31
gis intellectus magis communis reputaretur, ſen-
tentia tamen aduerſus huiuſmodi magis commu-
nem lata non diceretur nulla, vt per Alex. *in d. §. duo
fratres, col. 21.* & Iaſ. *in d. l. cum prolatis, col. fin.* Et ratio
hæc eſſe videtur. Nam † res obſcura, & varios intel- 32
lectus habens, ad decidendum allegari non poteſt, vt
voluit Bal *in l. in ambiguis, ff. de rebus dub.* & ſentit Gloſſ.
finan *c. 1. de conſtit. in 6.* & idem Bald. *in c. fin. ext. de conſt.
per illum text. col. fin.* Tamen ille intellectus eſt ſumen-
dus qui magis rubro conuenit, ita Vincent. de Anna,
vbi quamplurima cumulat, *in allegatione 2.* Dec. *in l. 1.
in q. in 1. lect. ff. ſi cert. pet.* Gloſſ. *in c. monaſterium.* & *ibi*
Abb. *extr. de electionibus.* Opinio tamen Doctorum
inter ſe diſſidentium, vel ab eis controuerſa, ea eſt at-
tendenda, quæ benignior, æquior, aut rationabilior
apparet, vi per multa comprobat D. Ioſeph. de Ru-
ſticis *in tract. an & quando lib. in condit. poſitis voc. lib. 1. c. 2.
par. 2. nu. 63. fol. 27.*

Imo † hoc caſu, ſi iudex pronuntiat contra di- 33
ctam legem, varios habentem intellectus, quaſi pu-
tans ob cauſam hoc facere, ſuſtinebitur ſententia, vt
inquit tex. *in d. l. cum prolatis.* quem text. ad hoc ſingu-
larem, ſecundum intellectum Iacobi de Are. faciunt
ibi Imol. Alex. *in prin.* Iaſ. *col. fin.* poſt Bar. & tenuit hoc
idem Bar. & Bald. poſt Cyn. *in l. 2. C. quando prouoc.* A-
lex. Iaſ. & alii *in d. §. duo fratres.*

Et breuiter concludendo dicas, quod † quando 34
magni & excellentes Doctores ſunt in diuerſis opi-
nionibus, adhærere vni non eſt peccatum, nec repu-
tatur, vt dicit Innoc. *in d. c. ne innitaris, & in c. tuas, de
ſimon.* Bal. *in l. ab eo, C. quomodo & quando iudex.* Bar. *in l.
2. col. 3 ff. de verb. oblig.* Ang. *conſ. 65. per habentem poteſta-
tem, ante fin. verſ. Super ſecundo nunquam conſulere atten-
tans propter varietates opinionum.* Caccialupus *in tract.
de tranſaction. q. 12. col. 12. nu. 2. & ſeq. & deciſion. Neapoli-
tan. in q. 384. circa fin.* quia † duobus amicis in duabus 35
opinionibus contrariis exiſtentibus, ſanctum eſt pro
veritate pugnare, in qua bonus vir habet habenas, vt
ait

iam Bal. *conſ. 380. alias 340. col. 2. vol. 4.* & Marius Salomon *in §. reſponſa prudentum, col. fin. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.*

36 Et † ſic ad euitandum periculum mortalis culpæ in iudicando in caſu, vbi plurimorum Doctorum opiniones reperiuntur, tria neceſſario, & diligentiſſime veniunt aduertenda, & conſideranda, ſecundum Henricum de Gandauo *in quodlibeto ſuo.* Primo conſiderandus eſt Doctorum ſtatus, ſcilicet quales alias inuenti ſint in determinationibus ſuis: vtrum mendaces, vel veraces ſint dubii, ſecundum maius, & minus, qualis vitæ ſcilicet, an veritatem amauerint facto, vel verbo: qualiter inſtructi ſint de eis, quæ determinarunt: qua affectione moueantur ad decidendum, & qualia conſilia dederint amicis, aut coniunctis ſuis in ſimili caſu. Secundo recognoſcenda ſunt fundamenta eorum, & rationes in ſententiando in tali caſu, & quorum ſunt efficaciores, & expreſſiores authoritates. Tertio conſideranda auditorum conditio eſt, vtrum ſcilicet ita habituati, ac virtute præditi ſint, vt poſſint diſcernere determinationes ſuas, vel ſic ſint ſimplices, quos oporteat fidem alteri adhibere, & vtrum vtraque pars Doctorum ſit eis æqualiter nota, vel altera tantum: ſi igitur auditor ſit peritus, & nouit ſtatum Doctoris, qui ſentiebat contra, partem periculoſam habere omnes bonas conditiones prænarratas, vel plures, quam alius & rationes eius efficaciores, & authoritates expreſſiores: tunc certe ſi ſe exponeret periculo in iudicando, mortaliter peccaret, iuxta illud *Eccleſiaſt. 3. Qui amat periculum, peribit in eo*: & quia contra dictamen rectæ rationis agere comprobatur. Si vero auditor ſimplex ſit, nec poſſit diſcernere inter Doctores, & crederet fide dignos illos, qui dicerent dubiam partem, talis ſic ſe exponens huic periculo, vtique non peccaret mortaliter: quia non reputat illud periculum, licet ſit in rei veritate, niſi eſſet tale, quod ſciret de naturali iure, vel regula fidei, quod ſcire quilibet obligatur: & tunc ſimplicitas, vel ignorantia, niſi eſſet inuincibilis, non excuſaret; vnde breuiter, & reſolutiue concludendum eſt, quod nemo ſit in periculo mortalis culpæ, niſi periculo contra conſcientiam ſe exponat. Hæc ille.

37 Nec recedendum eſt † per iudicem ab opinione communi propter ſententiam Gloſſ. contrariam:
38 quia † licet opinio Gloſſ. videatur communis, & ab ea in iudicando, & conſulendo non poſſit recedi, vt volunt Iacob. Butrig. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* Bal. *in l. cum hereditas, C. depoſit. & in l. penul. C. de pœna iud. qui male iud. & in l. quanquam, C. de ſenten. quæ ſine cer. quant.* Caſtren. *conſ. 267. vol. 1.* Alex. *conſ. 74. & ſeq. nu. 3. & conſil. 34. vol. 4.* Corn. *conſ. 59. vol. 3.* Bal. *conſ. 300. nu. 11. & ſeq. vol. 1. conſ. 352. an. 3. vol. 3. & conſ. 236. vol. 5.* Gozadin. *conſ. 39. nu. 35.* Et licet ſimiliter Gloſſ. ſoleat eſſe talis,
39 & tantæ authoritatis, † vt omnes alias antecellat authoritates, ſecundum Bart. *in l. vt vim, nu. 8. ff. de iuſtit. & iure.* Abb. *in d. c. 1 de conſtit.* Zaſium *conſil. 111. nu. 18.* Troy. Malue. *in tract. oblat. in 4. dubio.* Bertran. *conſil. 115. nu. 24. vol. 2. & conſil. 150. recordor alias ſcripſiſſe in hac cauſa, num. 2. vol. 6.* & Stephan. de Feder. *in tract. de interpretatione iuris, in fin.* Dec. *in c. ad hæc, num. 41. de poſtul. prælator. conſ. 146. nu. 7. conſ. 422. num. 3. & in dict. l. vt vim, num. 34.* vbi ſimiliter Iaſ. *eod. nu.* & Claud. Aquen. *ibi & lectur. 1. nu. 334.* & Bolognet. *nu. 66.* Imo opinio
40 Gloſſæ præfertur communi † opinioni, ſecundum Felin. & Dec. *in d. c. 1. de conſtit. n. 43. conſ. 23. n. 6. & conſ. 74. col. fin.* & Ioan. Cephalum *conſ. 32. nu. 8. vol. 1.* Tamen hoc non eſt verum ſimpliciter, vt voluit Bolog. *in Auth. habita, colum. 41. C. ne filius pro patre.* nam effectualiter loquendo, non præſumi poteſt Doctores communiter tenere contra Gloſſ. cuius authoritatem nouerunt, quanta & qualis ſit, niſi haberent legem, vel rationem, per quam conuinceretur: ergo poſſumus effectualiter concludere, quod opinio communis præferenda eſt opinioni Gloſſ. ita not. & firmat Dec. & Bolognet. cum aliis relatis per eum, *in d. l. vt vim, nu. 86.* & Ioan. de Leſnaudiere *in tract. de Doctorib. in 4. par. q. 47.* Videmus enim † iudices, & recte, 41
contra opinionem Gloſſ. iudicare quotidie, vt dicit Abb. *in c. Capellanus, de fer.* & refert Caſſadorus *in deciſion. 1. nu. 3. in tit. de vſuris.* & illa omnia moraliter, & pulchre referebat D. Rainaldus Ridolfinus, præceptor meus, legendo publice Peruſii, *l. 1. ff. ſi cer. pet.* Ideo
non † eſt ſimpliciter credendum, opinionem Gloſſ. 42
eſſe communem, ſed vbicunque opinioni Gloſſæ accedunt tres Doctores, tunc dicitur communis, & eſt *Cōis opin.*
communis realiter, & cum effectu, vt dicit Iacob. But. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* Franciſcus Coſcius *in d. c. 1. n. 26. de conſt.* & Gratus *conſ. 75. n. 22. vol. 2.*

Bene verum eſt, † quod propter illa dicatur com- 43
munis opinio, quæ plurimum Doctorum illuſtrium; vel grauium teſtimonio, authoritateque fomentatur, ac iuuatur, ſeu quæ habet plures Doctores grauiores pro ſe, *l. 1. verſ. Et ſane crebrior.* & *ibi* Bal. *ff. de offic. quæſtor. & l. dum fratres, ff. de iure patron. iuncto c. nouimus.* vbi omnes Canoniſtæ notant, *de ver. ſig.* Matthæſilan. *in tract. opinionum.* Alex. *conſ. 7. vol. 4.* Iaſ. *in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. col. 1.* Ferratius *in cautela 31.* Anton. de Prato *in tractat. de ſecundis nuptiis, fol. 8 col. 3.* & Hippolyt. Riminal. *conſ. 166. magnifica D. Ioanna Tarruſa, nu. 9. & conſ. ſeq. nu. 10. & 12. poſitu inter conſilia vltim. volumi. vol. 1.* & Alciat. *in d. tract. de præſump. in regula 1. præſumption. 31 ſub nu. 3.* vbi *nu. 8.* explicat, quod illi dicantur Doctores grauiores, quorum lecturæ, ſcholia, & ſcripta ſunt frequentiora, & approbatiora; & ſic opinio communis eſt illa, quam maioris authoritatis iuriſconſulti ſequuntur, etiamſi plures numero, ſed non authoritate pares, contrariam teneant, *l. ob carmen, § final. ff. de teſtib.* Iacob. Butrig. *in l. maiorem, Cod. de pact.* Matthæſilan. *in tractat. de electione opinion. colum. fin.* & Natta *conſil. 130. ſuperioribus annis, num. 5. volum. 1.* Afflict. *in prælud. conſtitut. Regni, quæſtion. 12. ante numerum 10.*

Vnde † poſtquam in Doctorum authoritates in- 44
cidimus: duo pulcherrima dicta ſilentio prætereunda non eſſe arbitror. Primum eſt, quod ſi Doctor incidenter, ſimpliciter, & perfunctorie quid dixerit, non auget numerum aliorum, ad conſtituendam, inducendamque communem opinionem, ita tradit Alciat. *parerg. lib. 4. c. 17.* Abb. *in c. bonæ, il 2. ſub nu. 30. de poſtul. prælat.* Lauren. Calcan. *conſ. 29. ſub nu. 9.* Fulg. *conſ. 101. ſub nu. 3.* Iaſ. *conſ. 151. col. 3. 4.* Rolan. à Valle *conſ. 39. Poſt abſolutum conſilium, numer. 34. vol. 4.* & Anton. Maria Coratius, nonnullos alios referens, *in tractat. de commun. opin. Doctor. lib. 1. tit. 6. num. 1. cum aliis ſequentibus.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, cumulatque alios, in contrariam partem inclinantes, & denique concordat fœdere diſtinctionis opiniones prædictas, ponendo tres veriſſimos caſus, in quibus locum facile obtineant vtræque opiniones antedi-
ctæ. Secundum eſt, † quod Doctores, qui referuntur 45
ab aliis, nec eorum dicta in fonte videri poſſunt, quia eorum profecto monumenta non habentur, non debeant aliorum numero cumulari, pro conſtituenda communi opinione, ita Decius *conſil. 259 columna tertia.*

Quapropter † ſit tibi cordi ſemper tenere in iudi- 46
cando, & conſulendo communem opinionem: quia iudi-

iudicare contra communem, eſſet contra ſtimulum calcitrare, vt per Cranet. *conſ. 19. nu. 2.* & per Ant. Capyc. *in inueſtitura feudali, in titul. feudorum genera, verſ. ſecunda declaratio, circa fin. fol. 239.* Siquidem communis opinio habet vim conſuetudinis, ſecundum
47 Bald. *in c. ne innitaris, de conſtitution.* Nec te † decipiat Barbatius communium opinionum oppugnator, teſte Tiraq. *in tract. de pœnis temperandis, cauſa 51. ſub nu. 64.* & apertius Roderico Suarez, *in ſuis allegationibus, in l. 1. lib. 3. titul. De las ganancias, num. 44.* & Felin. *in c. cæterum, col. 8. de reſcrip.* vbi ait, quod Barbatius ſtudio impugnandi communes opiniones ſæpiſſime deli-
48 rauerit. Itidem ego ægre patior etiam id, † quod ſtulte & fabuloſe, tanquam futile, & vt ſomnium, protulerunt Butr. *in c. cum nos, col. 11 de vſur.* Barbatius *conſ. 10. colum. fin. vol. 2.* & incertus author *in tract. de crimine læſæ maieſtatis, quæſtion. 1. nu. 8. inſerto inter tractatus criminalis diuerſorum, quæſt. 1. nu. 8.* & Cephal. *conſil. 166. teſtator, nu. 19. vol. 1.* concludendo, permiſſum eſſe contra communem opinionem iudicare, quæ non habeat caſum legis. Cæca eſt itaque hæc opinio, & ſequacium, & penitus inutilis, & quo tendat neſcio: labitur enim à veritate omnino in maximam fallaciam, atque inſaniam; vnde merito, & rationabiliter in contrariam ſententiam, videlicet, quod communis attendatur, etſi nulla lege fulciatur, ſed ſolummodo ratione, inclinarunt Corſet. *in ſing. in ver. Opinio, il. 2. incip. vbi Doctores in aliquo articulo ſunt varii, ſub num. 2.* Felin. *in cap. 1. ſub num. 54.* & Marc. Mantua *ſub num. 111. & ſeq. de conſtit.* Soc. *conſ. 155. præſtantiſſime.* Iaſ. *in l. illam, nu. 10. C. de collation.* Ioan. Neuiz. *in ſylua nupt. lib. 5. nu. 20. cum aliis ſequent.* Purpur. *num. 137. & ſequent.* Ioan.
Cōis opin. Bolognet. *ſub num. 42.* & alii communiter *in l. 1. ff. ſi cer. pet.* & Lancel. Conrad. *in lib. de prætor. §. 2. in tit. de ſent. in c. amp. nu. 23.*

49 Et iſta opinio, † tanquam ſacroſancta, & irrefragabilis hac quidem ratione comprobari poſſet, ſiquidem non omnes caſus ſub lege comprehendi poſſunt, vt inquit textus, *in l. neque, ff. de leg.* cum plura ſint negotia, quam vocabula, vt *l. nam natura ff de præ-*
50 *ſcrip. verb.* Nec poſſunt † omnes articuli ſigillatim decidi, ſed debet neceſſario procedi in eis decidendis, per rationes, & de ſimilibus ad ſimilia, *l. non poſſunt. ff. de leg.* Et ſic oportet prudentem ſoluere nodos, quæſtiones, & controuerſias, quæ nunquam etiam contigerunt, non ſolum mediante ſcientia, practica, ſed etiam ſpeculatiua, per ſubtiles indagationes, per argumenta, rationes, & ſimilia, & aliis variis modis, ſecundum regulas iuris, quas decet habere notas. Et hinc eſt, ſecundum Boetium, *de diſciplina ſcholaſtica,*
51 quod † miſerrimi ingenii eſt, nolle niſi inuentis vti.
52 Et propterea rationibus † inmitendum eſt: quoniam, vt inquit textus, *in l. 2. §. ſed quia, C. de veter. iure enucl. & in proœm. ſexti.* Natura ſemper nouas deproperat edere formas. Quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. Diuus, ff. de reſtitut. in integrum, & l. de ætate, §. ex cauſa, de interrog. act.*

53 Imo denique non † ſolum lege, verum etiam ratione, vel ſimili, poſſunt omnia decidi, & facit textus *in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tutor. & in c. ſecundo requiris, in fin. de appel.* vbi ſub authoritate legis poteſt etiam allegari ratio naturalis, ratione legis, vel ſimili deficiente, & notat Gloſſ. *in c. conſuetudo, 1. diſtin.* & facit optime text. *in c. de quibus, 22. diſtin.* vbi ponit ad quos ſit recurrendum, cum ſacroſanctæ ſcripturæ authoritas non occurrit, atque etiam ad exempla eſſe recurrendum. Alias vero rationes adducit ad corroborationem huius opinionis D. Anton. Maria Coratius, *in tract. de commun. Doctor. opin. lib. 2. tit. 9. caſu 22.*

vbi pronuntiat iſtam opinionem obſeruari in practica, *ſub nu. 12. cum aliis ſeqq.* & re ipſa ita vidi eam obſeruari in praxi viginti annis, me patrocinante in variis cauſis, non leuis momenti, in tribunalibus ſupremis, & aliis inferioribus Regni: alias ſequeretur hoc abſurdum, quod Doctores illuſtres, tanquam fatui, fruſtra laborarent in decidendo caſus, à lege nullatenus deciſos, quod dicendum non foret: cum Doctores ipſi, tanquam à Spiritu ſancto inſtructi, ſemper demonſtrarint ſuam vigilantiam in decidendo caſus non aliter deciſos à lege, ex variis concludentibus rationibus in lege ipſa fundatis, vel ex aliis caſibus ſimilibus, vel ex quibuſuis aliis argumentis, & regulis. Vnde miſerrimus † mundus totus eſſet, niſi 54
iudicandum, & reſpondendum foret ſecundum communes opiniones, etiam caſum legis non habentes, ſed ſolummodo rationes; imo omnia ſcripta Doctorum, quantumuis illuſtrium, redderentur penitus fruſtratoria, & vana. Qualiter enim ex teſtimonio Paul. Caſtren. *in l. Cloduis, ff. de acquir. hered.* ſcientia legalis fuiſſet augmentata, ſi ita egiſſent antiqui, vt noluiſſent conſulere, pronuntiare, & reſpondere, niſi in caſibus deciſis à lege.

Quare non immerito opinio Doctorum, † vbi 55
deficit lex, pro lege ipſa ſeruanda eſt; & ſic ſtandum eſt opinioni Doctorum, vbi lex non reperitur, ita Archid. *in c. nolite, 11. q. 1.* Purpur. *in l. cum quid, nu. 84. ff. ſi cer. pet.* Euerard. *in loco a leg. ceſſ. poſt medium.* Felin. *in c. 1. nu. 54. extra de conſtit.* Neuiz. *conſ. 2. nu. 16.* & Ant. de Butr. Abb. & alii *in c. 1. extra de decim. per tex. ibi.* & Angel. etiam *in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſd. omnium iud. per textum ibi.* & tetigimus hoc etiam *ſupra* diffuſius *in opin. 196. Doctoratus, nu. 24.*

Imo † præcauendum eſt etiam, tanquam à Scylla, 56
& Charybdi, ab aliquibus Modernis, à quibus *in locis legalibus*, poſterorum memoriæ (vt audio) proditum eſt, Collectores communium opinionum non eſſe aliqua laude dignos; cæterum, cum non erubuerint quodammodo ponere os in cœlum, ac damnare atrociter legum interpretes, forſan in alieno teſtimonio freti, pro coloranda præſenti calumnia, euidentiſſime, ipſos Modernos principales fuiſſe authores huiuſce iniuriæ dijudicantur: mehercle igitur ſanus quidem non eſt, iudicio meo, qui ſuo ſe mucrone iugulat: quod efficitur, quando quis cauſas ſuas acturus, pro ſe tuendo, ſeu potius alios improbando, teſtes adduxerit rei ſuæ incongruos, & repugnantes: ſi enim fatuus eſt, qui de alienis incaute loquitur, multo magis, qui in ſuis imprudenter, & contra ſe agit; vnde licet magna prouincia ſit, & onus quam maximum, quando cum calumniatoribus, & imperitis agitur, tamen ſi iſti detrectatores, nimis licentioſi loquentes, ex ſemetipſis, ex cordis abundantia, forte experti eſſent tractare iſtam omnium in iure vtiliſſimam materiam communium ſententiarum, non ita modularentur: ideo ceſſet eorum admiratio, ſi non ſcribam in præſentiarum ſubtilitates: quia ſcribo veritatem potius, ne lubricus in docendo ſim, hinc, illucque effluens, & ne calamus, & ſtudium meum vento doctrinarum, ab illuſtribus interpretibus non receptarum, velut nubes ſine aqua circumferatur: ſi vero affectarent quouis modo videre curioſitates in repertorio, & tractatu, de peccato, & ſimul in conſiliis meis imprimendis, eorum ſitim explere poſſent: & ſic non de micis, ſed de pane ſaturari valerent. Imo ſi diligenter eadem ſcripta veſtra animaduerſa fuerint, proculdubio non ſolum in me, verum etiam in D. Benedictum Capram, virum integerrimi iudicii, præceptorem Cornei, ita per eum nuncupatum, ce-

lebra-

lebratumque *conſil. ſuo 197. col. 3. vol. 1.* & in illuſtrem D. Iulium Clarum, ſacrarum legum armariolum, organum moderatum, & veracem interpretem, & in D. Anton. Gabrielium, diſertiſſimum virum, atque eloquentiſſimum oraculum, & communium opinionum inuictiſſimum defenſorem, & in alios Italos, & Gallos, & Hiſpanos, atque Germanos venerandos ſane, debitoque honore nominandos, tanquam communium opinionum collectores, venenum quod lethaliter potaſtis, vtique lethaliter eructaſſe reperieritis. Enimuero ſi ſingula monſtruoſorum verborum veſtrorum conſtructiones reprehendendo diſcutere cœperimus, magni erit operis executio, opportuniq; temporis ſuperuacua impenſio, quas lectoris prudentiſſimo iudicio tempore ſuo reprehendendas relinquentes, quem ſenſum textus teſtimoniorum veſtrorum contineat; ideo ſi dicta tantorum virorum, ô Moderni, nota vobis fuiſſent, non tam præcipitanter, aperto ore, ſpumoſiſq; labiis à recto tramite aberraſſetis: patienter igitur omnia fero, & vobis amicabiliter, familiariterq; hæc ſcribo, vt, ſi vos ipſi, vos glorioſos reprehenſores, & cenſores prædicatis: ego vero vermis ſum, & non homo, & potius diſcipulus, quam magiſter vocari deſidero, quanquam non adeo demens fuerim, vt nullius auxilio fretus venerim ad ſcribendum: multa aſſumpſi accepique à Iuriſperitis antiquis, & modernis, & potiſſimum ab illuſtribus, ſapientiſſimis, & induſtria refertiſſimis præceptoribus meis Peruſinis, Dominis, Guilielmo Pontano, Iulio, & Marco Antonio Oradino, Reſtauro Caſtaldo, Philippo de Vbaldis, Rainaldo Ridolfio, Ioanne Paulo Lancellotto, & Marco Antonio Eugenio, dum eos publice iura interpretantes ſubtiliter, & diuine, in florido, atq; primario totius orbis Gymnaſio Peruſino, annis ſuperioribus audiebam, quæ in hæc volumina non ſine mea diligentia contuli: infinita alia etiam mutuatus ſum aliunde: vt nec animus, nec ſtudium mihi diligentiaque defuerit. Nam quantum ad ingenii vires attinet, id ego aliorum iudicio relinquo: & naturam accuſare, ea mihi ſumma demum videtur ingratitudo. Et licet veſtris ineptiis in præſenti libello vtcunque ſit obuiatum: tamen alii Doct. prouocari, Domino, in cuius manu ſumus nos, & ſermones noſtri, tribuente, propulſabunt tam acerbiſſimam iniuriam, eis illiberaliter illatam. Vnde hæc pauca habuit author, humaniſſime lector, quę tibi obiter exponeret, vt intelligeres, quam immerito eidem ſuccenſuerint ex tot, tantiſq; prouocationibus, & conuitiis, contra eum, & alios omnes ſcriptores Modernos, & communium opinionum collectores, omni laude, & veneratione dignos, excitatis per ipſos Modernos, nondum ab ipſis aliqua ne tantula quidem iniuria laceſſitos. Et vt intelligeres quoque collectores communium opinionum, eſſe non tantum magna, ſed etiam maxima laude dignos, vt expreſſe, tanquam generoſus, & prudens vir, teſtatur ad confuſionem contrarium aſſeuerantium D. Antonius Maria Coratius *in tract. de communi Doct. opin. lib. 3. tit. 12. ſub num. 14. cum aliis ſeqq. ante fin. d. tractatus.* Idcirco ſi criminor denique à vobis, quod circa ſtudia ſpeculatiua nullatenus verſatus ſim, & quod Priſcorum ſententias interdum repetere nixus videar, nihilominus ſententiæ, teſtimoniique Poetæ Vergilii (cui impar quiſq; mortalium) memor eſſe debet: cui cum obiiceretur, eum alienos verſus, ſuo inſeruiſſe operi, reſpondiſſe fertur: Magnarum virium eſſe de manu Herculis extorquere clauam: nec mihi quidem arroganter attribuere volo illud Iuſtiniani Imperatoris prouerbium, *l. de auctore, C. de vet. iur. enucl.* dicentis, quod qui ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus inuenit. Sed potius mihi videor cum altera Ruth colligere ſpicas, quæ ſubterfugere metentium manus. Cæterum vt verba Senecæ repetam *libro, de quatuor virtutib.* te, qui hanc legeris lucubrationem, non moueat dicentis authoritas, nec quis, verum quid dicatur attendas: nempe vt inquit, qui ſupra ad Lucillum *epiſtola 20.* Philoſophiæ nomen, etiamſi modeſte tractetur, inuidioſum eſt. Non propterea pudebit auidum lectorem perlegere hunc noſtrum laborem, exilemque operam, quam iterato decennio, vtcunque perfecimus: huius rei cauſa, vt ſi lectio certa prodeſſet, varia etiam delectaret: quia ſi, teſte Marco Varrone ad Athenienſem lectorem, vtile ſit, ingloriosum tamen eſt ex illaborato in alienos ſemper ſuccedere labores: tum quoniam, dictante Marco Tullio Cicerone *de officiis*, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominis creantur ſingula: homines vero hominum cauſa geniti ſunt, vt ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſint. Tum, vt verbis vtar beati Hieronymi; *in prologo de vitis Patrum:* Tunc locupletior ſiam, cum aliorum ſalus miniſterii mei fuerit quęſita mercimonio. Spero tamen hanc nouitatem materiæ, vt laboris & induſtriæ multum: ita non parum excuſationis mihi præbituram, & cæteris quoq;, ſi quando his de rebus accuratius ſcribere conſtituent, multo faciliorem aditum fore ad id ipſum, de quo loquor, inueſtigandum: non quod mea veſtigia ſecuturos eſſe cenſeam: id enim mihi non perſuadeo; ſed quoniam facilius agitata, & concuſſa robora, quam immota, atq; intentata diuelluntur. Et denique ego puſillus Doctor, non polliceor maria, nec montes: quia Doctoribus talem promiſſionem facientibus credendum non eſt, Gloſſa teſte *in l. non omnis, in fin. ff. de re milit.* Sed hoc ſolum polliceor, me laboribus intolerabilibus, diebus noctibusq;, non hybernis modo, ſed nec æſtiuis pepercisse, vt tam grande opus aſſumptum, & præſentem materiam, arduam & difficilem, clariorem & vtiliorem, quam hactenus ſit reperta, poſteris relinquerem. Quocirca non poſſum non ridere nonnullos, qui ſe aliquid pretioſi nactos arbitrantur, cum eis aduerſari poſſunt: quos credo idcirco id facere, quod viris inſignibus obtrectando famam ſuam diffuſum iri putent, illius, vt reor, imitari exemplũ, quem Græcorum fabulæ ferunt: qui cum vulgo eſſet ignotus, & nihil boni poſſet facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Dianæ incendiſſe templũ, & nullo prodente ſacrilegiũ, fertur ipſe in medium proceſſiſſe clamitans, ſeſe incendiũ ſubiecisſe. Sciſcitantibus Epheſi Principibus, quã ob cauſam hoc feciſſet, reſpondiſſe: Vt quia bene non poterã, omnib. male innoteſcerem. Vnde in ea tempora incidimus, vt vituperandi materia aliquibus inſipientibus, ineptiſque viris videatur eſſe peculiaris; ideo, quemadmodum canes, inani quadam conſuetudine nocturnæ Lunæ, ſine cauſa latrare conſueuerunt, ita etiam complures quotidie reperiuntur, qui vel nulla iniuria laceſſiti, vel nulla etiã probabili ratione cõmoti, ſtudent ſemper in bonos inuehere, & officioſis viris turpiter detrahere: vt igitur aliquando huiuſcemodi moleſtis & perfidis hominibus, ſicut corũ petulantia requirit, merito reſpõdere valeamus, decreui hæc omnia in mediũ adducere, vt qui maledicendi genere lætantur, mutuam gratiam recipiant. Sed, cum hac conditione natus ſim, vt facile detractores inueniã, nolo aliter contra iſtos, moleſte ſeſe implicantes in cauſis alienis, aliud pronuntiare, & eo libentius, cum iuris Interpretes & Aduocati hodie nõ ceſſent male-

maledictis, ſed legibus, vt aduertit fons legum, & eloquentiæ vberrimus, præceptor meus, D. Rainaldus Ridolfius, qui nullum certe doctrinæ genus creditur ignoraſſe, *in ſua elegantiſſ. orat. in oration. 1. pro pupillo. ſub nu. 17. cum aliis ſeqq.* & eo commodius etiam, cum *in præmemorato tractatu meo, de peccato,* explicabitur ad ſummum qualitas eorum biſurcatæ, ſerpentinæque linguæ.

57 Itaque † ego infelix peccator redeundo illuc, vnde non decuit prius abire, concludo, quod ſimiliter præcauendum ſit etiam à Zaſio, tanquam ab igne, *in 2. lib. reſponſorum, c. 1.* vbi temere deducit, & probare conatur, quod opiniones communes plerunque falſæ reperiantur: quia iudices, vt ſupra docuimus, quamprimum vident communem opinionem, ſan-
58 ctum non putant ab ea diſcedere. Imo ipſas † opiniones communes ſemper in omnibus meis lucubrationibus veriſſimas reperi, & fundatas in viſceribus legis, imo in anima eiuſdem legis, & in ſolidis rationibus: ideo non immerito vere à Spiritu ſancto inſtructus Alciatus religioſe more ſuo appellat ipſas communes opiniones ſacroſanctas *in lib. 4. parerg. c. 17.*

59 Et hinc eſt, † quod paria ſint, contra legem, vel communem opinionem Doctorum iudicare, & vtroque caſu cenſetur ſententia ipſo iure nulla, vt not. Bar. *in d. l. cum prolatis.* & *ibi* Moder. & Ripa *in l. dies, §. hoc autem iudicium, nu. 107. ff. de damno infecto.* & alii congeſti per Ioan. Neuizanum *in ſylua nupt. lib. 5. nu. 71.* & Franciſ. Curtius *in d. c. 1. de conſtit. num. 27.* quamuis *ibi* Felin. *col. fin.* videatur tenere contrarium, dum voluit, quod ſententia, contra communem opinionem Doctorum lata, quaſi ob expreſſum iuris errorem, non ſit nulla, & allegat hoc tenuiſſe Ang. poſt Imol. & Doct. *in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verbor. oblig.* & huic vltimæ opinioni inhæret etiam Cagnolus
Cōis opin. *in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. num. 157.* & hoc communiter teneri ſcribunt Iaſ. *in d. l. cum prolatis.* & Gratus *in d. conſil. 77. ſub nu. 14. vol. 2.* Et denique iſta eſt veritas ipſa: nam Bart. *in d. l. cum prolatis.* dum allegatur pro contraria parte affirmatiua, videtur expreſſe concurrere cum hac vltima ſententia communi, vt ibidem explanant, & inſimul aduertunt Alex. *nu. 5.* & Iaſ. *nu. 12.* & ita firmant. Sed Ioan. Neuiz. *in ſua ſylua nupt. lib. 5. num. 71.* videtur plurimum dubitare de opinione hac, & contra eam quamplura fundamenta adducit.

60 Et in tantum † poſtremo iudex tenetur ſecundum opinionem iudicare, ex rationibus ſuperius adductis, vt quodammodo ſit ponere os in cœlum, & temerarium ab ea recedere in iudicando, & conſulendo, etiamſi videatur caſus legis in contrarium; ita in ſpecie firmat Alexand. *in l. ſi conuenerit, ſub nu. 12. de re indic.* & præſertim, cum ratione non deſtituamur,
61 ſecundum eundem *ibi.* Nam, † vt patefacit Alex. *in l. Gallus, §. ſi eius, in 2. not. ff. de liber. & poſthum.* vbi claram habemus deciſionem, non eſt quærendum de ratione.

Et communis opinio adeo habetur pro vera, vt is,
62 qui † eam in iudicio contenderit, & contra eam litigauerit, ſit abſque exceptione in expenſis condemnandus, vt efficax teſtimonium eſt Ant. de But. *nu. 21.* & Abb *n. 25. in c. finem litibus, de dolo & contum.* Alex. *in l. properandum, §. ſin autem vtraque, C. de iudiciis.* & Marcus Ant. Natta *conſ. 149. veriſſima fuit concluſio, nu. 7. vol. 1.* & Ant. Maria Coratius *in tract. de com. opin. Dd. libr. 2. titul. 12. nu. 1. cum aliis ſeqq.* quem, pauci ſunt dies, comperi, & poſtquam adduxiſſem præcitatos Doctores, comprobantem opinionem iſtam multis efficaciſſimis rationibus.

OPINIO CCCIC.

SVMMARIA.

1 *Iudex an teneatur exprimere cauſam in ſententia.*
2 *Sententia penitus vitiatur, ſi inepta cauſa per iudicem expreſſa ſit.*
3 *Præſumptio iuris eſt pro iudice, niſi cauſa in ſententia inepta expreſſa ſit nu. 4.*
5 *Iudice aſſerente in ſententia, aliquid fuiſſe probatum per duos teſtes, referendo ſe ad acta, ſi conſtet de errore iudicis, ſententia erit nulla.*
6 *Iudex motus ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis, vna faciente ad cauſam, altera vero non, ſuſtinetur ſententia ex ea, quæ facit ad cauſam.*
7 *Iudice exprimente falſam cauſam in ſententia cum adiectione dictionis, maxime, ſuſtinetur ſententia, cum ex actu apparet de alia legitima cauſa.*

IVDEX † non tenetur exprimere cauſam in ſen- 1
tentia, *c. ſicut, de re iud. & l. in ſummo, ff. eod. titul.* & ita tenet Gloſſ. *in l. ſi me & Titium, ff. de except. rei iud.* imo eam exprimendo fatuus cenſetur, *l. 2. §. vigorem, ff. de his, qui notan. infam.* notat Gloſſ. *in l. properandum, §. illo, C. de iud.* & habetur per Io. And. & alios *in d. c. ſicut.* & per Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig.* & Papien. *in ſua pract. in forma ſententiæ diffinitiuæ, in Gloſſ. relaxandum, nu. 4.* & Corn. *conſ. 345. nu. 3. vol. 1. & conſ.*
89. nu. 1. vol. 3. Quin etiam † ſi iudex cauſam ineptam 2
in ſententia exprimeret, dicta ſententia penitus vitiaretur, ſecundum Felin. *in c. cum ordinem, col. 1. ext. de*
reſcript. Innocen. & alios Doctores communiter, *in c.* Cōis opin.
in præſentia, de renuntiat. & in l. ſi is ad quem, ff. de acquiren. hered. & iſtam opinionem communem ſequitur,
& citat Cur. iun. *in l. 1. nu. 33. ff. ſi cer. petat.* Et † ratio i- 3
ſtius communis videtur hæc: quia iudex releuatur à iure ab expreſſione cauſæ in ſententia, illud eſt, propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro ipſo iudice, *d. c. in præſentia, & l. 2. C. de offic. ciu. iud.* quem quidem text. ad hoc ſingularem, & meliorem de iure dicit Barbat. *in tractat. de præſtan. Cardin. 1. q. 1. par. col. 6.* Sed
quando † exprimit cauſam in ſententia ineptam, 4
aut minus legitimam; tunc ſumus in caſu claro, quod iudex male iudicauerit, & ſic ceſſat præſumptio in re clara, quæ eſt pro iudice, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig.*

Aduerte etiam hic, † quod quando iudex aſſerit 5
in ſententia, probatum fuiſſe aliquid per duos teſtes, ſe referendo expreſſe ad acta: tunc ſi conſtaret de er-
rore iudicis, ſententia eſſet nulla, ſecundum commu- Cōis opin.
nem opinionem omnium Doctor. quam citat, & ſequitur Dec. *in c. quoniam contra, nu. 158. de probation.* & Moder. *ibi.*

Limitatur † primum iſta communis per Ant. de 6
Butr. *in c. per tuas, extr. qui filii ſint legit.* vbi per illum text. concludit, quod ſi ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis iudex moueatur, quarum vna ad cauſam faciat, altera non, ſuſtinebitur ſententia ex ea quæ facit ad cauſam, cum alias redderetur nulla, ſi vna tantum ratio fuiſſet expreſſa, *c. ex parte, & c. dilectam, de conceſſion. praben.* & hoc idem ſequitur Innoc. *in d. c. in præſentia.* Imol. *in l. ſi plagiis, & in l. quod dictum, col. 10. ff. de verb. oblig.* Ant. & Abb. *in c. 1. & in c. cum inter, de re iud.* Alex. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & in l. ſi is ad quem, poſt Rom. ff. de acquiren. hered. cum aliis concordan.* de quibus per eum. & Moder. *in dictis locis.*

Limitatur † ſecundo loco præcitata communis 7
per doctrinam Iacob. Butrig. *in l. 2. §. ignominiæ, ff. de his, qui notan. infam.* vbi voluit, quod ſi iudex expreſſerit falſam cauſam in ſententia, per quam ſententia
redde-

reddetetur nulla, cum adiectione dictionis, *maxime*, ſuſtinebitur ſententia: quooiam ad illam cauſam duntaxat non cenſetur iudex ſe aſtrinxiſſe, & iſtam doctrinam ſequitur Abbas *in cap. ſicut, de re iud. & in c. ex parte Aſtenſis, circa fin. de conceſſion. praben. & in c. ex literis, de reſtitut. ſpoliat.* & Alexan. *in d. §. duo fratres, char. 10.* & boc dictum Iacob. Buttig. procedit, quaodo ex actis appatet de alia legitima cauſa: tunc enim iudex, exprimendo cauſam falſam, oppoſita dictione, *maxime*, veriſimiliter ad illam cauſam legitimam, quam non expreſſit, reſpexiſſe videtur, & ita declarat Domio. *in c. venerabilem, §. fin. de ſent. excom. in 6. & in c. in tantum, circa fin. 21. diſt.* Imol. & Ant. *in c. ex parte, de renun. & in c. ab excommunicato, col. pen. de reſcrip.* & Rom. *in l. fin. ad quem, ff. de acquiren. hered.* & iſtam dicit Cõis opin. eſſe communem opinioοem Ruinus *conſil. 63. nu. 15. vol. 1.*

OPINIO CCCC.

SVMMARIA.

1 *Iudex an poſſit interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris.*

2 *Iudex poteſt exequi ſententiam prædeceſſoris abſque mandato.*

3 *Iudex alterius tribunalis an poſſit exequi ſententiam alterius iudicis.*

4 *Sententia lata ſuper executione ſententiæ, eſt interlocutoria.*

1 IVDEX † ſuccedens in officio, poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris, ex conincturis, & aliis, quæ percipere poteſt ex agitatis coram prædeceſſore, ſecuodum Bar. Ang. Imol. & alios Dd. Cõis opin. communiter, *in l. ab executore, ff. de appell.* ſecus vero ſi ipſe ſucceſſor veller interpretari dictam ſententiam ex ſuo ſenſu mero, ſecundum Imol. ibi, ſaluantem contrariam opinionem Bal *in l. 2. C. de ſentent. ex breu. recit.* & iſtam communem celebrant, ſequuotur, & citant Dd. *in d. l. ab executore.*

2 Et ſimiliter, † iudex ſuccedens in officio, poteſt exequi ſententiam abſque mandato prædeceſſoris: quia videtur idem iudex, vt per Bar. *in l. à diuo Pio, §. ſententiam Romæ, ff. de re iud.* Cõis opin. cuius opinionem communiter ſequuntur Dd. vt per Soc. *ibi, nu. 16.*

3 Amplia boc in tantum procedere. † quod iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem ſententiam alterius iudicis exeqoendi, ſi ad eum pertineret executio iſta, de iure communi, ſeu ſtatutario; ſecus vero, ſi non haberet huiuſmodi executionem de iure communi, vel municipali, quoniam tunc id non poſſet ſine literis iudicanos, vt per Bart. & omnes *in* Cõis opin. *d. §. ſententiam Romæ.* vbi Soc. alios referens ſcribit *nu. 17. & ſeq.* iſtam eſſe communem opinionem.

4 Et his additur congrueoter hic, † quod ſententia lata ſuper executione ſententiæ, ſit interlocutoria, Cõis opin. ſecundum Dd. communiter, *in l. ab executione, C. quorum appellatio.* & Ripam *in l. quod iuſſit, n. 43. ff. de re iud.* licet Iacob. Butrig. *in d. l. ab executione.* & male, concedat præmemoratam ſententiam diffinitiuam eſſe. Et huic opinioni communi aſſentitur quoque Iacob. Nouell. *in tract. regul. reg. 197.* & vide etiam alia quamplurima pro eadem opinione *infra in opin. 714. in prin.*

OPINIO CCCCI.

SVMMARIA.

1 *Iudex eccleſiaſticus, qui fuit aditus pro abſolutione à iuramento, erit poſtmodum iudex in cauſa principali.*

2 *Iudex aditus ſuper præparatorio manet iudex in cauſa principali.*

1 IVDEX † eccleſiaſticus ſi aditus fuerit ſuper abſolutione à iuramento iò contractu vſurario, ſeu ſimulato, ad effectum poſtea agendi ſuper ſimulatione contractus, abſolutiooe obtenta, non poteſt coram alio iudice de ſimulatione agi, ſed coram eodem iudice id petere neceſſe eſt, ſecundum Bal. ſingulariter, *in l. ordinarii, colum. 1. C. de rei vendic.* cuius doctrioa communiter eſt recepta per omnes Doctor. *in l. quoties, C. de iudic.* & præſertim per Alex. *ibidem, nu. 4.* vt expoſuerunt Moder. *in rub. ext. de iudic. & in rubr. C de eden.* vbi vna voce omoes fatentur, opinionem Bald. communiter approbatam eſſe, non obſtantibus tra- Cõis opin. ditis per Paul. de Caſt. *in d. l. ordinarii.* & opinionem iſtam Bald. tanquam communem defendit, & tuetur à morſibus Dec. *in d. rub. de iudic.* Curt. iunior *in præcitata rubr. C. de eden. num. 14. vſque ad nu. 22.* & ibi etiam Cagnolus, *num. 35. cum aliis ſeqq.* vbi monet, ab iſta opinιooe Bal. & communi non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando. Hinc Alex. *conſil. 58. num. 7. 8. 9. vol. 1.* firmauit, quod ſi coram alio iudice ſit petita exhibitio † alicuius ſcripturæ, vel inſtrumenti, quod 2 iudex, qui fuit aditus in iſto præparatorio exhibitionis ſcripturæ, remanebit iudex in cauſa principali, & ſic in iudicio præparato.

OPINIO CCCCII.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa vſuraria, ſed contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano.*

2 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis, etiamſi inter laicos agitentur.*

3 *Iurans falſum coram iudice ſeculari, non poteſt ab eo puniri, ſed à iudice eccleſiaſtico.*

4 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam in cauſis ſpiritualibus annexis.*

1 IVDEX † laicus de cauſa vſuraria oon poteſt cognoſcere, ſecundum Bart. *in l. quoties, C. de iudic.* quem ſequitur vltra alios ibi Alexan. & Iaſ. *colum. 2. & ſequent.* aſſerentes, iſtam eſſe communem opinio- Cõis opin. nem, & omnes Doctor. *in l. Titia, ff. ſolut. matr.* & Hieronym. Gratus *conſ. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum, ſub num. 7. vol. 3.* in Regno vero Neapolitaoo ſeruatur contrarium, per literas Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra vſurarios, & notant Lallus de Tuſcia *num. 2.* & alii omnes Scribent. Regnicolæ *in conſtitutione vſurariorum, lib. 1.* Et licet aliqui Doct. videantur aſſerere contrarium, quod Principes ſeculares ſtatuere nequeaot ſuper vſuris, ſeu cauſis vſurariis; tamen Dec. *conſ. 170. col. fin.* & Rol. à Valle *conſ. 96. viſo inſtrumento, nu. 50. & ſeq. vol. 2.* conſuluerunt contrarium.

2 Imo de iure communi † iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis ad Eccleſiam ſpectantibus, etiamſi inter laicos agitentur, prout eſt cauſa vſurarum, cauſa matrimonii, cauſa iuramenti, & legitimationis filiorum, & ſic de aliis ſimilibus, ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, vt eſt text. *in c. tuam, de ord. cogn.* & *ibi* per Abb. *& in c. lator. qui filii ſint legit.* & Doctor. *in l. omni nouatione, C. de ſacroſanc. eccleſ.* & not. etiam Bart. *in d. l. quoties, & in l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud.* & idem tenet Ang. *in §. ſi quis autem pro pecuniaria, in Auth. de ſanctiſ. Epiſcop.* reprobata ibi communiter Gloſſ. per ipſum, & per al- Cõis opin. legatos Doctores, quæ aliter ſentiebat. Hinc eſt, quod † iurans falſum coram iudice ſeculari, non poſ- 3 ſit ab eo puniri, ſed ab eccleſiaſtico, ſecundum Bald. *in l. fin. C. de noui oper. nunt. & in l. cum paruo, in q. fin. eod. titul.* & iſta eſt communis opinio, teſte Boerio *in deciſion.* Cõis opin.

ſion.305. num.2. 4. & 5. vbi refert nonnullos Doctores contrarium aſſerentes.

4 Necnon † iudex eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis etiam ſpiritualibus annexis, vt habetur *in c. quanto, de iud.* prout eſt ius patronatus, & diximus ſupra late. Sed opinio præmemorata in principio poſita limitatur, vt laicus iudex cognoſcere non poſſit de vſuris permiſſis iure Romano, ita Bald. *in l. 1. in fin. C. de vſur.* & plenius *in Authen. ad hoc, C. eodem titul.* alios vero caſus duos, in quibus claudicat eadem communis, diſcurrit atque reſoluit Roland. *in d. conſil. 96. nu. 44. cum aliis ſeqq.*

OPINIO CCCCIII.

SVMMARIA.

1 *Iudici, cui eſt ſublata facultas condemnandi, à nouo iure corrigente antiquum, an cenſeatur prohibita authoritas abſoluendi.*

2 *Iudex prohibitus aliquem condemnare, fauore & priuilegio perſonæ condemnandæ, non prohibetur eum abſoluere.*

1 IVDICI, † ſublata facultate condemnandi à nouo iure, corrigente antiquum, non cenſetur prohibita authoritas abſoluendi, ſecundum Gloſſ. *in Clem. 1. in verb. contra eos, de hæretic.* cum qua ſentiunt omnes Canon. communiter *ibi*, & Legiſt. *in l. 3. ff. de re iud.* vt refert Claud. de Seyſſel. *in rub. ff. de acq. poſſ.* Iaſ. *in d. l. 3. n. 5. & ſeq.* & Moder. repetentes, *in l. nemo qui condemnare, ff. de reg. iuris.* & *ibi* Dec. poſt Bald. aſſignat rationem iſtius communis.

Com. opin.

In contrariam vero ſententiam, quod in materia correctoria, prohibita condemnatione, cenſeatur prohibita abſolutio, inclinauerunt Steph. Vercell. & Anchar. *in d. Clem. 1.* & ſequitur Aret. *in d. rubr. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Barthol. Soc. ibi motus tribus fundamentis, vt per eum, & Felin. *in d. cap. 3. col. 2. de re iud.* vbi ait iſtam opinionem Socin. & ſequacium eſſe communem, & cum ea videtur etiam concurrere Ripa *in d. l. 3.* vbi eam *nu. 8.* limitat, & interpretatur

Com. opin.

2 non procedere, quando † prohibetur condemnatio fauore & priuilegio perſonæ condemnandæ: tunc enim non cenſetur prohibita abſolutio, ne in odium retorqueatur, quod fuit inductum in fauorem, *l. quod fauore, ff. de legib.* & ita procedit text. *in l. quoties, C. vbi Senatores.* & *ibi* Bal.

OPINIO CCCCIV.

SVMMARIA.

1 *Iudex tenetur condemnare victum victori in expenſas, ſi petantur per partem, alias non.*

2 *Iudex poteſt, ſi velit, condemnare victum victori in expenſas, etiam non petitas, maxime ſi actor petiiſſet ius & iuſtitiam ſibi miniſtrari. nu. ſeq.*

4 *Et poteſt iudex, ſi velit, non ſolum in expenſas non petitas ante lit. conteſt. factas, ſed etiam poſt eam erogatas, victum condemnare.*

5 *Iudex non condemnans victum victori in expenſas petitas facit litem ſuam, & tenetur eas reſarcire de ſuo.*

6 *Iudex an teneatur condemnare victum victori in expenſas petitas, non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam criminalibus.*

7 *Fiſcus indebite aliquem moleſtans, poteſt & debet in expenſas condemnari.*

8 *Iuſta cauſa litigandi excuſat victum ab expenſis de iure communi; ſed Curia Romana, & Sacrum Palatium obſeruat contrarium.*

9 *Denuntiator criminis an in expenſas ſit condemnandus.*

10 *Denuntiator tenetur probare crimen.*

11 *Ad denuntiandum crimen non admittuntur inimici, nec concubinarii publici, & qui non præmonuerunt.*

12 *Iuſta cauſa litigandi excuſat etiam à pœna legali.*

13 *Victus excuſatur in tribus aliis caſibus ab expenſis remiſſiue.*

14 *Plus petens quando in expenſas condemnandus. Et quid ſi procurator plus petierit. nu. 21.*

15 *Plus petens aliquando in triplum condemnatur, ſi ſcilicet perſiſtat in petitione. nu. ſeq.*

17 *Plus petens quando in pœnam non incidat, & quando non cenſeatur plus debito petiiſſe. nu. 18.*

19 *Dolus non præſumitur niſi probetur. Et quælibet leuis cauſa à dolo excuſat. nu. ſeq.*

22 *Conuento, vbi plus debito petitum eſt, an liceat totum debitum negare.*

23 *Pœna plus petentis an locum habeat, ſi appoſita ſint clauſulæ ſalutares, & quid clauſulæ illæ operentur. nu. ſeq.*

24 *Author quomodo in hoc caſu iudicauerit, & proceſſerit contra exigentem debitum, quod eſt ſolutum.*

IVDEX † tenetur condemnare victum victori in expenſas, de iure Regni Neapol. vt *in conſtit. Dudum.* prouiſum eſt, & *ibi* Doct. & *in pragmat. Temeritatem.* & de iure etiam communi. Nam tex. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic.* arctat iudicem ad condemnandum victum victori in expenſas, vt ibi, *ſcilicet iudices victum victori in expenſas eſſe condemnandum*, & in in ſummario text. id omnes Doct. communiter admittunt, dum dicunt, quod victus victori debeat condemnari in expenſas, vt per Bart. Ang. Salyc. Paul. de Caſt. & Iaſ. 1

Com. opin.

Hocque intelligitur, & declaratur, ſi petantur expenſæ per partem: ſi vero non petantur, ad hoc non tenetur iudex, vt per alligatos Doct. & per præſtantiſſimum D. Carauitam, cum aliis aggregatis per eum, *in rit. 297. item ſeruat ipſa Curia, in prima cauſa, ſub num. 7. & ſequent.* & *per l. dict. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* licet † hoc poſſit facere iudex ſi vellet, id eſt, condemnare victum in expenſas non petitas, *per l. ædiles, §. ſciendum, ff. de ædil. edict.* ita tenent Dyn. & Bar. *in d. §. hoc autem iudicium, in 5. q.* Bald. *in l. non quicquid, ff. de iud.* Ang. & Ray. *in dict. §. ſin autem alterutra.* & *ibi* late Alexand. *num. 31.* ponunt iſtam c[illegible] communem opinionem, & Ripa *in d. §. hoc autem iudicium, nu. 81. & ſeq.* & ita ſeruatur in practica, vt tradit Imol. *in l. Paulus, in 1. col. 2. ff. de re iud.* Et eam ſimiliter ſequitur Iaſ. omiſſos Doct. citans *in l. vniuerſa, n. 4. C. de prec. Imper. offeren.* & ita obſeruatur etiam in Imperiali Camera, † maxime quando actor petiit ius & iuſtitiam miniſtrari, teſte Ioach. Mynſing *in ſing. obſer. iudicii Imperialis Cameræ, obſer. 55, aliquoties, cent. 4.* vbi ait hoc idem procedere in fructibus, intereſſe, & vſuris, vt iudex poſſit condemnare reum conuentum in ipſis rebus, etiam actore non petente, & præſertim ſi petierit debitam iuſtitiam miniſtrari, & ita ibi dicit fuiſſe deciſum in iudicio antedictæ Imperialis Cameræ, ex opinione Ant. de But. *in c. grauis, de reſtit. ſpoliat.* 2 3

Com. opin.

Et iudex † non ſolum poteſt condemnare victum victum in expenſis non petitas, factaſque ante litem conteſtatam, ſi velit, ſed etiam in expenſas factas poſt litem conteſtatam, ſecundum Gloſ. *in c. fin. de reſcript.* Bart. & omnes alios, præſertim Ripam, *in d. §. hoc autem iudicium, nu. 81.* & Octau. Veſtr. *in ſua pract. lib. 8. tit. de ſecunda, ac tertia ſententia, earumque prolatione, & fructuum, & expenſarum condemnatione, columna 6. ſub verſ.* 4

verſ. generaliter non tranſportatis actis, fol. paruo 134. vbi hoc vtiliter declarat.

5 Verum † ſi iudex non condemnet victum victori in expenſas petitas, cenſetur facere litem ſuam, & tenetur reſarcire de ſuo, ſecundum Bart. *in d. §. ſin autem alterutra, colum. fin.* & alios Doctor. *in d. §. hoc iudicium.* & illam ſententiam ſequuntur, & aiunt eſſe communem Moder. *ibi.* Maranta *in tractat. iudiciorum, in 6. part. 3. membri, nu. 12.* Curſetus *in ſingular. ſuo, in ver. Iudex, ill.* Dominus Carauita *in dictaritu 297. numer. 7.* vbi ait etiam, quod de iure Regni iudex victum victori teneatur condemnare in expenſas non petitas.

Cōis opin.

6 Et ampliatur prædicta ſententia, quod † videlicet victus victori in expenſas petitas per iudicem debeat condemnari, non ſolum procedere in cauſis ciuilibus, verum etiam in criminalibus, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum, quam citat, & declarat Hippolyt. de Marſil. *in ſua pract. criminali, in § ſuperest, nu. 1.* Socin. iun. *conſil. 36. num. 14. vol. 2.* & Grammatic. *deciſion. 39.* vbi hoc late proſequitur, & refert quoque, ita in magna Curia Vicariæ fuiſſe deciſum, & ſequitur etiam, & tuetur Ioannes Antonius de Nigris *in capitul. Regni, in cap. 216. ſi de furta, violentia, vel defenſa, nu. 12. 13. 14. & 17.* & Angel. de Vbaldis *in repetition. l. ſi vacantia, num. 259. & ſequent. Cod. de bonis vacantibus, libr. 10.* & alios complures eiuſdem ſententiæ cumulauit Dominus Carauita, celebris Iureconſultus, *in dicto ritu 297. numer. 4.* qui inhæret opinioni contrariæ, & refert illam eſſe veriorem, obſeruariq; in Regno de conſuetudine, generaliq; practica: & ratio eſt; nam in criminalibus non venit aliquo modo refectio expenſarum, *l. non ignorat.* & *ibi* Cyn. *C. de fruct. & lit. expenſ. & c. cum dilecti, de dolo & contum.*

Cōis opin.

7 Ampliantur etiam præmiſſa, † quod Fiſcus etiam poſſit, & debeat in expenſas condemnari, & eas ſoluere debeat de proprio, cum aliquem indebite vexat, & in ius vocat, vt firmat Grammatic. cum aliis aggregatis per eum, *deciſion. 60. in cauſa excellentis Comitiſſæ, nu. 21.* & ita *de anno 1572.* obtinui in facto in cauſa Reuerendi D. Iacobi Montanarii, clerici Aquilani, qui fuerat tortus, & tormentatus, non legitimis indiciis præcedentibus, & damnatus poſtmodum ad remigandum per triennium, & ad alias quamplures pœnas, per Reuerendum Vicarium Epiſcopi Aquilani: attamen commiſſa cognitione eiuſdem cauſæ, per remedium appellationis, Reuerendiſſimo Epiſcopo Marſicano, ac eius Reuerendo Vicario, per ſedem Apoſtolicam, fuit talis ſententia, tanquam iniuſtiſſima, reuocata, per eundem iudicem delegatum, ex eiſdem actis, & damnatus etiam Fiſcus in expenſas mediante meo patrocinio. 8

.Verum quidem eſt, quod ſacrum Romanum Palatium raro ſoleat condemnare Fiſcum, procuratoremque fiſcalem in expenſas: nec itidem huiuſmodi condemnationem, ita forte emanatam, contra Fiſcum exequi, atteſtante Card. Alex. *in c. inprimis, col. fin. de Epiſcop.* & quod Fiſcus in expenſas nequeat regulariter condemnari, niſi cum euidentiſſimus calumniator reperiatur, voluit cum aliis ſignatis per eum Boet. *in deciſ. 324. nu. 1.*

8 Limitantur autem prædicta, † niſi litigator habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: tunc enim iudex non poteſt eum condemnare in expenſas petitas, ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Cagnol. in *l. in alterius. ff. de regul. iur. num. 19.* & eam ſequuntur Canoniſtæ *in cap. 1. in fin. de electione in 6* & Legiſtæ *in l. qui ſolidum, § etiam, ff. de leg. 2.* & Gloſſ. *in l. 3. § ſi rem, ff. de leg. 3.* Sed Curia Romana, & Sacrum Palatium raro ſolet admittere talem iuſtam cauſam, & excuſationem, & ſic indiſtincte in omnibus caſibus condemnat victum victori in expenſas, excepto vno duntaxat caſu, cum quis per ſententiam, ex nouiter deductis reuocatam, & non ex eiſdem actis ſuccumberet, qui prius pro ſe aliam ſententiam reportaſſet, vt teſtatur, & luculenter diſcurrit Octau. Veſtrius *vbi ſupra.* Steph. Aufrer. cum coaceruatis per eum *in add. Cap. Tholoſ. in quæſt. 222. Item fuit quæſitum, an ille qui obtinuit.* vbi refert hoc communiter teneri, ac practicari. Sed præſentem materiam commodiori ordine abſoluimus *in deciſ. noſtra 47. victus, nu. 5. cum aliis ſeqq. lib. 1* & D. meus Robert. Lancell. *in tract. de attent. in 3. part. c. 31. de pœnis attentatarum, num. 131. cum aliis ſeqq.* vbi affabre explicat, & explanat, quomodo hoc procedat.

Cōis opin.

Ampliatur finaliter hæc concluſio, † quod obtineat quoque locum in denuntiatore alicuius criminis, vt & is in expenſas condemnetur, condemnarique debeat, ſi is, quem denuntiauit, abſoluatur. ita Petr. & Cyn. *in leg. ſancimus, Cod. de iudic.* & Salycet. *in leg. ea quidem, numero vigeſimo octauo, Cod. de accuſationib. & inſcriptionib. per text. in leg. ſeuriter, Cod. de excuſationib. tutorum & curatorum.* vbi notat etiam idem Salycetus *in princip.* quod nominans aliquem ad munera, vt eum redimere faciat, criminaliter puniatur, punirique debeat. nominans vero ad id, vt lite fatigetur, ad expenſas ei reficiendas, ciuiliter teneatur. Et huic opinioni, quod denuntiator maleficii, delicti, vel exceſſus, non probans maleficium, condemnetur in expenſas, aſſentiuntur etiam Card. *in Clemen. ſæpe, § final. de verborum ſignificationib.* & Bald. *in allegata leg. ſancimus.* Et nihil mirum; nam † denuntiator tenetur probare maleficium, quod denuntiat, *l. ab accuſatione, § nuntiatores, ff. ad Turpill. & l. Diuus, de cuſtod. reorum. & c. cum dilectus, de accuſat.* vbi denuntians deficiendo in denuntiatione, ſuſpenditur ab officio, & beneficio. Sed ſi hodie in huius generis cauſis omnibus obſeruaretur opinio hæc ſacroſancta contra calumniatores, maligni denuntiatores, non ita audaces forent, ad denuntiationes falſiſſimas, atque calumnioſiſſimas, nec orirentur quotidie tot pauperum innocentium clamores, & querelæ, qui poſt multa damna, & opprobria, grauesque iniurias, quas ſæpiſſime patiuntur, non cogerentur multas tolerare, & damna quamplurima indebite ſuſtinere, & cautius diſcerent viri maligni aliorum crimina, tum falſa, tum ſimulta in iudicio proponere, & in alienis calamitatibus gloriari, iuxta illud *Prouerbiarum 17. Malus obedit linguæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus, qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Vnde religioſi iudices, in caſibus, in quibus admittitur voluntarius denuntiator, ad denuntiandum maleficia, & crimina, tenentur omni cum ſtudio, & religione animaduertere ad duo neceſſaria. Primo an imputatus, attento eius ſtatu, & qualitate, potuerit crimen denuntiatum veriſimiliter perpetrare. Secundo, an denuntiator ſit odioſus, & inimicus accuſati, vel denuntiati. 9 10

Et hoc non abs re loquor, atque inſtruo, ſiquidem cum deprehendi vt iudex, innumerabilibus fere vicibus, varios denuntiatores tali morbo, & vel minima tali ſuſpicione laborare, nolui vnquam eos admittere ad huiuſcemodi denuntiationes: nam ad denuntiandum crimen † non admittuntur inimici, *c. cum oporteat, de accuſat.* Et à denuntiatione repelluntur quoque concubinarii publici, *c. cum dilecti filii, de* 11

ſis; de accuſat. prout repellitur ſimiliter denuntians,
qui non præmonuit, *c. cum dilectus, eod. tit.*

12 Item iuſta † cauſa litigandi excuſat etiam à pœna
legali, ſecundum Gloſſ. final. *in leg. ab executione, Cod.*
quorum appellat. non recip. Aret. *in leg. qui Roma, §. duo*
fratres ff. de verborum obligationibus, columna quarta. Iaſ.
in dict. §. ſin autem alterutra. Alexand. *conſilio 43. colu-*
mna 1. volumin. 6. & Dec. *in l. quod te. In vltimo notab. ff. ſi*
cer. petat.

13 Alios vero tres caſus, † in quibus victus excuſatur
ab expenſis, & in eas condemnari non debeat, ponit
cumulatiſſime diſertiſſimus D. Anton. Maria Coro-
tius *in tractat. de communi Doctorum opinione, libro ter-*
tio, titulo decimo, de pœna contra communem litigan-
tium.

14 Sed petens plus † vero debito, non eſt excuſan-
dus ab expenſis, vt ſi creditor petiiſſet centum duca-
tos, & probaſſet tantum quinquaginta, tunc enim
conuentus ab ipſo actore, abſoluendus eſt, vna cum
expenſarum victoria, *c. 1. de plus petitionibus, & l. 1. Cod.*
eodem titulo, cum aliis legibus, & authoritatibus adductis
per nos, in deciſion. 340. Iudex vigore regiæ pragmatica, nu-
mero octauo, libro ſecundo. & per Antonium Teſſau-
rum *deciſion. 231. plus debito petente, numer. 1. cum aliis ſe-*
quentib. vbi magiſtraliter tradit præſentis concluſio-
nis veras reſolutiones. Quæ concluſio adeo vera eſt,
15 vt † plus debito petens condemnari etiam poſſit in
triplum, vt eſt textus *in §. & hæc quidem, Inſtitut. de a-*
ctionibus. vbi Doctores vniuerſaliter omnes notant,
& Antoninus Teſſaurus *in eadem deciſion. 231. ſub nu-*
16 *mero ſecundo.* Hæc autem concluſio † ſine aliquo
ſcrupulo ſortitur locum, cum actor poſt litis conte-
ſtationem, ac probationem de quinquaginta duca-
tis, perſiſtit in petitione centum ducatorum, tunc e-
nim videtur, quod nullatenus pœnam euitare poſ-
ſit, quia ex iſta ſtabili, firmaque permanſione præſu-
mitur dolus, vt per Baldum *in leg. 1. in fin. C. de plus peti-*
tionibus.

17 Cæterum † concluſio hæc ita explanata non pro-
cedit primo, cum actor probando quinquaginta, re-
ſeruat ſibi ius plenius probandi, ex quo teſtes de ve-
ritate crediti informati, vſque ad ducatos centum,
reperiebantur in partibus valde remotis à iudicio. &
ideo, ſtante proteſtatione ſuper hoc in actis facta, ius
actoris remanet ſaluum, & conſeruatum, iuribus
vulgaribus.

18 Secundo dici non poteſt, † actorem plus debito
petiiſſe, cum fuit facta relatio ad ſcripturas, in qui-
bus debitum contineri dicitur, ac ad teſtes, ex qua
petitione generali, & relatione ad ſcripturam, & te-
ſtes, dici vllo modo nequit, quod actor plus debito
petierit, vti tradit in terminis Berous *conſilio centeſi-*
mo octuageſimo octauo, numero ſexto, volumine tertio. vbi
annectit etiam hanc præſumptionem eſſe ſumen-
dam, ne quis delictum incurriſſe dicatur, poſt Abb. *in*
19 *c. vnico. extra de plus petition.* Et † dolus non præſumi-
tur, niſi probetur, *l. dolum, Cod. de dolo, & l. quartes, §.*
qui dolo. & ibi Doctor. *ff. de probat. & in leg. prætor, §.*
Marcell. ff. de indic. c. ſedes Apoſtolica, in fin. & c. ex parte,
extra de reſcript. Beatus noſter Ioannes de Capiſtrano
in ſpeculo conſcientiæ, in 3. par. ſub nu. 309. in fin. verſ. ad-
uertendum eſt etiam. poſito in 1. tomo tractatuum impreſ-
ſorum anno 1584. Marc. Mantoa *conſ. 266. nu. 33. & ſeq.*
Io. Pet. Surd. *conſ. 10. nu. 39.* Corn. *conſ. 121. nu. 19. conſ. 135.*
num. 4. volum. 2. & conſil. 242. num. 12. volum. 5. Et à dolo
20 quælibet † leuis cauſa excuſat, ita Berous *in allegato*
conſilio 188. numero octauo, vbi in diuiduo dicit, non
ſufficere præſumptum dolum, in petente plus debi-
to, ſed requiri veram doli probationem, quod ap-
probat etiam Ioſeph. Ludouici *in deciſ. Vmbriæ 51. nu.*
3. & ſeq. in 1. part.

Tertio non † obtinet etiam locum præſens con- 21
cluſio, ſi non per principalem creditorem, ſed potius
per eius procuratorem fuiſſet facta petitio: tunc e-
nim contra ipſum principalem non habet locum
pœna petentis plus debito, cum procuratores non
dicantur habere mandatum, ad faciendum cadere
dominum in pœnam, vt per Alex. *conſ. 73. lib. 6.* & in
terminis per Berouum *in præcitato conſ. 188. in fin.* & Io-
ſeph. Ludou. *in d. deciſ. 51. nu. 5.*

Nec conuento etiam † à quo plus debito fuit pe- 22
titum, licet totum debitum negare, vt per Antoni-
num Teſſaurum traditur *in præmemorata deciſione*
231. & præſertim cum per actorem fuit oblatum, acci-
pere partem probatam, ita Alexand. & alii Repeten-
tes *in lege prima, §. ſtipulanti, in fin. ff. de verborum obliga-*
tionibus. vbi etiam Alciatus *numero trigeſimo ſeptimo.*
& Galliaul. *numero decimo octauo.* & Neuizan. *conſilio*
94. nu. 13.

Quarto cum in † petitione reperitur clauſula, *ſal-* 23
uo iure, ac clauſula, *omni meliori modo,* ceſſat etiam ſine
dubio omnis dubitatio, ita vt perſpicuum ſit, tunc
non habere locum pœnam plus petentis, vt per Al-
dobrandin. *in apoſtill. ad §. & hæc quidem, Inſtitut. de a-*
ctionib. Quæ clauſulæ, ſalutares appellantur, ſecun-
dum Iaſon. *eo in loco, & in §. ſi quis agens, numero tertio,*
& in §. tripli, columna tertia, Inſtitut. eodem titulo. Pur-
puratum *in leg. edita, numer. 297. Cod. de edend.* Ioſeph.
Ludouici *in dicta deciſione Vmbriæ 51. numero decimo ter-*
tio. & Neuizan. *conſilio 94. numer. 14.* Sufficit enim,
fuiſſe probatam aliquam ſummam ea narratis, in
præſenti caſu, vt per Plotum *conſ. 66. nu. 2. & ſeq.* Maz-
zolum *conſil. 15. num. 67.* Alciat. *conſ. 29. num. 26. lib. 8. ſi-*
mo 5. Berouum *conſ. 43. nu. 24. & conſ. 62. num. 9. vol. 3.* &
Nattam *conſ. 120. nu. 17. vol. 1.* Vnde in his quatuor caſi-
bus, † vt iudex ſemper iudicaui, reſeruato iure ſuper 24
reſiduo probandi actori, iuxta eius proteſtationem,
condemnandum eſſe conuentum ad ſoluendum a-
ctori ſummam probatam per eum, ac vtramque par-
tium condemnandam in expenſis. Sed cum depre-
hendi, actorem ex dolo bis voluiſſe exigere ſuum
creditum, tunc cum citaui ad informandum, & pro-
ceſſimus ad condemnationem, ſeruata forma regiæ
pragmaticæ 4. *Illuſtriſſimi Ducis Oſſuna editæ ſub die 11.*
Februarii 1585. diſponentis, quod contra petentes de-
bitum, alias ſatisfactum, ſi ſint nobiles, imponatur
pœna relegationis per triennium, ſi vero ignobiles,
pœna triremium, dummodo actores ſint principa-
les, cum quibus debitum fuit contractum, & dum-
modo de ſatisfactione conſtet, per ſcripturas publi-
cas, vel apochas, de iure validas.

OPINIO CCCCV.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus, ſeu eius familia, poteſt capere clericum, de-*
prehenſum in crimine, vel rixa, ſed debet eum ſtatim
iudici eccleſiaſtico præſentare. Secus ſi reperiretur ſi-
ne habitu clericali. nu. 3.

2 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſus iudicis*
ſecularis, formato contra clericum, de delicto ab eo
commiſſo, cum ei remittit, e clericus cum dicto pro-
ceſſu.

4 *Omnes iudices ſeculares procedentes in cauſis crimina-*
libus contra perſonas eccleſiaſticas, etiamſi prætextu
priuilegiorum id fiat, à ſede Apoſtolica excommuni-
cantur per Bullam Pii V.

IVDEX † laicus, eiuſve familia poteſt capere cle- 1
ricum deprehenſum in crimine, vel rixa, ſed
non poteſt eum detinere, imo ſtatim tenetur eum
iudici

iudici competenti eccleſiaſtico præſentare, vt ſentiunt Bart. *in l. ſi quis in ſeruitute, ff. de fur.* Bald. *in l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſc. & cler.* & omnes Canoniſtæ communiter, *in c. cum non ab homine, de iud.* vt referunt Moder. *ibi.* Cōis opin.

2 Et dato quod † iudex laicus caperet informationem contra clericum, de delicto, ab eo commiſſo; tunc iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, cum ei remittitur clericus cum dicto proceſſu, & iſta eſt communis opinio Doct. *in c. at ſi clerici, de iud.* teſte Felin. & Mod. *in ibi.* & Gram. *in conſil. criminal. 42.* & Ruino *conſ. 7. vol. 5.* Cōis opin.

3 Interpretatur † vtique hoc non procedere in clerico capto, repertoque abſque habitu clericali, ad committendum homicidium, & clericus captus ſine habitu, tempore homicidii perpetrati, dolo, & ex propoſito, non debet fori priuilegio gaudere; ideo non poteſt aliquo pacto petere remiſſionem ad iudicem eccleſiaſticum, ſecundum Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. *in c. perpendimus, de ſent. excommunicat.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boer. *deciſ. 63. nu. 16.* Cōis opin.

4 Tamen aduerte, † & caue tu iudex ſecularis ſicut ab igne, te non ingerendo, interponendo, ac intromittendo vllo modo in cauſis criminalibus clericorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum. Nam in Bulla Pii V. *lecta in die Cœnæ Domini, anno 1568.* excommunicantur, & anathematizantur omnes Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & omnes alii iudices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarii, Vicecancellarii, Notarii, Scribæ, ac quicunque executores, & ſubexecutores, omneſque alii, quoquo modo ſe intromittentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas capiendo, proceſſando, & ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à ſede Apoſtolica conceſſorum, quibuſcunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuſpublicis, Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuſcunque Potentatibus, quocunque nomine cenſeantur, quæ diſponit, illis in aliquo ſuffragari non poſſe, nec debere, reuocando prædicta priuilegia per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quouis prætextu, vel cauſa conceſſa, illaque irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore ac eſſe decernendo.

OPINIO CCCCVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus poteſt punire clericum, crimen aſſaſinii committentem abſque degradatione, ob criminis immanitatem.*

2 *De qualitate, qua fundat, aut priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare.*

3 *Propter criminis atrocitatem licitum eſt iura transgredi.*

1 IVDEX † laicus poteſt punire ſacerdotem, vel clericum, crimen aſſaſinii committentem, abſque actuali & ſolemni eius depoſitione, & degradatione, & hoc, ob criminis immanitatem, eſt proculdubio ſpeciali ratione obſeruandum, ſecundum Lamber. & alios Canoniſtas *in c. 1. de homic. in 6.* Hipp. de Marſ. *in l. vnic. nu. 107. C. de rapt. virg. & in ſua pract. crim. in §. diligenter, n. 160. & in §. examinanda, n. 25.* quorum opinionem ſequuntur, & communem eſſe aſſeuerant Lamber. *in c. 1. de heret. in 6. nu. 88.* Io. Bern. *in pract. crim. c. 91.* idemque not. Steph. Aufr. *in Clem. 1. de off. ord. reg. 1. fallent. 18.* & Gram. *in voto 8. n. 4. & ſeq.* Et hoc videtur iure cautum, ob criminis immanitatem, ſed in aliis caſibus iudex laicus debet eſſe certus, & de ſua iuriſdictione non dubitare: quia † de qualitate, quæ fundat 2
aut priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare, *l. 2. §. ſi dubitetur, de iud.* vbi Dd *per illum tex.* ita communiter tenent, & *in l. ſi quis ex aliena, eod. tit. & in c. ſuper literis, de reſcrip.* vt per Gram. *in conſ. crim. 1. nu. 53. & ſeq.* quod reperitur poſitum *in fin. ſuarum deciſ.* Adde Iul. Clar. qui hunc locum citat *in pract. crim. q. 36. verſic. item quæro, & verſic. ſed quæro.* quibus in locis plene habes hanc materiam, & per Boſſ. *in pract. crim. ſub tit. de foro compet. poſt nu. 140 & ſeqq* & per Marſ. *conſ. 9. nu. 17. lib. 1.* Et ratio omnium prædictorum ea eſt, quia propter criminis atrocitatē † licitum eſt iura transgredi, 3
vt per Innoc. *in c. 1. extr. de conſtit.* Bal *in l. 1. C. de precib. Imper. offer.* faciunt l *ſi hominem, ff. mandati, & l. ad beſtias, ff. de pœnis.* Thom. Gram. *in conſtit. regni, de perſonis clericorum, vltimo caſu, in quo iudex ſecularis contra clericum procedere poteſt, fol. 29. à tergo.*

OPINIO CCCCVII.

SVMMARIA.

1 *Iudex in ſententia diffinitiua non poteſt ſibi reſeruare in futurum, condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſed taxationem; ſecus in ſententia interlocutoria. nu. ſeq.*

3 *Delegatus non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, niſi ſit delegatus à Principe.*

4 *Delegatus à Principe poteſt exequi ſuam ſententiam.*

5 *Citatus à delegato non tenetur comparere, niſi in citatione inſeratur copia reſcripti, vel commiſſionis.*

6 *Iudex non poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuum, ſiue ei liqueat, ſiue non, ſed tantum taxationem eorum.*

IVDEX † in ſententia diffinitiua non poteſt vllo 1
pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſecundum Lanfran. *in c. quoniam contra, de probat. in c. 2. de expenſis, n. 6.* cum aliis relatis per Celſum *in add. ibi,* ſed taxationem earum ſibi reſeruare poteſt, ſecundum Cyn. & omnes communiter, *in l. terminato, C. de fruct. & lit. expen.* & Cōis opin.
Bal. *in Auth generaliter, C. de Epiſ. & cler.* & ita ſtatutum eſt in Regno Neapolitano *per pragm. exordientem, Temeritatem litigantium.* licet Bar. & male, poſt Gl. *in d. l. terminato.* ſenſerit contrarium, & Octau. Veſtr. etiam *in ſua pract. lib. 8. tit. de ſecunda, ac tertia ſententia, earumque probatione, ac fructuum & expenſarum condemnatione, col. 7. verſ. & quamuis ſupra dixerim, fol. par. 135.* refert aliquos caſus, in quibus iudex poſt latam ſententiam poteſt de expenſis cognoſcere, & de iſta communi atteſtantur Moder. *ibi,* & Lanfran. *in d. c. 2. de expen. nu. 6.* & Ioach Mynſ. *in obſ. 45. & ſi iudex. cent. 1.* vbi ait, eam obſeruari in Camera Imperiali, reiecta præmemorata opinione Bar. ſecus vero † videtur in interlocuto- 2
ria: nam per eam non deſinit eſſe iudex, ita ſentit Fel. *in c. ſignificauerunt, col. 7. ext. de excep.* & Ioach. Mynſ. in Cōis
d. obſer. 45. vbi inquit iſtam eſſe communem opinio- opin.
nem. Hoc † idem etiam dicendum eſt in delegato, 3
qui etiam non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, ſecundum Bar. & communiter Scribentes *in l. ab executore, ff. de app per tex. ibi,* & Gloſ. *in ver. preces.* niſi ſecundum præcitatos Dd. talis delegatus eſſet, qui etiam poſſet exequi ſententiam, iux. not. per Gloſ. *in l. à diuo Pio, in prin. & §. 1.* & *ibi* Bar. *ff. de re iud.* quia † delegatus à Prin- 4
cipe, non ſolum de iure canonico poteſt ſuam ſententiam exequi, *c. ſignificaſti, & c. querenti, de off. deleg.* ſed etiam de iure ciuili, *l. fin. C. de iud.* & ita tenent Dd.

Digitized by Google

6 *Æſtimatio rerum per æſtimatores electos fieri poteſt etiam poſt didicita teſtificata.*

1 IVDEX debet † deputare exploratores, ſeu æſtimatores duos, ad probandum valorem rerum, in omni caſu, etiam in caſu *l.2. C. de reſcinden. vendit.* & ad probandum damni quantitatem, & æſtimationem: qui æſtimatores omnia æſtimare debent, & referre iudici, ſecundum Bartol. *num.20.* Bald. Paul. de Caſtr. Salyc. & omnes, *in d. l.2.* vbi Cagnolus *num.258.* ſcribit, iſtam eſſe communem opinionem, & ſeruari Com. opin.
2 in practica quotidie. Adde in materia quoque, † quod damnum datum debeat æſtimari prout in tempore damni, non autem habito reſpectu ad tempus, quo ſegetes maiores fieri poterunt, ita Bald. *conſil.182. num. 2. circa medium, volum.1.* Crauett. *conſil.40. poſt num.10. volum.1.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. centur.11. caſu 149. num. 21.* Summa Angel. *in verſicul. reſtitutio. fol. 310.* & Vrſill. *in addit. Afflict. deciſio 34. num.4.* ſed aduertere ne erres in iudicando, & conſulendo in præſenti re, & in eius executione, quia rer eſt facienda æſtimatio damni illati per animalia, vt reſolutum non ambigue diſcernitur *in deciſio. noſtra 280. cuſtodes laci animalium. nu.1 cum aliis omnibus ſeqq lib.2.*

3 Et iſti † æſtimatores prius iurare debent de æſtimando bona, ſine fraude, textus eſt. & Gloſſ. Barto. Bald. & Scribentes omnes communiter *in l. hac edictali. §. hu illud C. de ſecundis nuptiis.* & hoc idem firmat Com. opin. idem Bartol. in *l. Theopompus. num.7. ff. de dote praleg. & in proœmio ſſorum colum.13.* vide Iaſon. *in l. apertiſſimi. in*
4 *fine. C. de iudiciis.* Vnde periti, † qui quotidie aſſumuntur in cauſarum diffinitionibus, vt ſecundum artis peritiam, proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur. text. & *ibi* Doctores *in c. fraternitatis, de frigid.* Abb. & alii *in c. propoſuiſti. colum. penult. de probatio.* Menoch *de arbit. iud. libr.1 quæſt.58. nu. 4.* vbi de intellectu *dict. legis Theopompus. & dict. §. hu illud.* Dec. & Iaſon in *repetit. l. admonendi. num. 237. ff. de iureiuran.* Crotus *in tract. de teſtibus. in 7. part.* vbi aſ- Com. opin. ſeuerant audacter, iſtam eſſe communem opinionem. Et hoc iuramentum quandoque ad æſtimationem peritorum, quandoque ad veritatem pertinet, præſertimq; quando rei veritas percipi poteſt ex peritia artis, vt ex agrimenſoribus, ſicuti opinatur Bald. *in dict. proœmio ff. orum. & in dict. §. hu illud.* & Deci. alios referens *in dict. c. propoſuiſti colum. penult.* & ita iſtam materiam pulchre declarabat D. Rainaldus Rodulfus Perusinus, præceptor meus, in acutiſſimis interpretationibus ſuis, cum interpretaretur Peruſu maxima cum laude *d. l. admonendi.*

5 Et his accedit hic congruenter, † quod citari debeant partes, quando iudex; vel æſtimatores proficiſcuntur ad videndum locum, vel rem ad æſtimationem faciendam, ſecundum Bartolum *in d. l. Theopompus* & Cagnol. *in d. l.2. num. 262.* Et adde Iaſon. *in §. quedam. num.77.78. & 79.* & ibi Aretin. *num.12. Inſtit. de action.* Afflict. *in conſtitu. violentias.* Anton. Gabriel. *lib.2. com. concluſ. tit. de citation. concl.1. ampliat.41 nu.186.* vbi *ſeqq. num. ampliat fol.140.*

6 Et nota vlterius, † quod etiam poſt didicita teſtificata mitti poſſint æſtimatores, & exploratores ad æſtimandum, ſecundum Bald. eleganter, *in d. l.2.* vbi Cagnolus *nu.205.*

OPINIO CCCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex neceſſario citandus eſt, cum in cauſa appellationis, quæ ventilatur coram ſuperioribus, ex officio proceſſit.*

IVDEX neceſſario † citandus eſt, cum in cauſa ap- 1 pellationis, quæ agitur coram ſuperioribus, ex officio proceſſit, ſecundum Gloſſ. *in c. cum ſpeciali. § porro. de appellat.* communiter ab omnibus Doctoribus approbatam *ibi*, quam communem ſequitur, citat, Com. opin. & non nihil declarat Deci. *in d. c. cum ſpeciali. num. 2 cum aliis ſeqq.* vbi Decius ſimiliter declarat; An omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus.

OPINIO CCCCXIV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex citari debet per ſuperiorem, ad tuendum honorem ſuum, cum agitur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam iudici, qui male iudicauit.*

IVDEX citari † debet per ſuperiores, ad tuendum 1 honorem ſuum, cum agitur de reuocatione ſententiæ, ad pœnam imponendam iudici, qui male iudicauit: ſecus vero, ſi tractetur de reuocatione ſimplici ipſius ſententiæ: tunc enim non eſt citandus, vt per Gloſſ. *in c. ſacro, de ſent. excommun.* communiter approbatam ab omnibus Canoniſtis *ibi*: quam Com. opin. communem ibi ſequitur, citat, & commendat Felyn. *colum.3.* & Boetius *in deciſion. 259 num. 2. & ſequen.* & Ioachim. Mynſinger. *in obſeruat. 82. variant Doctores centur.3.*

OPINIO CCCCXV.

SVMMARIA.

1 *Iudex promittens impunitatem delinquenti, ſi delictum confiteatur, an teneatur promiſſum ſeruare, ſi reus confiteatur.*
2 *Iudex ad inueſtigandam veritatem poteſt vti blanditiis, & cauillationibus, & ſimulare.*
3 *Pactum contra publicam vtilitatem, etiamſi iuramento vallatum ſit, non debet ſeruari.*
4 *Reus confitens ſub ſpe impunitatis, non eſt puniendus, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus, in ea perſeueret. Secus ſi extortam confeſſionem reuocaret. nu. ſeq.*
6 *Volenti non fit iniuria.*
7 *Qui iure ſuo vtitur dolum non committit.*
8 *Dolus bonus aliquando admittitur. Et quidem contra hoſtes. nu. ſeq.*
10 *Dolus bonus non obligat doloſum.*

IVDEX promittens † liberationẽ, impunitatemq; delinquenti, ſi delictum confiteatur delinquens, iudex non tenetur huiuſmodi promiſſionem obſeruare. imo ex tali confeſſione, non obſtante promiſſione impunitatis eidem facta, poteſt poſtea illum condemnare, & excuſatur, ſecundum Præpoſit. Alexandr. & Dom. de Sanct. Gemin. *in c. ſi quilibet. & in c. vtilem, 22. q.2.* Felyn. *in c. accedens. il 2. vt lite non conteſt. & in c. afferre mihi gladium. colum. 2. de præſumpt.* Domi. poſt Vguti & Archidiac. *in c. nos in quemquam. in ſin. 2. q.1. per text. in c. vtilem, 22. quæſt. 2.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Hierony. Cochalon. *in addit. ad* Com. opin. *Deci. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur.* & Modet. *in d. c. afferte mihi gladium.* Quæ communis ratione non caret:
Nam † iudex, ad inueſtigandam veritatem, poteſt vti 2 cauillationibus, ac etiam ſimulare, vt probatur *in d. c. afferte mihi. & in c. non enim volebat Deus, 22. quæſt. 2.* & propter vtilitatem publicam, ad bonũ finem permiſſa ſit ſimulatio. *d. c. vtilem.* Comprobatur quoque ſecundo loco, & fortius, videlicet, quod in malis promiſſis non expediat fidem obſeruare, *cap. in malis promiſſis. de regul. iuris. libr. 6.* Hinc eſt, † quod dicta pa- 3 cta contra publicam vtilitatem, etiamſi iuramento vallata ſint, ſeruari non debeant, vt dicit Bartolus *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. & in l. 1. §. 1. de dolo.* Tertio

compro-

comprobatur dicta communis, quod non referat quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur, *l. cum ſeruus ff. de verbo. obligat.* Poſtremo fulcitur iſta communis: Nam ſi licet excoriare, torquere, & alia nonnulla in corpore hominis fieri pro veritate habenda, tanto magis blanditiis, & bonis verbis, ſecundum Archidiac. *in d. c. vtilem.* & alios *in locis praecitatis.* Imo iudex poteſt delatũ de crimine, ad pœnam damnare ea ſola confeſſione, quam ab eo, promiſſa criminis impunitate, extorſit, & de iure id permiſſum iudici eſſe abſque vllo peccato, aſſeruerunt Archidiac. *in d. c. vtilem.* Domin. poſt Archid. *in d. c. nos in quemquam.* Fely. *in praecitatis locis. in c. afferte. & in c. accedens.* Par. de Puteo *in tract. ſyndicat. c. ſaluum conductum. fol. 95. & c. de tortura. verſ. & aduertendum eſt.* & Catelli. Cotta *in ſuis memoralib. in memor. in verſ. dolum bonum.*

In contrariam vero partem inclinauerunt complores Doctores, videlicet, quod iudex teneatur dictam promiſſionem, & fidem ſeruare, Iacob. de Beluiſ. *in ſua practic. crimin. in rubric. de quaeſtion.* vbi admonet iudices vt abſtineant à praedictis perſuaſionibus in ſpecie, ſed generaliter interrogent, quod crimen commiſerit, & ſententiam iſtam ſequitur etiam, & audacter fatetur eſſe veriorem Deci. & Cagnol. *num. 20. cum aliis ſeqq. in d. l. ea eſt natura.* vbi Hiero. Cuchalon. *in addit. ad Dec.* Grammat. poſt alios relatos per eum, *in quaeſt. 3. per tot. quae reperitur in fine ſuarum deciſionum.* & ita Ioann. de Imol. *conſil. 109 viſa inquiſitione.* & iſtam vltimam ſententiam videtur ſecutus Fortunius *in l. conuentionum. col. 4. ff. de pact. in q illa, an iudex, qui promiſſa impunitate criminis, coegit à loco ſacro diſcedere, & ſecum ire delinquentem, teneatur ei fidem ſeruare, &c.*

4 Sed in iſta ambiguitate, † & in tot variis iuris interpretum ſententiis pro materia reſoluenda, vnum explicite praemittendum eſt, quod ex dicta confeſſione reus puniendus non ſit, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret, tenent eleganter Ioan. de Imol. *in dict. conſil 109.* Deci. *in dict. l. ea eſt natura circa fin. & in l. vnica. C. de ſentent. quae pro eo quod intereſt. nu. 25.* Marſil. *in l. 1. num 15. ff. de quaeſtion. & in ſingul. 101 & 477.* Alciatus *in l. natura cauillationis. ff. de verbor. ſignifi.* Grammat. *in dict. quaeſtio 3.* Fortunius *in dict. l. conuentionum column. 4.* & *ibi* expreſſius Duarenus *column. 3.* Iacob. de Belui. *in alleg. practic. crimin. in tit. de quaeſtio. num. 140.*
5 Si tamen † criminis reus, confeſſionem ita extortam reuocet, abſque aliquo dubio opinor eum non poſſe, nec debere ex ea damnari; & ita hanc vltimam opinionem veriorem eſſe arbitror, quae placet Par. de Puteo, *in tract. ſyndicat. in c. de tortura. in verſ. ſequitur quaeſtio quotidiana. fol. 120. column. 1.* Sed ſi in confeſſione, fruſtratus ſpe promiſſionis, reus perſeuerauerit, damnari poterit ex mente omnium Doctorũ communiter, qui quaeſtionem hanc tractauerunt; & ita opiniones ſupra relatae ad concordiam reduci poſſunt.

Cõis opin.

6 Et praeſentem diſtinctionem, † tanquam putiſſimam, vidimus poſtea nonnihil etiam commẽdatam per Marc. Ant. Blanc. *in pract. crimin. in rub. ſeu tit. datu defenſionibus per procuratorem reo. n. 30. & ſeqq.* Quae iuſtificari facile poteſt hac palpabili ratione: nã ſcienti, & volenti non fit dolus. *reg. ſcienti. lib. 6. l. cum donationis.* & *ibi* Bart. *C. de tranſactio. l. venditor.* & *ibi* Bald. *C. de reſcin. vend. l. in ſumma. ff. de condict. ob cauſam. l. quaeritur. §. ſi venditor. ff. de aedil. edict.* Specul. *de dolo, & contum. §. 1.*
7 Secundo ſuſtinetur quoque haec diſtinctio, † & concordia ita adducta; quod non committat dolum iudex in re praeſenti, cum vtitur iure ſuo, *l. merito. ff. pro ſocio. & l. nullus. ff. de reg. iur.* Quod ſine ſcrupulo aliquo procedit in praeſenti caſu, & verum eſt, cum inquiſitus ita confitendo delictum ſuum, & perſeuerando in eius confeſſione, expreſſe declarat, ſe viurum iure ſuo, *l. ex hoc edicto § fin. ff. de iudic.* Et tanto amplius, quod † non ſimus in dolo malo, ſed potius in bono, 8
quia reperitur bonus dolus, & malus, *l. 1. ff. de dolo* Gl. & Dd. *in c. fin. de offi. cuſtod.* Corne. *conſ. 52 vol. 2.* Summa Angelica *in ver. dolus. §. 1.* & S. Thom. *in 2. 2. qu. 55. art. 4.* vbi interpretatur huiuſmodi dolum bonum, & licitum pertinere ad aſtutiam, & ſolertiam. Qui dolus † bonus etiam locum habet contra hoſtes, vt 9
per Dd. *in l. 1 ff. de dolo. & in c. in mandatis. 43. diſt.* & per praeſtantiſſimum, ac decoratiſſimum D. Alex. Raudenſem, *conſ. 50. n 626 vol. 1.* vbi expreſſe quidem concedit, cum aliis aggregatis Dd. per eum, quod dolus bonus, etiam cum iudiciis ſit licitus contra hoſtes. Quarta denique ratio poteſt allegari † etiam robuſtiſ- 10
ſima pro ſuſtentatione praeſentis ſpeculationis, quod bonus dolus non obliget doloſum, ita Corn. *conſil 8. volum. 3.*

OPINIO CCCCVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerum minorũ, vel Eccleſiae, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſae cognitionem, an ei credatur.*

2 *Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletorum, cauſa cognita, non creditur.*

3 *Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi non creditur.*

4 *Iudicis aſſertioni, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſae cognitione, ſtandum, non eſt. n. 5.*

6 *Alienatio rei minoris, vel Eccleſiae, requirit neceſſario cauſae cognitionem.*

IVDEX interponens † decretum ſuper alienationẽ rerum minoris, vel Eccleſiae, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe 1
plenam cauſae cognitionem, eius aſſertioni non adhibetur fides, ſecundum Paul. de Caſt. *conſil 38. vol. 2. per l. ſi forte. ff. de caſt. pecu. & l. ſi donatione. C. de collatio.* vbi late Modern. & Paul. Caſtr. ſequitur Deci. *conſil. 556. colum. 1.* Marſil. *in ſingul. 399.* Rebuff. *ſuper concord. in titul. de concluſione Lateranen. Concil. colum. 1.* & Iaſon *in l. nec quicquam. §. vbi decretum col. 12. ff. de offic. procõſ.* Et comprobatur hoc ex eo, † quod ſcribit Iaſ. *in repet.* 2
l. admonendi col. 7. ff. de iureiurand. vbi dicit, quod non credatur iudici, aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita: cum abſque cauſae cognitione deferre non poſſit. Corroboratur ſimul et iſta doctrina Paul. de Caſt. per ea, † quae notat Ange. *conſ.* 3
107. in fin. vbi dicit, quod non credatur iudici, dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalũ talis ſequeſtratio fieri non poteſt, & Ang. ſequitur Dec. *conſ. 366. col. pen.* Ad idem † facit dictum Bart. *in l. omnem* 4
C. ad Tertul. vbi ait, quod non ſtetur ſoli aſſertioni iudicis, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſae cognitione: quod dictum pro notabili refert, & ſequitur Iaſ. *in conſ. 149. col. 3 volu 2.* Et alibi ſcribit Dec. *in c. quae in Eccleſiarum. colu. 13. de conſtit.* quod non † credatur 5
iudici ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, in qua fundamentũ ſuae poteſtatis conſiſtit. Praeterea praecitatum dictum Paul. de Caſt *in d. conſ. 38.* ſequitur etiam Fely. *in c. Eccleſia Sanctae Mariae colum. 8. de conſtit.*

Sed contra Paul. de Caſtr. *in d. conſil. 38.* aſſerit audacter eſſe communem opinionem Socin. *conſil. 13. circa primam quaeſtionem vol. 1.* & contra Paul. de Caſtr. tenent etiam Modern. omnes, *in c. quoniam contra. de probatio.* Alexand. *in l. ſciendum col. 7. ff. de verb. obligat.*

Cõis opin.

à qua

maledictis, ſed legibus, vt aduertit fons legum, & eloquentiæ vberrimus, præceptor meus, D. Rainaldus Ridolfius, qui nullum certe doctrinæ genus creditur ignoraſſe, *in ſua elegantiſſ. orat. in oration. 1. pro pupillo, ſub nu. 17. cum aliis ſeqq.* & eo commodius etiam, cum *in præmemorato tractatu meo, de peccato*, explicabitur ad ſummum qualitas eorum bifurcatæ, ſerpentinæque linguæ.

57 Itaque † ego infelix peccator redeundo illuc, vnde non decuit prius abire, concludo, quod ſimiliter præcauendum ſit etiam à Zaſio, tanquam ab igne, *in 2. lib. reſponſorum, c. 4.* vbi temere deducit, & probare conatur, quod opiniones communes plerunque falſæ reperiantur: quia iudices, vt ſupra docuimus, quamprimum vident communem opinionem, ſan-
58 ctum non putant ab ea diſcedere. Imo ipſas † opiniones communes ſemper in omnibus meis lucubrationibus veriſſimas reperi, & fundatas in viſceribus legis, imo in anima eiuſdem legis, & in ſolidis rationibus: ideo non immerito vere à Spiritu ſancto inſtructus Alciatus religioſe more ſuo appellat ipſas communes opiniones ſacroſanctas *in lib. 4. parerg. c. 17.*

59 Et hinc eſt, † quòd paria ſint, contra legem, vel communem opinionem Doctorum iudicare, & vtroque caſu cenſetur ſententia ipſo iure nulla, vt not. Bar. *in d. l. cum prolatis.* & *ibi* Moder. & Ripa *in l. dies, §. hoc autem iudicium, nu. 107. ff. de damno infecto.* & alii congeſti per Ioan. Neuizanum *in ſylua nupt. lib. 5. nu. 91.* & Franciſ. Coſcius *in d. c. 1. de conſtit. num. 27.* quamuis *ibi* Felin. *col. fin.* videatur tenere contrarium, dum voluit, quod ſententia, contra communem opinionem Doctorum lata, quaſi ob expreſſum iuris errorem, non ſit nulla, & allegat hoc tenuiſſe Ang. poſt Imol. & Doct. *in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verbor. oblig.* & huic vltimæ opinioni inhæret etiam Cagnolus
Cōm. *in d. l. 1. ff. ſi cer. pet. num. 157.* & hoc communiter teneri
opin. ſcribunt Iaſ. *in d. l. cum prolatis.* & Geatus *in d. conſil. 77. ſub nu. 14. vol. 2.* Et denique iſta eſt veritas ipſa: nam Bart. *in d. l. cum prolatis.* dum allegatur pro contraria parte affirmatiua, videtur expreſſe concurrere cum hac vltima ſententia communi, vt ibidem explanant, & inſimul aduertunt Alex. *nu. 5.* & Iaſ. *nu. 12.* & ita firmant. Sed Ioan. Neuiz. *in ſua ſylua nupt. lib. 5. num. 91.* videtur plurimum dubitare de opinione hac, & contra eam quamplura fundamenta adducit.

160 Et in tantum † poſtremo iudex tenetur ſecundum opinionem iudicare, ex rationibus ſuperius adductis, vt quodammodo ſit ponere os in cœlum, & temerarium ab ea recedere in iudicando, & conſulendo, etiamſi videatur caſus legis in contrarium; ita in ſpecie firmat Alexand. *in l. ſi conuenerit, ſub nu. 12. de re iudic.* & præſertim, cum ratione non deſtituamur,
61 ſecundum eundem *ibi.* Nam, † vt patefacit Alex. *in l. Gallus, §. ſi etiam, in 2. not. ff. de liber. & poſthum.* vbi claram habemus deciſionem, non eſt quærendum de ratione.

Et communis opinio adeo habetur pro vera, vt is,
62 qui † eam in iudicio contenderit, & contra eam litigauerit, ſit abſque exceptione in expenſis condemnandus, vt efficax teſtimonium eſt Ant. de Bur. *nu. 21.* & Abb *n. 25. in c. finem litibus, de dolo & contum.* Alex. *in l. properandum, §. ſin autem vtraque, C. de iudicii.* & Marcus Ant. Natta *conſ. 149. veriſſima fuit concluſio, nu. 9. vol. 1.* & Ant. Maria Coratius *in tract. de com. opin. Dd. libra titul. 10. nu. 2. cum aliis ſeqq.* quem, pauci ſunt dies, comperi, & poſtquam adduxiſſem præcitatos Doctores, comprobantem opinionem iſtam multis efficaciſſimis rationibus.

OPINIO CCCI[illegible]

SVMMARIA.

1 *Iudex an tenetur exprimere cauſam in ſententia.*
2 *Sententia penitus vitiatur, ſi inepta cauſa per iudicem expreſſa ſit.*
3 *Præſumptio iuris eſt pro iudice, niſi cauſa in ſententia inepta expreſſa ſit. nu. 4.*
5 *Iudice aſſerente in ſententia, aliquid fuiſſe probatum per duos teſtes, referendo ſe ad acta, ſi conſtet de errore iudicis, ſententia erit nulla.*
6 *Iudex motus ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis, vna faciente ad cauſam, altera vero non, ſuſtinetur ſententia ex ea, quæ facit ad cauſam.*
7 *Iudice exprimente falſam cauſam in ſententia tum adiectione dictionis, maxime, ſuſtinetur ſententia, cum ex actis appareat de alia legitima cauſa.*

IVDEX † non tenetur exprimere cauſam in ſententia, *c. ſicut, de re iud.* & *l. in ſummo. ff. eod. titul.* & ita 1
tenet Gloſſ. *in l. ſi me & Titium, ff. de except. rei iud.* imo eam exprimendo fatuus cenſetur, *l. 2. §. vigorem, ff. de his, qui notan. infam.* notat Gloſſ. *in l. properandum, §. illo, C. de iud.* & habetur per Io. And. & alios *in d. c. ſicut.* & per Bart. *in l. qui Romæ, § duo fratres, ff. de verbor. oblig.* & Papien. *in ſua pract. in forma ſententiæ diffinitiuæ, in Gloſſ. relaxandum, nu. 4.* & Corn. *conſ. 345. nu. 3. vol. 1. & conſ. 89. nu. 4. vol. 3.* Quin etiam † ſi iudex cauſam ineptam 2
in ſententia exprimeret, dicta ſententia penitus vitiaretur, ſecundum Felin. *in c. cum ordinem, col. 1. ext. de reſcript.* Innocen. & alios Doctores communiter, *in c.* Cōm.
in præſentia, de renunciat. & *in l. ſi is ad quem, ff. de acqui-* opin.
ren. hered. & iſtam opinionem communem ſequitur, & citat Cur. iun. *in l. 1. nu. 33. ff. ſi cer. petat.* Et † ratio i- 3
ſtius communis videtur hæc: quia iudex releuatur à iure ab expreſſione cauſæ in ſententia, illud eſt, propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro ipſo iudice, *d. c. in præſentia, & l. 2. C. de offic. eiu. iud.* quem quidem text. ad hoc ſingularem, & meliorem de iure dicit Barbat. *in tractat. de præſtan. Cardin. 1. q. 1. par. col. 6.* Sed quando † exprimit cauſam in ſententia ineptam, 4
aut minus legitimam; tunc ſumus in caſu claro, quod iudex male iudicauerit, & ſic ceſſat præſumptio in re clara, quæ eſt pro iudice, *l. continuum, § cum ita, ff. de verbor. oblig.*

[illegible] hic, † quod quando iudex aſſerit 5
in ſententia, probatum fuiſſe aliquid per duos teſtes, ſe referendo expreſſe ad acta: tunc ſi conſtaret de errore iudicis, ſententia eſſet nulla, ſecundum commu- Cōm.
nem opinionem omnium Doctur. quam citat, & ſe- opin.
quitur Dec. *in c. quoniam contra, nu. 158. de probation.* & Moder. *ibi.*

Limitatur † primum iſta communis per Ant. de 6
Butr. *in c. per tuas, extr. qui filii ſint legit.* vbi per illum text. concludit, quod ſi ad ferendam ſententiam ex duabus cauſis iudex moueatur, quarum vna ad cauſam faciat, altera non, ſuſtinebitur ſententia ex ea quæ facit ad cauſam, cum alias redderetur nulla, ſi vna tantum ratio fuiſſet expreſſa, *c. ex parte, & c. dilectus, de conceſſion. præben.* & hoc idem ſequitur Innoc. *in d. c. in præſentia.* Imol. *in l. ſi plagii, & in l. quod dicitur, col. 10. ff. de verb. oblig.* Ant. & Abb. *in c. 1. & in c. cum inter, de re iud.* Alex. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & in l. ſi is ad quem, poſt Rom. ff. de acquiren. hered. cum aliis concordan.* de quibus per eum, & Moder. *in dictis locis.*

Limitatur † ſecundo loco præcitata communis 7
per doctrinam Iacob. Butrig. *in l. 2. §. ignominia, ff. de his, qui notan. infam.* vbi voluit, quod ſi iudex expreſſerit falſam cauſam in ſententia, per quam ſententia redde-

redderetur nulla, cum adiectione dictionis, *maxime*, ſuſtinebitur ſeotentia: quoniam ad illam cauſam duntaxat non cenſetur iudex ſe aſtrinxiſſe, & iſtam doctrinam ſequitur Abbas *in cap. ſicut, de re iud. & in c. ex parte Aſtenſis, circa fin. de conceſſion. preben. & in c. ex literis, de reſtitut. ſpoliat.* & Alexao. *in d. §. duo fratres, char. 10.* & hoc dictum Iacob. Butrig. procedit, quaodo ex actis appatet de alia legitima cauſa: tunc enim iudex, exprimendo cauſam falſam, appoſita dictione, *maxime*, veriſimiliter ad illam cauſam legitimam, quam non expreſſit, reſpexiſſe videtur, & ita declarat Domin. *in c. venerabilem, §. fin. de ſent. excom. in 6. & in c. in tantum, circa fin. 21. diſt.* Imol. & Ant. *in c. ex parte, de renun. & in c. ab excommunicato, col. pen. de reſcrip.* & Rom. *in l. ſi is ad quem, ff. de acquiren. hered.* & iſtam dicit eſſe communem opinionem Ruinus *conſil. 63. nu. 15. vol. 1.* Cõis opin.

OPINIO CCCC.

SVMMARIA.

1 *Iudex an poſſit interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris.*
2 *Iudex poteſt exequi ſententiam prædeceſſoris abſque mandato.*
3 *Iudex alterius tribunalis an poſſit exequi ſententiam alterius iudicis.*
4 *Sententia lata ſuper executione ſententiæ, eſt interlocutoria.*

1 IVDEX † ſuccedens in officio, poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris, ex coniecturis, & aliis, quæ percipere poteſt ex agitatis coram prædeceſſore, ſecundum Bar. Ang. Imol. & alios Dd. communiter, *in l. ab executore, ff. de appell.* ſecus vero ſi ipſe ſucceſſor vellet interpretari dictam ſententiam ex ſuo ſenſu mero, ſecundum Imol. ibi, ſaluantem cootrariam opinionem Bal. *in l. 2. C. de ſentent. ex breu. recit.* & iſtam communem celebrant, ſequuntur, & citant Dd. *in d. l. ab executore.* Cõis opin.

2 Et ſimiliter, † iudex ſuccedens in officio, poteſt exequi ſententiam abſque mandato prædeceſſoris: quia videtur idem iudex, vt per Bar. *in l. à diuo Pio, §. ſententiam Romæ, ff. de re iud.* cuius opinioœm communiter ſequuntur Dd. vt per Soc. *in ibi, nu. 16.* Cõis opin.

3 Amplia hoc in tantum procedere, † quod iudex etiam alterius tribunalis habet facultatem ſententiam alterius iudicis exequendi, ſi ad eum pertineret executio iſta, de iure communi, ſeu ſtatutario; ſecus vero, ſi non haberet huiuſmodi executionem de iure communi, vel municipali, quoniam tuoc id non poſſet ſine literis iudicantis, vt per Bart. & omnes *in d. §. ſententiam Romæ.* vbi Soc. alios referens ſcribit *nu. 17. & ſeq.* iſtam eſſe communem opioiooem. Cõis opin.

4 Ex his additur congruenter hic, † quod ſententia lata ſuper executione ſententiæ, ſit interlocutoria, ſecundum Dd. communiter, *in l. ab executione, C. quorum appellatio.* & Ripa *in l. quod iuſſit, n. 43. ff. de re iud.* licet Iacob. Butrig. *in d. l. ab executione.* & male, concedat præmemoratam ſententiam diffioitiuam eſſe. Et huic opinioni communi aſſentitur quoque Iacob. Nouell. *in tract. regul. reg. 197.* & vide etiam alia quamplurima pro eadem opinione *infra in opin. 774. in prin.* Cõis opin.

OPINIO CCCCI.

SVMMARIA.

1 *Iudex eccleſiaſticus, qui fuit aditus pro abſolutione à iuramento, erit poſtmodum iudex in cauſa principali.*
2 *Iudex aditus ſuper præparatoriis manet iudex in cauſa principali.*

IVDEX † eccleſiaſticus ſi aditus fuerit ſuper abſolutione à iuramento in contractu vſurario, ſeu ſimulato, ad effectum poſtea agendi ſuper ſimulatione contractus, abſolutiooe obtenta, non poteſt coram alio iudice de ſimulatione agi, ſed coram eodem iudice id petere oeceſſe eſt, ſecundum Bal. ſingulariter, *in l. ordinarii, colum. 1. C. de rei vendic.* cuius doctrioa communiter eſt recepta per omnes Doctor. *in l. quoties, C. de iudic.* & præſertim per Alex. *ibidem, nu. 4.* vt expoſuerunt Moder. *in rub. ext. de iudic. & in rubr. C. de eden.* vbi vna voce omnes fatentur, opinionem Bald. communiter approbatam eſſe, non obſtantibus traditis per Paul. de Caſt. *in d. l. ordinarii.* & opinionem iſtam Bald. tanquam communem defendit, & tuetur à morſibus Dec. *in d. rub. de iud.* Curt. iunior *in prælecta rubr. C. de eden. num. 14. vſque ad nu. 22.* & ibi etiam Cagnolus, *num. 35. cum aliis ſeqq.* vbi monet, ab iſta opinione Bal. & communi non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando. Hinc Alex. *conſil. 58. num. 7. 8. 9. vol. 1.* firmauit, quod ſi coram alio iudice ſit petitæ exhibitio † alicuius ſcripturæ, vel inſtrumenti, quod iudex, qui fuit aditus in iſto præparatorio exhibitionis ſcripturæ, remanebit iudex in cauſa principali, & ſic in iudicio præparato. 1 Cõis opin. 2

OPINIO CCCCII.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa vſuraria, ſed contrarium ſeruatur in Regno Neapolitano.*
2 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis, etiamſi inter laicos agitentur.*
3 *Iurans falſum coram iudice ſeculari, non poteſt ab eo puniri, ſed à iudice eccleſiaſtico.*
4 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam in cauſis ſpiritualibus annexis.*

IVDEX † laicus de cauſa vſuraria non poteſt cognoſcere, ſecundum Bart. *in l. quoties, C. de iudic.* quem ſequitur vltra alios ibi Alexan. & Iaſ. *colum. 2. & ſequent.* aſſereotes, iſtam eſſe communem opinionem, & omnes Doctor. *in l. Titia, ff. ſolut. matr.* & Hieronym. Gratus *conſ. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum, ſub num. 7. vol. 3.* in Regno vero Neapolitano ſeruatur contrarium, per literas Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra vſurarios, & notant Lallus de Tuſcia *num. 2.* & alii omnes Scribent. Regnicolæ *in conſtitutione vſurariorum, lib. 1.* Et licet aliqui Doct. videantur aſſerere contrarium, quod Priocipes ſeculares ſtatuere nequeant ſuper vſuris, ſeu cauſis vſurariis; tamen Dec. *conſ. 170. col. fin.* & Rol. à Valle *conſ. 96. viſo inſtrumento, nu. 50. & ſeq. vol. 2.* conſuluerunt contrarium. 1 Cõis opin.

Imo de iure communi † iudex eccleſiaſticus cognoſcit de omnibus cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis ad Eccleſiam ſpectantibus, etiamſi inter laicos agitentur, prout eſt cauſa vſurarum, cauſa matrimonii, cauſa iuramenti, & legitimationis filiorum, & ſic de aliis ſimilibus, ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, vt eſt text. *in c. tuam, de ord. cogn.* & *ibi* per Abb. *& in c. lator. qui filii ſint legit.* & Doctor. *in l. omni nouatione, C. de ſacroſanct. eccleſ.* & not. etiam Bart. *in d. l. quoties, & in l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud.* & idem tenet Ang. *in §. ſi quis autem pro pecuniaria, in Auth. de ſanctiſ. Epiſcop.* reprobata ibi communiter Gloſſ. per ipſum, & per allegatos Doctores, quæ aliter ſentiebat. Hinc eſt, quod † iurans falſum coram iudice ſeculari, non poſſit ab eo puniri, sed ab eccleſiaſtico, ſecundum Bald. *in l. fin. C. de noui oper. nunt. & in l. cum proponas, in q. fin. eod. titul.* & iſta eſt communis opinio, teſte Boerio *in deci-* 2 Cõis opin. 3 Cõis opin.

ſion.305.num.2.4.& 5. vbi refert nonnullos Doctores contrarium aſſerentes.

4 Necnon † iudex eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis etiam ſpiritualibus annexis, vt habetur *in c. quanto, de iud.* prout eſt ius patronatus, & diximus ſupra late. Sed opinio præmemorata in principio poſita limitatur, vt laicus iudex cognoſcere non poſſit de vſuris permiſſis iure Romano, ita Bald. *in l.1. in fin. C. de vſur.* & plenius *in Authen. ad hoc, C. eodem titul.* alios vero caſus duos, in quibus claudicat eadem communis, diſcurrit atque reſoluit Roland. *in d. conſil.96. nu. 44. cum aliis ſeqq.*

OPINIO CCCCIII.

SVMMARIA.

1 *Iudici, cui eſt ſublata facultas condemnandi, à nouo iure corrigente antiquum, an cenſeatur prohibita authoritas abſoluendi*

2 *Iudex prohibitus aliquem condemnare, fauore & priuilegio perſonæ condemnandæ, non prohibetur eum abſoluere.*

1 IVDICI, † ſublata facultate condemnandi à nouo iure, corrigente antiquum, non cenſetur prohibita authoritas abſoluendi, ſecundum Gloſſ. *in Clem. 1. in verb. contra eos, de hæreticis.* cum qua ſentiunt omnes Canon. communiter *ibi*, & Legiſt. *in l.3. ff. de re iud.* vt refert Claud. de Seyſſel. *in rub. ff. de acq. poſſ.* Iaſ. *in d. l.3. n.5. & ſeq.* & Moder. repetentes, *in l. nemo qui condemnare, ff. de reg. iuris.* & *ibi* Dec. poſt Bald. aſſignat rationem iſtius communis. Com. opin.

In contrariam vero ſententiam, quod in materia correctoria, prohibita condemnatione, cenſeatur prohibita abſolutio, inclinauerunt Steph. Vercell. & Anchar. *in d. Clem. 1.* & ſequitur Aret. *in d. rubr. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Barthol. Soc. ibi motus tribus fundamentis, vt per eum, & Felin. *in d. cap.3. col.2. de re iud.* vbi ait iſtam opinionem Socin. & ſequacium eſſe communem, & cum ea videtur etiam concurrere Ripa *in d. l.3.* vbi eam *nu.8.* limitat, & interpretatur Com. opin.
2 non procedere, quando † prohibetur condemnatio fauore & priuilegio perſonæ condemnandæ: tunc enim non cenſetur prohibita abſolutio, ne in odium retorqueatur, quod fuit inductum in fauorem, *l. quod fauore, ff. de legib.* & ita procedit text. *in l. quoties, C. vbi Senatores.* & *ibi* Bal.

OPINIO CCCCIV.

SVMMARIA.

1 *Iudex tenetur condemnare victum victori in expenſas, ſi petantur per partem, alias non.*

2 *Iudex poteſt, ſi velit, condemnare victum victori in expenſas, etiam non petitas; maxime ſi actor petiiſſet ius & iuſtitiam ſibi miniſtrari. nu. ſeq.*

4 *Et poteſt iudex, ſi velit, non ſolum in expenſas non petitas ante lit. conteſt. factas, ſed etiam poſt eam erogatas, victum condemnare.*

5 *Iudex non condemnans victum victori in expenſas petitas facit litem ſuam, & tenetur eas reſarcire de ſuo.*

6 *Iudex an teneatur condemnare victum victori in expenſas petitas, non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam criminalibus.*

7 *Fiſcus indebite aliquem moleſtans, poteſt & debet in expenſas condemnari.*

8 *Iuſta cauſa litigandi excuſat victum ab expenſis de iure communi; ſed Curia Romana, & Sacrum Palatium obſeruat contrarium.*

9 *Denunciator criminis an in expenſas ſit condemnandus.*

10 *Denunciator tenetur probare crimen.*

11 *Ad denunciandum crimen non admittuntur inimici, nec concubinarii publici, & qui non præmonuerunt.*

12 *Iuſta cauſa litigandi excuſat etiam à pœna legali.*

13 *Victus excuſatur in tribus aliis caſibus ab expenſis victoriæ.* [?]

14 *Plus petens quando in expenſas condemnandus. Et quid ſi procurator plus petierit. nu.21.*

15 *Plus petens aliquando in triplum condemnatur, ſi ſcilicet perſiſtat in petitione. nu. ſeq.*

17 *Plus petens quando in pœnam non incidat, & quando non cenſeatur plus debito petiiſſe. nu.18.*

19 *Dolus non præſumitur niſi probetur. Et quælibet leuis cauſa à dolo excuſat. nu. ſeq.*

22 *Conuento, vbi plus debito petitum eſt, an liceat totum debitum negare.*

23 *Pœna plus petentis an locum habeat, ſi appoſitæ ſint clauſulæ ſalutares, & quid clauſulæ illæ operentur. nu. ſeq.*

24 *Author quomodo in hoc caſu iudicauerit, & proceſſerit contra exigentem debitum, quod eſt ſolutum.*

IVDEX † tenetur condemnare victum victori in 1
expenſas, de iure Regni Neapol. vt *in conſtit. Dinorum.* prouiſum eſt, & *ibi* Doct. & *in pragmat. Temeritatem.* & de iure etiam communi, Nam tex. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic.* arctat iudicem ad condemnandum victum victori in expenſas, vt ibi, *ſcian. iudices victum victori in expenſas eſſe condemnandum*, & ita in ſummariis text. id omnes Doct. communiter admittunt, dum dicunt, quod victus victori debeat condemnari in expenſas, vt per Bart. Ang. Salyc. Paul. de Caſt. & Iaſ. Com. opin.

Hucque intelligitur, & declaratur, ſi petantur expenſæ per partem: ſi vero non petantur, ad hoc non tenetur iudex, vt per allegatos Doct. & per præſtantiſſimum D. Carauitam, cum aliis aggregatis per eum, *in ritu 297. item ſeruat ipſa Curia, in prima cauſa, ſub num 7. & ſequent. & per l. dies, §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* licet † hoc poſſit facere iudex ſi vellet, id 2
eſt, condemnare victum in expenſas non petitas, *per l. ædiles, §. ſciendum, ff. de ædil. edict.* ita tenent Dyn. & Bar. *in d. § hoc autem iudicium, in ſeq.* Bald. *in l. non quicquid, ff. de iud.* Ang. & Ray. *in dict. §. ſin autem alterutra,* & *ibi* late Alexand. *num.31.* ponunt iſtam cõ. communem opinionem, & Ripa *in d. §. hoc autem iudicium, nu.81. & ſeq.* & ita ſeruatur in practica, vt tradit Inſol. *in l. Paulus, la 1. col. 2 ff. de re iud.* Et eam ſimiliter ſequitur Iaſ. multos Doct. citans *in l. vniuerſa, n.4. C. de prec. Imper. offeren.* & ita obſeruatur etiam in Imperiali Camera, † maxime quando actor petiit ius & 3
iuſtitiam miniſtrari, teſte Ioach. Mynſing *in ſing. obſer. iudicii Imperialis Cameræ, obſer. 55. aliquoties, cent. 4.* vbi ait hoc idem procedere in fructibus, intereſſe, & vſuris, vt iudex poſſit condemnare reum conuentum in ipſis rebus, etiam actore non petente, & præſertim ſi petierit debitam iuſtitiam miniſtrari, & ita ibi dicit fuiſſe deciſum in iudicio antedictæ Imperialis Cameræ, ex opinione Ant. de But. *in c. grauis, de reſtit. ſpoliat.* Com. opin.

Et iudex † non ſolum poteſt condemnare victum 4
victori in expenſas non petitas, factasque ante litem conteſtatam, ſi velit, ſed etiam in expenſas factas poſt litem conteſtatam, ſecundum Gloſ. *in c. fin. de reſcript.* Bart. & omnes alios, præſertim Ripam, *in d. §. hoc autem iudicium, nu.81.* & Octau. Veſtr. *in ſua pract. lib. 8. tit. de ſecunda, ac tertia ſententiis, earumque prolatione, & fructuum, & expenſarum condemnatione, columna 6. ſub verſ.*

verſ. generaliter non tranſportatis actis, fol. paruo 134. vbi hoc vtiliter declarat.

5 Verum † ſi iudex non condemnet victum victori in expenſas petitas, cenſetur facere litem ſuam, & tenetur reſarcire de ſuo, ſecundum Bart. *in d. §. ſin autem alterutra, colum. fin.* & alios Doctor. *in d. §. hoc iudicium.* & illam ſententiam ſequuntur, & aiunt eſſe communem Moder. *ibi.* Maranta *in tractat. iudiciorum, in 6. parte 3. membri, nu. 12.* Corſetus *in ſingular. ſuo, in ver. Iudex, ill.* Dominus Carauita *in dicto ritu 297. numer. 7.* vbi ait etiam, quod de iure Regni iudex victum victori teneatur condemnare in expenſas non petitas.

Cõis opin.

6 Et ampliatur prædicta ſententia, quod † videlicet victus victori in expenſas petitas per iudicem debeat condemnari, non ſolum procedere in cauſis ciuilibus, verum etiam in criminalibus, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum, quam citat, & declarat Hippolyt. de Marſil. *in ſua pract. criminali, in §. ſupereſt, nu. 1.* Socin. iun. *conſil. 36. num. 14. vol. 2.* & Grammatic. *deciſion. 39.* vbi hoc late proſequitur, & refert quoque, ita in magna Curia Vicariæ fuiſſe decíſum, & ſequitur etiam, & tuetur Ioannes Antonius de Nigris *in capitul. Regni, in cap. 216. ſi de furto, violentia, vel defenſa, nu. 12. 13. 14. & 17.* & Angel. de Vbaldis *in repetition. l. ſi vacantia, num. 259. & ſequent. Cod. de bonis vacantibus, libr. 10.* & alios complures eiuſdem ſententiæ cumulauit Dominus Carauita, celebris Iureconſultus, *in dicto ritu 297. numer. 4.* qui inhæret opinioni contrariæ, & refert illam eſſe veriorem, obſeruatiq; in Regno de conſuetudine, generaliq; practica: & ratio eſt; nam in criminalibus non venit aliquo modo refectio expenſarum, *l. non ignorat.* & *ibi* Cyn. *C. de fruct. & lit. expenſ. & c. cum dilecti, de dolo & contum.*

Cõis opin.

7 Ampliantur etiam præmiſſa, † quod Fiſcus etiam poſſit, & debeat in expenſas condemnari, & eas ſoluere debeat de proprio, cum aliquem indebite vexat, & in ius vocat, vt firmat Grammatic. cum aliis aggregatis per eum, *deciſion. 60. in cauſa excellentis Comitiſſa, nu. 21.* & ita *de anno 1572.* obtinui in facto in cauſa Reuerendi D. Iacobi Montanarii, clerici Aquilani, qui fuerat tortus, & tormentatus, non legitimis indiciis præcedentibus, & damnatus poſtmodum ad remigandum per triennium, & ad alias quamplures pœnas, per Reuerendum Vicarium Epiſcopi Aquilani: attamen commiſſa cognitione eiuſdem cauſæ, per remedium appellationis, Reuerendiſſimo Epiſcopo Marſicano, ac eius Reuerendo Vicario, per ſedem Apoſtolicam, fuit talis ſententia, tanquam iniuſtiſſima, reuocata, per eundem iudicem delegatum, ex eiſdem actis, & damnatus etiam Fiſcus in expenſas mediante meo patrocinio.

Verum quidem eſt, quod ſacrum Romanum Palatium raro ſoleat condemnare Fiſcum, procuratoremque fiſcalem in expenſas: nec itidem huiuſmodi condemnationem, ita ſorte emanatam, contra Fiſcum exequi, atteſtante Card. Alex. *in c. inprimis, col. fin. de Epiſcop.* & quod Fiſcus in expenſas nequeat regulariter condemnari, niſi cum euidentiſſimus calumniator reperiatur, voluit cum aliis ſignatis per eum Boet. *in deciſ. 324. nu. 8.*

8 Limitantur autem prædicta, † niſi litigator habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: tunc enim iudex non poteſt eum condemnare in expenſas petitas, ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Cagnol. *in l. in alterius, ff. de regul. iur. num. 19.* & eam ſequuntur Canoniſtæ *in cap. 1. in fin. de election. in 6* & Legiſtæ *in l. qui ſolidum, §. etiam, ff. de leg. 2.* & Gloſſ. *in l. 3. §. ſi rem, ff. de leg. 3.* Sed Curia Romana, & Sacrum Palatium raro ſolet admittere talem iuſtam cauſam, & excuſationem, & ſic indiſtincte in omnibus caſibus condemnat victum victori in expenſas, excepto vno duntaxat caſu, cum quis per ſententiam, ex nouiter deductis reuocatam, & non ex eiſdem actis ſuccumberet, qui prius pro ſe aliam ſententiam reportaſſet, vt teſtatur, & luculenter diſcurrit Octau. Veſtrius *vbi ſupra.* Steph. Aufrer. cum coaceruatis per eum *in add. Cap. Tholoſ. in quæſt. 222. Item fuit quæſitum, an ille qui obtinuit.* vbi refert hoc communiter teneri, ac practicari. Sed præſentem materiam commodiori ordine abſoluimus *in deciſ. noſtra 47. victus, nu. 5. cum aliis ſeqq. lib. 1* & D. meus Robert Lancell. *in tract. de attent. in 3. part. c. 31. de pœnis attentatorum, num. 131. cum aliis ſeqq.* vbi affabre explicat, & explanat, quomodo hoc procedat.

Cõis opin.

Ampliatur finaliter hæc concluſio, † quod obtineat quoque locum in denuntiatore alicuius criminis, vt & is in expenſas condemnetur, condemnarique debeat, ſi is, quem denuntiauit, abſoluatur. ita Petr. & Cyn. *in leg. ſancimus, Cod. de iudic.* & Salycet. *in leg. ea quidem, numero vigeſimo octauo, Cod. de accuſationib. & inſcriptionib. per text. in leg. ſeueriter, Cod. de excuſationib. tutorum & curatorum.* vbi notat etiam idem Salycetus *in princip.* quod nominans aliquem ad munera, vt eum redimere faciat, criminaliter puniatur, punirique debeat. nominans vero ad id, vt lite fatigetur, ad expenſas ei reficiendas, ciuiliter teneatur. Et huic opinioni, quod denuntiator maleficii, delicti, vel exceſſus, non probans maleficium, condemnetur in expenſas, aſſentiuntur etiam Card. *in Clemen. ſæpe, §. final. de verborum ſignificationib.* & Bald. *in allegata leg. ſancimus.* Et nihil mirum; nam † denuntiator tenetur probare maleficium, quod denuntiat, *l. ab accuſatione, §. nuntiatores, ff. ad Turpill. & l. Diuus, de cuſtod. reorum. & c. cum dilectus, de accuſat.* vbi denuntians deficiendo in denuntiatione, ſuſpenditur ab officio, & beneficio. Sed ſi hodie in huius generis cauſis omnibus obſeruaretur opinio hæc ſacroſancta contra calumniatores, maligni denuntiatores, non ita audaces forent, ad denuntiationes falſiſſimas, atque calumnioſiſſimas, nec orirentur quotidie tot pauperum innocentium clamores, & querelæ, qui poſt multa damna, & opprobria, grauesque iniurias, quas ſæpiſſime patiuntur, non cogerentur multas tolerare, & damna quamplurima indebite ſuſtinere, & cautius diſcerent viri maligni aliorum crimina, tum falſa, tum ſimulta in iudicio proponere, & in alienis calamitatibus gloriari, iuxta illud *Prouerbiorum 17. Malus obedit linguæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus, qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius, & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Vnde religioſi iudices, in caſibus, in quibus admittitur voluntarius denuntiator, ad denuntiandum maleficia, & crimina, tenentur omni cum ſtudio, & religione animaduertere ad duo neceſſaria. Primo an imputatus, attento eius ſtatu, & qualitate, potuerit crimen denuntiatum veriſimiliter perpetrare. Secundo, an denuntiator ſit odioſus, & inimicus accuſati, vel denuntiati. 9 10

Et hoc non abs re loquor, atque inſtruo, ſiquidem cum deprehendi vt iudex, innumerabilibus ferè vicibus, varios denuntiatores tali morbo, & vel minima tali ſuſpicione laborare, nolui vnquam eos admittere ad huiuſcemodi denuntiationes: nam ad denuntiandum crimen † non admittuntur inimici, 11 *c. cum oporteat, de accuſat.* Et à denuntiatione repelluntur quoque concubinarii publici, *c. cum dilecti filiis, de*

ſti, de accuſat. prout repellitur ſimiliter denuntians, qui non præmonuit, *c. cum dilectus, eod. tit.*

12 Item iuſta † cauſa litigandi excuſat etiam à pœna legali, ſecundum Gloſſ. final. *in leg. ab executione, Cod. quorum appellat. non recip.* Aret. *in leg. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verborum obligationibus, columna quarta.* Iaſ. *in dict. §. ſi autem alternira.* Alexand. *conſilio 43. columna 1. volumen. 6.* & Dec. *in l. quod te. in vltimo notab. ff. ſi cer. petat.*

13 Alios vero tres caſus, † in quibus victus excuſatur ab expenſis, & in eas condemnari non debeat, ponit cumulatiſſime diſertiſſimus D. Anton. Maria Coratius *in tractat. de communi Doctorum opinione, libro tertio, titulo decimo, de pœna contra communem litigantium.*

14 Sed petens plus † vero debito, non eſt excuſandus ab expenſis, vt ſi creditor petiiſſet centum ducatos, & probaſſet tantum quinquaginta, tunc enim conuentus ab ipſo actore, abſoluendus eſt, vna cum expenſarum victoria, *c. 1. de plus petitionibus, & l. 1. Cod. eodem titulo, cum aliis legibus, & authoritatibus adductis per nos, in deciſion. 340. Iudex vigore regiæ pragmaticæ, numero octauo, libro ſecundo.* & per Antoninum Teſſaurum *deciſion. 231. plus debito petente, numer. 1. cum aliis ſequentib.* vbi magiſtraliter tradit præſentis concluſionis veras reſolutiones. Quæ concluſio adeo vera eſt,

15 vt † plus debito petens condemnari etiam poſſit in triplum, vt eſt textus *in §. & hac quidem, Inſtitut. de actionibus.* vbi Doctores vniuerſaliter omnes notant, & Antoninus Teſſaurus *in citata deciſion. 231. ſub numero ſecundo.*

16 Hæc autem concluſio † ſine aliquo ſcrupulo ſortitur locum, cum actor poſt litis conteſtationem, ac probationem de quinquaginta ducatis, perſiſtit in petitione centum ducatorum, tunc enim videtur, quod nullatenus pœnam euitare poſſit, quia ex iſta ſtabili, firmaque permanſione præſumitur dolus, vt per Baldum *in leg. 1. in fin. C. de plus petitionibus.*

17 Cæterum † concluſio hæc ita explanata non procedit primo, cum actor probando quinquaginta, reſeruat ſibi ius plenius probandi, ex quo teſtes de veritate crediti informati, vſque ad ducatos centum, reperiebantur in partibus valde remotis à iudicio. & ideo, ſtante proteſtatione ſuper hoc in actis facta, ius actoris remanet ſaluum, & conſeruatum, iuribus vulgaribus.

18 Secundo dici non poteſt, † actorem plus debito petiiſſe, cum fuit facta relatio ad ſcripturas, in quibus debitum contineri dicitur, ac ad teſtes, ex qua petitione generali, & relatione ad ſcripturam, & teſtes, dici vllo modo nequit, quod actor plus debito petierit, vti tradit in terminis Berous *conſilio centeſimo octuageſimo octauo, numero ſexto, volumine tertio.* vbi annectit etiam hanc præſumptionem eſſe ſumendam, ne quis delictum incurriſſe dicatur, poſt Abb. *in c. vnico. extra de plus petition.*

19 Et † dolus non præſumitur, niſi probetur, *l. dolum, Cod. de dolo, & l. quoties, §. qui dolo.* & *ibi* Doctor. *ff. de probat. & in leg. prætor. §. Marcellus, ff. de iudic. c. ſedes Apoſtolica, in fin. & c. ex parte, extra de reſcript.* Beatus noſter Ioannes de Capiſtrano *in ſpeculo conſcientiæ, in 3. par. ſub num. 309. in fin. verſ. aduertendum eſt etiam. poſito in 2. tomo tractatuum impreſſorum anno 1584.* Marc. Mantua *conſ. 266. nu. 33. & ſeq.* Io. Pet. Surd. *conſ. 10. nu. 39.* Corn. *conſ. 121. nu. 19. conſ. 135. num. 4. volum. 2. & conſil. 242. num. 12. volum. 5.* Et à dolo

20 qualibet † leuis cauſa excuſat, ita Berous *in allegato conſilio 188. numero octauo,* vbi in diuiduo dicit, non ſufficere præſumptum dolum, in petente plus debito, ſed requiri veram doli probationem, quod approbat etiam Ioſeph. Ludouici *in deciſ. Vmbriæ 51. nu. 3. & ſeq. in 1. part.*

Tertio non † obtinet etiam locum præſens concluſio, ſi non per principalem creditorem, ſed potius per eius procuratorem fuiſſet facta petitio: tunc enim contra ipſum principalem non habet locum pœna petentis plus debito, cum procuratores non dicantur habere mandatum, ad faciendum eadere dominum in pœnam, vt per Alex. *conſ. 73. lib. 6.* & *in terminis* per Beroum *in præcitato conſ. 188. in fin.* & Ioſeph. Ludou. *in d. deciſ. 51. nu. 5.* 21

Nec conuento etiam † à quo plus debito fuit petitum, licet totum debitum negare, vt per Antoninum Teſſaurum traditur *in præmemorata deciſione 231.* & præſertim cum per actorem fuit oblatum, accipere petitum probatam, ita Alexand. & alii Repetentes *in lege prima, §. ſtipulantis, in fin. ff. de verborum obligationibus.* vbi etiam Alciatus *numero trigeſimo ſeptimo.* & Galliaul. *numero decimo octauo.* & Neuizan. *conſilio 94 nu. 13.* 22

Quarto cum in † petitione reperitur clauſula, *ſaluo iure,* ac clauſula, *omni meliori modo,* ceſſat etiam ſine dubio omnis dubitatio, ita vt perſpicuum ſit, tunc non habere locum pœnam plus petentis, vt per Aldobrandin. *in apoſtill. ad §. & hac quidem, Inſtitut. de actionib.* Quæ clauſulæ, ſalutares appellantur, ſecundum Iaſon. *eo in loco, & in §. ſi quis agens, numero tertio, & in §. tripli, columna tertia, Inſtitut. eodem titulo.* Purpuratum *in leg. edita, numer. 297. Cod. de edend.* Ioſeph. Ludouic. *in dicta deciſione Vmbriæ 51. numero decimo tertio.* & Neuizan. *conſilio 94. numer. 14.* Sufficit enim, fuiſſe probatam aliquam ſummam ex narratis, in præſenti caſu, vt per Plotum *conſ. 66. nu. 2. & ſeq.* Mazzolum *conſil. 15. num. 67.* Alciat. *conſ. 13. num. 26. lib. 8. tomo 3.* Beroum *conſ. 43. nu. 24. & conſ. 62. num. 9. vol. 3.* & Nattam *conſ. 120. nu. 17. vol. 1.* Vnde in his quatuor caſibus, † vt iudex ſemper indicant, reſeruato iure ſuper reſiduo probandi actori, iuxta eius proteſtationem, condemnandum eſſe conuentum ad ſoluendum actori ſummam probatam per eum, ac neutram partium condemnandam in expenſis. Sed cum deprehendi, actorem ex dolo bis voluiſſe exigere ſuum creditum, tunc eum citaui ad informandum, & proceſſimus ad condemnationem, ſeruata forma regiæ pragmaticæ 4. *Illuſtriſſimi Ducis Oſſunæ editæ ſub die 11. Febr. anni 1585.* diſponentis, quod contra petentes debitum, alias ſatisfactum, ſi ſint nobiles, imponatur pœna relegationis per triennium, ſi vero ignobiles, pœna triremium, dummodo actores ſint principales, cum quibus debitum fuit contractum, & dummodo de ſatisfactione conſtet, per ſcripturas publicas, vel apochas, de iure validas. 23 24

OPINIO CCCCV.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus, ſeu eius familia poteſt capere clericum, deprehenſum in crimine, vel rixa, ſed debet eum ſtatim iudici eccleſiaſtico præſentare. Secus ſi reperiretur ſine habitu clericali. nu. 3.*

2 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſus iudicis ſecularis, formato contra clericum, de delicto ab eo commiſſo, cum etremitteret ei clericum cum dicto proceſſu.*

4 *Omnes iudices ſeculares procedentes in cauſis criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, etiamſi prætextu priuilegiorum id fiat, à ſede Apoſtolica excommunicantur per Bullam Pii V.*

IVDEX † laicus, eiuſve familia poteſt capere clericum deprehenſum in crimine, vel rixa, ſed non poteſt eum detinere, imo ſtatim tenetur eum 1

iudi-

iudici competenti eccleſiaſtico præſentare, vt ſentiunt Bart. *in l. ſi quis in ſeruitute, ff. de fur.* Bald. *in l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſc. & cler.* & omnes Canoniſtæ communiter, *in c. cum non ab homine, de iud.* vt referunt Moder. *ibi.* Cōis opin.

2 Et dato quod † iudex laicus caperet informationem contra clericum, de delicto, ab eo commiſſo; tunc iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, cum ei remittitur clericus cum dicto proceſſu, & iſta eſt communis opinio Doct. *in c. at ſi clerici, de iud.* teſte Felin. & Mod. *ibi.* & Gram. *in conſil. criminal. 42.* & Ruino *conſ. 7. vol. 5.* Cōis opin.

3 Interpretatur † vtique hoc non procedere in clerico capto, repertoque abſque habitu clericali, ad committendum homicidium, & clericus captus ſine habitu, tempore homicidii perpetrati, dolo, & ex propoſito, non debet fori priuilegio gaudere; ideo non poteſt aliquo pacto petere remiſſionem ad iudicem eccleſiaſticum, ſecundum Hoſt. Io. And. & Ant. de Butr. *in c. perpendimus, de ſent. excommunicat.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boer. *deciſ. 69. nu. 16.* Cōis opin.

4 Tamen aduerte, † & caue tu iudex ſecularis ſicut ab igne, te non ingerendo, interponendo, ac intromittendo vllo modo in cauſis criminalibus clericorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum. Nam in Bulla Pii V. *lecta in die Cœnæ Domini, anno 1568.* excommunicantur, & anathematizantur omnes Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & omnes alii iudices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarii, Vicecancellarii, Notarii, Scribæ, ac quicunque executores, & ſubexecutores, omneſque alii, quoquo modo ſe intromittentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas capiendo, proceſſando, & ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à ſede Apoſtolica conceſſorum, quibuſcunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuſpublicis, Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuſcunque Potentatibus, quocunque nomine cenſeantur, quæ diſponit, illis in aliquo ſuffragari non poſſe, nec debere, reuocando prædicta priuilegia per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quouis prætextu, vel cauſa conceſſa, illaque irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore ac eſſe decernendo.

OPINIO CCCCVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus poteſt punire clericum, crimen aſſaſſinii committentem abſque degradatione, ob criminis immanitatem.*

2 *De qualitate, quæ fundat, aut priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare.*

3 *Propter criminis atrocitatem licitum eſt iura tranſgredi.*

IVDEX † laicus poteſt punire ſacerdotem, vel clericum, crimen aſſaſſinii committentem, abſque actuali & ſolemni eius depoſitione, & degradatione, & hoc, ob criminis immanitatem, eſt procul dubio ſpeciali ratione obſeruandum, ſecundum Lamber. & alios Canoniſtas *in c. 1. de homic. in 6.* Hipp. de Marſ. *in l. vnic. nu. 107. C. de rapt. virg. & in ſua pract. crim. in §. diligenter, n. 160. & in §. examinanda, n. 25.* quorum opinionem ſequuntur, & communem eſſe aſſeuerant Lamber. *in c. 1. de heret. in 6. nu. 81.* Io. Bern. *in pract. crim. c. 91.* idemque not. Steph. Aufr. *in Clem. 1. de off. ord. reg. 1. fallent. 18.* & Gram. *in voto 8. n. 4. & ſeq.* Et hoc videtur iure cautum, ob criminis immanitatem, ſed in aliis caſibus iudex laicus debet eſſe certus, & de ſua iuriſdictione non dubitare: quia † de qualitate, quæ fundat 2 aut priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare, *l. 2. §. ſi dubitetur, de iud.* vbi Dd. *per illum tex.* ita communiter tenent, & *in l. ſi quis ex aliena, eod. tit. & in c. ſuper literis, de reſcrip.* vt per Gram. *in conſ. crim. 1. nu. 53. & ſeq. quod reperitur poſitum in fin. ſuarum deciſ.* Adde Iul. Clar. qui hunc locum citat *in pract. crim. q. 36. verſic. item quæro, & verſic. ſed quæro.* quibus in locis plene habes hanc materiam, & per Boſſ. *in pract. crim. ſub tit. de foro compet. poſt nu. 140. & ſeqq.* & per Marſ. *conſ. 9. nu. 17. lib. 1.* Et ratio omnium prædictorum ea eſt, quia propter criminis atrocitatē † licitum eſt iura tranſgredi, 3 vt per Innoc. *in c. 1. extr. de conſtit.* Bal. *in l. 1. C. de precib. Imper. offer.* faciunt *l. ſi hominem, ff. mandati, & l. ad beſtias, ff. de pœnis.* Thom. Gram. *in conſtit. regni, de perſonis clericorum, vltimo caſu, in quo iudex ſecularis contra clericum procedere poteſt, fol. 29. à tergo.*

OPINIO CCCCVII.

SVMMARIA.

1 *Iudex in ſententia diffinitiua non poteſt ſibi reſeruare in futurum, condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſed taxationem; ſecus in ſententia interlocutoria. nu. ſeq.*

3 *Delegatus non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, niſi ſic delegatus à Principe.*

4 *Delegatus à Principe poteſt exequi ſuam ſententiam.*

5 *Citatus à delegato non tenetur comparere, niſi in citatione inſeratur copia reſcripti, vel commiſſionis.*

6 *Iudex non poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuum, ſiue ei liqueat, ſiue non, ſed tantum taxationem eorum.*

IVDEX † in ſententia diffinitiua non poteſt vllo 1 pacto ſibi reſeruare in futurum condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ſecundum Lanfran. *in c. quoniam contra, de probat. in c. 2. de expenſis, n. 6.* cum aliis relatis per Celſum *in add. ibi*, ſed taxationem earum ſibi reſeruare poteſt, ſecundum Cyn. & omnes communiter, *in l. terminato, C. de fruct. & lit. expen.* & Cōis opin. Bal. *in Auth. generaliter, C. de Epiſ. & cler.* & ita ſtatutum eſt in Regno Neapolitano *per pragm. exordientem, Temeritatem litigantium.* licet Bar. & male, poſt Gl. *in d. l. terminato.* ſenſerit contrarium, & Octau. Veſtr. etiam *in ſua pract. lib. 8. tit. de ſecunda, ac tertia ſententiis, earumque probatione, ac fructuum & expenſarum condemnatione, col. 7. verſ. & quamuis ſupra dixerim, ſol. par. 135.* refert aliquos caſus, in quibus iudex poſt latam ſententiam poteſt de expenſis cognoſcere, & de iſta communi atteſtantur Moder. *ibi*, & Lanfran. *in d. c. 2. de expen. nu. 6.* & Ioach. Myſ. *in obſ. 45. & ſi iudex. ſent. 1.* vbi ait, eam obſeruari in Camera Imperiali, reiecta præmemorata opinione Bar. ſecus vero † videtur in interlocuto- 2 ria: nam per eam non deſinit eſſe iudex, ita ſentit Fel. *in c. ſignificauerunt, col. 7. ext. de excep.* & Ioach. Myſ. *in d. obſer. 45.* vbi inquit iſtam eſſe communem opinio- Cōis opin. nem. Hoc † idem etiam dicendum eſt in delegato, 3 qui etiam non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, ſecundum Bar. & communiter Scribentes *in l. ab executore, ff. de app. per tex. ibi*, & Gloſ. *in ver. precor.* niſi ſecundum præcitatos Dd. talis delegatus eſſet, qui etiam poſſet exequi ſententiam, iux. not. per Gloſ. *in l. à diuo Pio, in prin. & §. 1. & ibi* Bar. *ff. de re iud.* quia † delegatus à Prin- 4 cipe, non ſolum de iure canonico poteſt ſuam ſententiam exequi, *c. ſignificaſti, & c. quærenti, de off. deleg.* ſed etiam de iure ciuili, *l. fin. C. de iud.* & ita tenent Dd.

in d.l. à Diuo Pio. & Soc. alios referens ibi, vbi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem.

5 Sed aduerte, † quod iudex delegatus, cum citat reum, debeat, & teneatur in literis, & citatione ponere copiam ſuæ commiſſionis, ſeu reſcripti, ſecundum Bar. & omnes alios communiter, *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non iuer.* & ita ſeruatur vbique in practica quotidie. Et quando delegatus non faceret inſeri in citatione ſua copiam commiſſionis, citatus non teneretur comparere, ſiquidem huiuſmodi citatio non arctaret citatum, tex. eſt *in c. præterea, de dil.* Gloſſ. *in c. ſi Epiſcopus.* & *ibi* Arch. *2. q. 2.* & Illuſtriſſ. D. Card. Albanus, *in d. l. 2. nu. 18* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & Apoſtilla ad Felin. *in c. cum in iure, in litera B.* vbi dictam communem in vno caſu tantum vtiliſſime limitat *in fine d. additionis.*

6 Et quemadmodum † iudex in ſententia ſibi reſeruare nequit condemnationem, vel abſolutionem expenſarum, ita nec ſimiliter poteſt ſibi reſeruare condemnationem fructuum in ſua ſententia, vt voluit Bal. *in l. terminato, col. 1. C. de fruct. & lit. expen.* vbi firmat etiam hoc verum eſſe, ſiue ei liqueat, ſiue non: taxationem autem eorum, ſi ſibi non liqueat, ſibi reſeruare poteſt.

OPINIO CCCCVIII.

SVMMARIA.

1 *Iudex non poteſt recedere à pœna legali, nec eam augere, vel minuere, niſi ex iuſta cauſa. nu. ſeq. & 7.*

3 *Pupillo committenti homicidium, pœna mortis commutari poteſt per iudicem.*

4 *Iudex habet arbitrium, à lege minorandi, & commutandi pœnas legales, ex iuſta cauſa. Ratio. nu. 5.*

6 *Iudex recedens à pœna in iure ſtatuta, cauſam exprimere debet. Quod procedit etiam de iure municipali. nu. ſeq.*

8 *Iudex ex iuſta cauſa, non ſolum in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinariis, ſed generaliter in omnibus ordinariis, pœnam mutare poteſt.*

1 IVDEX, † vbicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere non poteſt, nec debet. tex. eſt cum Gloſſ. *in c. licet, ext. de pœnis.* probatur etiam *in l. 1. § calumniatoribus, ff. de priuat. delict.* vide etiam Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. quæſt. 96.* Iul. Clar. *in pract. crim. quæſt. 85. verſic. vlterius quæro.* Boſſ. *in pract. crim. ſub rubr. de pœnis.* & And. Gail. *lib. 2. de pace pub. nu. 22. cap. 9.* & hoc firmat quoque Iacob. Nouell. *in tractat. ad defenſam, in rubr. incip. hic hactenus, nu. 44. fol. 664. poſt alios per eum relatos ibi.* Facti enim quæſtio in arbitrio iudicis eſt, pœnæ vero proſecutio, non eius voluntati, ſed legis authoritati reſeruatur.

2 Tamen † iudex ex cauſa iuſta, ſeu rationabili poteſt pœnas à lege ſtatutas augere, vel minuere, textus eſt iuncta Gloſſ. *in l. hodie, ff. de pœnis.* per quem text. ita tenet Innocen. *in c. 1. ext. de conſtitut.* Bart. *in l. quid ergo § pœna grauior, ff. de his qui notan. infam.* Bald. & Salyc. *in l. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.* Paul. de Caſtr. *conſil. 328. colum. 2. volum. 2.* Doctor. omnes communiter, *in d. c. 1. ext de conſtitut. in d. l. hodie, & in d. §. pœna grauior.* & iſtam communem ſequitur etiam. & citat Dec. *in c. de cauſis, n. 94. & ſeq. de offic. deleg.* Paul. Girlan. *in tract. de relaxat. carcerator. in 1. rubr. quæſt. 6. incip. Sexto non omittam, n. 1.* Marant. *in tract. iudic. in 4. part. princip. n. 65.* Marſil. *in l. pœna legis Corneliæ, §. ſed & ſi quis, nu. 6. ff. ad l. Cornel. de falſis, & ſingul. 244.* Marc. Ant. Blanc. *in ſua practi. crimin. rubr. exordiente, poſtquam videmus, n. 81. cum aliis ſeqq.* Moder. Ferrarienſes *in d. cap. 1. de conſtit.* & Iacob. Nouel. *in d. tract. ad defenſam.* Ex quo dicto infert Bal. *in* [illegible] *C. de infam.* quod in pupillo, † committente homicidium, poſſit ratione ætatis commutari pœna mortis, & hoc idem præ cæteris multis explicat, & declarat Felin. *in c. canonum ſtatuta, nu. 48. de conſtit.* vbi multas illationes facit memoratu dignas, quibus multi aſſeſſores ſaluari, defendique poſſunt, vt dicit idem Bal. *in c. 2. de rescript.* 3

4 Et huiuſmodi arbitrium, † ſeu authoritatem iudex habet à lege, probatur *in l. aut facta, § fin. ff. de pœnis, & in d. §. hodie, & in præcitato §. pœna grauior.* Et ratio dicti arbitrii videtur: † quia delicta cum diuerſis circumſtantiis, & qualitatibus perpetrantur, ex quibus crimen iſtud quandoque ſit excuſabile quandoque magis atrox, & odioſum: quas circumſtantias, & qualitates omnes lex ipſa exprimere non potuit, ſed quaſdam expreſſit, *vt d. l. aut facta, §. 1. cum 2 ſequen.* ideo dedit iudici iſtam facultatem, & arbitrium, vt ſecundum facti contingentiam pœnas arbitrio ſuo ex cauſa augeret, minueret, vel mutaret, *d. §. pœna grauior, & d. l. aut facta, §. 1.* & ſuper hoc poſſent exemplificari plures cauſæ, quas congerit Bar *in d. §. pœna grauior.* & Felin. *in d. c. 1. de conſtitut. & in c. accedens, vt lit. non conteſtat.* Primo propter ſenectutem, vel iuuentutem, propter furorem, vel ebrietatem, propter calorem iuſtum, propter nimiam excellentiam hominis in aliqua arte, vel ingenio, vt dicit Aretin. *in allegato § pœna grauior, in addition. ad Bartol. quæ incipit, adde hic, quod iudex.* Iaſ. *in l. 1. colum. 3. ff. de legib.* Marcus Ant. Blancus *in præcitata pract. nu. 82.* vbi iſtas cauſas ponit, & alias quamplures, hic non expreſſas, latius ponit, & comprobat. 5

6 Cum vero † iudex recedit à pœnis in iure ſtatutis, debet exprimere cauſam, ſecundum Roman. *conſil. 483. nu. 14.* & D. Horat. Mandoſ. *in add. ibi in litera L,* & Cæſar. Contard. cum magna caterua Doctor. relata per eum, *in l. diffamari, in 10. limitat. nu. 130. vſque ad nu. 150. C. de ingen. & manumiſſ.* vbi admonet *nu. 146.* iſtam eſſe magis communem opinionem, & congerit Doctores contrariæ ſententiæ. Et ab, & quando recedere poſſint à pœnis, ſtatutis à lege, & quando debeant, ad alias redire, & ad quas iudices eccleſiaſtici, vide Moder. Hiſpanos *in deciſ. ſeu pract. criminali, in Gloſſ. canonicis, vel ſynodalibus.*

7 Ampliaturque iſta communis, † vt in tantum extendat vires ſuas, vt procedat non tantum de iure communi, ſed etiam de iure municipali, vel ſtatutario. Ita vt ſi ſtatutum imponat certam pœnam pro aliquo crimine, iudex poſſit eam ex cauſa permutare, ſecundum Bartol. *in d. § pœna grauior, & in l. final. de receptatorib.* Bald. *in d. l. ſi ſeuerior, colum. 2.* Abb. *in c. 2. de delict. puer.* Fulgoſ. *conſil. 124. præſuppoſito, col. final.* Aret. *conſil. 131. Spiritus ſancti gratia, in fin. & in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, colum. 4. de iudic.* cum aliis cumulatis per Marſil. *in ſingul. 244. in. in illud, quod.* & hæc eſt magis communis opinio, vt per Dec. *in cap. de cauſis, nu. 97. de offic. delegat.* quam ſequitur omnibus fere contrariis reſpondendo, Fulgoſ. *in dict. leg. ſi ſeuerior.* Paulus Girlandus *in alleg. tract. de relaxatione carceratorum, in rub. 1. q. 6. nu. 8 & ſequen.* & Dec. *in d. c. de cauſis, num. 97.*

8 Ampliatur poſtremo dicta communis, † vt non ſolum habeat locum in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinariis, ſed etiam generaliter in omnibus ordinariis, ſecundum Gloſſ. *in d. l. hodie.* quam ſequitur ibi Bartol. & *in d. l. quid ergo, § pœna.* Bald. & Sal. *in d. l. & ſi ſeuerior.* & iſtam partem ſcribit eſſe communem Girlandus *in alleg. tractat. de relaxat. carcer. in rubr. 1. q. 6. num. 6* Et iſtam communem limitat in

grau-

ſimiſque caſibus Eclyn. *in emp. 2. §. ad corrigendos. colum. 3. de acc. uſur.* Carterius vero eam limitat in octo caſibus, *in ſua practic. crimin. in tractat. de homicid. num. 7. & num. 12. cum aliis ſequentibus.* & in tribus aliis limitat Marc. Anton. Blanc. *in dict. pract. crimin. nu. 81. cum aliis ſeqq.* Sed iſtam materiam, vſque ad nauſeam, & ad ſatoricatem, melius quam alius, declarat, & explicat Tiraquel. *in tract. de pœnis temperandis, aut remittendis. per totum illum tractat.*

OPINIO CCCCIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt à iudice recuſante deferre iuramentum in ſupplementum probationis, aut deferente abſque iuſta cauſa.*

1 IVDICE negligente, † ſeu recuſante deferre iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, poteſt ab eo appellari, ſtante iſta negligentia, ſecundum Bartolum *in l. admonendi. ff. de iureiuran.* cum quo ſentiunt Bald. cæterique Doctores *ibi*, & Salyc. & omnes communiter, & vno ore *in l. bona fides. C. de iureiurand.* & Panormitan. *in capit. final. extr. de iureiuran.* vbi hanc aſſignat rationem pro corroboranda iſta communi, quod ſicut poteſt appellari, cum defertur iuramentum, non habenti iuſtam iurandi cauſam, *l. generaliter. C. de iureiurand.* ita quoque, ſi iudex nollet deferre, præcedente legitima, & rationabili cauſa, & iſtam communem ſequuntur, & citant Modeſt. *in locis præcitatis.* Com. opin.

OPINIO CCCCX.

SVMMARIA.

1 *Iudex, à quo fuit appellatum, reiiciens appellationem, quæ interponitur à ſententia, debet puniri in 30. pondo auri.*

2 *Iudice appellationem reiiciente ſi non appelletur à tali reiectione, an tranſeat in rem iudicatam.*

3 *Appellatio admiſſa, ſi & in quantum, non videtur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolum in caſu, quo de iure admitti debuit.*

4 *Iudex admittens appellationem, ſi & in quantum, videtur à ſe iuriſdictionem abdicare.*

1 IVDEX, † à quo fuit appellatum, reiiciens appellationem, quæ interponitur, non ab executione, ſeu re iudicata, ſed à ſententia, debet puniri in triginta auri pondo, text. eſt *in l. quoniam iudices. C. de appella.*
2 vbi Salyc. & Dd. not. Vnde debet eſſe † cautus appellans, vt ſi iudex reiiciat de facto appellationem, vt appellet ab huiuſmodi reiectione, alioqui reiectio tranſiret in rem iudicatam, ſecundum Card. Zabar. *in Clem. 1. in col. 3. de dolo, & contu.*

3 Hinc inoleuit practica, † quod cauti iudices à quibus appellatur, non reiiciant ſimpliciter appellationem, ne incidant in pœnam *d. l. quoniam.* ſed dicant ſe admittere appellationem, ſi, & in quantum tenent, & debent de iure, & non aliter, nec alio modo: quo caſu talis appellatio admiſſa, *ſi, & in quantum*, non videtur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolummodo in caſu, quo de iure admitti debuit, ſecundum Bald. *in l. edita. colu. 17. & ibi* not. alii Dd. *de edend.* Roma. *conſ. 301. vt declarationem. col. 2.* & Ang. *conſ. 217. in cauſa accuſationis. col. 3.* Soc. Iun. *conſ. 18. viſis, num. 14. & ſeq. vol. 1.* Et his accedit
4 vtiliter, † quod iudex à quo, propter admiſſionem appellationis, *ſi, & in quantum*, cenſeat à ſe iuriſdictionem abdicare, ita vt proceſſus aliquis coram eo amplius fieri non poſſit, & factus non valeat; & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Roma. *in d. conſ. 301. vel 401. col. 2.* Com. opin.

OPINIO CCCCXI.

SVMMARIA.

1 *Iudex deferens appellationi, etiamſi re integra reuocet grauamen, non propterea recuperat iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam.*

2 *Iudex quibus de cauſis poſſit deferre appellationi, remiſſiue.*

3 *Iudex inferior non habet poteſtatem tollendi appellationem à diffinitiua, ſecus ab interlocutoria.*

4 *Iudice vno ex tribus delegatis deferente appellationi, cauſa non deuoluitur ad ſuperiorem.*

IVDEX deferendo † appellationi, etiamſi re integra, reuocet grauamen, non propterea recuperat, nec reaſſumit iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam, ſecundum Geminianum, & Ioan. Andr. *in c. cum appellationis. de appell. in 6.* & alios communiter *ibi*, Bald. *in l. eos. §. apoſtolos. C. de appell.* & iſtam opinionem audacter aſſerunt eſſe communem Iaffredus *in deciſione 480.* & Pariſ. *conſil. 100. num. 25. volum. 4.* Et iudex † ex quibus rationibus poſſit deferre appellationi, vide Papien. late declarantem *in ſua pract. in forma Apoſtolorum §. de titulo. num. 2. fol. 174.* 1 Com. opin. 2

Sed vtiliter declarantur prædicta per Scribentes, quod † iudex inferior non habeat authoritatem tollendi appellationem à diffinitiua, ſecus ab interlocutoria; & ſic per appellationem ab interlocutoria non ſuſpenditur iuriſdictio iudicis, quoad principale negocium, nec tenetur iudex, à quo prouocatur, eidem ſuperſedere, vt ſentit Gloſſ. Bartol. & Angel. *in l. fin. per illum text. C. de ſent. & interlo. omn. iud.* Anton. Imol. Franc. & Dec. *in cap. ſuper eo. el. 1. de appellat.* & idem Dec. *in c. ad hæc. el 1. & c. bonæ. eod. tit.* quibus in locis ſcribit hanc opinionem communem eſſe. Tamen contrarium tenuerunt omnes Canoniſtæ communiter, *in c. ſicut Romana. de reſcript.* & Barto. reuocando ſententiam in melius, *in l. 1. §. fin. ff. à qui. appell. non licet, num. 2.* & iſtam communem opinionem ſequitur, & citat Ripa *in d. c. ſicut Romana. num. 20. cum aliis ſeqq.* 3 Com. opin. Com. opin.

Sed huiuſmodi altercationes penitus corruunt, mediante deciſ. Concil. Triden. *in ſeſſ. 24. cap. 20. poſt princ.* vbi ſancta Synodus determinauit, quod appellationes, aut inhibitiones admitti nequeant in prima inſtantia, niſi à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poſſit.

Prædicta vero communis, † ita declarata, limitatur non habere locum, quando vnus iudex ex tribus delegatus detulit appellationi: tunc enim cauſa per huiuſmodi delationem vnius iudicis, non deuoluitur ad ſuperiorem, ſecundum Bald. *in authen. hodie. C. de appellatio.* quem ſequitur Cardin. *in Clem. 1. q. 26. de appellat.* & Imol. *ibi col. pen.* Domin. *in c. cum appellationibus. §. 1. de appellat. in 6.* Ang. *in l. ſi cum dotem. § eo autem tempore ff. ſolut. matrim.* & Petr. *in c. fin. q. 7. de conſt.* & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Dec. *in c. cum omnes. nu. 33. de conſt.* 4 Com. opin.

OPINIO CCCCXII.

SVMMARIA.

1 *Damnum datum, ſeu valor rei debet probari per duos æſtimatores, ad id à iudice deputatos. Et quoad damnũ, fieri debet æſtimatio ſecundũ tẽpus damni illati. & n. 2.*

3 *Æſtimatores electi ad æſtimandum valorem rerum, debẽt prius iurare de æſtimãdo bona fide, & ſine fraude.*

4 *Periti, vt ſecundum artis peritiam proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur.*

5 *Citari debent partes quando iudex, vel æſtimatores proficiſcuntur ad videndum locum, vel rem pro æſtimatione facienda.*

6 *Æſtimatio rerum per æſtimatores electos fieri poteſt etiam poſt didicita teſtificata.*

1 IVDEX debet † deputare exploratores, ſeu æſtimatores duos, ad probandum valorem rerum, in omni caſu, etiam in caſu *l.2. C. de reſcinden. venditio.* & ad probandum damni quantitatem, & æſtimationem: qui æſtimatores omnia æſtimare debent, & referre iudici, ſecundum Bartol. *num.20.* Bald. Paul. de Caſtr. Salyc. & omnes, *in d. l.2.* vbi Cagnolus *num.258.* Com. opin. ſcribit, iſtam eſſe communem opinionem, & ſeruari 2 in practica quotidie. Adde in materia quoque, † quod damnum datum debeat æſtimari prout in tempore damni, non autem habito reſpectu ad tempus, quo ſegetes maturæ fieri poterunt, ita Bald. *conſil.182. num. 2. circa medium, volum.1.* Crauett. *conſil.40. poſt num.16. volum.1.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. centur.11. caſu 149. num.21.* Summa Angel. *in verſicul. reſtitutio. fol.310.* & Vrſill. *in addit. Afflict. deciſio.34. num.4.* ſed aduerte ne erres in iudicando, & conſulendo in præſenti re, & in eius executione, quia ter eſt facienda æſtimatio damni illati per animalia, vt reſolutum non ambigue diſcernitur *in deciſio. noſtra 280. cuſtodes Laici animalium. nu.1 cum alijs omnibus ſeqq. lib.2.*

3 Et iſti † æſtimatores prius iurare debent de æſtimando bona, ſine fraude, textus eſt, & Gloſſ. Barto. Bald. & Scribentes omnes communiter *in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nuptiis.* & hoc idem firmat Com. opin. idem Bartol. *in l. Theopompus. num.7. ff. de dote praleg. & in proœmio ff orum colum.13.* vide Iaſon. *in l. apertiſſimi. in fine. C. de iudiciis.* Vnde periti, † qui quotidie aſſu-4 muntur in cauſarum diffinitionibus, vt ſecundum artis peritiam, proprium iudicium declarent: iurati reſpondere tenentur. text. & *ibi* Doctores *in c. fraternitatis, de frigid.* Abb. & alii *in c. propoſuiſti. colum. penult. de probatio.* Menoch *de arbit. iud. libr.1 quaeſt.58. nu. 4.* vbi de intellectu *dict. legis Theopompus. & dict. §. his illud.* Dec. & Iaſon *in repetit. l. admonendi. num.237. ff. de iureiuran.* Crotus *in tract. de teſtibus. in 7. part.* vbi aſſerit Com. opin. ſerierans audacter, iſtam eſſe communem opinionem. Et hoc iuramentum quandoque ad æſtimationem peritorum, quandoque ad veritatem pertinet, præſertimq; quando rei veritas percipi poteſt ex peritia artis, vt ex agrimenſoribus, ſicuti opinatur Bald. *in dict. proœmio ff orum. & in dict. §. his illud.* & Deci. alios referens *in dict. c. propoſuiſti. colum. penult.* & ita iſtam materiam pulchre declarabat D. Rainaldus Rodulfius Peruſinus, præceptor meus, in acutiſſimis interpretationibus ſuis, cum interpretaretur Peruſii maxima cum laude *d. l. admonendi.*

5 Et his accedit hic congruenter, † quod citari debeant partes, quando iudex, vel æſtimatores proficiſcuntur ad videndum locum, vel rem ad æſtimationem faciendam, ſecundum Bartolom *in d. l. Theopompus* & Cagnol. *in d. l.2. num. 262.* Et adde Iaſon. *in §. quadam. num.77.78. & 79.* & ibi Aretin. *num.12. Inſtit. de action.* Afflict. *in conſtitu. violentias.* Anton. Gabriel. *lib.2. com. concluſ. tit. de citation. concl.1. ampliat.41. nu.186.* vbi ſeqq. *num.* ampliat *fol.140.*

6 Et nota vlterius, † quod etiam poſt didicita teſtificata mitti poſſint æſtimatores, & exploratores ad æſtimandum, ſecundum Bald. eleganter, *in d. l.2.* vbi Cagnolus *nu.205.*

OPINIO CCCCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex neceſſario citandus eſt, cum in cauſa appellationis, quæ ventilatur coram ſuperioribus, ex officio proceſſit.*

IVDEX neceſſario † citandus eſt, cum in cauſa appellationis, quæ agitur coram ſuperioribus, ex officio proceſſit, ſecundum Gloſſ. *in c. cum ſpeciali. § porro. de appellat.* communiter ab omnibus Doctoribus 1 approbatam *ibi*, quam communem ſequitur, citat, Com. opin. & non nihil declarat Deci. *in d. c. cum ſpeciali. num. 27. cum aliis ſeqq.* vbi Decius ſimiliter declarat, An omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus.

OPINIO CCCCXIV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex citari debet per ſuperiorem, ad tuendum honorem ſuum, cum agitur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam iudici, qui male iudicauit.*

IVDEX citari † debet per ſuperiores, ad tuendum 1 honorem ſuum, cum agitur de reuocatione ſententiæ, ad pœnam imponendam iudici, qui male iudicauit: ſecus vero, ſi tractetur de reuocatione ſimplici ipſius ſententiæ: tunc enim non eſt citandus, vt per Gloſſ. *in c. ſacro, de ſenten. excommun.* communiter approbatam ab omnibus Canoniſtis *ibi*: quam Com. opin. communem inibi ſequitur, citat, & commendat Felyn. *colum.3.* & Boerius *in deciſion.259. num.2. & ſequen.* & Ioachim. Mynſinger. *in obſeruat.82. variant Doctores centur.5.*

OPINIO CCCCXV.

SVMMARIA.

1 *Iudex promittens impunitatem delinquenti, ſi delictum confiteatur, an teneatur promiſſum ſeruare, ſi reus confiteatur.*

2 *Iudex ad inueſtigandam veritatem poteſt vti blanditiis, & cauillationibus, & ſimulare.*

3 *Pactum contra publicam vtilitatem, etiamſi iuramento vallatum ſit, non debet ſeruari.*

4 *Reus confitens ſub ſpe impunitatis, non eſt puniendus, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus, in ea perſeuerer. Secus ſi extortam confeſſionem reuocaret. nu. ſeq.*

6 *Volenti non fit iniuria.*

7 *Qui iure ſuo vtitur dolum non committit.*

8 *Dolus bonus aliquando admittitur. Et quidem contra hoſtes. nu. ſeq.*

10 *Dolus bonus non obligat doloſum.*

IVDEX promittens † liberationē, impunitatemq; 1 delinquenti, ſi delictum confiteatur delinquens, iudex non tenetur huiuſmodi promiſſionem obſeruare. imo ex tali confeſſione, non obſtante promiſſione impunitatis eidem facta, poteſt poſtea illum condemnare, & excuſatur, ſecundum Præpoſit. Alexandr. & Dom. de Sanct. Gemin. *in c. ſi quilibet. & in c. vtilem, 22. q.2.* Felyn. *in c. accedens. il 2. vt lite non conteſt. & in c. afferte mihi gladium. colum.2. de præſumpt.* Domi. poſt Vguti. & Archidiac. *in c. nos in quemquam. in fin. 2. q.1. per text. in c. vtilem, 22. quaeſt.2.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Hierony. Cuchalon. *in addit. ad* Com. opin. *Deci. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur.* & Moder. *in d. c. afferte mihi gladium.* Quæ commoniſcatione non caret: Nam † iudex, ad inueſtigandam veritatem, poteſt vti 2 cauillationibus, ac etiam ſimulare, vt probatur *in d. c. afferte mihi, & in c. non enim volebat Deus, 22. quaeſt. 2.* & propter vtilitatem publicam, ad bonū finem permiſſa it ſimulatio. *d. c. vtilem.* Comprobatur quoque ſecundo loco, & fortius, videlicet, quod in malis promiſſis non expediat fidem obſeruare, *cap. in malis promiſſis. de regul. iuris. libr. 6.* Hinc eſt, † quod dicta pa- 3 cta contra publicam vtilitatem, etiamſi iuramento vallata ſint, ſeruari non debeant, vt dicit Bartolus *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. & in l. 1. §. 1. de dolo.* Tertio

compro-

comprobatur dicta communis, ꝙ non referat quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur, *l. cum ſeruum ff. de verbo. obligat.* Poſtremo fulcitur iſta communis: Nam ſi licet excoriare, torquere, & alia nonnulla in corpore hominis fieri pro veritate habenda, tanto magis blanditiis, & bonis verbis, ſecundum Archidiac. *in d. c. vtilem.* & alios *in locis præcitatis.* Imo iudex poteſt delatū de crimine, ad pœnam damnare ex ſola confeſſione, quam ab eo, promiſſa criminis impunitate, extorſit, & de iure id permiſſum iudici eſſe abſque vllo peccato, aſſeruerunt Archidiac. *in d. c. vtilem.* Domin. poſt Archid. *in d. c. nos in quemquam.* Fely. *in præcitatis locis. in c. afferte. & in c. accedens.* Par. de Puteo *in tract. ſyndicat. c. ſaluum conductum. fol. 95. & c. de tortura. verſ. & aduertendum eſt.* & Catelli. Cotta *in ſuis memorabil. in memor. in verſ. dolum bonum.*

In contrariam vero partem inclinauerunt complures Doctores, videlicet, quod iudex teneatur dictam promiſſionem, & fidem ſeruare, Iacob. de Beluiſ. *in ſua practic. crimin. in rubric. de quæſtion.* vbi admonet iudices vt abſtineant à prædictis perſuaſionibus in ſpecie, ſed generaliter interrogent, quod crimen commiſerit, & ſententiam iſtam ſequitur etiam, & audacter fatetur eſſe veriorem Deci. & Cagnol. *num. 20. cum aliis ſeqq. in d. l. ea eſt natura.* vbi Hiero. Cuchalon. *in addit. ad Dec.* Grammat. poſt alios relatos per eum, *in quæſt. 3. per tot. quæ reperitur in fine ſuarum deciſionum.* & ita Ioann. de Imol. *conſil. 109 viſa inquiſitione.* & iſtam vltimam ſententiam videtur ſecutus Fortunius *in l. conuentionum. col. 4. ff. de pact. in q. illa, an iudex, qui promiſſa impunitate criminis, coegit à loco ſacro diſcedere, & ſecum ire delinquentem, teneatur ei fidem ſeruare, &c.*

4 Sed in iſta ambiguitate, † & in tot variis iuris interpretum ſententiis pro materia reſoluenda, vnum explicite præmittendum eſt, quod ex dicta confeſſione reus puniendus non ſit, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret, tenent eleganter Ioan. de Imol. *in dict. conſil 109.* Deci. *in dict. l. ea eſt natura circa fin. & in l. vnica. C. de ſentent quæ pro eo quod intereſt. nu. 25.* Marſil. *in l. 1. num. 15. ff. de quæſtion. & in ſingul. 101 & 177.* Alciatus *in l. natura cauillationis. ff. de verbor. ſignifi.* Grammat. *in dict. quæſtio. 3.* Fortunius *in dict. l. conuentionum column. 4.* & *ibi* expreſſius Duarenus *column. 3.* Iacob. de Belui. *in alleg. practic. crimin. in tit. de quæſtio.*
5 *num. 140.* Si tamen † criminis reus, confeſſionem ita extortam reuocet, abſque aliquo dubio opinor eum non poſſe, nec debere ex ea damnari; & ita hanc vltimam opinionem veriorem eſſe arbitror, quæ placet Par. de Puteo, *in tract. ſyndicat in c. de tortura. in verſ. ſequitur quæſtio quotidiana. fol. 120. column. 1.* Sed ſi in confeſſione, fruſtratus ſpe promiſſionis, reus perſeuerauerit, damnari poterit ex mente omnium Doctorū
Cõis opin. communiter, qui quæſtionem hanc tractauerunt; & ita opiniones ſupra relatæ ad concordiam reduci poſſunt.

6 Et præſentem diſtinctionem, † tanquam puriſſimam, vidimus poſtea nonnihil etiam commēdatam per Marc. Ant. Blanc. *in pract. crimin. in rub. ſeu tit. datur defenſionibus per procuratorem reo. n. 30. & ſeqq.* Quæ iuſtificari facile poteſt hac palpabili ratione: nā ſcienti, & volenti non fit dolus. *reg. ſcienti. lib. 6. l. cum donationis.* & *ibi* Bart. *C. de tranſactio. l. venditor.* & *ibi* Bald. *C. de reſcin. vend. l. in ſumma. ff. de condict. ob cauſam. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict.* Specul. *de dolo, & contum. §. 1.*
7 Secundo ſuſtinetur quoque hæc diſtinctio, † & concordia ita adducta; quod non committat dolum iudex in re præſenti, cum vtitur iure ſuo, *l. merito. ff. pro ſocio. & l. nullus. ff. de reg. iur.* Quod ſine ſcrupulo aliquo procedit in præſenti caſu, & verum eſt, cum inquiſitus ita confitendo delictum ſuum, & perſeuerando in eius confeſſione, expreſſe declarat, ſe vtitur iure ſuo, *l. ex hoc edicto. § fin. ff. de iudic.* Et tanto amplius,
quod † non ſimus in dolo malo, ſed potius in bono, 8
quia reperitur bonus dolus, & malus, *l. 1. ff. de dolo* Gl. & Dd. *in c fin. de offic. cuſtod* Corne. *conſ. 52 vol 2.* Summa Angelica *in ver. dolus. §. 1.* & S. Thom. *in 2 2. qu 55. art. 4.* vbi interpretatur huiuſmodi dolum bonum, & licitum pertinere ad aſtutiam, & ſolertiam. Qui
dolus † bonus etiam locum habet contra hoſtes, vt 9
per Dd. *in l. 1. ff. de dolo. & in c. in mandatis. 43. diſt* & per præſtantiſſimum, ac decorantiſſimum D. Alex. Raudenſem, *conſ. 50. n. 626 vol. 1.* vbi expreſſ. quidem concedit, cum aliis aggregatis Dd. per eum, quod dolus bonus, etiam cum inſidiis ſit licitus contra hoſtes.
Quarta deniq; ratio poteſt allegari † etiam robuſtiſ- 10
ſima pro ſuſtentatione præſentis ſpeculationis, quod bonus dolus non obliget doloſum. ita Corn. *conſil 8. volum. 3.*

OPINIO CCCCVI.

SVMMARIA.

1 *Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerum minoris, vel Eccleſiæ, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, an ei credatur.*
2 *Iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletorium, cauſa cognita, non creditur.*
3 *Iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi non creditur.*
4 *Iudicis aſſertioni, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione, ſtandum, non eſt. n. 5.*
6 *Alienatio rei minoris, vel Eccleſiæ, requirit neceſſario cauſæ cognitionem.*

IVDEX interponens † decretum ſuper alienatione 1
rerum minoris, vel Eccleſiæ, ſi aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, eius aſſertioni non adhibetur fides, ſecundum Paul. de Caſt. *conſil 38. vol. 2. per l. ſi forte. ff de caſt. pecu. & l ſi donatione. C de collatio.* vbi late Modern. & Paul. Caſtr. ſequitur Deci. *conſil. 556. colum. 1.* Marſil. *in ſingul. 399.* Rebuff. *ſuper concord. in titul de concluſione Lateranen. Concil. column. 1.* & Iaſon *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 12. ff de offic procons*
Et comprobatur hoc ex eo, † quod ſcribit Iaſ. *in repet.* 2
l. admonendi col 7. ff de iureiurand. vbi dicit, quod non credatur iudici, aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita; cum abſq; cauſæ cognitione deferre non poſſit. Corroboratur ſimiliter iſta
doctrina Paul de Caſt. per ea, † quæ notat Ange. *conſ.* 3
107. in fin. vbi dicit, quod non credatur iudici, dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt, & Ang. ſequitur Dec. *conſ.*
366. col. pen. Ad idem † facit dictum Bart. *in l. omnem* 4
C. ad Tertul. vbi ait, quod non ſtetur ſoli aſſertioni iudicis, dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione: quod dictum pro notabili refert, & ſequitur Iaſ. *in conſ. 149. col. 3 volu 2.* Et alibi ſcribit Dec. *in c. quæ*
in Eccleſiarum. colu. 13. de conſtit. quod non † credatur 5
iudici ſuper cauſa, ſine qua actum facere non poteſt, in qua fundamentū ſuæ poteſtatis conſiſtit. Præterea præcitatum dictum Paul. de Caſt *in d. conſ 38.* ſequitur etiam Fely. *in c. Eccleſia Sancta Mariæ column. 8. de conſtit.*

Sed contra Paul. de Caſtr. *in d. conſil. 38* aſſerit audacter eſſe communem opinionem Socin. *conſil. 15. circa primam quæſtionem vol. 1.* & contra Paul. de Caſtr. tenent etiam Modern. omnes, *in c. quoniam contra. de probatio.* Alexand. *in l. ſciendum. col. 7. ff. de verb. obligat.* Cõis opin.

à qua

à qua communi contra Paul. temerarium foret diſcedere io actu practico.

6 Retenta igitur iſta communi, ac † pariformiter reprobata opinioue Paul. prout de iure reprobari poteſt, dic vtiliter, quod in alienatione rei minoris, vel Eccleſiæ requiratur cauſæ cogoitio, propterea iudex, antequam interponat decretum ſuper dicta alienatione, debet adhibere cauſæ cognitionem, vt voluit Angel. & alii Scriben. communiter *in l. 2. ff. de fer.* ſecundum Moder. *ibi*, & Iaffredum *in deciſ. 355.*

OPINIO CCCCXVII.

SVMMARIA.

1 *Iudex habet arbitrium imponendi pœnam, quotieſcunq; à iure non reperitur limitata.*

2 *Pœna arbitraria an & quando ad pœnam mortis extendi poſſit. & nu 3.*

1 IVDICIS arbitrio † debet pœna imponi, cum de iure communi non reperitur pœna à lege limitata, *l. 1. §. effractores. ff. de effracto. l. ſanctio legum. ff. de pœnis.* not. per Gloſſ. *in c. ſuper his. in verſic. arbitrium. extr. de accuſat.* & not. per Alberi. & alios, *in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notan. infa.*

2 Et iſto caſu quando † pœna eſt arbitraria, poteſt
extendi arbitrium ad mortem, & per conſequens iudex poteſt arbitrari pœnam mortis, vt per Gloſſ. *in §. in ſumma. Inſtit. de iniuris.* quam ſequitur Bart. & Angel. *in l. ſacrilegi capite. ff. ad leg. Iuliam pecul.* Alexand. *conſil. 5. colum. fin. & conſil. 72. colu. 2.* Signorol. de Homodeis *conſil. 170.* Marſil. *in l. de minore. in princip. ff. de quæſtio.* & Salyce. *in rubric. C. eod. titul.* vbi ſupponit dictam Gloſſ. communiter approbari, & iſtam com-
Com. opin. munem citat etiam Matanta, *in tract. iudicior. in 4. par. princ. num. 43. cum aliis ſeqq.* Iſta vero omnia intellige
3 cum grano ſalis, videlicet, † quod non liceat iudici arbitrari de pœna mortis, aut alia pœna ſanguinis, niſi cum concurrunt qualitates, & circumſtantiæ, quæ ſuadent talem pœnam imponi, vt per Ioannem de Imol *in c. vt inquiſitionis. de heretic. in 6. & in l. 2. ff. de publi. iudic.* diſtinguendo vt ibi per eum, & in quantum hoc deſiderat criminis magnitudo, ſecundum Baldum *in l. 1. in fin. C. de his, qui latro vel in alie. crim. reos occult.* Nam iudex tenetur attendere facti, & perſonarum qualitatem, & ſi iudex, non ſuadentibus præmiſſis, arbitrium extenderet, imponēdo pœnam ſanguinis, poſſet ab eius arbitrio appellari, vt per Dd. *in d. c. ſuper his.* Aret. *in d. § in ſumma.* & Marſil. *in l. quæſtionis modum. ff. de quæſtio. & in practic. crimin. in §. conſtante. nu 8. & ſeq.*

OPINIO CCCCXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iudex non poteſt motu proprio ad priuatam vtilitatem officium ſuum impartiri, niſi implorantí.*

2 *Iudex non ſupplet de facto, ſed de iure tantum.*

3 *Statutum diſponens, quod iudex debeat terminare cauſas intra certum tempus, intelligitur, ſi pars petierit.*

4 *Cautio quæ præſtari debet virtute iuris communis, vel municipalis, intelligitur ſi petita ſit.*

5 *Vſufructuarius omnium bonorum ſi non præſtiterit cautionem de vtendo arbitrio boni viri facit fructus ſuos, ſi petita non ſit.*

6 *Debitor præueniens creditorem, ad impediendam præſentationem inſtrumenti, quam cautionem præſtare debeat.*

7 *Statutum quod iudex debeat ferre ſententiam ſecundū conſilium ſapientis, intelligitur ſi id à parte petitū ſit.*

8 *Cautio requiſita vigore ſtatuti, ab appellante omiſſa, quia petita non fuit, non vetat appellationem.*

9 *Iudex in cauſis pup. & pupillorū tenetur officium ſuum, etiam non petitum, impartiri. quod etiam procedit in cauſis abſentium. num. ſeq.*

11 *Iudex ex officio poteſt compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, ſi dubitet de mandato.*

12 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi quandocunque, etiam poſt litem conteſtatam, & latam ſententiam. Et dicitur falſus procurator tribus modis. nu. ſeq.*

14 *Exceptio quæcunq; reddens iudicium nullum. poteſt opponi quandocunque, etiam poſt latam ſententiam.*

15 *Iudex ex mero officio poteſt partib. præfigere terminum, ad producendum, & examinandum teſtes, dummodo iſtud ex iuſta cauſa faciat.*

16 *Iudex ex iuſta cauſa poteſt abbreuiare omnem iuris terminum.*

17 *Iudex an & quando ex officio exceptionem, non oppoſitam, supplere poſſit.*

18 *Iudex ſuper non petitis iudicare non poteſt.*

IVDEX non † poteſt motu proprio officium ſuum 1
ad priuatam vtilitatem impartiri, niſi imploranti, ſecundum Innocen. *in c. ad noſtram. il 2. de iureiurand. & in c. in literis. de reſtit. ſpoliat.* Anton. *in cap. 1 an 1 oppoſit. de libell. oblatio. & in cap. ſollicite. de reſtitu. ſpoliat.* Bar. & alios, *in l. dies. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect.* vbi *num. 37. & ſeq* ſcribit, iſtam eſſe communem opi- Com. opin.
nionem, quam ſequitur Io. Bapt. Ferretus *conſil. 42. nu 5. vol. 1.* Nouellus *in ſua pract. crim. in rubr. incip. datis defenſionibus. num 84. & ſeq. & in tract. ad defenſam ſuper rub. exordiente, ſolet communis ſententia nu. 3.* & Auguſtinus Berous *in c. 1. nu. 40. de iudiciis.* Et fundatur dicta communis ſuper illo dicto, † quod iudex non 2
ſuppleat de facto, ſed de iure tantum, vt habetur *in toto titu. C. vt quæ deſunt aduocat.* & not. per Gloſſ. *in c. bona. de poſtul. prælato.* & ita voluit Bart *in d. § hoc autem iudicium. per l. ſollicitas §. veritas ff. de offic præſid.* & ita declarat Ant *in d. c. ſollicite. & in c. 1. de libell oblat.*

Comprobatur ſecundo loco dicta communis: nam pari modo videmus, quod ſtāte ſtatuto, † quod 3
iudex teneatur cauſas terminare intra certum tempus, ſub pœna, hoc ſane intelligatur, ſi pars petierit, ſecundum Butri. & Abb. *in c. penult. colum. penult. de iud.* Calder. *conſil. 3. de pœnis.* Paul. de Caſtr. Alexand. & Iaſ. *in l. properandum. in princ. C. de iud. & in l. vniuerſa. C. de preci. Imperato. offerend. colum. 2.* Beroum *in c. licet cauſam. nu. 71. cum aliis ſeqq de probatio.* vbi refert, & determinat alios caſus ſimiles, & Riminal. *conſ. 535. nu. 9.*

Roboratur etiam, † quod ſtatutum, ſeu lex, diſpo- 4
nens, vt quis teneatur cauere in aliquo actu; alias nō audiatur, intelligatur, ſi huiuſmodi cautio petita ſit, ſecundum Baldum *in l. qui crimen. colu 2. C. qui accuſa. non poſſ.* Aret. *conſil. 136.* Caſtren. *num. 6.* & Iaſ. *in l. vniuerſa. C. de preci Imperat. offer.* Campegium *in tractat. quod ſtantibus maſculis q. 58. num. 234. cum aliis ſeqq.* Dec. qui ita conſuluit *conſil. 607. num. 2. & ſequ. & num. 7.*
Vbi concludit, † vſufructuarium omnium bono- 5
rum, non præſtita cautione, de vtendo arbitrio boni viri, facere fructus ſuos, caſu quo fideiuſſio petita nō eſt. & opinionem iſtorum ſequutus Marinus Freccia, *in tractat. de repræſentatio. inſtrumenti ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, in 9. part. quæſt. 3. num. 6.* & Prudentiſſimus D. Carauita, *in ritu 189. item quod quando contigerit, num. 5. cum aliis ſequentibus.* Vbi † fir- 6
mat contrarium in caſu pragmaticæ, *Maliti is hominum*, diſponentis, debitorem præueniendo creditorem, ad effectum impediendi repræſentationem inſtru-

inſtrumenti, ſecundum formam dicti ritus, non poſſe audiri, niſi præſtita prius cautione per eum, & ante omnia de ſoluendo debitum in caſu ſuccumbentiæ, & vncias decem pro pœna, & de ſe repræſentando perſonaliter in carceribus, tempore publicationis, in cauſa, & quod ob omiſſionem talis fideiuſſionis primum, & ante omnia, etiam non petitæ præuentio nulla eſſet, & quod ea non obſtante, ita nulliter facta, poſſet procedi ad liquidationem inſtrumenti, & profert vtile verbum ibi, quod ita in practica obſeruetur in Regno, prout & nos ſemper vidimus obſeruari: quia text. *d. pragma. Malitiu hominum*, eſt clarus, & requirit pro forma cautionem.

7 Comprobatur vlterius, † ſi ex ſtatuto iudex ferre ſententiam tenetur ſecundum conſilium ſapientis, & aliter lata non valeat, intelligitur, ſi pars conſilium petierit, ſecundum Butr. *in d. cap. 2. de iud.* ſequitur Alexand. *conſil. 121. colum. fin. volum. 2.* & Laſ. *in dict. l. vniuerſa.*

Corroboratur poſtremo iſta communis in iudice, qui tenetur infra certum tempus cauſam committere: nam intelligitur, ſi petitum fuerit, ſecundum Ang. *conſil. 140.* quæ omnia fundantur in regula *d. §. hoc autem iudicium.*

8 Confirmatur etiam, † ſi vigeret ſtatutum, diſponens, appellationem nullatenus valere, niſi præſtita prius cautione per appellantem, quod tunc omiſſio fideiuſſionis non vitiet appellationem, ſi non petatur cautio antedicta à parte, vt deciſum fuit in Camera Imperiali per doctrinam Paul. de Caſt. *in l. pe-tit. §. frater. in fin. ff. de leg. 2.* teſte Ioachim. Mynſing. *in obſeruat. 6. etiamſi ſtatutum. centuria 1.* Sed ego credo talem deciſionem non poſſe de iure ſubſiſtere: Nam ſtatutum requirens aliquid pro forma ſubſtantiali, ob eius omiſſionem, & inobſeruantiam eſt ipſo iure nullum, quicquid aliter factum fuerit, ſecundum notata per Alexand. & alios communiter, *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* [Cōis opin.] Imo ſtante diſpoſitione huiuſmodi ſtatuti, tradentis formam, & modum ſpecificum, & expreſſum agendi, partes non poſſunt renunciare, nec conſentire, quod aliter fieri poſſit, vt habetur per Abbat. & alios communiter, *in cap. dilecto. de præbend.* & ibi Anton. & Ioannem poſt Gloſſ. *in verſicul. clauſula.* & per Imolam *in l. ex facto. in princip. ff. de vulgar. & pupilla.* per Alexandr. *in dict. l. 1.* & late per Felynum *in cap. cum acceſſiſſent. in verſic. tertia declaratio. de conſtitutio. & in capit. cum dilecta. de reſcriptis.*

9 Et iſta communis ita † corroborata fallit primum in cauſis piis, in quibus iudex tenetur ſupplere, & officium ſuum non petitum impartiri, facit *l. qui erat heres. circa princip. ff. famil. erciſcund. & §. ſi autem heres. in authent. de Eccleſ. titul.* vbi heres ex prouiſione, & officio Epiſcopi cogitur ſoluere legata pia, omni falcidia vacante, & limitationem iſtam ſequuntur, [Cōis opin.] & tenent Bart. & communiter Legiſtæ, *in d. §. hoc autem iudicium.* Anton. de Butr. *in c. bona. il 2. de poſtul. prælat.* & Berous *in c. ſollicite. num. 10. de reſtit. ſpoliato.* & Crauet. *conſil. 190. quod in præſenti cauſa ſit deponenda puella. num. 10.* vbi *num. 8. & ſeq.* ampliat hoc procedere etiam in cauſis pupillorum, vt ad eorum vtilitatem in aliquibus caſibus ibi poſitis per eum, iudex ex officio ſupplere queat pro pupillis; prout alterum caſum ponit etiam Rota Pedemontana, *deciſ. 89. cum mater vidua. nu. 9.* quod iudex in citatione infantis ex officio ſupplere poſſit.

10 Fallit ſecundo loco in abſentibus, pro quibus † iudex ex officio poteſt officium non imploratum impartiri, & nouas probationes inducere, vt *l. ampliorem. §. 1. C. de appellatio. & authent. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.* & ita concludunt omnes Canoniſtæ [Cōis opin.] communiter, *in d. c. bona. & in c. iudicantem, 30. quæſtio. vlt.* & Legiſtæ *in d. §. hoc autem iudicium.* & iſtam communem ſequitur, celebrat, & citat Ripa *d. l. num. 74. & ſeq.* Quæ quidem procedit, ſecundum Bartolum *in d. §. hoc autem iudicium.* in caſibus, in quibus iudex poteſt peruenire ad ſententiam diffinitiuam: alias ſecus; ideo lite nondum conteſtata, iudex non poteſt ſupplere pro abſentibus. Procedit quoq; dicta communis in abſentia legitima; Vnde ſi abſentia litigantis non eſſet legitima, vtique iudex non poſſet officium ſuum non imploratum impartiri, vt per Bald. *in d. l. ampliorem. §. 1.*

Tertio coarctatur † dicta communis non procedere, quando iudex opponeret contra inhabilitatem perſonæ comparentis in iudicio: tunc enim iudex ex ſuo officio, ne fruſtra laboret, & faciat iudiciũ fruſtratorium, & ferat ſententiam nullam, tanquam latam cum falſo procuratore, poteſt compellere procuratorem, ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato, ſi dubitat de mandato, ſecundum Gloſſ. *in c. 1. in verſic. abſentia. de elect. lib. 6.* alias autem poterit eum repellere à limine iudicii, etiamſi nō opponatur, quam Gloſſ. ſequitur Bal. *in l. licet. C. de procurator. & in l. exceptionem C. de probatio. in authen. offeratur. C. de litis conteſta. & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca.* Angel. *in l. Pomponius. § ratihabitio. ff. de procurato.* Panormitan. *in c. cauſam quæ. il 1. num. 3. de iudic. & in c. Eccleſia. il 1. vt lit. pendent. in cap. 1. & in c. nulli. de appella.* Anton. de Butr. & ibi Barbat. *in c. cum M. de conſtitut.* Paul. de Caſt. & Roman. *in l. inter quos. § fin. ff. de damno infecto.* Salyce. & Alexand. *in d. l. licet.* Domini de S. Geminia. *in d. c. cauſam quæ.* Barbat. *conſil. 36. illud. in fin. & conſil. ſeq. colum. 3. volum. 1. & conſil. 7. ſapienter colum. penult. volum. 2.* Alexand. *conſil. 77. viſis dubitationibus. num. 20. vol. 3.* Chaſſa. *conſil. 68 viſis. num. 38.* & Grammatic. *conſil. ciuili 95. num. 36.* Contra vero Gloſſam prædictam, eſt textus expreſſus, ſecundum Bartoli lecturam ibi, *in d. l. inter quos. § fin.* vbi tenet, quod iudex ex officio non poſſit opponere contra inhabilitatem perſonæ, comparentis in iudicio; Et ideo Ioan. de Imol. *in d. § fin. num. 9.* reprobat illam Gloſſ. *& in c. cum in iure peritus. de offic. deleg.* quia iudex, ſecundum eum, non debet impartiri officium ſuum non poſtulatum, *d. § hoc autem iudicium.* & quia in caſu præcitatæ Gloſſ. iudicium non erit fruſtratorium: cum executio fieri poſſit contra falſum procuratorem, vt *in l. Plautius. ff. de procurator. & in l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iud.* Gloſſ. *in d. l. licet. in Gloſſ. fin* & dictam Gloſſ. *in allegato c. 1. de electio.* aſſerit audacter Felyn. *in d. c. cauſam quæ. nu. 1.* communiter reprobari per Dd. [Cōis opin.]

Cæterum his parum obſtantibus, & aliis, quæ cōtra Gloſſ. illam allegantur, ſequor, omiſſo multiloquio, & omni diſputatione, opinionem dict. Gloſſ. *in d. c. 1. de electio.* tanquam magis communem, quam expreſſe ſequitur Deci. *in d. c. cauſam quæ. num. 2. & 13.* vbi dicit d. Gloſſ. magis communiter approbari, ſe- [Cōis opin.] quitur etiam Roman. *conſil 67. viſo themate. ſub num. 5. conſil. 69. viſo quæſtionis themate. num. 11. & conſil. 224. viſa captura. num. 5.* Gomet *in reg. de anna. quæſtio. 4. num. 7.* Marſil. *in pract. crim. § ſequens. ſub num. 36. & conſil. 16. inclina. num. 37. & ſeq.* Ripa *in d. §. hoc autem iudicium. num. 49.* vbi refert in iudicando, & conſulendo non eſſe ab opinione Gloſſ. prædictæ recedendum: cum ſit magis communiter approbata, & Iacob. de Sanct. Georg. *in d. l. licet. num 9.* & Berous *in c. 1. num. 58. de iud. & in c. 1. num 1. cum aliis ſeqq. de accuſat.* vbi optima diſtinctione conatur opiniones iſtas concordare.

Et

12 Et dato,† quod ſententia in caſu præmiſſo eſſet lata cum falſo procuratore, tamẽ per partem exceptio falſi procuratoris poſſet opponi quandocunque, etiam poſt litem conteſtatam, & latam ſententiam, vt per Gloſſ. *in l. licet. C. de procurator.* communiter approbatam ibi ab omnibus, & paſſim ab aliis Dd. iuris noſtri. Et à Iaſon. & aliis, *in l. in cauſa cognitione. §. 1 ff. de procurat. L. licet. ff. de iudic.* (Cōis opin.)

13 Notandum autem hic eſt, † quod falſus procurator tribus modis dicatur; Primo, qui nullum habet mandatum; ſecundo, qui habet inſufficiens; tertio, qui ſufficiens, verum ad cauſam impertinens, vt per Gloſſ. *in l. ſi procuratori falſò. in ver. falſo. ff. de condict. cauſ. dat. & in l. falſus. in ver. falſus. C. de furtis. & in c. ex parte decani. in ver. procurator. de reſcript.* Bald. *in l. licet. num. 2. C. de procurat.* vbi Iaſ. *num. 4.* & Bologn. *in addit. conſil. Anan. 96. num. 2.*

14 Quia non ſolum hæc exceptio, † ſed etiam omnis alia exceptio, quæ redderet iudicium retro nullum, poſſet opponi quandocunq; etiam poſt ſententiam, ſecundum Dd. communiter *in capit. an noſtra. extra. de procurat.* & iſtam ſequuntur Modern. & atteſtantur vbi, & Grammat. *in* [illegible] *nu. 5.* (Cōis opin.)

15 Interpretatur vlterius dicta communis, quod † iudex ex mero officio partibus poteſt dare, concedere, ac præfigere terminum, ad producendos, & examinandos teſtes, *c. in et cauſam. de probat.* vbi Abb. hoc ſæpiſſe firmauit, *& in c. finem litibus. in 1. nota. de dolo, & contuma.* Bart. *in l. 1. in 2. nota. de dilatio.* & Alex. *in d. §. hoc autem iudicium.* vbi refert iſtam ſententiam eſſe communem, dummodo iudex iſtud ex cauſa iuſta faciat; verbi grana, ex negligentia litigantium, præcipueq; actoris, cui in primis onus probandi incumbit, *l. ei, qui. ff. de probatio.* (Cōis opin.)

16 Poteſt quoq; † iudex ex iuſta cauſa omnem iuris terminum abbreuiare, ſecundum Bart. *in l. 2 ff. de re iud.* Limitatur quoque, & ampliatur prædicta communis regula in multis aliis caſibus per Soci. *in tract. fallentiarum in reg. 197. & in reg. 200.* per Ripam, *in d. §. hoc autem iudicium.* & Auguſtin. Beroum *in d. c. ſollicite num. 7. cum ſex aliis ſeqq.* quos omitto, breuitati ſtudendo.

17 Poſtremo † iudex ex officio etiam ſupplere poteſt exceptionem nõ oppoſitam, quando ineſt ipſi actioni, vt, verbi gratia, in pactis incontinenti oppoſitis, vt concedunt Bart *in l. lecta. ff. ſi cert. peta. & in l ſi vnus. §. pactus. ff. de pact.* & alii communiter, *in alleg. locis.* Secus autem foret, quando non ineſſet exceptio, ſed veniret extrinſecus, vt in pactis, appoſitis ex interuallo, vel in exceptionibus, procedentibus, ſcaturientibuſque ex alia æquitate, vt firmat Bat. *in locis præmemoratis.* & Alex. *in l. cum qui. §. quis ita. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca.* vbi refert Dd. contrariæ ſententiæ, & ita deciſum vidi hiſce oculis, pluribus vicibus annis ſuperiorib. in Sacro Regio Conſilio Neapolitano in variis, diuerſiſq; cauſis, vt nunquam prouiderit ex officio, cum aliquod ius per partes ex incuria ad earũ fauorem prætermiſſum fuit, proui hoc idem deciſum reperio in Senatu Delphinali, atteſtãte Guid Papæ, *deciſ. 221. item dicta dec.* quod neceſſario præſcriptio opponi debeat, alias prætermittens eam opponere, excludit à deſiderio ſuo, vbi refert etiam quamplurimos caſus ſimiles, in quibus aliquid ad fauorem actoris, vel rei procedens prætermiſſum, nihil releuat, nec operatur, & Tiraquel. etiam *in tract. de præſcriptionib. §. 1. gl. 2. verſ. ſed quæſtionis eſt, cum verſ. ſeq.* (Cōis opin.)

18 Et de hoc mirandum non eſt: ſiquidem † iudex de his, quæ petita non ſunt, iudicare nequit, *l. fin. C. de fideicomm. liber.* & not. Alex. *conſ. 163. viſo proceſſu inter D. Franciſcam vxorem. nu. 5. vol. 2.* Beroius *conſ. 89. viſo puncto mihi exhibito. nu. 27. volu. 1* vbi hoc ampliat, & Cranet. *conſ. 271. verba ſtatuti Saluciani. n. 6.* vbi firmat etiam per text. *in l. fin. §. fin* & per notata ibi per Dd. *ff. de cond. indeb.* quod iudex non poſſit in integrũ reſtituere, cum in integrum reſtitutio petita non eſt, & hoc idem firmauit ante eum Alea. *in d. conſ. 163. n 5. vol 2.*

OPINIO CCCCXIX.

SVMMARIA.

1 *Iudex condemnans aliquem in aliqua parte, an videatur à contrario ſenſu in alia parte abſoluere.*

2 *Sententia lata ſuper vna tantum parte, eſt nulla, quia debet ferri ſuper toto.*

3 *Sententia in qua iudex dicit,* victum victori in expenſis, *nec adiicit.* condemnantes, *non valet, reſpectu expenſarum.*

IVDEX condemnans † victum victori in a[illegible] parte, non videtur à contrario ſenſu in alia pa[illegible] abſoluere. ſecundum Abb. eleganter, *in c. cum inter* [illegible] *col. 5. & ſeq. de re iud.* Corn. *conſ. 49. videtur in hac. vol 2.* vbi cõcludit, non valere conſequentiam; iudex condemnat aliquem in vna parte, ergo in alia abſoluit, quia datur medium, vt per Dec. *in c. ſi duobus. de appell.* Gozadin. *conſil. 1. primo diſcutiam. column. 2.* Et ideo ſententia † erit nulla: quia non lata ſuper toto, *l. hoc iudicio. ff. famil. erciſcun. l. dicere. ff. de arbit.* Gl. *in l. 1. C. ſi aduct. vend.* & late explicat Corne. *in d. conſil. 49.* & iſta eſt communis opinio, vt per Modern. *in l. 1. ff. de offic. eius.* & ita cũ iſta opinione reſidebat Illuſtris D. Rainaldus Ridolfius Peruſinus, præceptor meus, ſed per nonnullas alias rationes hic non explicatas, cum publice interpretaretur Peruſii *dict. in leg. 1.* 2 (Cōis opin.)

An ſententia non cõprehendens totum negocium ſit nulla, vide Alea. *conſ. 42. vol. 4. & conſ. 49. vol.* Paul. Caſtren. *in l. contractus. C. de fide inſtrumẽtorum* Iaſ. *in l. prætor. § ſi iudex. n. 34. ff. de re indicata.* & eundem Alex. *conſ. 174. volu. 2.* & non poteſt pro parte valere, & pro parte non, ita Grammat. *conſil. ciuili, 124 num. 13.*

Ponoq; in præſentiarum, & alium caſum, videlicet, Si † iudex in ſentẽtia dicat, *victum victori in expenſis*, nec adiiciat, *condemnantes*: tunc non valet ſententia reſpectu expenſarum, quaſi non continens condemnationem, abſolutionem, ſeu æquipollens, ſecundum Bart. *in l. preces. C. de ſent.* cui aſſentitur Bald. *in l. errore. de teſtam.* Roman. & Nicellus *in l. 1. ff. de re iudic.* & Iaſ. *in §. curare. nu. 55. Inſt. de actio.* vbi multa refert pro vtraq; parte. 3

In contrariam vero ſententiam titubanter inclinauit idem Bart. *in l. ſ. § fin autem. ff. de hered. inſtit.* Felyn. multos Dd. citans *in c ex parte. de fide inſtrumen.* & Ripa *in l. 1. nu. 22. in fin. ff. de re iud.* & iſtam opinionem conabatur poſt Roma. *in d. l. 1. ff. de re iud.* concordare, ac ſaluare præcitatus D. meus Rainald. Ridolf *in d. l. 1.* videlicet, ſi forent in ſententia adiecta illa verba, *& cætera*, quæ inducunt omne, quod venit de natura actus, iuxta tradita per Bartol. & alios *in l. Gallus. § idem credendum, ff. de liber. & poſthum.*

OPINIO CCCCXX.

SVMMARIA.

1 *Iudex domicilii, ſeu originis an poſſit cognoſcere de delicto commiſſo per ſubditum ſuum extra territorium, & nu. 7.*

2 *Statutum diſponens, iudicem in delictis procedere poſſe per inquiſitionem, intelligitur de commiſſis in territorio, & non extra.*

3 *Iudex habens delinquentem in carceribus, cenſetur eum remittere ad iudicem loci commiſſi delicti.*

4 *Abſo-*

4 *Abſolutus, vel condemnatus in loco domicilii non prohibetur accuſari in loco delicti; ſecus vero quando eſt abſolutus in loco delicti.*
5 *Sententia condemnatoria cum ei ſatisfactum eſt, habet vim ſententiæ abſolutoriæ.*
6 *Fur pro furto alibi commiſſo poteſt capi, & puniri in loco, vbi cum re furtiua deprehenditur, licet ibi non ſit furatus.*
8 *Inquiſitio in quibus caſibus locum habeat.*
9 *Delinquens an & quando à iudice domicilii ad iudicem loci, vbi delictum commiſſum eſt, remittendus ſit. & num. 11.*

1 IVDEX domicilii, † ſeu originis, non poteſt cognoſcere, nec inquirere de delicto, commiſſo per ſubditum eius, extra territorium, ſecundum Doctores antiquos, & præſertim Bartol. *num. 48.* & Oldrad. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* Iac. de Belui. *in l. fin. de iuriſdict. omn. iud.* & *ibi* Guid. de Cu. Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de comp. iud. adi. §. 1. in add. antequam examine.* Bald. *in l. 1. C. de edil. actio.* Salyc. *in l. ſeruos. C. ad legem Iul. de vi.* Albert. *in tracta. de ſtatutis. in 3. part. quæſt. 19. ſeu 36.* & hoc plene traditur per Legiſtas *in d. l. fin.* & per Gratum, *in conſil. 74. viſis, ac conſideratis elegantiſſimis dubiis. num. 21. volum. 2.* & per Canoniſtas omnes, præſertim Maria. Socin. *in c. fin. de foro compet.* & iſta eſt magis communis opinio, atteſtante Socin. *in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. num. 16. ff. de re iud.* Ang. Aret *conſil. 58. num. 2. volum. 2. conſ. crim. diuerſ.* Pariſ. *conſil. 159. num. 7. volum. 4.* & Marſil. *in pract. crimin. in §. conſtante. num. 90.* & Grammat. *in deciſ. 26. num. 9. & 11.* & alias in contingentia facti ita fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, vt refert Grammat. *in alleg. d. deciſ. 26.* vbi concludit, quod per magnam Curiam Vicariæ fuerit remiſſus reus ad locum delicti, & pronunciatum, iudicem domicilii non poſſe inquirere de delicto alibi commiſſo, & ita obſeruatur etiam in ſtatu Mediolanenſi, atteſtante Claro, *in pract. crim. in §. crim.* & ſic deniq; doctiſſime conſuluerunt Ioan. Riminal. *conſil. 32. nu. 20. volum. 1.* & Roland. à Valle *conſil. 19. quæſtio iſta. num. 8. cum aliis ſeqq. volu. 2.* Et iſta communis non modo procedit de iure ciuili, verum etiam canonico, ſecundum Bald. *in l. 1. §. 2. colum. penult. ff. de offic. præfect. vrbis.* quem ſequitur Auguſti. de Arimi. *in addit. ad Ang. de maleſic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio. fol. 8.* & Marſil. *in d. l. fin. num. 140.*

2 Et ita † interpretandum erit ſtatutum, diſponens, iudicem poſſe de delictis procedere per inquiſitionem: nam intelligitur de commiſſis in territorio, nõ extra, ſecundum Bal. *in d. l. cunctos populos col. 30.* Alex. *conſ. 3. ponderatis. volu. 1.* Iaffred. *in deciſ. 100.* & Ruinum *conſ. 84. nu. 9. volum. 4.* & quamplurima ad id adducit Marſil. *in d. l. fin. num. 135. cum aliis ſeqq. in pract. crimi. in verb. conſtante. nu. 90. & ſeq. & in conſ. 14. in præſenti nu. 9. & ſeq. in conſ. 64. num. 63. & ſeq. conſ. 121. in cauſa nu. 1.* & iſta communis corroboratur ratione hac: quia dicitur iudex incompetens ratione delicti extra territorium ſuum commiſſi.

3 Imo hoc caſu ſi † iudex ille habet reum in carceribus ſuis, tenetur eundem remittere ad iudicem loci commiſſi delicti, vt ſentit Gloſſ. *in Clem. paſtoralis. de re iud.* & not. omnes Scriben. *in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor.*

4 Quin etiam † ſecundum Bald. *in l. executorem.* condemnatus, vel abſolutus in loco domicilii, non prohibetur accuſari in loco delicti, vtpote quia de iure locus delicti eſt principalis locus, in quo punitio fieri debeat: nam ad eum iudex domicilii remiſſionem facere tenetur, dato quod ipſe in cognitione præueniſſet, *auth. ſi vero criminis, & in corpore, vnde ſumitur. C. de adult. l. ſi cui. §. fin. ff. eod. tit.* & habetur *in d. Clement. paſtoralis*: ſecus ſi eſſet data ſententia abſolutoria pro accuſato, vel inquiſito per iudicem delicti: tunc exploratum eſt de eodem delicto non poſſe amplius quæri coram iudice originis, *l. hos accuſare. §. iiſdem. de accuſatio. & c. de his. eod. tit.* idque hac potiſſimum ratione, quia quando quis eſt condemnatus in vno loco, & facta eſt executio, vt quia pœna ſit ſoluta, non poteſt amplius contra eum de eodem delicto per alium iudicem procedi. Nam de delicto eiuſdem hominis non debet pluries quæri, *l. licet. §. poſſumus ff. nau. caupo. ſtabula.* & ita ſentit Bart. *in l. ſepulchri.* Sicut ergo accuſatus, † qui ſoluit, non poteſt in alio foro 5
accuſari, ita etiam ſi ſit abſolutus in vno tribunali, quia ſententia condemnatoria, poſtquam eſt ſoluta, habet vim ſententiæ abſolutoriæ, *l. ſi quis cum totum. §. plane. de except. rei iudic.* Et iſta non tantum procedunt, quando quis principaliter fuit accuſatus, ſed etiam cum contra illum fuit proceſſum per viam inquiſitionis, ſecundum Anton. de Butr. Abb. & alios communiter, *in c. de his. de accuſa.* Innocen. *in c. cum dilectus. de electio.* Bart. *in d. §. iiſdem.* quia ſecundum eum, Cõis opin.
inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, per ea, quæ habentur *in l. 2. §. ſi pub. de adult.* & de iſta communi atteſtatur expreſſe Ruin. *in d. conſ. 84. n. 5. vol. 4.* Suſtinetur quoq; dicta communis alia viua ratione per Dd. relatos: quia reſpublica ſub qua domicilium habet nõ videtur offenſa ob delictum alibi commiſſum: nam etiam iudex extra territorium ſuæ iuriſdictionis nullum habet imperium, vt habetur, *in d. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in c. fin. de foro competent. & in d. Clemen. paſtoralis.* & habetur *in l. fin. ff. de offic. præfect. vrb.*

Et quamuis dicta communis tam de iure ciuili quã canonico ſit veriſſima, tamen ea generali conſuetudine totius Italiæ, hodie approbata, non eſt facienda remiſſio rei ad locum delicti, ſecundum Bart. *in d. l. ſepulchri. de ſepulch. viola.* & Alex. *ibi in apoſtill. & in l. ſi cui, circa fin. ff. de accuſat.* & late Auguſt. Berous *in c. de his. nu. 29. de accuſat.* Boſſius *in pract. crim. tit. de foro competen.* vbi meminit inutiliter, iſtam eſſe communem Cõis opin.
ſententiam, & Cagnol. *in d. l. fin. nu. 153. ff. de iur. om. iud.* Sed aduerte, ne erres: quia Dd. omnes dixerunt contrarium communiter, videlicet, delinquentem debere ad iudicem loci delicti remitti, non obſtante contraria conſuetudine, per text. *in l. 1.* vbi Bartol. & Dd. *C. vbi de crim. agi opor.* & tenent hoc etiam Iacob. de Belui. & Ang. *in §. ſi vero quis comprehenſorum. in authen. vt nulli iudi. collat. 9.* Ioan. de Anan. *in c. 1. de rap.* Gl. *in d. Clem. paſtoralis. in ver. more.* & *ibi* Ioan. de Imol. Io. Fabr. *in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport.* & Cyn. Bart. Bald. Salye. & Iaſ. *in l. 1. C. de ſumma Trinit.* & Bald. *conſ. 205. volu. 4.* Cæpol. *conſ. 59.* Paul. de Caſtr. *conſ. 307. de iure communi. in nouis.* Felyn. *in c. licet ratione delicti. colum. 4. de foro compet.* Foller. *in pract. crim. in ver. audiantur excuſatores, in 1. par. 2. par. num. 80.* & abunde Boeri. *deciſ. 29.*

Sed retenta communi † opinione ſuperius relata, 6
eam interpretor non procedere in fure; qui ſi commiſit furtum Romæ, & deinde cum re furtiua inuentus ſit in Ciuitate Aquilæ, ibi ſine aliquo dubio poterit capi, & condemnari, etiamſi ibi nihil poſſideat, ſecundum Azo. *in ſumma. C. vbi in rem actio.* Bart. Fulgoſ. & Ange. *in l. ſi abducta. C. de furtis.* & Bart. *in l. ſi dominum.* Bald. *in l. vnica. colum. 7. C. de confeſſ. & in c. 1. §. ſi furtum. de pace iuramen. firman.* & Angel. Aret. *in tract. maleſic. in verſic. & veſtem cæleſtem. verſic. quid ſi fur.* cum aliis congeſtis per Marſil. *in d. l. fin. n. 212. ff. de iuriſdict.*

Com. opin. comm.iud. Boer. *deciſ. 218. num. 2.* & iſta eſt communis opinio, & ſeruatur in practica, vt atteſtatur expreſſe Albe. de Roſa. *in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. fin. ff de iudi. & in l. fin. C. vbi in rem actio.* & Boer. *deciſ. 13. num. 47. & in d. deciſio. 218. num. 2. & ſeq.* & ita in contingentia facti fuit votatum, & deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, vt meminit Capycius, *deciſio. 104.* & fuit deciſum etiam, ſecundum præmemoratam communẽ, in Sacro Burdegalenſium Senato, teſte Boerio, *in d. deciſio. 218. num. 5.* Duas alias vero opiniones huic communi contrarias recenſuit Boet. *ibi*: quas tanquam inutiles, breuitati ſtudendo, omitto.

7 Claudicat † etiam ſecundo loco eadẽm communis in principio poſita, & firmata, quod licet iudex originis punire nequeat ſubditum ſuum de crimine commiſſo per eum extra territorium: tamen cum delictum fuit perpetratum à ſubdito contra ſubditum, quamuis extra territorium, & procederetur per viam accuſationis, & de iure communi, poſſet vtiq; tunc iudex ipſe originis ad querelam procedere, tanquam competẽs in præſenti caſu, ad puniendum delinquentem prædictum, vt eſt de mente omnium, *in d. l. 1. C. vbi de crimin. agi opor. & in d. l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* Boer. *in deciſ. 270. ſub nu. 3.* & Rolan. à Valle *in d. conſ. 19. ſub nu. 20.* quia foret ſublata illa altercatio Doctorum in præſenti caſu, an per viam inquiſitionis procedi poſſet, de qua per Bartol. Bald. & omnes alios, *in d. l. cunctos populos. & in c. vt animarum. de conſt.* Alex. *conſ. 111. ponderatis. vol. 1.* & Marſil. *conſ. 110. & in d. l. fin. col. 18. de iuriſd. omnium iud.* & ita me patrocinante in practica quamplurimis vicibus obſeruari vidimus.

Cæterum ad inſtitutum redeundo, animaduertẽdum eſt, quod hæc communis traditio, quod iudex commiſſi delicti ſolus inquirere, & ꝓcedere contra delinquentem, ſibi non ſubditum ratione domicilii, vel originis, illuminatur, ſuſtentaturque ea ratione,
8 primo loco, † quia cum inquiſitio regulariter à iure prohibeatur, niſi in certis caſibus à iure expreſſis, *l. 2. § ſi publico. ff. de adult.* Bart. *in l. congruit. ff. de offic. præſid.* iſte autẽ caſus re vera non reperiatur à iure expreſſus; ergo nõ poteſt eo caſu inquiri: cum præſens caſus ſit contra regulas iuris, diſponentes, ꝙ ſine accuſatore nemo damnetur, *l. reſcripto § ſi quis. ff. de mun. & hon.* imo etiam contra ius diuinum, quia Chriſtus dixit apud Ioan. *c. 8. Mulier, vbi ſunt qui te accuſant?* & cum deeſſet accuſator, protulit tunc, *nec ego te condemnabo.* ita vt accuſatione non præcedente, damnari quis non debeat, *c. de manifeſta. 11. q. 1. c. quiſquã, 23. q. 4.* Præterea, cum accuſatio ſpectet ad publicam vindictam, quæ debet per patrem ciuitatũ vlciſci, vtiq; ob crimen perpetratum extra locum originis, nõ fuit vllatenus offenſus ille locus originis, nec illius iudex: itaque ſequitur neceſſario, ꝙ iudex originis non poſſit aliquo modo per inquiſitionem ꝓcedere, ſed iudex duntaxat loci commiſſi delicti. Quam etiam opinionem probauit ICtus *in l. 1. & in l. ſi cui. §. pen. ff. de accuſat.* & Imperator, *in authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport.* quibus in locis voluere, ꝙ in loco in quo quis deliquit, ibidem iuri ſubiacere, ac puniri debeat; ergo non alibi; argum. *l. eum prætor. ff. de iudic. & l. mariti. C. de procura.* & iſtam ſententiam, tanquam ſacroſanctiſſimam, aliis quamplurimis rationibus approbauere, tam Antiqui, quam Moderni Scribentes, in principio relati, & potiſſimum Marc. Ant. Mareſcotus, *in repet. c. vt animarum. §. ſtatuto. de conſtit. in 6.* vbi aſſerit etiam, illam eſſe magis, magiſq; communem, & ita ſimiliter reſolutum fuit de voto, & ordinatione Sacræ Conſultæ, tempore Gregorii XIII. Pont. Max. Paulonum, ciuitatis Reatis, per Gubernatorem Reatinum, remittendum eſſe ad Gubernatorem Tudertinum, iudicem delicti.

Nec perturbat in præſentiarum modo aliquo illa terribilis obiectio, ꝙ de conſuetudine vniuerſali remiſſio hæc non ſit facienda † per Iudicem originis ad 9
Iudicem loci delicti. quia opinio Scribentium ita deliberantium, non eſt admittenda in terminis noſtris in quibus ſumus in iudicibus ſubiectis vni, & eidem Principi, quo caſu, vt ſupra, *ſub nu. 5.* planum fecimus, verius, atque receptius eſt, ꝙ debeat fieri remiſſio ad iudicem loci perpetrati delicti. ita vt iudex originis ante remiſſionem cauſæ nil aliud poſſit prætendere; quam purgationem contumaciæ delinquentis, caſu quo contumax in ſua curia pro crimine, de quo agitur, fuerit, vt plane, ac clare deduximus ſupra, *in opin. 20. nu. 11. & ſeq.* Et ſic hæc opinio nullatenus admittenda in caſu noſtro, cum ſimus in iudicibus eidem Principi ſubiectis, tunc enim ſine omni † dubio facienda eſt 10
remiſſio ad iudicem loci commiſſi delicti: Secus vero foret quando eſſemus inter iudices, qui nõ eſſent ſubditi eiuſdem Principis: quia tunc eſſet attendenda illa opinio; ꝙ de conſuetudine locum nõ habeat remiſſio, ſicut eſt communis, & recepta ſententia vtriuſq; iuris Interpretum, quæ paſſim obſeruatur, vt teſtatur Chaſſaneus *ſuper conſuet. ad. Burgund. fol. 36 ; n. 14.* Bald. *in l. executorem. nu. 30. C. de execut. rei iudicat. & in l. requirendi. poſt nu. 2. C. de ſeru. fugit.* Paul. Caſtren. *conſ. 309. vol. 2.* Veronen. *conſ. 59.* Franc de Match. *deciſ. 402. nu. 9.* Clarus *in pract. crim. q. 38. poſt nu. 31.* & Couarru. *pract. quæſt. q. 21.* ibidem teſtatur opinionem iſtam eſſe communi totius orbis vſu approbatam.

Imo etiam ſi nos eſſemus inter † iudices diuerſis 11
Principib. ſubiectos, veluti contingit in locis Regni ſubditis Cæſ. Maieſtati, ſeu Regi Catholico, & in terris Eccleſiæ ſubiectis ſanctiſſ. Pontifici: tamen cum hodie inter ambos Principes seperiat capitulatum, de remittendis inuicẽ ipſis delinquentibus, arbitror hodie verius fore in hiſce noſtris partib. remiſſionẽ faciendam eſſe reciproce, in locis, Regni & Eccleſiæ, veluti huiuſmodi capitula ſtabiliri ſolere inter Principes, ſcripſit etiam Clarus *in paulo ante citat. q. 38. ſub nu. 21.* vbi teſtificatur fuiſſe ea quoq; obſeruata inter Duces Mediolani, & ſereniſſ. Dominium Venetorũ.

OPINIO CCCCXXI.

SVMMARIA.

1 *Iudex ordinarius propter ſimplicem commiſſionem præſumitur delegatus.*

2 *Princeps ſi in commiſſione, quam facit iudici ordinario, addat, vel minuat iuriſdictionẽ, facit eum delegatum.*

3 *Iudex ordinarius ſi iudicet tanquam delegatus, appellatur ab eius ſententia ad ſuperiorem.*

4 *Principe cauſam aliquam iudici ordinario committente, an, & quando iudex ille in ea cauſa habendus ſit pro ordinario, vel delegato. & n. 5. 6. & 7.*

1 IVDEX ordinarius ꝓpter † ſimplicem commiſſionem præſumitur delegatus, ſecundum omnes Dd. communiter, *in l. ius ciuile ff. de iuſt. & iur.* q̃ communẽ declarat Fely. *in c. dicet. de proba. & in c. cum te. col. 7. de reſcrip.* Imo hoc caſu ordinarius vere eſt delegat°, quãdo eius iuriſdictio eſt alterata, vt not. p Ang. *in l. 1. § ſi quis ſimpliciter. ff. de ver. oblig.* & ibi Alex. & Iaſ. *n. 5.* & alii Moderni aſſerentes iſtam eſſe comm. opin. & per eundem Iaſ. & alios *in d. l. ius ciuile.* & Boer. *deciſ. 151.* Vnde Com. opin. ſcias, ꝙ vbicunq; aliquid addit, vel detrahitur primæ diſpoſitioni iudicis ordinarii, creatur noua diſpoſitio, *d. l. 1 § ſi quis ſimpliciter. & d. l. ius ciuile.* Hinc † dicebat 2
Angel. & Dd. per illum textum, *in dict. l. ſi quis.* quod ſi Pontifex, vel Princeps in commiſſione, quam facit

ordi-

ordinario iodici, addat, vel minoat iuriſdictioni, facit eum delegatum; quod tene meoti perpetuo, & tenaciter, ex his enim redundat hæc vtilitas, quia ordinarii noo poſſunt capere ſalarium, *c. ſtatutum. §. penult. de reſcript. lib. 6.* Sed iudex delegatus poteſt vtiq; capere ſpecies pro viſitaoone, ſeu viſura proceſſus, *d. cap. ſtatutum.* & hoc tenent, & oot. omnes Canooiſtæ communiter *in cap. cum ab omni ſpecie. de vita, & honeſt. cleric.* & Legiſtæ *in l. ſolent ff. de offic. præſid.* & iſtam communem ſequuntur Modet. *ibi*, & citaot, & Boer. *deciſ. 15. num. 1.* & ita conſuluit Auchara. *conſil. 201. præmittendum eſt.* quod ſportulæ ſoluendæ ſint, & conſignandæ iudici ordinario, poſtquam cauſa fuit ei ſpecialiter delegara, & quæ ad eius officium ſpectabat, & hoc explicabimus vberius, & clarius *infra in opinio. ſportulæ.* Cõis opin.

3 Et ſimiliter redundat iſta † alia vtilitas ex præcitatis, ꝙ quando iudex iudicauit tanquam delegatus, appelletur ad ſuperiorem. *c. licet in corrigendis. de offic. ordin.* & eſt tex. magiſtralis, *in c. cum aliquibus. de reſcrip. in 6.* & ſic nulli dobium eſt ordinarium eioſdem cauſæ (vt ſupra docuimus) poſſe cooſtitui delegatum, vt eſt textus vltra relata *in l. & ſi propter. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio.*

4 His itaque ita † vtiliter propalatis, animaduertendum eſt in præſentiarũ, vt apertam iudicaodi normã intelligas, in præſenti re, quod ſæpenumero ſoleat Princeps iudici ordinario varias committere cauſas; quo caſu Reſcripti, ſeu reſcriptorũ verba diligentiſſime tunc ſunt attendenda. Si enim oblata ſupplicatione ipſi Principi, ſimpliciter reſcriberet, vt iudex ordinarius de iuſtitia in cauſa prooideret, tunc profecto nõ videreĩ vllo modo ceſſare ab ordinaria iuriſdictione. quia eo caſu iuriſdictio ordinaria non alteratur, & ideo non dicitur delegatio, ſed potius iuriſdictionis excitaoo. *l. ſæpe audiui Cæſarem. cum l. ſequenti. ff. de offic. præſid.* & nihil mirum, nam ob id iudex ordinarius nou efficitur delegatus, ſed remanet ordinarius, etiam in illa cauſa, vt per Gl. *in d. l. ſæpe audiui. ante finem.* per Pyrrhum Alfanum *in rub ff de offic. eius. num. 38.* Franciſc. Marc. *deciſ. 73.* & per Maraot. *in tract. de iudiciis. in 4. part. diſtinct. 5. in vltima differentia. num. 72 per text. in auth. vt nulli iudic. §. & hoc vero iubemus.* & iſtæ commiſſiones, ſeu reſcripta ſic emanata, ita declarata fuerunt per Sacrum Regium Collaterale Conſilium, *hoc currente anno 1598.* non ſemel, mediantibus variis prooiſionibus, tranſmiſſis ad Sacram Regiam Audientiam Bareoſem, quod nõ cenſeatur cauſa delegata, ob commiſſiooem cauſæ iudici ordinario factam, & ſic eidem Regiæ Audientiæ, quæ ſpectabat ad eius iuriſdictionem: imo hæc commiſſio appellatur Iuſſus, non autem Delegatio, vt per Marant. *eo in loco, per textum, in allegato §. & hoc vero iubemus.* Ita vt tunc ex huiuſmodi cõmmiſſione reſultet hæc vtilitas, quod poſſit io Sacra Audientia peti remiſſio cauſæ ad iudicem competentem, prout variæ & quamplurimæ caoſæ fuerunt remiſſæ ad varios officiales ciuitatum, & Terrarum ꝓuinciæ Terræ Bari per eandem Regiam Audientiam *anno 1597. & ſequentibus*, me aſſidente in ea tunc auditore, & conſiliario.

5 Cæterum concluſio hæc ita † declarata, procedit primo com in Reſcripto, commiſſiooeque Prooicipis, reperitur eam directam eſſe ad Pręſidem per verbum *mando*; tunc eoim ob hoc verbum non cenſetur cauſa delegata, ſed potius dicitur excitata eius iuriſdictio. ſecus vero ſi in commiſſione eſſet appoſitum verbum *præcipio*, tunc enim videtur cauſa delegata, prout ita diſtinguendo concludit Gloſſ. *in allegata l. ſæpe audiui Cæſarem. prope fin.* vbi ſimiliter ponit hanc differentiam inter hæc verba *mando* & *præcipio.* & quod verbom; *præcipimus*; importet delegationẽ concedit etiam Apoſtilla *in conſtitu. Regni conſuetudinem. tit. de Rei actione, & except.* quæ allegat Gloſſ. *in c. cum aliquibus, in ver. facultatem. de reſcript. lib. 6.*

6 Secundo claudicat quoque eadem concluſio † ſi Princeps in reſcripto ipſo adderet; *vices, & voces tibi præſtamus*; vel, *authoritatem noſtram tibi concedimus*; tunc enim abſque dubio eſſet delegatio, & vice delegaotis fungeretur iudex ipſe ordinarius, *l. & ſi prætor. ff. de offic. eius.* vbi ad amuſſim iſta notat Alexand. addendo ad Bart. quam etiam communem opinionem appellant Pyrrhus Alfanus *in rubr. num. 38. ff. de offic. eius.* quam amplexi ſunt Bartol. Alexand. & Iaſ. *in l. more maiorum. ff de iuriſdict. omn. iudic.*

7 Tertio interpretatur etiam prædicta † concluſio procedere abſque ſcrupulo aliquo, in cauſa commiſſa iudici ordinario, ſecus vero ſi fieret commiſſio alicui, qui non eſſet ordinarius in illa cauſa; quoniam ille tunc cenſeretur mere delegatus, vt *in toto titulo, de offic. deleg.* & notat Marant. in *tractat. de iudiciis. in 4. part. diſt. 5. in vltima differentia ſub nu. 72.*

OPINIO CCCCXXII.

SVMMARIA.

1 *Iudex in reſcripto datus, ordinem reſcripti ſequi tenetur, etiamſi is iuri contrarius ſit.*

2 *Iudex datus in reſcripto non habet iuriſdictionem aliquam ante eius præſentationem.*

IVDICES in † reſcriptis dati, ordinem in reſcriptis traditum ſequi tenentur, etiamſi is iuri aduerſetur. *c. cum dilecta. de reſcript. c. de cauſis. de offic. deleg. ac notat l. nemo. C. de ſentent & c. quoniam contra. de probat.* & not. Dd. *in rubr. de reſcript.* Sed † iudex ille non habet iuriſdictionem aliquam ante præſentationem reſcripti, ſecundum communem opinionem omnium Dd. quam citat, & declarat Deci. *in c. ſuper eod. nu. 24. cum aliis ſeqq. de appellat.* & Auguſtin. Berous *in d. c. de cauſis. num. 22. cum aliis ſeqq.* 1 2 Cõis opin.

OPINIO CCCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis condemnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſum, in officio non poteſt appellare, ſed bene ſupplicare ſuperiori.*

IVDEX, vel † ſimilis officialis, condemnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſom, iotuitu officii, non poteſt appellare, vt per Iacob. Butr. Cyn. & Bart. & alios communiter, *in l. nulli. C. quorum appell.* & Specul. *in §. in quibus. in tit. de appellat.* & in Regno etiam ſententia promulgata contra officialem io ſyndicatu, habet executionem paratam, & ob appellationem oon retardatur executio ſententiæ, præſtita cautiooe, de reſtituendo, in caſu retractationis per eum, io cuius fauorem ſententia præmemorata executa fuit, vt eſt textus *in pragmatica 38. Regia dignitati.* Sed ſi officialis iſte eſſet iniuſte condemnatus in ſyndicatu, de commiſſis, vel omiſſis in adminiſtratione officii, poſſet ſopplicare ad ſuperiores, quia ſupplicatio ei noo eſt prohibita, ſicut appellatio *auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. Imper. offeren.* cum *ibi* not per Dd. & ita ſeruatur in praxi, in terris Eccleſiæ, vt refert Grammat. alios citans *in deciſione 35. nu. 4.* 1 Cõis opin.

* *
*

OPINIO CCCCXXIV.

SVMMARIA.

1 *Iudex ordinarius an iure ciuili poſſit eſſe arbiter. Item arbitrator. nu. 2.*

3 *Princeps poteſt eſſe arbiter, & partes compellere, vt in eum compromittant, etiam tanquã in arbitratorem.*

4 *Iudex poteſt compellere partes ad compromittendum, ſtante diuturna, & intricata lite, & ambiguis probationibus. Et præcipue ſi timeatur de rixa. nu. 5.*

6 *Princeps poteſt cogere partes ad pacem, ſi diu durauit inimicitia inter eos. Et potiſſimum ſi earum inimicitia Reip. damnoſa foret. nu. 7.*

8 *Officialis an offenſum cogere poſſit, vt iniuriam remittat.*

9 *Iniuriatus an iniuriam remittere teneatur.*

1 IVDEX ordinarius † regulariter de iure ciuili non poteſt eſſe arbiter, text. eſt *in l. prætor ff. de tutor. & curator. datis ab his. & in l. ſed, & ſi ſeruum. §. ſi quis iudex ff. de arbit.* vbi hoc tenuerunt conſtanter Bartol. Com. opin. Bald. Alberi. & alii communiter, Gloſſ. & Alexand. *in l. 1. §. & poſt operis in 1. notab. ff. de nou. oper. nunc.* Hoſt. *in ſumma de arb. in §. ſecundum ver. ſed nunquid.* Azo *in ſumma. eod. tit. col. 2.* Lanfranc. *in loco præcitato.* & Dec. *in l. & ſi prætor. 3. notab. ff. de offic. eius.*

Iſta vero communis procedit de iure ciuili, ſed de iure pontificio ſancitum, ac diſpoſitum eſt contrarium: quo iure canonico iudex ordinarius poteſt eſſe arbiter, *c. cum tempore de arbit.* & melior text. *in c. ex parte, eod. tit.* & hoc firmant Innocen. *in c. innotuit. & in c. expoſita de arbit.* Gl. *in c. a iudicibus, 2. q. 6.* Gloſſ. Gemin. & Præpoſit. *in §. ſed ſi quis iudex, 3. q. 7.* Angel. *conſ. 218. viſa narratione facti prædicti, ac etiam viſo teſtamento. colum. 1.* Alexand. *in d. § & poſt operis, in 1. nota.* Imol. Bute. Cardin. Henricus Boic. *in d. c. cum tempore.* vbi Abb. Imol. ſimul cum Cardin. aiunt, iſtam eſſe Com. opin. communem opinionem: & hoc idem tenent Bart. & alii, *in d. §. ſi quis iudex.* & omnes Canoniſtæ *in d. c. expoſita.* Iſtarum vero opinionum fere omnes Dd. præallegati exprimunt ſeruandam eſſe quamlibet in foro ſuo: cum in his non verſetur peccati cauſa, & vtraq; Com. opin. ſeruari poteſt, ſecundũ aſſertionẽ omnium Scribent. vtriuſque cenſuræ, & per not. *in c. 1. de noui oper. nunc.*

2 Sed prima opinio † Cæſarea interpretatur primũ, quod licet nõ poſſit fieri compromiſſum in iudicem ordinarium, tamen poteſt ei committi cauſa, tanquã arbitratori, & amicabili compoſitori, vt deducit Salyc. *in l. ſi quis ex conſenſu C. de epiſc. audien.* & *ibi* Odofred. Cyn. & Bartol. & Bald. ac omnes communiter Com. opin. poſt Gl. *in d. §. ſi quis iudex* licet contrarium ſentiant, & male, Iac. de Rau. Pet. & Cy. vt refert Saly. *vbi ſupra.*

3 Secundo etiam † claudicat iſta communis, de iure ciuili, in Principe, in quem poteſt compromitti ſimiliter, vt in arbitrum; & quod plus eſt, poteſt is partes compellere, vt in eum compromittant, etiam tanquam in arbitratorem, vt *in c. cum inter. de electio.* not. Caro *in rubr. ff. de arbitr.* Ioan. Andr. *in c. venerabilem. de elect.* Alex. *in d. §. & poſt operis nu. 7.*

4 Imo † iudex quoq; poteſt compellere partes litigantes ad compromittendum, ſtante diuturna, & intricata lite, & ambiguis probationibus, vt in terminis tenet Paul. de Caſt. *in l. quidam æſtimauerunt ff. ſi cer. peta.* Abb. *in c. fin. ext. de maiori & obed. in 4. not. in c. cum pridem col. fin. de pact.* & Dec. *conſ. 125. coln. 3* cum aliis, quæ late congerit Felyn. *in rub. de treuga, & pace, col. 2.* 5 & Dec. *conſ. 445.* Et huc, † quod iudex cogere poſſit partes ad concordiam, vel tranſactionem, procedit ſi timeretur de rixa, & nõ aliter, vt efficax teſtimonium eſt Ang. *in §. 1. colla. 9. in auth. vt liti. iur.* Alex. *in l. æquiſſimum. de vſufru.* & Bald. *in l. cum affirmes C. de liber. cauſa.* quia iudex non debet cõpellere ad concordiam, niſi ex vrgenti cauſa, ſecundum Bal. & Salyc. *in l. tranſigere. C. de tranſact.* & Alex. *in d. l. æquiſſimum & in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. nou. nunciat.*

6 Et quemadmodũ † iudex ex cauſa poteſt cogere partes ad cõpromiſſum, & ad tranſactionẽ, ita etiam poſſet cogere partes ad pacẽ, ſi diu duraſſet inimicitia inter eas. *c. placuit, 90 diſt.* Ant. de But. *in c. de mut. pet.* Io. Andr. *in addit. Spec. de pig. in §. ſequitur. verſ. quid ſi timeo.* & Alex. *in l. qui bona §. ſi quis. ff. de dam. infect. & in d. §. & poſt operis.* Nec non iudex † cogere etiam poſſet partes ad pacẽ, ſi ex earum inimicitia reipublicæ poſſet præiudicium inferri, teſte Bald. *in d. l. cum affirmes.* & Bar. *in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de inſ.* 7 Sed hoc nunquã obſeruari, prouideri q; vidi per iudices ordinarios, etiam neceſſitate vrgente, verũ potius per Principem: cum Princeps, inuitis partibus, illas cogere queat ad pacem, vt concedit Alex. *in l. quidam æſtimauerunt. ſi cer. pet.* Ant. & Imol. *in c. 1 de mutu. peti.* & Io. And. *in d. c. venerabilẽ. de elect.* & ita eſt communis opinio, atteſtante Ant. Gabriel. *in com. concluſ. lib. 3. tit. de iure quæſito non tollendo.* & ita hiſce oculis obſeruari, & exequi vidimus, *præſenti menſe Maii, 1580.* in patria mea Aquilæ, in qua, mediante ſumma prudentia, & ſanctimonia, Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domini Ioannis Zunnichæ, Principis Petræ Piætiæ, Commendatoris maioris Caſtellarum Hiſpaniæ, & Proregis Regni fuit deſtinatus excellens D. Rodericus Niqueſa commiſſarius, & Regiæ Aprutinæ Audientiæ Auditor meritiſſimus, ad ſedandũ inimicitias inter ciues Ciuitatis regnantes. Et ad ciuitatem Terami, deſtinatus eodẽ tempore ſimiliter fuit vnicum noſtræ Prouinciæ lumen, & ſupremus Doctor, D. Liuius Margarita, Auditor eiuſdem Regiæ Audientiæ, ad componendas ibi paces, ſedandaſq; crudeliſſimas, & atrociſſimas inimicitias, qui bonitatis virtute, proborum morũ claritudine, ſapientiæ, ac ſanctitatis dote, diuiniq; amoris, ac timoris, ſucceuſus, & denique diuino plenus amore, ac cœleſti gratia adiutus, eandem prouinciam ſibi creditam, inſtanter, feliciter, & ad vnguem expediuit: prout ex prouidentia iam iuſtiſſimi, & religioſiſſimi Principis, omnes inimicitiæ euulſæ, & penitus extirpatæ remanſerunt, cuius ſolertiſſimo ſtudio, atq; feruentiſſimo deſiderio factum, Domino adminiculante, in commiſſo ſibi Regni regimine, res potius diuina, quam humana eſt: ſed hoc minime mirum eſt, in tanto Principe: cum in cæteris rebus ita ſe geſſerit, vt nouus adminiſtrandæ iuſtitiæ modus videatur exortus hodie in hoc noſtro Regno: in quo tanta ſanctitate viuitur, vt in paradiſo deliciarum eſſe videamur. Puniuntur enim ſontes atrociter: & in eligendis magiſtratibus, in toto Regno, ſeliguntur homines probi, & expelluntur iniqui. Et demum nihil eſt, quod ad bene, & quiete viuendum quis deſideret. certat etiam cum hoc Principe eius Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. coniux, de pietate, & omni virtute tuenda, ac liberalitate, & hoſpitalitate in pauperes exercenda: & in loca ſacra adminiſtranda, & augenda. Gratias igitur DEO OPT. MAX. qui dignatus eſt oculis ſuæ gratiæ, & miſericordiæ nos reſpicere; Gratias demus Catholico noſtro Regi Philippo, qui prouidum hunc virum ad nos deſtinauerit; Gratias etiam his Principibus, qui ſancta æmulatione contendunt, vt et in omnes beneficentior ſit. faxit Deus, vt vitam viuant perennem, vt nos in tanta temporum perturbatione reſpirare, & pia viuere poſſimus.

Quod

8 Quod autem officialis, † ſiue regens prouinciam non poſſit cogere offenſum, vt iniuriam remittat, & pacem ineat cum offendente, eſt communis opinio, vt teſtificatur Iul. Clar. *in pract. crimin. quaſt. 58 verſ. fin. pro complemento.* Moron. *in tract. de fide, treuga & pace, q. 170 n. 3. in fin.*

Verum etiam vero, reducendo in præſentiarum omnia hucuſq; diſcuſſa, quam ſimpliciſſime fieri poteſt, ad genuinam practicam, perquirendū eſt, vtrum
9 iniuriatus † teneatur remittere iniuriam? Pro cuius dubii reſolutione, tria mihi dicenda occurrunt, circa hanc remiſſionem: vnum quod interuenerit per ſe; & regulariter duo per accidens, & in rebus particularibus, poſitis, atque tractatis diſtincte per Summam Roſellam, *in verb. charitas. ſub num. 6.* & per alios Theologos non paucos variis in locis Sacræ Theologiæ. Primum ergo eſt, ꝙ iniuriatus teneatur in foro poli remittere rancorem, alias non ſit vllatenus abſoluendus, dicente Domino, *Matthæi 5. Diligite inimicos veſtros.* in foro autem fori, ſeu iudiciario non tenetur, regulariter loquendo, remittere querelam. quia cum ſit præceptum affirmatiuum, non obligat, niſi interuenientibus circumſtātiis neceſſariis, id eſt, vbi, quando, & ſecundum id, quod expedit, &c. & hoc quidem non ex liuore vindictæ, ſed potius aliis iuſtis de cauſis, & ad malitiam iniuriantis cohibendā, ſeu ad pacem publicam ſeruandā, ad zelum iuſtitiæ, ad honorem Dei, & Eccleſiæ, vt habetur ex D. Thoma *Romanorum cap. 12. lect. 3. & cap. ſeq. lect. 1. & 2. 2. q. 108. art. 1. & 3. & in 3. part. q. 15. art. 9. & alibi.* in quo concurrunt, cōſentiuntq; quamplurimi grauiſſimi Theologi variis in locis Sacræ Theologiæ, & præſertim Cardin. Caietanus, *in ſua ſummula, in verb. vindicatio.* Summa Armilla, *in verb. charitas. ante finem.* Don Iacobus de Graſſiis, *in deciſionibus caſuum conſcientiæ. lib. 2. cap. 71. ſub num. 7. cum aliis ſeqq.* vbi poſt S. Thom. *in locis præcitatis.* declarat quoque affabre illa verba: *mihi vindictam, & ego retribuam*: vt ea locum obtineant, ac procedant ſine ſcrupulo, cum iniuriatus, authoritate iudicis vindictam ſumit, ad reprimendam malitiam offendentis, non autem propter odium: & ſic defenſionem procurat, iure ſuadēte, authoritate ſuperioris, & intelligitur tunc dare locum iræ, id eſt, diuino iudicio, cuius miniſtri ſunt iudices, & ita etiam deliberauit Sacra Congregatio Cardinalium in facti contingentia, *declarat. 301.* quod iudex eccleſiaſticus expellere nō poſſit ab Eccleſia, penitentem, recuſantemq; remittere querelam, & deſiſtere ab agitatione cauſæ, atteſtante D. Thoma Zerola in *pract. Epiſcopali. in verb. charitas. fol. 44.* vbi annectit etiam, in hoc caſu ſufficere, offenſum remiſiſſe odium intimum, atque rancorē, atq; ita ſimiliter obſeruari in practica. prout hiſce oculis vidi obſeruatum quoq; in Curia Archiepiſcopali, ciuitatis Tracii *Anno 1597.* in qua fuerunt tunc abſoluti aliqui de ciuitate Vigiliarum, pater, & filii, ab excommunicatione impoſita per Curiam Epiſcopalem Vigilienſem, quæ prætendebat, illos cogi, & compelli poſſe, ad remiſſionem querimoniæ propoſitæ in Sacra Regia Audientia Barenſi ſuper oſculatione iuræ filiæ, in domo propria, ſtante quod reus oſculator, accuſatus, offerebat petere neceſſariam veniam, ac alia omnia adimplere, & exequi ad votum offenſorum: & nihilominus habita maturiſſima deliberatione, ac exactiſſima Theologorum, & Canoniſtarum diſcuſſione, fuit tunc annullata talis excommunicatio, declaratumque, non potuiſſe, nec poſſe offenſam querelantem cogi ad querelam remittendam.

10 Secundum vero præſuppoſitum, hoc iter etiam oſtendit, ꝙ in caſu ſcandali, emergentis ex querela nō remiſſa, teneatur iniuriatus eam remittere, idemq; dicit quoq; ex loquela, atq; de beneuolētiæ ſignis, præſuppoſita tamē pœnitentia, ſeu emēda, humilitate, ſatisfactioneq; parata, dicente Domino, *Matth. 18. Væ homini illi per quem ſcandalum venit*; prout innuit Card. Caiet. *in commen. ſuper 2. 2. q. 25 art. 8. & ſeq.* nec eſſet hoc ſcandalum paſſiuum, ſed certe actiuum, cum nulla cauſa rationabili moueatur in hoc caſu ſcandali, ad nō remittēdum. non enim moueri poteſt tunc ex zelo iuſtitiæ, ſtante plena ſatisfactione, & emenda, &c. imo & Deus, his ſtantibus, remittit omnia, ergo & iniuriatus idem facere debet; nec ex repreſſione iniuriantis, ſtat enim eius humilitas, &c. nec ex pace, & aliorum bono cōmuni ſeruando; ponimus enim, quod commune, viſa eius humilitate, ſatisfactioneq;, & cætera, quieſcit. imo ex nō remiſſione ſcandalizatur, nec ex honore Dei, & Eccleſiæ, vt patet ex eadem ratione: & idem quoq; dici poteſt de quacunq; alia cauſa.

Tertium, & vltimum, illud quoq; in medium affertur, quod etiam in caſu neceſſitatis teneatur remittere querelam, & ſigna ſimiliter dilectionis oſtendere, vt notat D. Thomas *in eiſdem articulis*, cum per caſum neceſſitatis intelligatur inter alios, nedum ſubuentio cibi materialis, ſed etiam ſpiritualis, vt ſciunt periti, *Prouerb. 25. Si eſurierit inimicus tuus, tunc ciba illum, ſi ſitit, da illi potum.* ideo dum vere ſitit, & eſurit pacem, amicitiam, & remiſſionem, cum ſignis præfatis, debet in hac iuſta petitione exaudiri. iudicium ergo prudentium in practica ſeruetur, cum vna circumſtantia variet caſum. Quæ omnia reuera intelliguntur de neceſſitate præcepti, de conſilio autem, & de perfectione multo magis debet, & tenetur remittere, & ſigna beneuolentiæ oſtendere. per quæ profecto concordantur nonnullæ authoritates prima facie diſcordantes.

Imo, ſtante hac deciſione Thomiſtica ex vna parte, & oppoſita Nauarri, *conſ. 5. par. 2. lib. 5. de pœniten.* & Folleris *in pract. crim. canonica. in 2. parte in verb. accuſatione porrecta. à num. 25. vſque ad 30.* & Tabienæ *in verbo charitas. §. 16. in 1 part.* & reſolutione Bononiæ, *die 16. Martii, 1581. quarta congregatione, primo caſu.* vt in libro inſcripto *reſponſiones caſuum conſcientiæ*, ſtantibus inquam his opinionibus inter ſe aduerſantibus, de facili pro earum concordia, dici poteſt, quod cum Diuus Thomas concludit, iniuriatum ad querelæ remiſſionem non teneri, & quod ſic ſeruetur alicubi, intelligitur communiter ita debere fieri, non autem in aliquo caſu particulari, vt ſupra. dum vero alii Scribentes in contrariam inclinauere partem, intelligitur eorum opinio in caſibus particularibus, veluti ſtante neceſſitate, & ſcandalo, vel dicitur de præcepto, & de conſilio, vt ſupra expoſuimus.

OPINIO CCCCXXV.

SVMMARIA.

1. *Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum, eſt nullum. Et quid ſit contractus ſimulatus. nu. 2. Et ex quibus cognoſcatur. nu. 4.*
3. *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria, cum iuramentum fuit appoſitum ſuper contractu ſimulato.*
5. *Renunciatio exceptionis, fictionis, & ſimulationis in contractu, non valet, etiamſi iuramentum eſſet in contractu appoſitum. niſi partes iurarent omnia eſſe vera, & in nullo ſe contrauenire velle n. ſeq & 7.*
8. *Abſolutio à iuramento peti, & obtineri poteſt poſt periurium incurſum, quando eſt incurſum abſque dolo.*
9. *Periurus non dicitur intentans, & viens præuentione.*
10. *Præuentioni debet ſpecifice renunciari.*
11. *Iuramentum generale non extenditur ad illicita.*

12 *Iuramento firmato de iure nihil addi nec adimi debet.*
13 *Iuramentum ſemper ſtricte eſt interpretandum.*
14 *Iuramentum eandem habet virtutem, quam principalis obligatio habet.*
15 *Simulatio contractus poteſt per teſtes, & per literas probari. Item per præſumptiones & coniecturas, nu. fin.*

1 IVRAMENTVM ſuper † contractu ſimulato interpoſitum, eſt nullum, vt voluit Gloſſ. nota. *in l. emptor. C. plus vale. quod agitur:* quam reputat ibi ſingularem Angel. & ibi etiam omnes communiter ſequuntur, not. *in l. fin. ff. quiſat. cogan* Ang. *in rub. ff. de iureiur. col. fin.* Bald. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. fin. ff. ſi cer. petat.* & Caſtren. *in l. contra legem. ff. de legib.* Imo iuramentum magis facit contractum ſimulatum, & ſuſpectum: argomento eorum quæ habentur, *in c. ſuper hoc. de renunc.* Gloſſ. vbi Barto. *in l. ſi quis ſub conditione. de conditio inſtit.* vide *quæſtionem infra poſitam in opin. 822 nu. 39. cum aliis ſeqq.*

Cōis opin.

2 Et hoc procedit, † quando cōtractus dicitur ſimolatus de ſeipſo ad ſeipſum, veluti, quando reuera nullus contractus celebratur, ſed contrahi fingitur, & iſta proprie, & vera dicitur ſimulatio, quæ facit contractum nullo modo valere, de qua loquitur *l. nuda. ff. de contrahen. empt. l. imaginaria. ff de reg. iur d. l. emptor.*

3 Et tunc † iuramentum appoſitum ſuper tali contractu, & ſimulatione, non facit contractum valere, neque iurantem obligat, ad obſeruationem eius, quod agitur. Nec in huiuſmodi caſu eſt petenda abſolutio ab iſto iuramento, ſecundum Iaſ. *in §. fuerat. nu 86. inſt. de actio.* Marſil. *ſing. 327.* & Socin. *conſil. 68. fruſtra. verſ principaliter.* quia conſenſus deficit, ex cuius defectu non valet, *l. fin. C. de non num. pecu.* & per iſtam rationem ita tenet Ruinus *conſil. 126. num. 6. volum. 1.* & ita poteſt intelligi Gl. *in d. l. emptor.* quam Legiſtæ communiter ita declarant, vt *ibi* per Bald Salyc. Odofred. & Ang & idem Ang. *in l. 1. C. de dote cau. non num.* Alexan. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* & Grammat. *deciſ. 76. n. 21.* & iſtam communem ſequitur, citat, vberiuſque declarat Auguſti. Berous *in c. ad noſtram n. 12. & ſeq. de empt. & vendit.*

Cōis opin.

4 Ex quibus autem cognoſcatur † contractum eſſe ſimulatum, vltra allegata, declarat Barto. *in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. ex quibus cau. pignus, vel hypo. ſolu.* & de contractu ſimulato cum iuramento Iaſ. *in l. 2. ff. de iureiur. in fin*

5 Sed ſi eſſet facta renunciatio † exceptionis fictionis, & ſimulationis in cōtractu vtrum valeat, reſpondc breuiter, quod non valeat aliquo pacto, ita determinat Bart. *in d. l. nemo poteſt. num. 2.* quem ſequuntur omnes Dd. communiter, vt referunt Alexand. Iaſ. & Ripa *ibi*, cum qua communi ſentit etiam Anton. de Butr. *in c. cum contingat. colum. 8. ext. de iureiur.* & Ioan. de Imol. *ibi, in 7. memb.* Anchara. Domin. Cardin. & Ioan. de Imol. *in d. c. ad noſtram.* & Roman. *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obliga.* & hoc tanto magis procederet, quando quis renunciando ſimulationi, & fictioni iuraret: tunc enim iſta renunciatio, vt ſupra docuimus, non nocet, nec valet, ſecundum communem opinionem omnium Dd. *in d. l. nemo poteſt.* quam citat *inibi* Ripa, & alii Moder. Et quamuis renunciatio ſimulationis, etiam cum iuramento facta, nō valeat; nihilominus ſi fieret huiuſmodi renunciatio ex interuallo cum iuramento, valeret, & teneret, vt voluit Bart. *in d. l. nemo poteſt.* & idem firmant Canoniſt. & Ant. de Butr. *in d. c. cum contingat.* Card. Anchar. & Io. de Imol *in c. ad noſtram. de empt. & vendit.* & Roma. *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* & iſta apparet com-

Cōis opin.

Cōis opin.

6 munis opinio. Quando vero † iuramentum non eſſet in contractu appoſitum ſimpliciter, ſed iurarent partes, omnia, & ſingula prædicta, eſſe vera, & in nullo contrafacere, vel contrauenire, in hoc caſu renunciatio valeret, per d. clauſulam prægnantem, & iſta eſt communis opinio, teſte Alexan. & Iaſ. *in l. 1. teſtib.* & Ripa *n. 75. cum cæteris ſeqq. in d. l. nemo poteſt.* Marſil. *ſing. 327.* Iaſ. *in d. § fuerat. nu. 82. & ſeq.* Cremen. *notab. 152* & Curt. iun. *conſ. 100 num. 5.* & Afflict. *in deciſ 60. notarium* Goffredus, vbi admonet ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, quod iuramentum, omnia, & ſingula eſſe vera, excludat exceptionem ſimulationis in contractu, non obſtante abſolutione à iuramento. Sed iſtam opinionem communem limitat in tribus caſibus Ripa *in d. l. nemo poteſt n. 78. & ſeq.* Et limitatur etiam quarto, quando ſuper hoc prius fuiſſet petita abſolutio à iuramento, vt declarat Io. de Imol. *in d. l. nemo poteſt.* vbi allegat in argumentum text *in c. debitores de iureiur.*

Imo hoc procedit, etiamſi poſt periurium † incurſum, & poſt motam litem, impetraretur abſolutio à iuramento, in contractu ſimulato interpoſito, etiam cum clauſula, *omnia & ſingula eſſe vera*, ex rationibus adductis per Fely. *in c. 1. de iureiur. ſub nu. 28. verſ. retenta communi opinione.* Et præſertim primo hac ratione ſi 7

periurium † incurſum foret abſq; dolo. Et ſecundo, quando abſolutionē poſtulans, in peccato non perſeueraret: quia licet in periuriū incideret, ſemel contrauenìendo; nihilominus poſtmodū petere poſſet abſolutionem, & ei licitum, permiſſumq; foret, agere, & venire contra contractum ſimulatum, ſeu mere celebratum: tunc enim ceſſaret perſeuerantia in peccato. 8

Et ex his † Magnifica D. Magdalena de Cappa, & Martinus Antonius eius filius de Aquila, obtinuerunt abſolutionem à iuramento, *præſenti menſe Maii 1577.* à Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Aquilano, interpoſito, ac præſtito per eos, in contractu mutui, celebrato ad fauorem Magnifici Ioan. Baptiſtæ Viuii: in quo iurauerant, omnia conſenta in contractu eſſe vera. Et dum agerent ſuper ſimulatione huius contractus, coram grauiſſ & integerrimo D. Alphonſo de Hoyo, auditore generali Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria, per viam præuentionis, intentatæ, ſecundum regiæ pragmaticæ diſpoſitionem, & oppoſitum eſſet ante litem conteſtatam, de periurio, per antedictum prætenſum creditorem: tamen obtinuerunt abſolutionem, & habilitationem à iuramento, quæ tanquam rationabiliter impetrata fuit recepta per eundem D. Auditorem penes acta cauſæ prædictæ. Siquidē prædicta † magnifica D. Magdalena, & eius filius minime præſumebantur periuri, intentādo, ac vtendo iuribus ſuis, & præuentione, quia non apparebat, per ipſos debitores in ſpecie, vel expreſſim in memorato inſtrumento mutui renunciatum præuentioni. Et ideo non obſtātibus clauſulis, apponi ſolitis, & conſuetis in inſtrumentis per notarios, non præſumebātur renunciaſſe præuentioni, nec incurriſſe periuriū, & ſic potuiſſe vti præuentione, vt concedit diſputando Marinus Freccia, *in tract. de repræſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in 9. par. q. 15.* vbi ait ita in facti contingentia fuiſſe determinatum, & deciſum in ipſa magna Curia. 9 10

Nec non, vltra rationes, † adductas per Marinum Frecciam, eo in loco, pro ſtabilimento præſentis veritatis, addendū neceſſario quoq; eſt, q; iuramentum generale non extenditur vllo modo ad iniuſta, vel illicita. *c. 1. de iureiur. in 6. & l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.* Imo iuramento † firmato, de iure nihil debet addi, nec minui, quia habet certos terminos, ita Innoc. *in c. dilecti. de maiorit. & obedien.* Et tanto magis, quod non videatur venire contra iuramentum, qui 11 12

ex iuſta cauſa illud deſerit, *l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogan. & l. ſi ex falſis. C. de tranſactionib.* & Innocen. *in c. ſignifi-*
13 *cante, de pignor.* Et accedente hoc etiam, † quod iuramentum ſemper debeat ſtricte interpretari, propter periurii euitationem, vt per Gloſſ. & Dd. *in c. cum clerici. de verb. ſignific.* & Archid. *in c. ne quis arbitretur, 22.*
14 *q. 2.* Similiterque tanto ſecurius hæc concluſio † procedit, quod iuramentum habeat illam intrinſecam virtutem, quam habet ipſa principalis obligatio, & eandem conditionem, & naturam, vt *in c. cum inter. de renunc. in l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogant. & in l. fin. C. de non numerat. pecun.* Neque itidem vlterius aſtringit iuramentum, quam illud, quod ſub iuramento continetur, prout facit text. *in l. indubitati. C. de non numerat. pecun.* & Bald. *in l. nec patronus C. de oper. lib. & l. emptione. C. plus valer. quod agit.*

15 Et prædictis accedit, † quod dicta ſimulatio contractus poteſt per teſtes, & per literas probari, ſecundum communem opinionem omnium Scriben. cui inhæret Boerius, eam audacter atteſtando, *conſ. 12. nu. 3.* licet Cyn. & male, *in l. 1 C. plus valere quod agitur. & in l. optimam. in 3. oppoſit. C. de contrahen. & comm. ſtipul.* & Ancha. *conſil. 117.* aſſeueraent contrarium, vt ipſe Boerius refert.

Cōis opin.

16 Imo in ſimulatione probanda † probationes perfectæ neceſſariæ non ſunt: ſufficeret enim illam per præſumptiones, & coniecturas probari, ita Alexan. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 197. nu. 7. vol. 7.* & Iaſ. *in l. cum ea qua, nu. 4. C. de tranſactio.*

OPINIO CCCCXXVI.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum an dicatur proprie probatio.*
2 *Statutum, volens credi iuramento damnum paſſi, valet: & illud iuramentum probat.*
3 *Contra ſtatutum admittitur probatio.*

1 IVRAMENTVM non † dicitur proprie probatio, & per iuramentum quis non dicitur probare, ſed ab onere probandi releuari, ſecundum Io. Abb. & alios relatos per Deci. *in rubr. nu. 2. extr. de probatio.* & iſtorum opinionem ponunt eſſe communem Gomeſius *in §. item ſi quis poſtulantis. n. 4. Inſt. de act.* Manſil. *in repet. rub. col. 26. C. de proba.* Auguſt. Berous *in rub. nu. 76. cum aliis ſeqq. ext. de probat.* Alex. *in l. Imperator. col. 1. ff. de leg. 1.* & Capycius *deciſ. 91.* In contrariam vero partem inclinauit Gl. *in c. ſtatutum § cum vero. in verb. proprio. de reſcriptis. lib. 6.* quam ſequitur *ibi* Dominicus, idemq; tenet Gl. *in l contractibus. § illo. in verb. offerri. C. de non num. pec.* Bald. *in auth. non licet nouo. col. fin. C. ſi cert. pet.* Ang. *in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur.* & Dec. *in d. rubr. de probat.* & iſtam ſententiam præcitati Dd. videntur probare per multa iura, rationes, & argumenta, quibus omnibus quam optime reſpondet Berous *in d. rub. de prob. num. 76. & ſeq.*

Cōis opin.

Tenendo igitur primam partem, tanquam tutiorem, dicemus eam eſſe magis communem, & in iudicando, & conſulendo ſequendam, vt atteſtatur Franciſc. de Accoltis, Aret. *in c. 2. in 12. not. de probat.* Quæ communis limitatur non procedere in caſibus, in quibus de iure communi, vel ex forma ſtatutorum, iuramentum habetur pro plena probatione: tunc enim in illis caſib. appellatione probationis venit iuramentũ.
2 Vnde, † ſi ſtatutum vellet credi iuramento damnum paſſi, profecto ſtatutum hoc loquens de probatione damni dati, vel de damno probato, haberet locum, & procederet contra damnum dantem, in probatione damni, quæ fieret per iuramentum, ſecundum [illegible] *in d. rub. de probat. ext. col. 13.* & Aret. *in d. c. 2.*

Et dato, † quod ſtatutum ipſum faceret plenam probationem; nihilominus admitteret probationẽ in contrarium, ſecundum Rom. *in l qui bona. § qui damni. ff. de damno infect.* & dictum hoc Roma. ſequitur, & refert Ruinus *conſ. 87. num. 12. vol. 3.* Et alia ad materiam iſtam concernentia late ſcripſimus *infra in verb. ſtatutum diſponens, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, &c.* 3

OPINIO CCCCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum in ſupplementum probationis non poteſt deferri, cum ſtatutum, vel lex requirit manifeſtiſſimas probationes. Nec hoc caſu præſumptiones approbatæ a iure admittuntur. & n. 2. Niſi probatio aliter haberi non poſſit. nu. 3.*

IVRAMENTO neceſſario † non ſtatur, nec iuramentum hoc in ſupplementum probationis poteſt deferri, cum ſtatutum, ſeu lex, requirit manifeſtiſſimas probationes: quia probatio tunc facienda eſt per plures teſtes idoneos, vel per confeſſionem aduerſarii, vel per inſtrumenta, vt eſt Gl. not. *in l. fin. in princ. ff. quod met. cauſa.* quam ſequuntur communiter Dd. *in c. pia. de except. lib. 6.* Bald. *in l. 1 circa fin.* Auguſti. Berous *in c. cum ſit Romana. n. 10. de appellat.* Socin. *conſ. 136. col. 3. vol. 1.* & Ripa *in l fin. n. 189.* vbi audacter aſſerit iſtam eſſe communem opinionem. Nec ſufficerent iſto † caſu præſumptiones à iure approbatæ, quæ alias habentur pro idoneis, & legitimis probationibus: quia vbi per modum conditionis probatio nominatur, vera & concludens probatio requiritur, & iuramentum, & probatio præſumpta nullo modo admittuntur *l. Lucius.* vbi Dyn. & Bart. *per illum text. ff de cond. & demonſtr.* & Bart. *in l. at prætor. §. ſi iudex in fin. ff. de re iud.* Bald. *in l. ex ſententia, circa fin. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. & in c. quo ad conſultationẽ col. 3. de re iud.* Rom. *in rub. de arb. col. 7.* & Bal. & Salyc. *col. pen. C. de reb. cred.* Iaſ. *in l. admonendi. nu. 112.* vbi Moder. *ff. de iureiur.* & iſta eſt communis opinio, vt ſupra deduximus, & atteſtatur expreſſe Dec. *in d. rubr. ext. de probat. col. 14. verſ. tertio ſi fiat mentio. colu. 16. verſ. retenta prædicta.* 1 Cōis opin. 2 Cōis opin.

Sed communis iſta coarctatur † non procedere in caſibus, in quibus veræ, & concludentes probationes haberi non poſſunt, vt puta ſi tibi conſtiterit, vel ſi probaueris Titium fuiſſe filium Sempronii, vel ſi probetur Bertam adulterium commiſiſſe: tunc certe ſufficiunt præſumptiuæ probationes, & non procedit communis iſta opinio, ita inquit Dec. *in d. rubric. extr. de probat. col. 17. verb. ſi tamen. per tex in c. Michael. & in c. ex tua. de filiis presbyt.* vbi Gloſſ. & Dd. & ita iſtam communem limitat, & declarat Felyn. *in d. rub. de probatio. num. 3.* & ſequitur Cotta *in lib. ſuo memoralium, in verſ. lex, quæ loquitur conditionaliter.* 3

OPINIO CCCCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum iudiciale quid, & an proprie dicatur probatio. Et quam vim habeat nu. 2. & 3.*
2 *Iuramentum iudiciale habet vim rei iudicatæ, tranſactionis, & litis finitæ.*
4 *Inſtrumentum publicum de iure communi licet non habeat executionem paratam, ſi tamen iuramentum apponatur, habebit.*

IVRAMENTVM iudiciale † eſt illud, quod in iudicio à parte defertur parti, iudice approbante, vt dicit Gl. *in l. 1. ff. de re iud. & in c. fin. eo. tit.* Et hoc † iuramentum non dicitur proprie probatio, ſeu probatio- 1 2

 nem

nem ꝑprie facere, ſed habere vim rei iudicatæ, tranſactionis, ac litis finitæ, vt in l. 2. ff. de iureiur. Imo in aliquibus caſibus maiorem vim habere dicitur: quia hic adeſt religio iuramẽti, & affirmatio iurantis, quæ aliqualem præſumptionem, & fidem facit, l. nõ omnes. §. à barbaris ff. de re milita. Item calor iudicii, conſenſus aduerſarii, tacita confeſſio deferentis, qui cenſetur confiteri omnia, quæ iurans iurabit, ſecundum not. per Bart. in l. ait prætor la. 1. in princ. & in l. nam, & poſtea. ff. de iureiur. & hæc omnia ſimul iuncta dicuntur facere iuramentum iudiciale, & habere magnam vim, & fere maiorem, quã res iudicata, quod eſt notandum pro his, quæ habentur, per Gl. Bart. & alios in l. 2. ff. de re iudica. Et quamuis † iuramentum in aliquibus vim rei iudicatæ excedat, Menoch de arbi. iud. lib. 1. q. 50. n. 2. l. 2. ff. iureiur. & l. 1. ff. quarum rerum act. non 3 dat. tamen in multis econtra, ſententia virtutem iuramenti excedit, vt habetur plene per Gl. & Bart. in d. l. 2. qui etiam dicit iuramẽtum habere executionem paratam, ſicut res iudicata, per l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudica. Et ideo † iuramentum appoſitum in aliquo contractu habebit, vt ipſe arbitratur, executionem paratam, licet de iure communi inſtrumentum publicum non habeat executionem paratam, l. non 4 minor 25. annis, cui fideicommiſſum. & ibi ait ſe mirari, quod cautelam iſtam conſuetudo non adinuenerit, & hodie idem tenet, & ſequitur Iaſ. in d. l. 2. n. 9. & l. nullum. num. 8. C. de iud. vbi audacter aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & Alex in d. l. 2. Barba. in rub. ext. de iureiur. Paul. de Caſt. in l. nam, & poſtea. §. ſi petiero. ff. de iureiur. in l. poſt rem. ff. de re iud. Mattheſil. in notab. 20. Marſil. in ſingul. 356. ſui amonentis. Iaſ. in § item ſi quis. n. 57. Inſtit. de actio. & Curt. in repetitio. l. admonendi. nu. 47. ff. de iureiur.

Com. opin.

OPINIO CCCCXXIX.

SVMMARIA.

1. Procurator habens ſpeciale mandatum ad iurandum, poteſt iurare in animam ſui principalis.
2. Iuramentum fidelitatis an poſſit præſtari per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum.
3. Inueſtitura feudi quando conceditur abſenti, nuncius debet eſſe ſpecialiter deſtinatus.
4. Iuramentum, quod tenetur præſtare vaſallus, ſiue ſit feudalis, ſiue burgenſis, dicitur extraiudiciale, & quid vaſallus iurare debeat. nu. 5.
6. Heredes vaſalli tenentur præſtare iuramentum fidelitatis domino, inſolidum, etiamſi poſſideant feudum pro parte.
7. Vaſallus an teneatur iurare fidelitatem omnibus heredibus patroni.
8. Vaſallus iurans domino fidelitatem, tenetur excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis.
9. Teſtis an per procuratorẽ iurare, & teſtimonium ſuum perhibere, ſeu deponere poſſit.
10. Iuramentum, quod requiritur pro forma à lege communi, vel municipali, non poteſt præſtari per procuratorem.
11. Vaſallus contra iuramentum fidelitatis veniens, quibus caſibus feudum amittat.
12. Vaſallus non ſoluens annuam penſionem an iure ſuo cadat.

1 IVRAMENTVM poteſt † præſtari per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, c. 1. & fin. de iuramen. calum. lib. 6. vbi Dd. & tunc iurare non tenetur nomine proprio, ſed pro domino, & per conſequens in animam conſtituentis, l. 2. C. de iureiur. propt. calum. auth. principalis. eod. tit. videlicet procuratorem teneri ad inſtantiam partis iurare de calumnia non ſolum in animam conſtituentis, ſed etiam propriam, licet in aliis iuramentis ſufficiat in animam domini iurare, ita Franch in c. appellationis. nu. 2. & ſeqq. de iura. calum. in 6. Bart. & Alex. in l. qui bona §. ſi alieno. ff. de damn. infect. in l. ad egregias. in princ. ff. de iureiur. & in l. vulgo. ff. de in litem iuran. & hoc non ab re determinatum fuiſſe arbitror: quia ſecundum Ioan. And. in d. c. fin. quando procurator habet ſpeciale mandatum, ab effectu ipſe dominus dicitur iurare. vide d. . . . in prin. C. de iureiur. propter calum. c. in appellationi. §. procuratores. eod. tit. in 6. in Gl. ver. ab ipſis. Bart. in auth. principal. in fin. eod. tit. Paul. Caſtr. in d. l. 2. § ſin autem. n. 3. & R. deciſ. 1. & 2. de iur. calum. in nouis. quæ videtur præfatæ concluſioni aduerſari.

Et ex his ſic † breuiter præmiſſis collige vnum, quod 2 etiam iuramentum fidelitatis, poſſit præſtari pro abſente, per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, ad ſe præſentandum coram domino, & ab obtinendum inueſtituram, ſeu renouationẽ; & hoc præcipue procedit, quando ille, cui debet præſtari, conſentit, vel quando debens præſtare, impeditur aliqua iuſta cauſa, ſecundum Roman. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & in d. §. ſi alieno. in additio nouiſſ. qui allegat text. in c. vnico. §. verum etiam. de ſtat. reg. lib. 6. & c. ſi tibi domino, 63. diſtinct. & ibi tenet Archid. & idem voluit Bald. in c. 1. in tit. quo tempo. miles. & in c. 1. §. nullo, per quos fiat inueſt. Iacob. de S. Georg in ſua inueſt. verb. qui quidem inueſt. præſt. col. 3. & Marant. in tract. iudiciorum in 6. par. n. 30. fol. 140. & opinionem iſtam atteſtatur magis communem Curtius in repet. d. l. admonendi nu. 363. & Clarus in tract. de feud. q. 49. in fin. vbi illam ſequitur, & hoc idem videtur ſentire Bartol. in l. qui abſenti. ff. de donatio. vbi dicit, † quod quando conceditur abſenti inueſtitura, nuncius debeat eſſe ſpecialiter de- 3 ſtinatus. ſequitur Afflict. in tit. quid ſit inueſtit. colu. 16. & Franch. in c. ſi tibi abſenti. colum. 4. de præbend. lib. 6. Et nota, † quod iuramentum hoc dicitur extraiudi- 4 ciale, quod tenetur vaſallus, ſeu procurator ipſius præſtare domino, ſiue ſit vaſallus feudatarius, ſiue burgenſis, ſecundum Andr. de Iſern. in cap. 1. colum. 1. qua. vaſall. iurare debent fide. In quo † iuramento ſex 5 neceſſario debent cõcurrere. Primum ſcilicet, quod iuret ſeruare dominum incolumem, tutum, vtilem, honeſtum, facilem, & deniq; præſtare auxilium: quæ ſex requiſita numerantur in c. . . . de noua forma fidel. & ibi per Andr. de Iſern & habetur abunde in deciſ. Rotæ Neapolitana, 261. col. 4. & ſeq.

Et huiuſmodi † iuramentum non ſolum tenetur 6 præſtare vaſallus, verum etiam ipſius heredes poſt mortem ſuam; Vnde aduerte, quod mortuo vaſallo, heredes eius tenentur iurare fidelitatem domino, inſolidum, licet poſſideant feudum pro parte, ſecundum Ang. in l. 2. § ex his ff. de verbo. oblig. argumen. illius §. & ibi etiam Aret. colum. 2. Vbi quærit † quid 7 econtra, an vnus vaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus heredibus patroni: & concludit, ſecundum communem opinionem, quod non teneatur niſi vni, & quod erit in eius electione cui iurabit, per Gl. in c. 1. §. omnes filii, ſi de feudo fuerit controuer. inter dominum, & agnat. & de dicta communi atteſtatur etiam Hieron. Cuchalon. in addit. ad Dec. in l. ea, quæ in poteſtate ff. de reg. iur. & Clarus in d. q. 49. verſ. quæro nunc. vbi eam ſequitur, atq; declarat.

Com. opin.

Sed aduertendum eſt, † quod quando tale iura- 8 mentum præſtat, tenetur iurans excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis quæ ſemper præſumitur excepta: videlicet vt promittat dominum tueri, & defendere aduerſus quoſcunq, . . . diones, præter quã contra

tra Regem; *c. Imperialem. §. fin.* & ibi And. de Iſer. *de probib feud alien per Federic. in d c. 1. de noua forma fidel.* & tradit hoc poſt Specul. Bal. Iaſ. *in vſibus feudorum, num. 107.* Barbatius *in l. cum acutiſſimi, colum. 47. & 49. C. de fideicommiſſ. & in tractat de præſtant. Cardinalium, q. quaſt 5. partis, colum. 9.* & Cotta *in lib. memoral. in ver. Imperator orbis, col 1.*

9 Sed iam ad inſtitutum reuertendo, † limito prææallegatam communem in teſte, qui per procuratorem iurare non poteſt, etiam habentem ſpecialé mandatum, ſecundum communem doctrinam Doctor. quam ſequitur & citat Panorm. *in c. licet ex quadam, de teſt.* In contrariam vero partem inclinauit Rota Romana: quam ſequitur Romanus *ſingul. 8.* quod videlicet iuramentum teſtis poſſit præſtare per procuratorem, ſed non poteſt teſtis deponere dictum ſuum per procuratorem, mouetur Rota *ibi* per nonnulla, vrgentia fundamenta, & rationes, quas reaſſumpſit Curtius *in d. l. admonendi, nu. 559.* quaſi inhærendo denique vltimæ opinioni Rotæ Romanæ. Sed opinio communis redditur tutiſſima, & obſeruatur ſimiliter in practica, vt planum fecimus *in opin. infra 909. & in opin. 951. nu. 9.*

Com. opin.

10 Interpretatur † ſimiliter dicta communis, ex not. per Pan. *in c. licet ex quadam. ſupra citato*, vbi infert generalem doctrinam per illum text. quod quando à iure, ſeu ſpeciali ſtatuto, requiritur pro forma proprium iuramentum, tunc non ſufficiat iurari per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum, allegat not. per Gloſſ. *in c. vt circa, de electione lib. 6.* idem tenet Gemin. poſt Archid. *in c. ſtatutum, §. cum vero, de reſcrip. lib. 6.* Bal. *in rub. ff. de iureiur.* & Archid. *in c. nullo, in verb. proprio iuramento, lib. 6.*

11 Cæterum in omnem † euentum ſtringendo clauum, concludendum eſt, quod vaſallus veniens contra iuramentum fidelitatis non amittat feudum, niſi in caſibus duntaxat, in quibus id iura diſponunt, *c. 1. § illud, il ſecondo, quæ fuit prima cauſa benef. amit. in vſibus feud.* Alex. *conſ. 103. col. pen. vol. 1.*

12 Nec itidem cadit † vaſallus ipſe à iure ſuo, non præſtando ſolutionem debitæ annuæ penſionis, ſecundum frequentiorem concluſionem Doct. quam celebrat Alex. *conſ. 19. vol. 5.* & Caſſadorus *deciſ. 2. nu. 6. tit. de iureiurando.*

OPINIO CCCCXXX.

SVMMARIA.

1 *Iurare in litem nemo cogendus eſt per iudicem, quando vult probare per teſtes.*

2 *Iuramentum deferre recuſans, ſed offerens ſe onus probandi potius aſſumere velle, ſi non probet, abſoluitur reus, & non habet amplius facultatem redeundi ad iuramentum.*

1 IVRARE † in litem nemo cogendus eſt per iudicem, quando vult probare per teſtes, *l. ſemper, §. in hoc interdicto.* iuxta Gloſſ. *ibi in ver. iudicis, ff. quod vi, aut clam.* Veruntamen Gloſſ. *in l. fin. ff. de in litem iuran.* inclinauit in contrariam ſententiam, quæ communiter reprobatur ab omnibus Doct. teſte Alex. *ibi, in princ.* & dato, quod quis vellet potius iuramentum deferre quam aliter probare, etiamſi probationem teſtium, vel inſtrumentorum propriam haberet, tunc ſecure iurare poſſet, ſecundum Doct. communiter *in c. ſicut, de probation.* quam ſequitur Dec. & omnes Moder. *ibi.* Sed ſi † aliquis nollet iuramentum deferre, ſed potius onus probandi aſſumere, nec probaret, eo caſu reus abſolui deberet, nec cogitur iurare, ex quo actor probare non potuit, nec ad iuramentum aliquo pacto redeundi habet facultatem, *l. ſi quis iuſiurandum, in princ. C. de reb. cred.* & deciſioni huic omnes Scribentes communiter inhærent variis in locis, præſertimque Soc. *conſ. 32. vol. 2.*

Com. opin.

Com. opin.

2

OPINIO CCCCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Iuramento in litem quando ſtandum ſit contra hoſpitem.*

2 *Lex præſumit muliones eſſe fures.*

VALISIA, † fardellum, ſeu capſa, poſita apud hoſpitem, vel alium quemuis cuſtodem, ſigillata, & clauſa, ſi forte redderetur diſſigillata, eo caſu ſtandum eſſet contra hoſpitem, iuramento in litem ipſius deponentis, ſuper quantitate, qualitate, pretio, valore, & æſtimatione rerum, quæ in dicta valiſia fuiſſe ab ipſo dicerentur, etiamſi ipſe deponens res ipſas particulares non conſignauerit hoſpiti, nec aliquid dixerit, quod in ea capſa eſſent aliquæ res, & quæ, & etiamſi res ipſæ per aliquem viſæ non fuerint, & ſimiliter ſi hoſpes ipſe eſſet bonæ conditionis, & famæ: quia debet nihilominus condemnari ad ſoluendum res ipſas, ac rerum quantitates, & æſtimationem, de quibus in ipſo iuramento deponentis ſit mentio: ex quo hoſpes dicitur in dolo, eo ipſo quod apparet dictam valiſiam fuiſſe apertam, etiamſi non reperiatur, nec probetur hoſpitem valiſiam aperuiſſe, & ignoretur quis aperuerit, ſeu ſit dubium, & dicitur hoſpes conuenirí, ex proprio eius dolo, qui probatur eo ipſo, quod appareat valiſiam fuiſſe apertam; etiamſi ignoretur, quis fuerit ille, qui illam aperuit, an hoſpes, vel quilibet alius, vide Aug. Aret. *in §. item exercitor, n. 4. fol. 000. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.* Iaſ. *in §. ſequens, nu. 29. Inſt. de action.* & Cagn. *ad l. contractus, ff. de reg. iur.* & ita tenent, & concludunt Innoc. & Ant. de But. Anch. Imol. Abb. Henr. Boic, & alii, *in c. fin. ext. de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt* Bar. Bal. Ang. Alex. & Rom. *in l. in actionibus, ff. de in litem iuran.* vbi Iaſ. *nu. 39. & 41.* & Franciſ. Duarenus, Curt Bolognettus *n. 89.* & Franciſ. de Accoltis, Aret. *col. pen.* aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem, Corn. etiam *conſ. 318. pro vecturali, col. fin. vol. 4.* Pariſ. *conſ. 47. inficiari, per totum, vol 1.* & nouiſſime Ioan. Baptiſt. Plot. *in repet. l. ſi quando, nu. 391. C. vnde vi.* poſt alios complures *ibi* relatos, congeſtoſque per eum, vbi etiam iſtam communem limitat in vndecim caſibus, quos ibi *à nu. 400. vſque ad nu. 416.* abunde poteris videre.

1 Iuramentum.

Com. opin.

Lex enim † præſumit aduerſus muliones & ſimiles, quod ſint fures, & conueniant cum furibus, *l. 1. ff. nautæ, caup. ſtab.* Alciat. *conſ. 153. tom. 2. lib. 5.* 2

OPINIO CCCCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum poteſt præſtari ſuper quacunque ſcriptura, etiam non ſacra, de conſuetudine.*

2 *Secus ſi lex pro forma requireret in iuramento tactum ſacrorum Euangeliorum.*

3 *Notario aſſerente:* coram me Notario, Iudice, & parte præſentibus iurauit, *nec dicente, tactis ſacroſanctis ſcripturis, an præſumantur tunc tactæ ſcripturæ, & contrarium dicenti incumbat probatio. & nu. ſeq.*

IVRAMENTVM † ſufficit præſtari ſuper quacunque ſcriptura, licet non ſacra, de conſuetudine; quoniam iam diu communis inoleuit ſtylus, & conſuetudo, quod iurare ſufficiat ſuper quacunque ſcriptura, habito reſpectu ad ſacra Dei Euangelia: ſolet enim dici per Notarium, *Titius iurauit ad ſancta Dei Euangelia, manu tactis ſcripturis*: opinio enim iurantis, & relatio illa, quam habet ad ſcripturam, faciunt, 1

Digitized by Google

quod illa ſcriptura habeatur loco Euangeliorum, quantum ad firmandum iuramentum; nec iurans dicit: Iuro ſuper hæc Euangelia; ſed in genere dicit: Iuro ad ſancta Dei Euangelia; & huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt, ita voluit eleganter Bal. Salyc. Corn. & Curt. *in Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit.* Abb. & Fel. *n. 12. in c. fraternitatis, ext. de teſtib.* Imol. *in c. cum contingat, de iureiur.* Bal. & Affl. *in c. 1. §. item ſacramenta, nu. 20. de pace iuram. firm.* Gl. not. *in Clem. 1. §. porro, in verſ. Tacta, ad fin. de hæret.* & poſt eam Imol. Card. Bonif. de Vital. & cæteri communiter, Corſet. late *in add. ad Abb. in rubr. de iureiur. in 1. par. q. 4. circa fin.* Ruin. *conſ. 103. n. 12. vol. 4.* Paul. Caſtr. & Alex. *in l. iurari, de iureiur.* cum aliis concordantibus, de quibus *ibi* per eum, Chaſſ. *conſ. 34. n. 15. & conſ. 39. ſub n. 93. & ſeq.* cum aliqua declaratione *ibi*, quæ vera non eſt, & Alciat. *in d. rub. de iureiur. nu. 29.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem; & ita iſte mos deferendi iuramentum ſuper quacunque ſcriptura, obſeruatur in Regno Neapolitano, & alibi.

Com. opin.

2 Sed iſta communis & indubitata concluſio † interpretatur non habere locum in caſibus in iure expreſſis, qui tactum ſacrorum Euangeliorum requirunt, vt late declarant Ruin. *in d. conſ. 103. n. 12.* & Marquar. de Suſann. *in tract. de Iudæis & infidelibus, in 2. par. c. 8. n. 15.* Marſil. *ſingul. 415. iuramentum eſt magnæ importantiæ.* & Chaſſ. *in d. conſ. 34. n. 16.* Nam ſufficit alias loco Euangeliorum ſcripturas tangere, ſecundum prçcitatos Dd. licet cautela ſit, & rationabile, vt inquit Bal. Salyc. *in d. Auth. ſacramenta puberum.* in loco contractus adeſſe librum Euangeliorum, vel aliquam ſcripturam de verbo Euangelii tractantem, ſuper quo, vel qua iuretur: merito ſtandum eſt ergo inueteratæ conſuetudini, de qua dicti Dd paſſim atteſtantur, quod quamlibet ſcripturam tangere ſufficiat.

3 Verumtamen aduertendum eſt, † quod vbicunq; aſſereretur in inſtrumento, vel in aliis quibuſuis actis publicis, *me Notario, Iudice, & parte præſentibus, iurauit*; nec aliter adderetur, *tactis ſacroſanctis ſcripturis*, præſumerentur nihilominus tunc tactæ ſcripturç, vt voluit Io. And. *in add. Spec. in tit. de teſte, § ſequitur.* & ſi negaretur, operaretur hæc præſumptio effectum iſtum, vt ei, qui negaret tacturam interueniſſe, incumberet onus probandi, ſequitur But. & Abb. *in d. c. fraternitatis.* vbi etiam Fel. *col. pen.* hoc idem extendit,

4 ſi negaretur † præſtitum fuiſſe iuramentum, vel forte ſi appareret præſtitum, & negaretur præſentia partis, & faciunt not. per eundem Fel. *in c. cum, col. pen. & ſeq. de teſtib.*

OPINIO CCCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Defectus formæ non ſuppletur iuramento.*

1 FORMÆ † defectus non ſuppletur iuramento. Nam diſpoſitio non valet omiſſa forma, quam lex ad eius conſummationem ſeu perfectionem ordinauit, licet tunc actus valeat eo meliori modo, quo poteſt; & ſic actus requirens formam, ſi iuramento vallatus appareat, non videtur nullus ex defectu formæ, ſed valet eo modo, quo poteſt, ſecundum Bar. Albet. Bald. Ang. Imol. Paul. Caſt. & alios omnes, *in l. cum pater, §. filium matrem, ff. de leg. 2 per tex. ibi.* Abb. *nu. 27.* Imol. *in 8. caſu.* & Alciat. *nu. 167. in c. cum contingat, de iureiur.* Bar. *n. 9.* Iaſ. *n. 24* Ruin. *n. 27.* & Rip. *n. 27. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.* qui aiunt iſtam eſſe communem opinionem, & ibi etiam conſummatiſſimus in legali ſcientia, & illuſtris D. Guliel. Pontanus præceptor meus, *n. 24.* qui hoc vtiliter limitat.

Com. opin.

OPINIO CCCCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tantam habet vim, vt faciat actum aliquo vitio, ſeu defectu laborantem, valere omni meliore modo, quo poteſt.*

IVRAMENTVM † facit actum valere omni meliori modo quo poteſt, & ſic iuramentum actui etiam aliquo vitio, ſeu defectu laboranti appoſitum, habet in hoc talem tantamq; vim, vt eius occaſione actus ipſe valeat eo meliori modo quo valere poteſt. tex. eſt ſingularis *in l. cum pater, §. filium matrem, ff. de leg. 2.* & not. Bar. *in l. ſi quis pro eo, n. 13 ff. de fideiuſſorib.* Ant. *in c. ſi diligenti, col. 4. de foro comp.* Bart. & Alex *nu. 12.* & cæteri omnes, *in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.* Bal. & Salyc. *in l. ſancimus, C. de teſtam.* Ang. *in l. ſi quis accesſionis, ff. de fideiuſſ.* Cotta *in memorali, in verb. emphyteuta priuati ceſſans, in fin.* & Marc. Ant. Baueria *in tract. de virtut. & virib. iuramenti, in princ.* vbi inquit iſtam eſſe communem opinionem, & ex ea infert ad decem vtiliſſimos & neceſſarios caſus, & quæſtiones, ſeu deciſiones, quæ breuitatis cauſa ſupprimuntur; & ad prolixitatem vitandam illas omnes prætermittimus: & eandem opinionem ſequitur atq; declarat Couar. *in c. Raynaldus, §. 3. nu. 10. de teſtam.* & Alciat. etiam qui communem ait *in c. cum contingat, de iureiur. n. 170. & 184.* & Ruin. *in d. §. ſi quis ita, nu. 27.* & Iaſ. *in l. ſi quis maior, in 10. notab. C. de tranſact. & in l. ſi conuenerit, col. 2. & ſeq. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi tradit hoc pro regula: quam regulam, ſeu potius communem opinionem late declarant & interpretantur Anchar. *in repet. d. c. cum contingat.* Bart. Rom. Alex. Franc. de Aret. & alii *in d. l. ſi quis pro eo.*

Com. opin.

OPINIO CCCCXXXV.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio ſpecialis conceſſa delegato, an deroget iuriſdictioni ordinariæ. & nu. ſeq.*

IVRISDICTIO † ſpecialis conceſſa alicui non derogat generali iuriſdictioni, & ſic per ſpecialem attributionem factam iuriſdictioni delegatæ, in quauis cauſa, non cenſetur ob hoc diminuta, ſeu adempta poteſtas ordinario maiori iudici, atque generaliori, quominus circa idem, re integra, iuriſdictio ſpecialis intelligatur attributa, & conceſſa cumulatiue, non autem priuatiue, ſecundum Bart. & Aret. *per illum text. in l. 1. ff. de off. præfect. vrbis.* Anch. *conſ. 264. col. pen.* Rom. *conſ. 393. n. 1. cum aliis ſeqq.* vbi hoc ponit pro regula, & illam probat, ponendo nouem caſus, ſeu deciſiones ſimiles, & ſequitur etiam Dec. *conſ. 3. nu. 3.* Gratus *conſ. 71. n. 11. & 26. vol. 2.* Dec. *in fin.* & Cagnol. *n. 18. in l. in toto iure, ff. de reg. iur.* Afflict. *in c. 1. in 1. notab. qui feud. dare poſſ.* Io. Bapt. Ferrett. *conſ. 142. n. 12. vol. 4.* & Iaſ. cum cæteris aggregatis per eum, *in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, nu. 5. cum aliis ſeqq. ff. de leg. 1.* vbi profitetur iſtam eſſe magis communem opinionem. 1

Com. opin.

2 Sed opinio hæc non procedit, † cum apparet ex mente concedentis, iuriſdictionem inferiori priuatiue conceſſam eſſe: tunc quippe iudex ſuperior in huiuſmodi iuriſdictione, & in cauſis conceſſis inferiori, priuatiue tamen, intromittere ſe nequiret aliquo pacto, ſecundum Fel. cum aliis relatis per eum, qui tradit & approbat iſtam limitationem, *in c. cæterum n. 4. de iud.* & ita conſuluit Rom. *conſ. 393. ſub n. 10. cum aliis ſeqq.* & ita determinauit ſacrum Regium Conſilium Neapolitanum, teſte Afflict. veritatis fideliſſimo aſſertore, *deciſ. 41. quidam medicus.* & ſequitur etiam Ioan. Bapt. Ferrett. *in d. conſ. 142. nu. 15.* qui ait iſtam eſſe communem opinionem; alias vero limitatio-

Com. opin.

ſtiones refert Felin. *in d. c. cæterum, & in c. paſtoralis, col. 1. & ſeq. de off. ord.*

OPINIO CCCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus de gratia patroni competere dicitur, Et quare introductum ſit.*

IVS PATRONATVS † de gratia patronis competere dicitur, vt per Doct. omnes communiter, *in c. 1. de praben. & in c. 4. de iud. & in c. quoniam, de iure patronat.* in quibus quidem locis Scriben. aſſignant rationem, quare hæc gratia fuerit conceſſa, introductaque contra iuris regulas, & concludunt hoc fuiſſe introductum fauore Eccleſiæ, & vt cultus diuinus augeretur, & per conſequens, vt inuitarentur laici, aliæque perſonæ ad conſtructiones, fundationes, & denique ad dotationes Eccleſiarum, & communem iſtam ſequuntur, & atteſtantur per antedictam rationem omnes Moder. *in d. c. quoniam.* & huiuſmodi ſententiam communem ampliant Moder. *in c. non ſine multa, de arbitri.* poſt Doct. communiter omnes *in c. ad hæc, de offic. ord. ſeu Vicarii.*

Cōis opin.

Cōis opin.

OPINIO CCCCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ſi competat pluribus laicis, vel clericis vt ſingulis, præſentatio facta a maiori parte dicitur eſſe legitima.*

1 IVS PATRONATVS † competens pluribus laicis, vel clericis vt ſingulis, ex conſtitutione, ac fundatione ſui patrimonii, hoc caſu præſentatione facta, à maiori parte, comparatione minorum, dicitur eſſe legitima, vt per Ioan. And. *in c. 1. de iure patron.* cuius ſententiam coniuncat eſſe communem Abb. *in c. cum omnes, de conſtitut. & in c. quoniam, de iure patron.* vbi Moder. aſſignant exemplum iſtius communis opinionis, videlicet. quando omnes patroni diuiſerunt ſe in tres, vel plures partes: tunc electus conſenſu pluribus imorum præferendus eſt.

Cōis opin.

OPINIO CCCCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus præſcribi poteſt aduerſus patronum ſpatio quadraginta annorum.*

2 *Ius patronatus acquiritur etiam populo ex præſcriptione.*

1 IVS PATRONATVS † præſcribi poteſt aduerſus patronum quadraginta annorum curriculo, ſecundum Feder. de Senis *conſ. 234. in 2. dubio.* Ioan. Andr. *in c. querelam, de elect.* Dec. *conſil. 134.* & nonnullos alios Dd. congeſtos per Rocchum Curt. *in tract. de iure patron. in verſ. ipſe, vel is a quo, q. 36.* Paul. de Citadinis, *in tract. de iure patron. in 3. par. in 5. cauſa acquirendi ius patronatus, in q. 1.* per Balb. *in tractat. præſcript. in 9. q. 1. par. princ. præcipueque in 2. concluſ.* in quibus locis ſequuntur opinionem hanc, atq; profitentur eam eſſe magis communem, ac magis veram, & Ripa quoque *in lib. 2. de legibus, c. 2. n. 13.*

Cōis opin.

2 Et ius † patronatus hoc acquiritur etiam populo, ex præſcriptione, vt voluit Io. And. *in d. c. querelam.* cuius ſententiam audacter affirmat obſeruari in practica *ibi* Abb. imo Dec. *in c. cum venerabilis, de except. n. 240.* illam communem vocat.

Cōis opin.

OPINIO CCCCXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Incendiarii doloſi qua pœna puniendi.*

2 *Incendium an culpa inhabitantium præſumatur ortum. & nu. 28.*

3 *Culpa leuiſſima præſumitur in dubio; cum incendium in aliqua domo ortum fuit, quæ non eſt punibilis.*

4 *Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa ob incendium commiſſum.*

5 *Paſtor non tenetur ad emendam boum combuſtorum in capanna ſua.*

6 *Incendiarius tenetur de leui culpa, cum incendium eſt fortuito cauſatum.*

7 *Incendium fortuitum præſumitur culpa inhabitantium ortum. Et qua præſumatur, leuiſne, vel leuiſſima culpa. nu. 8.*

9 *Culpa leuis quid. & nu. 10.*

11 *Culpa leui attribuitur tenere riſ lucernam, & alia ſimilia prope ignem. Item relinquere puerorum domo abſque cuſtodia. nu. 12.*

13 *Puero non cuſtodiente diligenter lucernam in ſtabulo, ob quod domus conducta exuſta fuit, an teneatur dominus.*

14 *Actione legis Aquiliæ an quis teneatur ex culpa leuiſſima in omittendo conſiſtente. & n. 15.*

16 *Actio legis Aquiliæ non datur, quando damnum illatum fuit per negligentiam, cum negligentia eſt cauſa proxima damni, ſecus ſi ſit cauſa remota.*

17 *Culpa leuiſſima non venit in lege Aquilia, quando nullum ſequitur factum cauſatiuum damni.*

18 *De culpa leuiſſima tenetur quis actione legis Aquiliæ, cum conſtat de certa & determinata perſona.*

19 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes, & parte abſente facta, inducit ſemiplenam probationem.*

20 *Confeſſio geminata plene probat.*

21 *Confeſſio extraiudicialis, etiam non geminata, de æquitate canonica plene probat, præſertim probata per duos teſtes, etiamſi parte abſente facta fuerit.*

22 *Teſtes ſingulares probant, cum eorum depoſitiones coniungi poſſunt.*

23 *Regnum Neapolitanum eſt feudum Eccleſiæ, & in eo attenditur ius canonicum.*

24 *Teſti vnico nulla fides præſtatur.*

25 *Incendium numeratur inter caſus difficilis probationis.*

26 *Indicia, præſumptiones, & coniecturæ, in caſu difficilis probationis, etiam ad plenam probationem inducendam, admittuntur.*

27 *Coniecturæ dicuntur manifeſtæ probationes in occultis.*

29 *Teſtis extraiudicialis, & non iuratus, inducit in caſibus difficilis probationis, iuſtam cauſam credulitatis, & præſertim cum proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

30 *Teſtes pueri ſunt idonei, cum veritas aliter haberi non poteſt.*

31 *Culpa incendii aſcribi non debet habitantibus in domo, cum in ea habitant plures familiæ: ſecus ſi vna duntaxat.*

32 *Dominus domus an pro delicto familiæ, de damno illato, occaſione incendii, teneatur, quando illi de familia non reperiuntur deputati ad certum officium.*

33 *Teſtes deponentes ſuper negatiua, loco & tempore non coarctata, non probant.*

34 *Teſtes affirmantes præferuntur negantibus.*

INCENDIVM † dolo excitans, aut viuus concremandus venit, aut capitis pœna afficiendus eſt, *l. qui ædes, §. fin. ff. de incen. ruina, & naufrag.* Iacob. Philipp. Port. *conſil. 72. Licet ego ſumma cum ratione, num. 8.* Sc eſt Gloſſ. ordinaria *in can. cum deuotiſſima, 12. quæſt. 2. in ver. Incendium.* quæ concludit, quod de iure ciuili punitio in præſenti caſu fiat in capite, *per leg. capitalium, §. nonnunquam, ff. de pœn.* Quod equidem obti- 1

nere

Google

nere locum arbitratur eademmet Gloſſ. ſi quis intra ſuum oppidum, vel propter inimicitias, vel ob prædam, aliquid combureret, quia igne tunc cremaretur, *d. l. qui ædes.* & Florian. *in l. ſi quis fumo, ff. ad leg. Aquil.* Et eo facilius, & de plano hoc procederet, vbicunq; in combuſtione domus aliquis periiſſet ex huiuſmodi incendio; tunc enim incendiarius comburendus eſſet ſicut combuſſit: vt probat & firmat eleganter And. de Iſer. *in conſtitut. Regni, ſuper inciſionibus arborum in tit. 27. de maleficiis clandeſtinis puniendis.* Sed ſi aliquis in domo combuſta mortuus non foret, tunc pœna mortis non puniretur; ita Gramm. *in voto 19 nu. 4. & ſeq.* & excellens D. Foller. *in pract. crim. in 6. part princip. de forma capitulorum in crimine incendii.*

Et hoc idem eſt in Regno ſtatutum, *in conſtit. Qui doloſe, in tit. de incendiariis.* dum diſponit, incendiarios domorum in ciuitate capite puniri debere: vbi hoc explicat & declarat Andr. de Iſern. & etiam *in d. conſtit. ſuper inciſionibus arborum.*

2 Cæterum † ſi ſuper incendio illato ceſſaret dolus: tunc ſi incendium fortuito cauſatum foret, ciuiliter tantum ageretur, & culpa inhabitantium præſumeretur ortum, occurſumque incendium, *l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. l. ſi vendita, ff. de peric. & commod. rei vend.* Gloſſ. *in l. domos hereditarias. ſeu in l. ſeq. ff. de leg. 1.* Ang. *conſ. 197. Ortum eſt incendium.* Bal. *conſ. 37. Caſus talis eſt. & conſ. 175. Ad eandem tam, vol. 1.* Anch. *conſ. 348. Pro deciſione, in princ.* Salyc. *in l. ſi creditor, C. de pig. act.* Imol. *in d. l. domos hereditarias.* & Ant. Roſcl. *inter conſ. Calca. conſ. 40 col. fin.* Et non ſolum hæc ſola & ſimplex eſt præſumptio, ſed vehemens etiam ſuſpicio, vt per Ang. *in d. conſ. 197.*

3 Id autem intelligitur † de culpa leuiſſima, vt illa in dubio præſumatur, non autem leuis, *l. cum duobus, § damna. ff. pro ſoc.* & ita explanat illum tex. Bart. *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod.* & in terminis eſt Gloſſ. *in §. præterea, Inſtit. quibus modis re contrahit oblig.* quam licet Angel. ibi impugnare videatur, tamen ei aſſentitur conſulendo Anch *in d. conſ. 348.* & Ioan. de Anan. *conſ. 71. Viſis, & diligenter ponderatis his, ſub nu. 4.* Alex *in l. ſi quis ex argentariis, § fin. nu. 7. ff. de eden.* & Iaſ. poſt Salyc. & Bal. relatis ibi per eum, *in l. prætor, ff. de eden.* & iſta eſt communis opinio, atteſtantibus quamplurimis Doct. *variis in locis citatis noſt l.*, & præſertim Hieron. Gab. *conſ. 159. Cogor. ſub nu. 1. & ſeq. vol.* Et conſequenter quis in præſenti caſu de hac leuiſſima culpa non tenetur modo aliquo, *d. l. ſi vt certo, §. nunc videndum, & l. contractus.* vbi Dec. & Cagn. *ff. de reg. iur.* cum concordantiis adductis per Iac. Menoch. *conſ. 53. Perpenſis non mediocri ſtudio, nu. 10. vol. 1.* & ita te obtinuiſſe ac conſuluiſſe Ferrariæ refert Lud. Bologn. *in add. ad Ioan. de Anania, in d. conſ. 71. ſub nu. 6.* In tantum,

4 quod † ex hoc corollarie inferatur, quod de incendio non teneatur, niſi qui de leuiſſima culpa obnoxius foret, vt commodatarius, iuxta *d. l. ſi vt certo, §. nunc videndum.*

5 Ex quo quidem † alias reſpondebam in facti contingentia, quod ſi duo paſtores, habentes boues in agris, noctu ſolebant dormire ſimul. modo in vno tugurio, ſiue capanna ipſorum, modo in altera, in qua boues tenebant, & cuſtodiebant: ſi incendio boues perierint, non tenetur vtique alter paſtor ad emendam, iuxta *d. §. ſi damna.* argumento de furto ad incendium, vt per Bart *in d. l. ſi quis ex argentariis, §. fin. ff. de eden.* Et hoc etiam explicaui procedere, licet paſtor, qui non habebat boues in illa capanna, fuerit vltimus in exeundo: nam talis non tenetur de culpa leui, ſed de leuiſſima tantum. Nec dicitur proprie habitator, ſed hoſpes, qui tantiſper inhabitat *l. 1. § habitatores, ff. de his qui deiec. vel effud.* qui ſicut illa actione non tenetur, vt ibi, multo minus de incendio, quod non ita ſtricte obligat, vt patet in conductore, qui tenetur illa actione de eiectis, & effuſis, & tamen de incendio non tenetur, vt tradit Anch. *in d. conſ. 348.* & alii præcitati Dd. Nec dominus boum combuſtorum poteſt agere in præſenti caſu: quia nec ex contractu, nec ex quaſi contractu, nec ex delicto, nec ex quaſi delicto paſtor prædictus tenetur.

Sed † ſi quis eſſet in leui culpa ob incendium, indubitanter teneretur ad emendam damni, prout ita iudicaui in facti contingentia ad fauorem magnifici Iuriſconſulti D. Fabii Macrini, & fratrum, de Terra Caſtri Veteris Subequi, *menſe Martii præſentis anni 1580. in infraſcripta cauſa mihi compromiſſa, de communi partium voluntate.* Caſus autem talis erat, quod habitantibus Matthia Angeloni, cum familia in domo inferiori, & antedicto D. Fabio cum fratribus, & familia in domo ſuperiori, euenit, quod idem Matthias *menſe Octobris in anno 1577.* exiuerit cum familia extra terram prædictam, ad colligendum flores croci, in quodam ſuo fundo, relictis in coquina domus tribus pueris infantibus in lecto, & clauſis ianuis omnibus, & aſportatis ſecum illarum clauibus, ita vt non poſſent pueri de domo exire; vnus ex pueris memoratis, ſurgens de cubili, cum feneſtra eiuſdem coquinæ eſſet aperta, acceſſit ad ignem ibi exiſtentem, & accenſo ſulphurato, ſeu ſtipula quadam, immiſit ignem in riſchia, in camera contigua coquinæ prædictæ exiſtente: & exeuntibus flammis à feneſtra eiuſdem cameræ, Aſcanius frater eiuſdem D. Fabii, procurando obuiare igni, variis modis, & exactiſſima adhibita diligentia, ne combureretur domus ſua, & deniq; procurando portas domus inferioris aperire, variis & diuerſis inſtrumentis, id ei impoſſibile fuerit: taliter quod pulſatis campanis pro inuocando auxilio, & cogendo populo, multæ gentes ita vocatæ, cœperunt ponere in tuto aliqua bona: & dum huic operi intentæ erant, apparuerunt flammæ in ipſa domo, ex domo inferiori ortum habentes; & ſic relictis aliis bonis, ad euitandum vitæ diſcrimen, aufugere de dicta domo ſuperiori coactæ fuere. Et rebus ſic ſtantibus, reuerſo prædicto Matthia à campeſtria, ſeu eius nuru, aperta eſt vna ex ianuis ſuæ domus, & extractis omnibus pueris, Dei benignitate illæſis, domus ſuperior fuit tota combuſta cum bonis in ea exiſtentibus. Vnde ex leui culpa ipſius Matthiæ eum condemnaui ad reſarciendum omnia damna illata in domo Macrinorum, & ad ſoluendum pretium rerum combuſtarum. Et cum appellaſſet Matthias ipſe petiiſſetq; reductionem præmemorati laudi, ad arbitrium boni viri, & impetratis literis inhibitorialibus, & producto proceſſu cauſæ coram integerrimo, & inſignis literaturæ viro, D. Ioanne Andrea Caſtellio de ciuitate Interamnia, iudice meritiſſimo ciuitatis noſtræ, ex eius recto limatoq; iudicio, poſt longum certamen, mediante patrocinio ſtrenui Aduocati, conciuis mei, D. Alexandri Trentacinque vndecunq; doctiſſimi, prædicta ſententia *de menſe Maii inſtantis anni M. D. LXXX.* fuit confirmata atque approbata. Vnde cum acutiſſimi ingenii ſui, & tranſcendentis intellectus, idem D. Alexander in aduocando, & conſulendo, omnia videns, omnia ſpeculans, & ſubtiliter cuncta diſcernens: volui hoc in loco ad communem omnium vtilitatem inferere præſens eius conſilium ſuper hac incendii materia emanatum, vt ex rationibus in eo allegatis perſpicua, ac religioſa appareat deciſio præſentis difficultatis.

DIVI-

DIVINO IMPLORATO PRÆSIDIO.

Viſo proceſſu, agitato inter Magnificum Fabium Macrinum, & alios litis conſortes, ex vna parte, & inter Matthiam Angeloni, ex altera parte, ſuper incendio, cauſato per Hortenſium, vnum ex pueris, exiſtentem in domo dicti Matthiæ: ex quo incendio combuſta fuit tam domus inferior, quæ erat ipſius Matthiæ, quam domus ſuperior, quæ erat Magnifici Fabij, fratrum, & nepotū: concludendum eſt, ipſum Matthiam obligatum eſſe ad emendationem damni, cauſatò ex combuſtione domus, & aliorum bonorum mobilium in dicta domo exiſtentium culpa ipſius Matthiæ: quæ concluſio probatur hac conſideratione.

CONSTAT ignem originem habuiſſe in domo inferiori, quæ erat Matthiæ Angeloni. Inprimis enim viſus fuit fumus exire à feneſtris domus Matthiæ: quæ domus, relictis in ea tribus pueris, clauſa fuit à Matthia, & aliis de eius familia: & tempore, quo ex omni parte domus clauſa erat, & quo fumus ex ipſa domo exibat, vnus ex pueris vocabat Iſabellam, vt domum aperiret, dicendo & plorando, quod ob fumum ſuffocarentur, & quod Hortenſius, vnus ex pueris, ignem immiſiſſet in riſchia, ſeu cannabo, exiſtente in camera Lippæ: quam confeſſionem dictus puer demum pluries, & pluries fecit, tam abſente, quam præſente parte. Et aperta per vim ianua, ob dubium, ne tam ipſi pueri cremarentur, quam domus ſuperior Magnificorum de Macrinis combureretur, viſa fuit flamma ignis de domo inferiori Matthiæ aſcendere in domum ſuperiorem ipſorum de Macrinis: & demum ob vehementiam ignis, cuius natura eſt altius euulare, incepit comburi domus Macrinorum vna cum bonis mobilibus in ea exiſtentibus.

7 Cum igitur † ignis principium habuerit in domo inferiori ipſius Matthiæ, dictum incendium eius culpa ortum præſumitur. Communis eſt enim concluſio, quod incendium præſumitur ortum culpa inhabitantium, *l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil. l. ſi vendita, ff. de pericul. & commod. rei vendit. & l. ſi quis fundum, §. Imperator, ff. locat.* Imo incendium committi non poteſt ſine culpa inhabitantium, vt dicit textus *in d. l. ſi vendita.* Et ideo Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor ait, ff. de edend.* dicit, quod vbi caſus fortuitus regulariter non committitur ſine culpa, vt eſt furtum, (quod tum demum inter caſus fortuitos connumerandum eſt, quando cum fractura fit, vt per Grammatic. *conſil. 17.* vide Aretin. *in §. ſed iſta, num. 4. Inſtit. de action.* Port. *in §. item is cui, nu. 9. Inſtit. quibus modis re contrahit. obligat.* Aliam limitationem vide per Iaſ. *in addition. ad Port. in d. §. item is cui.*) & incendium, non ſufficit probare caſum, niſi probetur, quod caſus interuenerit abſque culpa. Idem dixit Bald. *in l. ſi creditor, Cod. de pignorat. action.* vbi aſſerit, quod probetur culpa abeſſe in incendio, quando probatur vnde ignis originem habuit, puta ab incurſu hoſtium: & ſi hoc non poteſt apparere, in dubio ferenda eſt ſententia contra inhabitantes. Idem dixit *in l. quæ fortuitis, 2. column. verſicul. Item quæro, Cod. de pignorat. action.* quam opinionem ſequuti ſunt etiam Alber. de Roſat. *in tractat. ſuo ſtatutorum, in 2. parte, incipiente. Item quæro ſi ſtatuto caueatur.* Abb. *in cap. 2. in 3. column. verſicul. Quod autem ſi probetur, de depoſit.* vbi dicit, quod allegans incendium commiſſum, debeat probare, quod fuerit commiſſum ſine culpa ſua: quia in dubio præſumptio eſt contra ipſum, quod culpam commiſerit. Salycet. *in dicta l. ſi creditor, Cod. de pignorat. action.* Angel. Aret. *in §. item is cui, Inſtit. quibus modis re contrahitur obligat.* & plenius *in ſuo tractat. maleficiorum, in verbo, Incendiarius.* vbi *in 6. col. verſ. Tertio caſu principali.* dicit, quod ſupra dictum eſt, & plus, quod niſi doceatur, à qua perſona inhabitantium incendium proceſſerit, præſumitur proceſſiſſe culpa patrisfamilias, cuius imperio cæteri obediunt: quaſi minorem adhibuerit diligentiam, ex præſumptione iuris, quam debuerit; quæ concluſio probatur *in d. l. ſi vendita.* vbi apparet, quod præſumitur incendium commiſſum culpa domini, niſi conſtet de eius diligentia: quia tunc dominus excuſatur, & incendium præſumitur eſſe commiſſum culpa ſeruorum, vel aliorum inhabitantium. Eandemq; opinionem vltra alios ſequuntur Hieron. Grat. *in lib. 2. reſponſ. in reſpon. 46.* Alex. de Neuo *in conſ. 87. nu. 1. cum ſeq.* & Beroius *in conſ. fin. vol. 3.*

Cōis opin.

Et ſi dicatur, † quod incendium præſumatur ortum inhabitantium culpa leuiſſima, in omittendo, Alex. & alii communiter *in l. domos, ff. de leg. 1.* Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis, § fin. column. fin. ff. de eden. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, col. pen. ff. ſi quis cau. & in d. l. domos.* Marſil. *in l. 1. nu. 99. de ſicar.* Crot. *in l. 4. §. Cato, num. 74. ff. de verbor. obligat.* Ioan. Sadol. *in l. quod te, nu. 16. ff. ſi certum petatur.* Anan. *in conſil. 71. column. 2.* Alexan. *in conſil. 50. vol. 1. & in conſ. 74. vol. 6.* Iaſ. *in conſ. 116. vol. 1.* Guzad. *in conſ. 63.* Cæpol. *in conſ. 70.* Cardin. Pariſ. *in conſ. 87. vol. 4.* Rol. à Valle *in conſ. 95. nu. 15. vol. 2.* Iac. Menoch. *in conſ. 53. nu. 20. & in tract. de arbitr. iudic. libr. 2. cent. 3. caſu 390.* Gail. *lib. 2. pract. obſ. Imp. Cam. obſ. 21.* Et hæc eſt communis & recepta Scribentium ſententia: quam ſequitur etiam Afflict. *deciſion. 57.* & Burſat. *in conſ. 59. nu. 6. vol. 1.* Et actio legis Aquiliæ, quæ in caſu noſtro intentatur, & intentari poteſt, non competit niſi pro leuiſſima culpa in committendo, & non in omittendo. Gloſſ. *in l. ſi vſusfructus, §. denique, ff. de vſufruct.* & ibi Bart. & Bal. Alex. *in d. conſ. 50.* Afflict. *d. deciſ. 57.* & Iac. Menoch. cum concordantibus per eum adductis *in d. caſu 390.* Cum igitur in caſu noſtro incendium non commiſerit Matthias, ſed eius culpa ortum præſumatur: ſequitur quod eius culpa, cum ſit in negligendo & omittendo, ei non præiudicet, vt ipſe actione legis Aquiliæ ad emendationem damni teneatur. 8

Cōis opin.

Huic concluſioni, in qua pars maximum facere poſſet fundamentum, reſpondeo duobus modis, & primo, negando hanc culpam Matthiæ eſſe leuiſſimam in omittendo: ſed dico culpam eius fuiſſe leuem, tendentem in latam. Secundo, dato, & non conceſſo, fuiſſe leuiſſimam culpam in omittendo, adhuc dico in caſu noſtro, ob actionem legis Aquiliæ teneri ad emendationem damni. Quod autem incendium fuerit ſequutū ex culpa leui dicti Matthiæ, præmittendum eſt, antequā id probem, quod in domo inferiori, vbi ignis originem habuit, habitabat Matthias cū tota familia, & in ea tenebat riſchiam, & cannabum; & intus eam domum, vbi aderat riſchia, cannabum, & ignis, tempore incendii reliquerat tres pueros, & ianuæ domus ex omni parte erant clauſæ.

Modo ſic, † Leuis culpa eſt deuiatio incircumſpecta, ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis, & profeſſionis, Bart. *in l. quod Nerua ff. depoſit.* vel ſecundum Bald. *in d. l. quæ fortuitis, nu. 12. C. de pign. act.* Culpa † leuis eſt, non prouidiſſe, quod à diligenti prouideri potuit: vel eſt facere, quod non faceret, vel omittere, quod non omitteret diligens, vel diligentior. Et finis leuis culpæ eſt, non intelligere, quod debet à ſapientibus intelligi. & ſequitur Alciat. *in l. lata culpa, ff. de verb. & rer. ſignif.* & Cagnol. *in l. contractus, num. 13. ff. de reg. iur.* Sed tenere riſchiam, & cannabum in domo, vbi continue frequentatur, & vbi fit ignis: & relinquere pueros in tali 9 10

domo

Digitized by Google

domo ſine aliqua idoneà perſona, & claudere ab omni parte clauibus ianuæ domus pueris intus relictis, vtique homines diligentes eiuſdem conditionis, & profeſſionis non facerent. Nam diligens in domo habitationis, quæ continue frequentatur, propter periculum, non teneret riſchiam, & cannabum, neque reliquiſſet pueros cuſtodes: cum de facili poſſit conſiderare, quod ex aliqua cauſa poſſet comburi, propter ignem in domo exiſtentem, riſchia & cannabum: vel quod pueri immittant ignem, ex quo incendium demum cauſetur. Cum igitur dictus Matthias non intellexerit, quod à ſapientibus debet intelligi, & fecerit, quod non feciſſet, & omiſerit quod non omiſiſſet, & non prouiderit, quod diligens prouidiſſet, non eſt dubium quin dicatur fuiſſe in leui culpa.

11 Et lune eſt, † quod tenere riſchiam, & cannabum prope ignem, & in domo habitationis, eſt locus incongruus, & non idoneus: quia per aſſiduitatem, & frequentationem de facili poſſet committi incendium, *l. item quæritur, §. 1. ff locat. & l. ſi vt certo, §. ſed interdum, ff. commod.* & ideo attribuitur leui culpæ. Petr. de Anch. *in conſ. 349.* Alex. de Neuo *in conſ. 87. nu. 4.* & Hieron. Gratus *in lib. 2. reſponſ. in reſpon. 46. n. 19.*

12 Item † relinquere ſimpliciter pueros in domo, attribuitur leui culpæ, & tenetur dominus. Bal. *in conſ. 44. in fin. vol. 3. & in conſ. 491. vol. 4.* & tradit Iacob. Menoch. *in d. caſu 390. n. 17.* Ex prædictis igitur authoritatibus apparet apertiſſime, ipſum Matthiam fuiſſe in leui culpa, & conſequenter incendium ex culpa leui
13 dicti Matthiæ ortum fuiſſe. Et facit etiam † quod ſcribit ad hoc propoſitum Cagn. *in d. l. contractus, n. 53. ff. de regul. iur.* quod ſi puer in ſtabulo diligenter non cuſtodiat lucernam, ita vt domos conducta exuratur, conductor, pueri dominus, tenetur, ſi ei lata, vel leuis culpa aſcribi queat.

14 Sed dato, † & non conceſſo, quod culpa Matthiæ leuiſſima dicatur, adhuc tamen ad damni emendationem tenebitur, licet communis ſit concluſio, quod actione legis Aquiliæ quis pro leuiſſimâ culpa in omittendo non teneatur. Dicta tamen concluſio tribus modis declaratur. Com mun.

15 Primo declaratur † procedere in actione directa legis Aquiliæ: ſecus vero eſt in vtili actione. Nam cum intentatur vtilis actio legis Aquiliæ: tunc quis tenetur pro leuiſſima culpa, etiam in omittendo. ita dicit Gloſſa notabiliter *in l. vſusfructus, in §. denique, in vlt. ſolut. ff de vſufruct.* quam ſequuntur Rom. *in l. fluminum, §. retinm, n. 1. ff. de dam. infect.* Alex. *in l. cum inter, §. quibona, n. 5. eod. tit.* Hieron. Gratus *in lib. 2. reſponſ. in reſpon. 46. nu. 15.* Bart. & ibi Alex *in addit. in litera G, in d. §. denique.* Marc. Ant. Natta *in addit. ad conſilia Alex. in conſ. 50. vol. 1.* & Pet. Calefatus *inter conſ. diuerſor. in 2. tomo Ziletti, in conſ. 58. n. 35.* quæ concluſio probatur *in l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornatarius, ff. ad leg. Aquil. ibi, puto vtilem competere actionem, tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, quam in eum, qui negligenter cuſtodiuit.* Sed in caſu noſtro petitur reum condemnari, omni meliori modo; & ſic etiam vtilis actio legis Aquiliæ intentatur: ergo ipſe Matthias in caſu noſtro tenetur actione vtili legis Aquiliæ, ad emendationem damni, etiam pro leuiſſima culpa in omittendo.

16 Secundo declaratur procedere, † & ſic, quod actio legis Aquiliæ non detur pro damno, dato per negligentiam, quando negligentia eſt cauſa proxima damni; & ita procedit *d. §. denique.* ſecus ſi ſit cauſa remota, per quam cauſam remotam, damnum poſtea faciendo, eſt commiſſum: nam tunc ad emendationem damni actione legis Aquiliæ tenetur etiam pro leuiſſima culpa in omittendo. Gloſſ. *in l. cum quis, in ver. Acceſſerit ff. de dolo.* Alex. *in Apoſtilla ad Bar. in d. §. denique, in litera G.* & ibi Angel. Marc. Ant. Natta *in addit. ad Alex. in d. conſ. 50.* & Pet. Calefatus *in d. conſ. 58. nu. 34.* Sed in caſu noſtro tenere riſchiam, cannabum in domo, vbi ſit ignis, & ibi relinquere pueros, clauſis ianuis, non eſt cauſa proxima incendii, ſed remota: quia poterat eſſe, & non eſſe, quod ex dicta cauſa incendium committeretur: ergo ex negligentia in relinquendo riſchiam, cannabum, ignem, & pueros, ipſe Matthias ad emendationem damni actione legis Aquiliæ obligatus eſt.

Tertio, † & vltimo declaratur, vt procedat communis concluſio, quando nullum ſequitur factum cauſatiuum damni: nam tunc leuiſſima culpa non venit in lege Aquilia. Et ita procedit tex. *in d. §. deniq.* ſecus vero eſt, quando præcedit aliquod factum, quod eſt occaſio damni. nam tunc, licet damnum ſequatur ex negligentia ſequenti, & poſt negligentiam, ſequitur factum, quod veriſimiliter ſecutum non eſſet, niſi præceſſiſſet negligentia: tunc in actione legis Aquiliæ venit leuiſſima culpa, in omittendo. Et ita procedit text. *in d. §. ſi fornacarius.* & hoc voluit Gloſſ. *in d. § denique, in t. ſolut.* dum dixit, quod in illo §. res corrumpitur à ſeipſa, ſed *in d. §. ſi fornacarius.* corrumpitur appoſitione ignis: idem dicunt Salyc. *in l ſi vendita, ad fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Marc. Ant. Natta *in addit. in d. conſ. 50.* & Pet. Calefatus *in d. conſ. 58. nu. 32. & num ſeqq.* Sed in caſu noſtro præceſſit factum, in tenendo riſchiam, cannabum, & ignem in domo, & in relinquendo in domo pueros, clauſis ianuis: quod factum, fuit occaſio damni, & incendii, & ex ipſa negligentia ſequenti, & poſt negligentiam ſecutum fuit incendium, & damnum: quod veriſimiliter ſecutum non fuiſſet, niſi præceſſiſſet negligentia Matthiæ, in relinquendo pueros in domo, vbi erat riſchia, cannabum, & ignis: ergo non eſt dubium, quod ad emendationem damni actione legis Aquiliæ obligatus ſit. Et in tantum eſt vera hæc concluſio, quod etiam, vbi culpa præcedit caſum, quis teneatur de caſu fortuito, *l. ſi vt certo, § interdum, & l. in rebus, §. 1. ff. commod. cum ſimil.* Sed dictus Matthias fuit in culpa, tenendo cannabum, riſchiam, & ignem in domo, & relinquendo pueros ibi: nam commiſit dictam domum periculo incendii: ergo caſus incendii ei imputari debet. 17

Et ſi denuo dicatur, † quod licet ex leui, ſeu leuiſſima culpa, actione legis Aquiliæ quis teneatur: tamen hæc concluſio procedit, quando conſtat de certa & determinata perſona. Nam incendium præſumitur factum culpa inhabitantium: non tamen præſumitur culpa determinatæ perſonæ. Et ideo, ſi non conſtet de certa & determinata perſona, ſequi debet ſententia abſolutoria; & per conſequens non poteſt ſequi condemnatoria, Salyc. *in d. l. ſi vendita, & in l. quæ fortuitu.* & ibi Bal. *C. de pign. act.* Bal. *in l. ſi creditor, C. eod. tit. & in conſ. 373. & 342. vol. 3.* Iaſ. *in d. l. ſi quis ex argentariis, §. fin. in d. l. domos, & in conſ. 116. vol. 1.* Anan. *in conſ. 71.* Gozad. *in conſ. 63.* Paris. *in conſ. 87. vol. 4.* Afflict. *deciſ. 57.* Rolan. à Valle *in d. conſ. 95.* Iacob. Menoch. *in d. caſu 390.* Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Vmbriæ, deciſ. 25.* Franciſc. Burſat. *in conſ. 59. n. 8.* Marſil. *in l. 1. in princ. nu. 9. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & in conſ. 24. n. 8. in conſ. 39. nu. 46. in conſ. 42. nu. 43. in conſ. 50. nu. 12. in conſ. 63. nu. 7. & in ſingul. 217.* Corn. *in conſ. 242. vol. 1.* Cæpol. *conſ. crimin. 70.* Thom. Grammat. *conſ. 22.* Alex. *in d. conſ. 50. vol. 1.* Iac. Menoch. *in conſ. 53.* Dec. *in l. ſemper in obſcuris, poſt n. 5 verſ. ſecundo fallit, ff. de reg. iur.* Curt. iun. *in l. dominus horreorum, col. 2. ff. locat.* Alciat. *in tract. præſumpt. lib. 3. reg. 3. præſumpt. 39. poſt* 18

39. poſt nu. 5. & Thom. Ferrar. *cautel. 36.* & hæc eſt communis concluſio. Sed in caſu noſtro non conſtat euidenter de certa & determinata perſona; & ſic, quis ignem immiſerit: ergo non poteſt contra Matthiam ſequi ſententia condemnatoria. Com. opin.

19 Reſpondeo duobus modis. Et primo, † negando, non conſtare certam & determinatam perſonam: conſtat enim, vnum ex pueris, nomine Hortenſium, ignem immiſiſſe; id pluries confeſſus fuit alter puer, nomine Suetonius; inprimis quando erant in domo tempore incendii, dixit, poſtmodum poſt incendium ſecutum, parte abſente coram variis & diuerſis perſonis, ſingularibus, & contextibus, ſemper pluries, & pluries confeſſus fuit, & declarauit, & demum confeſſus fuit parte præſente: vt pleniſſime probatur in proceſſu: quæ confeſſiones probant. Nam confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes, & parte abſente inducit ſemiplenam probationem, *l. cum de indebito, §. final. ff. de probation. & l. quoniam, iuncta gloſſa, de his qui not. infam.* tradunt Bart. Alex. Iaſ. & Rip. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* Butrig. & Imol. *in c. fin. de iureiur.* Alex. *in conſ. 24. vol. 2. in conſ. 39. vol. 5. in conſ. 112. vol. 6. in conſil. 85. 115. & 183. vol. 7.* Marc. Ant. Natta *in conſil. 260. vol. 2.* Crotus *in conſ. 85.* & hæc eſt communis concluſio, vt atteſtatur Corn. *in conſ. 113. vol. 1.* Com. opin.

20 Imo † quando eſt confeſſio geminata, pleniſſime probat. Socin. iun. *in conſil. 8. nu. 20. in conſil. 89. nu. 2. vol. 2.* Curt. iun. *in conſ. 168. nu. 8.* Ioan. Cephal. *in conſ. 297. nu. 2. vol. 2.* Dec. *in conſil. 163. nu. 2.* & Iaſ. *in d. l. admonendi, n. 149. verſ. pro iſta opinione, & in l. triticum, n. 10. ff. de verbor. oblig.*

21 Hæc † confeſſio extraiudicialis, etiam non geminata, de æquitate canonica, plene probat, quando per duos teſtes probatur, etiamſi facta ſit abſente parte. Ant. de But. & Felin. *in c. ſi cautio, extra de fide inſtrum.* Caccialup. *n. 190.* & Lanfran. *n. 36. in d. l. admonendi.* & eam vti magis communem opinionem ſequuntur Corn. *in conſ. 113. vol. 1.* Dec. *in conſ. 163. nu. 2.* Ruin. *in conſ. 161. n. 9.* Socin. iun. *in conſ. 5. n. 10. vol. 3.* Ripa *in lib. reſponſ. in tit. de ſponſal. reſpon. 2. n. 5. verſ. ſecundo non obſtat.* Iaſ. *in l. tale pactum, col. 2. de pact.* & Ioan. Cephal. *in conſ. 297. n. 5. vol. 2.*

22 Et † licet teſtes ſint in pluribus confeſſionibus ſingulares: tamen quia in caſu noſtro in hac ſingularitatis ſpecie, adminiculatur alter alterius dicto: merito igitur coniunguntur ad plenam probationem faciendam, Alex. *in conſ. 53. vol. 1.* Dec. *in conſ. 650. nu. 10.* Paul. de Caſt. *in conſil. 38. vol. 1.* Crauet. *in conſil. 73. & in conſ. 267.* Æmil. Ferrar. *in conſ. 20.* Cur. iun. *in conſ. 168.* & Ioan. Cephal. *in conſ. 141. n. 12. vol. 1.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem. Com. opin.

23 Sed in † caſu noſtro confeſſio eſt geminata: probatur enim tum per teſtes conteſtes, tum per teſtes ſingulares, quorum alter alterius dictum adminiculatur, & ſumus in Regno, quod eſt feudum Eccleſiæ: & ideo in eo attenditur ius canonicum. Corn. *in conſ. 261. num. 31. in fin. vol. 4.* & Tob. Nonius *in §. ſed hac quidem, ſub n. 4. in verſ. octauo procedit, Inſt. de teſtam.* ergo iſta confeſſio in caſu noſtro plene probat, incendium ortum fuiſſe ex immiſſione ignis, facta per dictum Hortenſium, imo plene probat: quia facta fuit præſente parte. Dd. *in d. l. admonendi.*

24 Et ſi dicatur, † dato, quod perfecte & plene conſtet, Suetonium dixiſſe, ignem immiſſum fuiſſe per Hortenſium, tamen eius dicto non ſtatur: tum quia vnicus eſt teſtis, extraiudicialis, & non iuratus, & ideo non probat, *l. iuriſiurandi, C. de teſtibus.* tum etiam quia eſt puer, & impubes: & impubes non admittitur in teſtem, *l. 3. § lege Iulia, ff. de teſtibus.*

Reſpondeo, conſiderando, † quod nos ſumus in caſu, in quo probationes per præſumptiones, & coniecturas ſufficiunt, ex duabus rationibus. Prima eſt, quia incendium connumeratur inter caſus difficilis probationis. Iac. Menoch. *in tract. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 116.* Et in caſu † difficilis probationis admittuntur indicia, præſumptiones & coniecturæ, ac vehemens opinio, etiam ad plenam probationem. Bart. *ſub nu. 10.* & Iaſ. *n. 18. & 19. in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis. ff. de verb. oblig.* 25 26

Secunda ratio eſt, † quia in domo non erant niſi tres pueri, & ideo ſumus in occultis, in quibus probationes per coniecturas dicuntur manifeſtæ probationes. Bar. *in l. ſi quis ex argentariis, §. an & heredi, ff. de eden.* Aym. Crau. *in conſ. 73. nu. 9.* Alex. *in conſil. 24. & in conſ. 53. vol. 2.* Dec. *in conſ. 510. 575. 577. & conſ. 596.* & maxime prædicta procedunt in caſu noſtro, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta: & propterea iudex poteſt credere perſuaſiuæ probationi tantum. Bal. *in l. ſolam, C. de teſtib.* & Marſ. *in ſing. 494.* Modo ſic, cum † in caſu noſtro per alios veritas haberi non poſſit, niſi per vnum ex dictis pueris, & cum conſtet apertiſſime per veras probationes, ac per euidentiſſimas coniecturas & præſumptiones, ita vt negari non poſſit, ignem incepiſſe in domo, in qua non erant niſi dicti pueri; & ideo ipſi pueri præſumuntur immiſiſſe ignem: quia quando conſtat vbi originem habuit ignis: tunc præſumitur proceſſiſſe culpa ipſorum ſtantium in domo, vt videtur velle tex. *in l. ſi plures, in prin. & §. 2. ff. de his qui deiec. vel effud.* & Salyc. *in d. l. quæ fortuitu, in verſ. ego puto.* & propterea confeſſio, ſeu dictum dicti pueri, vna cum tot præſumptionibus apertiſſimis, facit perfectiſſimam probationem. 27 28

Et hinc eſt, quod † teſtis extraiudicialis, & non iuratus inducat in ſimilibus caſibus iuſtam cauſam credulitatis. Dec. *in conſ. 559. nu. 8.* & præcipue vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, Bar. *in l. ſi filiusf. ff. de don.* & Rom. *in conſ. 20. poſt n. 3.* (Adde tamen, quod licet in cauſa procedatur ſola facti veritate inſpecta, tamen teſtes iurati recipi debeant, Bart. *in extrauag. ad reprim. in verbo & figura, n. 13.* Ang. *in l. milites, collat. 2. C. de teſtam. mil.* & Menoch. *de arb. iud. quæſt. 26. lib. 1. n. 2.*) 29

Et hinc eſt, † quod in ſimilibus caſibus difficilis probationis, & in quibus per alios, quam per pueros veritas haberi non poteſt, pueri ſint idonei & integri teſtes. Marſ. *in l. ſi infans, ff. de ſic.* Gram. *in conſ. 45. n. 21.* & Foll. *in ſua pract. crim. in ver. capiat informationẽ, n. 77.* 30

Et ſic certum eſt, in caſu noſtro apparere de certa & determinata perſona, & credendum eſt dicto puero: cum per alium determinata perſona probari non poſſit: & tanto magis eſt ei credendum: quia cum ſit nepos dicti Matthiæ, caret ſuſpicione, & eius dictum iuuatur iuris præſumptione: quia incendium præſumitur commiſſum ab habitantibus, vt ſupra dictum fuit.

Secundo reſpondeo ad antedictam principalem concluſionem, quod ea procedat, quando in aliqua domo † habitant plures familiæ, vel in ea ſunt diuerſi, ſeu ſeparati habitatores, vel plures conuerſantes ſimul, vt ſunt famuli, domeſtici, & extranei: nam tunc, cum non ſciatur, quænam iſtarum familiarum ſit in culpa incendii, & qui habitatores, ſeu conuerſantes fuerint in culpa, ratione incertitudinis, ne innocens pro nocente puniatur, proferẽda eſt abſolutoria ſentẽtia. Dominus enim non tenetur indiſtincte: de culpa & facto ſingulorũ habitantiũ: nam poteſt eſſe quod teneatur de culpa ſuorum, & quod nõ teneatur, & ſic etiã q teneatur de culpa extraneorum, & quod non teneatur, & propterea, ratione incerti- 31

titu-

Digitized by Google

titudinis, noo poreſt ſequi ſententia condemnatoria: & ita loquuntur præfati Dd, & in ſpecie Alex. *in d. conſ. 50. vol. 1. nu. 5. & 6.* Sed ſecus eſt, quando in domo non habitat, niſi vna familia, & præcedit culpa domini, ſeu patrisfamilias: nam tunc, cum pro habitantibus tenetur, quod ſemper eſt, quando ipſius culpa præcedit: tunc dominus, ſeu paterfamilias de incendio tenetur, etiamſi non conſtet, quis incendium commiſerit: ita dicunt antedicti Dd. & in ſpecie Bal. *in l. quæ fortuitis, poſt nu. 4. C. de pign. act.* Sed in caſu noſtro, in ipſa domo non habitabat niſi ipſe Matthias cum familia, & eius culpa præceſſit, vt ſupra plunes demonſtratum fuit: ergo, dato, & non conceſſo, quod non conſtaret quis puerorum incendium commiſerit, tamen de incendio teneretur in caſu noſtro: & ita determinat Alex. de Neuo, *in d. conſ. 87.* & Pet. Caleſat. *in d. conſ. 98. n. 42.*

32 Et, ſi vltimo loco diceretur, † dato, quod conſtaret, dictum Hortenſium ignem immiſiſſe, adhuc ipſe Matthias auus, dominus, & caput familiæ, pro eius culpa, de damno dato, occaſione incendii, non eſt obligatus; cum concluſio ſit Doctorum, quod tunc dominus teneatur pro facto, & delicto familiæ, quando illi de familia deputati ſunt certo officio, & in eo deliquerunt: nam tunc dicitur in culpa paterfamilias, deputando inſufficientes, vt *in l. 1. §. familiæ, ff. de public.* Bart. *in l. ne quid, col. 1. ff. de incend. ruin. & naufr.* ſecus vero eſt, ſi illi de familia non fuerunt deputati certo officio: nam tunc pro culpa ipſorum, dominus, caput familiæ, auus, ſeu paterfamilias non tenetur. Anan. *conſ. 71.* Iaſ. *in d. conſ. 116.* Pariſ. *in prealleg. conſ. 87.* Bal. *in d. l. ſi vendita.* Gozad. *conſ. 63. nu. 14.* Alex. *in d. conſ. 50.* Cæpoll. *in conſ. 70. col. 1. in fin.* Afflict. *in citata deciſ. 57.* Rolan. à Valle *d. conſ. 95.* & Iac. Menoch. tam *in d. conſ. 53.* quam *in d. caſu 390.* Et ideo oon tenetur pro vxore, pro nuru, pro filiis, & pro aliis, vt colligitur ex Grammat. *deciſ. 3.* Sed in caſu noſtro iſti pueri non erant deputati alicui certo officio: ergo dictus Matthias vt auus, dominus, & caput familiæ, pro incendio ex eorum culpa cauſato oon tenetur.

Huic concluſioni, in qua pars maximum poſſet facere fundamentum, duobus modis reſpondeo. Et primo, quod ſupradicta concluſio procedat, quando culpa ipſorum de familia, incendium commiſſum fuit, & oon culpa domini: nam tunc dominus pro nuru, pro vxore, pro filiis, pro nepotibus, & pro aliis de familia, non deputatis alicui certo officio, oon eſt obligatus: & ita loquuntur omnes ſupradicti Doctores. Secus vero eſt, quando culpa domini præcedit; nam tunc, cum incendium ex culpa domini præcedenti commiſſum ſit, ipſe dominus pro eius culpa tenetur, de incendio per ſuos de familia commiſſo. Bal. *conſil. 442. vol. 3.* nam tunc tenetur de eius culpa. Alex. *d. conſ. 50.* Menoch. *in d. caſu 390.* Cagn. *in l. contractus, nu. 53. ff. de reg. iur.* & Berous *conſ. fin. ſub nu. 2. vol. 3.* & probatur per tex. in terminis, *in c. fin. ext. de iniur.* qui omnino videatur. Sed in caſu noſtro ipſe Matthias fuit in culpa, vt ſupra demonſtratum fuit: ergo pro dicto incendio eſt obligatus.

Secundo reſpondeo, quod dicta concluſio procedat, quando patresfamilias ſunt frugi, & diligentes circa curam gubernii totius domus: quam diligentiam probare debent: alias ſi non probant, præſumitur culpa patrisfamilias incendium commiſſum. Alex. de Neuo *d. conſ. 87. poſt n. 3. in fin. & n. 7.* Berous *in d. conſ. fin. nu. 4.* & Hieron. Gratus *in d. reſpon. 46.* ſed nos in caſu noſtro, ſumus in caſu claro: quia conſtat de culpa dicti Matthiæ: ergo non eſt dubium, quod teneatur ad damni emendationem.

Nec ſiat fundamentum, † ignem non fuiſſe in do- 33
mo dicti Matthiæ; & ideo ex eius culpa non potuiſſe oriri incendium: quia cum dicta domus tunc temporis ab omni parte clauſa fuerit, teſtes id deponere non poſſunt: & ſi deponant, ſunt ſuſpecti de falſo: cum probent negatiuam, loco & tempore non coarctatam; & teſtes noſtri, affirmantes & probantes ignem ibi fuiſſe, præferuntur. Nam teſtes deponentes negatiuam, loco & tempore non coarctatam, oon probant Bal. *nu. 7.* & Dec. *n. 8. in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecund. tabul.* Et teſtes † affirmantes præferuntur ne- 34
gantibus, Gloſſ. *in l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbit.* Dec. *conſ. 534. & conſ. 649.* & in ſpecie incendii tradit Alex. de Neuo *d. conſ. 87. nu. 9. & 10.* Ex prædictis apparet, dictum Matthiam obligatum eſſe ad damni emendationem: & ita iuris cenſeo, & conſulo ego Alexander Trentacinque Aquilanus, V.I.D.

LIBRI PRIMI FINIS.